BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
12 F
19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
MAXIMA
PONTIFICIA
TOMVS XIX.

Digitized by Google



BIBLIOTECA S.J. ROM. VITT. EMAN.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA MAXIMA PONTIFICIA

IN QVA

Authores melioris notæ qui hactenus pro Sancta Romana Sede, tum Theologicè, tum Canonicè ſcripſerunt, ferè omnes continentur.

PROMOVENTE, AESQVE SVPPEDITANTE

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.

D. FR. IOANNE THOMA DE ROCABERTI

Prælato domeſtico aſſiſtente ſacro Solio, ab INNOCENTIO XI. Archiepiſcopo Valentino: olim in eiuſdem Vrbis Vniuerſitate S. Theologiæ Primario Profeſſore, Ordinis Prædicatorum in Prouincia Aragoniæ Prouinciali, poſtmodùm totius Religionis Generali Magiſtro; ſemel, atque iterum Valentini Regni Prorege, & in præſentia Hiſpaniarum Inquiſitore Generali.

SANCTISS.MO IN CHRISTO PATRI

INNOCENTIO XII.

DIVINA PROVIDENTIA PONTIF: MAX:

DICATA.

TOMVS XIX.

ROMÆ, M. DC. XCIX.

Ex Typographia Ioannis Franciſci Buagni.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.

Dominicus Belliſarius de Bellis Epiſc. Melphicten. Viceſg.

CENSVRA
TOMI XIX.
BIBLIOTHECÆ PONTIFICIÆ.

DE ordine Reuerendiſs. P. Paulini Bernardinij Sac. Palatij Apoſtolici Magiſtri reuidi infraſcripta Opera: Rodulphi Cupers. De Sacroſancta Vniuerſali Eccleſia. Silueſtri Prieratis: De irrefragabili veritate Rom. Eccleſia. Item: De Papa, & eius Poteſtate. Fr. Sixti Senenſis. Bibliotheca Sancta. Stanislai Hosij: De Auctoritate Roman. Pontif. &c. Thoma Caietani: De Auctoritate Papa, & Concilij. Item: De Romani Pontificis Inſtitutione. D. Thoma Aquinatis. Contra Gracos, &c. Thoma Campegij: De Auctor. & Poteſt. Rom. Pontificis. In ijs nihil reperi contrarium Fidei, aut bonis moribus, quare cenſeo poſſe permitti, quod imprimantur, vt Decimus nonus Tomus Bibliotheca Pontificia. Ita cenſeo ego infraſcriptus. Ex Ædibus S. Maria in Porticu in Campitello hac die 20. *Februarij* 1699.

Franciſcus Maria Campionus
Examinat. Synod. in Vrbe.

Imprimatur,

Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

Digitized by Google

AVTHORES

Quorum opera in hoc XIX. Tomo continentur.

Rodulphi Cupers: De Sacroſancta Vniuerſali Eccleſia.

Silueſtri Prieratis: De irrefragabili veritate Rom. Eccleſiæ.

Item: De Papa, & eius Poteſtate.

Fr. Sixti Senenſis: Bibliotheca Sancta.

Stanislai Hoſij: De Auctoritate Rom. Pontif. &c.

Thomæ Caietani: De auctoritate Papæ, & Concilij.

Item: De Romani Pontificis Inſtitutione.

D. Thomæ Aquinatis. Contra Græcos, &c.

Thomæ Campegij: De Auctor. & Poteſt. Rom. Pontificis.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM

Huius Deciminoni Tomi.

RODVLPHI CVPERS I. C.

A terra plebis S. Stephani:

Tractatus de Sacroſancta Vniuerſali Eccleſia eiuſque Sacramentis, Principatu, Senatu, Concilijs, Magiſtratibus, & Miniſtris, hoc eſt dilucida Commentaria ad cap. oportebat 79. diſtinct. ibique Synopſis. pag. 1.

PRæludia ad Singula, quæ his commentarijs ex profeſſo examinantur. De Romana Eccleſia, de Sacramentis, de Eccleſiæ Principaru, Senatu, Concilijs, Miniſtris. 3
Arg. Ius Diuinum multiplici accipitur ſenſu. 6
Art.i. Concilium ex quibus conſtet, & ad quid fiat, vndeque dicatur. 7
Art.ij. Diuino iure Concilia eſſe inſtituta comprobatur. 8
Art.iij. Papa magis à Cardinalibus, quàm à Concilio etiam pendente eſt eligendus. 10
Art.iv. Concilij celebrationem ſolius Papæ eſt indicere. 12
Art.i. Sequitur rubrum ibi Stephani Papæ III. 15
Art.i. Canonis huius neceſſariam editionem fuiſſe. 16
Arg. Canonis nomen, & complura referuntur, & ab eo deriuantia quo ſenſu ſumantur. 18
Art.i. Quare Romanus Pontifex Papæ nomen retineat. 20
Art.ij. Datione ſupremæ poteſtatis Papam liquet eſſe mirabilem, diuinituſque inſtitutum. 21
Art.iij. Admirandam Papæ poteſtatem eſſe oſtenditur in remittendis criminibus, & culpis abſoluendis. 22
Art.iv. Inter Papam, & Eccleſiam contracta eſſe ſponſalia. 24
Art.v. Diuinitus Romanæ Vrbis Præſulatum Papæ curæ commiſſum. 25
Art.i. Moyſem, eiuſque geſta Papæ figuram extitiſſe. 27
Art.vij. Iure Diuino vtramque poteſtatem Papam habere oſtenditur. 31
Art.viij. Papam fidelium eſſe communem Patrem oſtenditur. 37
Art.ix. De Donis diuinitus Papæ datis. 38
Arg. Summa eſt ratio, qua Romanorum Pontificum nominibus ſit numeratio addenda. 42
Arg. Canonis huius diuiditur textus, ſummatur, & declaratur. 43
Arg. Sicut Sacramenta ſunt diuinitùs inſtituta, ſic Diuinam quoque conferunt gratiam; & ibi de Sacramentis in particulari. 48
Arg. Sanctum quod eſſe quomodo ſumatur, curque Eccleſia multiplicatione ſancta dicatur. 63
Arg. Diuinam eſſe Romanam Vniuerſalem Eccleſiam regio more ſumitur. 67
Arg. Romæ nomen vnde & Eccleſiarum Vrbis quæ ſit inſignior, & cur Romæ Papa reſideat. 70
Art.iij. Romanam Eccleſiam ex pluribus Catholicam nuncupari demonſtrarur. 71
Art.i. Multiplicem eſſe Eccleſiæ nominis ſignificationem, miramque eius auctoritatem exprimitur. 73
Art.ij. In Eccleſia reperiri mixtos bonis, & malos. 75
Art.iij. Eccleſiæ connumerantur ætates. 76
Art.iv. Relatiui nominis, quæ ſit vis, vel poteſtas. 80
Art.v. De Beatitudinis voce, & quomodo quem beatum fieri ſumatur. 81
Arg. Cur à Petra Petrus nuncupatur, vel quomodo in caput Eccleſiæ diuinitus inſtitueretur. 82
Art.ij. Diuum Petrum fuiſſe Eccleſiæ fundamentum. 83

Art.iij. De tempore quo Petrus Pontificatum ſuſcepit. 87
Art.iv. Diuum Petrum à Domino immediatè Pontificale munus recepiſſe. 89
Art.v. Poteſtatem Petro collatam à Domino immediatè patet eſſe collatam cœleſtia ſimul, & terrena reſpicere. 92
Art.vj. Diui Petri Principatum extendi ad fideles totius Orbis oſtenditur. 95
Art.i. Succeſſorum vocem diuerſam eſſe naturam, diuerſaque referre. 97
Art.ij. Neceſſarios fuiſſe ad Eccleſiam conſeruandarum Diui Petri ſucceſſores. 98
Art.iij. Succeſſorum diui Petri diuinitus inſtitutam eſſe poteſtatem. 100
Art.i. Multiplici ſenſu quid inſtitutum ſumitur. 101
Art.i. Statuta Papę non eſſe à fidelibus negligenda. 104
Art.ij. Papæ à ſingulis fidelibus eſt parendum. ibid.
Art.i. Vox ritè diuerſimodi ſenſus eſt, pag. 106
Art.i. Ordinare Verbum ad diuerſa referri. 107
Art.ij. Ordinem Eccleſiæ ad complura ſe referre. ibid.
Art.iij. Simplicitatem ſimul & prudentiam Eccleſiæ proceres ſequi præſtat. 110
Art.iv. Neceſſariò bona temporalia Eccleſiæ permiſſa. ibid.
Art.i. Coniunctionem & diuerſa referre conſtat. 112
Art.i. Quare Eccleſiam Apoſtolicam, & Papam Apoſtolicum nuncupari conueniar, & regulariter Apoſtolica ſequi inſtitura dicatur. 113
Art.ij. Apoſtolici culminis, quæ ſit altitudo. 116
Art.ij. Reſponſiones contra nonnulla impiè obiecta. 124
Art.iij. Ex Apoſtolico culmine Prælatorum totius Orbis prodire poteſtatem. pag. 125
Art.iv. Vanas eſſe impugnationes ab impijs ſumptas contra Prælatorum poteſtatem. 126
Art.v. Apoſtolici culminis iura perpetuò in Eccleſia ſunt permanſura. 127
Art.vj. Romanæ Eccleſiæ vnitatis iura ſicut prædicatione indicantur, ità Sacramentorum collatione comprobantur. 129
Art.i. Liquet de Eccleſiæ vnitate ex ratione multiplici. 139
Art.i. Virtus huius præpoſitionis, de qualis ſit. 138
Art.i. Explicatur de Cardinalibus, quatenùs ad nomen attinet. 139
Art.ij. Etiam diuinum eſſe Cardinalium conſtitutum dignoſcitur ex munere, quod eos obire decet. 144
Art.iij. Quomodò Dominos Cardinales à diuo Petro eſſe inſtitutos intelligatur. 146
Art.iv. Iure diuino Cardinales eſſe inſtitutos. 153
Art.v. Obiecta contra Dominorum Cardinalium inſtitutum, quò minùs dicantur eſſe de iure diuino, non ſubſiſtere comprobatur. 158
Art.vj. Quæ vacante Sede, Cardinalium ſint partes. 162
Art.vij. Eccleſia Romana vniuerſalis habet Senarum. 165
Art. viij. Iuriſdictionem Sacerdotibus cōpetere quomodò intelligatur. 169
Art.i. Differentia etiam in prima Eccleſia fuit inter Epiſcopos, & Presbyteros. 171
Art.ij. Epiſcopos Cardinales quomodo in cœtu Cardinalium reperiri conſtet, & alios Epiſcopos in Cardinales promoueri. 173
Art.iij. Miniſterij Epiſcopi, & Presbyteri, quod ſit diſcrimen. 177
Art.iv. Papa Epiſcopos, velut maiores Sacerdotes inſtituit, Moyſes figura ità indicante. 178
Art.v. De origine iuriſdictionis, qua Epiſcopi funguntur. 179
Art.vj. Epiſcoporum, quæ ſit iuriſdictio. 184
Art.vij. Qui tamen deeſt, Sacerdotes ſecundi ordinis ſunt coadiutores Epiſcoporum. 186
Art.viij. Epiſcopos, vt Diuinitus inſtitutos Diuinorum rationem habere oportet. 189
Art.ix. Epiſcopos ad ſtatus perfectionis promotos eſſe conſtat. 191
Art.x. male xij. Ordinem Epiſcopalem diuidi in Patriarchalem, vel Primatialem, ſeu Archiepiſcopalem, aut Metropolitanum diui Petri inſtitutione. 195
Art.xj. Epiſcoporum eſt diuina exequi iuſſa, illuſtrique innocentia pollere. pag. 197
Art.xij. Inſigni diuinitatum culmine conſtat exornari. 200
Art.i. Declaratur Presbyteris inſtitutum eſſe diuinum. 202
Art.ij. Diuinum munus Presbyterale eſſe arguitur, quia diuina exercitat. 203
Art.iij. Arguit quoque Sacerdotum ſecundi ordinis diuinum inſtitutum,
quod

quod exornentur ſcientia, & prudentia, vt vitæ ſanctitate. 205
Art.iv. Diuinam Sacerdotum eſſe inſtitutionem arguunt, quæ ſequi, non vitare eos oporteat. 206
Art.i. Diaconatus inſtitutum iure eſt Diuino in Eccleſia introductum, diuinorumque propreteà exercitium habet. 208
Art.i. Subdiaconatus ordinem diuinitùs inſtitutum eſſe. 211
Art.ij. Acolythos iure Diuino inſtitutos eſſe reperitur. 212
Art. De Exorciſtis, & eorum munere; De ordine Lectoris; De ordine Oſtiarij. ibid.
Art.i. Tonſuram, ſeu Pſalmiſtam inter ordines non computari. 215
Art i. Ex conſecrationis ſerie arguitur eorum, qui conſecrantur diuinum inſtitutum. 216
Art.ij. De Epiſcoporum conſecratione. pag. 219
Art.iij. De Papæ conſecratione, & vndè conſecrationis iſtius proceſſerit origo. 200
Art.iv. Admirandos eſſe conſecrationis virtures. 222

SILVESTRI PRIERATIS,

Magiſtri Sacri Palatij.

Errata, & argumenta Martini Lutheri recitata, detecta, repulſa, & copioſiſſimè trita, ibique Synopſis. pag. 225.

LIBER PRIMVS.

De iuridica, & irrefragabili veritate Romanæ Eccleſiæ, Romanique Pontificis.

Cap. i. QVæ ſit Auctoris intentio. 227
Cap.ij. Eccleſiam militantem eſſe Cœli Regnum, & Chriſti Monarchiam, item & Hierarchiam. ibid.
Cap.iij. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham, primum dignitate, ac iuriſdictione. pag. 231
Cap.iv. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanorum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, & Capitalem Orbis. 236
Cap.v. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum vbique, 241
Cap.vj. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum perpetuò. 243
Cap.vij. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, omnis hierarchicæ iuriſdictionis Auctorem. 245
Cap.viij. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romana Præſulem eſſe Hierarchiam ſummum, & iuriſdictionis incomparabiles. 249
Cap.ix. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, legum conditorem, quæ ſub æternæ damnationis pœna omnes afficiant. 254
Cap.x. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum auctoritate Diuina. 257
Cap.xj. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham, ſummum Iudicem ſine Iudice homine. 264
Cap.xij. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum Iudicem, ſine Iudice humano Collegio. 271
Cap.xiij. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum Iudicem ſine prouocatione. pag. 276
Cap xiv. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum reſolutiuum ſupremarum dubitationum. 277
Cap.xv. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum Iudicem infallibilis veritatis. 281
Cap.xvj. In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Pontificem eſſe Hierarcham Iudicem infallibilis veritatis vnicum. pag. 285

LIBER SECVNDVS.

De iuridica, & irrefragabili veritate Romanæ Eccleſiæ, Romanique Pontificis.

Cap.viij. MArtini Lutheri eſſe varios errores; præter ea, quæ in ſuis primis concluſionibus aſtruxit. 288
Cap.ix. Errorem eſſe, quòd Papa, nec velit, nec poſſit indulgendo remittere vllas pœnas præter eas, quas ſuo, vel canonum arbitrio impoſuit. 291

Cap.x. Errorem eſſe, quod Papa non poſſit plenariè indulgere hic, vel in futurum. 296
Cap. xj. Aduerſarium malè ſentire de Purgatorio. 300
Cap.xij. Aduerſarium rursùs de Purgatorio malè ſentire. 311
Cap.xiij. Aduerſarium malè ſentire de poteſtate Pontificis. 315
Cap.xiv. Aduerſarium de theſauro ſpirituali Eccleſiæ malè ſentire. 327
Cap.xv. Ex dictis multos alios aduerſarij errores elidi. 337
Cap.vlt. Ex dictis ſolui omnia Aduerſarij maledicta. 347

E I V S D E M   A V C T O R I S.

De Papa, & eius poteſtate. pag.368.

F R. S I X T I   S E N E N S I S,

Bibliotheca Annotationes ſuper Matthæi 16. ibique Synopſis. pag.379.

S T A N I S L A I I   H O S I I,

S. R. E. Cardinalis, Epiſcopi Varmienſis.

De loco, & Auctoritate Romani Pontificis in Eccleſia Chriſti, & Concilijs, ibique Synopſis, & Epiſtolæ. pag. 385.

E I V S D E M   A V C T O R I S.

De Concilijs Oecumenicis. pag.407.

Cap.xxiv. QVòd Concilium Oecumenicum Eccleſiam Catholicam repræſentat. ibid.
Cap.xxv. Tertia nota Eccleſiæ, quod ſit vna. 423
Cap.xxvj. Quod aliter vnitas retineri non poteſt, quàm ſi vnus aliquis præſit Eccleſiæ, cui pareant omnes. 425
Cap.xxvij. Quarta Eccleſiæ nota, quòd ſit Apoſtolica. 428
Cap.xxviij. Quòd vbi legitima Epiſcoporum ſucceſſio eſt, ibi doctrina Apoſtolorum, ibi vera eſt vna, Sancta, Catholica, Apoſtolica Eccleſia. pag. 429
Cap.xxix. Quod fides Eccleſiæ propterea deſerenda non ſit, quod præſident illi quandoque, qui vitæ non omninò ſunt inculpatæ. 439

T H O M Æ   C A I E T A N I,   S E V   D E   V I O,

Cardinalis tituli S. Xyſti.

Opuſcula in tres diſtincta tomos, tractatus primus. Primi tomi, De Comparatione auctoritatis Papæ, & Concilij, in viginti octo Capita diuiſus, ibique Synopſis. pag.443.

Cap.i. QVod Papa habeat ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei. 446
Cap.ij. Opiniones aliorum de comparatione poteſtatis Petri primi Papæ, & Apoſtolorum. 447
Cap.iij. Rationabilis ſententia, quòd Petro ſubiecti erant cæteri Apoſtoli. pag. 448
Cap.iv. In quo ſoluuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri primatu ſuper alios Apoſtolos. pag. 450
Cap.v. In quo ponuntur rationes tenentium, quòd Eccleſia vniuerſalis, ſeu Concilium vniuerſale habeat poteſtatem ſupra Papam ſimpliciter, ità quòd Papa eſt illi ſubditus. 451
Cap.

Cap.vj. Quis ſit ſenſus, quo quæſtio de comparatione auctoritatis Concilij, & Papæ vertitur in dubium. 453
Cap.vij. Quòd Papa ſit ſuper poteſtatem Eccleſiæ vniuerſalis, & Concilij generalis, vt diſtinguitur contra Papam. 455
Cap.viij. In quo reſpondetur obiectionibus ſumptis ex auctoritate Concilij Conſtantienſis, & Baſileenſis. pag. 456
Cap.ix. In quo ſoluuntur reliquæ obiectiones contra idem factæ. 458
Cap.x. De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui Concilium eſſe ſupra Papam. 462
Cap.xj. Quòd ſecluſo Papa in Eccleſia, non eſt Papatus ſuppletiuè, & ſicut in regulante vſum ipſius. 463
Cap.xij. Quod ſecluſo Papa non ſit in Eccleſia poteſtas legiſlatiua. 466
Cap. xiij Quòd poteſtas applicatiua Eccleſiaſticæ poteſtatis ad perſonam, non eſt in Eccleſia ſecluſo Papa niſi in caſu. 467
Cap.xiv. In quo ſoluuntur rationes contra Papam, quòd Eccleſia ſit totum, & auctoritas eius maior in ſex. 468
Cap.xv. Opinio aliorum, quòd in Eccleſia ſecluſo Papa, eſt auctoritas congregandi Generale Concilium. pag. ibid.
Cap.xvj. Quomodo verificetur, quòd Concilium poteſt, aut non poteſt, ſine Papa congregari. 469
Cap.xvij. In quo incipiat comparatio poteſtatis Eccleſiæ, & Papæ in caſu hæreſis. Et primò, de modo, quo Papa propter crimen hæreſis ſubijcitur Concilio, ſecundùm vnam opinionem. 471
Cap.xvij. De modo, quo Papa Hæreticus ſubijcitur Concilio, ſecundùm aliam opinionem. 472
Cap.xix. Examen illius propoſitionis, Papa Hæreticus eſt ipſo facto priuatus Papatu. 473
Cap.xx. Rationabilis ſententia, quòd Papa factus hæreticus, ſubeſt poteſtati miniſteriali Eccleſiæ, & non auctoritatiuæ ſuper Papam. 474
Cap.xxj. Diſcuſſio prædictæ poteſtatis miniſterialis depoſitiuæ Papæ hæretici. 476
Cap.xxij. In quo reſpondetur rationibus, & auctoritatibus allatis in c.17. ad probandum, quod Papa hæreticus, ſit ipſo facto depoſitus iure Diuino. 478
Cap.xxiij. Quomodo cum Papa in hæreſim lapſo parato corrigi, agendum ſit. 481
Cap.xxiv. Opinio, quòd Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine ſcandalizante Eccleſiam, ſubijciatur Concilij poteſtati; ità quòd poſſit ab eo deponi. 482
Cap.xxv. Diſcuſſio, & determinatio, ad quam legem ſpectet determinare caſus, in quibus iudicio Concilij ſubeſt Papa. 483
Cap.xxvj. Quot caſus criminum ſint Diuina Lege ſtatuti, vt poſſit Concilium Papam deponere. 485
Cap.xxvij. In quo reſpondetur rationibus factis in cap.24. ad probandum, quod Papa ex alio crimine, quàm hæreſis, poteſt deponi ab Eccleſia. pag. 487
Cap.xxviij. Sex caſuum ſolutio, quòd in nullo euentu Papa abſque ſua culpa ſubeſt Eccleſiæ, ità quòd deponi poſſit. 491

TRACTATVS II.

De comparata auctoritate Papę, & Concilij Apologiæ, Pars prima ad eumdem in ſex Capita diuiſa.

Cap.i. IN quo fundamentum iuris naturæ examinatur. 493
Cap.ij. In quo fundamentum iuris diuini examinatur, & pro qua Eccleſia ſumitur, cùm dicitur: Dic Eccleſiæ. 494
Cap.iij. In quo diſcutitur quid ſignificet Eccleſia cùm dicitur: Dic Eccleſiæ. pag. 495
Cap.iv. In quo diſcutitur an Dominus per illa verba Matth.18. Dederit immediatè poteſtatem Eccleſiæ; & quantum ei dederit. 496
Cap.v. Quomodò Eccleſia habeat poteſtatem iuriſdictionis, quæ in verbis Domini continetur, an ſcilicet ratione ſuæ totalitatis, an ratione partis. pag. 498
Cap.vj. Quomodo poteſt, (condeſcendendo multorum ſenſui,) intelligi, quod Eccleſia ratione ſuæ totalitatis habere poteſt, & habet quandoque poteſtatem aliquam iuriſdictionis. pag. 499

TRACTATVS II.

Apologiæ ſecunda Pars, in nouem, & viginti capita diuiſa. De comparata auctoritate Papæ, & Concilij.

Cap.i. RESponſio ad obiectionem contra illud, quòd Dominus Eccleſiæ regimen ſic ordinauit, Petrum, vt Summum Pontificem inſtituerit, à quo via ordinaria in reliquum

Digitized by Google

quum Eccleſiæ poteſtatis deriuaret, & quòd Apoſtolis alijs via præuentionis gratuitæ poteſtatem dedit. 500

Cap.ij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Papa eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, & non ſolùm ſingulorum membrorum. 501

Cap.iij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Concilium auctorizatum à Papa, non eſt maioris auctoritatis, quàm ipſe Papa. ibid.

Cap.iv. Reſponſio ad obiectiones contra illud, ſi communitas Eccleſiæ ſecluſo Papa haberet poteſtatem ſupra Papam, Eccleſiæ regimen eſſet populare. 502

Cap.v. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Papa eſt ſupra communitatem totius Eccleſiæ ex illa auctoritate, Paſce oues meas, & quòd Papa eſt Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & non ſolùm ſingularium ouium. ibid.

Cap.vj. Reſponſio ad obiectiones contra illud, ex illa auctoritate, Fiet vnum Ouile, & vnus Paſtor, quòd Papa eſt Paſtor illius Ouilis, & non è conuerſo. 503

Cap.vij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, Non minùs Papa eſt Paſtor Eccleſiæ Catholicæ, quàm quilibet Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ, inferendo ex hoc ſuperioritatem Papæ ad Eccleſiam. ibid.

Cap.viij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia, ergo eſt ſuper vniuerſalem eccleſiam. 504

Cap.ix. Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa eſt proximus, & immediatus Vicarius Chriſti, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe, &c. ibid.

Cap.x. Reſponſio ad obiectiones ſeptem contra illud, Papæ poteſtas eſt ſupra eccleſiam vniuerſalem, & Concilium generale, vt diſtinguitur contra Papam. 505

Cap.xj. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Conſtantienſe Concilium pro tempore, quod fecit decreta de poteſtate Synodi, non erat verum Concilium vniuerſalis eccleſiæ, & quod Baſileenſe Concilium errauit illud ſequendo. 508

Cap.xij. Reſponſio ad obiectiones contra gloſſam datam ad illa verba Auguſtini. Quando Petrus claues accepit, eccleſiam ſignificauit, quod per hoc intelligitur claues officio capitis in Petro, & Succeſſoribus datas eſſe. 509

Cap.xiij. Reſponſio ad nouem obiectiones contra illud, quòd Papa non poteſt errare errore iudiciali in fide, quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide. ibid.

Cap.xiv. Reſponſio ad obiectiones contra illam rationem, quare Papa non poteſt errare in fide, qui ſcilicet eſſet error vniuerſalis eccleſiæ, quia tenetur ſequi definitionem Papæ in fide. pag. 512

Cap.xv. Reſponſio ad obiectiones contra expoſitionem illius verbi Hieronym. Si auctoritas quæritur, Orbis eſt maior Vrbe. ibid.

Cap.xvj. Reſponſio ad obiectionem contra multas auctoritates ex libro Decretorum, quibus probatur, Papam non habere ſuperiorem in terris. 513

Cap.xvij. Reſponſio ad ſeptem obiectiones contra illud, quòd eccleſiæ Dei, ſecluſo Papa, non eſt data poteſtas papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Matthæi 18. & quòd in eccleſia huiuſmodi non eſt talis poteſtas. ibid.

Cap.xviij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex miſſum eſſe, non ſequitur eſſe ſubditum. 515

Cap.xix. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex 36. quæſt.2. capit. Placuit, iuncto, cap. tria, habetur, quòd Hieronymi auctoritas innixa ſacræ Scripturæ, præualuit Concilio. pag. ibid.

Cap.xx. Reſponſio ad obiectionem contra hoc, quòd ex auctoritate Decretal. de elect. in cap. Significaſti, dicitur quod Concilia à Papa habent auctoritatem. 516

Cap.xxj. Reſponſio ad obiectiones multas contra illud, quòd Concilium Generale legitimè congregatum poteſt errare definiendo, Papa abſente, vel non conſentiente. ibid.

Cap.xxij. Reſponſio ad plures obiectiones contra illud, quod poteſtas applicatiua Papatus, ad perſonam, ſeu poteſtas electiua Papæ, eſt regulariter, & principaliter in Papa, & non niſi in caſu in Concilio. 518

Cap.xxiij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd in eccleſia, eſt poteſtas auctoritatiua ſuper coniunctione Petri, & Papatus, non autem ſuper Papa. 521

Cap.xxiv. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quod Papa poſſet committere poteſtatem diſpoſitiuam Papæ hæretici, Collegio Cardinalium. 522

Cap.xxv. Reſponſio ad obiectiones contra rationem datam, quare pro infideli-

lita-

litate ſola poteſt Papa deponi, quia ſcilicet ſola infidelitas crimina contrariatur ad eſſe Papæ. 522
Cap. xxvj. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex ſacra Scriptura ſolus caſus hęreſis excipitur ab impunibilitate Papæ reſpectu eccleſiæ. 523
Cap. xxvij. Reſponſio ad obiectiones contra hoc, quòd in ſolo caſu hæreſis, Papa ſubijcitur Eccleſiæ, ità quod poſſit deponi. ibid.
Cap. xxviij. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd propter ſcandalum non eſt præſcindendum caput iuxta Domini ſententiam, Matth. 18. pag. 524
Cap. xxix. Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Deus optimè prouidit eccleſiæ, diſponens, quòd orationis remedio contra malum Papam vteretur, non autem depoſitionis poteſtate. ibid.

TRACTATVS III.

De Romani Pontificis inſtitutione, & auctoritate, in quatuordecim Capita diuiſus.

Cap. i. QVid, quomodo, & quo ordine de Romani Pontificis inſtitutione tractandum eſt. 526
Cap. ij. Petri perſonæ, & non dono reuelationis, aut beatitudinis promiſſæ ſunt claues, & cætera. 527
Cap. iij. Perſonæ Petri in ſe, & non ſolùm in perſona Eccleſiæ promiſſas eſſe claues. 531
Cap. iv. Verba Chriſti, Tibi dabo claues, Petro non in perſona omnium Apoſtolorum dicta eſſe. 534
Cap. v. Apoſtolis alijs non eſſe alias collatum quod Petro. 536
Cap. vj. Solum Petrum accepiſſe claues, conſonat ei, quod eſt eccleſiam accepiſſe claues. 541
Cap. vij. Promiſſum eſſe Petro totius eccleſiæ Pontificatum in antedictis promiſſionibus, 543
Cap. viij. Perſonæ Petri, quamuis charitate qualificatæ, dictum eſſe, Paſce oues meas. 545
Cap. ix. Soli Petro, ità quòd non alijs Apoſtolis, dictum eſſe, Paſce oues meas. 546
Cap. x. Petro ſoli vniuerſam committi eccleſiam, per hæc verba Chriſti, Paſce oues meas. ibid.
Cap. xj. Petro per hæc verba, Paſce oues meas, commiſſum à Chriſto Pontificatum totius Eccleſiæ eſſe. 548
Cap. xij. Petrum habere ex Chriſti inſtitutione ſucceſſorem in Pontificatu eccleſiæ Catholicæ. 549
Cap. xiij. Romanum Pontificem ſuccedere Petro in Pontificatu toti eccleſiæ. 553
Cap. xiv. Auctoritates Sanctorum antiquorum, & Conciliorum, affirmantes, in Petro, ac Romano Pontifice ſucceſſore Petri, totius eccleſiæ Pontificatum inſtitutum. 558

D. THOMÆ AQVINATIS ANGELICI DOCTORIS,

Ordinis Prædicatorum,

Opuſcula, & Opera, ibique Synopſis. pag. 562.

QVòd Pontifex Romanus eſt primus, & maximus inter omnes Epiſcopos. 564
Quòd idem Pontifex in totam eccleſiam Chriſti vniuerſalem prælationem habet. ibid.
Quòd idem habet in eccleſia poteſtatis plenitudinem. ibid.
Quòd in eadem poteſtate, quæ collata eſt Petro à Chriſto. ibid.
Quòd ad eum pertinet determinare, quæ ſunt fidei. 565

EIVSDEM AVCTORIS.

Quæſtionis Primæ, De Fide. pag: 566.

Articulus x. VTrum ad Summum Pontificem pertineat fidei ſymbolum ordinare. pag. ibid.

Digitized by Google

THOMÆ CAMPEGII BONONIENSIS'

Epiſcopus Feltrenſis.

De Auctoritate, & Poteſtate Romani Pontificis in Eccleſia Dei, ibique Synopſis. pag. 568.

Cap.i. Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſcendens in Cœlum Vicarium in terris dimiſit, qui eius vice Caput, & Rector Eccleſiarum regeret, & gubernaret. 569

Cap.ij. Petrus is fuit, quem Chriſtus aſcendens in Cœlum, loco ſui dimiſit in terris. 570

Cap.iij. Sententia aſſerentium datam Petro poteſtatem cùm ei à Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã. ibi.

Cap.iv. Petrum, antequam ei dictum fuerit, Paſce oues meas; digniorem habitum, qui alijs præficeretur. 571

Cap.v. Petri dignitas, & prærogatiua ex his, quæ poſt reſurrectionem Domini dicta, aut facta ſunt. 572

Cap.vj. Teſtimonia Patrum pro Petri primatu. ibid.

Cap.vij. Petri auctoritas, & prærogatiua comparata auctoritati datæ eccleſiæ, & alijs Apoſtolis. 573

Cap viij. Quæ ſint claues eccleſiæ. 575

Cap·ix. Cui datę ſint claues eccleſię. 576

Cap.x. Petram eſſe eccleſiæ fundamentum. 578

Cap.xj. Petrus immediatè poteſtatem accepit à Chriſto. 580

Cap.xij. Diſſolutio eorum, quæ obijciuntur primatui Petri. 581

Cap.xiij. Auctoritatem datam Petro datam etiam ſucceſſoribus Petri. 584

Cap.xiv. Romanum Pontificem eſſe Petri in Pontificatu ſucceſſorem. 585

Cap.xv. Romanum Pontificem eſſe, & rectè appellari vniuerſalis eccleſiæ Epiſcopum. 587

Cap.xvj. Romano Pontifici deberi ab omnibus Chriſtifidelibus obedientiam. 588

Cap.xvij. Romani Pontifici nedum debitam, ſed etiam præſtitam fuiſſe obedientiam ab Epiſcopis, Principibus, & ſacris Concilijs. 591

Cap.xviij. Maiores cauſas ad Romanam, & Apoſtolicam Sedem referendas. pag. 593

Cap.xix. Licitum eſt omnibus ad Apoſtolicam Sedem appellare. 594

Cap.xx. Nemini licere à Romano Pontifice appellare. 596

Cap.xxj. Ad Romanum Pontificem ſpectat aliorum Epiſcoporum electiones confirmare. ibid.

Cap.xxij. Romanum Pontificem maiorem, & ſuperiorem fore generali Concilio. 597

Cap.xxiij. Diſſolutio obiectorum. 599

Cap.xxiv. Examen, & interpretatio Decreti Couſtantienſis Concilij, de auctoritate Concilij ſupra Papam. 607

Cap.xxv. Romanus Pontifex à Concilio deponi non poteſt. 610

Cap.xxvj. Romanus Pontifex Concilio ſe ſubmittere non poteſt, ab eo iudicandus. 613

Cap.xxvij. Ad Romanum Pontificem ſpectat, confirmare decreta, & acta ſacrorum Conciliorum. 614

Cap.xxviij. Ad Romanum Pontificem ſpectat, perperam celebrata Concilia damnare. 616

Cap.xxix. Ad Romanum Pontificem ſpectat. ambiguitates declarare, quæ ſuper Conciliorum decretis orirentur. pag. ibid.

Cap.xxx. Romanus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper decretis Conciliorum. pag. 617

Cap. xxxj. Romanus Pontifex poteſt Conciliorum decreta abolere, & reuocare. ibid.

RODVL-

RODVLPHI
CVPERS
IVRISCONS.

A terra plebis Sanɑ̃i Stephani.

TRACTATVS

DE SACROSANCTA VNIVERSALI ECCLESIA, Eiuſque Sacramentis, Principatu, Senatu, Concilijs, Magiſtratibus, & Miniſtris, iure Diuino inſtitutis; proſtratis impiorum rationibus.

Hoc eſt dilucida Commentaria ad c. Oportebat LXXIX. diſt.

Rodulphus Cupers Iuriſconſultus A Terra Plebis Sancti Stephani edidit librum cui titulus, Tractatus De Sacroſancta Vniuerſali Eccleſia, eiuſque Sacramentis Principatu, Senatu, Concilijs, Magiſtratibus, & Miniſtris iure Diuino inſtitutis proſtratis impiorum rationibus, hoc eſt dilucida Commentaria ad cap. Oportebat LXXIX. diſt. Venerijs apud Dominicum de Farris MDLXXXVIII. Hic liber citatur à Matthæo Coningio in ſua Bibliotheca, in Bibliotheca etiam Claſſica M. Draudij, immò in omnibus ferè Bibliothecis legalibus per materiam de legum Auctoribus indicem rexentibus. Eſt autem ità in lege Canonica fundatus, & ita quod dicebat Hieronymus de Hilarij libris inoffenſo decurendus pede, vt his diebus inuentus ſit, qui prælo denuo committere velit, tanquam Doctorem eximium, & ijs carentem erroribus, quibus ſæpè ſæpius ſcatent Iuriſconſulti. Hæc de Libro ſcire dantur, de Auctore autem poſſumus coniectare non ſcire niſi aliqua pauca. Patria ipſa ignota eſt; quippè multæ regiones ſunt Sancti Stephani extant multa in Hiſpania loca terra de S. Eſteuano, extat S. Stephanus Niceæ, & ibi terra plebis; extat in Tuſcia S. Stephanus locus commodus Nauium; ſed omnium celeberrimus locus eſt S. Stephanus Pagus Paphlagoniæ maritimus, inter Armenem, & Sinopem vrbem proximam, ita in Lexico Geographico Philippi Ferrarij addito à Michaele Antonio Baudran, ſic extat etiam apud Plinium. Idem autem eſt, ac Onogoris Chalcidis vrbs ſic dicta, vt refert Agathia ab Hunnis, qui & Onogori dicebantur ibidem prœlio victis, ſed quod Beati Stephani Protomartyris in eadem templum ibi ædificatum fuit ex eius nomine Diui Stephani vocari inſtiruerunt, Onuguris autem dicitur in Græco Codice. Inſula Samos in Icario Mari è regione Ioniæ vocatur à Strabone Par-

Digitized by Google

thenia ab eius fluuio Parthenio, deinde Anthemum, & eadem Stephane appellatur.

Auctorem conſtat eſſe eruditum in hiſtoria Eccleſiaſtica in Sacra Scriptura, & verſatiſſimum in Lectione Sanctorum Patrum, & Conciliurum. Sumpſit autem vnicum textum cap. Oportebat LXXIX. pulchra methodo firmans commentaria, ſumpta cauſa vt ipſe fatetur pagina quinta, quod in eodem textu referuntur promulgata à D. Petro, tam ſuper Eccleſiæ Romanæ ordinatione, quàm etiam ſuper electione ſuorum ſucceſſorum, nec ſit ſimplex traditio Diui Petri, tum exemplo aſſiſtentium ipſi Domino Apoſtolorum, tum etiam quod verbo Domini eſſet inſtructus, quam methodum in Eccleſia regenda, & gubernanda eum ſeruare oporteret ſit exequutus, ſtante maximè quod huius promulgatio in generali Synodo Stephani Papæ facta fuerat, vnde ille textus deſumitur, ità omnimodam veritatem contineat, vt cuicumque hiſtoriæ aliter rem enarranti atteſtatio huius Synodi ſit præferenda. Præmiſit Præludia ad ſingula, quæ his commentarijs ex profeſſo examinantur, De Romana Eccleſia cunctis Eccleſijs prælata, & Magiſtra; De Eccleſiæ Sacramentis exiſtentibus in eadem Sancta Romana vniuerſali Eccleſia, & numero eorum ſeptenario; De Eccleſiæ Principatu à Prophetis prædicto, & luce clariùs in Euangelio oſtenſo; De Eccleſiæ Senatu replente figuram Sacerdotij Leuitici, & ab Apoſtolis deſcendente; De Eccleſiæ Concilijs, Diuina eorum origine, ſubiectione tamen ad Papam; De Eccleſiæ Magiſtratibus, ideſt Epiſcopis, eorumque dignitate ſuprà cæteros ſimplices Sacerdotes; De Eccleſiæ Miniſtris, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, eorumque Diuina inſtitutione. Fatetur ipſe in Præfatione, & dedicatione ſui libri, quem conſecrat Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Principi Alexandro Farneſio S. R. E. Vicecancellario, & Cardinali Hoſtienſi ſe cum ampliſſimo illo Cardinali antiquam ſeruitutem contraxiſſe, & taliter illi eſſe deuinctum, vt ſi incomparabiles theſauros ipſi elargitus fuerit alicui compenſationi tantorum erga ſe meritorum locum eſſe non videat.

Occaſio autem ſcribendi ea fuit, quod videret Concilium Stephani Papæ Tertij non ſolùm abſque reuerentia, ſed à Modernæ Perfidiæ ſodalibus non minùs ineruditis, quàm impijs rationibus ſordidum redditum, illud eàpropter Diuinæ paginæ oraculis, illuſtribuſque Patrum ſententijs, nec non Pontificij, ac Cæſarei iuris ſanctionibus contrà horum dogmata defendere conatur, vt deprauatis ijs temporibus liquidò appareret, quod corruptis ſenſibus dubium reddi perquiritur. Vixit autem Auctor ſæculo præterito, poſt Paulum III. vita functum, quem in ſua Præfatione etiam laudat. Quod coniectura aſſequi poſſumus eſt fuiſſe ex illa terra S. Stephani plebis in Paglaphonia, verſatum aliquando Venetijs, vbi & librum in lucem edidit, amicitiam, & ſeruitutem contraxiſſe cum Reuerendiſſimo Cardinali Alexandro Farneſio ex eo capite, quod ipſi ſuppeditauerit pecunias ad ſtudium inchoandum, & fouendum, conſtat enim ex ipſius vita apud Alphonſum Ciacconium eum in remotiſſimas partes miſiſſe auxiliare argentum, & infideles omnes armis proprijs, & alienis, & omnium calamis validiſſimè confixiſſe; cuius rei ſignum eſt, quod in Præfatione illius magnificentiam in erogandis opibus præcipuè commendat. Breuis eſt liber, & ſuccoſus, & non minùs Ius Canonicum, quàm Theologiam egregiè redolet.

COM-

COMMENTARII

Ad Diſt. LXXIX. Ex Concilio Stephani Papæ III.

Oportebat, vt hac Sacroſancta Domina noſtra Romana Eccleſia (iuxtà quod à B. Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt) ritè ordinaretur; & in Apoſtolicum culmen vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconibus conſecraretur.

PRÆLVDIA

Ad ſingula, quæ his Commentarÿs ex profeſſo examinantur.

De Romana Eccleſia.

QVàm impium, & immane ſit, Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, eiuſque Sacramenta, Principatum, Senatum, Concilia, Magiſtratus, & miniſtros carpere, eiſque detrahere, vt Diuini iuris inſtituto in Chriſtianorum Republica nullius ſint virtutis, nemo, qui mediocritèr fidei erudimenta calleat, eſt qui ignoret; qam ſola Romana Eccleſia cunctis eſt prælata Eccleſijs, c. quanto, 63. diſt. eſtque mater omnium fidelium, & magiſtra, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur. c. à recta, 24.q.1. & ab Eccleſia triumphanti deſcendens, illi exemplatur, in qua vnus cunctis præeſt ordinibus, refert D. Dionyſius in lib. de Cœleſti Hierar. cap.5. cui conſonum eſt, quod ſentit D. Chryſoſt. vt eſt textus Io. cap.21. vbi ait, Iacobum localiter terminat, Petrum autem Chriſtus ordinat orbis magiſtrum, & doctorem, vnde ſumpta Eccleſia à Græco idiomate deriuata non qualemcumque multitudinem, ſed conciliatam in aliquam vnam ſocietatem religionis denotante, vt videre eſt ad Galat. cap.1. ibi, quoniam ſuprà modum perſequutus ſum Eccleſiam Dei, & prima ad Corinth. ibi, quia non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Quandoquidem illa Eccleſia dignoſcitur eſſe, quam Dominum ita magnifeciſſe conſtat, vt eandem prætulerit nedum Cœſari, & Regibus, ſed omnibus ſub cœlo, & ſuprà cœlum exiſtentibus. vt eſt Pauli ſententia 1. ad Corinth. 1. cap. 6. Vbi ait Eccleſiam ipſam Angelos iudicaturam fore, & tanto magis terrena, cap. tibi Domino. 63. diſt. c. alius. 15.q.6. nam Matth. cap.18. Dominus ait, ſi te non audierit, dic Eccleſię. non dicit Cœſari, vel alteri ex creatis, quam inſuper ita dilexiſſe conſtat, vt pro ea ſemetipſum traderet ad eam ſanctificandam, mundans ipſam lauacro aquæ in verbo vitæ, ad Epheſ. cap. 5. Propterea hanc Eccleſiæ ſublimitatem D. Auguſtinus prænoſcens contrà Epiſtolam Manichei ait, non crederem Euangelio, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoneret auctoritas.

De Eccleſiæ Sacramentis.

ESſe Sacramenta eiuſdem Sanctæ Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ cœleſti referta virtute, numeroque ſeptenario conſiſtentia refertur in cap. veniens, ext. de tranſac. §. notandum. 1.q.1. quæ ſimilitèr ab eiſdem denegantur, quamuis propria Domini actione inſtituta præſeferantur, vt infrà in verbo, ſacroſancta, præſefertur; cum in effuſo Domini ſanguine virtutem ſumpſiſſe oſtendatur, vt inter cæteros D. Auguſtinus refert ſuper Pſalm. cuius hæc ipſa ſunt vèrba; ibi, quando dormiuit in cruce Chriſtus, ſignum geſtabat, imò implebat, quod ſignificatum fuerat in Adam, quia cum dormiret Adam, coſta illi detracta, facta eſt Eua: ſic & Dominus, cum dormiret in cruce, lancea latus eius eſt percuſſum, & ſacramenta fluxerunt, & facta eſt Eccleſia. idem ad Epheſ. cap.4. dormiuit Adam, vt fiat Eua: moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia. ait ibi gloſ. propterea tantę virtutis eſſe ſacramenta, ait Apoſtolus, vt quis eorum medio Chriſto incorporetur, ad Galat. cap.3. quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. quorum virtutem D. Auguſtinus prænoſcens ſuper Ioann. ait, quæuis eſt aquę, vt corpus tangat, & cor abluat. & in libro de doctrina Chriſtiana cap.3. ait, Sacramenta ad hoc inſtituta ſunt, vt habeamus certa, efficaciaque ſigna Diuinę erga nos gratię, & voluntatis,

quę dum in ſenſus externos incurrunt, non ſolùm excitant fidem in Chriſtum, Deique miſericordiam, & bonitatem, verùm etiam ſunt viuifica iuſtrumenta, per quę viſum eſt Deo ſalutem noſtram efficaciter operari. hęc ille. ſed cum Diuinę huiuſmodi gratię impij expertes reperiantur, propterea diuinitùs collata non agnoſcentes conniuentibus oculis in volutabro ſuo virtutibus diuinis poſthabitis delectantur.

De Eccleſiæ Principatu.

Eccleſiæ Principatum, etſi Euangelica exprimant verba, Matth. cap. 16. & Ioann. cap. vlt. pari modo denegant, etſi ſolis luce clarius pateat; Vndè Hierem. in cap. 1. de hoc principatu vaticinatus ait: ibi, Ecce dedi verba mea in ore tuo; Ecce conſtitui te hodiè ſuper gentes, & ſuper Regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes; quare D. Auguſtinus de ipſius principatus iuribus catholicè ſentiens in Sermone natalis Petri, & Pauli; inci. fortis, & humilis, ait ibi, ò mira, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeum piſcatorem Apoſtolorum facilè principem crederet, & Regibus obſiſtere, Reges ſanctificare, regniſque omnibus imperare, mundom refrenare legibus, dœmones calcare pedibus, iubere virtutibus, cœlum hominibus aperire cum vellet, claudere cum placeret, immortale regnum conuerſis dare, peruerſis negare, merita mundi cognoſcere, culpas, & crimina idem hominibus relaxare; hæc ille.

De Eccleſia Senatu.

Et Eccleſiæ Senatum Diuinum eſſe, ſenſit Bald. ſacrorum canonum maximus perſcrutator., in tract. de ſchiſmat. ſub rub. C. ſi in aliq. teſt. proh. per tex. in cap. in nomine Domini, 23. diſt. vbi diffinitur, vt in Eccleſia miniſterium habentium figura in l. veteri præceſſerit, & in noua conſummationem ſuſceperit: quandoquidem Senatus Eccleſiæ figuram repleat Leuitici generis Sacerdotum, quę in Apoſtolis eſſe completam conſpicitur, eoque ſtatu quo Domino ante, & poſt Reſurrectionem aſtiterunt Apoſtoli, & Diuo Petro poſt Domini Aſcenſionem, vſque ad eorum diſperſionem virtualiter, colligiturque expreſſe firmatum à magnò Lateranenſi Concilio cap. per venerabilem, 6. rationibus ext. qui fil. ſint leg. prout etiam hunc Senatum Eccleſiæ comperere commemorat text. in cap. Eccleſia, 16. quæſt. 1. Idem ſentit Hoſtien. in cap. 1. de cleric. non reſident, quòd etiam ratione probatur, illa arctiſſima ſurgentis Eccleſiæ charitate inter Apoſtolos retenta, vt diceretur, multitudinis eorum erat cor vnum, & anima vna Act. cap. 2, eum ſancta huiuſmodi inſtituta ab Eccleſia nunquam receſſiſſe pateat cap. à recta, 24. quæſt. 1. vt videre eſt connexitatem, quæ hodiè inter Papam, & Cardinales reſeruatur, eum vnum corpus, DD. Cardinales, & Papa cenſeantur cap. quiſquis cum militibus, de pœnit. diſt. 1. & patet etiam ratione poſita in cap. fęlicis, de pœn. in 6. vbi Ancha. ibique demonſtratur Cardinales, & Papam idem corpus effici. Vndè ſicut Papa iure diuino inſtituitur, ita & Cardinales inſtitui eſt cenſendum, cum vna; & eadem res diuerſo iure cenſeri non queat, l. eum, qui ædes, ff. de vſucap. demonſtratur etiam de hac corporis ideotitate, ea ratione, quia nemo ſibi ipſi iuramentum deferre poteſt, cap. ſi. ext. de inſtit. cap. nouit. ext. de his, quæ ſi. à prælat. cap. cum non liceat, ext. de reſcrip. nam etſi à Papa iuramentum huiuſmodi Epiſcopis, & Prælatis deferatur cap. ego, ext. de iureiur. Cardinalibus tamen non defertur ea ratione, quia Cardinales ſunt vna, & eadem creatura cum Papa, qui eorum caput eſt, & vniuerſalis Eccleſiæ, probat Hoſt. in cap. antiqua, ext. de priuil, & de hac identitate de perſona Papæ, & Cardinalium extat argumentum, quia Cardinalis ægrotans ſanguinem minuere non poteſt. niſi Papa aſſentiente, refert Gundiſal à villa dieg. in tract. de orig. Card. quæſt. 5. num. 53. Vndè nimirùm, ſi magno Lateranenſi Concil. ita ſentiatur, & ſuper cauſa Cardinalium, vt ſint de iure Diuino determinetur, de cuius determinatione non eſt, cur de veritate ſit hæſitandum, quandoquidem integrum iudicium, illud cenſendum ſit, quod plurimorum ſententijs confirmatur, cap. extra conſcientiam 64. diſt. propterea non citra cauſam delicti eorum eſſe detegitur, qui contra Eccleſiæ diſſinitionem ſentit, cap. denique, ext. de maior. & obed.

De Eccleſia Concilijs.

Conciliorum inſtitutum diuinitus originem ducens, quamuis à peruerſis peruerſè in aliquo ſumatur, non habita ratione, quòd quæ à Deo procedunt, ordinata reperiantur, ad Rom. cap. 13. quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, & quod Deus celebrantibus Concilium aſſiſtat, Matth. cap. 18. ibi, in medio eorum ego ſum, quod tamen dicere audeant, Concilium eſſe ſupra Papam, quoque eſt falſiſſimum, etſi Eccleſiam repræſentet cap. ſi gratioſè, ext. de reſcrip. quia auctoritas data fuit Petro, & non Eccleſiæ: nam ſi data eſſet Eccleſiæ, vt declarat Car. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 6. ait primo num. 132. ſequeretur, vt diſſoluto Concillo eſſet diſſoluta auctoritas: quod non eſt verum. Nec obſtat, quod Papa deficiens in fide (ſi tamen in fide poteſt deficere, iuxta illud, Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & rurſus: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Portæ inferi ſunt portæ infidelitatis) à Concilio deponatur, quia actus ille depoſitionis non eſt à Concilio, ſed à Papæ decreto, vel canone, quia Concilium Papæ legem imponere non poteſt cap. ſignificaſti, extra de elect. Vndè illa depoſitio, ideò ſuccedit Papæ auctoritate, & non Concilij, cuius virtute cautum eſt, vt Papa deficiens in fide ſit minimus omnium fidelium, gloſ. in cap. Achatius, & cap. 5. 24. quæſt. 1. quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, l. 1. C. de vet. iur. Enucl. & de auctoritate Concilij patet, quia niſi Papa permittente celebrari poteſt, 17. diſt. per totam, nec celebratum, ſeù editum alicuius eſt virtutis, niſi Papa approbante, cap. ſi Romanorum 19. diſtin. cap. regula veſtra, eadem

diſt.

diſt. Neque acta in Concilio habent aliquod robur, & firmitatem ante approbationem Summi Pontificis.

De Eccleſia Magiſtratibus.

MAgiſtratus Eccleſiæ gerere Epiſcopos non hæſitatur: nam iuxta huius vocis, Magiſtri, etymo logiam, idem refertur, quod in maiori ſtatu exiſtat, Card. de Turrecremata cap. Ius publicum 1. diſt. quia etſi Epiſcopi cum ſacerdotibus ſecundi ordinis ſint pares, quoad corpus Chriſti, verùm tamen impares ſunt, quo ad corpus Chriſti miſticum, quia alios ſacerdotes inſtar Epiſcoporum non creant, nec Chriſma conferunt, nec Eccleſias conſecrant, & ſic in multis conſtat eos eſſe Epiſcopis inferiores cap. cleros 21. diſt. quos inſuper iure Diuino inſtitutos eſſe comprobatur, cap. 1. 80. diſtin. quorum figura habuit locum in veteri lege in ſacerdotio Aron, ſicut ſecundi ordinis ſacerdotes figuram receperunt in eiuſdem maioris ſacerdotis filijs, Exod. cap. 28. quibus etſi ab impijs detrahatur vel in nulla dignitate conſtitutis, vt infra in verbo, presbyteris: conſtat tamen in recenti lege eſſe Dei legatos, Luc. cap. 10. qui vos audit, me audit, & qui vos recipit &c. Suntque diuinitus ad humani generis ſalutem inſtituti cap. ſæpe, 23. quæſt. 8. Laicorum ſunt magiſtri, vt in cap. quis dubitet 99. diſtin. vndè tanto magis liquet de impiorum ſcelere, qui ſacerdotium paruipendunt, nam à lepra mundatis, conſtat Dominum iuſſiſſe, vt ſacerdotibus ſe oſtenderent, quaſi quod illi gratias referrent: vocatique ſunt in recenti lege in partem ſollicitudinis, & non in plenitudinem poteſtatis cap. decreto, 2. quæſt. 6. quorum iuriſdictio à Papa eorum capite ad eos confluit, cap. loquitur Dominus, & ibi gloſ. 24. quæſt. 1. quorum eſt ſatagere, vt virtutibus exornentur, c. Epiſcopis, 41. diſ. & in l. noua. loco Apoſtolorum eos ſucceſſiſſe conſtat, cap. quorum vicés 68. diſt. quos offendentes maxima ſubſequitur pena Deutero. cap. 17. ibi, qui autem ſuperbierit nolens ſacerdotis obedire imperio, decreto iudicis moriatur homo ille.

De Eccleſiæ Miniſtris.

MIniſtros autem Eccleſiæ eos intelligi oportet, qui inferiores Epiſcopis Eccleſiæ obſequijs mācipātur, vt ſunt ſacerdotes ſecundi ordinis Diaconi, & Subdiaconi: qui quidem etiam ſacerdotum nomine compræhenduntur cap. ſacerdotibus 31. diſt. cap. ſi quiſquam clericorum, ext. de cohab. cleri. & mul. nec ſub magiſtratuum vocatione retineri queunt, cum maiori ſtatui Epiſcoporum ſubiaceant, propterea miniſtrorum appellatione decentius adnotantur, cum eorum officium ſit miniſterium, & adminiſtratio cap. cum in cunctis, §. inferiora miniſteria, de elect. vbi Panor. eſt ſentiens miniſterium, idem quod officium, l. ſi ſerui, in fi. ff. de ædil. edic. & ibi gloſ. Vndè non videtur ſecus rectè id ſumi, cum in illa ſignificatione ſint meri executores, iuxta Bar. in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2. cum inferiori non poſſit, quin in Eccleſia miniſtrantes propria per ſe munera obeant, ſicuti de Diacono, Subdiacono, & Presbytero ſentit Archid. in cap. presbyteri, 24. diſt. quorum munerum conſtat Dominum proprijs actionibus inſtituta induxiſſe, declarat Archid. in cap. perlectis, 25. diſt. quæ quidem in Eccleſia exercentur tamquam è Cœlo miſſa, ad Hebr. cap. 9. ibi, omnia hæc exemplaria ſunt cœleſtia, ſed exemplata imitari debent, vndè exemplantur: cum omnia, quæ ſunt à Deo, ſint ordinata, vt eſt præmiſſum. Vndè Diuus Gregorius in cap. ſingula 89. diſtin. ait, ſingula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi mandamus. Sicuti enim in vno corpore multa membra habemus (omnia autem membra non eundem actum habent:) ita in Eccleſiæ corpore, ſecundum veridicam Pauli ſententiam, in vno eodemque ſpirituali corpore conferendum eſt hoc officium vni, alij committendum eſt aliud: neque enim quantumlibet vni exercitæ perſonæ, vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus. Hæc ille. Neque his reſiſtit, vt ex diuerſitate oriatur diſſidium vnitati repugnans Ioan. cap. 17. Ibi, vt ſint vnum, quia (vt inquit Apoſtolus prima ad Corinth. cap. 12.) quod Deus ſic temperauit, vt non ſint ſchiſmata in corpore ſuo, ſed in ipſum. Sollicita ſint membra, vt in verbo, Diaconis, latius examinabitur. Munera igitur cum diuinitus ſint inſtituta, propterea, vt clarius de eorum inſtitutione liqueat, commentaria hæc textui ex Concilio Stephani Papæ III. iniuncta fuere, in cap. oportebat, 79. diſt. ſumpta cauſa quòd in eodem tex. referantur promulgata à Diuo Petro, tam ſuper Eccleſiæ Rumanæ ordinatione, quàm etiam ſuper electione ſuorum ſucceſſorum, nec ſit ſimplex traditio Diui Petri, tum exemplo aſſiſtentium Apoſtolorum ipſi Domino, tum etiam quòd verbo Domini eſſet inſtructus, quem methodum in Eccleſia regenda, & gubernanda cum ſeruare oporteret ſit exequutus, ſtante maximè quod huius promulgatio in generali Synodo Stephani Papæ ſacta fuerit, vndè iſte textus deſumitur, ita omnimodam veritatem contineat, vt cuicumque hyſtoriæ ſecus enarranti ſit atteſtatio huius Synodi præferenda, cum quod plurimorum ſententijs confirmetur, integrum eſſe iudicium dicatur cap. extra conſcientiam, 63. diſtin. Panormit. in cap. 1. de reliq. & ven. ſanct. Gemin. in cap. Anaſtaſius col. 2. 19. diſtin. Nec iſtis refragatur, quod trad. Bart. in l. 1. ff. ſi cert. peta. & in l. Gallus, ff. de lib. & poſth. quod Hiſtorijs, & Chronicis in iudicando, & conſulendo ſit ſtandum, quia hoc procedit quando plurimorum teſtium atteſtatio non veniat præferenda paucioribus atteſtantibus, cap. in noſtra, ext. de teſti. & 4. quæſt. 3. cap. ſi teſtes, vbi eſt gloſ. magiſtralis. Sed veluti de præmiſſis præfatio huiuſmodi tanquam index explicandorum habetur: ita habenda eſt de iure diuino, ſenſu multiplici ſumpto, vt innoreſcat dicitur quo iure explicata ſubſiſtant.

ARGVMENTVM.

Ius diuinum multiplici accipitur ſenſu.

NOn commoda explicandorum enucleatio, quæ iure diuino inſtitura ſunt, aliàs ſumi poſſe videtur, niſi declaratione præmiſſa, qua diuina iuris parte tradita ab hoc inſtituto recenſenda conſiſtant. Nam quatuor nempe modis, quòd ex iuee diuino eſſe præſefertur.

Et primo, prout eſt ratione ſumpta, quando à Papa, vel concilio eſt quid diſpoſitum citra vim promulgationis alicuius articuli veteri, ac recenti lege quid diſpoſitum continentis, quia ius humanum dicetur: Quamuis vegete videatur illud Lucæ cap. 10. ibi, qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit, cum ſit etiam vt Papa ſit Chriſti Vicarius, cap. 2. ext. de tranſlat. Epiſc. cap. ſuſcipitis 10. diſtinct. velut etiam vt dicitur, vt in Concilio ſedentes à Spiritu ſancto regantue, cap. ſi ille, 50. diſtin. cap. accuſatio, 2. qu. 7. Atque illud etiam qui ſacrariſſima iura per ora Principum de cœlo prodire dicantur, Authen. de inſtru. cau. §. quia igitur collat. 2. alio, & ſic ſecundo modo ſtrictè accipitur ius diuinum, vt quod à diuina ſcriptura immediatè ſumitur, vel eſt diuinitùs relatum, nam hoc ius canonicum demonſtrae non eſſe ius diuinum, quia diuinum illud cenſetur, quod immediatè in ſacra ſcriptura reperitur, cap. 2. vbi gloſ. de priuileg. lib. 6. de quo poteſt exemplum ſumi de tradit. Apoſtol. vt eſt ad Tit. cap. 1. ibi, vnius vxoris virum, dummodo non ſit traditio vim promulgationis retinens, vt eſt ad Corinth. cap. 2. ibi, ego enim accepi à Domino, & ad Galat. cap. 5. ibi, ſi circumcidamini, Chriſtus nobis nihil prodeſt, nam ius diuinum ſic ſtrictius intelligitur ab Apoſtolo promulgatum, ſed ſi ſolius Apoſtolicæ traditionis fines non excedat.

Eſt ius diuinum ſecundo modo ſumptum, vt exemplatur in bigamiæ impedimento, quod ſola apoſtolica traditione in Eccleſia fuiſſe inductum videtur, vnde eſt vt non tam arcto reſiſtat impedimento qualitas illa bigamiæ, quin Papæ diſpenſatione ſubmoueatur, cap. iam nunc, 38. qu. 1. & ratio redditur à Diuo Thoma, 4. diſt. 24. Quia Papæ eadem ſit poteſtas, quæ fuit in Petro, qui cum alijs Apoſtolis maior extiterit indubitanter, ſequitur vt Petrus, velut princeps ab eis diſpoſita reuocare potuerit, cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. Nec aliquid in his reſiſtere videtur, dummodo ſic diſpoſita vt præfertur diuinæ legis inſtitutione magis promulgata ab ipſis Apoſtolis quàm edita cenſeri non oporteat, cap. ſunt quidam. 25. q. 1. Quia promulgata in vim diuinitùs inſtituti ſubmoueri non poſſunt, §. fin. Inſt. de iure nat. gen. & ciuili.

Tertiò modo ius diuinum ſumitue ſtrictiori modo, vt refertur ad ius diuinitus promulgatum, vt exemplum ſumi poteſt ex relatis à Diuo Protomartire Stephano, Act. c. 7. videlicet ſupee concernentibus in libris legalibus, id eſt Pentateucho Moiſi, quod lex diuina appellatur, 16. qu. 5. cap. in noua. & cap. cum cauſam, ext. de electio. Vnde ſi non ita ſtrictè ſumeretur, teſtamentum vetus torum ad legem veterem pertineret, vt eſt Io. cap. 15. ibi, vt impleretur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt. Vnde diſcrimen habetur, vt ceremonialia quo ad literam non contineantur, nec iudicialia, ſed vt declaratur Luc. cap. vlt. ſcriptum eſt in lege, & Prophetis, & pſalmis de me. declarat Diuus Thomas 78. qu. art. 11. in fine, vbi ait, quod ius diuinum partim eſt de his quæ ſunt naturalitèr iuſta, ſed tamen eorum iuſtitia homines latet, partim autem de his, quæ fuerunt iuſta ex diuina inſtitutione. Vnde ius diuinum per hæc duo diſtingui poteſt, ſicut iuſtitia, & ius humanum: nam in l. diuina ſunt quædam ſcripta quia bona, quædam prohibita, quia mala; quædam verò quia præcepta, bona, & mala quia prohibita. Hactenus ille, facit ad horum enucleationem text. in cap. etſi Chriſtus, ext. de iureiur. quod in iure diuino ſtrictius ſumpto patet circumciſionem eſſe ſublatam, quemadmodum alia nonnulla in l. veteri alias eſſe permiſſa.

Alio deinde, & ſic quarto modo, ius diuinum accipitur, prout eſt illud ius, quod diuina inſtitutione in præſentiarum in ſuo robore verſari dignoſcitur, veluti ſumptum à Diuo Thoma reperitur in quarto quolibet. qu. 14. nam lex diuina antiqua quo ad aliqua in veteri teſtamento promulgata diuina inſtitutione olim alicuius extitit virtutis, quæ hodie nullius eſſe paret. ponitur exemplum in cap. non debet, ext. de conſang. & affinit. & cap. ab exordio. 15. diſtin. Sic è contra, tunc aliqua ſunt prohibita, quæ hodie ſunt permiſſa, §. is, 23. qu. 4. antiqua enim lex triplici præceptorum ſerie conſiſtebat, ſcilicet moralium, iudicialium, & ceremonialium. Sed quo ad moralia integra adhuc lex repeeitur, ceremonialibus quo ad literam, & iudicialibus exploſis: non ſic quæ de moralibus intelligendum fore declaratur, Matth. c. 5. ibi, non veni ſoluere legem, ſed adimplere. De expulſione autem, vt præfertur ceremonialium, oſtenditur in cap. tranſlato, ext. de conſtitut. Sicuti etiàm de iudicialibus, quod ceſſauerint pariter redditur ratio, quia introducta fuerunt ad diſponendum ſtatum Populi Iudaici ad Chriſtum venturum, cuius ſecreto aduentu, & mutato ſtatu amplius obligandi nullam vim retinent, cap. ius. diſtin. 5. & cap. 1. extra de purif. poſt partum, & hoc ius ita ſtrictiſſimè ſumptum, eſt quod refertur ad præcepta decalogi, nec non ad ſacramenta gratiæ, & iura Chriſtianæ fidei.

Sed quatenùs ad ſenſum huius inſtituti attinet, ius diuinum in Eccleſia ſumitur quo ad eius principatum, ſenatum, magiſtratuſque, & miniſtros, ad quod in lege veteri figuratum ſit, & in lege noua conſumatum, cap. decretis, 21. diſtin. quandoquidem tam in veteri, quam in nouo teſtamento nihil ſit inſtitutum, quod Eccleſię non ſit conueniens, cum omnia à Deo prouenientia, ſint ordinata, ad Romanos cap. 13. Vnde ſtatuum, graduum, & munerum diuerſitas in Eccleſia diuino inſtituto è Cœlo prouenìſſe non ambigitur, cum ipſius militantis Eccleſiæ ab

ipſa

ipſa triumphanti forma ſumpta fuerit, eidemque exemplatur, Exod. cap. 18. ibi, vide, & fac omnia ſecundum exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte. propterea Apoſtolus ad Hebræos cap. 9. inquit, omnia hæc exemplaria ſunt cœleſtium, quæ imitanda videntur, vnde exemplantur, de qua varietate miniſtrantium vaticinatum eſſe conſtat Pſalm. 44. ibi, aſtitit Regina à dextris tuis circundata varietate, vbi ait gloſa, id eſt in Eccleſia, & ſicut præmiſſorum intuitu Reginæ nomen ei aſcribitur, etiam à regendi actu dicta videtur. Similiter mater nuncupatur, quia baptiſmatis virtute ab ea prodeuntis, ſicut cæterorum Sacramentorum homines ab illa regenerantur, cap. qui abſtulerit, 12. q. 2. Sicuti alijs Sacramentis, vt confirmationis roboratur, Act. cap. 8. Euchariſtiæ, vt cibentur in via, Ioan. cap. 6. pœnitentiæ ſanentur, Luc. cap. 18. extremæ vnctionis ſit conſolamen emigrantibus, Iac. cap. 5. ordinis, vt Sacerdotes conſeruentur, vt ſacra ipſa diſpenſare queant, ad tit. 1. ad Corinth. cap. Matrimonij, vt humanæ continentiæ conſultum habeatur, 1. Corinth. cap. 4. & Chriſti gens conſeruetur, ſicuti ab Eccleſiæ principatu, de quo hic agitur, Eccleſiæ decernitur Senatus. capitulo, Eccleſiæ, 16. quæſt. 1. prodeunt, & firmantur Concilia, cap. ſignificaſti, de electio. & 17. diſtinct. per totam, creantur magiſtratus, qui ſunt Epiſcopi iuxta huius inſtituti ſeriem, de quibus ita definitur, vt Diuus Petrus pro omnibus, & præ omnibus, poteſtatem accepit, cap. audiuimus, 24. quæſt. 1. vbi gloſ. inquit; pro omnibus, ad denotandam vnitatem, præ omnibus verò ad denotandam prælationem, cap. qui ſe ſcit. 2. quæſt. 6. à quo principatu patet etiam deriuare Eccleſiæ ipſius alios quoſcumque miniſtros in quocumque Eccleſiaſtico ordine conſtitutos, cap. omnes, 22. diſtinct. ibi, omnes ſiue Patriarchæ cuiuslibet apicem, ſiue metropoleon. Primatus aut Epiſcopatum cathedras, vel Eccleſiarum, ſiue cuiuſcumque ordinis dignitatem inſtituit Rom. Eccleſia: illam verò ſolus ipſe Chriſtus fundauit. hactenus ibi. conſtat enim horum vnicuique Papam iuriſdictionis poteſtatem influere, c. ita Dominus 19. diſtinct. hæc ipſa eſt editio. Modò prius quàm ad huius Canonis examinanda verba deueniatur, lemmatis ſeu intitulationis appoſitæ expoſitio ſumetur, ne tum cauſa celebrari Concilij, tum etiam ſequentium verborum ſenſus penitus deſerantur.

POnitur primò ex, de cuius natura vt inferius recenſetur diuerſimodè intelligitur, prout verborum varietatem cui adiungitur referre conſtat demonſtrant ſcribentes, l. cognoſcere, §. liberorum, ff. de verb. ſignif. quamuis vt plurimum denotet cauſam proximam, & immediatam, l. eo tempore, §. fin. ff. de pec. ibi, quoniam magis propter rem meam, quàm ex re mea pecunia mihi daretur. firmat Barbar. in conſil. 74. col. 4. 3. vol. quare ſi diſponatur vt ex filio genitus ſuccedat, non ſuccedet natus ex nepote quia à filio non prouenit immediatè, l. Lucius, 2. ff. de hæredib. inſtit. idem ſi ſtatuto, vel conſuetudine diſponatur, vt vir ſuccedat vxori non exiſtentibus filijs ex ea, quia vir ſuccedit etiam quod filij ſuperſint ex filia vxoris prædefuncta, cum ita ſit de natura huius particulæ, vt præfertur, Bart. in conſ. 133. in Dei nomine. Soc. in conſ. 31. viſo facti. colim. 1. 4. vol. quodque hoc in loco eandem vim retinere dignoſcitur, cum non aliud ita clarius immediatè ſub hoc tempore huiuſmodi Diui Petri actionibus inſinuetur, quam à Concilio præcitato, vt nullis deinceps dubitationibus ſit locus, ideò immediatus tex. Concilij inducitur, quia magis vnius optimi textus auctoritas ſufficit quàm mille minoris inſtitutionis, Calcan. conſ. 57. Viſis, colum. 1. Eſt quoque huius dictionis vis, vt adiuncta nominibus magiſtratuum, abſolutam illorum functionem importet, licet quandoque dignitas perſeueret, not. in §. cumque hoc. ibi, ex quæſtori, Inſtit. in procem. l. 2. C. de dignit. ord. ſer. lib. 12. Sicuti etiam officium præpoſitionis à, vel ab, importare reperitur, l. 2. ff. de itin. actuque priua.

ARTICVLVS I.

Concilium ex quibus conſtet, & ad quid fiat: vndèque dicatur.

SEquitur vox Concilium, circa cuius ſignificatum complura diſcutiuntur. Eſt autem Concilium hominum in dignitate Epiſcopali exiſtentium conuentus, Papa annuente, ad communi voto tractandum de Chriſtianæ Reipublicæ vtilitate, quam deſcriptionem eſſe veram demonſtratur primo in Concilij nomine, de quo eſt text. in cap. Canones, 15. diſtinct. Vnde Concilium more Romano eſſe ductum ſumitur, ratione eius temporis habita, quo in vnum ad cauſarum terminationem conueniebatur, quod pariter atteſtatur Cicero in Vatiniana dum ait ibi, numquid quando ſi moram attulerit, quo minus Concilium aduocares, legemque ferres, quòd eo die ſcires de cœlo eſſe ſeruatum, dicitur etiam in dignitate Epiſcopali exiſtentium, quia iſti repræſentant vniuerſitates, de quarum re agitur, cum iuris ſit, vt quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, cap. quod omnes, ext. de reg. iur. & huius ſententiæ fuit Innoc. in cap. fin. de maiorit. obed. vbi ſentit, vt in rebus vniuerſitatis tractandis oporteat earum Rectores requiri, vel procuratores tanquam illarum partes magis idoneas referentes, argum. l. 2. §. ſin autem, C. de iura, cal. l. municipales, ff. de condit. & demonſtrat. dummodò Rectores huiuſmodi ei præſint iuriſdictioni, quæ eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, vel æquitatis ſtatuendæ, gloſ. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. Vndè conſtat Epiſcopos eſſe conuocandos, qui vniuerſitatibus Clericorum ſimulque Laicorum præſunt, probatur, c. Synodum, 17. diſtinct. vbi Diuus Marcellus Synodum vniuerſalem, vocat Synodum Epiſcoporum. Idem atteſtantur Calcedonenſis Concilij geſta, vbi quidam Ægyptiaci, qui cum Dioſcoro hæretico aduenerant non ex ordine Epiſcopali, ſunt à Patribus reiecti, dicentibus Concilium eſſe Epiſcoporum, & alios

expel-

Digitized by Google

expellendos fore. Etiam inſeritur conuentus, quia in vnum patrem conuenire debent, iuxta receptum antiquitatis vſum, vt ex geſtis Calcedonenſis Concilij colligitur, in quo patet quingentos, & triginta patres conueniſſe, & eſt Text. in c.Canones, 15. diſtinct. vbi etiam explicatur de Synodo Nicena trecentorum decem & octo patrum, & Conſtantinnpolit. centum & quinquaginta, & de Epheſina, ducentorum Patrum. Deinceps ponitur annuente Papa, quia ſine Papæ conſenſu vniuerſale Concilium nequit celebrari, comprobatur 17. diſtinct. per totam, & auctoritate ſumpta ex Alexandrina Synodo ea parte, vbi Felici Papæ ab ipſa Synodo requiritur auctoritate Romanæ Eccleſiæ confirmanda dum dicitur. Scimus in Nicena magna Synodo trecentorum decem octoque Epiſcoporum ab omnibus eſſe concorditer roboratum, non debere abſque Roman. Pontif. ſententia Concilia celebrari, nec Epiſcopos condemnari. Huic diſſinitioni conſona habentur verba Iulij Papæ in c.dudum, 3. quæſt.6. quorum talis eſt series. Dudum à Sanctis Patribus Apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum in antiquis decreta Statutis, quæ hactenùs ſancta, & vniuerſalis Eccleſia tenet Apoſtolica non oportere, Ideſt non conuenire, ſine conſcientia Roman. Pontiſ. Concilia celebrari, vel Epiſcopos condemnari; quoniam Sanctam Romanam Eccleſiam Primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt, & ſicut Beatus Petrus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita vt hæc Eccleſia ſuo nomini conſecrata Domino inſtituente prima ſit, & caput cæterarum, hactenùs ille. Redditur prætereà, & alia ratio, & eſt ratione vtilitatis Eccleſiæ, quia plurium ſententia firmius ſit iudicium, c.prudentia, ext.de offic. deleg. c.præſenti, & c.deliberatio, de offic. deleg. c.præſenti, & c.deliberatio, de offic. leg. in 6. cum quod vnius iudicio reſeruatur, maiori ſit periculo ſuppoſitum, quàm quod pluriumorum ſententia diſponitur, c. Anaſtaſius, & ibi Archid. 19.diſtinct. & cap. maiores, 24.quæſt.1. nam quod à pluribus quæritur, faciliùs inuenitur, c. de quibus, & ibi gloſ.20. diſtinct. Panor. in c.1. de reliq.& vener. Sanctor. vbi ait ob hanc iuris rationem in Canonizatione Sanctorum Cardinales eſſe conuocandos, & ita erroris non ſuberit cauſa. In celebratione Conciliorum aliæ inſuper Eccleſiæ Sanctæ inſurgunt vtilitates, quia fugantur ſcelera, hæretici, & infideles terrentur, nec eſt ratione procul, cum Eccleſia Dei, vt eſt Sapient. cap. 6. terribilis, vt caſtrorum acies ordinata exiſtat. Vndè eſt Zacchar. cap. 9. circundabo domum, ideſt Eccleſiam ex his, qui militant mihi, videlicet Prælatis, Doctoribus, & Principibus fidelibus, qui eam defendendo Chriſto militare dicuntur. Vndè liquet, præmiſſam diſſinitionem ſeu maius deſcriptionem congruere ſuis partibus, & eo magis, quia nullo diſcrimine ab ipſius Concilij etymologia diſtare reperitur, cuius eſt proprium afferre intellectum, c.forus, ext.de verb.ſignif.l.2. §.appellata, ff.ſi cert.pet.l.1.ff.de acquir.poſſ.nam Cōcilium, à communi dictum eſt concione, ex eo quòd vocati in vnum ſuæ mentis aciem tendentes optata exponunt, c.Synodus, diſtin.15.

ARTICVLVS II.

Diuino iure Concilia eſſe inſtituta comprobatur.

INſtituta iure diuino fuiſſe Concilia, ſumpto iure diuino, vt præmiſſum eſt, quod in lege veteri eſt figuratum, vt in lege noua plenè conſumatum, c.decretis, 21. diſtinct. gloſ.1. cap.2. ext.de priuileg.& in Clemen.1. de ſum. Trinit. & Fide Cathol. Nam figuratum habetur. 1. Deuteron. cap. 17. vbi patet Moyſen Diuino iuſſu Concilium LXX. ſeniorum conuocaſſe, vt Nume.cap.11. vt Paralipomen. 2. cap. 30. ibi, miſit Rex Ezechias ad omnem Iſrael, & Iudam, & ſcripſit Epiſtolas, vt venirent in domum Domini in Hieruſalem, ſicuti etiam de Sacerdote Melchiſedech conſtat, c.nerui, 13 diſtinct. & ibi Archidiac. quod in lege noua Dominum tum propria actione compleuiſse oſtenditur; vt in cœtu duodecim Apoſtolorum, Matth. cap.12. ac etiam in ſeptuaginta duorum Diſcipulorum numero, Luc. cap.2. cum etiam ab ipſis Apoſtolis continuatum oſtenditur, vt Act. cap. 1. præſefertur, vt Diuus Petrus coacto Concilio centum, & viginti fidelium propoſuit, cœtum Apoſtolicum Iudæ præuaricatoris perſona diminuitur, eſſe ſupplendum, vt fuit præuia Diui Matthiæ ad Apoſtolatum electione, vndè ſumitur præmiſſam actionem fuiſse primam Apoſtolorum Synodum. Sicut ſecunda oſtenditur Act. cap. 6. vbi Diaconorum habita eſt electio. Tertia quoque Synodus commemoratur, Act. cap. 8. quando Apoſtolis conſtito quod Samaritani ad prædicationem Philippi Diaconi recuperant Verbum Dei. Vndè opus viſum fuit, vt Petrus, & Ioannes ad eos ſe conferrent, vt reciperent ab eis Spiritum Sanctum, quem à Philippo, vt Diacono recipere nequierant, cum Sacramentum hoc conferre, ad ſolos Epiſcopos pertineat, c. Cleros, 21.diſtinct. Quarta pariter Apoſtolica Synodus eſt Antiochiæ celebrata, quando fidelium ita auctus eſt numerus, vt opus fuerit Chriſtianorum nomine credentes appellarentur, Act. cap.10. cum ante hanc Synodum non ita nobili appellarentur nomine, ſed diſcipulorum vel fratrum nomine cenſerentur, de quo Synodo declarat gloſ. in c.Sacroſancta, 22.diſtinct. Synodus quoque Apoſtolorum, & ſic quinta, fuit illa quæ Act. cap.15. vbi ſtatutum fuit ſuper legibus. Sexta Synodus Apoſtolorum connumeratur, quæ habita eſt quando Phariſæorum improbitate contra Apoſtolum Paulum vrgebatur, Act. cap. 21. Septima deindè Apoſtolica Synodus reperitur, in qua ex Apoſtolis ſolus Paulus præſens enarratur, vbi Eccleſiæ maiores natu interfuiſſe refertur, Act. cap.20. Octauo loco nouiſſima Synodus, ſiue Concilium inter Apoſtolos coactum eſt, quando Apoſtolici Simboli facta eſt promulgatio priuſquàm ab inuicem eſſent ſegregati ad fidei doctrinam vniuerſo orbi propalandam, vt eſſet ſcopus ad quem vt ſingulorum ſententijs proferendum conuenerant etiam ad prædicandum concordi ſermone fidei fundamenta iactarent.

rent. Vndè liquet octies Apoſtolos concilia celebraſſe, & non quater, iuxta gloſ. ita referentem Act. cap. 1. Prætereà patet ſupremam eſſe Concilij virtutem, Papa tamen annuenti, à quo omne ſuſcipit robur, 3. quæſt. 6. c. dudum, nec minùſquam Magiſtratus à Principe inſtitutus, de quo Ciceronis verba atteſtantur, vbi de legibus agit ibi. Magiſtratus vis hæc eſt, vt præſit, præcipiatque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus, vt enim Magiſtratibus leges, ita Populo præſunt Magiſtratus. Verèque dici poteſt magiſtratus eſſe legem loquentem, legem autem eſſe magiſtratum, & rursùs lib. Officior. ibi, eſt igitur magiſtratus intelligere ſe gerere munus proprium Ciuitatis, hactenùs ibi. Nam Conciliorum vſu ſedantur hæreſes, vnitatiſque iura inducuntur, remouentur ſcandala, ſcelera fugantur, compluraque vtilia Eccleſiæ adduntur, c. à multis, 17. diſtinct. c. de Concilijs, 18. diſtinct. quæ ipſa ſibi Conciliorum ſuffragia. nedum inter muneribus Eccleſiaſticis manciparos ſibi locum vendicant, ſed etiam inter Laicos, c. duo ſunt genera, 12. quæſt. 1. c. qualiter & quando, ext. de accuſat. & ibi Innocent. quandoquidem Conciliorum decreta à Spiritu Sancto aſſiſtenti exarari cenſeantur, c. ſi quis Diaconus, 50. diſtinct. ideò dicitur, concilium errare non poſſe, c. à recta, & c. pudenda, 24. quæſt. 1. c. maiores, ext. de baptiſmo. Vndè nec tamquam ſuſpectum conſtat poſſe allegari, veluti alios Magiſtratus, Abb. in cap. 1. col. 8. ext. de iud. quare concilia cœleſti virtute referta, Matth. cap. 18. ibi, vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ego ſum non diſſidia, non iurgia in Chriſtiana republica inducunt, vt peruerſi peruersè ſentiunt: tradentes concilia eſſe ſupra Papam, quia conſtat vt præmiſſum eſt, auctoritatem ſoli Petro eſſe traditam, non Eccleſiæ, quæ à concilio repræſentatur, c. Domino Sancto, 50. diſtinct. Nec locus tergiuerſationi eſt, quia concilium eſſe Ouile, pater Ioan. cap. 10. ibi, fiet vnum ouile & vnus paſtor, cuius curam vt paſcatur Paſtori, qui eſt Petrus, & eius ſucceſſoribus eſſe demandatam, conſtat Ioan. cap. vlt. ibi, paſce oues meas, pro monſtroque haberetur, vt oues ſuum corriperent paſtorem, c. oues, 2. quæſt. 6. Prætereà iure tantum eſſe conſtat, vt in hæreſim lapſus cenſeatur, qui duo capita, videlicet Papam, & Concilium in Eccleſia ponenda eſſe ſentiat, c. quidam, 22. quæſt. vlt. neque hæſitandum contingit, vt vnumquodque Concilium Papæ auctoritate ſit corroborandum, cum ſecus non ſubſiſtat, c. conſideremus, 25. quæſt. 1. cum Papæ ſententia totius orbis placito præferatur, c. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1. & Papa in concilio ſedens, diſponere dicitur concilio ipſo ſuadente, c. ad Apoſtolicæ, de ſentent. & de re iudic. in 6. vndè non durum videndum id conſtat, quia Eccleſia à Domino eſt condita, & pro eius arbitrio cui libuerit regenda potuit committi, vt geſtum fuiſſe patet adeò, vt nulli alteri, tam coniunctim, quàm diuiſim id prælationis in Eccleſia conceſſum præſefertur, quam Diuo Petro, vt omnibus eſſet præferendus, tantò magis accedente cauſa, quod ab Apoſtolis ad eadem principatus iura fuerit electus, quare ſequitur, vt ſi Apoſtolis, vt Eccleſiam repræſentantibus iura aliqua competijſſent ex illius electionis virtute, qua Petrum in eorum Principem elegerunt, c. in nono, 21. diſtinct. ſequitur vt Eccleſiæ poteſtas in Diuum Petrum ſit translata, non ſecus quam in translatione poteſtatis de populo in Cæſarem, §. ſed quod Principi, Inſtitut. de iure nat. gent. & ciuili. Patet à ſimili, quia facultas creandi Epiſcopos, qui ſunt Eccleſiæ magiſtratus, ſoli Petro permiſſa eſt, & habentibus poteſtatem ab eo, c. in illis, 80. diſtinct. Sicuti Principis decreto magiſtratus ciuiles decerni liquet, non populi applauſu, l. vnica, ff. ad leg. Iul. de ambitu. Et ita congruum eſſe patet, vt vnus omnibus præeſſet norma triumphantis Eccleſiæ, vndè iſta militans deſcendit, Apocalip. cap. 1. vndèquaque retenta, cui vnus tantum præſidet, Dionyſ. de cœleſ. Hierar. cap. 5. Quare niſi vnitatis cœleſtis Eccleſiæ frequentatis iuribus potuiſſent Apoſtoli futuris Concilijs tradentis formam diuinitus ſumptam dicere viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil vltra imponere, & cæt. Act. cap. 15. quia diſſidia in Concilijs ſerpentia nedum effectum, ſed etiam nomen conciliorum adimunt, c. canones, & c. ſicut, 15. diſtinct. c. regula, 17. diſtinct. Quod ſi contingat patribus in varia tendentibus ſatiùs erit Papæ diſſenſus, ſine cuius decreto concilia robur, & firmitatem ſumere non valent. Quare euidentiſſima qualitas, vt concilia diuinitus inſtituta eſſe cenſeantur eſt quando ad Apoſtolorum imitationem controuerſijs, & iurgijs ſemotis omnia ſuo ordine decernantur, iuxta illud Apoſtol. ad Rom. cap. 13. ibi, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.

Concilium non decernit, niſi quæ à Papa proponuntur inter alia diuinitus inſtituta modeſtia quoque qua concilia pollent dignoſcitur, quod cœlitus originem ſumpſerint, quia nihil in eis diſcutitur, niſi Papa proponente, quod ſi ſecùs ſeruetur, nec nomen concilij, nec alicuius erit virtutis, probatur epiſtola Nicolai Papæ ad Michaelem Conſtantinopolitanum Cæſarem, Actione 4. concilij Conſtantinopoli ſub eo celebrati: ibi, quod verò ſtrenuum virum Ignatium Patriarcham veſtro ſpeciali iudicio depoſuiſtis, damnaſtis, atque expuliſtis, & arbitrio Focium de laicali agmine vobis in prouidè in eius locum ſubrogaſtis Epiſcopum, æquanimiter ferrè non poſſumus, cum horum duorum negotiorum inueſtigari, & nobis renunciari non diffinite mandauerimus, hactenùs ibi, & ratio eſt, ne concilium ſecùs agens falcem in alienam imponere meſſem videatur, ex quo ad Papam cauſarum vniuerſitas pertinere dignoſcatur, c. Epiſcopo, 9. quæſt. 3. ibi, ſoli Apoſtolicæ ſedi, eo quod in ea Deus totius Eccleſiæ poſuit principatum conuenit de ſingulis cauſis omnium fidelium iudicare, & diffinire. Ergo non concilio niſi Papa decernente, quia ſi ſecus, eſſent in Eccleſia duo capita, quod hæreticum abſonumque eſt, c. quidam 24. quæſt. vlt. neque his repugnat gloſ. in c. primates, 2. quæſt. 1. vbi dicitur Synodum authoritate Rom. Pontif. congregatum poſſe Epiſcopos damnare, quia intelligitur hæc gloſ. vt ſupra c. nullus, 5. quæſt. 4. vt cauſa Epi-

ſcopi audiri poſſit, ſed ad condemnationem, vel priuarionem Epiſcopi Synodum ipſam deuenire non poſſe, niſi ſpeciali Apoſtolicæ Sedis mandato. Quæ ipſa ira procedere cenſendum eſt Papa ſuperuiuenti, quia ſi ſede vacante, ad futurum Pontificem negocium deuoluetur; nam licèt concilium Eccleſiam repræſentat, c. ſi gratioſè, ext. de reſc. non tamen quod decernit aliàs ſubſiſtit, niſi à Papa comprobetur, c. ſi Romanorum, c. Regum, 19. diſtinct. quod declaratur in c. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. & c. nouit. ext. de ind. ibi, dic Eccleſiæ, ibi exponens gloſ. sit, Eccleſiæ, ideſt dic prælato, non enim dicit Concilio, Eccleſiam repræſentanti, vel alicui fidelium vniuerſitati, ſed prælato ſentiens, quod auctoritas non fuerit tributa Eccleſiæ, ſed Prælato, qui eſt Petrus, & poſt eum ſucceſſores.

ARTICVLVS III.

Papa magis à Cardinalibus, quàm à Concilio etiam pendente, eſt eligendus. Artic. 3.

SEd pro Concilio facit Text. in c. quod omnes tangit, de reg. iur. lib. 6. ſicuti etiam ratione illa, quia concilium Eccleſiam repræſentat, c. Domino Sancto, 50. diſtinct. & ita eo in ſtatu Eccleſiæ vires refert, vt ipſius Eccleſiæ auctoritas penes concilium permanere dicatur, c. Eccleſiam, de conſec. diſtinct. 1. ſed contrarium verius eſſe demonſtrat Text. c. in nouo, 21. diſtinct. vbi apparet, Petri electionem proceſſiſſe ex numero Apoſtolorum, qui tum Domino aſſiſtentes ante, & poſt Reſurrectionem fuerunt, cum etiam Diuo Petro poſt Domini Aſcenſionem, & his conſonant relata in c. in nomine Domini, 23. diſtinct. vndè idem virtualiter ſumitur. Neque his vim facit, quòd Apoſtoli Petri electionem celebrantes quaſi Patriarchas, & Epiſcopos totius Orbis id geſſiſſe videatur, cum Epiſcopi loco Apoſtolorum ſucceſſerint, c. quorum vices, 68. diſtinct. quis Diui Petri electio non fuit, vt ab Epiſcopis, vel Patriarchis celebrata, ſed vt aſſiſtentibus, & Eccleſiæ principalibus, cum nondum Epiſcopalia iura exercere poſſent prouincijſque vel vrbibus regendis, & gubernandis ſuper ſpiritualibus tunc non eiſdem Apoſtolis decretis, quas decretas non priùs fuiſſe conſtat, niſi poſt Diui Petri electionem ipſoque principatum exercente, declarat Text. in c. in illis, 80. diſtinct. ex Diui Clementis Papæ, & Martyris atteſtatione rationeque euidenti cautum ita fuiſſe videtur ne Eccleſia diutius ſuo orbata paſtore viduitatis incommoda pateretur ad expectandum, vt totius orbis Epiſcopi conuenirent ad principem Eccleſiæ eligendum; quandoquidem maximum, ſæpè inter regnum contigiſſet, & iura Eccleſiæ peſſundarent, & in exitium omnium fidelium tendere videretur. Augetur ratio, quia ſi Diuus Petrus ſuam, & ſucceſſorum electionem extra numerum ſibi aſſiſtentium fieri permiſiſſet, & ſic à Patriarchis, & Epiſcopis viſum eſſet receſſiſſe ab ipſius Domini inſtituto, qui Petri electionem fieri permiſit ab ipſis Apoſtolis, qui tum ſibi, cum etiam Petro vt præfertur, aſtiterunt & à figura Sacerdotum Leuitici generis Moyſi aſſiſtentium declaratum fuit. Quos patet Moyſi ſucceſſorem elegiſſe citra filiorum ſucceſſionem declarat Text. in c. per Venerabilem, ext. qui filſint legi, quaſi diceretur, Diuum Petrum in hoc ſibi aſſiſtentium cœtu imitatum non fuiſſe Dominum, os in Cœlum eſſet ponere, & nedum contra Canonum, & ſanctorum inſtitura patrum, vt præfertur in dicto c. per Venerabilem, ex Concilio magno Lateranenſi deuenire, ſed etiam contra Euangelium Ioan. c. vlt. ibi, tu me ſequere. In cuius præcepti virtute ita D. Petro vnum fuit eſſe Dominum imitandum, vt Crucem quoque ad illius imitationem non aborruerit.

Prædictis etiam vim inducit, quia Petri, & ſucceſſorum electio, vt eſt Text. in c. in nomine Domini, 23. diſtinct. & c. in nouo, 21. diſtinct. comprobatur Apoſtolica traditione, cuius tantam conſtat eſſe virtutem, vt ab ipſo Domino ab Apoſtolis traditum prouenisse cenſeatur. Vndè Diuus Auguſtinus in lib. de Baptiſm. paruu. ait, ea quæ non ſcripta, ſeruat Eccleſia vniuerſalis accepit ab Apoſtolis Chriſto docente. Quare etiam dato, vt Diuo Petro Apoſtolicum electionis ſuæ exemplum non præceſſiſſet. ex quo tamen id ab Apoſtolis communiter, vt præfertur, eſt traditum, ſequitur vt alia forma eligendi Petrum, & ſucceſſores tradi non potuerit, quam relata in dicto c. in nouo, & dicto c. in nomine Domini. Quia quod ſpiritu Dei aguntur, ſunt immutabilia, nec prætermitti poſſunt, c. duæ, 19. quæſt. 2. c. cum ex iniuncto, ext. de hær. c. licèt, ext. de regul. Innocentius in c. quæ in Eccleſiarum, ext. de conſtitut. Quod tantò magis hac electione ſibi locum vendicat, vbi exemplum viget, cum exempla magiſquàm verba operantur. Spec. in tract. de modo celebr. concil. rub. 3. num. 3. Nam omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio, cap. ſignificaſti, ext. de elect. Idem hoc arguit ratione habita, quod huiuſmodi electionis forma, ſicut præceſſit inſtitutionem Epiſcoporum, & Patriarcharum, adeò vt antequam illi crearentur, ſit ſeruata, ita ſequuta pariter poſt ipſos inſtitutos, & creatos. Quare lex ſuper huiuſmodi geſtis pleniſſimam eſt conſequuta interpretationem, quia legis interpretatio, ita ſuapte ſumitur ex præcedentibus, & ſequentibus, l. quoties, C. famil. erciſ. l. vtrum, ff. de pet. hæredit. & ita in vim legis ſumitur. Nonque ab huiuſmodi ſententia fore recedendum demonſtrat etiam ſtylus Papam eligendi vſque hodiè in Eccleſia ſeruatus, necnon authoritas maiorum allegata, argum. l. ſi idem cum eodem, §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ibi Ang.

Ratio quoque in proximo præcedenti articulo ſummo indice tacta, præmiſſa confirmare videtur, quia Diuo Petro in principem Eccleſiæ electo quicquid authoritatis vniuerſæ Eccleſiæ competierat illius electionis virtute, in ipſum eſt vſque adeò tranſlatum, vt reipublicæ Chriſtianæ regimen pro ſuo arbitrio potuerit componere, tantò magis Domini formam eligendi in Apoſtolis ſeruatam imitando, nec recedendum à Do-

miui

mini inſtitutis videretur, cap. ſunt quidam, 25. quæſt. 1. quare auctoritarem eligendi ſucceſſores ſuos, ſicut ſeipſum Apoſtolis, qui cum Domino, cum etiam ſibi aſſiſtentis fuerint Cardinalium partes exercentes tribuendo, ſequitur vt àd illorum imitationem talis electio celebranda eſſet· tum quia ſi ſecus diuino repugnaret inſtituto, quia ſolis Petro aſſiſtentibus fuit permiſſa dict. cap. in nouo, 21. diſtin. tum etiam, quia maiori fidelium numero celebranda difficilioris euaderet effectus ad expectandum, vt Epiſcopi rotius orbis in vnum conuenirent ad Petri ſucceſſores eligendum, vt præfertur: quia quod difficilè eſt, impoſſibile cenſetur, Bart. in l. continuus, §. eum, qui, ff. de verb. oblig. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 39. verſ. ſecundum notabile eſt. Et præmiſſis non reſiſtit, vt negorium electionis prædictæ à Diuo Petro ipſis ſibi aſſiſtentibus traditum cæteris denegatum videtur, argumento, l. ſancimus, C. de appellat. cum ſimil. quia hoc verum eſt quo ad illud, vt ext. aſſiſtentium numerum quandoque eligeretur, ſi idoneus non fuerit repertus, cap. nullus, & cap. obitum, 61. diſtin. Sicque neſſitatis cauſa, quia ſecus quo ad reliquum formæ traditæ videtur ſeruandum; cum diuina exempla neceſſario ſint ſeruanda, cum magis iudicare ſit exemplo, quàm præcepto, ex quo ab exemplo diuinitus tradito recedere non liceat iuſſu diuino vrgenti, Exodi cap. 25. ibi, inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod eſt tibi monſtratum in monte, hactenus ibi.

Idcircò in contrarium deductis non obſtantibus conuincitur, vt in præmiſſo caſu potius ſit Cardinalium, quàm Concilij etiam pendentis, Papam eligere, & ita refert Panor. in ſua diſputatione incipienti, Epiſcopus, ſuper 5. dubio, col. fin. num. 36 facit tex. & ibi gloſ. in Clem. ne Romani de elect. vndè non facit vim, quòd Concilium Eccleſiam repræſentet, quia intelligitur quoad generalia, in quibus non eſt prouiſum quod ita procedere præfefertur, vt in dicto cap. in nomine Domini, & in hoc præſenti canone cap. oportebat, 79. diſt. ſumpto, vt præmiſſum eſt, ex Concil. Steph. Papæ III. necnon Clem. ne Rom. ex Concil. Viennen. Sicuti etiam ex cap. per venerabilem, ext. qui fil. ſint legi ex Concilio magno Lateranen. & ſicut etiam diſponitur in cap. vbi periculum, de elect. in 6. nam ex tot Conciliorum deciſ. palam eſt, vt dato ſine læſa veritate, quod quandoque Papa Concilijs eligendi ius competierit, vt hodiè nullatenus competat huiuſmodi eligendi facultas, cum in Dominis Cardinalibus penitus etiam præmiſſorum Conciliorum diſpoſitionibus fuerit translata, vt ab illis auferri nulla eorum ſubſiſtenti culpa queat, argu. c. quoniam, §. Porrò, ext. vt lite non conteſtata, quia extenſio generalis Conciliorum auctoritatis non porrigitur ad reſeruata iuris diſpoſitione Cardinalibus, quia generi per ſpeciem derogatur, l. decem, cum vulg. ff. de verb. oblig. & etiam, quia Cardinales nedum Eccleſiam repræſentant, veluti Concilium, ſed ipſamet Eccleſia eſſe cenſentur; patet, quia illius ſunt Canonici aſſiſtentes Diui Petri ſucceſſoribus, quos conſtat D. Petrum ſua prima Canonica, cap. 5. ſub Eccleſiæ nomine nuncupare, vt ibi, ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babilone electa, nam illa dictio, electa, denotat fuiſſe viros ordini ſacerdotali promotos, Diuo Petro familiares, declarat gloſ. ad Romanos cap. vlt. Vbi Apoſtolo dicente, ſalutate mihi Ruffum electum, & matrem eius, & meam, gloſ. quærens, quare præponat filium matri, declarat id eſſe, quia filius erat ſacramento ordinis promotus, vt ex illa voce, electa, ibidem indicatur: vndè D. Petrum loco præcitato ſignificaſſe Cardinales ſibi aſſiſtentes, velut Canonici aſſiſtunt Epiſcopo, qui pariter ſub Eccleſiæ nomine comprehenduntur, declarat tex. in cap. clerici, ext. de verbo ſignific. confirmantur prædicta per tex. in cap. antiquos, 6. quæſt. 1. & §. vlt. 60. diſt. & in cap. in nomine Domini, 23. diſt. vt etiam in dict. Clem. ne Romani de elect. eadem quoque virtualiter refert Panor. in cap. ad petitionem, ext. de accuſat.

Præmiſſa eſſe vera quoque demonſtratur ex retroactis temporibus, quia contingenti cauſam vacantis Apoſtolicæ Sedis pluries Concilio pendenti conſtat Papam non ab ipſis Concilijs, ſed à Cardinalibus fuiſſe electum, vt in ſpecie euenit ſub Iulio II. pendenti Lateranen. Concilio electum fuiſſe conſtat Leonem X. non à Concilio, ſed à Cardinalibus, vt etiam refert Panorm. in dict. cap. ad petitionem pendenti Concilio Piſano, velut etiam Conſtantienſi, quod à ſimili patet: nam ſi Epiſcopus à Papa deponatur, non Papæ, ſed eligendum ius habentibus noua ſucceſſoris electio ius eligen. habentibus eſt permiſſa, vt in dict. cap. ad petitionem, & in cap. 1. ext. de elect. Nec contra prædicta vrget ratio, quod Concilij tantum ſit Papam deponere, ſi hæreſi, vel ſciſmate illaqueatus reperiatur: quoniam Papa tunc non reperitur, cum in eo ſtatu improbabili exiſtens, ſit minor quocumque priuato, refert gloſ. in cap. Acatius, 24. quæſt. 1. adeò, vt à quocumque minori magiſtratu deponi poſſit, nec eo caſu Concilij auctoritate deponitur, ſed canonum Apoſtolica auctoritate editorum depoſitionem illam decernentium, quamuis à Concilio illud depoſitionis decretum demandetur executioni, quia ex canone à Papa decreto pendet huiuſmodi executio, quamuis à Concilio exerceatur, iuxta illud, omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur, l. 1. §. Sed etſi quid, C. de veteri iure enucle. quoniam Papæ electio, etſi hominibus ſit permiſſa, eius tamen electio Deo reſeruata oſtenditur, cap. electionem, 79. diſt. patet in Diuo Petro, cui etſi Paulus in faciem reſiſtere auſus fuit, non tamen Pauli aliquod reperitur verbum, vt inſtaret quod Apoſtolorum Concilio Petrus deponeretur, & eſt ratio, quia Paulo vndique notum fuerat D. Petri poteſtatem non ab hominibus, ſed à Deo illi traditam fuiſſe, contra cuius geſta nefas eſt deuenire, act. cap. 5. cui exemplo iniungitur quoque illud Regis Dauid, qui licèt à Saul pluries impeteretur ad mortem, non tamen Dauid illum à Regia poteſtate ſemouere eſt auſus, tamquam ſciens regnum ei diuinitus fuiſſe collatum. Reg. lib. 1. c. 26. vim nullam inducit, quod Papæ electio ab hominibus proueniat, & ab hominibus pa-

riter poſſit tolli, argum. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. quia reſponſio eſt. quod illud ſuccedat quoad electionem Deo ita diſponente, & animos eligentium ita regente, §. hinc etiam 17. diſt. idque ita ſe habere probatur ex notatis in cap. innotuit ext. de ind. dum traditur quòd auctoritas Cœſari à Papa collata, niſi ex cauſa à Papa ab eo dirimi poteſt tanquam Deo diſponente, vt Cęſari traderetur, ſumpto exemplo, vt ſi à principe mandetur alicui, vt alteri tamen auctoritatem tradat, palàm eſt, vt iſte iuſſus tradere auctoritatem, illam reuocare non valeat, cum illam alieno nomine contulerit: licèt ſecus eſſet, ſi motu proprio, & non alieno illam contuliſſet, l. iudicium ſoluitur, ff. de iud.

Conſideratur etiam, & alia ratio, quia Concilium eſt Ouile à Papaque, vt paſtor eſt ſegregatum, Io. cap. vlt ibi, fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Quare nefas eſſe videtur, vt ſuum oues redarguant paſtorem, ſicuti eſſe videretur, ſi Concilio liceret Papam deponere, niſi vt præfertur, hæreſi illaquęatum, quia tunc illicitum ſit quod prius erat illicitum, quia non vt paſtor, ſed vt lupus deponit cap. oues 2. quæſt. 7.

Nullam quoque vim facit, quòd D. Petro obijcerentur errata, & quod ille ſe excuſaret, cap. Petrus 2. quæſt. 7. quia humilitatis intuitu ſe excuſare duxerit, ſed non ex eo ſequutum eſt, vt ob id ab Eccleſia contra eum aliquid diſponeretur, quia opus Dei haud imbecilli artificio ſundatum eſt, vt mortalium opere de facili demoliatur, Io. And. de vſib. feud. cap. 2. nam etiam magna ſubſiſtenti cauſa Dei geſta improbari non debent: ideò Papæ extra præmiſſas cauſas nunquam eſt obedientia deneganda, velut ait text. in cap. in memoriam 19. diſt. ibi, in memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam, & Apoſtolorum Sedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiæ rationis magiſtra, quare eſt tam manſuetudine humilitatis, & licèt minus ferendum ab illa ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Hactenus text. Aſtruit quoque idem ratio habita de Dauid, qui diuinitus ad Regnum aſſumptus, quamuis immania crimina tum adulterij, cum homicidij lapſus reperiretur, non tamen eſt à Deo Regni priuatione multatus, aut acerrimè punitus, ſed ſola Nathan Prophetæ commonitione correptus, 2. quæſt. 7. §. item cum Dauid, refere Panormit. in cap. ſi quando ext. de reſcrip. & in cap. cum teneamur, extra de præben. Sicut etiam ait Felin. in dict. cap. ſi quando extra de reſcrip. vndè remiſſius ad diuini iudicij imitationem contra auctoritatem diuinitus inſtitutam demonſtratur eſſe proceden. quàm ab impiorum cætu diffiniatur, & ita ſentit Innoc. in cap. inquiſitioni, ext. de ſenten. excom. vbi ait: Papæ in ſingulis parendum eſſe, illis exceptis quibus contra ſtatum Eccleſiæ vniuerſalem ab eo tenderetur, & fore reſiſtendum, & non ipſum defendendum, vt ibi latius per eum.

ARTICVLVS IV.

Concilÿ celebrationem ſolius Papæ eſt indicere.

HOminum cœtus incompoſite peragit, cum ei caput deſideratur. Extat Diui Hieronymi auctoritas, vt habetur in cap. legimus 93. diſt. ibi, & ideò in ſchiſmatis remedium factum eſt à diuina ſapientia, vt vnus electus ſit, qui cæteris anteponitur, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Eccleſiam Chriſti in fruſta rumpat, cui eſſe concordantia Pelagij Papæ verba cap. multis, 17. diſt. patet, dum Ioannem Conſtantinopolitanum ob Synodi conuocationem ab eo Papa inconſultò factam exprobat, dicens ibi, Multis denuo Apoſtolicis, & canonicis atque Eccleſiaſticis inſtitutis inſtruimur regulis non debere abſque Rom. Pont. ſententia Concilium celebrari quamobrem: etiam dictum eſt rectè, non Concilium, ſed veſtrum conuenticulum vel conciliabulum caſſatur, & quicquid in eo actum eſt irritum habeatur, & vacuum, hactenus ille. Idem ſumitur ab Innoc. in cap. 1. ext. de maior. & obed. ibi, prioris dignitatis Eccleſiæ eſt conuocare capitulum, ſicut prouincialem Synodum eſt Patriarchæ, vel Archiepiſcopi, vel Metropolitani cap. propter Eccleſiaſticas, & cap. ſi Epiſcopus, cap. ſi quis Epiſcoporum, 18. diſt. ibi, de pari ratione ad Papam, vt in Eccleſia prælatum inſigniorem, & omnium principem pertinet ſuæ vniuerſalis Eccleſiæ conuocare, hæc illæ. Quæ penitus vera eſſe conſtat retenta ratione obedientiæ, qua Epiſcopi tenentur erga Papam, cum niſi à Papa poſſint ad Concilium conuocari, quòd ſi ſecus eſſet, vt impunè accedere recuſarent, Concilia nunquam celebrarentur, cap. obedientiam, 14. diſt. idem habetur in 3. quæſt. 6. cap. dudum à ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum in antiquis decretum eſt ſtatutis, quæ hactenus ſancta, & vniuerſalis Eccleſia tenet Apoſtolica, non oportere, ideſt non conuenire, ſine ſent. Rom. Pont. Concilia celebrare, vel Epiſcopum condemnari, quoniam ſancta Romana Eccleſia primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt, & ſicut B. Petrus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hæc Eccleſia ſuo nomini conſecrata Domino inſtituente, prima ſit, & caput cæterarum. Quæ iura ſic inducta, etſi luce clariora ſint ad præferundum Papæ ſupra Concilia prælationem ab impijs non ita recepta eſſe patet, ſed more ſuo impugnant, vt primo ſumpta auctoritate act. cap. 6. ibi, conuocantes duodecim multitudinem Diſcipulorum dixerunt; non eſt ęquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis; vndè aiunt non apparere quòd ſolius Petri verbo ibi Synodus ſit habita, ſed totius Apoſtolici cętus, quæ inductio nihil impiæ eorum intentioni fauet, cum non probetur indè ſumi, vt id geſtum ſit Diuo Petro abſente, aut eo irrequiſito, quia etiam Apoſtolorum repugnat humilitati, vt id ita irreuerenter geſtum præſumatur, attento maximè quòd ab eiſdem Apoſtolis in totum princi-

pem

pam electus reperitur, iam à Domino ante institutus, cap. in nouo, 21. diſt. & cap. ſacroſancta, 22. diſt.

Alio quoque inſurgitur fundamento, dum aiunt, contingere poſſe, vt à Concilio diſcuti oporteat, quod Papæ interſit, & propterea recuſet concilium conuocare, vnde nefas eſſet, vt Eccleſiæ denegatum foret, quod ei iure debetur. Vanamque hanc eſſe impugnationem colligitur ex cap. mandaſtis, 2. qu. 4. vbi cauetur, vt ſi cauſa abſque Concilio terminari nequeat, Concilium tunc Papę nomine cogendum eſſe, veluti actum eſſe conſtat in cauſa Sixti Papæ, necnon Simachi cognitione, §. hoc quoque 17. diſt.

Minus vim inſuper facit alia ratio dum dicitur, ſi Papa vehementi laboraret hæreſis ſuſpicione videtur, vt alteri, quam Papæ tribuere auctoritatem conueniat, cum nefas eſſe videretur in cauſa propria quis auctoritatem præſtare debeat. Reſponſio facilis etiam eſt, quia in cauſa conſimili, Cardinales, qui ſunt pars corporis Papæ, cap. felicis, ext. de pœn. in 6. & ibi Anchar. & ſcribent. vtì etiam ipſam vniuerſalem Eccleſiam referentes, veluti illius canonicè, vt in præcedenti articulo comprobatur, liberè poſſunt cum cæteris Prælatis Concilium conuocare, vt euenit quando Sinueſſæ Concilium eſt coactum in cauſa Diui Marcellini Papæ, & martyris, quando ob commiſſam ab eo idolatriam timebatur de Eccleſiæ vniuerſalis viduitate, vnde ad eidem Eccleſiæ de alio prouidendum, ſponſo conſtabat ibi ſynodum coactam fuiſſe, cap. nunc autem 21. diſt. Rituſque Apoſtolicus eſt ſeruatus pro veritatis indagine, vt Act. cap. 20. legitur de Paulo Apoſtolo incuſato ſuper nonnullis, ibi, cum Paulus veniſſet Hieroſolymam, & introiſſet ad Iacobum omnes collecti ſunt ſeniores, qui dixerunt illi, vides frater, quòd millia ſunt ex Iudæis, qui crediderunt, & omnes emulatores ſunt legis: audierunt enim te, quòd diſceſſionem doceas à Moyſe, eorum, qui per gentes ſunt Iudæorum docendo, debere eos circumcidere pueros ſuos, nec ſecundum conſuetudinem eos ingredi debere, quid ergo eſt, vtique oportet conuenire multitudinem: audient enim te ſuperueniſſe, hoc ergo fac quod dicimus, ſunt nobis viri quatuor votum habentes, ſuper ſe his aſſumptis ſanctifica te cum illis, vt radant capita ſua, & ſciant omnes, quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulans ipſe cuſtodiens legem. hactenus ibi. Vnde argumentum ſumitur, vt diffamatione aliqua exorta, priuſquam ad iudicialia deueniatur, deceat diffamatum, Apoſtolico præmiſſo ritu, dehortari ad ſe expurgandum, & hæreſim abiurandum. Sed vbi pertinaci duritiæ, ſua dehortatus impietate perſeueret, videtur de iure vt abſque alia concilij celebratione ab Inquiſitore hæreticæ prauitatis, vtì quilibet priuatus Papa poſſit puniri, cum itaque labefactatus exiſtens minimus omnium fidelium euaſerit, gloſ. in cap. Acatius, 24. qu. 1. quandoquidem vt Papa in hæreſim labi non poteſt. Panorm. in cap. à nobis, ext. de ſent. excom. num. 2. & ita ius diuinum, & canonicum ſibi locum vendicant. Diuinum, iuxta illud Ioan. cap. 12. ibi, Qui ſpernit me, & non audit verba mea, habet qui indicet eum; ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit in nouiſſimo die. Canonicum verò, quia à canonum diſpoſitione non notoria veritate hæreſis comperta à concilio ipſo in hoc legitimo executore exiſtenti erit remouendis, cap. ſi Papa, 40. diſtinct. quo caſu Concilio ipſi iam ab alio Papa eſt auctoritas impartita, vt procedere ad cauſæ cognitionem valeat, etſi ab eo Papa qui tunc reſidet ſic ſuſpecto auctoritas præſtari denegetur, cum id præceſſorum auctoritate ita decretum comperiatur, cap. hinc 17. diſt. & ita patet Concilium ipſius Papæ etiam in pręmiſſa caſus ſpecie auctoritate eſſe coactum, & ita difficultatem obiectam non reſiſtere, quandoquidem vt præfertur, ſola Papæ recuſatio celebrandi Concilium impedire nequeat, quominus de ambigua eius hæreſi à patribus definiatur, cap. vbi periculum, de elect. in 6. Vnde liquet, os Concilij aperiri auctoritate prædeceſſorum ipſius ſuſpecti, quandocumque ab eo reſiſtatur, quominùs de eius hæreſi definiatur. & non ipſius Concilij decreto, quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, l. 1. C. de vete. iure enucl. §. ſed & ſi quid.

Ratio illa pariter nullius reperitur virtutis, dum dicitur plura celebrata fuiſſe concilia non Papæ, ſed Cæſaris iuſſu, vt fuit Nicenum, Epheſinum, Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum, cap. Canones, 15. diſtinct. & cap. ſexta, 16. diſt. præſertim ratione habita, quod Imperatores huiuſmodi ob præmiſſa geſta potius commendatione quàm improbatione dignos extitiſſe cenſeatur. Quia conſtat Imperatores ipſos ad concilia celebranda proceſſiſſe Apoſtolicæ ſedis iuſſu, & non proprio ipſorum decreto, cap. Valentinianus, diſtin. 13. ibi, Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate Synodum congregari iuſſit. Vbi Archid. In ver. nos, ait: Sic vbicumque inuenies Imperatorem congregaſſe Concilium, intellige ſecundum iſtud, quia liquet Imperatores non auctores Conciliorum, ſed executores fuiſſe. facit etiam textus in dicto cap. ſexta Synodus, dum ibi dicitur, ſynodum Conſtantinopoli celebratam, Græco eloquio conſcriptam, beati Agathonis temporibus exequente pijſſimo Principe Conſtantino. Nec cauſa ignoratur, quare id Cęſaris auctoritate exequutioni traderetur, cum non ita tunc Eccleſia viribus aucta reperiretur, vt tutum acceſſum ad concilia conuenientibus contribuere poſſet, præſertim Patribus à longinquis orbis partibus recedentibus ad concilia celebranda. Hoc ita proceſſiſſe ratio demonſtrat, quia ſi Cæſaris proprio motu, celebrata concilia dicerentur, vt iuris robore carentia edita cenſerentur, veluti à non habenti auctoritatem, cap. Daybertum, 1. qu. 7. cap. quod autem, extra de iure patron. Nec his vim facit text. in cap. Hadrianus, 63. diſt. vbi dicitur, Carolum Cęſarem ſynodum inſtituiſſe cum Hadriano Papa, quia non eſt ibi ſenſus, vt Carolus auctoritate conueniret: ſed ſuggeſtione adeò vt ſenſus ſit, ſynodum Papæ auctoritate fuiſſe celebratam, Carolo Cæſare tantum ſuggerente; & ita ibi declarat Archid. in ver. conſtituit, arg. text. in cap. mandaſtis, 2. q. 1. & cap. hinc 17. diſtin. vnde melius dixiſſet

cum

Digitized by Google

tum Carolo conſtituit. hæc Archid. Et ita iuri conſonum eſt, vt Imperatores, vt laicos non deceat ſacrorum diſpoſitionem exercere, cap. bene quidem, 93. diſt.

Præterea nec ratio illa præmiſſo articulo, vt niſi à Papa Concilium poſſit indici ſumpta ex cap. nunc autem, 20. diſt. vbi habetur Concilium Sinueſſæ celebratum fuiſſe abſque Papæ decreto, ex quo Marcellinus tunc ob thurificata idola Papali auctoritate ſpoliatus cenſeretur, adeo vt Concilium tamquàm Papa minus indicere poſſet. Vnde ſumi videtur, vt ſicut eo tempore Concilium à Papa non fuit coactum tamquàm Pontificis Maximi, auctoritate in eo non reſidente ob manifeſtam idolo atriam ab ipſo Marcellino perpetratam, quia ob crimen præmiſſum à iuriſdictione ceciderat, quod etiam in præſentiarum idem ſeruari queat, vt abſque Papæ auctoritate poſſit Concilium celebrari. Quia reſpondetur primò, quod aſſiſtentes Marcellino, qui erant Cardinales, vt pars corporis ipſius in eo actu Concilium indicere potuerunt, quia non differre debet pars à toto, l. quæ de tota, ff. de rei ven. Quod concilium indixiſſe eos vt Eccleſiam vniuerſalem repræſentantes, præſumi debet: Qui magis conſcij de geſtis à Papa eſſent ſuper perpetua idolatria, quàm cæteri Eccleſiæ proceres diſtantes ab Vrbe, vt Epiſcopi qui ad huiuſmodi concilium aduenerant, cum iſti eſſent in Vrbe, & illis viciniores, & ſatius exceſſum illum nouiſſent, quàm diſtantes ab Vrbe, argumento eorum, quæ firmat Bart. in l. 1. ff. ſi cer. pet. videlicet, vt viciniores præſumantur ſcire ſacta vicini, & ideo ab eiſdem ſtatim fuerit indictum concilium, vt illico Eccleſiæ, an fructibus conſultum foret, cum haud ignotum viris ſanctiſſimis eſſet, vt maledictus in ſacris paginis legatur, qui rem diuinam negligenter exequitur, Hierem. c. 13. præſertimque ob id aſſiſtentibus ipſis, tamquam Eccleſiam referentibus indicere licuit, cum crimen illud thaurificationis idolorum eſſet notorium, adeo vt celebrando concilium imitari inſtitutum apoſtolicum viderentur, Act. cap. 20. Nam ibi ſumitur argumentum, vt in facto notorio ſi commonitus delinquens non reſipiſcat ab eo, ſit penitus recedendum, iuxta illud Ioan. Canon. 2. c. 1. ibi, ſi quis venerit ad vos, & hanc doctrinam, ſcilicet Chriſti non habuerit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis Poſſet etiam dici Concilium præmiſſum arguere oppoſitum, ad quod vt præfertur, eſt allegatum, & quod imò Papa ibi licet, Concilij iudicio ſe ſubijcere: ipſe tamen concilio præemineret, declaratur ipſius Concilij diſpoſitione, quo recuſatum eſt in eum aliquid ſtatuere.

Habita Marcellini perſona, eadem inſignita actoritate qua fuit Diuus Petrus, vt declaratur in dict. cap. nunc autem, 20. diſt. cum de animo illius ſuum excuſſum deteſtantis, haud innoteſceret, arg. eſt gloſ. in l. apud Celſum in prin. ff. de ædil. edic. l. cum proponas, de hon. auct. iud. poſſid.

Inſurgitur etiam alia ratione, vt Concilium citra Papæ auctoritatem celebrari queat, dum aiunt duobus de Papatu litigantibus, Concilij ſunt partes declarare, quis duorum iure potiori foueatur, cap. ſi duo 79. diſtinct. Vnde patet, vt ratione ambiguitatis, quis duorum potiora iura foueat, Concilium à Papa tunc minus auctoritatem ſumere non poſſe, ergo eſt nullius virtutis obiectio, nam diſtinctionem habere oportet, vt ſi alterius ex collitigantibus potiora innoteſcant iura, non hæſitatur, vt ipſo auctore ſit Concilium cogendum, non autem vt decernant, quid de habenti potiora iura, ſed vt intruſus Concilij executione expellatur, & coerceatur, vt fidelibus oſtendatur, cui reuerentia vniuerſalis paſtoris ſit præſtan. declarat texe. in cap. ſi quis pecunia 79. diſtin. ſicuti geſtum refertur in cauſa Diui Damaſi Papæ, & Vrſicini.

Si autem pari obſcuritate ipſorum iura ſubſiſtant, tunc à Cardinalibus; conuocato Concilio, cauſa definiatur, ſi modo ex procerum ſuffragio alias terminari nequeat: ad imitationem cauſæ differentiæ, quæ fuit inter Simachum Papam, & Laurentium, Theodorici Regis iudicio terminata, gloſ. in cap. ſi forte, 79. diſtin. Cardinalium enim in conſimilibus non leuem eſſe auctoritatem, ea ratione demonſtratur; quia in his, quæ ſunt expedien. & tardatione præiudicium inferatur iuriſdictionem eis competere Apoſtolica Sede vacante, non videtur hæſitandum.

Propterea dixit Bart. in l. vbi abſunt. ff. de tutor. dat. ab his, quòd Sede vacante poteſt interponi appellatio ad Cardinales, & cum ſint Canonici vniuerſalis Eccleſiæ, vt alias præmiſſum fuit, Clemen. ne Romani, de elect. non debent inferiori prærogatiua inſignitos eſſe cenſeri, quàm ſint Canonici cathedralium Eccleſiarum, quibus conſtat in his, quæ præiudicium inferunt retardationis cauſa, Sede vacante, vel ob inutilem Epiſcopum tum temporalium, cum ſpiritualium iuriſdictionem competere, c. ad abolendam, ext. de hær. clemen. 1. eodem tit & cap. 1. de maior. & obed. in 6. & cap. 1. de inſtitut. in 6. cap. ſi Epiſcopus. & cap. finali, ext. de ſupplen. negligen. prælat. Quibus oſtenditur vanam eſſe impugnationem, & aduerſùs prædicta non repugnat, quod ſaltem obiecta ratio procedere, vt Concilium ſine Papæ auctoritate cogeretur Cardinalibus illud indicere recuſantibus, quia illis diffidentibus erit Cæſaris Eccleſiæ nomine, & vt illius aduocati Concilium conuocare. Nam Eccleſiæ ſub iuramento Cæſar ſuffragari tenetur, clemen. 1. §. ergo, de iureiur. Patet etiam ab effectu vltra præmiſſa concilia hactenus celebrata, citra Papæ auctoritatem fuiſſe vana, irrita, & nullius roboris, vel momenti, quamuis patrum, frequentiori numero eſſent coacta, vt antiquitus fuit Concilium Ariminenſe, octocentorum Patrum, Baſilienſe, & alia quamplurima, iuxta quod cauetur 17. diſt. per totam eadem ſolutione tollitur illa difficultas, vt ſi Eccleſiæ in periculo conſtitutæ Concilio præuio ſuffragium præſtari poſſet nefas eſſe cenſeretur, vt in Papæ poteſtate eſſet indicendi, vel recuſandi Concilium, vt culpa vnius tota Eccleſia afficeretur incommodo, vel præiudicio, ſi Papa Concilium celebrari recuſaret.

Quoniam, vt præfertur, Cardinales colligatas manus non ita habent, vt Concilium

Digitized by Google

lium cogere nequeant, tanto magis ratione habita, quod ne culpa aliqua incuſarentur, tamquam hæreſis ſuſpecti partes ſuas interponere non ſatagerent, ne illud contigeret, quod è canone præſumitur, vt non careat ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori obuiare recuſat. cap. error 83. diſtin. præter id etiam, vt de Papa erronea huiuſmodi præſumptio à iure improbetur, & ſecus ſit præſumendum, cap. non nos, 40. diſt. nec caſus contingere valeat, quin à Roman. Eccleſia auxilium præſtari poſſit, quare à patribus definitum eſt, vt ad illam, tamquam commune præſidium ſit confugiendum, cap. rogamus, 24. q. 1. & iure quidem, quia Dominus eſt cum ea, Matth. cap. vlt. ibi, ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.

Euaneſcit pariter illa ratio, qua inſtatur, vt ſi Sedem Apoſtolicam ob Papæ obitum, vel reſignationem vacare contigerint, & Cardinales Papæ ſucceſſorem eligere recuſent, Concilium erit cogendum, & ſic contrà Papæ decretum, vel Cardinalium. Quoniam non procedit impugnatio, quandoquidem remedia à Papæ ipſius præceſſoribus inſtituta ſunt, adeo vt concilia in præmiſſis non proprio motu quid peragere conſtat, ſed tantum ordinatum exequuntur, quod Papæ decretum inſtitutum repetitur, vt patet, cap. fundamenta, de elect. in 6. Clement. ne Romani, de elect. vel ſi Concilium circa præmiſſa ſe immiſceat, vt præfertur, non alias procedit, niſi forma quæ à Papa eſt tradita, quam conſtat eſſe in hominum actibus debitam partium ordinationem, l. eum qui, l. naturalis, ff. de preſcr. verb. Quare ſequitur, vt conſenſu Papæ, tamquam ſuperuenientis in forma illius obſeruatione procedatur: quandoquidem Concilium Papæ præmortui, ſed canonis viuentis auctoritate cogatur, ad vlteriora quoque procedatur, electioniſque cauſa terminetur, iuxta illud l. 1. §. ſed ſi. C. de vet. iure enucl. quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur.

Vltimò inſtatur, ſi Papa dementia corripiatur, adeo vt ſit inutilis: clarum eſt vt aliquam formam à Concilio ad Eccleſiæ regimen tradi oporteat. Reſpond. quod, vt iam dictum eſt, Concilium ſine Papa non eſt, & nullius eſt auctoritatis, cum non ſit plenum, vel integrum capite orbatum exiſtens, cap. multis 17. diſt. & propterea abſque conuocato Concilio ſit remedium à forma Canonum adinuentum, vt à Cardinalibus detur coadiutor, vnus vel plures, veluti à Canonicis Epiſcopo conſtat coadiutorem eſſe dandum, quando Epiſcopus conſimili afficitur impedimento. Panuin. in tract. de off. cap. Sede vacan. 1. par. qu. 1. num. 3. nam fictè Eccleſia tunc vacare dicitur, cap. ſi Epiſcopus, & cap. fin. de ſup. negl. prælat. in 6. Ioan. And. in cap. illa, de maior. & obed. cap. in noua, in 6. Archid. in cap. Epiſcoporum 74. diſt. vbi addit vſque adeo canonicos coadiutorem Epiſcopo inutili dare poſſe cautum eſſe liquet, vt etiam vnum, vel plures dare queat, quia coadiutoris munus illico ceſſat Epiſcopo ipſo abeunte, gloſ. in cap. 2. de ſupplen. neglig. prælat. in 6. quæ ipſa etiam in Papa eſſe ſeruanda præſefertur, tum quia inſtituta huiuſmodi à Papa ſingulis Epiſcoporum ſedibus tradita, etiam vniuerſali Eccleſiæ ſeruanda conueniat, vt regula, quod quiſque iuris in alium ſtatuit ipſe eodem vtatur, ſuccedat ff. quod quiſque iur. toto tit. cum etiam quia ſi Canonicis particularium Eccleſiarum ea competant, à fortiori Cardinalibus eſſe permiſſa cenſeantur, cum ſint Canonici vniuerſalis Eccleſiæ, cap. in nomine Domini, 23. diſt. Clemen. ne Romani, de elect. Bald. in l. cum multa, C. de bon. quæ lib. Hoſt. in cap. ad liberandam, ext. de iud.

Vnde ſequitur quod ſicut à Concilijs nulla prælationis iura ſuper Papa, prætendi poſſunt, idem ſequitur de quouis alio, viuentium; quoniam ſoli Deo conſtat Papæ electionem competere cap. electionem, 79. diſt. cap. licet, ext. de decim. & ſi Papæ de ſingulis hominibus iudicare licet, cap. aliorum, 9. qu. 3. Neque his refragatur, quod ait text. in cap. Anaſtaſius, 10. diſt. vt Papa hæreſis cauſa deponatur à Concilio; quia vt ſupra oſtenſum fuit, non Concilij actoritate deponitur, ſed illius Papæ auctoritate, qui illud decretum condidit, cuius decreti virtute, eam depoſitionem fieri conuenit, & ita in terminis declarat Card. Iacobat. in tract. de Concilijs, §. quid dicendum, n. 168. quia eo caſu nedum à Concilio Papa deponitur, ſed ab inquiſitore hæreticę prauitatis, vt quis minimus. Nam ſi, pro quia, Papa, vt liquet, concilia confirmat. c. concilia, §. hinc etiam, 17. diſt. ſatis colligitur eſſe ſuprà concilia, ſuper quo confirmationis negocio, ratio illa ſatis adminiculatur, vt maioris auctoritatis eſſe cenſendum ſit, eum qui dat eſſe rei, quam ſit ipſa res, l. Iulianus, ff. de exhib. l. adeò, §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom. lariuſque de his oſtendit Card. de Turrecrem. in ſum. Eccl. lib. 3. cap. 8.

ARTICVLVS I.

Sequitur Rubrum ibi, Stephani Papæ. III.

NOn abſque diuini inſtituti ratione eſt, vt Papæ nominis fiat mutatio: de natura enim caſus genitiui eſt dominium, vel proprietatem referre, cap quia Gu. ext. de iud. c. locum, ff. de relig. & ſumpt. fun. Bart. & ſcribent. in rub. ff. de noui ope. nunc. Vt etiam quandoque refert ſimplicem detentationem, gloſ. in l. 2. ff. de orig. iur. ſed quatenus huiuſmodi caſus virtute, vt patet, referatur dominium, qualibet bonę fidei poſſeſſio, l. ſeruus communis, & l. item ſi ſeruus, & l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipul. ſer. l. Iulianus. ff. de rei vend. ſumi argumentum poteſt, vt Papæ auctoritas ita Concilijs ſupereminеat, vt conciliorum ita Dominus ſit, & auctor, vt ipſa approbet, confirmet, conuocet, & conuocata, ac pendentia diſſoluat, 27. diſtin. per totam, & c. dudum. 3. qu. 7. auth. ſi filij, & ibi Barto. C. de rep. ſed cur Stephani nomen huius Concilij auctoris ſumere placuerit, cum antequam in Papam eligeretur diuerſo nomine appellabatur: multiplex redditur ratio, quarum prima eſt, vt ad

omni-

Digitized by Google

omnimoda nouæ creaturæ iura inducenda, nouo quoque appellaretur nomine.c.1.§.porrò, ext. ve Eccl.benef cap.1. de conſecr. diſt.4. & cap. baptizandi nomen. 7.qu.1. & diſt.50. cap. ſcias, & de pœnit. diſt. 1. cap. qui arbitrantur. Bal. in proœm. ff. col. 3. Alia verò eſt, quia ad imitationem Principis Apoſtolorum huiuſmodi nominis commutatio fiat, cui paritèr nomen eſt immutatum, cap. exemplum 50. diſt. nam cum anteà D. Petrus, Simon appellaretur, poſt deſignatum à Domino in orbis paſtorem, Matth.cap.16. non ampliùs Simonem, ſed Petrum nuncupatum eſſe, liquet à petra, quæ eſt Chriſtus commemorat Archid. ſuper quam fundata eſt Eccleſia, in cap. ita Dominus, 20.diſt. Vbi ſubdit Petrum à Domino etiam Cephas nuncupatum fuiſſe, ideò quia in capite ſit conſtitutus Apoſtolorum, quia quilibet Apoſtolorum confirmationem, & auctoritatem accipit à Petro, cum Cephas Hebraicè, Latinè ſonat caput. Matt. c.16. hactenùs ille. conſonant his verba text. in cap. præcepeis. 12.diſt. cap. Petrus. 2.q.7. cap. loquitur, 24.qu.1. cap. per venerabilem, ext. qui filij ſint legit. Non obſtat prædictis, quod nominis mutatio alias impeobeeur: l. vnica C de mutat. nom. & falſi pœna ſtatuatur l. pœna falſi. ff. ad leg. Cor. de falſ. quia illud procedit, quando nominis mutatio fiat deceptionis cauſa, vel doli, citrà quæ patet mutationem eſſe permiſſam, demonſtratur in Papa, & in regularibus, quibus ratione præmiſſa, vt à priſtino ſtatu in nouum tranſitum faciant ex conuerſionis ſigno, & ſic honeſta ex cauſa permiſſum nomina commutare, quod ſimilitèr locum habet in ſcholaribus demonſtrat Rebuff. in tract. de priuileg. ſchol. priuileg. 14. Quam nouam creaturam D. Petrum euaſiſſe protulit non ſola nominis mutatione, ſed miraculorum paritèr magnitudine, & ſplendore, Act.c.3. Vbi ſanum reddidit claudum, qui baiulabatur, & cap 13. vbi Tabitam ad vitam reuocauit, & cap.5. Item ſua vmbra ægros ſanauit, Ananiam, & Saphiram coniugem verbi virtute morti damnauit, veluti etiam quando ſua prædicatione tria circitèr hominum millia ad Chriſtum conuertit, Act. cap.2. Hancque nominis mutationem ſumma cum ratione in D.Petri ſucceſſoribus ſtatutam fuiſſe præmonſtrat vſus vſque in hodiernum perſeuerans Summorum Romanorum Pontificum, quorum religionis merita in re dubia inſignius haberi nequit teſtimonium, vt eſt D. Auguſtini ſententia, poſita in cap. palam. 2.diſt. ibi, palam eſt, quod in re dubia ad fidem valeat auctoritas Eccleſiæ Catholicæ, quę ab ipſis fundatiſſimis Sedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conceſſione confirmatur. hæc ille.

Sed appoſitio huius nominis Stephani Tertij, ideo à Magiſtro Gratiano facta eſt, vt huius canonis ſenſus magis innoteſcat: quia nomina ad hoc in conſimilibus apponuntur, vt diſponentium voluntas nota fiat l. in ambiguo ſermone ff. de reb. dub. l. Labeo ff. de ſupel. leg. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg.1. notatur in l. ſi idem in codicillis. C. de codicil. Nam ab hoc Stephano viro ſanctiſſimo ideò liquet hoc concilium fuiſſe indictum ad ſchiſma illud eneruandum, quod per laicorum electionem inſurrexiſſe conſtat de laico viro factam. citrà tamen formam ab Apoſtolis latam, vt Papa à Cardinalibus eligeretur eorum gremio, & ſic ex ſacerdotali ordine, iuxtà formam traditam in cap. in nouo. 21. diſtinct.

Quare conſtat mutationis nominis cauſam in Rom. Pontificibus diſtare ſatis à ratione, quam ponit Panor. in cap. cum ſecundum, ext. de præben. col.2. num.5. vbi dixit id ſeruatum eſſe, vt præſtantiùs nomen aſſequantur, quia conſtat inſtitutum mutationis nominis à Domino duxiſſe originem ſuper ijs viris, quos ad maximæ beatitudinis iura euexit patet tam veteris, quàm recentis legis pagina, vt in veteri patet in Iacob, cui Iſrael nomen impoſuit: in noua de Petro, & filijs Zebedæi, quos Boerges nuncupauit, ſicut Petrum de Simone ad Petrum reduxit. Matth. cap.16.

ARTICVLVS I.

Canonis huius neceſſariam editionem fuiſſe.

STephani Papæ huius nominis Tertij diebus. hiſtoriarum Scriptores atteſtari conſtat ſchiſmatis calamitatem inſurrexiſſe, quandoquidem laicorum ſuffragijs quendam Conſtantinum laicum pſeudo Papam electum fuiſſe narratur. Quam electionem eſſe improbandam tarenùs demonſtratur, vt etiamſi princeps fuerit eligens, excommunicationem incurrat 16.q.6. cap. deinceps. cum cap. ſequent. ipſe verò electus deponitur, cap. ſi quis Epiſcopus, 16.q.6. quia nulla ratione pro Epiſcopis ſunt habendi, qui à clericis non ſunt electi. cap. miramur. 61.diſtin. cap. in nomine Domini, 23. diſt. Nec obſtat, quod alias Imperatori fuit permiſſum electiones huiuſmodi exercere, quia illud Cæſari fuit conceſſum Apoſtolica auctoritate. cap. Adrianus, 63.diſt.

Prætereà alia quoque ratione huius canonis executio requirebatur, quia iuri diuino talis electio repugnabat, cum Eccleſiæ vnitati aduerſaretur: Oſeæ cap 1 ibi, congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſrael pariter, exponens ſibi caput vnum, & Ioan.cap.10. ibi, fiet vnum ouile, & vnus paſtor. eſt quoque lex in cap. loquitur 24 q.1. ibi, ſuper vnum ædificat Eccleſiam. Et quamuis omnibus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem, ideſt conſimilem poteſtatem tribuat cum diceret, ſicut me miſit viuens Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum: Tamen vt vnitatem non manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. & infrà videlicèt. Vt exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti, vna eſſe monſtretur. hactenùs ibi. De cuius vnitatis iure latiùs infrà in ver. vnus, diſcutietur.

Eſt etiam alia ratio, qua præſefert huius canonis editionem fuiſſe neceſſariam, quia huius canonis virtute reſiſtitur aduersùs ſchiſmaticos, quos patet in Eccleſia magnum inducere exitium. c. fin. ext. de offic. cuſtod. cum nullam habeant poteſtatem cap. didicimus, 24. q.1. ibi, didicimus omninò hæreticos,

Digitized by Google

cos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, ac iuris. facit text. in cap. 1. ext. de ſchiſmat. ibi, adijcientes, vt qui dignitates Eccleſiaſticas, ſeu beneficia per ipſos ſchiſmaticos acceperint, careant impetratis; quæ ipſa, & ſi vera eſſe comperiantur, quoad iuriſdictionem, & poteſtatem, ſecùs tamen eſt quoad ſacramentorum collationem cap. ordinationes, 9. q. 1. vbi habetur ordinatos ab Epiſcopis ſchiſmaticis à Romana Eccleſia præciſis non oportere reiterata conſecratione ad ſacramenta adminiſtranda admitti, quamuis executionem non habent, ſi alias nec vita, & moribus deprauatis canonicum non reſiſtat impedimentum, quod etiam in inanimatis comprobatur, vt eſt altare ab eis conſecratum, quia ita permanet, quonſque fuit demolitum. Quæ quidem ſunt intelligenda inxtà quod diſtinctum eſt per gloſ. in cap. ordinationes, 9. qu. 1. nam ſentit gloſ. ordinationes præmiſſas executione carere, ſi modo cum promotis huiuſmodi non fuerit diſpenſatum, vel alias inſcitia excuſabilis reddatur. eſt autem ſchiſma illicita diuiſio per inobedientiam ab Eccleſiæ vnitate. ita definitur per Hoſtien. in tit. de ſchiſm. iu ſum. Differt autem ſchiſma ab hæreſi. cap. inter. 24. q. 3. quoniam hæreſis peruerſo ſubſiſtit dogmate: ſchiſma autem eſt receſſio ab Epiſcopo. Quod ſcelus infidelitati, & hæreſi præponderare cenſendum eſt, pœnarum grauitate attenta, qua ſchiſma puniri patet, iuxtà illud Deuter. cap. 15. ibi, pro menſura peccati erit plagarum modus. l. Gracchus. C. de adult. Namque grauiſſimam ſumitur fuiſſe pœnam, qua diuinitùs punitos eſſe patet Datan, & Abiton, quos terra ſuo hiatu viuos abſorbuit, Num. 16. eadem pœnarum immanitas inflicta eſt illis tribubus deſcientibus à proprio ſacerdotio, Ieroboamque adhærentibus, quas in diſperſionem Dominus abire voluit, lib. 3. reg. cap. 13. quam pœnam ideò grauiorem infligendam, vt diuinitùs diſpoſitum reperitur, ea videlicet ratione, quia cum ſit crimen magis frequentatum, & propterea eſt maior pœna dignum, cap. non afferamus 24. q. 1. vbi D. Hieronymus ait, non afferamus ſtateras doloſas, vbi appendimus, quòd volumus pro arbitrio noſtro dicentes, hoc graue, hoc leue eſt: ſed afferamus ſtateram de diuinis ſcripturis, tamquam de theſauris dominicis, vt in illa quid ſit grauiùs appendamus tempore, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monſtrauit, & idolum fabricatum, atque adoratum eſſe patuit, & propheticum librum ita contemptoris regis incenſum, & ſchiſma tentatum idolatria gladio punita eſt, & exuſtio libri bellica ſede, & peregrina captiuitate ſchiſma hiatu terræ ſepultis auctoribus viuis, & cæteris cœleſti igne conſumptis. Quis iam dubitauerit hoc eſſe ſceleratiùs commiſſum, quod eſt grauiùs indicatum.

Hęc D. Hieronymus. Non tamen hodie Sancta mater Eccleſia huiuſmodi tam ſæuo pœnarum genere in ſchiſmaticos inuehitur. nam excommunicationis ſententia primò illos illaqueari decernit cap. 2. ext. de ſchiſm. & c. de Liguribus 23. q. 5. quam ex antiquiori lege ſumptam dignoſcitur. Num. cap. 16. ibi, recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui videlicèt ſchiſma fuerant, & nolite tangere quæ eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum depoſitionis. Inſuper pœna ſchiſmaticos eſſe puniendos decernitur, ſi poſtquam anathemati ſuppoſiti ſint, reſipiſcere recuſent. c. in nomine Domini, 23. diſt. ſed depoſitionis pœna neglecta, militari brachio erunt coercendi, vt illud Sap. c. 2. ſuccedat, vt per quæ quis peccat, ex illis puniatur, vt videre eſt præuia eorum ſeparatione à capite facta excommunicationis medio ſeparantur à fidelibus d. c. de Liguribus, 23. q. 5.

Secundò, quia Eccleſiæ principatu ſubiectionem præſtare recuſant, meritò depoſitionis medio coercentur, cum nefas ſit, vt dignitates, vel ſacerdotia retineat ab ipſo principe, immediatè, vel mediatè pronenientia.

Tertiò, quia pœnis, & Eccleſiaſticis cenſuris quieſcere recuſans, congruit vt brachio ſæculari ſupponatur, & ſic ſæuioribus pœnis magis conteratur, iuxtà tex. in cap. quali, 22. q. 5. ibi, ſalutantes paterno affectu gloriam veſtram petimus, vt præfatis, qui à noſtra ſede directi ſunt, in omnibus præbeatis auxilium, nec putetis peccati eſſe alicuius, ſi huiuſmodi homines premantur; Hoc enim & diuinæ, & humanæ leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem iniquiſſimè perturbantes à poteſtatibus ſæcularibus comprimantur. Nec quamque maius eſt, vt ſacrificium Deo poſſitis offerre, quàm ſi id ordinetis, vt qui in ſuam, & aliorum iniuriam debacchantur rigore compeſci. hæc ibi.

Schiſmatis plures eſſe ſpecies iure canonum perſpicuum eſt. Nam deterioris conditionis illud ſchiſma cenſere oportet, quod alteri peruerſo dogmati additur, iuxtà illud, omne quod ſe habet per additionem ad aliud, maius ſit illo cui additur, tam in bono, quàm in malo; ita colligitur ex d. c. inter, 24. q. 3, de mente Diui Hieronymi; & ſi reſipiſcentes ſchiſmaticos alio peruerſo ſcelere non illaqueatos ad Eccleſiam recipi liqueat, ſola manuum impoſitione, vt à ſpiritu nequitiæ abeuntes Spiritum ſanctum recipiant, quem extrà Eccleſiam, non eſſe, nec dari poſſe non ambigitur c. didicimus, c. pudeuda, c. ſchiſma 24. q. 5. dummodò id fiat, vt iuris eſt, ſchiſmatis illius præuia abiuratione, cap. quoties 1. queſt. 6.

Ratio demùm aliam quoque Canonis huius editionem Chriſtianę Reip. magno extitiſſe vſui præſefertur, quia teſtimonium ſtat de principatu Eccleſiæ, ac ſenatu cum pertinentibus ad vniuerſalis Eccleſiæ ordinem à D. Petro, & eius ſucceſſoribus, vt diuinitùs inſtituta formam ſumpſiſſe. Quare habita huius Canonis ratione, & quod ex Concilio Stephani Papæ III. prodierit, vt etiam determinationis Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. vt refertur in cap. per venerabilem, ext. qui filij ſint legit. & Concilij Viennenſis ſub Clemente V. clemen. ne Romani, de elect. ſequitur quod in dictis Concilijs determinata vſque adeò vera eſſe, ſint cenſenda; vt ſecus ſentientes contrà manifeſtam veritatem ſentire non hæſitetur, quia quod in vno ex præmiſſis Concilijs definitum reperitur, quo ad expreſſa hoc in loco paritèr in ſingulis eſſe colligitur, adeò vt de veritate ambigi non contingat, cum plurimorum ſententijs iudi-

ctum integrum habeat c. extra conſcientiam, 63. diſt. Panor. iu c. primo, de reliq. & ven. Sanct. quibus ratione adiuncta, vt hæc forma eligendi Petri ſucceſſores ſit eadem, quæ in Diuo Petro eligendo ſeruata fuit. cap. in nouo 21. diſt. & cap. in nomine Domini 23. diſtin. manifeſtè conuincitut electionem huiuſmodi non differre ab electione Apoſtolica, quæ conſtat vt præfertur, D. Petrum electum fuiſſe, & alios eius ſucceſſores ab initio ſurgentis Eccleſię vſque in præſentiarum; Quare allucinari impios demonſtratur, ſentientes Cardinalium inſtitutum eſſe ocioſum, cum non reſpiciant noſtri temporis Cardinales ex figuris ſit primò, quia D. Petri ſucceſſoribus aſſiſtunt inſtar Apoſtolorum, à quibus eidem eorum principi aſſiſtebatur, quos conſtat D. Petrum prima ſua canonica, cap. 5. ſub nomine Eccleſiæ expreſſiſſe, vt fuit præmiſſum. Secundò, quia illi Petro aſſiſtentes erant paritèr, vt hodie Cardinales, ex ordineque ſacerdotali, & non laicorum, vt ibidem colligitur ex voce illa electa, iuxtà not. per gloſ. c. ad Rom. fin. in ver. Ruff. Tertiò, quia Petri ſucceſſores eligunt, quemadmodùm illi Petrum elegeruut. c. in nouo, 31. diſt. Quartò, quia ex eorundem Cardinalium gremio Petri ſucceſſor in principem Eccleſiæ ſumitur, quemadmodùm ex ordine, vel gremio Apoſtolico D. Petrus electus fuit. Quæ omnia ſimul coniuncta ſatis ſuperque comprobare videntur Cardinales noſtri temporis illos primitiuę Eccleſiæ principi aſſiſtentes penitùs referre, vſque adeò, vt ſecus probandum tentari non oporteat, argument. eorum, quę trad. Bart. in l. Celſus, ff. de vſu cap. & l. ſiue poſſidetis. C. de probat. ſeriben. in l. penul. C. de preſumpt. & in l. ſicut §. ſi quæratur ff. ſi ſer. vend. proptereà iura principalia in Eccleſia exercentes non immeritò principalium nomen Cardinales ipſi ſunt conſequuti, & appellantur, quia denominatio ſumitur ab actu potentiori, l. 1. ff. de acquir. poſſ. gloſ. in c. 1. in verſ. fratri. de offic. lega. in 6. cum vox iſta, Cardinales, vt infrà in verbo, Cardinales, ijdem quod principales referre demonſtratur c. paſtoral. 7. q. 1. relatio, 21. q. 1. vbi ait gloſ. ipſi enim ſunt principales in Eccleſia vniuerſali, quorum conſilio regitur, & gubernatur. Hæc ipſa vera demonſtrantur generali Eccleſię traditione, cum non ſolùm Romanæ Eccleſiæ Pontifici aſſiſtentes ſibi in coadiutores ſacerdotalis officij reperiantur, ſed etiam in cathedralibus Eccleſijs eundem ordinem eſſe non ſecus, quàm in cœtu Cardinalium demonſtrant hoc collegia omnium Cathedralium Canonicorum aſſiſtentium eorum Epiſcopis eligentiumque illorum ſucceſſores, iuxtà Apoſtolicum inſtitutum, vt præmittitur, quam formam in Eccleſia frequentatam, vt traditionem Apoſtolicam ex oreque Domini proditam præſumi poſſe, iure D. Auguſtini ſententiam in lib. de bapt. paruulorum videtur, vbi ait, Ea quæ ſeruat Eccleſia non ſcripta ab Apoſtolis, Chriſto docente tradita recipimus. hæc ille. Idcircò Canonem huiuſmodi neceſſariò editum dixerimus, tum quia eius virtute ſchiſmaticorum improbitati reſiſtitur: cùm etiam, quia aperit quo pacto Petri ſucceſſorum electio ſit celebranda, ne diuinis aduerſetur inſtitutis, adeò vt uon ſit canon contrà formam tex. in c. erit autem lex, diſt. 4. & ſic citrà id, quod neceſſarium dici nequeat.

ARGVMENTVM.

Canonis nomen, & complura referuntur, & ab eo deriuantia, quo ſenſu ſumantur.

ET ſicut Canonis virtute multa aſtruuntur ſingulis regulam exhibentia, ita eadem voce refertur, vt Canon è Græco idiomate deriuans, idem quod regula importare intelligatur cap. Canon, 4. diſt. differuntque Canon, decretum, & decretalis adinuicem: quia Canon illud dicitur, quod in generali Synodo ſtatuitur c. altercationis, de de biga. in 6. Decretum verò illud cenſetur, quod à Papa, einſque ſenatuſconſulto decernitur. decretalis verò eſt epiſtola, quam Papa ſolo arbitrio ad alicuius rei conſultationem reſcribit gloſ. in ſumma, 4. diſt. quandoque etiam Canon ſumitur pro annua feudi, vel emphiteutica ſolutione, Alc. conſ. 70. primo vol.

Ab hacque voce Canon, deriuatur Canonicus, quia ſub Canonum regula decernitur, Card. in clem. fin. quæſt. 1. de præbend. quia ab initio Canonicorum inſtitutionis ſimul vitam ducere conuenerunt, ſicut etiam ſub vno eodemque conclaui commorabantur, Archid. in c. in omnibus de conſecr. diſtin. 5. ad cuius Canonicatus titulum nemo inſuper aſſumebatur annorum 14. minor, vel qui clericali militiæ non aſcriberetur, vt traditur decretum à Clemente IV. & ſeruatum eſſe in perſona nepotis à Bonifacio VIII. Specu. in tit. de action. ſeu petit. §. ſuper rationibus verſ. ſed numquid ſcholari, quod Archid. extendi tam in Canonicatu, quàm in alio beneficio ſentit in c. nulli 12. q. 2. num. 5. Vndè Canonicorum, & Epiſcopi vnum fit corpus, cuius caput eſt Chriſtus c. cum clerici, ext. de verb. ſignif.

Et primi gradus inter clericos, in dignitate non conſtitutos dicuntur Canonici, ſicuti ſecundi gradus dicuntur beneficia alia retinentes, Innoc. in c. ſedes, de reſcrip. Panor. in c. cum olim, ext. de præben. colla. 3. verſ. ſed quæro.

Non tamen in dignitate conſtituti Canonici cenſentur, quamuis cathedralium Eccleſiarum muneribus ſint mancipati, niſi latiorimodo dignitate ſumpta, qua etiam beneficia ſimplicia retinentes perfrui conſtat c. ſi fortè ext. de elect. in 6. Sed ea voce dignitatis, à principe, vel à lege procedentis ſumpta penitùs ſunt ſecluſi, vt per Bar. in l. 1. de dignit. C. lib. 2. vbi dixit: Dignitas, eſt honor alicui propter merita ſpecialitèr principis, vel legis beneficio impenſus, nam huiuſmodi dignitas eſt illa, quæ cum iuriſdictione perpetuo dignitatis titulo adiungitur, vt per Innocent. in c. de multa de præbend. per tex. in c. 2. §. fin. de ſtatu monachorum, & Panor. in d. c. vbi Ancha. clem. de præben. 1. quare ſignantèr dicitur, cum iuriſdictione adiuncta dignitati, & ratio eſt, quia non perſonæ, ſed dignitati adiungitur, vt liquet in præfectis prouincialibus regularium. Quia abſoluto

eorum

eorum magiſtratu ceſſat in perſonis eorum illa iuriſdictio, & ad alium ipſorum ſucceſſorem tranſitum facit.

Cardinalis in clemen. 3. de reſcriptis, & eſt Text. in c. clericos, in verbo, perpetuum, & ibi gloſ. ext. de cohabitat. cler. & mul. Sed expreſſiùs Canonicos à dignitate ſemotos probat Text. in cap. ſtatuimus, §. 1. de reſcript. lib. 6. vbi recenſitis dignitatibus, Text. ibi ſubdit, ſiue de canonicis, Idem firmat Panormit. in c. cauſam, quæ, el. primo, col. 4. ext. de iudic. idem Ioan. de Graſſ. in tract. de reſcript. num. 6. ratio prædictorum eſſe videtur, quia Canonici iuriſdictione carent, prout etiam patet in habentibus in Eccleſia aliquam adminiſtrationem, quantumcumque perpetuam citrà iuriſdictionem, vt liquet in Æconomis, & Sacriſtis, quoniam iuriſdictionem, qua dignitas inducitur, non retinent, & ſecùs cenſeretur ſi quid iuriſdictionis eorum adminiſtrationi ineſſet, l. fin. ff. de offic. procur. Cæſar.

Verùm etſi iuriſdictione, vt præfertur, aſſequi dignitatem quis cenſeatur, in dignitate tamen conſtitutus eſſe videtur, qui in Eccleſia ſine iuriſdictione reperitur, dummodò dignitatis nomine fungatur, declarat Innocen. in cap. de multa, ext. de præben: vbi ponit exemplum in Archidiac. Parmen. qui licèt nullam in Eccleſia ipſa exerceat iuriſdictionem, tamen in dignitate conſtitutus cenſetur, ex quo dignitatis nomine, videlicet Archidiaconatus, eſt inſignitus.

Vndè videtur, vt in dignitate diſcernenda magis iuriſdictio, quàm nomen attendatur, excepto tamen contrario vſu, vbi nomen tantùm ſufficere introductum eſſet, vt de Parmenſi Archidiacono præmittitur, & quamuis modica alicubi reperiatur iuriſdictio, tamen in dignitate conſtitutus traditur concurrenti nomine, vt fertur de Archipreſbytero Pitauien. Eccleſiæ, qui excommunicat, ſuſpendit & abſoluit, adeò vt infici nequeat, quin dignitate fungi videatur, Panormit. in cap. de multa, ext. de præben. de qua modica iuriſdictione, idem patet in priore Clauſtrali, & Abbatiſſa, vel alia Monaſterio præfecta, quia dignitate durante Magiſtratu eorum fungi dicuntur, c. niſi, ext. de præben. cap. 1. ext. de qualit. & ætate ordinan. licèt dignitatis nomen ab eis retentum non reperiretur, ſi modo fundatione, vel conſuetudine ſecùs introductum ſit, vt iuriſdictione fungantur.

Canonicorum igitur inſtitutum eatenùs ſub regula Canonum, à qua vt præfertur nuncupantur permanet, vt lumen boni præbeant, & ſpeculum Ciuitatis exiſtant, 11. quæſt. 3. cap. fin. §. cum eorum inſtitutum, vt præmiſſum eſt, ab Apoſtolorum cœtu ortum duxerit, munuſque exerceat erga Epiſcopos, quod Cardinales erga Papam exercent, cap. in nomine Domini, 23. diſtinct. conſtat enim mancipatos aſſiſtentiæ, tam Romanorum Pontificum, quàm etiam aliorum Epiſcoporum fuiſſe Sacerdotes, qui ad ſalutem æternam conquirendam diù noctùque ſatagebant, cap. legimus, 93. diſtinct. & patet etiam, quia non ſolùm Cardinales, ſed ſimplices clericatus animam, corpuſque Dei ſeruitio dedicarunt, cap. duo, 12. quæſt. 2. confirmantur prædicta ratione habita, vt tot Illuſt. Martyrum, qui ex Eccleſiæ ſenatus ordine ea proſequutionis procella non ſunt veriti ſponte, ac certa opera martyrium ſubire, vt de Laurentij Illuſt. Leuitæ Martyrio Sanctiſſimiſque Papæ, & Martyris Sixti ab Eccleſia inſinuatur, vt veluti etiam de Agapiti alijſque Sanctiſſimis Viris, ex eodem ordine ſenatorio refertur, cum omnes Romanæ Eccleſiæ Clericos extitiſſe, & in executione Sacerdotalis officij eidem Sanctiſſimo Papæ aſtitiſſe haud innoteſcat, cap. multa, 2. quæſt. 2. verſic. qui clerici Romanæ Eccleſiæ, vt etiam in cap. Conſtantinus, 96. diſtinct. in ver. Reuerendiſs.

Quibus pace Eccleſiæ reſtituta cum innumeris alijs ſanctiſſimis viris Diuus Hieronymus Dalmata omni ſapientia, & ſanctitate doctrinæ integerrimus, qui Diuo Damaſo Papa floruit, eique ſanguine fuerat coniunctus, quem inter Cardinales fuiſſe aſcitum, ſatis colligitur ex verbis D. Auguſtini, vt habetur in cap. quanquam, 2. quæſt. 7. vbi Auguſt. ſe minorem in compluribus Hieron. fatetur, licèt Epiſcopus eſſet, & Hieron. preſbyter, quia nulla ratione maior conſiderari à Diuo Auguſtino potuit, niſi quia Auguſtinus tanquam Epiſcopus particulari Eccleſiæ præeſſet.

Hieronymus verò velut Cardinalis vniuerſali Eccleſiæ præfectus, ac velut Auguſtini Iudex exiſtens videretur, quod pariter Hieronymus atteſtari videtur, in cap. Eccleſia, 16. quæſt. 1. ibi, & nos ſenatum habemus, vbi ſe inter Senatores Romanæ Eccleſiæ eſſe commemorat, ſicut etiam extitiſſe legitur Petrum Damianum inſignis doctrinæ, & ſanctitatis.

Neque his reſiſtit, quod in cap. S.R.E. 15. diſtinct. ibi, de opuſculis Beati Hieronymi preſbyteri, cum nullum liqueat verbum de eius Cardinalatu, ſicut ibidem inferiùs explicatur de opuſc. B. Ioan. Epiſcopi Conſtantinopulitani, argumento, l. 1. C. de caducis tollend. & l. 1. C. ſi menſor fal. mo. dix. cap. ad audientiam, ext. de decimis, quia reſpondetur, quod ille Text. ibi, preſbyteri, denotat preſbyterum nobilioris, vel ſublimioris Eccleſiæ, quæ eſt Roma, Eccleſiæ, qua nulla Eccleſiarum eſt maior, argumento l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat. hoc idem hiſtorias quàmplures, & chronicas conſcribentes aſtruunt, quibus in iudicando, & conſulendo ſtatus, Bart. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & in l. Gallus, §. fin. ff. de lib. & poſthum. Bald. in l. conuenticulas, C. de Epiſc. & Cleric. quorum ſcriptis ſatis comprobatur Diuum Hieronymum Cardinalem fuiſſe, idem aſſeruit Gemin. in cap. vnico, de reliq. & venerat. Sanctor. in 6. Ioan. de Anania in cap. ad deliberandum, ext. de iudic. Roman. in conſil. 42. lib. 4. vos eſtis lux Mundi, col. 5. Barbat. de præſtantia Cardinalium Baſil. prima, num. 25. Cardinalis Turrecrem. in ſumma de Eccleſ. lib. 1. cap. 79. Archidiac. in c. Eccl. 16. quæſt. 1.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

Quare Romanus Pontifex Papæ Nomen retineat.

IN præfatione huius Canonis poſt auctoris Stephani nomen in ſua promotione ad ſummi Pontificatus apicem impoſitum, ne Concilium, vndè præſens huiuſmodi canon extrahitur iuriſdictione carere, & proptereà nullum eſſe cenſeretur iuriſdictionis defectu, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ext. de conſtitut. Ideò ſubditur ibi, Papæ III. ad quem, vt in proximo præcedenti articulo oſtenditur, pertinuit commemoratum Concilium indicere, vt Eccleſiæ vniuerſali conſultum eſſet, veluti ibidem præmittitur, ad cuius nominis explicationem modò quæritur de præbentibus cauſam huic nomini Papæ, eiuſque inſtitutionem, quæ autem exaduerſo obijciuntur reſeruata reperientur infra in verbo, Petro.

Ab initio enim ſurgentis Eccleſiæ patet, iſtud nomen Papæ in Eccleſia frequentatum eſſe, vt ad hoc habetur ſanctiſſimi Epiſcopi, & Martyris Ignatij auctoritas, qui in Eccleſia Antiochena ſedit tertius poſt Petrum, in epiſtola prima Græco idiomate inſcripta præſetulit, hoc nomen aſcribi Eccleſiæ principali prælato, iuxta quod hodiè pariter antiquiſſimo eſt vſu receptum, quòd apud Latinos ab illa interiectione, Pape, quæ eſt admirantis nota, deriuare cenſetur, iuxta quod ipſius etymologiæ eſt verum ſenſum, referre, cap. forus, ext. de verb. ſignific. l. 1. §. appellata, ff. ſi cert. pet. & l. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum re vera admirabile ſit in Papa rationem habere hominem mortalem ex hominibuſque aſſumptum referre Dominum Dei noſtri Vnigenitum, verum Deum, & hominem, cap. vt noſtrum, ext. vt Eccleſia benefic. cap. fundamenta, §. decet, de elect. in 6. eaque ratione omnem creaturam ei ſuppoſitam eſſe dignoſcitur, Innocen. in cap. 1. ext. de conſtitut. & vt præfertur, hoc nomen Papæ, deriuaſſe, ait gloſ. in proœm. clemen. in eo ſenſu, quod admirabile quid ſit, quem Intellectum ſecutus fuit Martinus Laudenſis in tractat. de principibus, quæſt. 24. ratione habita tum immenſæ poteſtatis, cùm vniuerſalis regiminis Papæ, quibus Innocentij verbis conſonat Text. in cap. omnes 22. diſtinct. & Text. Euangelicus Ioannis cap. vlt. quando Dominus indiſtinctè ait, paſce oues meas, non dixit Pontiſ. Ægypti, Pamphiliæ, Bithiniæque, ſed totius orbis oues eo loquendi genere incluſit, dicto cap. omnes, 22. diſtinct. A' Papa enim Imperatores Regeſque, ac ſinguli Principes regendi principatus iura ſumunt, electique confirmantur, deponuntur, & exautborantur, cap. venerabilem, ext. de elect. & ita diuinitus inſtitutum fuiſſe Hieremiæ Prophetæ vaticinium apprimè declarat, cap. 1. ibi. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te hodiè ſuper reges, & gentes, & ſuper Regna, vt euellas, deſtruas, & diſſipes, ædifices & plantes, quæ verba exitu recepto veriſſima comprobantur; nam palàm eſt Gregorium VIII. Henricum III. Cæſarem depoſuiſſe, Rodulphumque Bauariæ Ducem in Cæſarem inſtituiſſe, ſicut Zachariam Papam, Ludouicum Gallorum Regem Regno inutilem eſſ flagitioſum regia dignitate priuauit, & Pipinum Caroli Magni Patrem ei in Regno ſuffecit, cap. alicuius, 15. quæſt. 6.

Prætereà Stephanum ſecundum facultate eligendi Cæſarem Romanos priuauit tamquam illi abutentes ad Germanos tranſtulit, ext. de elect. cap. Valentinianus, cap. non licet, cap. cùm Adrianus, c. Conſtantinus, 63. diſtinct. Translatio autem, & priuatio Imperij Conſtantinopolitani à Stephano Papa II. eſt facta ratione ſumpta, quòd cum Eccleſia deprimeretur ab Aſtulpho Longobardorum Rege petitum auxilium à Conſtantino Cæſare, & Beroe eius filio fuit denegatum, & in Cæſarem tunc electum fuiſſe ab eodem Stephano Octonem Saxonum Regem ab Adriano poſteà coronatum, gloſ. in cap. Venerabilem de electionibus, in 6. Innocentius III. depoſuit Octonem Cæſarem ob cauſam periurij, refert Caſtald. in tractat. de Imperatore, quæſt. 81. n. 5. Alexander III. Federicum Enobarbam pœnitentem ſub pedibus ſuis ſubegit, quia Eccleſiæ iniurias intulerat, refert Panormit. in cap. & ſi Chriſtus, ext. de iureiuran. Innocentius IV. Federicum IV. depoſuit, cap. ad Apoſtolicæ, de re iudic. lib. 6. Poſſunt induci complurium exempla principum, quos conſtat Papę auctoritate cum Cæſarea, cùm Regia poteſtate culpa eſſe priuatos.

Nec ſolis Regum culpis Regibus Papam præeſſe conſtat, ſed etiam ſi animi infirmitate laborent, aderunt regimini minùs ſint idonei, dat eis coadiutorem, vt ab Innocentio IV. Luſitanorum Regi dementia, vt inutili, & Eccleſiarum bonis infeſto conſultum fuit, cap. grandi, de ſupplen. neglig. pręlat. vndè Diuus Bernard. in libro de conſideratione ad Eugenium III. eadem admiratione Papę ſupremę dignitatis motus ait, Tu qui es ſacerdos magnus, Pontifex ſummus, Princeps Epiſcoporum, hęres Apoſtolorum, Primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech Dignitate Aron, Auctoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Vnctione Chriſtus, hactenùs ille.

Ad pręmiſſa accedunt, quę Diuus Cyrillus Patriarcha in libro Theſaurorum, vbi ait, ſicut enim accepit à Patre Chriſtus Dux ſceptrum Eccleſię gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſuper omne quodcumque eſt, vt ei genua cuncta curuentur, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſiſe.

Ab ipſo enim, vt à Diui Petri ſucceſſore iuriſdictionis poteſtati ad Eccleſię prælatos deriuare dignoſcitur, cap. ita Dominus 19. diſtinct. cap. quanto 63. diſtinct. c. loquitur 24. quęſt. 1. nam ſolus Petrus pro omnibus, & præ omnibus ſumpſit poteſtatem, cap. audiuimus, 24. quęſt. 1. & à Papa poſt Deum vniuerſę Eccleſię pendet ſalus, c. ſi Papa 40. diſtinct. inter ipſumque, & Deum vnum, & idem ſit tribunal, vnumque & idem conſiſtorium, cap. quanto, ext. de translat. pręlat. gloſ. Orig. ſuper Matth. 16.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Datione ſupremæ poteſtatis Papam liquet eſſe mirabilem diuinitùſque inſtitutum.

Eſtque diuino iure inſtitutum, vt Papa ſit ſuper principes, & Reges, habeatque omnia iura in ſcrinio pectoris, cap. quoniam quidem 18. diſt. gloſ. in cap. licet, de conſt- in 6. & poteſt ſupra ius diſponere, cap. propoſuit, ext. de conceſs. præb. & plenitudinem retinet poteſtatis, ita vt nulla adiectione indigeat, cap. ſi omnia, 6. qu. 1. cap. benè quidem 96. diſt. arg. l. huiuſmodi, §. ædes, ff. de leg. 1. eatenus quoꝗ hoc verum eſt, vt Cæſaris iura Papæ conſtitutionibus, & decretis ſupponantur, cap. clerici, ext. de iud. cap. 1. ext. de iura. calum. & in Authen. vt clerici apud prop. Epiſ. §. penult. collat. 6.

Quod viciſſim iuri Cæſareo non competit, vt pontificia iura ſubijcere quæat, cap. lege, §. Idem Imperatorum, 10. diſt. & ratio eſſe videtur, quia Cœſar eſt Eccleſiæ filius, & Epiſcopis caput incliuat, à quibus etiam excommunicari poteſt, cap. ſi Imperator 96. diſt. cap. certum 10. diſtin. & ibi not. in 2. gloſs. Vndè in hæreſim deducitur ſentiens Cæſarem Papæ non ſubeſſe, cap. quidam 23. quæſt. 4. & deueniret contra Eccleſiæ vnitatem, & contra ſymbolum Nicœnum ibi, & vnam Sanctam Eccleſiam, de qua Eccleſiæ vnitate latiùs dicetur infra in verbo, vnum, vndè de Cęſaris ſubiectione demonſtratur tam in Papæ conſecratione, quàm in Cæſaris inunctione: nam Papa, quia eſt Eccleſiæ caput, in capite inungitur, Cæſar verò, quia eſt inter Eccleſiæ membra, in armo inungitur ſiue humero cap. 1. ext. de ſac. vnc. vt ita in Cæſare verum ſit illud, diuino Vate dictum, ibi, factus eſt principatus ſuper humerum eius, Iſai. cap. 9. quia etiam nempè monſtruoſum eſſet, vt vnum corpus, quæ eſt Eccleſia, cuius caput eſt Dominus in Cœlo, & Papa in terra, duo haberet capita ſcilicet Papam, & Cæſarem, cap. quoniam pleriſque, ex de offic. ord. c. in apibus 7. quæſt. 1. cap. damnamus, ext. de ſum. Trinit. & Io. Euang. cap. 10. ibi, erit vnum ouile, & vnus paſtor, Prædicta vera eſſe demonſtratur etiam, quia Cæſar Imperium ſumit de manu Papæ ad eumque directum ſpectat dominium, & videre eſt, quia ſi Cæſaris obitu vacet imperium, aut alias ſit vacans, Papa ſupplet proprio regimine partes Cęſaris, adeò vt dominium directum Eccleſię cum vtili tunc conſolidetur, cap. licet, ext. de foro compet. ac inſtar gubernij Vrbium Eccleſiæ ſubiectarum, tum ſpiritualium, cùm temporalium iura ibidem exercet. cap. licet, ext. de elect. huius ſententiæ extitit pariter Hoſtien. in ſum. in tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter, & à quo, & §. ſub auctoritatibus; quòd ita Dominus in Euangelio miſticè demonſtrat, Ioan. cap. vlt. quando Petrum ſuper mare ſiccis pedibus ad ſe venire præcepit, ſumpto mare pro hoc mundo, iuxta Pſal. 103. ibi, hoc mare magnum, & ſpatioſum, vt in tract. de Imper. & Papa, habetur quæſt. 4. vt figura eſſet, Petri ſucceſſores vniuerſo orbi præfuturos, quoniam ſpiritualia à Papa in terris regi ſine temporalibus nequeant, 1. quæſt. 3. cap. ſi quis obiecerit, & 32. quæſt. 2. cap. Moyſes, quod vſque adeò verum eſt, vt Epiſcopus in temporalium regimine non idoneus ab officio, & dignitate Epiſcopali ſimul eſt ſummouendus, 1. quæſt. 4. cap. quia præſulatus.

Præterea Papa ratione peccati omnes iudicat, quamuis ipſe à nemine iudicatur, cap. Apoſtolicæ; de ſent. & re iudic. in 6. cap. alius 15. quæſt. 6. temporalique inſuper flagello vti poteſt dict. cap. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3. Quare ſi Cæſar, vel alius princeps delinquat, adeò vt temporali flagello coercendus ſit, videretur Papæ fruſtanea iuriſdictio ſi impunè delinquentem dimitteret, & propterea punit priuando, & deponendo, cap. alius, 15. q. 6. cap. Apoſtolicæ, de ſent. & re iud. lib. 6. & cap. nouit. ext. de iud. quia volens conſequens neceſſariò debet habere ſuum antecedens, l. ad rem mobilem, ff. de procur. l. 2. de iur. om. iud. facit tex. in l. orario, ff. de ſponſ. cum Eccleſia ſit opificium Dei, Apocalip. cap. 1. & quæ ſunt Dei, perfecta ſunt opera, cap. maiores, §. ſed adhuc, de baptiſ. cap. ſunt plures, de pęnit. diſtin. 3. cap. quidam 24. q. 4. Contra quæ Papæ iuriſdictionis Diuinæ iura non deſunt impiorum complura argumenta, quamuis inutilia, quæ quidem cum infra in verbo, Cardinalibus, ſingulatim recenſeantur, ibi ſunt videnda, ne in repetendis tempus conteratur.

Præterea admirabile eſt, vt vnius viri inſtitutionibus diuina quæcunque in Eccleſia exiſtentia conſeruentur, de quo Baſilius magnus in libro de Spiritu ſancto, cap. 27. ita inquit: Nimium diuina eſt iſthæc ordinatio, nec aboleri poteſt humana auctoritate, vt certis legibus partim ſcriptis, partim non ſcriptis, quas Apoſtolica commendat traditio, Eccleſia regatur, dogmata conſeruentur, religio vindicetur, diſciplina retineatur, hæc ille. Hiſque Anacleti Papæ, & Marc. ſententia conſonat cap. non decet, 12. diſtin. concordat in cap. ſacroſancta, 22. diſt. ab ipſoque Deo Papę deriuare poteſtatem colligitur in cap. omnes, 22. diſtin. vbi inquit textus, Romanam Eccleſiam ſolus ipſe, ſcilicet Chriſtus, fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero, terreni ſimul, & cæleſtis imperij iura commiſit.

Non ergo quælibet terrena ſubſtantia, ſed illud verbum, quo conſtitutum eſt cęlum, & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Rom. fundauit Eccleſiam, hactenus text. Ad idem eſt tex. in cap. quamuis 21. diſtin. ibi, ſacroſan. Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica nullius ſynodicis ſtatutis cęteris Eccleſijs eſt prælata, ſed Euangelica voce Domini noſtri Ieſu Chriſti primatum obtinuit, hactenus text. quia Papa ita omnibus præeſt, vt ab eius ſententia non appelletur, cap. cuncta per mundum, 9. q. 3. cap. placuit, 2. quæſt. 6. Vndè Archid. in cap. quia 10. quæſt. 1. ait, Papam eſſe admirabilem, maioremque Patrem, quod patet in Concilio generali, quo etſi vniuerſalis Eccleſia repræſentatur, 17. diſt. in ſum. cap. quod ſuper his, de maiot. & obed. & cap. regula, §. 1. 3. diſt. & cap. cum olim, de accuſat. adeo

vt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

vt nihil maius concilio, prę ſentit Marc. Mant. in tract. de Concilio num. 80. tamen Papa eidem omnimoda ſupereminet auctoritate, cap. ſignificaſti, ext. de elect. not. in cap. propoſuit, de conceſ. præben. gloſ. in cap. penul. de capel. monac. & in clem. ne Romani, de elect. in cap. vbi periculum, de elect. in 6. & ita congruit, quia eſt Eccleſiæ princeps, quo nomine deſignatur quaſi primum locum capiens, gloſ. in cap. fundamenta, §. proindè, de elect. in 6 Luc. de Pen. in l. 1. C. de ptin. agen. in re. lib. 12. ſed ſupra omnia quibus Papa reuera admirabilis præſefertur eſt, quod inſinuat Apoſt. 1., ad Cor. cap. 6. vbi ait, Eccleſiam Angelos fore iudicaturam, vndè ſequitur, quòd tantò magis id verum ſit ad mortales, & fragiles viros, cum præualeat ita iudicio, & poteſtate, vt cæleſtes ſibi creaturas ſubijciat, quod demonſtrat quanti Papæ auctoritatem fieri oporteat, cum maior cenſeatur iudicans, quàm qui iudicatur, cap. inferior, 21. diſt. propterea conſonum rationi eſt, vt neque à Concilio. ab alioue quocumque in terris prælationem aliquam Papa recógnoſcat, cap. licet ext. de elect. etſi gloſ. in cap. Acatius, 24. quæſt. 1. ſentiat, Papam hæreſis cauſa minorem fieri quocumque fidelium, quod intelligi debet, vt ob delicti immanitatem iam conſumati, adeò Papali dignitate exauctoratus ſit, vt nulla Papæ munia retineat, quia Papa, vt Papa, in fide non poteſt errare, Panor. in cap. à nobis. ext. de ſenten. excom. ſuperioremque nullum habet, præter Deum, cap. aliorum, 9. quæſt. 3. ibi, cauſas omnium hominum per homines Deus voluit terminari, ſed Romanæ Sedis ſuo præſulem reſeruauit arbitrio, cuius gloſ. ſupra relatæ dict. cap. Achatios, ſententia non inani ratione oritur, nempè, quia hæreſi nullum eſt grauius delictum, cap. primum, 22. q. 2. in prin. cap. quid in omnibus, 32. quæſt. 7. & inſtituto antiquæ legis etiam diffinitur, prælatos immunes fore debere ab hęreſi. Deutero cap. 17. ibi, non poteris alterius gentis Regem facere. quia non ſit de fratribus tuis. Et etiam, quia extra Eccleſiam permanens, claues habere non poteſt, cap. audiuimus, 24. quæſt. 1. quia decet Papam, ſicut alios quoſcomque prælatos, & alios fideles, eſſe innocentes, & ſanctos, iuxta Principis Apoſtolorum exhortarionem, ſua can. cap. 2. ibi, quia ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, quia non generis nobilitate, vel loco Deo placere, quis ſibi polliceri poteſt, ſed religionis, & vitæ ſanctitate, Card. de Turrecrem. in cap. nos, 40. diſtin.

ARTICVLVS III.

Admirandam Papæ poteſtatem eſſe oſtenditur in remittendis criminibus, & culpis abſoluendis.

PApa admirabilis ea quoque ratione cenſetur, quia eius poteſtas extenditur in cælo, & in terra: nam poteſtatem Papæ reſpicere vltrà terrena etiam oſtenditur cæleſtia, cap. 1. 21. diſt. quod virtute remiſſionis peccatorum præſefertur, quam indulgentiam appellamus, quæ diffinitur iuxta Bolog. in tract. de indulg. cap. 1. num. 2. eſſe remiſſionem pęnæ temporalis, quæ pro peccatis debetur conceſſa à Papa. vel ab alio poteſtatem habente: Nam licèt in baptiſmate merito paſſionis Chriſti peccata omnia remittantur, cap. paruulos, de conſec. diſt. 4. & Exod. cap. 14. ibi, ne vnus quidem ex eis ſuperfuit, vbi gloſ. inquit, omnia peccata ablata ſunt in baptiſmate, & diaboli poteſtas eſt ſubmerſa, ad Tit. cap. 4. ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nobis abundè: at tamen ob peccata poſt baptiſmi ablutionem commiſſa obligamur ad pęnam temporaliter, à qua Papæ auctoritate, Petro, & eius ſucceſſoribus præſtita relaxandi peccata liberamur, cap. Deus, de pęnit. diſt. 1. quam poteſtatem in Petro, ſucceſſoribuſq; collatam Matth. cap. 16. adhuc Papa retinet, cap. in noua. ext. de pęnit. & remiſs. cap. manet, & cap. in omnibus, & cap. quodcumque 24. quæſt. 1. vndè Innoc. & Io. And. & Hoſt. in cap. cum ex eodem ext. de pęn. & in cap. quod autem, aiunt claues Petro commiſſas, eiuſque ſucceſſoribus accipi ad ſimilitudinem clauium materialium, quibus oſtium clauditur, & aperitur. Vndè Papa illarum poſſeſſionem, vt Domini Vicarius ab eo poteſtatis plenitudinem ſuſcipit dict. cap. cum ex eo.

Sed diuerſimodè ſumitur indulgentia, cùm quandoque ſumatur, vt præmiſſum eſt, pro remiſſione pænæ, 2. quaſt. 3. in fi. §. fin. ſumitur, & aliquando pro conceſſione gratiæ, ca. dudum. ext. de priuil. & cap. fin. ext. vt lite penden. quandoque etiam importat donare, cap. ille, de pænit. diſ. 3. & ita ſumitur per ſcribentes in cap. fi. de pęn. lib. 6. aliquando etiam ſumitur pro diſpenſare, cap. dudum, ext. de elec. Denotat etiam idem, quod eſt vacare, vel dare operam alicui rei non probibitæ, l. non diſtinguemus, §. ſacerdotio, ff. de arbit. Vlterius indulgentiam peccatorum, vt præmittitur, duplicem eſſe patet: quia vna eſt, quæ à presbyrero confeſſario datur pęnitenti in confeſſione auriculati, quæ elt de foro pænitentiæ, cap. omnis vtriuſque ſexus, ext. de pęnit. & remiſs. & per Hoſt. in ſum. eodem tit. facit tex. c. ſicut dignum, el. 1. rext. de homicid. & in c. tranſmiſſæ, ext. qui cogn. conſi. vxo. ſuæ, & cap. abſit, 11. quæſt. 3. Alia eſt indulgentia de foro pęnit. non exiſtens, ſed à lege iuriſdictionis proueniens, cap. accedentibus, ext. de exceſ. prælat. ibi, Epiſcopalis dignitatis, & iuriſdictionis, de qua conformiter loquitur Old. in conſil. 83. col. pen. ver. non obſtat, dum dicitur: Aduerſus quas indulgentias, etſi nonnulla in contrarium ſint deducta, & oppoſita, vt fuit opponere, quod inferior Deo, vt eſt Papa, tollere nequeat pęnas illatas à Deo, qui Papæ eſt ſuperior, not. ext. de ſortil. cap. 2. & gloſ. in cap. cum Papa in gloſ. fi. ext. de accuſ.

Similiter illud opponitur quod hoc ab Apoſtolis non legitur executioni demandatum, vt indulgentiarum vſum frequentarent. Vndè quod non fuit ſanctorum Patrum, non debet eſſe eorum ſucceſſorum, 2. quæſt. 4. cap. conſuluiſti, cap. quòd ſi dormierit, 31. q. 1. cap. 2. ext. de tranſlat. prælat. Necnon aiunt deindè facilis veniæ aſſecutione tribui delinquendi

Digitized by Google

quendi intentionem, quod permittendum non videtur, l. conuenire, ff. de pact. dotal. vt etiam quod indulgentiæ dent cauſam, quod delicta remaneant impunita, cap. vt famæ, ext. de ſent. excom. argum. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. Quia præmiſſa oppoſita nullatenus reſiſtunt; nam ratione habita primò quòd iſta facultas abſoluendi Petro pro omni Eccleſia fuerit tributa, 20. diſt. in principio, 24. quæſt. 1. cap. quodcunque ligaueris, nec infici poteſt, quòd hoc expreſſum non ſit in lege, quando Matth. cap. 16. Dominus ait, quodcunque ſolueris ſuper terram, quia verba legis ocioſè poſita intelligi non debent, l. ſi quando, ff. de leg. 1. Bart. in l. 4. §. prætor, ait, ff. de dam. infec. cum nullum verbum accipi debeat ſine effectu operandi, Dec. conſil. 333. col. 3. Quod quidem non tacitè diſponitur, conſiderato etiam quod in lege veteri hoc pari modo fuerit receptum, vt liquet de anno Iubilei, Leuit. cap. 25. not. 8. diſt. in princ. ſupererogatio enim ſanctorum Eccleſiæ meritorum per patientiam vltra menſuram ſuorum delictorum per contumeliaſque, & opprobria, quæ paſſi ſunt orare non ceſſant, vt in letanijs, 13. quæſt. 2. cap. animæ, inſtar Apoſtoli non ceſſantes orare pro ſuis ſatis ſuffragantur, quæ aſſociata cum effuſione ſanguinis Chriſti, & eius ſanctorum meritis, & paſſionibus remiſſionem peccatorum inducunt, cap. quia corpus, de conſecr. diſt. 2. cum ſolius guttæ ſanguinis effuſio ſui ſanctiſſimi corporis ſufficeret ad inducendam remiſſionem omnium peccatorũ, nam ipſe ſe obtulit hoſtiam pro peccato, cap. non oportet, de conſec. diſt. 2. vnde Iſai. cap. 54. ait: languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Sanctiſſimæ igitur huius paſſionis merita, & Sanctorum, vt præfertur, ſunt Eccleſiæ immenſus ille theſaurus. Vndè à Papa theſaurum hunc aperiente per indulgendi munus cenſetur prouenire peccatorum remiſſionem, & indulgentiam. Et adeò hæc vera ſunt, vt conſiderata facultate Petro conceſſa ligandi, & ſoluendi, quodque ſicut in ſanguine Chriſti prętio baptiſmate fuerint abluta omnia fidelium peccata, ſequitur, vt eadem ratione meritorum ſanguinis Chriſti, vt præfertur, quæ Papa fidelibus contritis, & pœnitentibus nomine indulgentiæ ſubminiſtrat, remiſſionis peccatorum pariat effectum, cap. à nobis, 2. de ſent. excommunic. extra, & ita ceſſant ſupra motæ difficultates, dummodò non negligentiæ, vel torporis gratia ad indulgentias confugiatur, quia ſi id fiat aliquo interuenienti contemptu, ligari magis quam abſolui videtur, 13. diſ. §. cum ergo, & cap. notandum, 23. quæſt. 3.

Non obſtat etiam quod dictum eſt indulgentiarum vſum à patribus non frequentatum fuiſſe, quia ſatis eſt quod in l. veteri appareat, & expreſſè incluſumque colligatur in verbis Domini ad Petrum, cap. quodcunque 24. quæſt. 1. Non vim facit, quod venia facilè delinquendi cauſa præbeatur: quia verè pœnitentibus indulgentiæ ſuffragantur, non autem, qui ob facilem veniam in delictis recidiuare intendunt, cap. à nobis, el. ſecundo, ext. de ſent. excom. Papæ autem, vt conſtituto ſuper familia Domini, Matth. cap. 24. competit maiores indulgentias particulares, vel generales, & plenarias concedere vniuerſo orbi, cap. Deus, de pœnit. diſt. 1. ad ipſumque principaliter pertinet præuia conceſſione à Domino facta, cap. cum ex eod. ext. de pœnit. & remiſs. in qua indulgentiarum largitione à Papa prouenienti nullam adeſſe limitationem, aut poteſtatis modificationem tam indulgentiarum quantitatem, quàm locorum, perſonarum qualiteſque aſpicientem, d. c. cum ex eo. quę quidem illimitata poteſtas inferioribus à Papa, vt Epiſcopis, & Archiepiſcopis non competit, cum ſit limitata, & quoad quantitatem indulgendi, locorumque diſtinctionem, ac perſonas, niſi ſpeciali priuilegio, vel Papæ conceſſione ſecus ſit diſponendum, text. eſt cum gloſ. in dict. cap. cum ex eo. & ibi Panor. in vlt. col. & in cap. noſtro eod. tit. & in cap. accedentibus, & ibi Panor. ext. de exceſſi. prælat. Vnam archiepiſcopis competit hęc facultas etiam in diœceſi, ſiue iuriſdictione ſuffraganeorum, & Epiſcopis intra fines ſuæ diœceſis, ſicut legatis intra eorum prouinciarum limites, vt latiùs per Panorm. explicatur in dict. cap. cum ex eo. in fin. col. Nec eſt ordini Epiſcopali indecens, vt indulgentias tamen limitato modo concedere queat, vt eſt anni, & quandoque 40. dierum, facit text. cap. ante omnia 40. diſtinction. dicuntur quoque Epiſcopi ſanctiſſimi Dei legati, clemen. ſi quis ſuadente, de pœn. ſoſque Epiſcopos Papa appellat. fratres cap. quam graui, ext. de crim. fal. cum etiam ordo Epiſcopalis ſucceſſerit loco Apoſtolorum, cap. quorum vices, 68. diſt. & cap. in nouo, 21. diſt. quæ reſpiciens Bal. in l. quoties, C. vbi ſenat. vel claris, ait, quod Epiſcopus accuſatus non debet ſtare, ſed ſedere cum iudice, apud quem eſt accuſatus; Eſt tamen diſtincta auctoritas remiſſionis, & indulgentiæ: quia etſi Epiſcopali indulgentia quis abſoluatur à pœna temporali, tamen à pœna, & à culpa non abſoluitur, cum hoc ſit ſolius Papæ, qui locum omnipotentis retinet, cuius eſt remittere peccata. Not. gloſ. in clem. 2. de pęn. quæ ait, iſta eſt illa, & hanc conceſſit Papa tranſeuntibus in ſubſidium terrę ſanctę. Vndè Io. And. in cap. ad deliberandum, ext. de iud. dixit, eſt illa, quæ datur in anno centenario Iubilei, vt in extrau. Bonifacij VIII. quæ incipit hanc antiquorum, & ſecus ſeutientes vndequaque allucinantes fore declarat tex. in cap. quodcunque, 24. quæſt. 1. dummodò indulgentia reperiat pęnitentes, & verè, contritos, iuxta textum in cap. conuertimini de pęnit. diſt. 1. adeò quod impedimentum, quod obicem appellant, non reſiſtat,

Conſtat quoque Epiſcopos indulgentias concedendi facultatem habere, pro menſura tamen à Papa eis conceſſa: nam in dedicatione Eccleſiarum ſiuè celebrata ab vno, ſiuè à pluribus Epiſcopis vnius anni indulgentia conceditur: ſicut in anniuerſario conceſſam quadraginta dierum indulgentiam ab eiſdem denunciari poteſt conſecratam Eccleſiam adeuntibus. cap. cum ex eo, ad finem, ext. de pęn. & cap. indulgentia, eod. tit. lib. 6.

ARTICVLVS IV.

Inter Papam, & Eccleſiam contracta eſſe ſponſalia.

PApam eſſe ſponſum vniuerſalis Eccleſiæ comprobatur, quodque reipſa verum eſſe oſtenditur ratione ſpiritualis coniunctionis, & demonſtrar rext. in cap. ſicut alterius vxor. 7. quæſt. 1. vbi à Diuo Calixto Papa, & martyre dicitur, quod ſponſa vxorque Epiſcopi dicitur eius Eccleſia, vndè in eius ſignum Epiſcopus portat anulum, quare Innoc. in cap. licet, ext. de translat. Epiſc. inquit, Epiſcopi matrimonium inter Epiſcopum, & Eccleſiam in eius electione initiari, in confirmatione ratificari, & in conſecratione conſumati. Vndè à ſimili Papa, vbi à Cardinalibus vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus eligitur, à Domino tacitè confirmatur; vndè vt iam ſit matrimonium initiatum, & ratificatum ſubſequenti eſt poſteà conſecratione conſumatum, cap. Eccleſiæ meæ, 97. diſt. facit text. in c. quoniam; de immunit. Eccleſ. lib. 6. ibi ait Papa, nos iuſtitiam noſtram, & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolentes negligere.

Nec contra prędicta impiorum reſiſtunt nonnulla obiecta contrarium pręſeferre ſententia, vt eſt quando aiunt. ſponſa eſt ſubiecta viro, vt ad Epheſ. cap. 5. ibi, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita mulieres viris ſuis in omnibus, ſed quia Papa miniſter eſt in Eccleſia: ergo ſequitur, quòd Eccleſia Papa ſit maior, & per conſequens non ſit eius ſponſa non exiſtens Papæ ſubiecta. Ad quæ reſponſio eſt, quod non procedit ratio inducta, cùm Papa vniformiter in Eccleſia ſit miniſter, prout Dominus Saluator, Matth. c. 22. ibi, non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, procederet argumentatio, quando nomine Eccleſiæ Papa miniſtraret, ſed Chriſti nomine miniſtrat, & ita declaratur verbis Apoſtoli, ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſterium Dei, 1. ad Corinth. cap. 4. & ea. etiam ratione, quia Papa in Eccleſiæ regimine Domini legatione fungitur: & etiam, quia miniſterium Papæ eſt eo modo, quo quis opem, aut auxilium alicui impendit, prout intelligitur quoque de Angelis miniſtrare hominibus, ad Hebræos, cap. 2. ibi, eos in miniſterium miſſos propter eos, qui hęreditatem capiunt ſalutis. Sicut non obſtat aliud, quod compingunt, vt generatio ab Eccleſia concepta non ſit Petri, vel eius ſucceſſorum nomine, ſed Saluatoris Chriſti, propterea nomine appellantur Chriſtiani. Ergo Eccleſia non eſt Petri, vel ſucceſſorum eius coniux, ſed Chriſti.

Reſpon. quoniam verum eſt, quod principali modo Domino redemptori renaſcuntur in ſanguine eius redempti: attamen aliquo modo miniſterio Sacerdotali etiam Eccleſiæ prælatis renaſcuntur. Declarat Paulus 1. ad Corinth. cap. 4. ibi, in Chriſto enim Ieſu per Euangelium vos genui, vndè eſt vt Sacerdotes dicuntur eſſe patres fidelium, & Regum, ac Principum, cap. quis dubitet, 96. diſtinct.

Aiunt prętereà ex Auctoritate Diui Bernardi in lib. de conſideratione ad Eugen. III. Papam eſſe paranymphum Eccleſiæ, & non coniugem, vel ſponſum: cum ille, qui ſponſam habeat, ſponſus ſit, Ioan. cap. 3. nam Oſeæ vaticinio Domini Eccleſiam ſponſam eſſe colligitur, cap. 2. ibi, ſponſaui te mihi in fide ſi pro quia, Dominus eſt Eccleſiæ ſponſus, ergo non eſt Papa.

Reſp. quoniam quoad dictum Diui Bernardi non vrget argumentum, quia quatenùs ad paranymphi munus, quod Papa ſtet iuxta Eccleſiam, ipſiuſque curam gerat, patet: ſed non excluditur, quod ratione exterioris Sacramentorum miniſterij, & ope, non ſit Pater, vt præfertur, & Sacerdotes eſſe Patres omnium fidelium, ex, cap. quis dubitet, 96. diſt. patet, etiam in Epiſcopo virgines Chriſto conſecranti, quia & ſi quoad Chriſtum fungatur officio paranymphi, quia alteri deſponſat, & non ſibi: tamen virtute miſterij, quod exequitur, etiam ſponſi partes ſubſtinet, & ita firmat Diuus Thomas in 4. diſt. 38.

Vana eſt quoque obiectio illa, vt Eccleſia, præter vnum, qui eſt Chriſtus, ſponſum non habeat, vt iuris eſt, cap. ſicut, 21. qu. 2. vbi ait text. Eccleſia Chriſti vxor, & ſponſa debet eſſe non Sanctorum, Geneſ. cap. 2. ibi, erunt duo in carne vna, ſumpta miſterialiter, quia ſi alicuius Regis vxorem habentis quis miſterialiter curam gereret non condecens videretur, vt talis miniſtrans ſponſus illius vxoris diceretur.

Reſp. Quoniam vnicum eſt miniſterium, patet in Parocho, qui ſuo miniſterio cooperatur Epiſcopo, & Epiſcopus Papæ, & Papa Chriſto: adeò quod hi tres non ſunt plures ſponſi, ſed vnus ſponſus, etiam Domino computato; Sed vt clariùs liqueat, quàm fatuè argumenta huiuſmodi proponantur, obſeruandum eſt quod D. Thomas, ait in tractatu ſuo contra impugnantes religionem, vt ibi, ſponſus Eccleſiæ propriè loquendo, Chriſtus eſt, de quo dicitur Ioan. cap. 3. qui habet ſponſam ſponſus eſt, ipſe enim de Eccleſia nomini ſuo filios generat.

Alij autem dicuntur ſponſi ſicut miniſtri ipſi exteriùs cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum, quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant, qui quidem miniſtri in tantum ſponſi dicuntur, in quantum vicem veri ſponſi obtinent, & ideò Papa, qui obtinet vicem veri ſponſi in tota Eccleſia, ſponſus dicitur. hactenus Diuus Thomas.

Hanc ſententiam, quod Papa filios Eccleſiæ acquirat, D. Auguſtinus in cap. quorum vices 68. diſt. ait, ſic genuerunt te Apoſtoli, ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi patres, ſed numquid nobiſcum corporaliter eſſe poterant, vſque in poſterum, ergo illorum abſceſſu deſerta eſt Eccleſia? abſit, pro patribus tuis (inquit) nati ſunt tibi filij, patres miſſi ſunt Apoſtoli; pro Apoſtoli filij nati ſunt, tibi conſtituti ſunt Epiſcopi, hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt tibi: ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus.

Ne ergo putes te deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides eos per quos nata es de prole tua, tibi creuit paternitas pro patribus tuis, nati ſunt tibi filij. hæc Auguſtinus, Vndè ſumitur,

vt

Digitized by Google

vt diuerſis rationibus Papa ſicut præfertur, cenſeri queat Eccleſiæ ſponſus, tum pater, tum filius: filius ſiquidem, quia baptiſmate ab Eccleſia eſt regeneratus: pater verò, quia in Eccleſia, vt paterfamilias proponitur adminiſtrationi vniuerſalis Eccleſiæ, vt pondus ſubſtineat. Patet enim non ſolum Papæ, vt totius Eccleſiæ principi, tam in denominatione munerum, quàm in alio quocumque actu vſque ab initio ſurgentis Eccleſiæ plurimum honorem ſæmper delatum eſſe, quàm etiam cuicumque alicui Eccleſiæ officio præfecto, quamuis exiguo, quàm ſæcularibus eriam aliqua ratione præponendis, vt colligitur ad Rom. cap. vlt. vbi Apoſtolus in ſalutando præponit Ruffum in Eccleſiaſtico officio conſtitutum eius matri, dum ibi ait, ſalutate mihi Ruffum electum in Domino, & matrem, ibi gloſ. ordinaria inquit, qui Apoſtolus filium matri proponit pro officio Eccleſiaſtico, quod filius obibat. Neque in aliquo reſiſtar ad Papæ paternam denominarionem, quod ab impijs opponitnr Ex Euangelio Matrh. 123. ibi, vnus eſt pater, cum ibi huuc intellectum non referat, ſed iuxta quod ibi ait gloſ. eſt ſenſus, vt vnus ſit Parer principalis vitæ, & naturæ auctor, gloriæ & gratiæ, & non quod ſie alius pater aliqua conſimili participatione, & quod citata auctoriras præmiſſum non efferat inrellectum, declararur Iacobi, vbi dicitur, omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre lumiuum, à quo eſt omnis paterniras in cęlo, & in terra, vt eſſet etiam contra diuini iuris diſpoſitionem tantoperè præcipientis patrem, & matrem eſſe honnrandos, & contra decalogum ibi, honora parentes. Verùm ſicur Papa eſt, & dicirur pater rationibus præmiſſis: ira Rnm Eccleſia eſt, & appellatur mater, tum quia inſtar pijſſimæ matris cuicumque calamitate aliqua oppreſſo ſubuenit, vt ibi, 2. qu. 6. cap. ad Rom. Eccl. ab omnib. maximè tamen oppreſſis eſt appellandum, & concurrendum quaſi ad matrem, vt eius vberib. nutriatur, & auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur, quia non poreſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum. hactenus text. tum eriam quia eſt mater omnium Eccleſiarum, in quibus virtute baptiſmatis omnes filij Dei regenerantur, 15. diſt. cap. non decet, tum etiam quia eſt magiſtra fidei, cuius virtute Dei filij efficimur, cap. omnes, 21. diſt. Necnon, quia Epiſcopis. & prælaris ſuffragari non differt in eorum calamitatibus, cap. omnes Epiſcopi, 2. qu. 6. vbi text. ait, omnes Epiſcopi, qui in aliquo pulſantur, vel criminantur in grauioribus cauſis, quoties neceſſe fuerit liberè ad Apoſtolicam Sedem appellent, atque ad eam quaſi matrem confugiant, cum ſeutentiæ inferiorum à Papa non eius ſint virturis, vt niſi, prout iuris communis eſt, poſt tertiam conformem appellatio concedatur, & ſi à prolatis ſententijs à Papa non liceat appellare, 9. q. 3. cap. cuncta per mundum, cap. placuit. 2. q. 6. ſicque illud Iſaiæ vaticinium ſuccedit, vt refertur in cap. aliorum 9. q. 3. ibi, & ſi hæc humiliabitur, ad cuius auxilium confugietis?

ARTICVLVS V.

Diuinitùs Romanæ Vrbis Præſulatum Papæ curæ commiſſum.

PApa Romæ magis, quàm alibi iura Paparus exercet, quia ibi ſedes ſui Epiſcopatus eſt à Domino erecta, cap. rogamus 24. quæſt. 1. & fuit Beati Marcelli Papæ, & martyris ad Epiſcopos ex agro Antiocheno, vbi ait, quod quamuis prima Petri Sedes Antiochiæ fuerit, mox Domino ita inſtituente Romam tranſlara fuit, propterea non Sedes Antiochiæ, ſed quæ fuit Romæ vltima Sedes Beati Petri dici debet. Nam prima de iure dici non potuit, quia ibidem non ſtetit, vndè non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, Bart. in l. ſi finita, §. Iulianus, in 4. col. ver. quid ſi actor. ff. de dam. infecto, vndè eſt, quòd qui vrbis Romæ canonico impedimenro non reſiſtente eligitur Epiſcopus, Diui Petri ſucceſſor, & qui vices Ieſu Chriſti in terris tenuit, cap. 2. ext. de tranſlat. prælat. Papæ autem electio ideo à DD. Cardinalibus celebratur, quia Diuus Petrus, vt caput, & rector vniuerſalis Eccleſiæ, ita ſtatuit retenro ritu ſuæ electionis ab Apoſtolis factæ, vt ab aſſiſtentibus ſibi electio procederet, ne Eccleſię vniuerſali fieret pręiudicium ſi pro Papæ electione, Patriarchæ, & Epiſcopi totius orbis expectandi forent, vt electio fieret iuxta ęquiratem traditam in c. quod omnes, ext de reg. iur. in 6. cum igitur, vt præmiſſum eſt, Petrus ſui Pontificarus munere, vtq; caput Eccleſiæ, vniuerſiratemque illius referens, c. forns eſt, de verbo. ſignificat. Innoc. in cap. fin. extra de maior. & obedien. ſtatuit vt Cardinalium cętus referret Patriarchas, & aliôs quoſcumque ſuas vniuerſitates prouinciatum, quibus pręſunt repræſentantes.

Forma enim Senat. Apoſtoli in electione D. Petri ſeruata, eandem in electione cuiuſcumque Epiſcopi ſeruandam fore, conſtat eiuſdem Senatnſconſulto, cap. in nouo, 21. diſt. c. ſacroſancta, 22. diſt. Vndè à ſimili introductum eſt, vt Felin. refert in cap. omnes, col. 8. de conſtitut. & c. cum M. Fer. veluri repręſentantes ſuas Eccleſias verificatur in Canonicis, quia illas vacantes repræſenrant, c. cum clerici, ext. de verb. ſiguif. c. Apoſtolica, 55. diſt. vnde eſt igitur, vt qui à Car. eligarur ſit Petri ſucceſſor Vicarius Chriſti, & omnimoda Papæ iura, vt orbis Epiſcopus omninò conſequatur, veluti Epiſcopi inferiores per electionem Canonicorum Epiſcoparus iura nanciſcuntur, ſi tamen electio ſit confirmata pro Epiſcopo.

Sedes igitur Romana à Diuo Apoſtolorum Principe ſanguine conſecrara à Domino ita ſublimata eſt, vt omnium aliarum Epiſcopalium ſedium ſit princeps, & magiſtra, cap. dudum, 3. quæſt. 6. cap. quamuis. 21. diſt. c. ſacroſancta. 22. diſt. ibi, Euangelica redemptoris voce primarum omnium Eccleſiarum obrinuit.

Quarè inſuper præcæteris Domini Saluatoris Eccleſijs tanto eſt aucta priuilegio, vt nedum epiſcopalem ſedem inſtar aliarum Epiſcoporum ſedium retinuit, ſed ipſam almam Vrbem pleno iure, nec non poteſtatem

ſuper Principes, & Reges totius orbis non ſecùs quàm in vaticinio Hiermiæ cap.1. refertur.

Patet enim Romanam Vrbem ad Papam pleno iure pertinere, cap.ego, 63.diſtinct. ſicut & reliqua ſuper Principes, & Reges iuriſdictionis iura, vt ſupra 2. attic. eſt explicatum, vt Romanæ Sedis Pontifex ſit Diui Petri ſucceſſor, Diui Hieronymi probatur auctoritate in cap.quoniam vetus, 24. quæſt.1. dum ad Damaſum Papam ſcribens ait, ibi, cum ſucceſſore Piſcatoris loquor, eſt quoque idem in cap. ſolitæ, ext.de maioritate, & obedien. ibi, nobis enim in Beato Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ dicente Domino, paſce oues meas, non diſtinguente inter has, oues & illas, vt alienum ſe demonſtret à ſuo ouili, qui Petrum, & ſucceſſores illius Magiſtros non recognoſceret, & paſtores; hactenus Text.

Idem atteſtatur Diuus Anacletus Papa, & Martyr, in cap.dudum, 3.quæſt.6. ibi, ſacroſancta Roman. Eccleſ. non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo D. Saluatore primatum obtinuit, ſicut Beato Petro Apoſtolo dicitur, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & infra vſque ibi, ſoluta & in Cœlo adhibita ſocietas in eadem Romana Vrbe Beatiſſimi Pauli Apoſtoli vaſis electionis, qui vno die, vno tempore cum Petro glorioſa morte coronatus eſt, & ambo Sanctam Romanam Eccleſiam conſecrarunt, atque alijs omnibus vrbibus in vniuerſo Mundo, tam ſui præſentia, quàm honorando triumpho prætulerunt, & infra, prima ergo ſedes cœleſti beneficio eſt Romana Eccleſia; hactenus ille.

Cui ſententiæ conſonat illa Diui Bernardi ad Eugen.III. in epiſtola quadam, vbi ait. Locum, inquam, in quo ſtat Terra Sancta eſt, locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum vbi ſteterunt pedes eius, quem conſtituit Dominus dominum Domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, hæc ille; eſt quoque Text. Diui Ambroſij in cap.Beati, 2. quæſt. 7. ibi, Petrus, & Paulus in Vrbe Roma, quæ principatum, & caput nationum Martyrium pertulerunt, ſcilicet, vt vbi erat caput ſuperſtitionis, illic quieſceret caput ſanctitatis; & vbi gentium principes conſedebant, Principes Eccleſiarum morarentur.

Idque Diuus Ambroſius in epiſtola ad Auxentium de Diuo Petro commemorat ait ibi, nocte muros egredi cœpit, & videns in porta ſibi Chriſtum accurrere vrbemque ingredi ait, Domine quo vadis? Chriſtus Reſpondit, Venio Romam iterum crucifigi, intellexit Petrus ad ſuam crucem diuinum pertinere reſponſum; hactenus ille.

Confirmantur prædicta Euſebij Cæſarien. hiſtor. Eccleſiaſtica, cap.13. ibi, in ipſis Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ probatiſſimum omnium Apoſtolorum, & maximum fidei magnificentiæ virtutis, meritò primatum Principem Petrum, ad Vrbem velut aduersùs humani generis perniciem deducit Ducem quendàm, & Magiſtrum militiæ ſcientem Dei prælia gerere, & virtutum caſtra tutari: iſte veniens ex orientis partibus, vt cœleſtis quidam negociator mercimonia diuini luminis verbò primus in Vrbe Roma in Euangelij ſui clauibus ianuam Regni cœleſtis aperuit, Hæc ille.

Etſi auctoritatibus præmiſſis Græcorum hæreſim, modernoſque eorum aſſeclas negantes Petrum Romam aliquando applicuiſſe, confundi ſat eſſe cenſeatur, maioris eorum cœcitatis præſtat argumenta inſurgere contra Scripturas, vt dicti 1.Petr. canonica videre eſt ibi, ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babilone; vbi Roma intuitu diuerſitatis cultus idolatriæ ſumitur pro Babilone, ſtante quod ex his, quæ ab enarratione Scripturarum ſumuntur, colligi non poſſit, Petrum aliquo tempore apud Babilonem ſe contuliſſe, eſt etiam non minùs deteſtabile eorum facinus ſupinæque ignorantiæ monſtrum negare, quod ſacratiſſima atteſtantur iura, vt patet, C.de ſum. Trinit. l.1. & 2. vbi Imperator ſtatuit, vt ſuo ſubditi Romano Imperio ea fidei dogmata recipiant, quæ Beatiſſimum Apoſtolum Petrum Populum Romanum perdocuiſſe conſtat.

Præterea Diui Dionyſij AthenienſisEpiſcopi, & Martyris, qui Pauli diſcipulus fuit, & ſic ipſa Apoſtulorum tempora vidit, eſt ſcriptis relatum ad Timotheum, quod Diuus Paulus verſus mortem dixit Petro, Pax tecum fundator Eccleſiarum, & agnotum Epiſcopi paſtor, cui Petrus dixit, Vade in pace prædicator bonorum, & Dux ſalutis iuſtorum.

Hæc omnia de Petri reſidentia Romæ habita in Lateranenſi Concilio clariùs confirmantur, in cap. per venerabilem, ext. qui filij ſint legit. habetur etiam in c.Conſtantinus, 96. diſtinct. vbi ex epiſtola Conſtantini Cæſaris vniuerſali Eccleſiæ directa, hæc ſumpta reperiuntur videlicet, vbi Principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis ab Imperatore cœleſti eſt conſtitutus, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem, & propterea vt præmiſſum eſt, Romana Ciuitas pleno dominio ad Eccleſiam pertinet, cap.ego, 63.diſtinct. cap.igitur 23. quæſt.vltima.

Poſtremò eſt Diui Hieronymi auctoritas ad Romanos, cap.1. ibi, deſidero videre vos, vt aliquid vobis impartiar gratiæ ſpiritualis, vbi ait, Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare ſe velle Apoſtolus Paulus dicit, non quo minùs accepiſſent à Petro, ſed vt duobus Apoſtolis teſtantibus, atque Doctoribus eorum roboraretur fides; hactenùs ille. Cur autem impiè, ac peruersè hæc ipſa hodiè denegentur non illorum tam imperitiæ aſcribendum eſſe videtur, quàm iniquitati, vt citiùs peſſundantes in eorum certius exitium vertatur.

Vlteriùs Cardinalibus ob Papæ electionem aduerſantur, vt conueniret magis electio Papæ Patriarchis, & alijs totius orbis Prælatis, tamquam referentibus vniuerſitates eis ſuppoſitas, iuxta relata per Innocen. cap. fin. ext. de maior. & obedien. vt ſic ſuccedat regula cap.quod omnes, de reg.iur.in 6. Quibus eſt reſponſio, quia ſi Diuus Petrus, quando claues accepit Eccleſiam Sanctam ſignificauit, cap. quodcumque, 24.quæſt.1.

vbi

vbi inquit gloſ. figurauit in Epiſcopis, & Presbyteris, quia iſti, vt Rectores ſibi ſuppoſitos ſuos, vt præmittitur, repræſentant adeò, vt quod à Papa geritur ab vniuerſa Eccleſia geſtum cenſeatur, cap.ſicut, 15. diſtinct.

Vndè ſequitur, quod Cardinalibus ad eligendum Petri ſucceſſores ab eodem Petro inſtitutis, illa auctoritas ab ipſiſmet Patriarchis, & Epiſcopis vniuerſitates ſibi ſuppoſitas referentibus collata cenſeatur, adeò quòd illa electio à ſingulis etiam ſubiectis Chriſtianæ Reipublicæ reperiatur, ex quo patet Diuum Petrum in clauium receptione Patriarchas, & Epiſcopos repræſentaſſe, vt refertur per gloſ. in dicto cap. quodcumque, 24.quæſt.1. alia quoque eſt apparens ratio, vt magis Cardinalibus, quàm cæteris orbis prælatis electio competat, quia Apoſtoli eligentes Diuum Petrum, in Principem omne ius, ſi quod eis competeret in principem ipſum tranſtuliſſe patet, non ſecùs quàm populi Romani facta iuriſdictionis in Cæſarem translatio demonſtratur, lib.1. §. ſed hoc ſtudiorum, C. de vet. iure enucl. & de leg. & Senatuſconſul. l. final. §. ſed quod principi Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuili, patet etiam, quia illa electio de Petro ab Apoſtolis facta, vt in cap. in nouo, 21.diſtinct. à ſolis aſſiſtentibus facti fuit, ergo Apoſtolis non aſſiſtentibus poſt factam diſpenſationem eligendi facultas, ad nouos aſſiſtentes deuoluta intelligitur, quia depoſito magiſtratu ceſſat iuriſdictio, argum.l.eum qui ff.de iuriſdict.omn.iud.& l.meminiſſe, ff. eodem tit.

ARTICVLVS VI.

Moyſem eiuſque geſta Papæ figuram extitiſſe oſtenditur.

PApam ita diuinitùs inſtitutum præſefertur, vt Sanctum Moyſem Papæ figuram præceſſiſſe multiplici ratione comprobetur, conſtat enim Exod.cap.3. vbi Dominus Moyſi alloquens ait, clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur, ſed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael de Ægypto, ſicque inſtitutus eſt princeps.

Deindè Exod. ibidem dicitur, data eſt ſibi poteſtas tamquam ſacerdoti miracula faciendi, & Exod. cap. 4. habetur ibi, cui & dedit Dominus Aron germanum ſuum in coadiutorem, & ſocium, vterque ſacerdotium adeptus eſt, ſed vt liquet, Moyſes principalis extitit, quod Verbis Domini declaratur ibi, loquere ad Aron fratrem tuum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & oſtendam vobis, quod agere debeatis, ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent.

Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna, Exod. cap. 4. inſigniorem quoque Moyſis poteſtatem oſtendunt illa Domini verba Exod. cap.7. ibi, ecce conſtitui te Deum Pharaonis, ſicut etiam idem oſtenditur, quia reſponſa Domini non ſumebat Aron, ſed Moyſes, & etiam quia à Domino dictum eſt, Aron frater tuus erit Propheta tuus, Exod. cap.7.

Ex hactenus deductis nullum tergiuerſationi locum fore conſtat, Moyſem ſuo principatu figuram attuliſſe Papæ principatui non ſecùs, quàm à Diuo Anacleto Papa, & Martyre explicatur in cap. in nouo 21. diſtinct. & à Diuo Clemente in ſecunda ſua epiſtola ibi, Petrus non ſolùm fuit Apoſtolorum Princeps, ſed etiam eorum ordinator, & conſecrator, veluti etiam conſtat Moyſem conſecraſſe Aron germanum fratrem in maiorem ſacerdotem, & eius filios in ſacerdotes minores, Exod. cap. 28. ibi, applica quoque fratrem tuum ad te cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur, mihi huic actioni, quis negauerit deſignatum eſſe Romanum Pontificem, qui ſolus per ſe, vel deriuantes ab eo ſingulos orbis Epiſcopos conſecrat, & decernit, vt à Diuo Clemente præſefertur, probat Text.in c.porrò 63.diſtinct.atteſtans conſecrationem Diui Iacobi Epiſcopi Hieroſolymitani à Diuo Petro celebratam, iuxta trium à Diuo Petro editum cum interuentu trium Epiſcoporum, videlicet Iacobi Zebedæi, & Ioannis germani fratris, & ſi Ioannem primo in Epiſcopum Petrum imitando Moyſem ſolùm conſecraſſe oſtenditur, ita eleganter refert Paludanus in tractatu de poteſtate Eccleſiæ, cuius hæc habentur verba, vbi videtur rationabile, quod iſte fuit proceſſus in ordinatione Epiſcopali Apoſtolorum, ſcilicet, quod Petrus factus fuerit ſolus Epiſcopus à Chriſto ante Aſcenſionem, poſt Spiritus Sancti autem miſſionem, ſiue ipſa die prima Dominica, ſiue alia Petrus ſolus Epiſcopus fecit Ioannem Epiſcopum, deindè Petrus cum conſecrato Ioanne fecit Iacobum Zebedæi, quibus tribus factis tunc ordinauit Petrus, vt deinceps non ordinaretur Epiſcopus niſi à tribus Epiſcopis, vt in dicto c.porrò, licèt ob paucitatem Epiſcoporum, quando ab Apoſtolis hæc forma forſan non ſemper potuit obſeruari.

Ideò Paulus ſolus fortè Timotheum, & Titum ordinauit Epiſcopos, qui ſeparatus à Barnaba non habebat in ſocietate ſua Epiſcopos, niſi quos poſteà fecit, ſed quando habere potuerunt duos tunc cum eis ordinauerunt non ſoli, hactenùs ille. Colligitur quoque ex prænarrato Moyſis principatu, Exod.cap.3.cauſa eius, quæ fuit vt filij Iſrael liberati forent per Moyſem ab Ægyptiorum tyrannide.

Vbi deſignatur, vt credentes Papæ principatu liberentur à tyrannide inferorum, Matth. cap.16. tibi dabo claues Regni Cœlorum, & deinceps, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Vndè iure optimo dicitur fidelium ſalutem à Papa poſt Deum pendere, c.ſi Papa, 40.diſtinct. comprobantur prædicti Diui Maximi auctoritate in Epiſtola ad Orientales, vbi ait, omnes fine orbis, qui Deum ſincerè receperunt, & vſque terrarum Catholici veram fidem confitentes in Eccleſia Romana Pontificum, tamquam in ſole reſpiciunt veritatem, nec immeritò;

ritò; nam Petrus legitur primò perfecram fidem eſſe confeſſus, Domino reuelante, Matth. cap. 16. Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Vndè dicit ei Dominus, Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; hæc ille.

Neceſſitudinis iura, quibus conſpicitur Moyſem Domino familiariter alloquutum, Romanorum Pontificum auctoritatem pariter præſeſerunt, quandoquidem fidelibus non ſit abſconditum inter Deum, & Papam, vnum & idem fieri tribunal, ac vnum & idem conſiſtorium, gloſ. Origen. ſuper Actibus cap. 6. Hoſtien. in c. quanto, ext. de translar. Epiſc. cum liqueat, vt quem ſacerdos iudicat, Deus iudicare dicatur, §. ſed quæ, de pœniten. diſtinct. 1.

Conſtat enim in his, quæ Dei ſunt Papæ ſententiam præualituram, quamuis vniuerſus orbis impugnaret, c. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1. & ibi gloſ. dummodò vt Papam decernere comprehendatur; nam ſecùs agens nil fidelibus obſtat, oſtendit D. Auguſtinus in epiſt. ad Generoſum, vbi ait, ab ipſo Petro numeramus Epiſcopos vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem cathedram tenet, etiam ſi quicquam traditorum per illa tempora ſuttepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, & innocentibus, quibus Dominus prouidens ait, de præpoſitis malis, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, nolite facere, vt certa ſit ſpes fidelium, quæ non eſt in homine, ſed in Deo collocata, & numquam tempeſtate ſacrilegij diſſipetur, hæc ille.

Quæ inconuenientia de Papa non eſſe præſumenda liquet per Text. in c. non vos, 40. diſtinct. ibi, Papam quis ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis extollit? cui inſuper Diuus Bernardus eadem erga Deum Moyſis iura competere ſentit Epiſtola 31. ad Eugenium III. vt ſupra dictum fuit. Vlteriùs ſuper eo, quod decernitur à Domino, Aaron in ſacerdotem maiorem promouendum fore, & in Moyſis coadiutorem figura Epiſcoporum inſinuatur, in quos conſtat Papæ auctoritatem confluere, ſicut in ſacerdotes ſecundi ordinis, ac in totum Eccleſiæ corpus, c. ita Dominus, 19. diſtinct. quemadmodum Moyſis miniſterio conſtat Aaron in maiorem ſacerdotem, & filios inferioris gradus eſſe conſecraros.

Sed præſtantiori dignitate conſtat eſſe ſacerdotes nouæ legis, quàm fuerint antiquioris; idque verùm eſſe dignoſcitur in ſacrificiorum oblationibus, cum illi figuratiuas hoſtias in ſanguine hircorum, & vitulorum offerrent, ad Hebræ. cap. 9. cum legis nouæ ſacerdotes offerant in ſacrificium corpus Chriſti, verum cum ſanguine, Luc. cap. 22. nec ſolùm pro ſe Deo preces offerunt antiquorum inſtar, ſed pro ſe, & populis, Matth. cap. 6. maioraque inſuper munera nouis ſacerdotibus ſunt collata, quàm in cœterorum Sacramentorum virtute, vt infra in verbo ſacro, latiùs eſt deductum imitantur quoque ſacerdotes nouæ legis antiquiores ſacerdotes ſuper eo inſtituti, vt ſint Papæ coadiutores, ſicuti à Domino decretum eſt, vt Aaron, & filij poſt eorum conſecrationem Moyſi coadiutores haberentur.

Patet namque Epiſcopos maiores ſacerdotes ab Aaron figuratos inſtar illius in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis eſſe vocatos, oſtentat Diuus Gregorius ex Text. in c. decreto, 2. quæſt. 6. & c. qui ſe ſcit, neque his refragatur, quòd Aaron immediatus coadiutor Moyſi, vt ſunt Epiſcopi coadiutores Papæ, eſſet ſolus, vt Epiſcopi Chriſtiani orbis, qui numerum excedunt trium millium, vt ponit Cardin. Iac. in tract. de Concil. lib. 4. artic. 7. num. 13. vbi ait id ſumi ex lib. prouincia, & ex relatis per Alberic. de Roſatt in rubrica, ff. de ſtatu hom.

Quoniam cura illa Moyſis, & Aaron non protrahebatur extrà populum Iſraeliticum, cum Reipublicæ Chriſtianæ regimen ad vniuerſum orbem extendatur, iuxta Pſal. 18. ibi, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ad idem Diuus ait Chryſoſt. ſuper Act. Apoſtol. vbi ait Petrus, à filio, ſuper omnes, qui filij ſunt, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo orbe, dicente Domino, paſce oues meas, nec oues iſtas, vel illas non diſtinguens, ſed vniuerſas oues eius curæ commendauit, hactenùs ille.

Quam Eccleſiæ latitudinem figuruit Moyſes ducendo in vxorem Æthiopiſſam, indicauitque Deum Eccleſiæ ſanctæ copulaturum populum gentilem, gloſ. in c. caue, 28. quæſt. 1. & 2. quæſt. 7. §. his. Moyſis enim geſta conſtat ſacerdotes ſequi oportere, non ſecùs quàm expreſſum habetur in c. ſi quid veri, 17. diſtinct. nam ſacerdotibus tria indicta fuiſſe oſtenditur ad Moyſen imitandum, videlicet orare, legere, & docere, præſertim quos Pontificale munus ſumere deceat, redditurque ratio, quare huiuſmodi imitationem ſumere expediat, quæ eſt eo, quia à Deo Moyſen doctum fuiſſe videtur, cum ei Deus loqueretur, vt amicus amico. Exod. cap. 33. eſt & alia ratio, quia integraliter ſacerdotalis officij exemplar ſumpſit à Domino, Exod. cap. 26. ibi, inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi mouſtratum eſt in monte, ſuadet & alia ratio maior, quia conſtat Moyſem, & Aaron germanum fratrem perfectè ad modum Domino officium ſacerdotale exſoluiſſe, vt Pſal. 98. Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, propterea Romanam Eccleſiam, vt à Diuo Petro ſummo ſacerdote, Moyſiſque ſacerdotium figuratum imitato aliarum Eccleſiarum totius orbis eſſe diuinam, & magiſtram, c. omnes, 22. diſtinct. c. non decet, 22. diſtinct. & ita inſtructa reperitur, vt errare non queat, c. à recta, 24. quæſt. 1. eſtque cardo, & caput earum, 22. diſtinct. c. ſacroſancta.

Dignoſcitur quoque à cauſarum notione Papam ſingulis totius Eccleſiæ præfectum, & magiſtratibus præeſſe, quam eiuſdem Moyſis figuram referre conſtat, Exod. cap. 18. ibi, præterea Moyſes principaliter indicabat populum, qui aſſiſtebat Moyſi de mane vſque ad Veſperam, quod cum vidiſſet Ietro ait Moyſi, ſtulto labore conſumeris, & tu & populus iſte, qui tecum eſt vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea, & conſilia, & erit Dominus tecum, eſto in populo in his, quæ ad Deum pertinent,

Digitized by Google

nent, & infra, prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue eos tribunos, & centutiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum in omni rempore; quicquid autem maius fuerit, ad te referant, & ipſi minora tantùm iudicent, leuiuſque tibi ſit partito in alios onere, Exod. cap. 18.

Vndè hæc in Eccleſiæ inſtituto exerceri conſtat, demonſtrat Diuus Gregorius, vt habetur io c. decreto, 2. quæſt. 7. ibi, ſed ſi quid, quod abſit, graue, intolerandumque obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, vt nihil priùs de eo, qui ad ſinum Eccleſiæ Sanctæ Romanæ conſugerit, & eiuſdem imploret auxilium, decernatur, quàm ab eiuſdem Eccleſiæ fuerit auctoritate præceptum, quę vices ſuas, ita alijs impartitur Eccleſijs, vt in partem ſint vocatę ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis; hactenùs ibi.

Hoc idem virtualiter reſcripſit Vrbanus Papa in c. qui ſe ſcit, eodem cap. & quęſt. demonſtrant quoque hęc Ipſa notat, in c. maiores, ext. de baptiſm. & eius effectu adeò, vt hęſitare non contingat, Papam in Eccleſia maiori prelatione exornari, vt meritò Rex regum, & Dominus dominantium cenſeatur, reque ipſa exiſtat; c. ſolitę, ext. de maior. & obedien. & c. per venerabilem, ext. qui filij ſint legi. Pœnarum quoque immanitas, qua aduerſantes Apoſtolicæ ſedi coercentur, ab ipſo Moyſe in figura refertur, Exod. cap. 19. quando Dei mandato pręcepit, Montem Sinai à quoquam hominum vel brutorum rangendum non eſſe, vt ibi; omnis enim, qui terigerit Montem, morte moriatur; manus non tangent eum, ſed lapidibus obruetur, aut confodietur iaculis, ſiue iumentum, ſiue homo fuerit, non viuet, hactenùs ibi.

Hunc montem Papę iuriſdictionem, & poteſtatem figuraſſe conſtat, cum eam impetere videntur Apoſtolicis inſtitutis reſiſtentes, Eccleſiæque detrahentes, quòd legis condendæ facultatem non habeat. Contra quos Diui Gregorij inſurgit editio, c. nulli, 19. diſtinct. vbi ait, nulli fas eſt, vel velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, vel noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet charitatem. Sit ergo ruinę ſuę dolore proſtratus, qui Apoſtolicis voluerit contraire decretis, hęc ille, ait ibi gloſ. quod quicunque dixerit, Romanam Eccleſiam non eſſe caput, nec poſſe condere canonem, ille ſit hęreticus, c. 1. 22. diſtinct. §. vbi inſinuatur, Dioſcorum pręſulem Alexandrinum damnatum fuiſſe, quia imperito, ac temeratio auſu anathematis ſententiam in Diuum Leonem Papam protulerat.

Quamuis couſtare dignoſceretur in acclamationibus generalis Concilij Calcedonenſis prolatum fuiſſe, Leo Sanctiſſimus Apoſtolicus, cumenicus, ideſt vniuerſalis Patriarcha per moltos annos viuat, quare canonum pręuaricatores blaſphemareque cenſentur, c. violatores, 19. diſtinct. Paretque, vt qui ſecùs ſentiunt, nec vnitatem ſpiritus, nec communicationem pacis habeant, ſeſeque ab Eccleſię vinculo, & ſacerdotum collegio ſeparant, nec Epiſcopi poteſtatem habere poſſunt, nec honorem, c. Nouatianus, 7. quęſt. 1. cum Eccleſię vniuerſalis non plures, ſed vnus ſit thalamus c. quamuis, 21. diſtinct. proptereà Diuus Auguſtinus ſuper Ioan. dixit, vt habetur in c. quodcunque 24. quęſt. 1. Petrum in clauium receptionem Eccleſiam ſanctam ſignificaſſe, quaſi quod diceret Petrum pro ſua, ſuorumque ſucceſſorum perſona claues accepiſſe ligandi, ac ſoluendi ipſumque ſolum, & ſucceſſores in poteſtatis plenitudinem eſſe vocatos, & ita docuit, quandoquidem pateat, vt nedum Epiſcopis, ſed principalium Patriarcharum ſedibus Romanam Eccleſiam eſſe præferendam, c. antiqua, ext. de priuil. ibi, Romana Eccleſia, quę diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinatię poteſtatis obtinet principatum, vtporè Mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra ſtatuit Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſeruata cuiuslibet propria vnitate, hactenùs ibi.

Quod ſumma eſt ratione cautum, vt qui maior reperitur adminiſtratione minoribus pręferatur, etiam quod tempore pręceſſerint, vt videre eſt in Eccleſia Hieroſolymitana, vbi licèt in Eccleſia priùs in Apoſtolis initium ſumpſerit, tamen ratione, quòd minorem adminiſtrationem retineat quarto loco poſt alias inſignioris adminiſtrationis collocatur, argumen. c. cum olim, ext. de conſuet. c. ſtatuimus, de maior. & obedien. l. 1. ff. de albo ſcrib. nec tergiuerſationi locus ſit, quin ex vnico Domini ſint ouili ſingulæ Eccleſiæ, quantumcumque inſigniores totius orbis, quibus Dominus vnicum decernit tantum paſtorem, Ioan. cap. 10. ibi fiet vnum ouile, & vnus paſtor. ideò ſummæ eſt dementiæ impiorum Dioſcorum imitari velle, c. tantùm, 21. diſtin. cum oues, quæ ſuo Paſtori commiſſæ ſunt, eum nec repræhendere, niſi in fide exorbitauerit, nullatenùſque accuſare poſſunt, quia facta paſtoris gladio ferienda non ſunt, quamquam repræhendenda rectè videantur, c. oues, 3. quæſt. 2.

Iuriſdictionis temporalis poteſtatem, quam Moyſem habuiſſe patet in legum promulgatione figuram exhibuiſſe liquet, vt Papæ temporalis iuriſdictio pariter diuinitùs demandata fuerit, ex qua ipſis legibus pœna mortis ad complura maleficia coercenda ſtatueretur, Exod. cap. 12. vt declaratur in §. hic apparet, c. reos, 23. quæſt. 5. quam iuriſdictionem poſt principatum non manu, ſed imperio, tunc Moyſem exercuiſſe oſtenditur, poſtquam Dominus, Exodi cap. 22. ibi dixerat ei, ibi, maleficos non patieris viuere, tunc quando de monte deſcendens adinuenit Iſraelitas vitulum aureum conflaſſe, ac ſimul adoraſſe: vndè ita percitus confregit tabulas, dixitque, ſi quis eſt Domini iungatur mihi, congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui, quibus dixit, hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper fæmur ſuum, ite & redite de porta, vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum, feceruntque filij Leui, iuxta ſermonem Moyſi, ceciderúntque in die illo, quaſi viginti tria milium hominum, & ait Moyſes, conſecraſtis manus veſtras hodiè Domino, vnuſquiſque in

filio,

filio, & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Exod. cap. 32. eadem ſeueritatis iura oſtenſa ſunt contrà rebelles Moyſis, vt Abyron, Datam, & Chore, contrà quos dirupta ſub eorum pedibus terra eius hiatu abſortos fuiſſe patet,& ignis deſuper veniens conſumpſit ducentos quinquaginta viros, qui incenſum offerebant, Num. c. 15. vndè Iſraelitæ indignati contrà Moyſem, & Aron, illi aufugerunt in tabernaculum, vbi orantes ad Dominum erepti ſunt, & illi ab incendio vſque ad quatuordecim milia, & ſeptingenti conſumpti ſunt,abſque mortuis è ſeditione Chora Num. cap. 16.

Præterea eadem ſeueritate eſt vſus Sanctus Moyſes, quando ob fornicationem filiorum Iſrael cum filiabus Moab, quæ vocauerant eos ad ſacrificia ſua, vbi illi comederunt, & adorauerunt Deos earum, & Iſrael imitatus eſt Belſegor. Quare Dominus illos puniri mandauit ſuſpendio eorum contrà Solem in patibulis. Vndè Moyſes præcepit iudicibus, vt vnuſquiſque occideret proximos ſuos. Vndè Phinees Eleaxari filij arrepto pugione virum, & mulierem ſeinulcem commiſcentes perfodit, & occiſi ſunt viginti tria milia hominum c. 25. & habetur c. diſciplina, 45. diſt. Vltionem Moyſes pariter eſt executus, mandante Domino, de peccato Madianitarum, quos omnes occiſos fuiſſe conſtat vnà cum mulieribus, & paruulis, reſeruatis puellis, & virginibus 22. milib. quo puellarum numero præſumi poteſt, quàm maximus extiterit parentum earum numerus, qui fuerant interfecti. Huiuſmodique occiſiones iuſtitia mediante ſubſtitiſſe iure Diuino Imperio, ſiue ſuperiorum mandato oſtenditur in cap. quid ergo, & c. reos ſanguinis §. hic apparet, & §. item Moyſes, & c. de occidendis c. ſi non licet c. miles. 23. q. 5.

Huiuſmodi temporalium pœnarum inflictionem minori licèt ſeueritate ipſo D. Petro habuiſſe locum, vt ibi oſtenditur, quando Act. c. 5. Ananiam, & Zaphiram eius coniugem ob furtum Eccleſiæ illatum, & prolatum mendacium ſententialitèr morti damnauit; & Simonem Magum populos à fide magicis auertentem, per aeraque volantem ſua abiuratione in dœmones illum ſic geſtantes de eorum baiulatu ad terram ita deiecit, vt confracta ceruice vitam cum morte illicò commutauerit, ita D. Lini, & Leonis Cronicis referentibus ſumitur, vt D. Petri ſucceſſoribus innoteſceret Eccleſiæ regimen etiam temporali iuriſdictione indigere figurata per Moyſem, cui Eccleſiæ militantis formam à Domino oſtenſam fuiſſe conſtat, Exodi c. 25. præſertim attenta ratione, vt commiſſa iuriſdictione ſuper aliquo loco, demandata etiam cenſentur iura, ſine quibus iuriſdictio illa minùs legitimè exerceri poſſet l. 2. ff. de iur. omn. iud. l. fin. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſd. Vndè vtriuſque gladij poteſtas Papæ diuinitùs collata oſtenditur c. 1. 20. q. 3. 15. q. 6. c. alius 24. q. 1. c. loquitur. quod patet tam in Domino, quàm Moyſe, vt præfertur, ac in D. Petro, quos conſtat ſpeciali, & temporali vſos fuiſſe poteſtate c. nouit, ext. de iud. c. ſolitæ, de maior. & obed. palàmque in Cæſare videtur, qui coronam à Papa recipit, & gladium de altare, quod eſt Papæ cum ab eo ſit exectum, & conſecratum c. quod legimus, 94. diſt. in pœnis etiam hæreticis infligendis inſpicitur, quos occidendos eſſe conſtat cap. legi, & c. occidit Phinees, 23. q. 8. neque his reſiſtit, gladium temporalem eſſe penès Cæſarem, quia id verum eſt, quo ad nudum vſum, vt alias oſtenſum fuit, & demonſtratur Cæſare defuncto, quia in iuribus Imperij Papa ſuccedit vſque ad ſucceſſoris electionem c. licet, ext. de foro compet. nec adæquatio Cæſaris ad Papam procedit, niſi quoad originem, vt ambo à Deo proueniant, Authen. de non alie. §. ſinimus. Sed quo ad maior. tanto Papæ, maior eſt iuriſdictio illa Cæſaris, quantò magis Papa ſacerdotali munere Deo appropinquatur, quàm Cæſar, vt colligitur ex ordine literæ dictæ Authen. vbi ſacerdotium Imperio præmittitur, vt maius argumento l. 1. ff. de albo ſcrib. c. in Chriſto Pater, de conſecr. diſt. 2. facit etiam, quod D. Gregorius Nazianzenus ait, vt eſt in c. ſuſcipitis, 10. diſt. ibi, ſuſcipitis libertatem verbi Dei libentèr accipitis, quòd lex ſacerdotali vos ſubiecit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdidit: dedit enim nobis poteſtatem, dedit, & principatum multò perfectiorem principatibus veſtris; hæc ibi. ſuper quo articulo diutiùs non inſiſtitur, cum infrà in verbo culmen, latiùs diſcutiatur. figuram quoque Papę ſenatui Moyſen dediſſe dignoſcitur c. per venerabilem, ext. qui filij ſint legit. ibi, Dominus vbi illud Deuteron. recenſetur, videlicèt, locutus eſt ad Moyſem: ait, ſi difficile, & ambiguum apud te eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum videris intra portas tuas verba variari, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & cap. quare à magno Lateranenſi Concilio explicatum fuit in Romana Eccleſia Leuitici generis memoratos ſacerdotes referre DD. Cardinales, vt citati Concilij ſerie latiùs oſtenditur in d. c. per venerab. vbi Innoc. III. determinans in d. Conc. ait, cum Deuteron. 2. lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi diſcernitur in nouo teſtamento debeat obſeruari: locus enim quem elegit Dominus Apoſtolicam Sedem eſſe cognoſcitur. cum enim Petrus Vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? reſpondit, venio Romam iterùm crucifigi. quòdque intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinùs eſt reuerſus, ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui in iure Leuitico Sacerdotalis officij nobis coadiutores exiſtunt, quorum coadiutorum vnà cum principe Moyſe omnia tunc negotia exorientia erat diſcutere, veluti commemorat D. Hieronymus in Epiſtola ad Auguſtinum, vbi refert D. Paulum non auſum fuiſſe prædicare Euangelium, niſi ſibi ab ipſo principe Petro fuiſſet approbatum, & ab his, qui Diuo Petro aſſiſtebant, quos eas partes tunc executos eſſe conſtat, quas paritèr hodie DD. Cardinales exequi videmus, Papæ videlicèt aſſiſtentes, & eius ſucceſſores eligentes. prædictaque nullam habere difficultatem demonſtrat Concilium hoc Stephani Papæ III. in præſenti hoc Canone ibi, iuxtà quod à

B. Pe-

Digitized by Google

B. Petro inſtitutum eſt. & infrà ibi, in Apoſtolicum culmen vnus de Cardinalibus Preſbyteris, aut Diaconibus conſecraretur. hactenùs tex. de cuius Cocilij atreſtationis virtute non eſt cur hæſitetur. Nam ſi hiſtorijs, & chronicis ſtatur in iudicando, & conſulendo, quamuis ab vnius viro conſcribantur, Bart. io l.1. ff. ſi cert.pet. gloſ. in c.1. 83.diſt. & c. ſicut, 15. diſt. maiori quippè ratione aſſertionibus hoius Concilij ſtandum fore cenſetur. Quia plurium atteſtatio, & aſſerrio præferri debet atteſtationi pauciorum c. in noſtra ext. de teſti. c. ſi teſtes 4.q.2 vbi magiſtrales gloſæ habentur, cum faciliùs veritaris ſcopus reperiatur à pluribus, quàm ab vno tantùm. c. de quibus, 20.diſt. c. prudentiam, 1. reſponſo. ext. de offi. deleg. Et hoc vſque adeò verum eſt, vt attentis præmiſſis potiùs Concilij teſtimonio ſtandum eſſe videtur, quàm cuicumque alteri in contrarium atteſtanti: quandoquidem faciliùs errori ſupponatur vir ſolus, quàm oculi multorum, arg. l. vlt. C. de fideicom. & in l. 3. C. de ing. Sed de hoc articulo adhuc hæſitare ab impietate eſſe procul non cenſetur iuxtà tex. in c. maiores 24.q.1. Quod vnanimi conſenſu ſemel diffinitum eſt circa fidem in vniuerſali Synodo irretractabili firmitate tenendum eſt, ita viuens Eccleſiæ militanti Moyſes Domino diſponente pro neceſſarijs ad illius regimen figura extitit, ſicut etiam moriens. Nam in articulo illo finis vniuerſæ carnis conſtitutus ſub hac exorabat forma c.22. Nu.1. ibi, prouideat Dominus Spirituum omnis carnis hominem; qui ſit ſuper multirudinem iſtam. hæc ibi, quod ideò geſtum eſſe videtur, quod Eccleſiæ principatus, & ſacerdotij in hæreditariam ſorditiem verti poſſe vereretur, declarat D. Auguſtinus Homil.22. ſuper lib. Num. ibi, Moyſes receſſurus ex hoc ſæculo rogat Deum, vt prouideat Ducem populo: quid agis, ò Moyſes, numquid tibi filij non ſunt Gerſon, & Eleazar, aut ſi aliquid de eis dubitas, non ſunt filij fratris magni, & egregij viri, quomodo oon oras pro ipſis, vt eos conſtituat Populo duces. Sed diſcant Eccleſiarum principes ſucceſſores ſibi non eos, qui conſanguinitate generis iuncti ſuor, nec qui carnis propinquitate ſociati ſunt teſtamento ſignare, nec hæreditarium tradere Eccleſiæ principatum, ſed referre ad iudicium Dei, & non eligere illum, quem commendat humanus affectus, ſed Dei iudicio rotum de ſucceſſioois electione permittere: numquid non poterat Moyſes eligere Principem populo, & vero iudicio eligere presbyteros populo, quos tu ipſe ſcis eſſe presbyteros, & elegit tales in quibus cooriouus ſpiritus Dei requieſceret, & propherarent omnes. Quis ergo ita potuit eligere Principem populo, ſicut Moyſes eligere poterar? Sed hoc nou fecie, nou elegit, non audet: cur oon audet? oe poſteris præſumptionis relioquatur exemplum. eligitur à Deo, oon à Moyſe. hactenùs ille. Hinc perſpiciant impij reſiſtentes, quòd figurata per Moyſem in Domino fuernot expleta, quia præterita, adhuc in Eccleſia maximo fidelium vſui illa eſſe conſpicimus, tam in huiuſmodi negocio, quàm in ſuprà memoratis articulis, cum facillimè in exemplum trahatur à ſubditis, quod à maioribus agitur, c. magno, extrà de voto, & voti redemp. etiam verbo Domioi hoc falſum conſpicitur, Matth. c.18. vbi Moyſis geſta in Eccleſia adhuc continuare detegitur ibi, ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei: facite, quæ dicunt, opera autem eorum nolite facere. nam de illa Cathedra conſtat Domioum ibi loqui, quæ ab vnico regi capite decet, de quo Oſeas c.1. ait, congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael, & ponent ſibi caput vnum, quod caput vnicum paſtorem ſuo ouili Dominum præfuturum prædixiſſe conſtat, Ioan. c.10. ibi, fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

ARTICVLVS VII.

IVre diuino Papam vtramque habere poteſtatem demonſtratur, qood ita eſſe aſſirmatiuè ponit gloſ. 1. c.1. 22.diſt. in ver. cœleſ. vt in c. nouit, ext. de iud. in ver. cum ipſe, & c. cauſam, quæ ver. apud regem ext. qui filij ſint legit. & in c. licèt ex ſuſcepto. de foro compet. & vndè origo ducitur, Luc.c.22. ibi, Domine ecce duo gladij hìc. at ille dixit eis, ſat eſt. Confirmantur prædicta ex eo, quod colligitur ex tex. in c. quoniam, 11.diſt. quia Conſtantinus iura Imperij occupare agnoſceos, tamquam ad Deum pertinentia, vt fidei dogmata inſtructus Papæ illud teſignauit, tamquam Deum in terris refereoti, intendeos illius iura non exercere, niſi mano Papæ illod recepiſſet, & ita refert Hoſtienſ. in ſum. qui filij ſint legit. §. quis, & à quo. & Archid. in d. c. quoniam, nunc 5. 10. diſtin. idqoe ſe ita babere conſuetudo mille, & ducentorum annorum, qua à Papa Cæſar Romano inueſtitur, & coronatur Imperio plenè, veluti optima legum interpres atteſtatur l. ſi de interpreratione, cum ſeq. ff. de leg. & ita decuit, quia Domioi eſt terra, & plenitudo eius, Pſal.23. Ioan. c.10. ibi, cum exaltarus fuero, omnia traham ad me ipſum. probatur etiam Magorum oblationibus: nam in ture ſacerdos, in auro verò princeps orbis declaratur: & etiam, quia oportuit, vt tranſlato ſacerdotio de Aron in Dominum, fieret Imperij de Cæſare io Dominum ſimul legis tranſlatio, quod commodiùs, & efficaciùs expleri nequiujt, quàm io Petri ſucceſſores, qui vicem Domini in terris ſeruant, c. 2. ext. de tranſl. præla. probatque rex. in c. tranſlato, ext. de conſtit. Veriſſimaque hæc eſſe præſefertur habito reſpectu, qood Reges, qui profitentur ſe Cæſari ooo eſſe ſubditos, vel non recogoſcentes aliàs ſuperiorem coràm Papa, conſtat, vt illi ſubiectos eſſe conueniendos, vt priùs antè præmiſſam imperij tranſlationem coràm Cœſare conueniebantur, refert Felin. de mente Panor. io c.nouit,ext. de iud. num.2.

Facit etiam, quod habetur ad Rom.c.13. ibi, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ad hoc habetur, quod fuit Diui Thomæ ſeotentiæ, vbi in fine 3. lib. ſuper ſententias inquir, quod ſpirituali poteſtati poteſtas ſæcularis in Papa coniungitur, qui vrriuſque poteſtatis apicem tenet, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis, hoc illo diſponente, qui eſt Rex Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, & Dominus Dominantium, cui poteſtas non auferetur, & regoum eius non cor-

corrumpetur, hæc Diuus Thomas, cui conuenire videntur verba tex. in cap. omnes, 22. diſt. ibi relata Euangelij ſerie ait, quod Chriſtus Beato Petro æternæ vitæ clauigero terrenis ſimul, & cœleſtis imperij iura commiſit, vbi gloſ. inquit, arg. quod Papa habeat vtrumque gladium, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem. 63. diſt. cap. tibi Domino, & 15. qu. 6. c. alius, quam poteſtatem, & ſi impij abnegant, Euangelium vndequaque abnegare eos conſtat, Matth. cap. vlt. ibi, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & Apoc. cap. 1. ibi, Princeps regum terræ, & 1. ad Hebræos ibi conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, eſt dictum ex pſal. 8.

Probatur quoque temporalis poteſtas ipſius Petri actionibus, vt infrà in verbo, Petro, plenè eſt oſtenſum, iuriſdictione ab initio ſurgentis Eccleſiæ penès ipſius Eccleſiæ Sacerdotes fuiſſe neceſſaria Apoſtoli auctoritate comprobatur, Cor. 1. in cap. 6. ibi, ſi ſæcularia negocia habetis: contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. ibi ait gloſ. maiores ſpiritualibus intendere debent. Ergo ſequitur quod hoc Apoſtoli inſtituto iuriſdictio temporalium penès non contemptibiles, ideſt, Sacerdotes qui contemnendi non fuerant, nec ſunt, reſeruata ad inferiores, ideſt, ad laicos, quo ad exercitium fuerit translata, & ita eſt ſentiendum, ſtante quod Apoſtoli eſſent habiti inter fideles illos in principes non ſecùs quàm pſal. 44. declaratur à Regio Propheta, adeò quod ex præcepto Apoſtoli auctoritas illa iudicandi remota à Sacerdotibus videtur, & translata ad ſæculares demonſtratur apud Sacerdotes ipſos reſediſſe, cum priuatio præſupponat habitum, l. decem, cum vulg. ff. de verbor. oblig. nam ſi à ſæcularibus tunc iuriſdictio exerceretur, ſuperflua fuiſſet hæc Apoſtoli Pauli determinatio, quod ad contemptibiles eſſet deferenda, quia natura legis fruſtranea eſſe non repetitur, vel incaſſum edita, cap. erit autem lex, diſt. 1. cuius pariter natura eſt de dubitabili diſponere, §. affinitatis, Inſtit. de nupt. l. quod Labeo ff. de Car. edic. nec ratione tantum Sacerdotij poteſtas temporalis Papæ, vel inferioribus prælatis denegatur. Facit tex. in cap. auctoritatem, in fine 15. qu. 6. vbi Papa permittit cuidam Archiepiſcopo iuriſdictionem, & gladij poteſtatem in facinoroſos, quod agere non potuiſſet, ſi Papa iuriſdictionem huiuſmodi non habuiſſet, l. indebiti, §. fund. ff. de cond. inde. l. fundo, §. 1. ff. de pignor. cap. quomodo de conſecrat. diſt. 3. imò temporali vtitur flagello, cap. ſi quis obiecerit, 1. qu. 3. Liquetque Papam deponere Cæſarem, Regeſque regnis priuare, iura Imperij transferre, cenſuris Eccleſiaſticis Imperatores mulctare, eoſque exauctorare: quandoquidem palàm ſit, Imperium ext. Rom. Eccleſiam conſiſtere non poſſe, Auth. iuſiurandum, in principio, collat. 2. gloſ. in c. futuro. 12. qu. 1. nam ab hiſtorijs ſumitur Innoc. IV. in Lugdunen. Concilio depoſuiſſe Federicum Cæſarem ab Honorio III. excommunicatum, ac regnis priuatum, vt etiam patet in c. alius, 15. qu. 6. vbi Gelaſ. Papa ad Anaſt. Cæſar. ait Rom. Pontif. Zaccariam, Regem Francor. non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo, quod tantæ Regię poteſtati inutilis eſſet à Regno depoſuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem eius loco ſubſtituit. hæc ibi; ſimiliter Archadius Cęſar ab Innocentio eſt anathemate damnatus, vt idem Gelaſius atteſtatur in cap. duo 96. diſt. Steph. Papa II. tranſtulit Imperium de Græcis ad Germanos, inducit Innoc. III. in cap. per venerabilem ext. qui fil. ſint leg. Diuus Ambroſius ſententia excommunicationis Theodoſium Cæſarem puniuit, & ab Eccleſiæ ingreſſu reiecit, quamuis minori dignitate, quàm Papa eſſet inſignitus, cum eo tempore Archiepiſcopali præeminentia in Eccleſia Mediolanen. polleret.

Vnde audacter dixerimus Hieremiæ dicta in cap. 1. penitùs fuiſſe ad impleta vna cum eo, quod etiam ait Apoſtolus ad Cor. cap. 6. nam ſi Eccleſia eſt Angelos iudicatura, tanto magis ſæcularia.

Propterea Diuus Gregorius ait, vt habetur in cap. quis dubitet, 96. diſt. Sacerdotes Chriſti Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri, hæc ibi. Congruitque his, quod 1. ad Corinth. in cap. 12. habetur ſpiritualis homo omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Videant hic impij, qui principum. aut Epiſcoporum, tum Patriarcharum totius orbis à Papa, vel ab alio non iudicentur. Hiſque conſona ſunt relata in cap. cuncta 9. qu. 3. ibi, cuncta per mundum nouit Eccleſia, quæ ſacroſancta Romana Eccleſia fas habeat de omnibus iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, idem traditur in cap. nemo, & cap. aliorum, eadem cau. & q.

Pluribus enim rationibus temporalis poteſtas ſpirituali eſt inferior, vt eſt intuitu amplitudinis, vt pſal. 71. ibi, à mari vſque ad mare, & à flumine, vſque ad terminos orbis terrarum, & pſal. 44. ibi, conſtitues eos principes ſuper omnes gentes, &c. idem firmatur ratione iuriſdictionis, quia temporalis tantummodo terrenis ſe implicat, ſpiritualis verò tam terrena, quàm ſpiritualia reſpicit, 1. ad Cor. cap. 12. eſt etiam inferior ratione fortitudinis, & ſtabilitatis, vt 2. Reg. c. 7. ibi, ſtabiliam Tronum Regni eius, vſque in ſempiternum, & Matth. cap. 16. ibi, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, cum temporali poteſtatis infirma ſit ſtabilitas, Eccleſ. cap. 10. ibi, omnis potentatus breuis vita, vt etiam de quatuor Imperijs eſt traditum, Dan. cap. 7. poteſtas temporalis eſt etiam poteſtate ſpirituali inferior ratione rectitudinis, & fidei agnitionis, de qua temporalis minus redditur compos, quàm ſpiritualis. Vndè dicitur, vbi non eſt agnitio incommutabilis veritatis falſa eſt virtus etiam in optimis moribus, cap. omnes, 28. qu. 1. item facit Diui Auguſtini ſententia, in c. vbi ſana, 24. qu. 1. vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.

Signanterque eſt dictum poteſtatem temporalem eſſe ſub diſciplina, & magiſterio poteſtatis ſpiritualis, cap. quis dubitet, 96. diſt. vſque adeò vt Cæſar ſuo Parocho, licèt Epiſcopo inferiori ſubditus reperiatur, cap. omnibus, de pœnit. & remiſ. quandoquidem à Papa ſpiritualis poteſtas eatenus ſit exuberans, vt ab eo in vniuerſa Eccleſiæ membra confluat, cap. loquitur, 24. qu. 1. & ibi gloſ.

Digni-

Digitized by Google

Dignitate pariter poteſtatem ſpiritualem temporali inſigniorem eſſe dignoſcitur, quanto præſtantior eſt anima corpore. Vndè Diuus Ambroſius, in cap. duo, 96. diſt. ait, quod aurum non tantùm eſt precioſius plumbo, quàm regia poteſtate ſit ſacerdotalis altior: itidem habetur, in cap. ſolitæ, de maior. & obed. quare conſtat, vt quem Sacerdos iudicat à Deo eſſe iudicatum cenſeatur, §. ſed qui deponit, diſt. 3.

Vlteriùs poteſtatem ſpiritualem inſigniorem eſſe oſtenditur ratione finis, quàm ſit temporalis, quia hæc ad illud operatur, vt homo moribus, ita vitam degat, vt bonum aſſequatur ſecundùm naturæ finem: ſpiritualis, autem ad illud tendit, vt homo ſuper naturale bonum aſſequatur, quod eſt cœleſtem aſſequi vitam, de quo bono traditur ad Philip. cap. 3. quod exuperat omnem ſenſum.

Ratione etiam illa de qua ad Hebræos cap. 4. maioris eſt præeminentiæ poteſtas ſpiritualis ipſa temporali, vt ibi, maior eſt qui benedicit, quàm qui benedicitur. Quare patet regiam poteſtatem ſpirituali eſſe inferiorem, quia ab ea benedicitur, & ſanctificatur, vt infrà in verbo, conſecratur, latiùs apparebit maiorem dignitatem eſſe poteſtatem ſpiritualem, quàm ſit temporalis etiam ratione conſtat: quia patet omnes poteſtates temporales, quæ aduentum Domini præceſſerunt, atque ſequutæ ſunt, vſque ad pacem Eccleſiæ redditam ab vſurpatione, & violentia ſumpſerint principium, vt patet tum de Aſſiriorum, & Caldæorum Imperio, quod in Nembrot principium duxit, qui fuit hominum oppreſſor, Gen. cap. 10. tum Mededorum, & Perſarum imperio, quod violentia pariter habuit initium, nam violenter Baldaſſare Babilonis Rege extincto Imperium Medis, & Perſis eſt delatum, Daniel. cap. 2.

De Imperio verò Græcorum idem Machabæorum primo libro colligitur. Vbi patet, Alexandrum ipſorum Regem peremiſſe Darium, cuius adepto Regno complures Reges bellorum impetu extinxit, ſuique Imperium auxit, veluti etiam de Romanorum complurium hiſtorias ſcribentium teſtimonio oſtenditur, tam ciuilibus, quàm externis cædibus erectum. Quare abſque iure aliquo quatuor hæc Imperia, vt præfertur, exorta in ſimilitudinem quatuor beſtiarum, ſunt in viſione Danieli oſtenſa, ex quo ratione caruerint Dan. cap. 7. Sed Domino mundum redimente omniaque ad ſe trahente Io. c. 10. & Matth. cap. vlt. ibi, data eſt mihi omnis poteſtas ſicut in cœlo, & in terra, aliam formam Imperijs, Principatibuſque acquirendis traditam eſſe conſtat, vtpotè electione, & ſucceſſione fidelibus regna deferantur, & non ampliùs tanta hominum ſtrage, niſi quando ſecùs, iuſto Dei iudicio ad malorum coerctionem permiſſum deſuper viſum fuerit: nam conſtat Reges ipſos, opus Dei eſſe, Prouerb. cap. 8. ibi, per me Reges regnant, & ſic patet, poteſtatem ſpiritualem temporali eſſe origine nobiliorem, cum ſiquidem temporalis ab improbis, & iniquis viris, vt pręfertur, originem duxit: ſpiritualis autem à Deo immediatè Diuo Petro eſt collata, Matt. c. 16. Tibi dabo claues regni Cœlorum, & Ioan. c. vlt. ibi paſce oues meas.

Alia ratione pariter ſpiritualis poteſtas temporali præeminet, & eſt antiquitatis; nam ad Hebræos patet cap. 2. refertur ſanctum Abel acceptum ſacrificium Deo obtuliſſe, à quo liquet Sacerdotium in populo Dei originem habuiſſe, & ſic in l. naturæ, quod latiùs demunſtratur, quia à tempore Noe priuſquam temporalis Regia poteſtas inſtituta ſit, Sacerdotium primogenituræ fuit iniunctum adeò, vt à Noe, vſque ad ſacerdotium legis, omnes primos genitos ſacerdotio fungi conſueuiſſe vſque ad Aaron. Quare Sem filium Noe, quem conſtat Sacerdotem fuiſſe Melchiſedechum nuncupatum legitur altiſſimi ſacerdotem fuiſſe dictum Geneſis cap. 14.

Nec refert, vt etiam Regem fuiſſe dicatur, quia ſacerdotium præceſſit regiam poteſtatem, vt primogenituræ iniunctum, & ſic antequam Rex haberetur, eſt in ſacerdotio conſtitutus, quæ præeminentia ſacerdotij locum etiam habuit in populo Iſraelitico. 1. Reg. cap. 10. quando Samuel Saulem inunxit in primum Regem populi illius aduersùs hanc ſpiritualem poteſtatem, vtque temporali non præemineat ex parte impiorum complura opponuntur, vt primò eſt, quod Eccleſia Cæſari ſubijciatur, ſumpto argumento, quia Dominus Pilato dixerit, non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datum eſſet deſuper. Vndè ſi Dominus Cæſari fuit ſuppoſitus in perſona Pilati, ergo & Petrus, qui fuit eius Vicarius, & quia non fuit maior eo, cuius vicem geſſit: ad hoc habetur reſponſio:

Reſp. eſt, Pilati poteſtatem ibi non fuiſſe coactiuam, ſed Domini voluntate toleratam ad ſui corpus pro humana redemptione offerendum declarat Iſaias, cap. 53. ibi, oblatus eſt quia ipſe voluit, præter id etiam, quia Pilato non fuit oblatus, vt perſona publica, vel cœleſtis princeps, ſed vt pauper, & ignotus, tum Præſidi, cùm etiam turbis, refert Diuus Auguſtinus ſuper pſal. 63. ſuper eo verbo, ſi verè filius Dei eſt, liberet eum, vndè non procedit ratio, quia modò non expedit Papam referre eo pacto neglectum Dominum hodiè in Cœlis glorificatum, ſed vt paſtorem totius orbis ſupernum, cæleſtem, iudicemque venturum referentem, cui neceſſariò conſtat à ſingulis parendum fore cap. fin. 14. quęſt. 1. conſtat enim opere redemptionis expleto Domini poteſtatem tàm in Cęlo, quàm in terra extenſam eſſe, Matth. capitulo vltimo ibi, data eſt mihi omnis poteſtas, tam in Cœlo, quàm in terra, quam poteſtatem tranſitum feciſſe in referentes vices ſuas, vt eſt repræſentantium iura temporalium Principum, vt per Bar. in l. 1. §. 2. quibus, ff. de legation, 3. & in l. 1. ff. de tut. dat. ab his tantò magis, quia conſtat ipſum Dominũ Cœleſtis poteſtatis iura Diuo Petro promiſiſſe, Matth. cap. 16. Vbi dicit, tibi dabo claues regni cœlorum, & quod promiſit adimpleuiſſe oſtenditur, Io. cap. vlt. nam demandata cura, omnia demandaſſe conſtat, ſine quibus cura minus exerceri poteſt, l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. l. fi. ff. de offic. eius.

Opponitur etiam, quod ſolutio cenſus arguit ſubiectionem ſoluentis, c. omnis anima, ext. de cenſ. ſed Dominum ſoluiſſe cenſum Cæſari patet, Matth. cap. 17. ergo ſe Cæſari

Digitized by Google

ſari ſubditum fatetur. Reſp. Hæc ratio nullius eſt virtutis, quia in citato textu præfefertur Dominum perſoluiſſe cenſum, non vt Cœſari ſubiectus, ſed vt ſcandalum euitaretur, & vt ibi etiam eleganter declarar gloſs. dicens, quod vt filius Regis regum ad tributum, vel cenſum non tenebatur, ſed pro humilitate carnis decuit implere omnem iuſtitiam; Hactenus ibi gloſ. eſtque maximæ clementiæ argumentum, vt cenſum Regibus intelligatur ſoluendum, per quem Reges ipſi regunt, Sapien. cap.8. Præterea opponunt etiam Diuo Petro iuriſdictionem ſuper Cœſarem non competijſſe oſtendi, quia conſtat à Cœſare cruci affixum fuiſſe.

Quæ ratio fatua admodum præſefertur, quia illud de facto perpetratum eſt, & ab homine extra Eccleſiam permanenti, nam quæ ſunt facti, iuris determinatione carent, nec attenduntur, l. non dubium, C. deleg. & ibi Bar. l. iubemus, §.1. & ibi Bart. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ſicuti etiam de his, qui foris ſunt, Eccleſiæ nullum eſt iudicium, cap. multi 2. quæſt.1. nec extra Eccleſiam habetur Imperium, vt eſt præmiſſum, arg. c. audiuimus, 24. quæſt.1.

Alia quoque inſtatur oppoſitione, vt Cœſar Eccleſiæ præſit ſumpta ex Apoſtoli Pauli actionibus, Act. cap.25. vbi Apoſtolus ad Cœſarem appellauit, quod fruſtraneum eſt, quia non appellauit, vt ad iudicem ſuum, ſed vt ad iudicem eorum, à quibus ſibi appellanti iniuria inferebatur. Conſtat enim Apoſtolum ipſum fidelibus iudices infideles improbaſſe, 1. ad Cor. cap.6. ibi, audet aliquis veſtrum habens negotium aduersùs alterum iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? an neſcitis quod Sancti de mundo iudicabunt: hactenus ibi.

Nihil reſiſtit ratio, quam pariter viri perditi ſumunt de ſacerdote Abiatar, quem Salomon à ſacerdotio depoſuit, 3. Regum, cap.2. quia illud fuit diuinitùs permiſſum, vt quod prædictum fuerat contra Salomonem ex Domini præcepto completetur, vt ibi dicitur, eiecit igitur Salomon Abiatar, vt non eſſet ſacerdos Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Eli in ſylo: hæc ibi. Vndè conſtat non Salomonem Abiatar exauthoraſſe, ſed Dominum permiſiſſe, vt Salomoni in culpam aſcriberetur, & pariter fuit de facto geſtum, & contra legem, vt præfertur de morte Diui Petri, quia geſta contra legem iuris effectum non ſubſequuntur, l. non dubium, C. de leg. cum vulg.

Non adminiculatur eorum intentioni etiam quod opponitur de cap. Conſtantinus 96. diſt. vbi ſomniantes aiunt Conſtantinum Romanæ Eccleſiæ, & ſic Papæ poteſtatem omnem, quam habet contuliſſe, cùm exindè nihil ſumatur, niſi Cœſarem Conſtantinum exequutum eſſe, & promulgaſſe, quod diuinitus ſibi innoteſcebat eſſe diſpoſitum, tum quod Eccleſiæ principatum, cùm etiam ad ea, quæ pro eius ſalute dignoſcebat re executurum teneri, quod ad oculum conſtat, quia Conſtantini poteſtas minus extendi potuit ad dimittendum peccata, & ſacramentorum conferendam virtutem, quæ ſolius Dei ſunt, & ſoli Eccleſiæ curæ demandata, vt infra in verbo, Sacro, latiùs eſt oſtenſum. Sunt enim à Deo immediatè prouenientia Romanæ Eccleſiæ priuilegia, & non à Cœſare, vel ab alio. Quare in hæreſim labitur ſecùs ſentiens, c. 1. 22. diſtin. ibi, omne Romanæ Eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite auferre conantes in hæreſim labuntur; hæc ibi.

Sed cum non tuta eorum agnoſcant iura hæretici, vt verentes de poteſtate ſpirituali non minus peruerſo dogmate contra Eccleſiam inſurgunt, aiuntque, vt Papæ poteſtas non ſit coactiua, quod quidem eorum imperitiæ aſcribitur: quia vt D. Auguſtinus ait in ſermone Domini in Monte ibi, qui præceptis non obtemperat reus eſt, & debitor pœnæ, quod à D. Gregorio confirmatur. vt habetur in c. quod præcipitur, 14. quæſt.1. ibi, quod præcipitur imperatur: quod imperatur, neceſſe eſt fieri, etſi non fiat, pœnam habet; hactenus ibi. Vndè etiam patet, quantum perditos homines allucinatos fuiſſe, abnegantes quod luce clariùs emicat, Dominum coactiua poteſtate vſum non eſſe, etſi ſecùs liquidò demonſtretur, vt eſt Ioan. cap.3. ibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire regnum Dei, & idem cap.6. niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, Matth. cap.4. ibi, pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum, quæ reſpiciunt quo ad ſacramentorum vſum, ſunt etiam reſpicientia ad vitæ conuerſationem, vt Ioan. cap.15. ibi, hoc eſt præceptum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

Sed quod maius ſuper poteſtate coactiua teſtimonium eſt quærendum, quàm quod Dominus eſt propria actione executus, quando de funiculis compoſitis flagellis turbam vendentium, & ementium de templo reiecit, Matth. cap.21. ſuper quo mirati Iudæi, vt hodiè hæretici dicebant, in qua poteſtate hoc facit, licèt magis circa id Iudæi excuſandi viderentur, cum non adhuc innoteſceret de illius diuinitate, nec Domino datam fuiſſe omnem poteſtatem tam in cœlo, quàm in terra, prout ipſis hæreticis, ſummoperè eſt conſpicuum, Matth. cap. vlt. ad ipſorum peruerſitatem inſinuandam. Ideò per diuerticula incedunt: propterea complura contra Papæ poteſtatem coactiuam opponunt, contraria negantes, quæ Euangelica, & Apoſtolica veritate luce clariùs demonſtrantur, cap. nouit. ext. de iud. cap. ſolitæ, de maiorit. & obed.

Quare iteratò aiunt, hanc veritatem impugnantes ex Diui Bernardi auctoritate ad Eug. III. vbi ait, ſtetiſſe lego Apoſtolos iudicandos, ſed ipſe iudicantes non lego: quia reſpondetur, verba hæc non peruerſum hunc intellectum recipere, vt ea iuriſdictione carerent, ſed vt litium tumultibus ita non aſſiſterent, vt prædicationes, & orationes dimitterent, tamquam eo tempore ad Eccleſiæ augumentum magis oportunas: nam ſic Diui Bernardi verbis impio ſenſu receptis, virum ſanctiſſimum atque doctiſſimum ſibi ipſi contrarium eſſet arguere, conſtito quod in libro de conſideratione ad eundem Eugen. definierit, Eccleſiam vtrumque habere gladium, etſi temporalis exercitium Cæſari committatur, hunc ſenſum procedere declaratur ad Cor. 5. cap.6.

Digitized by Google

cap.6. ibi, Iudicia ſęcularia contemptibiles conſtituite ad iudicandum, ideſt non magiſtros maioris curæ, à quibus maioribus ipſi cõtemptibiles conſtituebantur iudices, quemadmodum ab Apoſtolis, vt maioribus ſunt conſtituti Diaconi ad miniſtrandum, ne maiores, ideſt Apoſtoli relinquerent verbum Dei, vt menſis miniſtrarent. Act. cap.6. vndè non propterea arguitur Apoſtolos iuriſdictione ipſa caruiſſe.

Præterea opponunt de doctrina D. Gregorij non integraliter relata, ſed in cortice ſuper moralibus ad citatum tex. ad Corint. ibi, hi terrenas cauſas examinent, qui exterarum rerum ſapientiam perciperunt: qui autem ſpiritualibus dotati ſunt, terrenis non debent negotijs implicari: vt dum non coguntur inferiora bona diſponere, valeant bonis ſuperioribus deſeruire. Sed hæretici non addunt ſubſequentia ibidem verba, quæ ſunt eiuſdem ſanctiſſimi Doctoris à præmiſſis pendentia, non curantes inciuilitate notari, l. inciuile eſt, ff. de leg. quare ſequitur ſanctus Doctor ad prædicta, ſed tamen magnopere cauendum eſt, vt hi. qui bonis ſpiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmantium negotia funditùs deſerant, ſed hæc alijs quibus dignum eſt tractanda committant, vel per ſe gerant: hactenus ille. Ecce quòd hæretica peruerſitas proprijs ſe confodit iaculis.

Vlteriùs ex aduerſo ſumitur ex gloſ. 1. ad Corinth. in cap. 1. vbi ait, ſæcularia iudicia ab inferioribus eſſe diſcutienda, vt ibi contemptibiles, ideſt aliquos ſapientes, qui tamen ſunt minoris meriti conſtitui ad iudicandum. Apoſtoli enim circumeuntes talibus non vacabant. Sapientes enim, qui in locis conſiſtebant fideles, & ſancti, non qui hac, atque illac propter Euangelium diſcurrebant, negotiorum examinatores eſſe voluit, quia reſpondetur iudices ipſos contemptibiles nuncupatos non à ſeipſis decerni potuiſſe ſe iudices, ſed ab Apoſtolis, vt à magiſtris, & vt profertur de Diaconorum inſtitutione, quoniam ab Apoſtolis ſunt inſtituti, & non à priuatis, cum Apoſtoli, principes dicantur, Pſal. 44. & principes ideò dicti ſint, quia inter fideles primum locum caperent. Nec ex gloſ. verbis colligitur, quòd licèt cauſis Apoſtoli non præeſſent, vt iuriſdictio eis non competeret, quia quod non tollitur, ſtare non prohibetur, l. ſancimus, C. de appellat. Iterum reſiſtunt auctoritate 2. Timot. cap. 2. ibi, nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. Vndè ſi Papa negotijs ſęcularibus ſe immiſceat, facit contra quod ab Apoſtolo præcipitur, quia contentiones, & lites ſunt inter negotia ſæcularia, & perſonis Eccleſiaſticis prohibita, cap. ext. ne clerici, vel mon. ſæcul. neg. ſe immiſce. ad quod reſpondetur, non eſſe verum ad habentes poteſtatem coactiuam ſpectare ſe negotijs ſæcularibus implicare, ſed magis dirimere lites, & iurgia, nec illa ſequi, quod benè verum eſt, vt præmittitur eſſe prohibitum, vt in dict. c. 1. quia poteſtate coactiua dirimuntur, adeò vt inter proximos charitatis expleatur opus.

Alia inducitur obiectio, vt poteſtas coactiua ſide diuitijs exerceri nequeat, cum ſit opus, vt pro exequendis negotijs contra reſiſtentes homines armatos habere in ſuffragiũ iudicantium, quæ Apoſtolos non habuiſſe comprobatur: quia hoc falſiſſimum eſt, vt patet ad oculum, etiam temporibus noſtris, vt iuriſdictio ſpiritualis coactiua etiam à mendicantibus exerceatur, etſi in ſæculari, ſecùs contingat, & hæc dicere contra Euangelium reperiatur.

Non enim fruſtra Matth. cap. 18. dixit Dominus, quæ alligaueritis ſuper terram, de iuriſdictione intelligitur coactiua & Eſa. illud de Domino dictum cap. 33. adimpletur ibi, ipſe Dominus, noſter iudex, noſter legiſer, noſter Rex. Nam qui legiſer, qui iudex, qui Rex eſſet, ſi iuriſdictione caruiſſet. Recidiua impugnatione impungitur auctoritate Matt. cap. 20. ibi, ſcitis quia Principes gentium dominantur eorum. Et qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos eſſe maior, erit veſter ſeruus.

Sequitur ergo, quod Papa, vt maior inter fideles in verbo Dei exiſtens ſeruus careat poteſtate tamquam ſeruus. Reſponſio eſt, quia verba citati Euangelij ſenſum huiuſmodi non recipiunt, ſed ille eſt ſenſus. Vt Dominus in huiuſmodi virtute verborum voluit, ab Eccleſia expellere illud genus dominandi, quod eſt, vt plurimum ſæcularium Dominorum inuigilantium propriæ vtilitati, & non ſaluti ſubditorum.

Propterea conſtat Dominum dixiſſe Ioan. cap. vlt. non ſume principatum, vel eſto princeps, ſed paſce oues meas, ſumpta metaphora à paſtore, quod pro ouium ſalute laborat, & gregi ſeruitutem præſtat, & hunc dominatum Diuum Apoſtolorum principem pariter ſua 1. Can. commendat curæ paſtorali adæquandam, cap. 5. ibi, paſcite eum, qui in vobis eſt gregem, & infra, neque vt dominantes in clero.

Neque etiam illa dictio miniſter, eum habet ſenſum, vt referat Papam eſſe fidelium miniſtrum, veluti ſeruum Domino miniſtrare dicimus, quandoquidem Papam fidelibus miniſtrare patet ad ipſorum vtilitatem, & veluti nauis Gubernator, qui illam regit, vt in illa poſiti ſalutis portum attingant. Vndè Eccleſiam naui adæquatam legimus, 24. quæſt. 1. in cap. non turbatur nauis, quæ Petrum, ſed nauis, quæ Iudam habet, quare ſumpto Petri regimine, iuxta Ariſt. ſententiam lib. Eth. cap. 3. prout eſt directio Gubernatorum ad finem, ſequitur, vt regimine ipſo Diuo Petro commiſſo, conceſſa etiam intelligatur poteſtas coactiua, & alia ſingula, ſine quibus regimen minus rectè exerceri poteſt, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. fin. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.

Aliud contra poteſtatem coactiuam Eccleſiæ obijcitur ab Origenis ſumptum auctoritate ſuper Matth. cap. 20. ibi, ſcitis, quia principes dominantur eorum, ideſt, non contenti tantùm regere ſuos ſubditos, violenter eis dominari nituntur: inter vos autem, qui eſtis mei, non erunt hæc, quoniam omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſita, ſpiritualia autem in voluntate, ſic & qui principes ſunt ſpirituales principatus eorum in dilectione penitùs debet eſſe, & non in timore; vndè concludi poſſe videtur, vt Eccleſiæ principes

magis ſint amandi, quàm timendi, quare ſi poteſtate coactina ſunt præditi ſequitur, quod ab improbis, & malè agentibus potiùs odio, quàm amore habeantur, iuxta illud Tullianum lib. de offic. quem metuunt, oderunt, & ad Rom. cap. 13. ibi, ſi autem malè feceritis, timere poteſtatem, ſcilicet prælati: ergo his ſtantibus Ecclcſiæ fas non eſt coactiua poteſtate vti, veluti contraria manſuetudini, quæ vt præmittitur, Eccleſiæ principibus magis requiſita, & peculiaris eſſe reperitur. Eſt reſponſio, vt Origenes in præmiſſis verbis noluerit poteſtatem coactiuam ab Eccleſia dirimere, cum ſequi ipſum patear, quod alios parres ſuiſſe ſequutos liquet, ideſt, vt Eccleſiæ proceres amari magis, quàm timeri ſatagant, & verbis Domini apparet, qui poteſtate coactina vſus fuit, vt eſt inductum; Vndè colligitur ex inductis non ita ſenſiſſe, cum Dominus dicat, diſcite à me, qnia mitis ſum, & humilis corde, Matth. cap. 11. & conſonant verba D. Gregorij, vt ius, & miſericordia ab Eccleſia commiſceantur. vt ait text. cap. diſciplina, 45. diſtin. diſciplina, vel miſericordia, multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur, ſed circa ſubditos ineſſe debet rectoribus, iuſtè conſulens miſericordia, & pie ſæuiens diſciplina. Quare ſtuſtranea eſt argumenratio.

Ex auctoritate etiam Diui Chryſoſtomi cap. Matth. 20. ponitur, & alia aduerſans ratio, vbi ait, principes mundi, ideò ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, & eos ſeruituti ſubijciant, & expolient, & vſque ad mortem eis vtantur ad ſuam vtilitatem, & gloriam. Principes autem Eccleſię ſunt, vt ſeruiant minoribus, & miniſtrent eis quæcunque acceperunt à Chriſto, vt ſuas vtilitares negligant, & illorum procurent. Vndè videtur colligi poſſe, vt temporales Domini verè dominentur, Eccleſiæ verò maiores ſui minoribus ſeruiant. Ergo neceſſariò ſequitur, vt qui Eccleſiæ ſunt, coactiuam poteſtatem non habeant.

Reſponſio eſt, vt aliàs eſt explicatum, quòd Eccleſiæ iuriſdictio non adæquetur temporali, qua laxis habenis ad propriam vtilitatem, ac tirannicè temporales Domini ſubditis ſuis vtuntur. Principes verò Eccleſiæ illa vtantur iuriſdictione regio, ac paſtorali modo ad ſubiectorum vtilitatem, iuxta quod à Diuo Chryſoſtomo relatum, nec ex præmiſſis verbis poreſt ſumi, quod à maioribus, vel principibus Eccleſiæ poteſtatem coactiuam remoueat, vt ab eodem latiùs declaratur, quando ſuper Matth. air, ita ſe debet habere prælatus, vt poſſit ridens timeri, & iratus amari. hæc ille.

Deinceps alia compingitur obiectio aduersùs hanc Eccleſiæ coactiuam poteſtatem, quæ ſumitur ex libro dialogorum B. Greg. vbi agitur de dignirate ſacerdorali lib. 2. cap. 3. dum exponit illnd Apoſtoli 2. ad Cor. cap. 1. ibi, non dominantur fidei veſtræ, inquit, hi, qui foris ſunt iudices malignos, cum ſubdiderint oſtendunt, in eis plurimam poteſtatem, & viros eos à priorum prauitate morum compeſcunt, in Eccleſia verè non coactum, ſed acquieſcentem oportet ad meliora conuerti, quia nec nobis à legibus data eſt talis poteſtas, quod auctoritate ſententiæ homines cohibemus à delictis: hactenus ibi, cuius auctoritaris virrute aiunt, viri perditi ſatis ſuperque comprobari Eccleſiæ eſſe partes, vt iudiciali ſententia quis compelli nequeat, vt à deſictis arceatur. ergo &c.

Reſp. eſt nullius virtutis argumentatio. Quia Diuus Chryſoſtomus ibi refert de exiſtentibus extra Eccleſiam, qui ad eam nunquam habuerunt ingreſſum, quia conſimiles violenter ad bapriſmum non ſunt cogendi, ſed vrbanirate, & benignirate, ad morum correctionem ſunt inuitandi, nec ibi commemorat de his, qui ſemel fidem adiecerunt, poſteà verò apoſtatarunt; quoniam hos conſtat de iure eſſe cogendos, cap. de Iudæis, 45. diſt. vbi ait Concilium IV. Toletanum, de Iudæis præcipit ſancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri: cui enim vult Deus miſeretur, & quem non vult indurat: non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ: ſicut enim homo propria arbitrij voluntate, ſerpenti obediens perijt, ſic vocante ſe gratia Dei propria mentis conuerſione quiſque credendo ſaluatur, ergo non vi, ſed liberi arbitrij voluntate, & facultate, vt conuertantur, ſuadendi ſunt. non potiùs impellendi.

Qui autem iampridem fide ſemel imbuti ſunt, quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, oportet, vt fidem, quam ſuſceperunt tenere cogantur, hactenus ibi. Cuius canonis ſeriem conſtat vnico verbo Apoſtolum explicare. 1. ad Cor. cap. 5. ibi qnando inqnit; Quid enim mihi eſt de his, qui foris ſunt iudicare. Nonne de his, qui intus ſunt vos iudicatis.

Nam de his, qui foris ſunt, Deus iudicabit, auferte malum ex vobis ipſis; circa hæc verba, ait gloſ. intus, ideſt in Eccleſia profeſſione, vel nomine, in his enim putredo reſecanda eſt, hactenus ibi gloſſa. Quare dubitandum non eſt præmiſſis Apoſtoli verbis comprobari Apoſtolum oſtendere Eccleſiam, etiam eo tempore coactiuam poteſtatem in ſuis principibus retinuiſſe, ſicuti quando ad Cor. 1. cap. 4. dicit, vultis in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis: hactenus ibi.

Vltimo loco dicitur, extra coactiuam Eccleſiæ poteſtatem, vt ſacerdotum arma ſint lachrymæ, & fuit Diui Ambroſij ſententia relata in capitulo conuenior. 23. quæſt. 6. ibi, dolere potero, gemere potero, aduersùs arma, milites, cohortes quia lachrymæ meę ſunt mea arma.

Talia enim ſunt inſtrumenta ſacerdotis, aliter, nec debét, nec poſſunt reſiſtere, quare aiunt impij ſi lacrymę, & orationes ſacerdotiſ ſunt arma, ſequitur, vt poteſtas coactiua, quæ ſine armorum vſu minus exerceri valet, ſacerdotibus ipſis non competat, quia reſpondetur, etſi armorum vſum à ſacerdotibus alienum fore præſeferant, adeo vt inuadentibus etiam Eccleſiarum bona armis proprijs Sacerdotum perſonis reſiſtere non permittatur, c. porrò 16. q. 2. Non tamen D. Ambroſij citati textus auctoris mentem fuiſſe conſtat huiuſmodi verborum virtute ſentire ſacerdotibus coactiuam poteſtatem non competere. Quandoquidem non alio iure, quàm coactiua poteſtate ſacerdotibus à D. Petro collata conſtat

ſtat

ſtat Diuum Ambroſium ſub anathematis pœna ſuppoſuiſſe Theodoſium Cœſarem. c. duo quippe 96. diſt. Vndè patet nullatenùs locum hæſitationi alicui eſſe, quicquid ſecùs ab impijs ſentiatur, vt Papæ in plenitudine, inferioribus verò pro menſura, à Papa eis collata competat coactiua poteſtas. c. decreto. 2.q.6.

ARTICVLVS VIII.

Papam fidelium eſſe communem patrem oſtenditur.

PApa etiam nuncupatur maior pater, & cuſtos, vt per Archid. in cap. quia, 10.q.1. quia nomen patris, eſt nomen dignitatis, necnon ſanctitatis, ætatis, doctinæ, & generoſitatis. refert Archid. in c. præſens 20.q.4. quæ nomina Papæ eſſe condecentia diuerſo cenſetur iure, quia fideles ad baptiſmatis regenerationem Eccleſiæ filij appellantur, ſicuti Epiſcopi paritèr hac ratione liquet filios Eccleſiæ dici, & alio intuitu, quia virtute ſacramentorum filios regenerant patres eſſe nuncupatos, patet per Archid. in c. quorum vices 68. diſt. vndè conſonat, vt Papa, qui eſt ſuprà Epiſcopos, dicatur pater maior, vt præfertur, qua maioris denominatione Innocent. in cap. ego ext. de iureiuran. dixit ibi eſſe communem patriam, vbi Papa reperitur; & non ratione procul, quia fidelium ſingulorum eſt communis pater. Dicitur etiam pater Papa ratione ſanctitatis, quia Papatus, & Apoſtolatus, aut ſanctum facit, aut ſanctum recipit. Bar. in l. Barbatius Philip. in 2. repet. ff. de off. præt. ibidemque atteſtatur. Iaſ. fuiſſe Baldi æditionem. & c. 1. 40. diſt. Patris quoque eſt Papæ nomen ratione Apoſtolicæ doctrinæ, quæ ab Apoſtolica Sede numquam fuit deuia. c. à recta, 24. q. 1. ibi, Sedes B. Petri mater ſacerdotalis dignitatis, & magiſtra rationis, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis numquam receſſit, vt etiam Papa vt Papa, errare non poteſt in concernentibus fidem. Panor. in c. à nobis, ext. de ſent. excomm. Propterea Papæ, vel Eccleſiæ filij dicemur, Eccleſiamque nos habere matrem, decetque Patris hoc nomine Papam appellari, etiam ex eo, quod ſumitur à verbo, vndè dictio hæc pater, deriuatur: nam vt refert Archid. in cap. præſens 20.q.3. prouenire conſtat à pantatur verbo Græco, quod idem ſignificat, quod omnia ſeruans, quia Eccleſia, vel Papa omnes ſeruat, neminem reijcit; ſed deſcientes, ad Eccleſiæ limina redeuntes, ſingulos recipit, nullique claudit gremium cap. excommunicamus, ext. de hære. c. irrefragabili, ext. de offic. ordin. Propterea D. Sixtus Papa, & martyr, haud ignarus dilectionis, qua ſuos ſemper proſecuta eſt S. Mater Eccleſia fideles, in cap. ſi quis Epiſcopus, & idem D. Gregorius, in c. omnes, 2.q.6. ait, omnes Epiſcopi, qui in aliquibus pulſantur, vel criminantur grauioribus cauſis quotiès neceſſe fuerit liberè Apoſtolicam Sedem appellent, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant. hæc ille, filij enim nomen à verbo Græco proueniens, idemque quod dulce importare liquet, namque patrem diligere magis filium, quam ſeipſum patet. l. iſti quidem. ff. quod met cauſa. nec filijs maiores amici ſunt, quam parentes, l. quidam ff. de hæred. inſtit. cum nullus amor vincat paternum d. l. iſti quidem ff. quod met cauſa. Dummodo à perpetua Eccleſiæ filiatione non deſciatur, quia conſtantes filios, & non imbecillis ſtabilitatis Papa, vel Eccleſia, ſua proſequitur dilectione, cum etiam ex iuris ciuilis inſtitutis non deceat temporales habere filios l. quæſitum ff. de adopt. c. actus legitimi ext. de reg. iur. in 6. extant enim exemplo Sanctorum Martyrum geſta, qui quamuis immani ſæuitia cruciarentur, vt ab Eccleſia deſcirent, vſque tamen ad animæ exhalationem Eccleſiæ partes ſunt proſequuti, vndè illa exultans in eorum laudibus canit.

Cædantur gladijs more bidentium,
Non murmur reſonet, non quærimonia,
&c.

Vlteriùs præter id, quod Papa ſit pater, additur maior, quia Epiſcopis quoque præeſt, & ſingulis ſupereminet, vt caput membris ſuis, demonſtratur in c. rogamus, 24.q.1. vbi D. Marcellus Papa, & martyr ſcribens Epiſcopis ex agro Antiocheno ait: Rogamus vos fratres dilectiſſimi, vt non aliud doceatis, nec ſentiatis, quàm quod à Beato Petro, & alijs Apoſtolis, & Patribus accepiſtis: ipſe enim eſt caput totius Eccleſiæ: cui ait Dominus, Tu es Petrus &c. idem Diuus Anacletus Papa, & martyr, in cap. ſacroſancta 22. diſt. & idem D. Calixtus Papa, & martyr, in c. non decet, 12. diſt. hinc D. Bernardus in Epiſtola 31. ad Eugenium III. ait: locus iſte in quo ſtas, terra ſancta eſt; locus Petri principis Apoſtolorum, vbi ſteterunt pedes eius, quem conſtituit Deus dominum domus ſuæ, & principem poſſeſſionis ſuæ. hactenùs ille. corroborantur prædicta auctoritate Euangelica, Matth. c. 16. ibi, quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. vbi ſumitur argumentum, vt inter Deum, & Papam ſit vnum tribunal, vnumque, & idem ſit conſiſtorium, vt etiam ex venerabilis Bedæ, & Origenis citato loco colligitur verbis, vbi inquit: Vide quantam poteſtatem habeat petra, ſuper quam fundatur Eccleſia, vt etiam iudicia maneant firma, quaſi (Deo iudicante) per eam. Et infrà ſequitur, quod Chriſtus ſuperior eſt tota Eccleſia auctoritate iuriſdictionis. ita videtur etiam eius Vicarius generalis. hæc ille. quibus etſi impiorum rabie reſiſtatur, vt infrà in verbo, culmen, eſt poſitum. ibidem eſt videndum, quàm perperam eorum ſint obiecta, nempè cum non ſecùs à veritate diſtent, qua inquit D. Thomas in errorem Græcorum c. 63. ibi, ſimilis eſt error dicentium, Chriſti Vicarium Romanæ Eccleſiæ Pontificem non habere vniuerſalis Eccleſiæ primatum errori dicentium Spiritum ſanctum à filio non procedere: ipſe enim Chriſtus Dei filius Eccleſiam ſuam conſecrat, & ſibi conſignat Spiritu ſancto, quaſi ſuo charactere, & ſigillo, & ſimilitèr Chriſti Vicarius ſuo primatu, & prouidentia vniuerſalem Eccleſiam tamquam fidelis miniſter Chriſto ſubiectam ſeruat. hæc ille.

Cuſtos quoque Papa nuncupatur auctoritate relata Archid. in d. c. quia hic, 10.q.1. cuſto-

Digitized by Google

cuſtodes iuriſconſultus cenſulr eſſe obſeruatores, qui actiones norant, & obſeruaur l. 3. ff. de admin. rotor. licèr Virgilius cuſtodem capiar virum, cui alicuius iunioris in periculo, vt eſt in bello verſantis, cura comitritur, vt Æneí. lib. 5. ibi, Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli. Æpitijdem vocat, & fidem ſic farur ad aurem. & apud Canones cuſtos dicitur cui ad Ecelesiam pertinentia cuſtodienda traduntur cap. 1. ext. de off. cuſtod. & de eius officij executione agitur cap. 2. d. tit. qnorum nominum ſignificatum Papæ congruere in ſingulis reperitur, vt vidrre eſt, quia tutelam haber, & curam Eccleſiarum totius orbis c. fin. de for. compet. Gemin. in c. quia nonnulli, de immun. Eccl. in 6. num. 2. idque vſque adeo verum eſt, vr curam gerat non ſolùm clericorum, ſed etiam laicorum c. quia præſulatus 1. q. 4. & ibi Card. de Turrecrem. Pariter verifieatur in eo ſenſu, quod Papa ſit cuſtos iunioribus in periculo conſtitutis, quia cuncto populo Chriſtiani orbis in hoc mare mundi fluctuanti tutelam præſtat, ne pereliteтur in iuuentute, ideſt, imperitia cœleſtis doctrinæ, & diuinæ prudentiæ conſtitutus, Pſal. 103. ibi, hoc mare magnum, & ſpatioſum.

ARTICVLVS IX.

Admirandum etiam reddunt Papam complura diuinitùs ei elargita, quibus excitantur virtutes, contrariaque ſupprimuntur poteſtatis plenitudine accedente. Quare à D. Bernardo in lib. de conſider. ad Eugenium III. hæc ſunt prolara, vbi ait: de cætero, vt te eſſe oporret conſidera formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpecimen, pietatis exemplar, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem. Doctorem gentium, Chriſtianorum Ducem. amicum ſponſi, ſponſæ paranimphum, Cleri ordinarorem, paſtorem plebium, Magiſtrum inſipientium, refrigerium oppreſſorum, pauperum aduocatum, Miniſtrorum ſpem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cœcorum, linguam mutorum, baculum ſenium, vltorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam poteſtatum, malleum tirannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, Sal terræ, orbis lumen, ſacerdotem altiſſimi, Chriſti Vicarium. Chriſtum Domini, poſtremò Deum Pharaonis: hæc ille.

Sunt enim proprietates non ſicco pede diſcuriendæ, eum magnos ſenſus omnes referre pateat, vr illud, forma iuſtitiæ. Forma enim eſſentiam ipſam demonſtrat l. Iulianus §. ſi quis ff. ad exhiben. nec non materiæ neceſſitatem, qua ſiue actus non ſubſiſtit, vt in contractu emptionis, veluti eſt ſi in venditione ex parte emptoris pretium non adſit, vel ex parte venditionis res abſit l. in venditionibus ff. de cont. empt. §. precium. Inſtitut. de empr. & vendit. vt etiam ſunt teſtamenta voluntatis defectu, veluti ſi à furioſo, vel à pupillo ſint condita. l. generali. C. de Sacroſan. Eccl. vel vt in contractibus, ſi deficiat conſenſus. l. cum Aquiliana ff. de tranſact. euius iuſtitiæ partes ſuſcipere Romani Pontificis eſſe Diuus quoque Auguſtinus perſenſit, ſi iuſtitiæ defectus per orbem contingeret, alicubi in lib. 4. de Ciuitate Dei: vbi ait, remota iuſtitia, regna non ſunt alind niſi latrocinia magna, ſpectat ad Rom. Pont. ne iuſtitia pereat. hactenùs ille. concordat tex. c. licèt ext. de foro compet. conſtar enim D. Bernardum doctiſſimum, & ſanctiſſimum virum, præcipuum omnium virtutum muous iuſtitiæ virtutibus ſingulis præpoſuiſſe, quaſi eas omnes à iuſtitia ipſa ortum ducere liquear, quia ſi Papa ſpecimen ſanctitatis ſit, quod ſuum eſt quidem peragit, quia eſt Chriſti Vicarius, adeò vt veluti referens principem fas eſt, vt in eum tranſeant iura, quæ ſunt principis, Bar. in l. 1. §. 2. quibus ff. de legar. 3. & l. 1. ff. de tut. dat. ab his. Si pietatis ſe præbeat exemplar, idem eſt, quia agit quod ſuum, videtur tamquam religionis caput, Ioan. cap. 1. ibi, tu vocaberis Cephas. Si veritatis aſſertor, idem, quia Princeps cuius Papa gerit vices, eſt ſumma, & mera veritas. Io. c. 14. ibi, Ego ſum via, & veritas. Similitèr fidem defendat exequitur, quod ex debito iuſtitiæ eum gerere oporteat ſui principis præcepto arguente. Luc. c. 25. ibi, rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quia Doctorem gentium gerit exeqnitur, quod ſibi paritèr eſt iniunctum. Marc. c. vlt. ibi, Docete omnes gentes. Pariter gerir Chriſtianorum Ducem, ſui principis partes ſuſcipit. Io. c. 13. ibi, Ego ſum via. Et amicus ſponſi extat, quia moribus ſponſo coniungitur, & non diſiungitur, iuxtà Apoſtolum 2. ad Cor. c. 3. ibi, quæ enim couiunctio lucis ad tenebras, & Chriſti ad Belial? Vnde Eccleſiaſt. cap. 13. ibi, omnis ſibi ad ſimilitudinem coniungetur ſponſæ paranimpbum.

Ideò qui inſtar cuſtodum puellæ, qui paranimphi, vel paranimphæ dicuntur, qui ei aſſiſtunt, docentes qualiter ſe habere debeat. Sicque dicitur, teſte Archid. in cap. ſponſus, 23. diſt. à Para quod eſt iuxta, & nimpha quod puella, quia ſponſam, ideſt, Eccleſiam docet, & regit, 1. D. Petri Cant. 1. cap. 5. Seniores, qui ſunt in vobis. & infrà ibi, paſcite qui in vobis eſt gregem Dei prouidentes non coacte, ſed ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt Dominantes in Clero, ſed formæ facti gregis ex animo. & ea quæ ſequunturi quo in loco patet Petrum docere Epiſcopos à quibus in eorum prouincijs regitur Eccleſia, quod manifeſtatur, ibi neque vt Dominantes in Glero. neque bis reſiſtit ibi gloſ. in verbo, Conſenior. vbi ait, ideſt, compresbyter, quia adhuc ſuperuiuiente Petro nomen Presbyterorum erat commune tam Epiſcopis, quàm Sacerdotibus ſecundi ordinis, vt infrà in verbo, presbyteris, latiùs erit diſentiendum.

Deinceps Cleri ordinatorem, eſſe Papam dignoſcitur, quia ab Epiſcopis, quos Papa inſtituit Clerici promouentur, in Epiſcoporumque coadiutores ſtatuuntur. Sunt autem Clerici, iuxtà quod refert Diuus Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de mente Diui Ignatij in epiſtola ad Antiochenſes, ab initio ſurgentis Eccleſiæ inſtituti: quo generali nomine denotantur omnes, qui diuino cultui religionis miniſteria Eccleſijs impendunt l. 2. C. de Epiſcopis, & cler. quos Iſidorus lib. Etimol. 7. c. 12. ait nuncupari

pari

pari omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt, de quibus infra in verbo, presbyteris, gradatim recenſebitur. Eorum nomen à verbo Græco, cleros, deriuatur, quod Latinè Sors, interpretatur, quia Dominus ſit ſors, ideſt, hæreditas, ſeu pars illorum: à quibus conſtat ab antiquo eorum inſtituto, ita Epiſcopos differre, quod clericorum appellatione Epiſcopi, hodie non comprehendantur, l. clericorum. C. de Epiſcopis, & cleric. Igitur ordinatorem Papam eſſe, cum ſingulos Epiſcopos à Papæ mediata, vel immediata auctoritate conſtat eſſe inſtitutos, Epiſcopique ea auctoritate clericos promoueant, quia geſta aſcribenda ſunt ei, cuius auctoritate geruntur, l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi arma. Hanc Epiſcoporum auctoritatem confluere de Papa ad Epiſcopos eleganter demonſtrat Diuus Leo in cap. ita Dominus, 19. diſt. vbi ait, huius muneris ſacramenta, ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, vt extorrem ſe miniſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere.

Prætereà, & paſtorem plebium Papam eſſe, vt præfertur, additum eſt, & ſignanter eſt dictum Plebium, & non populorum, quia populi appellatione connumerantur Patricij, & Senatores: ſed plebis appellatione, qua ſolùm compræhenduntur humiliores populi, ſeu viliores, quaſi, quod Dominus in Eccleſiæ ſuæ circuitu humiles tantummodò viros, non ſuperbos, non elatos, quos ſub Senatorum, vel Patriciorum dignitate in populi compræhendi nuncupatione patet, §. plebs autem, Inſtit. de iure natur. gen. & ciu. hos tantùm, videlicet humiles corde Dominus conuocauit ad ſuam Eccleſiam à ſuoque Vicario eſſe paſcendos, declarat Euang. Matth. cap. 11. ibi, diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Horum tamquam Domini ouium præcepit Petro eſſe paſtorem, eaſque paſci, Io. cap. vlt. ſuperbos verò, & liuore cordis elato velo in hæreſim prolapſos Eccleſiæ extortes eſſe, & diſperdi voluit Cant. Beatæ Virginis, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Vlteriùs Papa magiſter dicitur inſipientium, quia Eccleſiæ doctrina rudes ſunt inſtituendi, quoniam Rom. Eccleſia eſt magiſtra omnium, per cuius doctrinam efficiuntur filij Dei, cap. omnes, 22. diſt. eſtque caput omnium Eccleſiarum, vbi præuio baptiſmate Chriſto Redemptori regeneramur, cap. non decet, diſt. 12. dicitur etiam Papa refugium oppreſſorum; quia vt imitator eius, cuius vices gerit, neminem permittit vltra, quod fas ſit onere prægrauari, Matth. cap. 11. ibi, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, vnde Iſa. in cap. aliorum ſunt verba 9. qu. 3. ſi hæc humiliabitur, ad cuius auxilium confugieris? Aduocatum pauperum pariter Papam eſſe commemoratur, quia omnium fidelium hoc in mare fluctuantium Chriſtus Saluator eſt aduocatus, Ioan. in cap. 2. ibi, ſed, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

Miniſtrorum quoque ſpes ideo Papa dicitur, quia miniſtri ſunt, qui rem Domini nudo, vel mixto peragendi modo exequuntur, adeò, vt ſub hoc termino compræhendantur etiam beneficiorum adminiſtrationem habentes, cap. cum in cunctis, §. inferiora miniſteria, de elect. ext. & ibi Panorm. facit, l. ordine ff. ad municip. quibus immenſa eſt repoſita ſpes, Matth. cap. 19. ibi, ecce reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? Et infra, cum ſederit filius hominis, ſedebitis, & vos iudicantes, &c. & alibi, Matth. cap. 19. ſi quis mihi miniſtrauerit, &c. & ibi, Vbi ego ſum, illic, & miniſter meus erit. Pupillorum etiam tutorem Papam appellari oſtenditur, quia ſuſtinet illius vices, qui non permittit minores ſuos eſſe ſine auxilio Ioan. c. 16. ibi, non relinquam vos orphanos. Eſſe etiam iudicem viduarum Papam, vt partes immenſæ miſericordiæ referat ſummæ diuinitatis, Deuteron. cap. 14. ibi, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera, facit iudicium, & pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum, atque veſtitum.

Cęcorum quoque oculum Papam eſſe, quia eius, cuius vicem gerere conſtat doctrina, qui criminum ſordibus cœci ſunt, lumen vident, à cœcitateque ſanantur. Ioan. cap. 9. duo cœci. Nam oculos videntes obedientibus Dominus tribuit, Deuteron. cap. 28. ibi, & dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ poſſent audire, vſque in præſentem diem, ſicut viciſſim inobedientibus omnimodam condonat cęcitatem. vt ibidem, percutiat te Dominus amentia, & cœcitate, & furore mentis, & palpet in meridie, ſicut palpare ſulet cœcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Linguam quoque mutorum Papam eſſe commemorat, quia viri eloquium Dominus dirimit, & ipſe reſtituit, patet in Moyſe lingua antea impedito, & deinceps loquelæ reſtituto, Exodi cap. 4. ibi, Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad ſeruum tuum impeditionis, & tardioris linguæ ſum, vbi Dominus ait, quis fecit os hominis, aut quis fabricatus eſt mutum, & ſurdum videntem, & cœcum? & Matt. 9. Ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem, & eiecto demonio, locutus eſt mutus, & miratę ſunt turbæ, vndè ſumitur ora pręlicantium aperiri ad verbum Dei, ad imitandam omnimodam Domini benignitatem, hoc etiam Papæ aſcribitur, vt ſit baculus ſenium, eo quod calamitoſis, & depreſſis ſuffragia ſubminiſtret neceſſaria, vt patet, quando Dominus mandat ſenes honorari, ne ob ſenectutis incommoda ſint aliorum ludibrio, Leui. c. 19. ibi, coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum, ego ſum Dominus.

Flagitiorum, quoque ſcelerumque vltorem Dominum eſſe, ſic eius Vicarium in terris fore ęquè cenſetur, & ſi prauitatis id minùs permittatur. Deuter. cap. 18. ibi, ego vltor exiſtam, quod etiam liquet, vt de Rege Dauid, qui vltus eſt in Amon, qui ſeruis ſuis dimidiam barbam abradi iuſſit, & clariùs Dominus

minus

minus Deuter. cap. 32. vt ibi, vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & infra, congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis, conſumentur ſame, &c.

Malis Dominus, quia metum incutit, idem Papa exequitur, ideò malorum metum patet nuncupari, ad Rom. cap. 13. ibi, nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. hactenus Apoſtolus. Præter id, quod Papæ aſcribatur eſſe improborum metum, attribuitur quoque eſſe bonorum gloriam. 1. Pet. cap. 1. ibi, vt probatio veſtræ fidei multò precioſior auro, quod per ignem probatur inueniatur in laudem, gloriam, & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti, &c. & Iaco. cap. 4. ibi, humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos, & meritò propterea Papam Virgam poteſtatum nuncupari reperitur, probat text. in cap. ſolitæ, ext. de maior. & obedien. vbi Papæ reſcriptum habetur ad Imper. Conſtant. hac ſerie videlicet. Potuiſſes autem prærogatiuam ſacerdotij ex eo intelligere potiùs, quod eſt dictum, non à quolibet, ſed à Deo, non Regi, ſed ſacerdoti: non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot. ecce conſtitui te ſuper Reges, vel Regna, vt euellas, & diſſipes, ædifices, & plantes, & ea, quæ ſequuntur. Ecce igitur, quàm manifeſtè præſefertur, Papam eſſe virgam poteſtatū.

Deinde non eſt abſconditum quoque, vt Papa tyrannorum malleus cenſeatur, cùm non ſolum tyrannum, qui eſt Leo rugiens, viſus eſuriens, & Princeps impius ſuper populum pauperem, Prouer. cap. 28. Papæ corrigere munus ſit, ſed & ipſum Cæſarem iura excedentem compeſcere queat, habenaſque ei inferre. Innoc. in cap. 1. ext. de off. ord. Papam etiam Regum Patrem eſſe oſtenditur, quia Papæ miſterio, vel Eccleſiæ Chriſto regenerantur, quare Petrus in canonica regem honorandum iubet, cap. 2. ibi, Deum timete, Regem honorificate, & cor Regis in manu Dei eſſe, ſcriptura atteſtatur, Prouer. cap. 21. ibi, ſicut diuiſione aquarum, ita cor Regis in manu Dei eſt, & quocumque voluerit, inclinabit illud: propterea iure cautum habetur, vt erga Regiam poteſtatem ſe ita Papa habeat, vt paterno affectu conſulere videatur, nam Regibus ſuum regnum regere neſcientibus, vel defendere, pacemque, vel iuſtitiam ſeruare, præſertim pauperibus, & pijs locis ſubiectiſque propterea. acclamantibus, ſi nulli ſubijciantur, à Papa eſt dandus curator, Innoc. in cap. grandi, num. 3. de ſup. neg. prælat. nec id curæ Papa committit, niſi præſtita cautione Regis rem ſaluam fore, formaque iuris non omiſſa, & præſertim Regibus in pueritia verſantibus, vel infantia, nam ſub puero Rege eſt infœlicitas, Eccleſ. cap. 9. aliaſque Papam hoc functum officio Luſitanorum Regi inutili curatorem dediſſe conſtat. c. grandi, de ſuppl. negl. prælat. lib. 6.

Moderatorem legum quoque Papam eſſe cenſetur, quia legum diſpoſita pro modo ſacrorum canonum regit, & moderatur, adeò vt ſacrorum canonum inſtitutis aduerſantes leges euaneſcant, cap. Eccleſia, ext. de conſtit. cap. cùm cauſam, ext. de re iud. prout eleganter diſtinguendo ait Bal. in Margar. ad Innoc. in ver. leges ciuiles.

Deindè Canonum eſſe diſpenſatorem Papam reſpicitur, eſtque canon, Græcè dictum quod Latinè regulam deſignat, cap. Canon. 3. diſt. Vndè cum Papæ canones ſit condere, Panor. in cap. 1. ext de conſtit. & ſit Eccleſiæ conſtit. l. generali. C. de ſacroſan. Eccleſ. ibi Bartol. ſequitur, vt legibus ſoluere, & canonib. ſoluere, idem ſit canonis gratiam facere, & legis gratiam facere pro diſpenſare, Budæo ita interpretante in l. princeps, ff. de legibus, meritò: igitur Papa Canonum eſt diſpenſator, quia eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Sal terræ conſtat enim hoc communi nomine ſingulos Apoſtolos Dominum nuncupaſſe, Matth. cap. 5. ibi, vos eſtis ſal terræ, quod ſal eſt illud cœleſtis ſapientiæ, de quo ad Coloſſ. cap. 10. ibi, ſit ſermo veſter ſale conditus. Petrique ſucceſſoribus reſeruatam hanc ſalis virtutem, ſicuti etiam Apoſtolici nomen, iuxta quod huius canonis ſerie oſtenditur, ibi, Apoſtolicum culmen, quia Rom. Eccleſia nunquam ab Apoſtolica traditione deſciuit, c. Eccleſiaſticarum, 11. diſt. & in cap. à recta, 24. qu. 1.

Orbis lumen quoque Papa cenſetur, quia eum refert, à quo omnes tenebræ expelluntur, Io. cap. 1. ibi, & vita erat, lux in tenebris lucet, & infra, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Altiſſimi quoque ſacerdos Papa deſcribitur, quia ſacerdotium ab Aaron Dominus in ſeipſum tranſtulit, & de Domino eſt tranſlatum in Petrum, & eius ſucceſſores, cap. in nouo, 21. diſt. hinc dictus eſt ſummus Sacerdos, & princeps Apoſtolatus, cap. ſacroſancta, 22. diſt. & dicitur ſacerdos, quia conſecrat, & ſanctificat, cap. cleros, 21. diſt. Vicarius Chriſti Papa pariter voce Euangelica demonſtratur, vt Petri Apoſtoli ſucceſſor, cui Dominus paſcendi gregis ſui curam commiſit, Io. cap. vlt. nam qui vicem alicuius principis gerit, eius eſt Vicarius, cap. ſi pro debilitate, extra de offic. deleg. cap. inter corporalia, ext. de off. deleg. cap. pro humani, ext. de homicid. lib. 6. vltrà præmiſſa congruentia nomina, Papam, quia refert illa reuera vnctum chriſmate Spiritus ſancti Chriſtum Domini patet nuncupari, ad differentiam illorum, qui in antiquiori lege chriſmate miſſibili in ſacerdotes inungebantur, vt dicit Archid. in cap. ſi baptizata, de conſect. diſt. 4. num. 3. ait Chriſti nomen non eſſe proprium Saluatoris, cùm alios chriſmate inunctos eſſe ſacerdotes, eodemque Chriſti nomine eſſe nuncupatos pateat, ſed propriè intelligitur, quando cum voce Chriſtus, additur Ieſus, propterea hic Papa verum Chriſtum referens, Chriſtus Domini nuncupatur.

Poſtremò Diuus Bernardus Papæ his aſcriptis nominibus ipſum Deum Pharaonis appellat, quia Papam Dei opus imitari decet voluntati diuinæ reſiſtentes, ita corrigere, vt Deus vindictæ appareat, principes, & Reges turpium facinorum in repub. Chriſtiana auctores inultos, ac impune non permittat permanſuros, ſed Dominum imitatus, vt Pharaonis cordis duritiem maris immerſio-

ne

Digitized by Google

ne vlciſcatur, & puniat, Exod. capite 13.

Summaque ratione hæc præmiſſa Papæ aſcribi à Sanctiſſimo hoc magnæque peritiæ viro patet, tanquam, quod ſibi minùs abſconditum eſſet, vt in perſonam Principis gerentem, prout eſt Papa, omnia perrranſeant iura, quæ Principi competere dignoſcantur, vt eſt promiſſum, cùm Diui Petri principatum à Domino proueniſſe, ambigere non contiugat, c. cum beatiſſimus, 24. quæſt. 1. & Ioan. c. vlt. ibi, paſce oues meas.

Papam habere plenitudinem poteſtatis ait Text. in c. eſt, & aliud 24. quæſt. 1. proueniſſeque ab illo ſummo perfectore omnium, cuius opus nullum imperfectum agnoſcitur. Deuter. cap 32. quo mediante omnium Eccleſiarum regimen eſt Papæ commiſſum, inquit Textus in c. ſacroſancta, 21. diſtinct. Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut Beato Petro dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ideò Papa eſt iudex totius Eccleſiæ, c. Epiſcopo, & c. cuncta per Mundum, 9. quæſt. 3. Innocen. in c. ſolitæ, de maior. & obed. c. quamuis, 21. diſtinct. ibi, in ſede Petri Dominus totius Eccleſiæ poſuit poteſtatem. Vndè eſſe patet, vt ſi plenitudo ſit, adiectione non indigeat, c. ſi omnia, 6. quæſt. 1. c. benè quidem, 97. diſtinct.

Non propterea hæc poteſtatis plenitudo à iure diuino inſtituta, à Papa tolli poteſt, c. ſunt quædam, 17. quæſt. 1. ſicuti nec quandoque conſtitutioni à iure diuino cauſam habenti, quæ Eccleſiæ vſu frequentatur à Papa, quod ſecùs fieri minùs poſſet, vt videre eſt in Epiſcopi conſecratione, vt à minori Epiſcoporum numero, quàm trium conſecraretur, fieri non poſſit, c. porrò 63. diſtinct. c. dertahe. 3. quæſt. 1. corepiſcopi, 64. diſ. cap. final. 88. diſtinct. vndè illa forma perdurante, nec à Papa illa omiſſa conſecrari poſſet, licèt formam huiuſmodi Papa ſupprimere queat, c. liquidò, de conſ. diſtinct. 2. concordat Ioan. Andr. in c. fin. ext. de ſac. non iteran.

Prædeceſſorum quoque conſtitutionibus ius diuinum concernentibus, & ſi quoad pœnam non cenſeatur Papam obligari, tamen ſecùs eſt, quoad mentem, Panorm. in in c. ſignificaſti, ext. de foro compet. & in c. fin. de inſtitut. c. omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſion. cap. 1. de fid. inſtitut. Circa quem articulum D. Thom. 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 3. argumen. eleganter declarat, & quemadmodum Papæ poteſtatis plenitudo ſit capienda, dum ait, Miniſtri Eccleſiæ inſtituuntur in Eccleſia diuinitùs fundata, & ideò inſtitutio Eccleſiæ præſupponitur ad operationem miniſtrorum, ſicut creationis ad opus naturæ, quæ inſtitutio Eccleſiæ conſiſtit in fide, & Sacramentis, & ideò ad miniſtros Eccleſiæ, nec nouos articulos fidei edere, nec editos remouere, nec noua ſacramenta inſtituere, nec inſtituta remouere pertinet; ſed hæc eſt poteſtatis Eccleſiæ, quæ ſoli debetur Chriſto, qui eſt Eccleſiæ fundamentum. Et ideò ſicut Papa non poteſt diſpenſare, vt aliquis ſine baptiſmo ſaluetur, ita nec quòd ſaluetur ſine confeſſione ſecundùm quod obligatur ex vi Sacramenti: hæc ille.

Vndè colligitur, vt poteſtatis plenitudine Papa non vtatur ad euerſionem iuris diuini ſimpliciter, c. literas, ext. de reſtitut. ſpol. & gloſſa ordin. in c. à nobis, de decim. vbi Panorm. & in c. ad Monaſterium, de ſta. reg. in fine, & c. ſuper eo, de big. ſcribent. in c. ſunt quidam, 26. quæſt. 1. & in c. 1. 14. diſtinct. & ibi Cardin. de Turrecremata, licèt ſecùs ſit in diſpoſitione limitatiua, quia ſicut à iure poſitiuo limitari poteſt, gloſſa in c. quæ in Eccleſiarum, ext. de conſtitut. ita à Papa limitabitur, qui eſt lex viuens, & omnia iura habet in ſcrinio pectoris recondita, c. quoniam quidem, 18. diſtinct. gloſ. in c. licet. de conſtitut. & ſupra ius diſpenſat. c. propoſuit, de conceſſ. præben. & eſt Ieſu Chriſti Saluatoris eius Vicarius, c. per Venerabilem, §. rationibus, extra, qui filij ſint legit. & licèt idem Cæſari aſcribatur, vt pariter omnia iura in ſcrinio pectoris retineat, non tamen id ita in Cæſare ſimpliciter procedere dignoſcitur, quia imperiali iudicio iura à Papa condita, nullatenùs diſſoluuntur, c. lege, §. idem lex Imperatorum, 10. diſtinct. & ſi canonicis inſtitutis iura Cæſarea ſupponantur, c. clerici, ext. de iud. & de iuramen. calum. cap. 1. & in Authen. vt clerici apud prop. Epiſc. §. penul. collat. 6. cum Papæ nemo, præter Deum, ſuperſit, c. licet, ext. de elect.

Nec Cæſari illud proprietatis eſt, vt errare nequeat, veluti Eccleſia apparet, quæ errorum tenebris nullatenùs eſt ſubiecta, c. à recta, 24. quæſt. 1. proindè Cæſar à Papa deponitur, c. ad Apoſtolicæ, extra de re iudica. lib. 6. & ibi not. & cap. quod ſuper, ext. de voto, & ibi Innocen. & gloſ. vndè patet ad ſenſum, quantùm Papa Principatibus, & Regibus præſtet, cum ipſi Papæ iudicio ſupponantur, cap. alius 15. quæſt. 6. Maiorque propterea his Papa cenſeatur, cum ipſi ab eo iudicentur, c. inferior, 21. diſtinct. Quamuis ſecùs à iure diuino diſpoſitum habeatur, quia in his Papa ſimpliciter diſponeret, adeò vt tolli nequeat, c. dixit Dominus, 32. quæſt. 1. & c. ſunt quidam, & c. quæ ad perpetuam, 25. quæſt. 1.

Quoniam quæ à Deo inſtituta ſunt, facto hominum retractari non debent, c. Paulus 2. quæſt. 7. Actu. cap. 5. ibi, quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus diſſoluetur, ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere eos, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Complura ardua Papa exequi poteſt plenitudine ipſa poteſtatis, tamen ante clauem diſcretionis præmittere debet ad clauem poteſtatis, & agnita cauſa, Innocen. in c. quanto, ext. de iureiur. hanç poteſtatis plenitudinem eleganter oſtendit Text. in c. baſilicas, de conſe. diſtinct. 1. ſicut etiam Text. in c. nolite 21. diſtinct. vbi colligitur in Apoſtolica Romana Sede Dominum poſuiſſe totius Eccleſiæ principatum, quod D. Auguſtini ſententiæ in epiſtola ad Glorium, & Eleuſium adſtipulatur, vbi inquit, in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguiſſe principatum.

Ad hæc etiam corroboranda opitulatur Cæſaris Iuſtiniani ſententia in Authen.

vt Roma. Eccleſ. collat.3. vbi air, quod antiqua Roma legum origioem, & Summi Pontificatus apicem ſortita eſt, & ſacerdotij fontem, apud eam eſſe, non eſt, qui dubitet; eodem comprobandi genere firmantur prædicta 22. diſtinct. ibi, omnes ſiue Patriarchæ cuilibet apicem, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum cathedras, vei Eccleſiarum, ſiue cuiuſcunque ordinis digoitatem inſtituit Romana Eccleſia, illam verò ſolus Chriſtus fundauit; id itidem Diuus Clemens Papa, & Martyr demonſtrat, 80. diſtinct. vbi ait in c. in illis Ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant Epiſcoporum primates, atque Patriarchas Beatus Petrus pooi præcepit, in illis verò, in quibus erant eorum Archiflamines, Archiepiſcopos inſtitui iuſſit.

Singulis vero Ciuitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopos conſtitui præcepit, qui Epiſcoporum tantùm nomina ſortirentur, quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus, hactenùs ille.

Eccleſiæ tanta eſt auctoritas, vt ad ſingulas alias totius orbis Eccleſias indè diſfundatur, quod manifeſta admodum aſſertione D. Cyprianus Martyr ſtudet præſeferre in c. loquitur, 24. quæſt. 1. ibi, Eccleſia Dei luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, vnum tamen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur, radios ſuos ſuper vniuerſum terram copia vbertatis extendit, profluentes largitur riuos latiùs pandit, vnum tamen caput eſt, & vna origo, & vna mater fœcunditas copioſa; hæc ille. Quibus robur addunt Diui Gregorij verba in cap. decreto, 2. quæſt. 7.

Hiſque Sanctorum Patrum claris admodum ſententijs impij neceſſaria complura obijciunt, quibus tam in verbo, Petro, quàm etiam io verbo, Presbyteris, infra eſt reſponſum; propterea non eſt, cur hic veniant repetenda, quæ eorum rabiem, ac liuorem magis augent, ſed lucidiùs Papæ tum vnitatis, tum ſupremæ poteſtatis iura oſtenſa fuiſſe dignoſcitur Apoſtoli auctoritate ad Corinth. in cap. ſecundo, ibi, ſpiritualis homo omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur, concordat 9. quæſt. 3. cap. nemo, & cap. aliorum.

Nam Dei arbitrio Papam decernere, ſi ritè decernat, cenſetur, cap. audiuimus, 24. quæſt. 1. c. quodcumque, & cap. loquitur, 24. quæſt. 3. & eadem quæſt. cap. ſi quatenus recto; quia D. Petrus loco Domini in ſpiritualibus, & temporalibus ſucceſſit, cap. per principale, & cap. cuncta, 9. quæſt. 3. cum nemo ei dicere queat, cur ita facis, cap. in memoriam, 19. diſtinct. cap. quamuis, de pœniten. diſtinct. 3. quia in terris ſuperiorem non habet, cap. licèt, ext. de elect. iodè ſic de Apoſtolorum Principe eſſe reperitur, quia non ſolùm, ad quæ hominum ſunt, conuocatum fuiſſe conſtat, ſed etiam ad diuina.

Quare Chryſoſtomus ad conſulta Burgarorum reſpondens loquit, Petre ter te interrogo, ſi me diligis, quia tu ter me negaſti, ne autem quia reductus es, credant fratres gratiam, & auctoritatem clauium re amiſiſſe, quia amas me coram ipſis, iam tibi confirmo, quod meum eſt plenum; hactenùs ille.

Sed ſi aſtruant, quæ præmittuntur ad præſeferendum Papæ ſupremam poteſtatem, non minùs quoque adminiculatur ratio ſacerdotalis dignitatis, quæ conſiderata in Epiſcopis, qui ſunt Papæ ſuppoſiti, vt cæteri Prælati, eatenùs de per ſe Cæſarea dignitate eſt ſublimioris gradus, vt ipſum Cæſarem Eccleſiaſticis cenſuris ſubijcere, vel coercere queat, cap. duo, diſtinct. 96. cum igitur Papa ſit Epiſcoporum Princeps, id pater, cap. final. 21. diſtinct. vbi Archiepiſcopus nuncupatur, eodemque prælationis intuitu eſt à iure Pater patrum nuncupatus, Bald. in cap. 1. in princ. in 1. col. tit. qui feud. dare poſſeſſ. ſequitur, vt Papa pleniori ſacerdotalis dignitatis facultate in eius munere conſiſtentis, ſatiùs quàm Epiſcopali auctoritate in Cæſarem ipſum præualeat, quod pariter ex ratione Apoſtol. ad Hebr. cap. 7. comprobatur ideò, quod minùs eſt à meliore benedicitur, dum de Melchiſedech ſacerdote, qui benedixit Abraham inſinuatur, quia ius illud benedicendi in Papa reſeruatur, qui præter id vt Cæſarem ipſum benedicat, eundem pariter approbat, conſecrat, coronat, anathematizat, ac deponit, C. ad Apoſtolicæ, de re iudic. & clemen. paſtoralis, eodem titu. Corroborant prædicta Matth. verba, cap. 17. vbi à Domino iniungitur Petro hami piſcatio; vndè arguitur maior iuriſdictio, c. eſt aliud piſcandi genus, 24. quæſt. notatur in c. non turbatur, eadem quæſt. 1.

ARGVMENTVM.

Summa eſt ratio, qua Romanorum Pontificum nominibus ſit numeratio addenda.

Poſt quæ ſequitur ibi Textus. Numeratio hæc ideò hoc in loco ponitur, vt inſinuetur Stephanum hunc legitimè, canonicèque electum, quod præfertur numerationis huiuſmodi virtute, cuius eſt ea, quæ dubia ſunt, declarare, l. cenſoria, §. quod autem, ff. de verb. ſignificat. ibi, numerarent, ideſt, haberentur, vel computarentur, ad idem eſt Text. in l. pecuniam, ff. famil. erciſ. ibi, ita demùm in hæreditate Patris numerari, & quòd ea ratione connumeratio pluribus, eiuſdem nominis iniungatur ad incertitudinem ſubmouendam; patet in hæredis inſtitutione, quæ ob incertitudinem euaneſcit, l. in tempus, §. quoties, ff. de hæredit. inſtitut. & l. quoties, §. ſi quis tamen, eodem titulo, & incertus homo eſt, quem ignoramus, l. qua ratione, §. ſi quis merces, ff. de acquir. rer. domin.

Similitèr incertum Patrem quis dicitur habere, quando ignoratur, à quo ſit genitus, & eſt vulgò conceptus, l. quia, idem eſt de Tutore incerto, l. Tutor. ff. de Teſtamen.

Tut.

Digitized by Google

Tnr. & eſt confirmatio iuris incerta, vt ſi confirmans dicat, quicquid iuris habet, confirmamus. Oldtad. conſilio 164. viſo priuilegio ſcribent. in cap. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Felin. in c.delicta de reſcript. & in cap.porrecta, de confirm.vtil.vel inutil.

Similiter eſt inutilis ſtipulatio incerta ratione qualitatis, & quantitatis ſubſtantiæ, l.ſtipulationum, cum ſequen. ff.de verb. obligat. & complura alia ratione in certitudinis ſunt inutilia, vt refert Hipol. de Marſil. in rub.de prob.

Eſt autem incertum quid pluribus modis, & vt refertur per Moderniores in l. vnica, in gloſ. quantitatem, C. dicta ſentent. quæ pro eo quod inter. Notanter igitur Gracianus hoc in loco huius decreti certum inducit auctorem, ne de eius validitate hæſitandum ſit, propterea, declarat à Stephano Tertio editum, in Concilio ſub eius nomine celebrato, quia ex defectu adnumerationis illius tertij, eſſet ita incertus auctor, vt inter decem Pontifices Maximos, qui hoc Stephani nomine appellati ſunt, eſſet quærendam, quis auctor huius fuerit decreti, quamuis de illius virtute non eſſet hæſitandum, ſi modò ſitum inter concilia eſſet, ſicuti à ſimili fuit deciſio Bald in l.vniuerſis, in fine, C.de precib.imp.offer.& in l.2.per illum Text. de decur.lib.10.

Vbi concluſit, quòd Statutum Populi, de cuius editione ignoratur, vel quis illud propoſuerit, & quomodo habeatur inter ſtatuta populi, ſubſiſtit ſi in Statutorum volumine reperiatur, cui adſtipulatur Roman. conſil. 52. firmans immunitatem ab aliqua communitate in aliquem collatam præſumi eſſe cum omni ſolemnitate conceſſam, ſi modò inter publica reperiatur ſcripta.

Sed quæritur, nunquid poſito caſu, quod Papa propoſuiſſet hoc decretum Patribus in Concilio, & ab eiſdem improbaretur, cuius tunc iudicium ſit præualiturum? an Papæ, vel Concilij? & nullum eſt dubium, Papæ arbitrium præualere, ratione habitatum neceſſitatis, & iuſtitiæ huius decreti ad tollendum ſchiſmatis ſcandala, Eccleſiæque ærumnas, vnitatemque excolendam, c. erit autem lex 3. diſtinct. tum etiam quia Romanæ Eccleſiæ præcepta à ſingulis ſiut obſeruanda, cap.2. 12.diſtinct. & clariùs in c.enim verò 19.diſtinct.ibi, enim verò, quia in ſpeculum, & exemplum Sancta Romana Eccleſia, cui Chriſtus nos præeſſe voluit propoſita eſt omnibus, quicquid ſtatuit, & quicquid ordinat perpetuò, & irrefragabiliter obſeruandum eſt, hoc idem Archid. recipitur ſentent. in cap.in iſtis 4.diſtinct.& in cap.de Liguribus 23.quæſt.5.

Sed dato, quod eſſet decretum nulla vtilitate editum, vel neceſſitate, aut irrationabile, neque tempori, vel loco conueniens, ſecùs eſſet, adeò vt Patrum vota, tunc præualitura cenſendum firmat gloſ. in dicto cap.in iſtis 4.diſtinct.

Sed ſi ab Epiſcopis inſtaretur ſuper abrogatione in aliquo iure antiquæ diſpoſitionis, tunc Papæ voluntas eſt præferenda Epiſcoporum votis, tam ea ratione, quod ſemel approbatum eſt, improbari nequeat, niſi Papæ aſſenſu, cap.dilectiſſimi, & cap.licèt, 8.quæſtione ſecunda, gloſ.in cap.veniam 35.quæſtione 9. tum etiam, quia Epiſcopi ſunt ipſius iuris antiqui legati, propterea ius ipſum antiquum nequeunt immutare, dicto cap.in iſtis 4.diſtinct. & etiam quoniam, quod Papa approbat, inferioribus non licet improbare, c.cum beatiſſimus, & in eotaque 24. quæſt.1.

Verùm idem erit, ſi in alio caſu, vt puta, ſi Papa iuris antiqui habenas relaxare velit, vel, vt dicitur, ſuper eo diſpenſare, Papæ ſententiæ principalius eſt ſtandum, dicto cap. veniam. Neque iſtis reſiſtere videtur, quod impiè dicitur contra Text.in cap.patet. 9.quæſt.3. quia iudicio Apoſtolicæ Sedis nullum eſt maius; dum ergo dicitur, quod ſi queat Papa impugnare iudicium Epiſcoporum in Concilio exiſtentium, cum ita illi Eccleſiam vniuerſalem referant, & cenſentur poſſe damnabiliter errare, adeò quod Eccleſia Sancta dici non mœreretur, contra Symbolum Nicænum, ibi, & vnam Sanctam Eccleſiam.

Reſpondetur, quia Papa præferendo ſuum iudicium Patribus, ſimul congregatis, aut diſcretis demonſtrat, tunc ſe à corpore illo patrum abeſſe, adeò vt Concilium non ſit plenum, cum careat capite ſuo, quod eſt Papa, & per conſequens apparet, tunc patres ipſos Eccleſiam non repræſentare ſemoto Papa, qui ſe in diuerſam receperit ſententiam.

Quæ ipſa patent in Concilio Ariminenſi, & Epheſino ſecundo, quæ quamuis aberraſſent, cùm tamen à Papa huiuſmodi Concilia approbata non forent, non demonſtratur Eccleſiam ipſam aberraſſe, nec erroris cauſam Eccleſiæ militantis, ſanctitati aſcribi potuiſſe.

Quoniam integra concilia non ſunt, Papæ conſenſu non habito, diſtin.17. per totam, ex hoc igitur appoſito hìc numero indicatur hunc Stephanum fuiſſe Papam huius nominis tertium, quia ſi citra Papæ poteſtatem ſe haberet, non potuiſſet Concilium hoc indicere carens iuriſdictione, vel auctoritate, c.Daybertum, 1.quæſt.7. c.quod autem, ext.de iure patr. nam Papa indicit Concilia, eiſque firmitatem concedit, c.ſignificaſti, ext.de elect. Dummodò inter publica Eccleſiæ monumenta recondita repertaque fuerint, & omnem vim habent, & ſi auctores etiam nomine caruiſſent, vt præfertur, l.cenſus, ff.de probat. ſcribent.in l.prima, ff.ſi cert.pet.

ARGVMENTVM.

Canonis huius diuiditur Textus, ſumatur, & declaratur.

PRæmiſſis ita relatis pro declaratione inſcriptionis præſentis canonis, ad eiuſque textualium faciliorem indaginem diuidetur in tres partes, in quarum prima fertur Diui Petri inſtituto, & eius ſucceſſorum Romanæ Eccleſiæ regimen habitum, in ſecunda deindè parte, quod inſtituti illius virtute Eccleſia ritè ſit ordinanda; in tertia verò, quod pro recto regimine exercendo vnus de

Dominis Cardinalibus ad Apoſtolatus culmen ſumeretur. Secunda ibi, ritè: tertia ibi, & in Apoſtolicum culmen.

Notatur primò, Eccleſiam Romanam eſſe ſacroſanctam, & quare ita dicatur, inferiùs patebit.

Notatur ſecundò, Romanam Eccleſiam eſſe Dominam omnium fidelium.

Notatur tertiò, Romanam Eccleſiam regi, & gubernari inſtitutis D. Petri, eiuſque ſucceſſorum.

Quartò notatur, oportere Rom. Eccleſiam ritè ordinari neceſſariò, Petri, & ſucceſſorum inſtitutis id exigentibus.

Quintò notatur, Summi Pontificatus apicem appellari, & eſſe culmen Apoſtolicum.

Sextò notatur, quod ad culmen Apoſtolicum eſt promouendus vnus tantùm, & non plures, ſimul, & ſemel.

Vltimò notatur, quod aſſumendus in Papam debet eſſe ex Cardinalium presbyterorum, aut Diaconorum gremio.

Vltimò notatur, quod qui in Papam eligitur, eſt conſecrandus. Quæ ſingula notabilia eſſe vera iuribus, rationibuſque infrà examinandis ſingulis huius decreti vocibus ſeriatim infrà demonſtrabitur.

Textus autem hæc eſt ſumma. Ex Diui Petri, eiuſque ſucceſſorum inſtituto Romana Eccleſia ritè eſt ordinata, & vt ad Apoſtolicum culmen vnus ex Cardinalibus presbyteris, vel Diaconis conſecraretur. Contrà cuius text. diſpoſitionem intendere videtur ratio, quod non neceſſariò huiuſmodi canon à præmiſſa Synodo Stephani Papæ III. conderetur, quia alijs iuribus, & ipſorum Apoſtolorum inſtitutis cauetur, Papam ex numero Eccleſiam repræſentantium eſſe eligendum, & ſic ex numero Cardinalium, qui ſunt Eccleſiæ vniuerſalis Canonici. §. fin. 72. diſt. Clement. ne Romani de elect. Bal in l. multa C. de bon. quæ lib. quia Canonici Eccleſiam repræſentant cap. cum clerici ext. de verbor. ſignific. & cum Apoſtoli eodem ritu proceſſerint ad D. Petri electionem, quem ritum inſuper mandarunt exequi etiam in electione aliorum Epiſcoporum cap. in nouo, 21. diſt. cap. ſacroſancta 22. diſt. Vndè hunc præceſſiſſe Canonem, quia tum inſtitutionis verbo, vt præfertur hoc de eligendo Papa cautum fuit, vt de Petri electione liquet: cùm etiam Domini actione in Apoſtolis ſibi conuocatis, cum magis ſit facto, & obſeruatione aliquid exprimere, quàm verbo l. ſi tamen ſine culpa ff. de ædil. edic. l. repræhendenda ff. de inſtit. & ſubſtit. & Tullius contrà Saluſtium ait. Vbi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis, nam effectus rerum, magis quàm verba attendi debent. textus, & ibi gloſ. l. ſi filius ff. ad Macedon. Vndè vanum eſt decretum, & non neceſſarium, & contrà tex. in cap. erit autem lex 3. diſt.

Sed reſpondetur, hoc decretum fuit neceſſarium, tum vt conſultum foret ſchiſmatis anfractibus illius temporis, quo cum Stephano III. laicorum ſuffragijs Conſtantinus quidam pſeudo Papa extrà gremium Cardinalium fuerat electus, vndè hoc decretum exortum eſt, etiam vt futuris temporibus facinora conſimilia innoteſcerent fore vitanda, quibus & ſi plura competant remedia, non inutilis eſt Concilij medela, vt inquit gloſ. in cap. ſi duo 79. diſt. §. hinc etiam, 17. diſt. Contrà quas ſchiſmatis ærumnas decem remedia computato Concilio eſſe refert Card. de Turrecrem. in ſum. de Eccl. lib. 4. cap. 10. quia etſi dominorum Cardinalium ſit eligere, vt præfertur, & deberent eſſe iudices, abſque eo, quod alias Concilium celebretur, vt ſi electorum nullus eſt electus à duabus partibus, ſecuſque contingeret, ſi hinc inde Dominorum Cardinalium vota haberentur incerta, æquum non videtur à Cardinalibus, tamquam in propria cauſa ſe immiſcentibus, terminari poſſe cap. licet, in fin. ext. de elect. quamuis Dominorum Cardinalium nomine Concilium eſſet congregandum, vt modum imponat. Sed diſcrimine inter ipſos diſſidentes perſeuerante, niſi de alicuius potiori iure liqueat, nullum Dominis Cardinalibus reſiſtit impedimentum, quin ad nouam queant electionem deuenire, Card. de Turrecrem. in cap. ſi duo, num. 3. 79. diſt. De quo articulo latiùs ſuprà in ver. Concilio, oſtenditur. Modò quæritur, quid iſtud verbum oportebat, hoc in loco virtutis retineat, de quo iuriſconſultus ita eſt locutus in l. verbum oportere, non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt pluris, vel minoris condemnare, ſed ad veritatem refertur ff. de verb. ſignific. quia hæc iuriſconſulti deciſio, vſque adeò procedit, vt ad veritatem ſit referenda virtute huius verbi oportet, etiam ad caſus iudicis arbitrio terminandos, licèt Alciatus ſecùs in d. l. ſenſerit, & malè per tex. in l. r. & l. in actionibus ff. de in litem iuran. quia in caſu dictarum legum neceſſitas nulla refertur, tam ad iudicem, quàm ad cauſam, quia ſic deciſum legitur in l. Fulcinius §. ſed ſi curator datur, cum non defendat, tunc remouendum eum eſſe, & oportere prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus, vt non ampliùs, quàm neceſſe eſt ex bonis furioſi vendatur ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. l. nec quicquam §. aduocatis. ibi, ſed vt ſi quis per potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare ff. de off. procon; Vndè colligi poſſe conſtat, vt iudici ſecùs iudicandi facultas ſit ſublata, quoties à l. vel ſtatuto hoc verbo oportet, quid diſpoſitum extat, & ſic etiamſi non ad cauſam, ſed ad ipſum iudicem referatur. Mortuo iudice, quod eum iudicare oportuerat, idem eum, qui ſubſtitutus eſt, ſequi oportet ff. de iudic. facit. l. at ſi quis §. ſed interdum ff. de religioſ. & ſumpt. fund. & idem eſſe videtur ſi verbum oportet, referatur ad partem l. qui ſic ſtipulatur, quod te mihi illis kalendis dare oportet, id dare promittis? videtur non hodie ſtipulari, ſed ſuo die ſtipulari, videlicèt, illis kalendis l. ſi kalendas ff. de verbor. obligat. c. ſi pro clericis, de præben. in 6. Sed huic deciſioni, quod dictio oportet, neceſſitatem referat, non conuenit gloſ. in c. confidimus, 25. q. 1. nam cùm ibi ſcilicèt tex. ponat neminem magis teneri ad Sacrorum Canonum obſeruationem, quàm Papam, idque firmetur per verbum oportet, quia id eſt contrà ius de directo. l. digna vox, cum l. ſequenti C. de leg. & conſtitut. propterea gloſ. ibi reſiſtens ait Principem eſſe legibus ſolutum cap. ſignifica-

ſti

Digitized by Google

ſti ext. de elect. Vndè in Principe limitatur, vt non importet neceſſitatem, & ita declaratur in §. his itaque, ead. can. & qu. ibi, quoniam Sancta Romana Eccleſia ins, & auctoritatem ſacris Canonibus præſtat: propterea non eis alligatur: habet enim ius condendi canones, vrpotè, quia caput eſt, & cardo Eccleſiarum, à cuius regula nemini diſſentire licet: & ea, quæ ſequuntur.

Quare in conſimilibus verbnm oportet, refertur ad idem, qnod eſt æquum, & hnneſtum, & ita ſe haber 19.quæſt.1.cap.1. & 61. diſt. cap. Epiſcopnm, in prine. facir tex. in cap. iuſtum 9. diſt. ibi, inſtum eſt Principem legibus obtemperare ſuis, tunc ſua iura ab omnibus cuſtodienda æſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam exhibet, & iuxtà illud, honeſtum eſt, vt ſecundùm leges viuat, quas alijs obſeruandas imponit l. ex imperfecto C. de teſt. & de leg. 3. l. ex imperfecto.

Adeò quod hnius decreti inſtitura, circa quod eſt rectæ ordinationis, & Papæ electionis diſponentia neceſſariò cenſeantur eſſe obſeruanda. Vndè ex præmiſſis poteſt ſumi deciſio, quod Papæ poſt electionem opponi non poſſir exceptio inobſernaræ formę Canonis in ſui electione, licèr antè electionem ſeeùs ſit. c. licèt ext. de elect. & elegantèr tradir Card. de Turrecrem. in cap. ſi quis pecunia 80. diſt. vbi concludit pro conſtanri poſt electionem à duabus partibus Cardiualium abſolutam nullam prorsùs aduersùs Papam admitti poſſe, niſi hæreſis exceptionem, non adulterij, non fornicationis, non homicidij, nec quoduis alind crimen opponitur, idem gloſ. c. 1. 79. diſt. eſtque rario euidens, quia iam virtute electionis, etiam non ſecura cnnſecratione, eſt Papa, caputque Eccleſiæ, nec ab homine iudicari poteſt, niſi hæreſis canſa cap. ſi Papa 40. diſtinct. & cap. aliorum 9.q.3. & cap. fin. 79. diſt. ſed numquid Papa poſſit accuſari ex ſymonia, quæ aliquo modo, cum poſſit dici hæreſis; videbatur dicendum accuſari poſſe, & eſſe hæreſim, ſymoniam declarat tex. in c. presbyter 1.q.1. ibi, alrare, vel decimas, & Spiritum ſanctum emere, vel vendere ſymoniacum eſt; ad idem eſt tex. in cap. benedictio. ead. diſt. ibi, Benedictio illi in maledictionem, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur, facit auctoriras D. Auguſtini in primo lib. de Trinit. Hæreſis eſt attribuere Deo, quod ſibi non conuenit, ſed volens vendere, vel emere ea, quæ ſunt Spiritus ſancti, videtur velle attribuere, quod Deo non conuenit, ergo ſymonia eſt hæreſis. Sed ſymoniam non hæreſim eſſe, niſi retenta credulitate à contrahentibus, quod Diuina huiuſmodi ſint emptioni, vel venditioni ſuppoſita, vel æſtimatioui, & ita declarar Card. de Turrecrem. in d. cap. presbyter de mente D. Bonauenturæ 1.q.1. & huic concluſioni concordat D. Auguſtinus in cap. hæreticus 24, qu. 3. vbi ait. Hæreticus eſt, qui pro alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſque ſui gratia falſas, aut nouas opiniones gignit, aut ſequirur: ſed cum ſymoniaeus talia non gerat, ergo non eſt hæreticus ad idem conſtat eſſe gloſ. in eod. tit. cap. vlt. ibi, hæreticum hominem poſt primam, &c. vbi ſubdit gloſ. Hæretici ſunt, qui per verba legis, legem impugnant: ſed tales non ſunt ſymoniaci, ergo non ſunt hæretici cenſendi, quamuis grauitèr delinquant, diuina huiuſmodi, pecunia diſtrahendo, viliaque reddendo, & quod inappreriabile, appretiabile faciunt. Propterea Papa non pnteſt accuſari de ſymonia, nec de aliquo alio delicto prętet hæreſim, cum in Romana Curia ſymoniam non habere locum, quo ad Papam, refert Bart. in rub. ff. ad l. Iul. de ambi. norat in c. presbyter 32. diſt. & 1.q.6 cap. ſicut, & cap. 1. ext. de ſymon. & ranrò magis de ſimili habere iudicium nullus mortalium poſſet, cum nemo ſit ſuperior Papæ, adeò vt ſi qnis illum arriculum probare vellet, non poſſet audiri cap. licèt ext. de elect

Vlteriùs dubium inducere videtur, tempus huius verbi oportebat, ratione habita, quòd tempus præteritum ſit excluſiuum præſentis, & futuri §. affinitatis Inſt. de nupt. qnoniam lex debet eſſe perpetua §. fin. Inſt. de ſucceſſ. liberror. & lex ſemper loquitur l. Arriani C. de hæte. quia præterita illa loquutio eum ſenſum habere oſtendit, vt ſi olim oportebat, hodie non oporteat; Sed nihil reſiſtir, quia præteritum eſt excluſiuum præſentis, & futuri, quando eſt abſolutum, vel perfectum tempus, vt in his rerminis fuit deciſio Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. ad ſtatutum, qno cauetur, vt qui bladum extrà territoria exporrauerit, tali pœna puniantur, vt non comprænhendanrur reperri antè territorij limites, qui portabant, cui adhæret Iaſ. in l. ſi quis id quod in 2. not. ff. de iureiuran. Rip. in tract. de peſt. fol. 92. num. 304. in §. fi. vbi diſtinguens præteritum perfectum, ab imperfecto concludit, vt in rerminis. Textus huiuſmodi, vt ſub imperfecto tempore comprænhendatur tempus præſens, & futurum l. Plotiana ff. de iur. codicil. gloſ. in clemen. vnica de teſtib. ſicut de ſignificatione futuri paret l. fin. C. de vſut. quod in tempore perfecto non ſuccedit virtute illius additionis per, cuius eſt ibi tempus abſolutè elapſum importare l. vrbana §. pernoctare ff. de verb. ſignif. Hocque non elapſi temporis demonſtratur, tum natura imperfecti, quod ex adiunctione in, importat negociationem perfecti cap. ſi Papa 40. diſt. vbi Archid. cum etiam ex facto ſucceſſiuis temporibus ſeruato, & quod hodie in eadem ſpecie eligendi perſeuerat, & ab ijſdem Eccleſiam repræſentantibus electio procedat, vndè inſurgit probatio, quod ſi tempore D. Petri, vt hoc canone oſtenditur, huius electionis ritus, ita ſe habuit, vt hodie ſe habere reperitur, ſequitur vt Canoniſte hanc tradens formam, ita regulauit electiones poſt eius editionem factas, prout etiam præſentes noſtri temporis à D. Petri ritibus non ſit receſſum, & ſic non fuir tempus illud imperfectum exeluſiuum præſentis temporis, vel futuri, & ira etiam de continuato eligendi Papam vſu à D. Petro vſque modò oſtenditur, adeò vt probandi contrarium onus ſubire ſecus ſentientem oporteat, Bart. in l. Celſus ff. de vſucap. l. ſiue poſſideris C. de prnbat. gloſ. in l. 2. & 3. & in l. cum res C. de preſæſ. & in l. ſicut autem ff. ſi ſeru. vendic.

Digitized by Google

SEquitur text. ibi, vt, quæ eſt coniunctio cauſatiua, vndè Cicero Lentulo, non illo quidem, vt mihi ſtomachum facerent, prout etiam hic hoc fungitur munere indicando, vt B. Petri inſtitutis, eiuſque ſucceſſorum exhibitam eſſe cauſam, vt Eccleſia Romana ritè ordinatetur, & Papa à D. Cardinalibus eligeretur, quem intellectum retinere oſtendit text. in l. ſi creditor. ff. de diſtrac. pign. l. emptori. ff. de euic. l. 4. ff. de teſt. vndè ſi Dominus libertis vineas legauerit, vt habeant, vndè paſcantur, magis ad cauſam prælegandi, quàm ad vſumfructum conſtituendum pertinere, ait legatum in l. penult. in fi. ff. de alimen. & ciba. legat. Quandoque etiam hanc eandem coniunctionem patet ſumi conſecutiuè, & non cauſatiuè, vt præmittitur, veluti ad Romanos cap. 5. ibi, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, vbi Diuus Thom. quem refert Card. de Turrecrem. in cap. benedictio 1. quæſt. 1. ait lib. vt, non ponitur cauſaliter, ſed conſecutiuè, cum lex non ad hoc lata fuerit, vt abundaret iniquitas, vel peccatum, quoniam lex quantum in ſe fuit, potius peccatum prohibet, iuxta illud pſal. ibi, In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi, eſt etiam eiuſdem coniunctionis inducere modum, vt ſiquid legetur, vel donetur alicui, vt nubat tali, intelligitur datus modus, vt non alias donaeum, vel legatum acquirant, niſi modo completo, l. 1. & 2. C. de do. quod ſub mo. Bar. in l. quibus. §. Thermilius, ff. de condition. & demonſt.

Sicuti etiam exemplum importare patet, l. Labeo, la 2. vel l. impenſæ, ff. de verb. ſignif. Sed retento intellectu, vt ſi hoc in loco cauſatiuè ponatur, magis huius canonis virtutem aperit ſe extendentem ad religionem aſſeruandam, & in compoſita confutanda. Maxima enim eſt ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ, ff. de rel. & ſump. fu. l. locum, ff. de vſufr. nam lex diſponens de rebus ſacris ad bonum publicum pertinentia exequi dicitur, l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iu. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. eſt autem religio iuxta quod refert Card. de Turrecrem. in cap. conſuetudo diſ. 1. de mente Ciceronis 2. Rhetoric. Virtus, quæ cuidam ſuperiori naturæ, quàm diuinam vocant, cultum, cerimoniamque affert.

Diciturque religio Diuo Auguſtino teſte 4. de ciuit. Dei, vno modo à religendo, quia Deum reeligere debemus, quem amiſeramus. Vndè idem in libro de vera relig. Reeligat nos religio vni omnipotenti Deo Diuus verò Iſidorus in libro Etymol. cap. 7. ait. Religio appellata eſt, eo quòd per eam vni omnipotenti Deo animas noſtras reeligemus ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Eſtque Diuinus cultus Diuo Auguſtino auctore lib. 10. de ciuit. Dei, ibi, quem Chriſtianus tamquam præcipuum, ac ſummum obſequium debet Creatori, ac Saluatori ſuo Deo optimo Maximo. Et ſicut religioni cohærent virtutes Diuini cultus, ita adhærent partes Chriſtianæ diſciplinæ, quam Diuus Ciprianus in libro de 12. abuſionibus, diffiniens ait. Diſciplina eſt ordinata morum correctio, & maiorum præcedentium regularis obſeruatio. Diuus Auguſtinus lib. 9. de Trinit. cap. 1. ait. Diſciplina ab adiſcendo nomen accepiſſe, vndè dicitur ſcientiam adiſci poſſe, ad hoc enim diſcitur, vt ſciatur, quamuis diuerſa ratione diſciplina dicatur, quod quis ex peccatis ſuis patitur, vt corrigatur, vt ad Heb. cap. 12.

Quis enim eſt filius, cui non det diſciplinam pater eius, itidem in lib. 1. diſcip. vitæ Chriſti, idem Auguſt. ait. Diſciplinæ domus eſt Eccleſia Dei, qui diſcunt, & à quo diſcuntur? diſcitur bene viuere, vt perueniatur ad bene viuere. Diſcunt Chriſtiani, & docet Chriſtus, & quid docet, refert Archid. in cap. vos autem 16. quæſt. 1. de auctoritate D. Auguſtini in pſalm. Ad te Domine leuaui. Septemuias, quæ ſunt ſeptem ſalutis viæ.

Prima eſt via Innocentiæ, de qua in pſal. Non priuabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.

Secunda eſt pœnitentia, de qua in Matt. cap. 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Tertia eſt miſericordia, de qua ait pſal. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia.

Quarta eſt Iuſtitia, de qua dicitur Matt. cap. 21. Venit ad vos Ioannes in viam iuſtitiæ, & non creditis ei?

Quinta eſt Patientia tribulationis, de qua habetur Ioan. cap. 21. ibi, dicit Dominus Petro, ſequere me, quod de paſſione intelligitur, & in pſal. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis.

Sexta eſt ſtudium ſapientiæ Diuinæ. Sapientiæ cap. 3. ibi, Viæ ſapientiæ, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ.

Septima eſt Charitas, de qua ait Apoſtolus, 1. ad Corinth. cap. 13. Excellentiorem viam vobis demonſtro.

SVbindè adeſt pronomen hæc, cuius partes ſunt corporalia ad corporeum oculum demonſtrare, ſicut etiam incorporalia ad oculum mentis, iuxta gloſ. in cap. quorumdam de elect. in 6. cuius gloſ. intellectus eleganter explicatur per Moderniores in l. 1. in princ. ff. de verborum ſig. & traditur exemplum in relatis corporeis ad corporeum oculum, ſicut in incorporeis relatis ad oculum intellectus, vbi etiam Ferret. in l. 1. ff. de pac. carpſit Iuriſconſultos propterea allucinatos, quia dixerit hoc edictum, & huius edicti, & hoc edicto, vt fuerit impropria loquutio, ex quo edicta in ipſorum conſpectu non fuerint, adeò vt ad corporeum oculum poſſent demonſtrari virtute regulæ ſupra citatæ gloſ. quia non ſunt ex hoc carpendi Iuriſconſulti, cum ſatis in eorum præſentia illa edicta extitiſſe potuit intelligi, cum eſſent præfecti ad illa emendanda, vel ſupplenda, quaſique præ manibus reuoluentes membranas, in quibus ſcripta fuerant, quo caſu videtur regulæ officium euaneſcere, quia ſint in ſcriptis redacta, & quod hæc edicta, hæ ſeruitutes, hæc hæreditas, tam ad oculum corporeum referuntur, quàm ad oculos intellectus eſt videre, l. hoc edictum, ff. de his, qui deiec. vel effud. l. 1. ff. de negoc. geſt. quamuis incorporalia ad oculum mentis tantummodò oſtendantur, niſi in ſcriptis redacta, quia tunc ad vtrumque, & corporis, & mentis demonſtrantur,

l. hæc

l. hæc actio, ff. de eden. l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Varijſque modis à Iuriſconſulto hoc pronomen ſumitur, vt eſt dicere, hoc animo fecerit, l. at ſi quis, §. ſed interdum, ff. de relig. Necnon vtitur hoc dicto, hac moderatione, l. hoc modo, ff. de hæred. inſtit. hac lege, vel conuentione, l. ſi hac lege emi. ff. de in ius vocan. hoc animo fecit, l. at ſi quis, §. interdum, ff. de relig. & ſumpt. fun. hoc caſu, l. illud, ff. de pericu. & commo.re. vend. ff. de procur. l. quæ omnia, §. 1. ibi, nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, quod operas ſuas ingerit inuito; huiuſmodi obligationes, l. huiuſmodi, ff. de verborum obligat. hoc colore, de quo Bar. in l. hoc colore, ff. de in off. teſt. intellexit de hoc medio concludi. Multipliceſque alios ſenſus iſtud pronomen hoc referre, de quibus per Modern. in d. l. verbum hoc, latiùs refertur.

Præter id, quod huius pronominis, vt præfertur, ſit ad oculum demonſtrare, vt colligi queat hoc Concilium, vndè hoc ſumitur decretum in Lateranenſi Eccleſia Romana fuiſſe celebratum. Alium quoque ſenſum efficacioris virtutis habere reperitur. Idque Cicerone auctore ſumitur de ſua Curioni epiſtola, loquitur ibi: Putares ne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neque ſolùm iſta verba oratoria, ſed etiam hæc leuia noſtraria. Vndè colligitur ibi, pronomen iſtud hoc dici de re loquentis, aut de re illi proxima, à quo diſponitur, ideò videtur colligi magis propriè in hoc ſenſu, quod in Lateranenſi Eccleſia Concilium hoc celebraretur, quoniam ipſis patribus ibidem conſidentibus nulla proximior tunc foret Eccleſia, quæ nomine hoc demonſtratiuo ad oculum exprimi poſſet, quàm ipſa Lateranenſis, ſatiuſque demonſtratur, addiris ibi, Domina noſtra, & Romana Eccleſia, Domina, quia de vniuerſis conſtat Eccleſijs, cap. alienus, 24. quæſt. 1. cap. quauis 21. diſt. & cap. ſacroſancta 22. diſt. & ideò catholica, ideſt, vniuerſalis dicta eſt, quia Chriſti religio, in ea ſemper conſeruata eſt cap. in ſede 24. quæſt. 1. cap. mutationes, 7. quæſt. 1. ibi, quæ olim, dum Petrus ibi reſideret, nulla eſt, quæ eius non ſit ſubiecta dirioni. Quare prærogatiua prælationis ſuper alias Eccleſias honoratur, quia fidei integritate numquam eſt diminuta Domino eius aduocato pro ea intercedente, Lucæ cap. 22. ibi; Ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vndè gloſ. ſuper Matth. cap. 16. de auctoritate Diui Cirilli Patriarchæ Alexandrini ait.

Secundùm hanc Domini promiſſionem Eccleſia Apoſtolica Petri ab omni ſeductione, & hæretica circumuentione immaculata manet ſuper Præpoſitos, & Epiſcopos, & ſuper omnes Primates Eccleſiarum, & populorum in fide pleniſſima, & auctoritate Petri, & cum aliæ Eccleſię quorundam errore verecundatæ ſint ſtabilita ipſa impaſſibiliter regni ſilentium imponens, vt omnia obturans ora hæreticorum; hactenus gloſ. idem D. Chriſoſtomi ſententia firmat, vbi ſupra, dum inquit, ibi: Vide, qualiter Chriſtus recluſit Petrum ad excelſam de ipſo intelligentiam, hæc enim ei promittit, quæ ſunt propria ſolius Dei, ſcilicet, peccata ſoluere, & Eccleſiam immutabilem facere inter tot perſequentium, & tentationum procellas; hæc ille. Etiam Romana dicitur: quia etſi locus hominem non ſanctificet, ſanctificat tamen homo locum, cap. non loca, & cap. multi 40. diſtiu. gloſ. in cap. tollerabilius eſt, & ibi Card. de Turrecrem. 32. quæſt. 5.

Conſtat igitur ſacroſanctam eſſe Lateranenſem Eccleſiam iuxta huius decreti ſeriem. Eſtque illa Eccleſia, intra quam conſtat, Cœleſtium tot præmiſſarum virtutum diſpenſationem Dominico totius orbis gregi fuiſſe contributam, in qua etiam tot ſanctiſſimorum pretioſiſſima diuini Miſterij litata ſunt ſacrificia.

Proptereà videtur, vt ſicut dedicationis ſuæ tempore, ita ſanctitate ſublimi cæteris vrbis, & orbis Eccleſijs ſit præferenda, vt videre eſt Diui Melchiadis Papæ, & Martyris ſententia, cap. futuram, 12. queſt. 1. ait de Cœſare Conſtantino loquens, ibi: Denique idem præfatus Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam primæ Sedis Petri inſtituit, ideſt, Lateranenſi Patriarchij. Idem ſenſit decretalis epiſtola Nicolai Papæ ad Epiſcopos Metropolitanæ Sedis, ad vniuerſumque clerum Conſtantinopolitanum, vt refert Card. de Turrecrem. in ſum. de Eccleſia, lib. 2. cap. 36. in fi. cuius epiſtolæ hæc recenſeutur verba.

Collecta Synodo in Eccleſia Dei, in qua Beatus Apoſtolorum Princeps corpore redolet, & virtutibus emicat: Vndè propter frigidiorem locum in Eccleſiam Saluatoris, quæ ab eius conditione appellatur Conſtantiniana, & quæ ſub auditu à Conſtantino prima in toto orbe terrarum conſtructa eſt. Hæc ille. Eccleſiam igitur Lateranenſem ſatis hic exprimi videtur, tum hoc pronomine demonſtratiuo, tùm ex ſui prærogatiua, vt præfertur: cùm etiam, quia ſic ſimpliciter prolata de digniori Eccleſia intelligitur, l. 1. ff. ſi ager vectigal. vel emphiteut. per l. 1. §. biduum, ff. quan. appell. §. ſed ius quidem ciuile. Inſtit. de iure natu. gent. & ciuil. quam Eccleſiam eſſe nobiliorem præalligata Apoſtolicæ Sedis reſcripta ſatis ſuperque demonſtrant. Sed quare Concilia ſint in Eccleſijs celebranda, ratio eadem, quæ in ſacris veſtibus Prælatorum in Concilio conſidentium redditur, etiam quæ reſpectu loci reddi poteſt, quia vſus ſacrarum veſtium duplici ratione congruere videtur, tum quia, vt illa, quæ foris geruntur, conformari debeant actibus, qui aliqua excellentiori poteſtate exercentur: vndè eſt, vt niſi in veſtibus ſacris ſacerdos ad corpus Chriſti conſecraudum accedat, cap. veſtimenta de conſec. diſt. 1. ita decere videtur, vt Epiſcopi ad actum iudiciariæ poteſtatis exercendum præſentes grauibus Conciliorum negotijs pertractandis, alias niſi veſtibus eorum dignitatibus, & prælationibus congruis accedant.

Cùm etiam alia ratione, quia eodem ritu in Synodis Diœceſanis ab Epiſcopis, & in prouincialibus ab Archiepiſcopis, & primaribus proceditur, cap. quod ſicut de elect. in 6. vbi Archiepiſcopus ſine pallio prouinciale Concilium non celebrat, vt etiam patet de mitra, cap. vt Apoſtolicæ, de priuile. in 6. quo ſit, vt tantò magis in Concilio generali

requi-

requirantur ſacra indumenta ipſa, & etiam ſacer locus, vt eſt Eccleſia, quod Concilio celebrando conſtituatur ad ſacras preces Deo effundendum, quæ ſi gerenda ſunt in electione ſpecialis prælati iuxta relata per Innoc. in cap. cum nobis olim, ext de elect. ſatiùs ſeruanda cenſentur, vbi agitur de apicibus rerum vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, quia in Eccleſia præcipuè pollicitus eſt Dominus exorantium preces ſe admiſſurum, vt habetur Paralipomen. cap. 7. ibi. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit, elegi enim, & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneât oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Ideò nullibi decentiùs, quàm in Eccleſia, quæ Dei ſunt, diſcutienda, & firmanda cenſentur.

ARGVMENTVM.

Sicut Sacramenta ſunt diuinitùs inſtituta, ſic Diuinam quoque conferunt gratiam.

SVbinde textus habet ibi ſacroſancta, quę dictio ex ſacro, hoc in loco, veluti nomine ſubſtantiuo, & ſancta adiectiuo componitur, ſacrumq; eſſe ſubſtãtiuum huiuſmodi compoſito, oſtendit Cicero de legi: ibi, ſacra priuata perpetuò manente. Idemq; importat, quod nos ſacramentum dicimus, ſed diuerſo tamen ſenſu ab eo, quod Chriſtiana ſeruat religio, quod ſumitur ex Virgilio diſtare à Chriſtianis ſacramentis vnicoque oſtenditur verbo Æneid. lib. 3. ibi, Sacra Dioneæ matri, diuiniſque ferebar, quia Chriſtianæ religionis ſacramenta non Deo, ſed mortalium infirmitati cœleſti dono ſunt tributa ab ipſo omnium bonorum largitore. Sacroſanctum enim apud antiquiores ſumitur, quod iuramento firmaretur: Dum illi iuramentum, ſacramentum nuncuparent, ſenſui huic conuenire. Feſti verba, lib. 18. adſtipulantur, dum ait, Sacroſanctum eſſe, quod iureiurando interpoſito inſtituitur, vt ſiquis illud violaſſet, morte pœnas lueret.

Vndè ratione illa ſemotæ læſionis, vel violentiæ ab Eccleſijs arbitrati ſunt nonnulli Eccleſias ſacroſanctas à Iuſtiniano Cæſare eſſe nuncupatas. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſed magis illi ſenſui congruit, vt ratione ſacramenti, quid ſacroſanctum cenſeatur, vt coniunctum hoc nomen ſacroſanctum habet, hacque emphaſi Romana Eccleſia nuncupetur, quæ non vnico tantùm ſacramento decoratur, ſed ſeptem veris mirabilibus, cœleſtibus, ac diuinis ſacramentis à Domino eius conditore, & ſponſo eatenus ſublimatur, vt eius filij mortali curſu peracto ſummæ deitatis gloriam adipiſcuntur, vt filij Dei fiant, & cohęredes Chriſti, ad Rom. cap. 8. videtur enim ſacramentum deriuari à ſacro, ſacras, ſicut ornamentum ab orno, ornas refert Archid. in cap. ſacrificium, de conſec. diſt. 2.

Definiturque ſacramentum iuxta Card. de Turrecrem. in cap. ſacrificium, quatuor modis, ſed duobus à Diuo Auguſtino, vt in dict. cap. ſacrificium, vbi dicitur: ſacramentum, eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, quam definitionem auctam à magiſtro ſenten. in princ. 4. vt ibi addit, vt imaginem gerat, & cauſa exiſtat, adeo quòd completè ſic exprimitur ratio ſacramenti nouæ legis. Vltrà hanc ſacramenti definitionem traditur alia à Diuo Auguſtino ſub hac ſerie, videlicet: Sacramentum eſt, in quo ſub tegumento rerum viſibilium diuina virtus ſecretiùs operatur ſalutem.

Huic definitioni conſimilem dignoſcitur eſſe, quam edidit Vgo de S. Victore in libro de ſacramen. vbi ait, Sacramentum eſt materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum ex inſtitutione ſignificans, & ex ſimilitudine repræſentans, & ex ſanctificatione aliquam inuiſibilem gratiam continens, vt latiùs à Cardinale de Turrecrem. in dict. cap. ſacrificium, refertur. Sunt enim ſacramentorum ſigna certa, & efficacia adeò, vt quam gratiam ſignificant, ipſam contineant, ac pariter conferant ſuſcipienti, colligitur ex Diui Cypriani verbis de Cæna Domini ibi, ſacramenta ſine propria eſſe virtute non poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas, quamuis etiam ab indignis adminiſtrentur.

Sed hanc gratiam, & ſacramentorum virtutem, etſi impiorum dogmate abnegari pateat, neſcitur, ad id alio, niſi nequitiæ ſpiritu, quo ad ipſorum exitium perducuntur, nam quid lucidiùs ſacra indicant ſcripta, quam baptiſmatis, aliorumque Sacramentorum virtutem. Videre eſt Marcum, cap. vlt. ibi: Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, quod patet, ſine gratia enim nemo iuſtificatur, ergo baptiſmus dat gratiam, quia ex illa, qui iuſtificatus fuerit, ſaluatur.

Præterea Io. cap. 4. ibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei. Diuuſque Apoſtolorum princeps in die Penthecoſtes Iudæos alloquens aliqualiter ſua prædicatione compunctos ait, cap. 3. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Vbi duo colliguntur, vt ex baptiſmate peccatorum remiſſionem aſſequimur, vt ſymbolo Nycæno ibi, Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum.

Secundò acquiritur eius baptiſmatis virtute gratia Spiritus ſancti, cuius dona ſunt fides, & gratia: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ad Heb. cap. 2. Vndè baptizatus quoque non ſaluaretur, niſi placeret Deo, conferre conſtat baptiſmum, fidem, ſicut vt gratiam, hæcque Apoſtolus ad Romanos, cap. 6. præſetulit ibi, An ignoratis fratres, quod quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius. ſimul, & reſurrectionis erimus. Hoc ſciens, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Hactenus ibi Paulus.

Ex quibus ſumitur Dominum tribuere vitæ renouationem baptiſmati. Vndè liquet noui-

Digitized by Google

nouitatem, ff. gratiæ adſcribendam, vetuſtatem verò ad peccatum, quare ad Galat. c. 3. habetur. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: hic D. Hieronymus ea ibi exponens verba ait, ſi quis hoc corporeum, & quod oculis carnis aſpicitur, aquæ tantum accipit lauacrum, non eſt indutus Dominum Ieſum Chriſtum. Nam etſi non ille, de quo in Actibus Apoſtolorum, acceperat lauacrum aquæ: quia verò non habebat Spiritum ſanctum, indutus non erat Chriſtum. Hæc Hieron. Quid clarius adhuc deſiderari poteſt ad ſacramentorum gratiam, & virtutem comprobandam?

Primùm enim Sacramentorum naturam, & quibus ex partibus Sacramenta conſtent, ſpectare oportet, vndè ex Concilio Florentino ſumitur vnumquodque Sacramentum verbo, & elemento compoſitum eſſe, ſumpto verbo quodam præſcripto ordine, in quo ſacramentorum formam conſiſtere cenſetur. Elemento verò pro illis externis requiſitis ad Sacramentorum confectionem, vt Sacramentorum materia, veluti aqua, oleum, panis, vinum, & huiuſmodi;

Secundò eſt habenda ratio numeri Sacramentorum, quæ quidem ſunt ſeptem, vt eſt Baptiſmus. Mar. cap. 18. probatur auctoritate. Confirmatio comprobatur Act. cap. 8. Euchariſtia Matth. cap. 26. Pœnitentia inſinuatur. Ioan. cap. 20. Pœnitentiam oſtendit Diuus Iacobus, cap. 5. Matrimonium ab Apoſtolo Paulo inſinuatur 2. Timoth. cap. 4. Nec his reſiſtit, ſi vocabulis modernis hæc Sacramenta ab Eccleſiæ primis cunabulis non recenſeantur, quia ſatis eſt, quod Apoſtolicis traditionibus nobis exhibita conſtet, nec de nomine eſt curandum, quando de re ipſa patet, arg. l. 1. in ff. de do. præl. ſoliuſque Eccleſiæ teſtimonium ſufficiat.

Vndè Diuus Auguſtinus contra Donatiſtas ait: quamquàm ea, quæ vniuerſalis Eccleſia ex Apoſtolorum traditione retinet, atque conſeruanda commendat, etiam ſine ſcriptura plenam apud nos fidem, vt antea docuimus, habere merentur. Vlterius Sacramentorum virtutem Apoſtolus ad Rom. cap. 9. non ſolum fidem excitare commemorat, ſed eſſe inſtrumenta, quorum medio Deo placuit ſalutem humano generi porrigere, Ioan. cap. 6. ad Tit. cap. 4. Conſideratur quoque Sacramenta ipſa cauſam vnitatis religionis Chriſtianæ præbere, ſicuti etiam plurium virtutum fructus in ea pariunt, vt eſt charitatis, humilitatis, obedientiæ: ſicuti è contra nullius religionis conſpiciuntur veſtigia, vbi ſacramenta impiorum improbitate conticeſcunt, ita D. Auguſtinus, cap. 1. de vera relig. Sacramentorum virtute peccata delentur, quæ ſunt animæ lethales morbi, idem ſanctiſſimus vir prædicat lib. 19. contra Fauſtum, vbi ait, ita antiquæ legis Sacramentis præſtare, vt illis ſint vtique virtute maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu auguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora. Vndè præter id, quod ſignificant, ſanctificant etiam adeò, vt filij Dei vocemur, & ſimus, Ioan. cap. 1. ibi, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Miniſtrantium Sacramenta improbitas illorum efficaciæ, & virtuti nihil detrahit, refert Chryſ. homel. 8. cap. 1. vbi ait. Nam, & per indignos conſueuit Deus operari, & nihil propter ſacerdotis vitam Sacramentorum gratia læditur. Diuus Auguſtinus quoque inquit cont. literas Petiliani, lib. 7. ibi. Memento, Sacramentis Dei nihil obeſſe mores malorum hominum, quo illa, vel omninò non ſint, vel minùs ſancta ſint.

Ad Sacramenta adminiſtranda ceremoniarum omiſſionem præcauendam fore conſtat Iſidoro reſte lib. 1. de offic. Eccleſ. c. 15. & Remigio de offic. miſſ. vndè ſumitur comprobatio Apoſtolos ipſos ceremonias frequentaſſe ipſumque Apoſtolorum principem apud Antiochiam primam miſſam celebraſſe, in qua tres orationes pronuntiaſſe ferunt, ſumpto conſecrationis initio ibi, Hanc igitur oblationem. Et etiam magno Chriſtianorum eſſe vſui, & præcipuè ſacerdotibus refert Diuus Baſilius in lib. de Spiri. ſanct. Nam inquit, præter id, quod decorem illæ ſacramentis afferunt, ac reuerentiam ſingulari antiquitatis vſu ſunt venerandæ, de quibus quoque Damaſcenus de ſuffragijs pro defunct. ait. Quæ chriſtiana religio erroris neſcia ſuſcipit, & in tot ſæcula ſeruat inconcuſſa minimè vana ſunt, ſed vtilia, Deo placita, ſaluti noſtræ conducibilia plurimum. Hæc ille.

Sunt autem ceremoniæ opera quædam ad Diuinum cultum ſpectantia, refert Card. de Turrecrem. in cap. 1. diſt. 5. vbi ait. Ceremonias dictas eſſe, Valerio Maximo atteſtante, apud latinoſque nomen hoc deriuatum à quodam oppido propè Vrbem, quod Cere vocabatur, intra quod Rnmanorum ſacra translata ſunt vrbe à Gallis capta: vbi, quia magna reuerentia tractata ſunt, cultus ibi erga illa habitus à Cere oppido cauſam indidit, vt ceremonialia, ideò ſint dicta. Vndè ſunt præcepta miſtica, vt ceremonialia dicta, quæ quidem ceremonialia præmiſſo ſenſu differunt à moralibus; quia moralia naturalem inſtinctum Diuini cultus, vt eſt Deum colere, concernunt, ſed ceremonialia modum tradunt, quo pacto, vel quibus hoſtijs ſit Diuinus cultus exercendus, ait Diuus Thomas in 2. 2. qu. 99. hactenus de Sanctis in genere ſit dictum. Baptiſmatis varias definitiones ponit Card. de Turrecrem. in cap. 1. de conſec. diſt. 4. vna, quæ eſt magiſtri ſententiam in dict. cap. inſerta, quam refert eandem eſſe, cum ea, quam Diuus Auguſtinus tradit, & eſt illa, videlicet Baptiſmus eſt tinctio in aqua verbo vitæ ſanctificata, & ſunt definitiones, quinque differenter conceptæ, vt ibi per eum, cui vltimo loco recenſere placuit relata à Diuo Dionyſio, qui dixit. Baptiſma eſt principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacræ actionis ad aliorum Diuinorum mandatorum, & ſacrarum actionum ſuſceptiuam opportunitatem formans noſtros animales habitus ad ſuper cæleſtis quietis Anagogea noſtrum iter faciens ſacræ, & Diuiniſſimæ noſtræ regenerationis traditio huius Sacramenti, & ſi Dominum generali inſtituto ſingulis virtutem contuliſſe intelligi debeat Matth. cap. 28. tamen palàm eſt hæreticos illud verum interpretari, paruulis tamen exceptis, quod abſurdiſſimum oſtendit Diuus Auguſtinus in lib. 1. de nup. & concupi. vbi ait. Non eſt voluntas ante patrem, qui

Digitized by Google

in cœlis eſt, vt pereat vnus de iſtis puſillis: perirent autem non baptizati etiam paruuli ſicut in ſinagoga non circumciſi; generali namque ioſtituto ita cauetur, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire regnum Dei. Auguſtinus ſanctus epiſt. 28. Et neſas eſt vnitarem baptiſmaris iterum violare, cùm vnum ſit, ſimboli Nicæni eſt auctoritas, & ad Hebræos cap. 6. Neque his reſiſtit, quod colligitur ex verbo crediderit, ex quo paruuli mentis defectu credere nequeant, namque comprehendit, vt cum eis fidei, ſpei, & charitatis doua ſuffragentur.

Quia vt ait Archidiaconus Diuo Hieronymo auctore in cap. nihil, de conſec. diſt. 4. quod in baptiſmate datur fides illos paruulos fideles faciens, quàmprimum ad annos peruenerir diſcretionis. Nec obſtat contrarium aſſumptum, vr credere non queant, quia ibi loquitur in adultis, qui in propria credulitate baptizantur, ſicuti paruuli viciſſim in fide credeorium patrinorum, pro eiſque fide iubentium, ipſoſque in concernentibus eorum fauorem obligantium. Neque his reſragatur nemini licere, alium obligare citra eius conſenſum. Inſtitut. §. ſiquis alium, de inutili ſtipulationibus, le. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbot. oblig. & ratio eſt, quia in his, ad quæ omnes renentur, conſimilis obligatio arctat, Archid. in ead. ante catechizandi, de conſec. diſt. 4. & ita ſcribentes communitèr conueniunt. Confirmantur prędicta, quia in hoc obligandi genere eadem iura reſpiciuntur, quæ io remporalibus ſtipulandis ſimiliter diſponuntur, quia ſicut mutus ſtipulari nequit, iſta viget impedimentum, vt pro paruulo nequeat fideiubere in baptiſmare, tradit Archid. in cap. paruuli, de conſec. diſt. 4. circa quod non eſſe hæſitandum oſtendirur circumciſionis inſtituto, cuius locum ſubintrauit Baptiſmaris lauacrum.

Nam infantes octo diebus natos, conſtat fuiſſe circumciſos Luc. cap. 2. quos omiſſa circumciſione mortuos perijſſe cenſetur, Diuus Auguſtinus Epiſcop. 28. paruulos baptizatos Dominus ſumma dilectione eſt proſecutus quando ait. Sinite paruulos venire ad me, talium enim eſt regnum cœlorum. Luc. cap. 18. non coinquinatis pueris, ſcilicet non baptizaris, & itæ filijs non promittit Dominus regnum cœlorum; Apoſtolus Paulus. 1. Corinth. 3. atteſtatur vniuerſam ſe baptizaſſe familiam in qua neceſſariò à communitèr cootingentibus conſtat reperiri paruulos.

Non vrget etiam, quòd fideiuſſores, non poſſunt eſſe in defectu Dei fidei, quia ſuppletur fide Eccleſiæ militantis, quæ deficere non poteſt. Matth. cap. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum Card. de Turrecrem. in cap. illud, de conſec. diſt. 4.

Præter id, qood negare præmiſſa non aliunde, quàm à motu inſolentiſſimæ inſaoię ortum ducat, ponere os nefarium contra inſtitutum, quod innumeris ſæculis eſt frequentatum, air Diuus Auguſtinus in epiſt. cap. 8. & iteratò ad Caſulanum epiſtola 88. ioquit, in his rebus, in quibus nil certi ſtatuit ſcripta Diuina, mos populi Dei, vel inſtituta maiorum tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores Diuinarum legum contemptores ſacrilegi cenſendi ſunt, ita Diuinæ conſuetudinis, hęc Auguſtinus ſanctiſſimus; Sacramenta nouæ legis, magis quàm illa veteris legis Dominum diligere atteſtatur pſalm. 86. ibi, Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob ita enim; Sacramenta interpretantur, vt ſint portæ, per qoas Eccleſiam ingredimur, quę intelligitur ſub nomine Sion, igitur, ſi pro quia, Dominus diligit baptiſma: magis quàm circumciſionem, & legem iam tulerat, vt minores etiam infantes octo dierum morientes incircumciſi de libro vitæ delerentur, à fortiori ſequitur, vt idem de paruulis non baptizatis diſpoſitum intelligatur, ne maiores virtutis habeatur figura, quàm figuratum, nam Baptiſmatis Sacramentum, vt ſublimius ab Apoſtolo maximopetè extollitur, ad Col. cap. 8. ibi: Io quo, & circumciſi eſtis circumciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Chriſti conſepulti, & in Baptiſmo; lex enim circumciſionis præuaricatores ſuos æternæ mortis pœna damnauerat, ſic enim Dominus ait Gen. 17. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te.

Circumciderur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Et infrà. Maſculus, cui præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecir, hactenus ibi. Demonſtratur ergo, quod ita minores, vt cæteros ad Baptiſmatis gratiam non peruenientes eſſe perpetuæ mortis exitio damnatos, ſic enim interpretatur vbi verbum delebitur, vt declaratur pſalmo 9. ibi, increpaſti gentes, & perijt impius: nomeo eorum deleſti in æternum.

De iudifferenti Baptiſmatis ſanctificatione tàm erga minores, quàm maiores natu, ſicut comprobatur in figura circumciſionis, ita reperitur in figura arcæ, qua Noe cum coniuge, & tribus filijs, & vxoribus filiorum, & ſic vſq; ad octo animas eripiuntur, eſſeque hanc arcam Eccleſiæ figuram comprobatur, quia ex varijs lignis conſtructa, deſignat eam, & Indæis, & gentibus congregatam, ſicut eriam variæ illius manſiones referunt varios Eccleſiæ ſtatus: & ſicut arca aquis ferebatur ad portum, ita fideles omnes aqua, hoc eſt baptiſmate feruntur ad portum ſalutis, quæ eſt gloria æterna, & ſicut ſalus corporum fuit aquæ ſuffragio: ita animarum ſalus aquæ Baptiſmatis ſuffragio procedit, vt ſicut aquæ diluuio maiores, (qui propria voluntate peccauerant) abſorti ſunt, ita minores, qui non peccauerant propria voluntate, ſed obnoxij origioali peccato nullo auxilio tunc adbibito, cum iræ filij nati fuiſſent, ſimul perierunt.

Hanc conformitatem arcę Diuus Petrus perſenſit, quando ſua cano. 1. in cap. 3. dixit, in arca Noe pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quod & vos nuoc ſimilis formæ facit Baptiſma. Propterea Apoſtolus ad Cor. 2. cap. 10. ait, omnia patribus in figura contigiſſe.

Aliam, & ſic tertiam figuram Baptiſmati adſcribendam habet populi Iſraelitici tranſi-

tus

tus per mare rubrum, qui ſaluus manus Pharaonis enaſit. Aſſeritque Apoſtolus fuiſſe huius figurati figuram, vt ad Cor. cap. 10. ibi, Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari: Nube, & mari Baptiſmatis figura deſignatur, & ſic aqua ex mari, & ſpiritus ex nube iuxtà Domini verba ad regenerationem perquiri aquam, & ſpiritum. Rubrum verò mare ipſum Baptiſma denotat, vt aquam, quæ virtute effuſi ſanguinis Domini eſt, non autem naturalis coloris ſui, ſed Spiritus ſancti gratia in ea ſalutem intus operantis, ideò Apoſtolus, eos in Moyſe, inquit, eſſe baptizatos, quia Moyſes populi ductor cauſam ſalutis indidit. Sic fidelium populus ductore Domino ad paſſionem præcedente, illius meritis per Baptiſma ſaluatur. Vndè ſicut Iſraelitici populi maris rubri vnico tranſitu à Pharaonis tyrannide illis eſt liberatio collata: ſic Baptiſma vnicum ſuſceptum fideles liberat à dæmonis poteſtate. Ponderatis etiam ſupracitatis Apoſtoli verbis, ibi, Omnes mare tranſierunt, colligitur etiam minores, vel paruulos pertranſiſſe mare ipſum, ſalutemque, vt maiores eſſe adeptos. Vndè hac figura maiores, & minores baptiſmate præmiſſo mare rubro figurato præſefertur, illius lauacro ſaluos fieri, non ſecùs, quàm ſalui reperti ſunt illi, quibus hæc in figura contigiſſe oſtenditur. De ritu verò, & alijs baptiſma concernentibus explicare, cum huius, non ſit inſtituti, conſulantur Summiſtæ.

Confirmationis Sacramentum, & ſi impiorum improbitate, elato velo tanquam Sacramentum venerari recuſerint: Maximum tamen, venerandumque Eccleſia Sancta ſacramentum ſemper ita cenſuit, vt niſi Epiſcoporum miniſterio ſit conferendum, ab Eccleſiæque cunabulis inſtitutum reperitur. Eſt autem confirmatio Sacramentum, quo datur Spiritus ſanctus baptizatis manuum Epiſcopi impoſitione, Chriſmateque frontibus illinitis præſcripta verborum ſerie. Ita definiri confirmationem debere, colligitur tam ex relatis ab Archid. in cap. ſpiritus de conſecr. diſt. 5. quàm etiam auctoritate D. Auguſtini lib. 2. contrà epiſt. Petiliani; conſonantque Conc. Meiden. & Aurelian.

Chriſma autem, vt ab Archid. D. Auguſtini auctoritate oſtenditur in cap. nouiſſimè de conſecr. diſt. 5. dictum eſt à Græco nomine vnctionem denotans, vndè à Chriſmate Chriſtus dicitur, qui ideò nos vnxit, quia luctatores contrà Diabolum nos fecit cap. de his, de conſec. ead. diſt. Præmiſſam definitionem ſui definiti virtutem continere oſtenditur: quia dicitur confirmatio ea prima ratione, vnde originem traxit poſt primam peractam à Domino manuum impoſitionem ſuper paruulos. Matt. c. 19. Apoſtoli quoque hoc ritu vſi ſunt, vt qui baptizati erant fortiores in fide haberentur Spiritus ſancti ſuffragio manus imponebant, & ſic Spiritu ſancto confirmabantur in fide, ita vt nulla formidini, nulloque timore perculſi, deinceps verbum Dei audacter prædicaſſe eos pateat, Act. c. 8.

Ad confirmationemque hanc requiri, illud demonſtrat, quia ſtatutum eſt, vt confirmandus alterius ſuffragio in eo confirmationis actu ſubſtineatur, ad denotandum, quod per ſe ſtare minùs queat. de conſecrat. diſt. 4. in cap. catechiſmo, & cap. non plures, & diſt. 5. cap. 1. & per totam. Dicitur etiam dari ad robur, quia hoc ſacramento per 7. dona Spiritus ſancti, qui in eo accipiuntur, validiores reddimur ad pugnam contrà Diabolum, & ad opera Diuina exequenda: vndè D. Gregorius in ſermone, qui in Apoſtolorum ſolemnitate legitur, aurea illa profert de Spiritu ſancto verba; nam de Principis Apoſtolorum infirmitate ante Spiritus ſancti aduentum, vt de illius fortiori virtute, ac robore poſt huius ſpiritus immiſſionem ſtupens, & mente elatus ait, ibi: Certè ipſe paſtor Eccleſię ad cuius ſacratiſſimum corpus ſedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis antè aduentum Spiritus ſancti fuerit, ancilla oſtiaria requiſita dicat. Vna enim mulieris voce perculſus, dum mori timuit, vitam negauit: & penſandum, quia eum comprehenſum Petrus negauit in terra, quem ſuſpenſum latro confeſſus eſt in cruce. Sed vir iſte tantæ formidinis, qualis poſt aduentum ſpiritus exiſtat, audiamus: fit conuentus Magiſtratuum, atque cæſis denunciatur Apoſtolis, ne in nomine Ieſu loqui debeant. Petrus magna auctoritate reſpondit. Obedire oportet Deo, magis quàm hominibus: hæc ille.

Hæc enim ſunt dona, quæ virtute Spiritus ſancti manuum impoſitione Apoſtolorum recepiſſe baptizatos de Samaria refert Luc. Act. cap. 8. & 19. Vndè nomen confirmationis prouenitſſe videtur: quia priùs, vt debiliores, iuxtà quod D. Gregorius refert, Spiritus ſancti gratia conſolidarentur, & Confirmarentur. Dicitur manuum Epiſcopi impoſitione, quia actus huiuſmodi non ab alijs, quàm ab Apoſtolis fieri permitteretur, quod ius Epiſcopis poſteà eſt delatum, qui Apoſtolorum loco ſucceſſerunt cap. quorum vices 68. diſt. Dicitur in frontibus, quia frontis locum eſſe de ſubſtantia huius Sacramenti dignoſcitur, c. nouiſſimè, ſuprà allegato, de conſecrat. diſt. 5. quia denotat audaciam confeſſionis contrariam timori, vt ibi per Archid. cum ſedes audaciæ, & erubeſcentiæ frons eſſe cenſeatur. Dicitur prætereà Chriſmate, quia & hoc paritèr de ſubſtantia eſſe huius Sacramenti reperiatur, vt Chriſmate oleo immixto ab Epiſcopo conſecrato confirmandus illiniatur, cap. presbyteris de conſecr. diſt. 4. eſt etiam adiunctum, verborum forma præſcripta, videlicèt, Conſigno te ſigno Crucis, confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Sunt & alia duo paritèr de ipſius Sacramenti ſubſtantia, vt in deffinitione traditur, videlicèt, Epiſcopalis dignitatis miniſterium, necnon eiuſdem manus impoſitio cap. de his, & cap. manus de conſec. diſt. 5. Et quamuis Sacramentum hoc ſanctiſſimum à Domino in noua lege inſtitutum ſumatur, veteri Diuina quoque pagina teſte, quandoquidem patet, vt figuratum conſpiciatur. Num. cap. 1. vbi Domini eſt præceptum ad Moyſem, vt numeraret omnes maſculos filiorum Iſrael à 20. annis, & ſuprà, qui ad bella non eſſent idonei, eos à communi populo ſepararet, ſenibus, mulieribuſque, infantibus, ac ſeruis, tamquam ad id non idoneis demptis. Inde refertur chriſ-

chriſmate perunctos fortiores, magiſque robuſtos Diuinæ, ac cœleſti militiæ euaſiſſe.

Quod tamen impiorum peruerſo dogmate impugnatur, negantium eſſe ſacramentum, vel aliquam conferre gratiam, quod hæreticum eſſe traditur, tum propria Domini actione, & Apoſtoli Pauli imitatione, necnon plurimorum Sanctorum Romanorum Pontificum, tum Martyrum, tum Confeſſorum reſcriptis, vt fuit D. Clementis, D. Fabiani, D. Melchiadis, D. Damaſi, & D. Leonis I. Conciliorumque complurium auctoritate, etiam allucinati ſunt inter eos, qui impio, falſoque dogmate aiunt, hoc ſacramentum quatenùs ſit ſacramentum, ſubminiſtrari poſſe, à ſimplici ſacerdote, & auaritiæ cauſa eſſe Epiſcopis reſeruatum. Poteſt demonſtrari, quàm falſam retineant cauſam dogmatis huiuſmodi ex ipſa Apoſt. Act. lectione c. 8. vbi colligitur fideles de Samaria ad prædicationem Philippi fuiſſe tantùm baptizatos in nomine Ieſu: ſed quia Philippus ille tunc Epiſcopus non erat, Spiritum ſanctum, vt ibi inquit textus, nondùm quiſquam eorum receperat, cum Philippus ille, adhuc Diaconus, propterea non poſſet manus imponere, ideò opus fuit, vt accederent Petrus, & Ioan. qui ad id, vt acciperent Spiritum ſanctum accedentes, cum eſſent Apoſtoli, ex ordineque Epiſcopali præuijs orationibus imponebant manus, cum recipiebant Spiritum ſanctum. Et ex his quoque patet, quantum Epiſcopi Sacerdotibus ſecundi ordinis præſtiterint auctoritate, & veritate, etiam ab initio ſurgentis Eccleſiæ, & in quantum erroris ſint collapſi, qui ſecùs cenſuerint, nec niſi imperitiæ impiorum de hoc ſacramento alloqui, vt præfertur, adſcribi poteſt: nam preter legis veteris antè inductam figuram ſanctiſſimum Regem Dauid, vbi de alijs ſex ſacramentis commemorare Pſal. 28. reperitur, de ſacramento confirmationis quoque eum recenſere conſtat, vt eſt ibi, Vox Domini in virtute, Vox Domini in magnificentia. Quæ conſonant verbis Domini Luc. c. 24. ibi, Ecce ego mittam promiſſum Patris mei in vos: Vos autem ſedete in Ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto: & Act. cap. 2. ibi, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei. Vndè Tertullianus lib. de carn. reſurr. de hac ſacra vnctione verba faciens, inquit, ibi: Caro vngitur, vt anima conſecretur: caro ſignatur, vt & anima muniatur: caro manuum impoſitione adumbratur, vt anima Spiritu ſancto illuminetur. Diuinus Clemens Papa, & Martyr epiſt. 4. præmiſſa corroborat, qui Apoſtolorum tempora vidit, vt patet traditione Apoſtolica, hoc ſacramentum eſſe atteſtatur, de quo inſuper ait, ibi: Cum regeneratus quis fuerit per aquam, poſtmodùm ſeptiformi ſpiritus gratia, ab Epiſcopo confirmetur, quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe nequaquam poterit. De præmiſſorum veritate, quinquageſimo quoque Pſalmo inſtruimur ibi, Spiritu principali confirma. Frons ideò conſignatur cauſa iam inducta, alapaque impingitur, vt iniuſta patientia, & fortitudine, quis ad mundi certamina accingi in Chriſto denotetur, Luc. cap. 21. 1. Pet. cap. 2.

De Euchariſtia.

Eſt tertio loco Euchariſtiæ ſacramentum, cuius diffinitio ſumitur ex Euangelio Matth. cap. 26. Luc. cap. 21. & Ioan. cap. 26. cuius ſubſtantialia ita deſcribuntur: Sacramentum Euchariſtiæ, in quo pane azimo, vinoque aqua permixto in verbis Chriſti à ſacerdote conſecrato, panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti tranſubſtantiatur in vltima Cœna à Domino eſt inſtitutum, quo Chriſtum de Virgine natum, & paſſum, in gloriaque aſſumptum ſumimus: Euchariſtiæque ideò nomen retinet, quod in bonam gratiam tendit, ſeu gratiarum actionem; quia, D. Auguſtino teſte in lib. è cont. aduerſar. leg. & prophet. ideſt, auctorem vitæ, & mortis victoriam in ſe continet; In quo ſacramento veritas tranſubſtantionis habetur, vt panis in corpus, & vinum in ſanguinem Domini vertatur, in ipſius verbi virtute, à quo cœlum conditum eſt, & terra, factaque ſunt omnia, Pſalm. 148. Vndè Diuus Ambroſius lib. 4. de ſacrament. ait, Mactatio ſpecierum, & ſi mirabilis ſit, mirabilius fuit, vt in ſermone Elias de cœlo ignem deuocaret; verbis igitur illis conſecratorijs, videlicèt, Hoc eſt Corpus meum, & alia, quæ ſequuntur, tranſubſtantiantur, panis vinique elementa in ipſum Dominum ſua omnipotenti virtute, Matth. cap. 28. & Marc. cap. 14.

Propterea eſt Sacramentum adorandum, colendumque iuxtà Pſal. 94. & Pſal. 71. ibi, Adorent eum cœli, & terra, adorabunt omnes reges terræ, & omnes gentes ſeruient ei. A nobis enim adoratur immortalis, ac ſecùs quàm à Magis adoraretur. Immenſa inde ſunt munera, quæ ab hoc ſumuntur Sacramento. Ideò D. Chryſoſtomus de dignit. ſacerd. in Dialog. ait, in altaris ſacrificio, vbi hoc ſacramentum litatur, non in enim tantùm vſum, vt in cibum, & viaticum ſumatur, ſed vt ſummum ſacrificium noui teſtamenti, tam pro viuis, quàm pro defunctis ad mala depellenda, & gratias aſſequendas, in iugem memoriam paſſionis ipſius inſtitutoris; hec ille.

Ad hæc D. Auguſtinus in ſermone 32. de ver. Apoſtol. ibi. Et in Miſſa recidiuatur eius memoria cruentis illius ſacrificij in Cruce oblati. Diuus quoque Ignatius ad idem epiſt. 3. & 8. ſuper verba illa: Hoc facite in meam commemorationem, inquit ibi. Quorum verborum Eccleſia tam ſedula interpres fuit, vt omnem incruenti huius ſacrificij externum ornatum, veſtes ſacras, vaſa, ritus, actioneſque omnes, ita inſtituerit, vt ob oculos circumſtantium, nihil aliud, quàm commemoratio illa ſancta obſeruetur. Quæ omnia, & ſi Euangelica veritate, Patrumque doctrina, & ſanctitate illuceſcant: impio tamen liuore, & rabie impetita habentur negantium, quod tantoperè Dominus luceſcens oſtendit. Nam verba illa, Hoc eſt Corpus meum, apud illos metaphoricè, ſeu ſimilitudinariè ſumuntur, quamuis à Domino, quaſi, quòd ita ſibi præuiſa forent, ad excludendum peruerſa hæc dogmata dicerentur. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Ioan. c. 6. Ergo non tropi, vel metaphoræ figura hoc in loco Dominus eſt locutus:

ſed

ſed vt veritas veritatem præſetuiit. Quia ſi figuratiuè eſſet, inxta qnod eſt impiorum ſenſus, non eſſet verè cibus, eſtque patens ratio; quia figuræ, vel imagines alicuius non ſunt verè corpus, vel ſpecies ipſius, cuius illæ imagines ſunt, vel figuræ. Nec magis releuatur hæc Impiorum ſententia, capiendo, quod illud verè referatur ad comeſtionem, quia non in hunc ſenſum Doctores ſanctiſſimi ex illis verbis recipiunt, ſed vt præmiſſum eſt aduersùm Chriſti corpus referre intelligunt, vt fnit Teophylacti expoſirio ſuper Ioan. cap.6. quam conſtat è Græco idiomate ab eiſdem hæreticis in Latinum verſam, vbi exponitur ibi, Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro Mundi vita, diciturqne; Manifeſtè autem nobis hoc loco de myſtica communione corporis ſui dicit. Nam panis (inquit) quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro Mundi vita.

Porrò poteſtatem ſnam iudicans, qnod non vt ſeruus, & minor patre crucifigendus ſit, ſed voluntariè, inquit, ego dabo carnem meam pro Mundi vitam. Nam quamuis, & à Patre dicatur eſſe tradirus; attamen, vt ſe ipſum tradidiſſe dicit, & illud qnidem eſt, vt diſcamus eius eum patre eoncordiam; hoc autem, vt liberam voluntatem filij non ignoremus. Attende autem, quòd panis, qui à nobis in myſterijs manducatur, non eſt tantum figuratio quædam carnis Domini, ſed ipſa caro Domini. Non enim dixit, Panis, quem ego dabo, figura eſt earnis, ſed caro mea eſt.

Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſſionem Sancti Spiritus io carnem Domini, & ne qnem eonturbet, quod eredendus ſit panis caro, etenim in carue ambulante Domino, & ex præcatione alimoniam admittente, panis ille, qui manducabatur in corpus eius mntabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, & in augmentum, & ſubſtentationem conferebat, inxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem Domini mutatur, & qnoniam (inquit) non apparet nobis earo, ſed panis? vt non abhorreamus ab eius eſu. Nam ſiquidem caro apparuiſſet inſuauiter affecti eſſemus erga communionem.

Nunc autem condeſcendente Domino noſtræ infirmitati talis apparet nobis myſticus cibus, quali alioqnin aſſueti ſumus; hactenùs ille. Videant igitur homines perditi, quos ex Euangelio ſciant colligere intellectus, quando, vt à Diuo Chryſoſtomo ibidem ſnper Ioan. cap.9. & à Diuo Cyrillo eodem loco, conſono intellectu ſumitur referri ſenſus ibi appoſiti ſermonis, Caro mea verè eſt cibus, ad verum corpns Chriſti non ſecùs, quàm Theophylacti præmiſſa oſtendit explanatio.

Quod itidem Dinus Auguſtinus, dicto loco Ioan. cap.6. D.Gregor. Origen. Ambroſ. Hieron. denique tota Latinorum Patrum, & Græcorum Schola, vt videre eſt, in eandem deuenit ſententiam, quam ſi ſecùs eſſe contigiſſet, erroneam qnippè aſſertionem eſſe, & contra Apoſtoli doctrinam tradere palàm detegeretur, quando ad Corinth. 2. cap. 10. ait ibi, ſcimus autem, quoniam Patres noſtri omnes ſnb nube fuerunt, & omnes in Moyſe baptiaati ſunt in nnbe, & in Mati, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes ſimul potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos petra; petra autem erat Chriſtus. Vndè Origenes ſnper Librum Numerorum 4. ira ait. Er quæ priùs ænigmate deſignabantur, nunc autem in ſpecie, & veritate complentur.

Prætereà ex figuris hoc Sacramentum demonſtrantibus Domini verba ad veri ſui Corporis ſpecies referri demonſtratur, quoniam Sacerdos Melehiſedech offerens panem, & vinum contulit Abrahę poſt deuictos reges, partamque victoriam, Geneſ. cap. 14. datur ex hoc intelligi, vt hoc Chriſti ſacrificium, niſi relationem haberet ad corpus Chriſti verum, nulla præſtare virtute ſacrificio ipſius Melehiſedech, de quo dieitur, vt qui illud ſumpſerat, ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad Montem Dei Oreb; ſed cum illud ſit figura, & ramen tantæ extitit virtutes, ſequitur, vt Chriſti fignratum ſacrificinm, illo ſit præſtantius in re oblata, quæ vertitur in corpus ipſius, ſicuti eſt præſtantius illo in virtute, cum illud temporalia conferret in alimoniam, iſtud Chriſti vitam conferat æternam.

Huius Sacramenti figura etiam data eſt in agno Paſchali, Exod. cap. 12. quando Iſraelitæ ab Ægypto receſſum habuerunt, cuius hiſtorialis ordo pariter ad verum edendi modnm refertur, adeò vt conuenire pateat verbis Domini, Ioan. eap.6. ibi, caro mea verè eſt cibus, & ibi etiam, vbi ait, ego ſum panis viuus, qni de Cœlo deſcendi.

Expreſſius vſus mannæ pluentis in deſerto figuram huius Sacramenti attulit, quam ipſe Dominus præmiſerat, memoriæque Hebræorum reduxit, ibi air, Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum, & ſi neceſſarium ſit, vt hoc Sacramentum ſub vtraque ſpecie panis à conſecratore ſumatur, cæteris ſub panis ſpecie tantùm porrigendum Eccleſia ſancta ſtatoit, c. comperimus, de conſecrat. diſtinct. 2. & c. relatum diſtinct. 2. Complura de hoc Sacramento differenda Theologorum oraculo remittuntur, cum inſtituti huius non ſit ſingula inducere, ſed pro ea tantùm parte, qua diuina inſtitutione fidelibus porrectum liqueat.

De pœnitentiæ Sacramento,

QVarto loco inter Sacramenta ſiſtitur Sacramentum pœnitentiæ, cuius, huiuſmodi habetur deffinitio. Eſt autem pœnitentiæ Sacramentum, in quo ſacerdotalis abſolutio à peccatis, quæ deteſtatus, ritèque confeſſus, quis fuerit impetratur. Peccata autem remittendi facultatem patet Eccleſiarum præfectis à Domino eſſe traditam, Matth. 18. Ibi, Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in Cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cœlo. Vndè Eecleſiarum Prælatis ideò hanc facultatem competere præſefertur, quia ipſis in perſona Apoſtolorum à Domino talis promiſſa eſt poteſtas, de qua poteſtate rationem habens Diuus Chryſoſtomus

lib. 3.

lib. 3. de ſacerdotio ait, noſtris ſacerdotibus noo corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgaras probare, ſed purgaras prorsùs conceſſum eſt, quid mirum? cum Domini habeatur teſtimoonium, vt Ioan. cap. 11. ibi, ſoluite illom, & ſinite abire. Quante ſit molis pœoitentia habetur Ezechie. cap. 10. ibi, & cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt; & fecerit iudicium, & iuſtitiam, ipſe animam viuificabit, & iterùm, cap. 33. ibi. Dic ad eos, viuo ego dicit Dominus Deus nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Quare Diuum Hieronymum dixiſſe ad lib. Daniel. conſtat pœnitentiam poſt naufragium eſſe ſecundam tabulam.

Magnificeri propterea pœnitentiam Cyprianum Diuum Martyrem Epiſt. 48. lib. 3. prætuliſſe liquet dum inquit. Ille demùm veram pœoitentiam agit, qui Dei, & ſacerdotis præceptis obediens, & obſequens fuit, & operibus iuſtis promeretur. Diuus quoque Auguſtinus in lib. de pœuiten. permaxima dona ex pœnitentia recolligenda, recenſenda duxit ad fidelium vtilitatem dicens. Hæc lapſos erigit, ſaucios curat, imbecilles roborat, mortuos viuificat, perditos reſtituit, omniaque demùm, quæ peccatum viriat pœnitentia redintegrat.

Efficacis Pœnitentiæ partes Eccleſia tres eſſe demonſtrat, oris videlicet confeſſionem, cordis deindè contritionem, & demùm operis ſatisfactionem. Confeſſionem ab Eccleſiæ cunabulis, Apoſtoliſque adhuc ſuperuiuentibus in Eccleſia receptam demonſtratur, Act. 19. ibi, multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos. Diuus Iacob, cap. 5. ibi, Confitemini alterutrum peccata veſtra, & Diui Ioan. 1. cap. 1. ibi, ſi confiteamur peccata noſtra fidelis eſt, & iuſtus, & remittat nobis peccata noſtra.

Pœnitentiam ideò fideles confeſſionis medio peregerunt, quia ab Apoſtolis eo confeſſionis medio prædicatam agoouerunt, Apoſtoli autem illam prædicatont, quia vndèquaque eis palàm erat pœnitentiam Dominum præcepiſſe, vt Matth. cap. 3. ibi. Agite pœnitentiam, & appropinquabit Regnum Cœlorum, ſed tantò magis pœnitentię præcepta exequenda ſanctiſſimis cordi extitit inſinuare fidelibus, quantò magìs Dominum pœnam comminatum fuiſſe pœnitentiam ipſam recuſantibus innotuit, vt eſt Luc. cap. 13. ibi, niſi pœnitentiam egeritis ſimul omnes peribitis.

Maoifeſta enim res eſt Deum tam in veteri, quàm in noua lege. Homines pœnitere præcepiſſe patet Hierem. cap. 3. vbi Dominus oſteodit ſe magis infenſum obſtinatione populi Iſraelitici, quàm ob alia eorum quæcumque ſcelera, ait ibi, frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Quod ipſe Propheta indigno ferens animo ſubiungit, percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam; liquet etiam Apoſtoli verbo ad Roman. cap. 21. ibi, ſecundùm autem duritiam tuam, & impœniteos cor tuum, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reoelationis iuſti iudicij Dei.

Idem Diuus Baſilius in Regula Monaſtica, oſtendit ibi dicens, neceſſarium videtur his, quibus diſpenſatio miſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata ſua; quibus adſtipulatur Diuus Cyprianus in ſermone de lapſis vbi ait. Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres delictum ſuum. Dum adhuc, qui deliquit in ſæculo eſt, dum admitti eius: Confeſſio poteſt, dum ſatisfactio cuiuſque, & remiſſio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt.

Neque auctoritates iodoctæ, tam veteris, quàm oouæ legis ea valet reſponſio, quòd ſufficiat confeſſio mentis Deo facta, quia cum Deo omoia parent, nollius eſt opus confeſſio, cùm etiam hominum corda conſpiciat, quod deteſtandum Diuus Auguſtinus demonſtrat lib. 5. de viſitat. infirm. cap. 4. vbi ait, ſunt qui ſufficere ad ſalutem ſibi autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet conſcientia ſua confiteantur crimina; nolunt enim aut erubeſcunt, ſiue dedignantur ſe oſtendere ſacerdotibus, quos tamen inter lepram, & lepram diſcernere, per legiſlatorem conſtituit Dominus; ſed nolo, vt ipſa decipiaris opinione, quatenùs confundaris confiteri coram Domini Vicario, vel tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſos pro indignatione, nam ipſius pariter eſt ſubeundum iudicium, quem Dominus ſibi non dedignatur eſſe Vicarium. Ergo ad te veoire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum plenitudinis participem; hactenùs ille.

Præmiſſa enim, vſque adeò ſunt Catholicæ Doctrinæ adhærentia, vt Diuus Cyprianus conſcientiæ expiationem fieri oportere, intelligat etiam de excogitatis, in menteque retentis, vt videre eſt ſermone 5. de lapſis, vbi de his ait. Hi quamuis nullo ſacrificij, aut libelli facioore conſtituti ſunt, quoniam tamen de hoc, vt cogitaoerunt, hoc ipſum apud Sacerdotes Dei dolentes, vt ſimpliciter confiteaotur exomologeſim conſcientiæ ſuæ faciant, animi ſui pondus exponant, ſalutarem medelam paruis licèt, & modicis vulneribus exquirant.

Aduerſùs quæ ipſa de confeſſio oe inducta modernæ hæreſis, apoſtaſiæque Princeps ſurrexit more ſolito ſola negatione, quòd confeſſio non fuerit Domini inſtitutum, ſed quædam Eccleſiæ traditio, nec nullam propterea conferat gratiam. Et quamuis præmiſſa ſatis eſſe cenſeri poſſit ad inſinuandum, quàm falſa doctrina impius inſurgat in Chriſtiana Sacramenta, tamen, vt lucidiùs de peruerſo eius ſpiritu innoteſcat, dicitur hanc Eccleſiæ traditionem annis triginta, quibus ſupervixit poſt eius impiorum dogmatum traditionem nuoquam adinuenit, vel ſaltem tanto polluit ingenio, vt ſolam quampiam impoſturam more ſuo compiogeret; & ſi inſipidè reſpondeatur de conſtitutione, ſeu mauis decreto Lateranenſis Concilij, cap. omnis vtriuſque ſexus, ext. de pœniteo. quod fuit celebratum ſub Innocentio Tertio, qui ſedit Roman. Pontif. ſub aono M. & CC. ſupina quippè nimium ignorantia præditum hominem

eſſe

eſſe oſtenderetur, cùm virtute illius Decreti de confeſſionis inſtituto nihil diſponatur, ſed quòd fideles vltra annum delicta ſua confiteri differre non valeant, præter id, quod de ſanctorum Patrum, vt Chriſoſtomi, D. Auguſtini, Ambroſij, Cipriani, Baſilij, Cirilli ſententijs, & definitionis de hoc confeſſionis ſacramento innotuit, vt ad tempora ipſa Innocentij III. ſtultiſſimum eſſet confeſſionis ſacramentalis inſtitutioni referre exordium, cùm vltra annos M. & CCC. aute Pontificatum Innocentij, Viri illi ſanctiſſimi de ſacramentali confeſſione ſcripta reliquerint, vt eſt præmiſſum: non ne ſatis comprobatur à Domino confeſſionis inſtitutionem fuiſſe editam Luc. cap. 17. quando decem leproſis poſcentibus ſanitatem inquit, ite oſtendite vos ſacerdotibus? necnon de alio leproſo, cui Dominus de monte deſcendens contulit ſanitatem iniungens pariter dixit. Vide nemini dixeris, ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus; vndè ſumitur lepram referre peccatum, & mundationem ipſam contritionem, quæ de per ſe non ſufficit ſiue actuali ſacerdotis abſolutione; patetque, quia mundatione conſecuta Dominus tamen ſacerdotibus mandat leproſos ſeſe oſtendi.

Nam ne ſatis etiam de Lazari à mortuis ſuſcitatione, quem vitæ reſtitutum ait, Dominus Apoſtolis, ideſt ſacerdotibus, ſoluite illum, & ſinite abire, Ioann. cap. 2. Profectò, ſi his impiorum incredulitati non eſt conſultum, adeò vt reſipiſcant, ſuffragare debuerat Eccleſiæ ſanctæ auctoritas Dominicarum inſtitutionum vera fidei interpres. Vndè Diuus Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 27. Dogmata, quæ in Eccleſia ſeruantur, ac prædicantur partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata in miſterio recepimus, quæ vtramque ad eandem pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel modicam ſaltem Eccleſiaſticorum iurium experientiam habet: hæc ille.

Quid impius aggredi potuit Hæreſiarca ille, quàm in vilipendium ſumere Eccleſiæ traditiones, quas Dominus tantoperè commendat, vt ibi, qui vos audit me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit Io. cap. 20. Matth. cap. 18. Luc. cap. 10. & ibi, ſi non audierit dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus; ſunt enim Eccleſiæ præpoſiti, & rectores, quibus Dominus mandat obediendum, Matth. c. 10. ibi, omnia quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundùm autem opera eorum nolite facere.

Quid auctoritatis in viro transfuga, & vndequaque ſceleſtiſſimo fuit, vt Eccleſiam contemueret, & quòd ſanguine Redemptoris, & potiorum hominum totius orbis, tùm ſanguine, tum eruditione decoris eſſet in Eccleſia fœtido illius ore labefactari videretur? quod ſanctiſſimi Viri præ cæteris extulerunt, ſiuè ſcripto, ſiuè conſuetudine ab Eccleſia introductum cenſeretur proprerea D. Cyprianus de ablut. ped. ait: primum quidem genus, quod literis mandatur, ſcriptiſque legibus conſtat ſatis eſt perſpicuum.

Polteriùs verò circa præcepta, & inſtituta ea verſatur, quæ vno traditionum nomine compræhendi, & ſic à patribus nuncupari ſolent; non enim ſcripta vti ſuperiora, ſed viua voce tradita, & veluti per manus à maioribus ad nos tranſmiſſa eſſeque commendata retinentur: hactenùs ille; Ad hęc alia conſona D. Baſilij habetur ſententia in libro de Spiritu ſancto cap. 27. reaſſumens, quod ab Apoſtolo dicitur ad Rom. cap. 13. quòd Dei ordinationibus reſiſtunt Eccleſię reſiſtentes, ſibique damnationem acquirunt, ait nimirùm. Diuina eſt iſtbæc ordinatio, nec humana auctoritate aboleri poteſt, vt certis legibus, ijſque partim ſcirptis, partim non ſcriptis, quas Apoſtolica nobis commendat traditio Eccleſia regatur, dogmata conſeruentur, religio vindicetur, diſciplina retineatur. Fundarique hæc Baſilij ſententia videtur in actionibus Apoſtolicis, quas act. c. 5. de Paulo legimus ibi. Perambulabat Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias, pręcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum. O Martine inique ſpiritus, tu Eccleſiæ traditiones paruipendere ducis, quam Apoſtoli extollunt, Martyres illius ſanctitatem proprio ſanguine atteſtantur, Doctoreſque ſancti ſuis locubrationibus, atque doctrinis cœleſtis poteſtatis præſeferunt, non eſſe expertem, quam denique Redemptori ſuę viuæ vocis oraculum in terris eſſe voluit, & mandauit. Vndè Diuus Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum, de Eccleſiæ ſpleudore verba faciens ait. Voluit Dominus eſſe columnam, & firmamentum veritatis, vt de illius non dubitetur doctrina, quæ tamquam magiſtra, cuſtos, & interpres veritatis, fidem, atque auctoritatem obtinuit inuiolabilem. Etſi Domini exempla de leproſis, Eccleſiæque traditiones, vt ipſe fateris, nihil ſuffragij impenderint, quò minùs rubie, vt canis euaderes, ſuperbiaque, & liuore cœcus, ipſa deniqus Domini doctrina luce clarior, niſi in alium Iudam verſus fuiſſes à perditionis barathro eximendus fueras.

Illa enim verba Domini Io. cap. vlt. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Martine te, aſſeclaſque tuos ita condemnant, vt actum eſſe de te, tuiſque collegis, non eſt, cur ſit hæſitandum. Quo pacto enim, niſi auricularis confeſſionis medio Eccleſiarum Prælati, vel rectores ad dimittenda, vel retinenda pœnitentium delicta deuenire poſſunt, niſi pœnitentibus ipſis illa nota confeſſarijs proprio ore facientibus, confeſſioneque ipſa ſua ſcelera pandentibus.

Cùm ſit opus confeſſarios iudicare, quæ nouerint, cùm citra cauſæ cognitionem non ſit iudicandum, l. prolatam, C. de ſenten. & ibi Bart. & l. ex ſtipulatione, C. eod. tit. & ſcriptura dicat Prouer. cap. 12. Qui, quod nouit, loquitur, Iudex iuſtitiæ eſt. Quod à contrario procedit. Qui quod non nouit, iudicat, Iudex iuſtitiæ non eſt: Alia pœnitentiæ pars eſt contritio, quæ eſt animi dolor, qui de peccatis concipitur deteſtantis, cum propoſito vitæ in melius commutandæ coniuncta.

Contritio hæc habetur, quando quia peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, magnitudinemque quod Deum Iudicem ſe habiturum, pœnamque tartaream ei paratam

Digitized by Google

eam ſibi memoriæ reduxerit, vt eſt videre in Publicano Luc. cap. 18. necnon in filio prodigo, Luc. cap. 15. vt etiam eſt illud Ezechię: ibi, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, vt pſal. ibi. A iudicijs enim tuis timui, & Luc. cap. 12. ibi, Timere eum, qui poſtquam occidit, habet poteſtatem mittere in gehennam, item Lucæ cap. 13. ibi; Niſi pœnitentiam omnes egeritis ſimul peribitis.

Patet quoque de pœnitentia Niniuitarum, Ioan. cap. 8. pro conſtanti enim cenſetur huiuſmodi contritionem magno vſui fore pœnitentium, remiſſionemque peccatorum inducere, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, ac voto præſtandi ea, quæ ad ſacramentum hoc attinent, illa coniungatur. Quamuis exordium à timore ſeruili progredi dignoſcatur, cùm timor ille cauſam porrigat, vt timor filialis ſuperueniat, adeò vt de cętero peccator à peccando deſiſtat, non tantùm ob timorem pœnarum (vt præfertur) quàm charitatis ratione. Ne Deum, quem vt patrem diligit, offendat, ipſumque offendere propterea timeat timore filiali, qui eſt timor ſapientiæ, imò ipſa ſapientia, quia cum charitate oritur, timore ſeruili conſtar.

Dauid fuiſſe correptum ab initio. 2. Reg. cap. 12. & tamen à Domino eſt miſericordiam conſecutus, verba enim pſal. 17. Regium Prophetam hoc timore effectum ſerulli declarant, ibi, Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis, quibus verba illa Iſa. cap. 26. conſona habentur ibi: Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris, Doctrina tua eis, ſicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus, à facie tua, concepimus Domine, & quaſi parturiuimus ſpiritum, pſalm. quoque 7. ait, ibi, Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Diuus Io. Baptiſt. Luc. cap. 3. ait Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia. Et deinceps ait. Iam enim ſecuris ad radices arboris poſita eſt; omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

Quibus ſic deductis, etſi luce meridiana clarius reddatur, timorem huiuſmodi ſeruilem eſſe, non tamen eſſe ſpernendum, tamquam primam præbentem cauſam ad timorem ſapientiæ dignoſcitur; ſed non ex hoc deſtitiſſe liquet, impios hunc timorem prorsùs ſuis blaſphemijs conculcare, vt quid reprobum; potiùſque cœtui fidelium obnoxium blaterantes nullis redditis rationibus, in aliqua ſaltem parte apparentibus. Cuius blaſphemiæ genus ſancta Tridentina Synodus, ſub Paulo 3. ſeſs. 6. cap. 8. tamquam peruerſum dogma, & contra tum nouæ, cùm antiquæ legis ſplendorem editum, eatenus improbauit, vt anathematis pęna illaqueatus dignoſcatur, qui illius impietati verbo, vel facto adhærens fuerit.

Eſt tertia pars pœnitentiæ ſatisfactio, quam Diuus Thomas definiens. 2. 2. 15. diſt. quæſt. 1. art. 1. inquit. Satisfactio eſt compenſatio facta propter peccatum contra ipſum committentem, quæ ex his, quæ pſal. 50. ſumuntur congruere videtur, vbi Chriſoſt. ſanctus ait. Eſt ſumere vindictam contra nos ipſos de peccatis, quæ ſunt à nobis perperrata, vt Daniel. cap. 4. ibi. Peccata tua eleemoſinis redime. Et Paulus ad Corinth. ait 2. cap. 7. Triſtitia, quæ ſecundùm Deum eſt operatur vindictam. Et 1. ad Corint. cap. 2. iterum ait. Si nos ipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur à Domino. In hoc Regis Dauid ſpeculum ſumatur. 2. Reg. 12. quem gemitibus, cinere, cilicio, multiplicique afflictatione ſe conficientem perlegimus. Indè Diuum Cyprianum Epiſcopum, & martyrem in ſermone de lapſis, num. 5. ait. Deus, quantùm patris pietate indulgens eſt, tantùm Iudicis maieſtate dignus eſt. Alto vulneri diligens, & longa medicina non deſit. Pęnitentia crimine minor non ſit, orare oportet impenſius, diem luctu tranſigere, vigilijs noctes, ac fletibus inſomnes ducere, tempus lachrymis occupare lamentationibus, ſtratos adhærere cineri, in cilicio volutari, & ſordibus.

Ad hęc eſt quoque conſona Diui Auguſtini de pęn. lib. 2. ſententia, vbi inquit. Non ſufficit mores reformare in melius, & à factis malis recedere, niſi etiam de ijs, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſinis.

Ad idem facit Diui Hieronymi in Epitaphio Paulæ dictum, ibi: Affligendum corpus, quod multis vacauit delitijs, longus riſus perpeti compenſandus eſt fletu, mollia linteamina, & ſerica pretioſiſſima aſperitate cilicij commutanda. Et non ſolùm viuentibus ſatisfactionem conducere, ſed etiam defunctis patet. 7. Matth. 2. cap. 12. ibi, Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur D. Auguſtinus pſal. 37. ibi. Quantum enim Deus pro ingenti clementia ſua relaxare conſueuit, pietate viuorum intercedente, vt defuncti ſuorum in Eccleſia fratrum, adeòque membrorum adiuti ſuffragijs à peccatis, horrendiſque pęnis releuentur.

Ad idem tendit, quod Auguſtinus in lib. de Ciuit. Dei, ait. Purgatorias pęnas nullas futuras opinandum, niſi ante illud vltimum, tremendumque iúdicium. Diuus Chriſoſt. cap. 1. ad Philip. ait. Non enim fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc deceſſerunt. Nouerant illis multum hinc emolumentum fieri, multum vtilitatis. Hactinus ille.

Pęnitentię ſacramentum in lege antiqua figuram ſuſcepit in confeſſione, quam Aaron ſacerdos habuit confitendo omnes filiorum Iſrael iniquitates, ibi, Confiteantur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta, atque peccata eorum. Leuit. cap. 16. & iterùm cap. 4. & 5. vbi exhibetur lex reconciliationis animæ peccantis per oblationes, & ſacerdotum orationes, ibi, Cremabit ſuper altare incenſum Domini, rogabitque pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei, & in cap. 5. ait: Anima ſi peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quæ Domini

Digitized by Google

lege prohibentur, & peccati Rea intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram, æſtimationemque peccati, qui orabit pro eo, qui neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Dominum.

De Extrema Vnctione.

QVinto loco Sacramentum Extremæ Vnctionis ponitur; cuius, vt infra, datur definitio. Eſt autem extrema vnctio ſignum, quod manu ſacerdotis fit linitione ex oleo oliuæ ab Epiſcopo conſecrato ad infirmantium membra, quibus delinquitur, quo infirmitas alleniatur, peccarorumque reſidua delentur. Eſtque ſacramentum à Domino inſtitutum, Marc. 6. ibi. Vngebant multos ægrotos, & ſanabantur.

Huius ſacramenti Diuus Iacobus extitit promulgator ſua Epiſ. cap. 5. vbi ait. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngeores eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit iofirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Hoc oleum Diuus Hierouymus ſuper Matth. cap. ſexto appellari inquit, oleum conſecratum, quia ab Epiſcopo ſolemni conſecratione benedicitur. Quo oleo denotauit hilaritas animi, & ioternæ exornationis ſubſidium, quod ab ægrotis, Dei gratia operante ſuſcipitur.

Vndè quoque colligitur ſacerdotem huius ſacramenti legitimum eſſe miniſtrum. Ita ſenſit Diuus Chryſoſtomus in lib. 3. de ſacerdot. Et conferre ad peccatorum remiſſionem refert Tertull. ad Scapulam ſubdens, quòd expedit etiam hoc ſacramentum, quateuùs vſui ſit ægroto, quo ad animæ ſalutem, ad infirmique ſanitatem inducendam, ad hæc Diuus Auguſtinus lib. 2. de viſitat. infirmo tradit poſtremò ad confeſſionem, & fiduciam ſubminiſtrandam inuat, quo ſanè in ſupremo illo agone, exituque animæ opus eſt, maximè quando cum doloribus maximis, & cum horrendis dæmonibus morituro eſt confligtandum.

Conſonat, quod habetur Sapien. cap. 4. ibi, Venient in cogitationem peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitares ipſorum. Propterea ait Apoſtolus Iacobus, dicto cap. 5. oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit remittentur ei. Sed vt hos infirmans aſſequatur fructus, cauendum eſt, ne abſque fidei ſuffragio ſacramentuoi hoc conferarur; quia in hoc, ſicut in cæteris ſacramentis reſiſtente obice, vel impedimento, nullam, quis conſeqoitur gratiam; nam patet Matth. cap. 13. Dominum apud ſuos multas oon feciſſe virtutes ob eorum incredulitatem, idcircò Diui Auguſtini præſtabit cooſilium exequi in lib. de rectitud. cathol. conuerſat. vbi air.

Qui ægrotat in ſola Dei miſericordia confidat, & Euchariſtiam cum fide, ac deuotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab Eccleſia petat, vndè ſuum corpus vngatur, & ſecundùm Apoſtolum oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.

Huius ſacramenti collationem non à quocumque eſſe ſobminiſtrandam, ſed à proprio ſacerdote, Dinus Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdot. ait. Membra oleo huiuſmodi inungenda, commemorat Concilium Florentiæ ſub Eugenio IV. habitum, vbi ſancitum habetur extremam hanc vnctionem eſſe, quiotum ſacrameorum, & vt ſequitur ibi, cuius materia eſt oleum oliuę per Epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis vngendus eſt in oculis propter viſum, in auribus propter auditom, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum, vel locurionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibi vigentem.

Forma antem huius ſacramenti, hæc eſt, per iſtam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam indulgeat eibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, quod idem in alijs membris ſeruatur; hactenùs Concilium Florentinum. Figura huius ſacramenti conſtat præceſſiſſe, 3. Reg. cap. 19. vbi Dominus mandat Eliæ, vt inungat Azaeleoi in Regem ſuper Syriam, & Eliſeum in Prophetam. Vndè iudicatur fideles eſſe inuogendos, vt fiant Reges cæleſtis Regni, ſimulque Prophetæ Deum videntes. Quod ſacratiſſimum ſacramentum, & ſi proprijs Domini actionibus, Apoſtolorumque frequentatione, & Iacobi Apoſtoli promulgatione præſeferatur: Diuinum nempè, ſaoctiſſimumque Sacramentum, vtque tale ſanctiſſimis, ac doctiſſimis patrum doctriuis ſit, vt præfertur, celebratum, peſſimorum tamen impietate, ſimulque imperitia, eſſe ſacrameotum oegatur more ſolito, nullius auctoritatis, vel rationis ſuffragio ad id negationis inducto.

Quod dogma, vt peruerſum, Euangelicis Apoſtolicíſque inſtitutis, & Eccleſiæ traditionibus, per tot ſæcula contrarium, Sancta Tridentioa Synodo ſub Iulio III. ſeſſ. 3. improbatur, anathematis pœna appoſita, contra quoſcumque, dogma illud approbantes, vel negantes hoc ſacramentum conferre gratiam, vel repugnare ſententiæ Diui Iacobi, vel negare presbyteros à Beato Iacobo in Epiſtola ſua commemoratos non fuiſſe ſacerdotes ab Epiſcopo ordinatos, ſed Seniores tantùm, ex quauis communitate etiam laicos. Et de huiuſmodi impiorom blaſphemia latiùs, admodumque eleganter oſtendit, à quampluribus ſanctis Chriſtianæ Reipublica proceribus, adeò vt de huius veritatis articulo hæſitare non contingat.

De Sacramento Ordinis.

SExto ponitur loco ſacri ordinis ſacramentum, quod vt infra definitur, eſt autem ordinis ſacramentum inſtitutio gradu Eccleſiæ ſimpliciter præeminente diſponens inſtitutum ad conficiendum Corporis Chriſti ſacramentum facta ab Epiſcopo, certo rerum interuentu, & verborum formam proferente, debitaque cum intentione. Cùm enim nemo, vt diuinæ legis cautum eſt inſtituto, aſſumere ſibi debet honorem, niſi qui voca-

tus ſuerit à Deo, tanquam Aaron, Matth. cap.10. & ait Diuus Cyprianus lib.4. epiſt.2. cuius dicti ſenſus in hoc geuere eſt.

Vt quis, niſi initiatus viſibili hoc Sacramento ordinis ſic ab Epiſcopo habilis redditus, nequeat Diuinorum myſterijs ſe immiſcere, vt eſt Act. cap.13. & Tit. cap.1. ibi. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Demonſtratur infrà in verbo presbyteris, ordinis Sattamentum multiplices functiones continere, videlicet, Hoſtiarios, Lectores, Exorciſtas, & Acolytos, qui ſunt quatuor minores, ſunt deinceps tres maiores, vt eſt Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter, ita ab initio ſurgentis Eccleſiæ hanc ordinum ſeriem habitam eſſe, atteſtatur Diuus Ignatius in epiſtola ſua ad Autiochenſes.

Prætereà ab Enangelij veritate ſumitur presbyterorum duplicem à Domino fuiſſe inſtitutum ordinem, Luc. cap.9. & 10. videlicet, Sacerdotes maiores, ideſt, Epiſcopos in perſona Apoſtolorum, & minores videlicet, presbyteros in cœtu ſeptuaginta duorum diſcipulorum Diuus Cyprianus refert in lib.1. Epiſtolarum epiſt.3. & lib.3. epiſt.9. quorum eſt, vt ait lex ſcripta, attendere ſibi, & vniuerſo gregi, Act.cap.20. 1.Pet.cap.5.& ſic Eccleſiam regere horum maiorum, ſicuti minorum eſt, maioribus ſeſe coadiutores exhibere, ad Tim.cap.1.in Dominica curanda meſſe. Matth.cap.9.

Poteſtatem huic Sacramento iniunctam Dinus Auguſtinus explicat lib. quæſt. vet. & nouo teſtam. ibi. Quod inſufflaſſe in diſcipulos Dominus legitur, poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe. Accipite Spiritum Sanctum, Eccleſiaſtica poteſtas collata itnelligitur eſſe, quia enim omnia in traditione Dominica per Spiritum Sanctum aguntur, idcircò cum regula eis, & forma traditur huius diſciplinæ, dicitur. Accipite Spiritum Sanctum. Et quia verè ad ius Eccleſiaſticum pertinet, ſtatim ſubiecit dicens. Cuius retinueritis peccata, retinebuntur, & cuius remiſeritis, remittentur ei. Inſpiratio ergo hæc gratia quædam eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendationes habeantur.

Vidè Apoſtolus dicit ad Timothæum. Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quam data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio iſta non ſine dono Spiritus Sancti eſſe crederetur. Hactenùs Auguſtinus Sanctus. Ordines ſacros eoſdem, Sanctiſſimi Apoſtoli adhuc ſuperuiuentes ſuorum Canonum æditione in partibus ab Eccleſia receptis pariter atteſtantur, dum illorum, &1. & 2. aiunt, Epiſcopus à duobus, vel tribus Epiſcopis ordinato, presbyter ab vno Epiſcopo ordinator, ita Diaconus, & reliqui Clerici, & Canone 68. aiunt.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor ſacram quadrageſimam non ieiunauerit, aut quartam feriam, aut Paraſcenem, hoc eſt, ſextam feriam ordine moueturi niſi fortè infirmitas corporis impediat. Hos ordines eiuſdem nominis refert Diuus Papa, & Martyr Caius c.qui eccleſiaſticis 36.diſtinct. qui ſedit iam mille, & ducentis annis elapſis, recenſendo ipſorum ordinum nomina ait. Si quis Epiſcopus eſſe meruerit primo Oſtiarius, deinde Lector, poſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolytus, exinde ſi mæretur, Epiſcopus ordinetur. Propterea Diuus Cyprianus Martyr, Diuum Cornelium ſumma laude proſequitur, qui ad Epiſcopatum fuit aſſumptus eius aſcenſu à minoribus ordinibus ad ſummum ſacerdotium Pontificis maximi, ac etiam inuicus, lib.4.epiſt.2.

Laudat ſummoperè Diuus Ignatius hoc ſacramentum in epiſt. ad Smirnenſes, de presbyterali etenim ordine loquens ait. Sacerdotium eſt ſumma omnium honorum, qui in hominibus conſiſtunt, quod ſi quis inhonorauerit Deum, inhonorat & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum totius creaturæ, & ſolam natura principem, & ſacerdotem Dei. Hactenùs ille. Vndè Apoſtolus, 1.ad Timoth. cap.4.ait. Qui benè præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur maximè, qui laborant verbo, & doctrina. Quanto virtutis ſplendore ordo in Eccleſia exiſtat, facilè dignoſcitur ab animo verſantibus, quid Eccleſia eſſet eo ſublato, iuxta quod à Diuo Gregorio relatum habetur c.1.ſacerdotibus 61.diſ.& cap.volumus, 89.diſt. Nam ſi veri, & legitimi miniſtri Eccleſiæ eſſent incogniti, auctoritas, & dicendi munus vileſceret, omniaque peſſundarentur, tam diuina, quàm humana reſpicientia, falſis, nouiſque doctrinis ſancta dogmata inficientur, contemptibiliſque Eccleſia redderetur. Ordinibus igitur, & gradibus Eccleſiæ, ita diſtinctis fit, vt nullius improbitate, quamuis maxima Eccleſiæ, nullum inferatur præiudicium, vt eſt videre in c.non quales, 1.quæſt.1.de Diui Auguſtini ſententia ibi. In illum ordinem Epiſcoporum, qui dicitur ab ipſo Petro, vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eam Cathedram ſedet, ſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, & innocentibus Chriſtianis, quibus Dominus prouidens, ait de prepoſitis malis. Quæ dicunt, facite, opera autem eorum nolite facere. Hactenùs ille. His præmiſſis ſatis dignoſcitur, quanta impiorum ſit ignorantia dogmatizantium omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, & Eccleſiæ ſacrorum miniſtros. Quos Diuus Cyprianus, lib.1.epiſt.4.& 6.obloqui, & falſa ſequi præſetulit, vt ibi. Væ autem ijs, quos non Aaronis à Deo vocati exemplum impellit, ſed animi tumor, atque ſuperbia ad inſtar Oziæ Regis ad ſacerdotalis dignitatis munera, quomodocunque occupanda, obtinendaue præcipitat, hæc ille, Vndè Apoſtolus ad Rom.cap.10.ibi. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur, ſed quid ad hæc expreſſiùs conſonant quàm verba Hierem. cap.14. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant. Summa, vigilique cura etiam ab Eccleſiæ cunabulis conſtat ſacro ordine promotos in magna reuerentia, honoreque eſſe habitos, c.quieſcamus 42.diſtin.c.adijcimus, 16.quæſt. etiam quòd improbo delectu exiſterent, vt ibi. Iam inter malos, delectus quidam habendus eſt, vt quod ad munus, auctoritatemque docendi ſpectat, illis tantùm fidem, obedientiamque deberi intelligamus, qui ab Epi-

ſcopis

ſcopis legitimè ordinati, ac miſſi ſanam Eccleſiæ doctrinam profitentur.

Quę ipſa locum habere conſtat, ſi modò promorionibus, veluti hęreticorum, improbandis ordinati non eſſent, vt expreſsè Tertul. lib. de præſcrip. hæret. ait, ibi: Ordinationes eorum temerariæ leues, & inconſtantes. Nunc neophitos collocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt eos gloria obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquàm faciliùs proficitur, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius, hodie Diaconus, qui cras lector, hodie preſbyter, qui cras laicus. Nam, & laicis ſacerdotalia officia iniungunt. Hæc Tertullian.

Ecce, quod modernam hæreſin ex profeſſo non pudet antiquiores, damnataſque hæreſes imitari, edito dogmate, vt laicis ſacerdotalia munera committantur, & ſi turpiſſimum quoque facinus dignoſcatur, vt eminentiores ordines ita pro libiro euaneſcere ſenſiſſent, vt qui hodie Epiſcopus, vel ſacerdos ordinaretur, cras lectoris, vel laici ſtatum retineret, nulla ratione habita, quòd ſacris ordinibus ita character imprimatur, vt indelebilis eatenus ſit. Quòd nulla cauſa tollatur, demonſtrat Diuus Auguſtinus in lib. de Baptiſ. & ordin. ibi, Vtrumque enim Sacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur, illud cum baptizatur, illud, cum ordinatur, ideò non licet in Eccleſia Catholica vtrumque iterari. Hæc Auguſt.

Idem ſenſit Diuus Gregorius II. ſui regiſtri epiſt. 32. vbi ait: Illud autem, quod diciris, vt is, qui ſemel ordinatus eſt, iterum ordinetur, valdè ridiculum eſt, & ab ingenij veſtri conſideratione extraneum, niſi fortè exemplum ad medium deducitur, de quo, & ille iudicandus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur: abſit autem à fraternitate veſtra ſic ſapere, ſicut enim baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet, ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem iterum ordine conſecrari non debet, ſed ſiquis forſitan cum leui culpa ad ſacerdotium venit, pro culpa pœnitentiam indici, & tamen ordo ſeruari. Hactenus ille; ſed cum ſacramentis ipſis, quibus character imprimitur, Sacramentum etiam confirmationis adnumeratur, cap. non licet, de conſec. diſt. 4. & ea ratione non poteſt reiterari, prout etiam alia ſacramenta baptiſmatis, & ordinis quibus indelebilis characteris impreſſio conficitur, & ita Concilio Florentino demonſtratur in Eccleſia eſſe diſpoſitum, vbi dicitur. Inter hæc ſacramenta tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctum, imprimunt in anima indelebile. Vndè in eadem perſona non iterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Hucuſque Concilium Floren. ſuper qua characteris impreſſione, etſi veſano dogmate impiorum negatio porrigatur: tamen vt articulus alijs impijs non diſſimilis Tridentina ſynodo ſub Paulo III. ſeſſ. 7. cap. 9. damnatur anathematis pœna adiecta contra ſecus dicto, vel facto procedens. Huius ſacramenti patet figuram pręceſſiſſe Exod. cap. 28. quando Dominus voluit Moyſem conſecrare Aaron germanum fratrem in Sacerdotem maiorem, & eius filios in minores Sacerdotes, vt Domino Sacerdotio fungerentur, qui ad arcam in tabernaculo exiſtentem appropinquabant, & etiam Num. cap. 4. vbi pręcepit Dominus tribum Leui applicari ad miniſterium Sacerdotij, ad deferenda vaſa templi, & ſacra alia adminiſtranda.

Prætereà Sacramentum Ordinis, vt alia Sacramenta, Propheta regius prædixit in Pſal. 28. ibi, Dominus diluuium inhabitare facit. Ideò dicitur diluuium ſacerdotium, quia ſunt ſamilia iuſti Noe ſaluati in arca ordinis in diluuio aquarum curæ ſæcularis, quos facit habitare in Eccleſia, in qua Dominus ipſe ſedebit in æternum, & ſacerdotes erunt eius miniſtri.

Quamuis præmiſſa ſatis oſtendant ſacrorum ordinum promotionum eſſe Sacramentum, & conferre gratiam: tamen ab hęreſiarcha Martino, qui obloquendo de ſacris veluti, qui in flagitijs perfricuit frontem, nulli ſcelerum generi parcit, ſic perditus vir iſte nullum ſacramentorum eſt, cui non detraxerit. Illa enim manuum impoſitio ſuperiùs toties reperita, vt illa Timoth. 1. c. 4. & 2. Tim. 1. ſacrorum ordinum collationem atteſtantur, qui à ieiunantibus, & ieiunijs conferebantur, vt Act. cap. 13. prædictorum liquet atteſtatio: ibi enim refertur Apoſtolos ieiunantes, & orantes impoſuiſſe manus Paulo, Barnabæ, idem Timoth. 1. cap. 5. idem Actor. cap. 6. in promotione 7. Diaconorum patet de manuum impoſitione, qua arguitur ſacrorum ordinum collatio, & de oratione, cuius virtute gratia confertur. Eandem manuum impoſitionem in ordinãdis Epiſcopis, Præsbyteris, & Diaconis ad Apoſtolorum imitationem decernitur ſeruandam à Chartaginenſi quarto Concilio, cap. 1. 2. 3. & 4.

Nec fruſtraneus actus ille manuum impoſitionis Apoſtolorum miniſterio cenſeri debet, ſed quod illo actu denotetur gratiæ collatio, ſicut videmus actu inſufflationis Dominum contuliſſe Spiritum ſanctum. Matth. cap. vlt. ibi, Accipite Spiritum ſanctum, &c. Diuus Ambroſ. cap. 1. ad Cor. cap. 12. ait, in loco ordinis beneficij Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualis vis ſit non propria, ſed ordinis per efficaciam Spiritus ſancti. Idem refert Diuus Auguſtinus lib. 8. contra literas Parmeniani.

De matrimonij Sacramento.

SEptimo, & vltimo loco Matrimonij habetur Sacramentum, & vt infra definitur. Eſt autem Matrimonium viri, & mulieris legitima coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. Et eſt Sacramentum ea ratione, quia à Domino arcto admodum vinculo inter virum, & mulierem eſt colligatum, quo etiam Eccleſia Domino ſponſa charitatis dilectione perpetua coniungitur. Quia prius, & ante Domini aduentum non eo arcto admodum vinculo Matrimonium colligatum erat. Quia conſtat libellum repudij æquè apud Hebræos fuiſſe, ſicut apud exteras nationes locum habuiſſe, Deut. c. 24.

Digitized by Google

Dominus fuit inuentor perpetuæ connexitatis, quando dixit: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matth. cap. 15. Idque ita ſe habuiſſe oſtendit Apoſtolus ad Heb. cap. 13. ibi, Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Vndè ad Epheſ. cap. 5. de hoc tractans ait: Sacramentum hoc magnum eſt, ego dico in Chriſto & in Eccleſia. Vndè ad Epheſ. cap. 5. inquit. Viri, Diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Hinc dixit Diuus Auguſtinus in lib. de bono coniugali. Fœdus illud initum nuptiale cuiuſdam ſacramenti res eſt, vt nec ipſa ſeparatione irritum. Origo Matrimonij à Domino poſt creatum hominem proceſſit, Gen. cap. 2. ibi, Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod diuinum inſtitutum cùm hominum contrario ritu minus obſeruaretur, interrogantibus Iudæis Dominum, ſi liceret vxorem dimittere ex quacumque cauſa, Dominus reſpondit verba, ſimulque geſta æterni patris, Matth. c. 19. ibi: Nonne legiſtis, quia qui ab initio maſculum, & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro, quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi, Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij & dimittere, ait illis. Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Ecce, quod Matrimonij ſacramentum ex ore Dei, opereque altiſſimè ab initio proditum Euangelica inſtitutione eſt à Domino reſtitutum. Idem habetur, 1. Cor. cap. 7. & reuera ſacram. Sed qui Euangelica inſtituta peruertere nituntur, audacter negant matrimonium ſacramentum eſſe, & conferre gratiam, ſed Apoſtolus, vt præfertur, ad Epheſ. cap. 5. dicit Sacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto, & Eccleſ. Prædictis reſiſtit text. in cap. gaudemus, ext. de diuor. vbi dicitur apud infideles eſſe matrimonij ſacramentum.

Reſpond. quia intelligitur iuxta declarationem Diui Auguſtini dicentis: Sacramentum coniugij omnibus gentibus eſſe commune: ſed non Matrimonij communem eſſe ſanctitatem, niſi in Ciuitate Dei noſtri permanentibus; quia patet extra ciuitatem Eccleſiæ non poſſe ſacramenti gratiam conſequi, cùm per ianuam Baptiſmatis non ingreſſus, ad alia ſacramenta tendere nequeat.

Præterea ſi ſacramentum non eſſet matrimonium, non dixiſſet Apoſtolus: Honorabile connubium. Et quia ſacramentum dicitur à ſacro, ſacras, & à verbo orno, prodit ornamentum actiuè, & non paſſiuè. Archid. in cap. ſacrificium, de conſec. diſt. 2. ſequitur, quòd non ſacramentum: igitur dicetur matrimonium, quod æternus, & omnipotens introduxit, & hominum improbitate immutatum ab incarnato Verbo eius filio ad primæua reſtitutum omni ſemota pollutione, vt præſefertur. Neque his vim facit, quod obijcitur ex aduerſo ſeminis effuſionem, quæ in copulæ carnalis conſummatione interuenit eſſe pollutionem, quia & ſi corporis ſit pollutio, vt ex aduerſo dicitur, non tamen eſt animæ pollutio, quia non diceretur honorabile connubium, & thorus immaculatus ab Apoſtolo, vt præfertur. Vndè eſſe videtur, quòd citra cauſam explendæ libidinis ſi coitus inter coniuges habeatur, ſed vt proles ſuſcipiatur, vel matrimoniali debito ſatisfiat, vel debitum petenti reddatur: nihil labefactatum, aut maculatum in illa coniunctione copulæ carnalis conſummatione concurrat, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ad Rom. cap. 8.

Adeò vt matrimonium eſſe ſacramentum ex præmiſſis ita perſpicuum eſt, vt hæreticorũ tergiuerſatione ſecùs oſtendi nequeat. Gratiam quoque conferre matrimonium demonſtratur Geneſ. cap. 1. ibi: Benedixit illis Deus, ac dixit: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Cuius benedictionis virtutem intelligi debet, non ita corpora tantùm reſpexiſſe, adeò vt etiam ad eorum corporum animas, tamquam partes nobiliores non extenderetur, quia ſic animabus noſtris conſtat Diuinam impartiri benedictionem demonſtratur à Regio Propheta pſal. 66. ibi, Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.

Latiùs, manifeſtiùſque Matrimonio impartitam gratiam à Domino fuiſſe demonſtratur, quando à Domino ſui corporis interuentu nuptię ſublimatæ ſunt, tantaque nuptijs ab eo profluxit gratia, vt ex aqua vinum factum ſit, Ioan. cap. 8. nec opus eſt, vt circa hæc dico, quòd matrimonium ſit ſacramentum, & conferat gratiam diutiùs immoremur: cum à Tridentina Synodo ſeſſ. 24. cap. refor. impio huiuſmodi dogmatis ſecus ſentientis iudicio detrahatur, vt anathematis pœnam incurrat, qui ſecus definire auſi fuerunt. Eſtque matrimonium indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vt in definitione præfertur, Domini teſtimonio Matth. 19. cap. ibi, Erunt duo in carne vna, & Geneſ. cap. 2. Marc. cap. 10.

Vndè Apoſtolum propterea dixiſſe patet, 1. Corinth. cap. 7. ibi: His, qui matrimonio iuncti ſunt: præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo conciliari, & vir vxorem non dimittat. Omnibus tamen matrimonium contrahere lege non permittitur. Tamen Apoſtoli traditio, 1. Corinth. cap. 7. dubium inducit, vbi ait: Melius eſt nubere, quàm vri, quia hoc verum oſtenditur ante emiſſum votum. Declarat text. in l. ſi quis, non dicat rapere. C. de epiſ. & cler. vbi inquit, ſi quis, non dicam rapere, ſed attentare tantùm iungendi cauſa matrimonij, ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pęna feriantur. Quare Diuus Auguſtinus pſal. 65. ait. Virgo, ſi nuberet, non peccaret: ſanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur. Id etenim Apoſtolicis inſtitutis introductum Diuus Epiphanius contra Angelinorum ſectam, atteſtatur. Vt peccatum ſit iudicandum eius, qui poſt decretam virginitatem ad nuptias conuolauerit. Eſt enim à Domino dictum. Vouete, & reddite. Concil. 2. Cartagin. ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Expreſſum eſt quoque à Domino. Nemo mittens manum ad aratrũ, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Luc. c. 9.

Eccle-

Eccleſia ſancta, niſi vouentes, ad celibatum neminem cogit diſt. 28. per totam, ne Dominus contemnatur. Vndè Apoſtolus ad Cor. 1. cap. 7. ait. Et qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit, quamdiù, ſcilicèt Deo dedicata non eſt, & qui non iungit, meliùs facit: ſummè enim continentiam ſectantes laudati ſunt in Eccleſia, quos Dominus paritèr laudat Matth. cap. 17. de Eunuchis, qui ſe, vt regnum cœlorum adipiſcantur, caſtrauerunt, vt D. Baſilius de Virginit. ait. Id propterea actum eſſe, vt ſint ſancti corpore, & ſpiritu, Deo in carne ſine carne militantes. Præceſſit figura matrimonium pręter eam, quæ habetur Gen. cap. 2. in Adam, & Eua, etiam in his, quæ Regius Propheta Pſal. 28. ibi: Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades. Quia matrimonij gratia extinguitur ignea flamma, nempè libidinis, vel concupiſcentiæ. Vndè etiam concutitur deſertum, quia prole ex matrimonio exoriente Eccleſia repletur, adeò vt non ſit deſerta, & commouebit deſertum Cades, ſcilicèt principia pſalmationis inter virum, & mulierem, qui de per ſe conſiderati, & vnum principium deſerto adæquantur, quia ſunt principia ad generandam prolem, qua deſertum remouetur viro, & muliere ſibi inuicem debitum reddentibus exorta prole tollitur deſertum. Vndè fructus gratiæ matrimonio inhærentes ſunt caſtitatis inductio libidine expulſa, ſit Eccleſiæ propagatio prole ſuſcepta, nec non ſignum coniunctionis perpetuæ inter Eccleſiam, & Chriſtum Dominum.

Nec ſolùm à Propheta illo Regio, Pſalmo ſuo 28. De his ſacramentis ordinis, videlicèt, & matrimonijs, eſt vaticinium, ſed ad reliqua paritèr ſacramenta ibidem ſanctiſſimè reſpexit, ac ſeriatim. à baptiſmate incipiens ait. Vox Domini ſuper aquas, Deus Maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Demonſtratur hìc aquis virtutem regenerandi Dominum tribuiſſe, ideſt, Chriſtum, qui velut vox manifeſtauit fidelibus ſuis verbum, ſicut vox affert verbum ad aures, Deus maieſtatis intonuit. refertur ad actum baptiſmatis Domini, Ioan. cap. 1. ibi, Vox patris audita eſt, hic eſt filius meus dilectus, & Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie, ibi, ſuper aquas multas, refertur ad omnes aquas elementales. Sequitur de ſacramento confirmationis ſuper verbis his, videlicèt. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Nam à Spiritu ſancto cùm confirmatio procedat, dat virtutem reſiſtendi inimicis, & hoc verbo Dominum Spiritum ſanctum deſignaſſe Marcus cap. vlt. teſtatur, vt eſt ibi, Induamini virtute ex alto. Vox Domini in magnificentia refertur ad Euchariſtiæ magnum, & admirandum myſterium, ſeu ſacramentum, in quo Rex ille magnificus inter ſuos fideles reſidet iuxtà illud, magnificatus eſt rex pacificus ſuper omnes reges vniuerſæ terræ, Iſa. cap. 9. ibi. Oſtendit omnia mirabilia ſua iuxtà Pſal. cap. 10. ibi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcā dedit timentibus ſe.

Sacramentum pœnitentiæ deindè ponitur, vt his verbis. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tamquam vitulum, & dilectus quemadmodùm filius vnicornium. Nam cedros Lybani: ideſt, altitudine alios ſuperantes, refertur ad pœnitentiam, qua, ideſt, peccatores pœnitentia confringuntur, ideſt, humiliantur, tamquam vitulus. Libani refertur ad peccatum carnale, quod totum ſenſibus eſt allectum, & dilectus accipitur pro diuite, vt eſt illud Salomonis: Omnes diligunt munera, cum diues, à communitèr contingentibus, auaritia locupletetur, ideò filius vnicornium dicitur hic à Propheta. Quia ſicut ille ſuo cornu alijs animalibus præſtat auxilia, vt ſecuriùs bibere valeant cornu ex aquis expellens venena, ſic auarus ad pœnitentiam redactus ſuis facultatibus ſuffragium præſtat pauperibus, vt bibere, & comedere poſſint, & ſic elegantèr ab expreſſis tribus, hìc præmiſſis peccatis omnia delicta ſunt compræhenſa, quæ & ipſa delentur pœnitentia, quandoquidem alia peccatorum genera ad hæc tria reducantur iuxtà Ioann. ſententiam Epiſ. cap. 1. cap. 2. aut ad ſuperbiam, aut ad luxuriam, vel auaritiam. Vox Domini præparantis ceruos, ideſt, fideles, qui extrema vnctione præparantur ad curſum, vt cerui ſacra illa vnctione, cuius virtute deletis omnium peccatorum reliquijs inſtar currentium ceruorum diſponuntur ad cœleſtia regna ſaliendum: ſequitur, Reuelabit condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriam. Quia Cœlum aſcendentibus diuinorum condenſa reuelantur, & in templo eius omnes dicent gloriam, refertur ad diuinum illud templum, vbi cœleſtes virtutes, & poteſtates Deo gloriam dicere non ceſſant. Præter hæc de ſacramentis hactenùs expoſita, videtur etiam ſacramenta ſingula naturalis inſtituti iura complecti tamquam ea, quæ naturali humano regimini neceſſaria conſpiciuntur. Vt eſt hominem naſci. Quod in baptiſmate verificatur, vbi homines Chriſto regenerantur, Ioan. cap. 3. Vt etiam hominem poſt infantiam, & imbecillem ætatem creſcere, viribuſque augeri, & confirmari, & hoc in confirmatione, cuius virtute, & robore regenerato ipſi augentur vires à Spiritu ſancto, Actor. cap. 8. Vt etiam videtur, quòd itinerantibus, & peregrinis ſit neceſſarius cibus, & potus, & in hoc fidelibus conſultum eſt, vt veris peregrinis huius ſæculi cibus exhibeatur conſiſtens in corpore, & ſanguine Domini, Ioan. cap. 5. ibi: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

Et quia quandoque varijs morbis, infirmitatibuſque, ideſt, peccatorum culpis, quis inficitur, datur medicina, quæ ab illis infirmitatum moleſtijs liberentur, quæ eſt pœnitentiam, vt ibi. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, Ezech. cap. 18. Quia opus eſt etiam hominem quandoque ex loco aliquo emigrare, iterque inter hoſtes habere, expedit propugnaculum aliquod ſecum deferre, quo ab hoſtium iaculis ſe tueri queat, à Domino datum eſt propugnaculum extremæ vnctionis, vt emigrantes ab hoc ſæculo à reliquijs peccatorum immunes clypeo huius ſacramenti ab hoſtium impetu liberentur, Marc. cap. 6. ibi, Vngebant

oleo

Digitized by Google

oleo multos ægrotos, & ipſi ſanabantur. Et ſi non ſanabantur Eccleſiæ tamen oratione ita alleuiati erant, vt hoſtes non pauerent, Iacob. ſua Epiſ. cap. 5.

Pręterea quia naturali ratione requiritur, vt in Republica ſint rectores, à quibus ſubiecti ſunt regendi, & non ſolùm hominum regimen procurent, ſed etiam quæcumque neceſſaria regimini conſeruent, contribuant, curamque exhibeant, & ne huiuſmodi neceſſaria in Eccleſia ſint deſideranda; ideò ordinis ſacri myſterio, ideſt, hoc omnibus eſt conſultum ſtatuto ſacerdotij ordine, ſicut & aliorum miniſtrorum manuum impoſitione, vt ibi, Noli negligere gratiam, quæ eſt in te per impoſitionem manuum Presbyterij, Tim. cap. 4. Poſtremò ne mortis opera Eccleſia deſerta permaneat, nec ſit, qui neceſſario Eccleſiæ vſui conſulere queat, matrimonij ſacramentum, eſt inſtitutum ad humanum genus conſeruandum, vt Eccleſia ſancta ſuorum militum obſequio non defraudetur, ad Tit. cap. 1. ibi, Huius rei cauſa reliqui te Cretæ, vt ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per Ciuitates presbyteros, ſicut conſtitui tibi.

Sed cœleſtem, diuinamque virtutem ſanctiſſima hæc ſacramenta, tunc adepta fuiſſe dignoſcitur, quando Domini cum mucrone lanceæ latere aperto, aqua cum ſanguine inde profluxit. D. Auguſtinus ita demonſtrat in gloſſa ad Epheſ. c. 4. ibi, Dormiuit Adam, vt fiat Eua, moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia, dormiente Adam fit Eua de latere, mortuo Chriſto lancea latus percutitur, vt perfluant ſacramenta, quibus formetur Eccleſia. Hactenùs ille. Cui adſtipulatur alia gloſ. Gen. cap. 6. ſuper ver. oſtium autem pones in latere deorſum. vbi ait: Nemo intrat in Eccleſiam, niſi per ſacramentum remiſſionis peccatorum, quod de latere Chriſti aperto emanauit. Quam miram, diuinamque virtutem Dominum ſacramentorum auctorem tunc exhibiturum pollicitum fuiſſe conſtat, quando ſe illum Samaritanum eſſe præſetulit, qui à latronibus ſauciato remedia ad ſanitatem recuperandam, miſericordia ductus, ſubminiſtrauit, Luc. cap. 10. Namque decuit, vt quemadmodùm Dominus tranſtulit ſacerdotium de ſucceſſoribus Aaron in ſe ipſum, opus fuit, vt etiam fieret legis translatio, ad Hebræos cap. 7. & cap. translato ext. de conſtit. iuxta illud adagium videlicet. Nouus Rex, noua lex. Vndè conſtat omnia ſacramenta à Regio propheta in figuris relata, dict. pſal. 23. Dominum Ieſum inſtituiſſe, vt præſefertur de baptiſmate, Io. cap. 3. quando dixit Nicodemo. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, ſicuti huius ſacramenti formam dedit, Matth. cap. vlt. ad Apoſtolos dum ait. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et baptiſmatis effectum in die aſcenſionis, Marc. cap. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Sacramentum verò Confirmationis inſtituit, Marc. cap. 10. quando offerebantur ei paruuli, quos amplectens, ſuper eoſque manus imponens benedicebat ipſos. Quam manum impoſitionem, Act. cap. 8. conſtat imitatum fuiſſe Petrum, & Io. in conferendo Spiritum ſanctum illis de Samaria. Pœnitentiæ autem ſacramentum, tunc Dominum inſtituiſſe patet, quia Matth. cap. 4. dixit: Pœnitentiam agite, appropiuquabit enim regnum cœlorum. Peccatorum verò remiſſionem, quando paralytico dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. cap. 9. & de Magdalena patet Luc. c. 7. ſicuti de clauibus traditis, Io. cap. vlt. ibi, Quorum remiſeritis peccata. Euchariſtiæ tunc ſacramentum inſtituit, quando ſuum corpus, & ſanguinem conſecrauit in communicando Apoſtolos dicens: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, Matth. cap. 26. Marc. cap. 14. Luc. 22. Extremæ vnctionis præterea ſacramentum inſtituit, quando ſua traditione Apoſtoli ægros inungentes ſanitati reſtituebant, Marc. cap. 6. ibi, Et vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur.

Quod ſacramentum etſi magis traditione Apoſtolica, quàm propria Domini actione ſit promulgatum, quia intuitu Apoſtolorum intelligitur de inſtitutione propria Domini actione habita, de qua Apoſtoli rememorati ſunt, vt ſenſit Magiſ. ſent. in 4. diſt. 23. cap. 2. & ita à nonnullis traditur in 4. ſenten. diſt. 2. adeò vt ex parte Apoſtolorũ intelligatur inſtitutio rememorationis, quia recordati ſunt exequi, quod Dominus inſtituerat, iuxta illud Diui Auguſtini lib. 3. de baptiſ. paruu.

Quod non ſcriptum in Eccleſia obſeruatur, eſt ex traditione Apoſtolica Chriſto docente. Ordinis enim ſacramentum Dominum inſtituiſſe apparet, Luc. cap. 22. quando poſt collatam Apoſtolis Euchariſtiam dixit: Hoc facite in meam commemorationem. 1. Cor. cap. 2. Sacramentum matrimonij, tunc Dominum inſtituiſſe liquet, quando Matth. c. 19. dixit: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Quòd etiam approbaſſe demonſtratur, quando ad nuptias aquam in vinum commutauit, Io. cap. 2. vbi ſuorum mirabilium dedit principium. Ideò Diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 108. art. 2. pariter Dominum ſacramentorum perfectorum eſſe dixit, ibi, & quia gratiam ex nobis conſequi non poſſumus, ſed per Chriſtum ſolùm, ideò ſacramenta per quæ gratiam conſequimur, ipſe Dominus inſtituit per ſeipſum.

Hiſque dictis Diui Ambroſij lib. 4. de ſacram. cap. 4. conſona eſt doctrina ibi, auctor ſacramentorum quis eſt, niſi Dominus Ieſus: De cœlo iſta ſacramenta venerunt: conſilium enim omne de cœlo eſt; hactenus ille. Huius ſententiæ quoſcunque hactenus ſcribentes patet tam circa baptiſmum, Euchariſtiamque, & ſacramenta ſingula, quæ, excepto matrimonio, poſt peccatum inſtituta fuiſſe patet, etſi matrimonium in ſtatu innocentiæ ordinaretur, Panor. cap. ſi de frig. & malef. num. 5.

AR-

ARGVMENTVM.

Sanctum quid eſſe, quomodò ſumatur, curque Eccleſia multiplicatione ſancta dicatur.

MOdò capitur examinandam in textu dictio ſequens ibi, ſancta: primò quæritur, quid ſit ſanctum, & vndè dicatur ſanctum. Er latino idiomate, teſte Tullio de natura Deorum, propriè ſanctum eſt, quod de Deo, rebuſque diuinis dicitur, vel de his, quæ aliqua maieſtate, aut vitæ innocentia Dei immortalis adęquantur virtuti, vt ibi colligitur, vbi dixit, Aſtipalea inſula Achillem ſanctiſſimum colit: iterum de aruſp. reſpub. Id omnibus ſemper ſanctum, auguſtum, & religioſum eſſe viſum eſt. Aliquando importare legitur idem, quod impollutum, & purum. Vndè Virg. 2. Eneid. ibi, Tuque ò ſanctiſſima coniux Fœlix morte tua; ideſt, caſtiſſima coniux, idem 12. Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ. Apud Iuriſconſultum verò ſanctum, id ſumitur, quod ab hominum iniuria eſt defenſum, l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. vel quod inuiolatum, vel incorruptum eſt. His conſonum videtur, quod inquit textus in l. ſi quis ita legatum, ff. de legar. vbi legati ad Principem, vel rempublicam miſſi, ſancti dicti ſunt, ea ratione quia immunes ab omni iniuria reddebantur, adeò vt à nemino eis, quod violentiæ inferri poſſet, ſanctique propterea dicti ſunt à quibuſdam herbis ſagminibus appellaris, quas in ſignum eorum legationum deferebant, ne ignoti aliqua iniuria afficerentur, & huic ſenſui conuenire videtur dict. l. ſanctum. Sanctum quoque in iure videtur dictum à ſanciendo. Vndè ſanctiones dictæ ſunt, illæ leges pœnas lethales introducentes aduersùs eos, qui in leges ipſas committunt hiſt de rer. diui. §. ſanctæ, l. ſacra, §. illud no. ff. eod. tit. vbi hoc habetur, ibi, Propriè dici ſancta, quæ nec ſacra, nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata, ſicut profanum ſumitur, quod alias ſanctum fuit, poſtea ad hominum vſum redactum eſt, quaſi extra fanum, vel ſanctuarium, refert Rebuff. de mente Auguſtini, in l. inter publican. ff. de verbor. ſignif. ver. ſacra Sed ſanctis patrum iuſtitutis Eccleſia dicta eſt ſancta, vt differre videatur ab Eccleſia malignantium, quæ non eſt ſancta, ſed impietate exuberans. Vndè Pſal. 25. ait ibi, Odiui Eccleſiam malignantium.

Maguo enim diſcrimine diſtat ab iſta impia, hæc Chriſti ſponſa Eccleſia ſacroſancta. Vndè Pſal. penult. dicitur Laus eius in Eccleſia ſanctorum, ibi, Diui Auguſtini, inquit gloſſ. Eccleſia ſanctorum eſt Eccleſia catholica Eccleſia ſanctorum non eſt dicenda Eccleſia hæreticorum.

Pluribus quidem cauſis Eccleſia dicitur ſancta, & primò, quia conſtat Dominum illam ſanctificaſſe capiendo hic ſanctificare, pro mundare, & quid purum reddere. Vt ad Epheſ. cap. 5. ibi, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſequitur, vt illam ſanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, quod Diuus Auguſtinus ibi perpendens ait.

Quæ vis eſt aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Sancta quoque dicitur Eccleſia ratione diuinorum, quia exemplum illius cœleſtis, & triumphantis Eccleſiæ repræſentatur, de qua Io. in Apoc. cap. 21. atteſtatur ibi, Ego Ioannes vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, & audiui vocem de cœlo dicentem; Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis. Eſſe quoque ſanctam Eccleſiam conſtat, prout ſanctum repræſentat, quid incorruptum, quia immunis eſt à peccatis, & ab omni corruptione, quia conſtat Chriſtum eius ſponſum eſſe præ filijs hominum ſpecioſum, & ſanctum ſanctorum, Leuit. cap. 1. & Pet. can. 1. cap. 1. ibi ait: Sancti eſtore, quoniam ego ſanctus ſum, & Cant. 4. cap. ait. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, & ad Corin. cap. 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Sanctitatis nomen ſumitur etiam, inquantum importat religionem, ſeù obſeruationem eorum, quæ ad Deum pertinent, de qua commemoratur, Luc. cap. 1. ibi, Seruiamus Domino in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Vndè in Eccleſia religio, quia integrè ſeruiatur, tam ſancta, ideò appellatur, nam vt videre eſt, ſanctitas hæc ſplendet in pluribus, velut in ſacrificijs, in votis, in ceremonijs, & ſingulis miniſterij.

Vlteriùs Eccleſia eſt ſancta, eius ſanctitate ſumpta, prout quandoque ſanctum ſumitur idem, quod firmum, quia ab æterno à Deo ordinata lege diuina firmamentum habet, æternaque prædeſtinatione 1. ad Cor. 2. ibi, Vbi exhiberet vos ſanctos, & immaculatos, & irrepræhenſibiles coram ipſo, ibi gloſs. ait. Non meritis noſtris, ſed ſua charitate. Et etiam, quia in hoc eodem ſenſu ſumpta ſanctitate de Eccleſiæ firmitate conſtare oſtenditur, cùm à charitate numquam ſit defectura Dominum habens in aduocatum, Ioann. 1. cap. 2. & pſal. 67. ibi, Ædificauit ſicut vnicorum ſacrificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula, ibi gloſs. Diui Hieronymi ait. Ideſt, ipſam Eccleſiam ſingulari virtute firmauit, vt immobilis in ſæcula ſempiterna conſiſteret, quod manifeſtius exprimitur pſal. cap. 3. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi, ibi verba ſunt Auguſt. qui ait. Terram intelligo Eccleſiam, quæ eſt firmitas eius, ſuper qua fundata eſt, de quo fundamento. 1. ad Corint. cap. 3. dicitur ibi, Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

Ad quam Eccleſiæ firmitatem Dominus reſpiciens Petro, quem vniuerſę Eccleſię pręfuturum deſignarat, ita inquit, Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ideſt, ſuper hanc fidei confeſſionem, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, ſcilicet peccata, minę, blandimenta, & vt ibi addit gloſs. nec hęreſes pręualebunt aduersùs eam, quam firmitatem omnibus pręualituram, non eſt hęſitandum, ſicuti exprimitur ad Rom. cap. 8. ibi; Certus ſum, quod nec mors ſeparabit nos à charitate

Chri-

Chriſti. Colligitur etiam Eccleſiam ſanctam eſſe ratione virtutum multiplicium, & gratiarum, quibus prædita pollet, vt videri poteſt, pſal. 64. ibi, Replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate. Domus Dei eſt Eccleſia, vt ibi habet gloſs. illa vero bona ſunt, ſanctitas, qua ornatur, æquitas dicitur ratione proximorum, quibus Eccleſia comparitur, indè concluditur propterea ſanctum eſt templum tuum, ideſt, Eccleſia, & mirabilis in æquitate. Sancta quoque eſt Eccleſia ea ratione; prout ſanctum dicitur ſanguine expiatum, quia in ſanguine Domini Redemptoris expiata extitit; nam vt Iſidor. Etymol. lib. 7. ait. Sanctum dici idem, quod ſanguine tinctum, quia antiquitùs volentes expiari à ſuis culpis ſanguine tingebantur. Atteſtatur Paulus ad Heb. cap. 9. ibi, Omnia penè ſecundùm legem in ſanguine mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum, & ad Epheſ. cap. 5. ibi, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret. Et Apocalip. cap. 1. ibi, Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Sanctum etiam nomen Eccleſiæ congruere conſtat, quia Diuinis inſtitutionibus & legibus regimen ſuperno lumine ſuſcepit, oſtendit tex. in cap. ſic, diſtin. 19. Sic omnes, Apoſtolicæ Sedis ſanctiones accipiendę ſunt, tamquam ipſius diuina voce Petri firmatas, & pſal. 4. Lex Domini immaculata conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Et ad Rom. c. 7. Lex ſancta, & mandatum ſanctum. Vndè D. Damaſcenus contra Apoſtolicæ Sedis inſtituta tendentes 25. quæſt. 1. cap. violatores, ait, Grauiter à ſanctis Patribus iudicantur, & à Spiritus ſancti inſtinctu, cuius gratia, ac dona, qui ditati non ſunt damnantur, quoniam blaſphemate Spiritum ſanctum non incongruè videntur.

Vlterius eſt quoque ſanctum, quod Deo dicatur, ſicut miniſtratores Eccleſiæ benè dicuntur, ſanctificanturque, vt Exod. cap. 19. ibi, Aaron, & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungatur mihi, & etiam loca pſal. 95. ibi, Adorate Dominum in atrio ſancto eius. Necnon vaſa diuino cultui propoſita, Exod. cap. 30. ibi, Arcam teſtamenti cum vaſis ſuis, candelabrum, & vtenſilia, vniuerſamque ſupellectilem, quæ ad cultum eorum pertinent, ſanctificabis omnia, & erunt ſancta ſanctorum. Sancti quoque ſunt dies, quos Deo dicatos eſſe conſtat, vt videre eſt Eſd. lib. 2. cap. 10. ibi, Erunt vaſa ſanctificata, & ſacerdotes. Præcepit Deus, veſtes ſanctas fieri, Exod. cap. 28. ibi, Facies Aaron fratri tuo veſtimenta ſancta, & filijs eius.

Sed ſatiùs Eccleſiam intuitu huiuſmodi ſanctam eſſe conſtat, vbi verus cultus celebratur, extra quam verum ſacrificium non litatur, 1. quæſt. 1. cap. extra catholicam Eccleſiam non eſt locus veri ſacrificij, & eſt Diui Auguſtini ſententia. Etiam præſefertur Eccleſiam eſſe ſanctam ratione ſcientiæ ſanctæ, nam veritas rerum, niſi ſcientia acquiritur, propterea ait tex. 24. quæſt. 1. cap. quia ex ſola catholica Eccleſia, veritas conſpicitur, apud ſeque eſſe locum Dominus perhibet, de quo videatur, in petra Moyſes ponitur, vt Dei faciem contempletur, quia niſi quis ſoliditatem fidei tenuerit, diuinam præſentiam non agnoſcit, de qua ſoliditate Dominus dixit: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hactenus textus. Eſt igitur Scientia, qua Deum agnoſcimus, non alibi, quàm intra ſanctam Eccleſiam, quod Sapiens cap. 1. atteſtatur ibi, Dedit illi ſcientiam ſanctorum. Vndè Ariſtotelem dixiſſe conſtat, ſanctitatem eſſe virtutem ſcientiæ ea facientem, quæ ad Deum ſunt iuſta. Contra quam Eccleſię ſanctitatem impiorum dogmate pluribus medijs inſurgitur, vt eſt, quando dicitur, Dominum docuiſſe omnes fideles orare pro peccatorum ſuorum remiſſione, Matth. cap. 6. ibi, Dimitte nobis debita noſtra. Nam, ſi non eſſent peccatores, fruſtra Dominum hanc orationem edidiſſe, eamque Eccleſiam frequentaſſe videretur, quod non eſt dicendum; ergo Eccleſia, quia habet peccata, non eſt munda, neque ſancta.

Ad hæc reſpondetur, quia etſi remiſſionem peccatorum petere quotidiè docetur, non tamen intelligitur, vt fideles omnes ea incurrant peccata, quibus Eccleſiæ ſanctitas dirimatur, quia ſumitur ſenſus de peccatis minoribus, vel venia dignis, iuxta illud Io. 1. Epiſ. cap. 1. ibi, Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, mendaces ſumus, & veritas non eſt in nobis. Cui conuenit illud Prophetæ pſal. 14. Qui ingreditur ſine macula, vbi gloſs. in verbo ſine macula ſubdit, ſine peccatis mortalibus, & à D. Hieronymo in pſal. cap. 18. exponitur, ibi, in verbo Beati immaculati, eadem forma, qua ibi gloſ.

Reſiſtitur, & alio medio, quia habetur, quòd Eccleſia quandoque fuerit labefactata, & fœda, ergo dici non poteſt Eccleſiam ſemper fuiſſe ſanctam, facit text. §. Eccleſia, de penit. diſt. 1. vt ibi, Poſſibile autem eſt, vt quando Eccleſia, quæ prius habuit maculam, & immunditiam, poſtea reſtituta eſt, ita & peccator currens ad medicum, & vt etiam ait Diuus Auguſtinus pſal. 20. ibi, Aſſumpta eſt Eccleſia ex genere humano, vt Chriſtus caput eſſet Eccleſiæ. Et quibuſdam interpoſitis, Gaudeat ſponſa amata à Deo, quando amata? dum adhuc fœda; omnes enim peccauerunt, ait Apoſtolus, & egent gratia Dei.

Reſoluitur oppoſitio, quia Eccleſia dupliciter capitur, vndè ſumpta prout comprehendit Angelos, & homines, ſic Eccleſiam ſemper ſanctam extitiſſe patet, ex quo Angeli non reprobi in ſanctitate, qua ab initio ſunt creati continuè permanſerunt. Sed quæ ſecundo modo ſumitur Eccleſia, & ſumpta ex fidelibus, ſemper in aliquibus, vel in aliquo ſancta fuit, idem Diuus Auguſtinus pſalm. cap. 18. inquit, Eccleſiam eſſe in terra, ex quo vocati ſunt ſancti; & ad deducta ex auctoritate D. Auguſtini in contrarium reſpondetur illius ſententiam non eum habere ibi ſenſum, vt loqui videatur de Eccleſia vniuerſali ab Abel iuſto initium deducente, ſed de illa fidelium collectione, quæ ob idololatriam fœda tunc, & maculata reperiebatur. Vndè de hac idem Auguſtinus pſal. c. 3. ait. Nonne iſta eſt, quæ iacebat in cęno iniquitatum, nonne iſta eſt, quæ iacebat in fornicatione idololatriæ? vel hæc ſententia po-

teſt

reſt referri ad Eccleſiam ab Abel inſto exhortam, quæ, etſi ſœda dici poſſet in aliquo ob peccatum originale à Domino non prius deletum, & ita eſſe accipiendam oſtendunt auctoritates ab ipſo Dino Auguſtino allegatæ, vt eſt illa Pau. ad Rom. cap. 3. ibi, Omnes peccauerunt, quia Doctor intelligi debet ſecundùm iura, quæ allegat, Bart. in l.non ſolùm, §. liberationis verba, ff.de lib.lega.l.cum quidam, ff. de his, quibus vt indig. Iaſ. in l. cum filiofamil. ff. de leg. 1. col. 18. Non tamen ſœda dici potuit in Patriarchis, & ſanctiſs.

Compingitur prætereà alia oppoſitio contra hanc Eccleſiæ ſanctitatem, dum aiunt, Eccleſiæ pro ſtatu præſentis vitæ, non conuenit eſſe ſine macula, vel ruga, & ſi ſecus ſie pro ſtatu futuræ vitæ, quando erit in gloria, quod probandum ſumitur auctoritate Diui Auguſtini in fine primi libri Enchiridion, enucleantis verba illa Apoſtoli, videlicet, vt exhiberet ſibi Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam, & dicentis: Per hoc omnes prorſus maculæ hominum Chriſtiani lauacri ſanctitate tolluntur, quo mundat Eccleſiam ſuam Chriſtus, vt exhibeat eam ſibi non in hoc ſæculo, ſed in futuro non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi.

Ad quæ eſt reſponſio, quia illa ſanctitas, quę omnimodam peccati liberationem inducit, & immunitatem ab omni culparum vetuſtate eſt differens ab ea ſanctitate Eccleſiæ pro præſenti vitæ ſtatu. Quæ quidem non eſt à quocumque peccato, vel imperfectione immunis, ſed ab eis immunditijs, quæ puritatis gratiæ, & lumini charitatis non repugnant, quia ſi quid imperfectionis eſſet repugnans charitatis luci, vel puritatis gratiæ, Eccleſiæ ſanctitati huius ſtatus reſiſteret, quia non verificaretur illud Canticorum, cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, cùm qui extra gratiæ puritatem conſiſtat, vel repugnat charitati, lethali crimine inficiatur, adeò vt Deus non ſit in eo, nec ipſe in Deo. Ioan. cap. 4. hoc pacto, ſanctitateis Eccleſia præſentis vitæ ſit expers, & ita declarat gloſ. in cap. omnibus conſideratis 24. quæſt. 1. ibi, in ver. Sine macula.

Vndè concluditur, quòd intuitu criminum non lethalium nil Eccleſię ſanctitati detrahitur, ſumpta ſanctitate Eccleſiæ pro ſtatu præſentis vitæ, & non pro ſtatu futuræ, & glorioſæ, qua inducitur omnimoda liberatio ab omni immunditia, & corruptione, pęnę, & culpæ, de qua inquit pſal. 148. Gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius.

Non obſtat pariter aſſumptum ad impugnandam Eccleſiæ ſanctitatem, quòd in hymno Angelico, qui in Eccleſia decantatur, exprimitur, ibi, Tu ſolus Sanctus, Quia, & ſi Chriſtus ſit ſolus ſanctus, & Eccleſia non ſit Chriſtus, ergo Eccleſia non ſit ſancta. Quia illud refertur ad Dominum ſiue Chriſtum ratione ea, quia ſit culmen ſanctitatis. Vndè omnes alij ſancti comparticipes ſiunt, hocque eſſe demonſtratur, Daniel cap. 9. vbi Sanctus ſanctorum nominatur: item in regula, cap. 2. ibi, Non eſt ſanctus præter te Domine. Quia ipſe ſolus natura eſt ſanctus tanta ſanctitate, vt alios diuina actione ſua ſanctos reddat, nec ideò tollit, vt cæteri fideles Chriſti cohęredes ſint, ad Rom. cap. 8. & ideò cum eo ſancti fiant, vt videre eſt Leuit. cap. 20. ibi, Sanctificamini, & eſtote ſancti: quoniam ego ſanctus ſum. Vndè Diuus Auguſtinus in pſal. 75. ibi, Cuſtodi animam meam, quoniam ego ſanctus ſum, ait. Dicat vnuſquiſque fidelium ſanctus non eſt, iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio non ingrati, quare non ſequitur, vt ſi ipſe Deus ſolus ſit ſanctus, & ita ſanctus, vt peccatores ſanctificet, in filioſque recipiat, ad Rom. cap. citato ibi, Si filij, & hæredes, vt participatione ſaltem, quos in filios ſibi recipere libet, ſanctos quidem reddat, atque cœleſtis gloriæ participes, vt ſunt Eccleſiæ ſuæ membra, quibus illa ſancta prædicatur, & eſt.

Sumitur alia, ad prædictis reſiſtendum, ratio Apoſtoli auctoritate ad Rom. c. 3. ibi, Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax. Vndè ſequitur, vt Eccleſia hominum collectio, non ſit ſancta, cùm homines, quibus eſt compoſita, ſint mendaces, & ſactitati contrarij. Eſtque inſulſum aſſumptum: quia illa qualitas mendacitatis, de qua ibi ait Apoſtolus, non eſt vt intelligatur Apoſtolum ſenſiſſe omnes homines neceſſariò eſſe mendaces; hoc demonſtratur, quando idem Apoſtolus, 2. ad Corinth. cap. 12. ait ibi: Scit Deus, quòd non mentior. Sed refertur ad imbecillem naturæ ſtatum, qui nunquam in eodem ſtatu permanet, l. deberi. C. de fideicommiſſ. cap. licet de proc. in 6. nec militat ratio, quia quamuis homo ſit labilis ad peccatum, ex ſuique natura flexibilis, gratiæ tamen ſuffragio ab imbecillitate illa poteſt liberari, adeò vt fortior, & immobilis euadat.

Proponitur, & alia difficultas, dum dicitur, numerum malorum præponderare numero bonorum in Eccleſia exiſtentium, connumeratis tum bonis, tum reprobis. Vndè Eccleſia conſiſtere videtur maiori numero, cum denominatio fieri debeat à maiori parte, adeò quòd ſic Eccleſia potius immunda, quàm ſancta ſit cenſenda, præſertim attentis his, quæ habentur in cap. & hoc diximus 16. quæſt. 8. vbi traditur, carnaliter viuentes domum orationis lapidibus viuis conſtructam facere eam ſpeluncam latronum actibus ſuis, ergo non eſt ſancta.

Reſpon. Non procedere huiuſmodi impugnationem: quia licèt reprobi ſint de Eccleſia, quò ad numerum, ex quo tamen non ſunt etiam quò ad meritum non ſunt vera Domini membra, & eius corporis, quibus componitur Eccleſia, & quamuis inter fideles, ex baptiſmate ſuſcepto permixti maneant, non tamen eorum numero faciunt Eccleſiam, adeò vt denominatio Eccleſiæ ſit à potentiori parte, & nobiliori, videlicet eorum, qui & numero, & merito ſunt de Eccleſia, & ab his, qui ſunt de illius numero, argumen. l. 1. ff. de acquiren. poſſeſ. & gloſ. in cap. 1. ver. fratribus, de off. leg. lib. 6. & ſic vanum eſt, quod opponitur, quòd Eccleſia ab his reddatur fœda, vel non ſancta, qui ſolo verbo, vel numero ſunt membra Chriſti.

Ad rem quoque facere non videtur, quòd alio medio Eccleſiæ ſanctitati reſiſtitur, dum dicitur fideles in præſentis vitæ ſtatus non eſſe ita confirmatos in ipſa fide, vel gratia

Dei, vt errare non valeant, & ex conſequenti demerentur, ergo non firmata eſt Eccleſia, ergo non ſancta.

Reſpon. nihil eſt, & ratio eſſe videtur, quia etſi fideles in præſenti ſtatu peregrinationis non ſint adeò confirmati, vt peccare non valeant: Eccleſia tamen ſancta remanet in his, qui actualiter in ea ſunt immobiles, & ſancti, numeroque, & merito in ea fulgebunt, adeò vt perpetuò ſit ſtabilis, & ſancta.

Nouo quoque medio inſtatur, quòd Eccleſia non ſit ſancta, & ſumitur de cauſa eorum qui ſunt præſciti, qui tamen, etſi modò fidem habeant, & intra Eccleſiam verſentur, tandem in fide, & charitate non ſunt permanſuri, ergo Eccleſia iſtis compoſita non eſt ſancta. Non militat ratio, quia quandocunque præſciti fidem teneant, & gratiam, palàm eſt Eccleſiam in ipſis haberi, quamuis deſciſcentes à fide ſint exituri, quia iudicium ſumitur ſecundùm præſentem ſtatum de membris Eccleſiæ, & non futurorum, cùm iudicium de ambiguis haberi non debeat abſolutum, Card. de Turrecremat. in cap. habuiſſe 33. diſt. num. 3. l. non quemadmodum, ff. de iudic. & l. 1. §. 1. ff. de vſur. Vndè futuri temporis tractus ad iudicem non ſpectat.

Alius impugnationis conatus aduersùs Eccleſiæ ſanctitatem ſumitur iuxta illud ſapien. cap. 9. Quòd nemo ſcit, an ſit dignus odio, vel amore; ergo de ſanctitate Eccleſię idem ſumi poteſt iudicium, cùm nullus ſcire queat, an Eccleſia ſit ſancta, vel immunda. Cui oppugnationi facilis eſt reſponſio. Quia etſi humana ſcientia hoc penitùs ignoretur: diuina tamen eſt vndequaque notiſſimum, & conſtat de Eccleſiæ ſanctitate, de qua diuinus atteſtatur ſermo Cant. cap. 4. vbi recenſetur, quòd ſponſa Chriſti pulchra eſt ſine macula, & ſancta, & tam ibi, quàm innumeris alijs diuinæ paginæ locis colligitur eſſe corpus Chriſti redemptoris.

Vltimo loco traditur Eccleſiam non eſſe ſanctam auctoritate Io. 1. cap. 1. ibi, ſi dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ergo Eccleſia militans non eſt ſancta. Huic auctoritati ea competit reſponſio, quia duplicem patet eſſe ſanctitatem: nam alia eſt Eccleſiæ in patria ſanctitas, & alia Eccleſiæ vitæ præſentis ſtatus; illa enim, quæ eſt Eccleſiæ in patria trimphantis ſanctitas ab omnibus peccatis pœnæ, & culpæ immunitatem habet, ſed ſanctitas Eccleſiæ ſtatus vitæ præſentis à peccatis immunitatem habet, quæ charitatis luci non aduerſantur, vt ſunt venialia peccata, non autem quod ſapit originalis, vel lethalis peccati, quæ ſunt charitati contrariantia, & ita fore diſtinguendum demonſtrant verba Apoſtoli, 1. ad Rom. ibi:

Omnibus, qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis, ibi gloſ. in ver. ſanctis, ait, quia ſanctificati fuerant per Baptiſ. & cæt. ex quibus verbis colligitur Apoſtolum non intelligere ſanctitati eſſe quid detractum à peccatis venialibus, ex quo virtute Baptiſmatis ſibi notum erat lethalia peccata cum originali fuiſſe ſublata, ideò ſanctos illos appellat, quamuis venialis peccati non expertes fore præſumpſiſſet, cum Apoſtolo ſanctiſſimo, & doctiſſimo non innoteſceret, Prouer. c. 24. Quòd ſepties in die cadit iuſtus. Vndè venialia ſicut iuſtitiæ non detrahunt, ſic etiam nec ſanctitati, & ita præmiſſæ Io. ſententiæ reſpondendum eius ſententia ad peccata venialia referri: vel vt aliàs, ſi quis elatus, ſi: dicens ob iactantiam phariſæorum imitatus ſuperbiæ peccato ſe illaquearet, & ita ſentiendum, vt præfertur, & declaratur doctrina Vener. Bedę ſuper Cant. cap. 4. ibi, Tota pulchra es, dicens: hæc autem dicta ſunt, non quòd in hac vita ſanctorum quiſpiam, vel à culpis omnibus immunis, vel perfectus eſſe poſſit virtutibus, cùm veraciter ſcriptum ſit, quia non eſt homo in terra iuſtus, qui faciat bonum, & non peccet, ſed quod ſancta Eccleſia in quantum Eccleſia Chriſti, eſt, & fide recta, & munda ſit opere, ſuntq; hæc conſona textui, & ibi gloſ. Corint. 1. cap. 3. ibi, Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, ibi gloſ. in ver. ſanctum ait, à tempore Baptiſmi, quia in nemine habitat Deus, quem non antea Spiritus ſanctus ſanctificet, & purget, eandem declarationem inſeruit, gloſ. in cap. omnibus conſideratis, 24. qu. 1.

Propterea Eccleſia ob eius ſanctitatem ſummo honore excolendam eſſe, venerandamque conſtat, quia ſi Dominum ſanctos ſuos ipſius ſanctitatis intuitu honoraſſe, ſancta eius geſta demonſtrant, vt Io: cap. 18. ibi: Siquis miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qui eſt in cœlis, & Pſal. 138. ibi, Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. Tantò ſatius à mortalibus ſancti ipſi honorandi, ſummoque honore habendi ſunt, cùm honor ſanctis exhibitus ipſum Deum honorat, vt Pſal. 67. ibi, Glorioſus eſt enim Deus in ſanctis ſuis, & Eccleſ. cap. 44. ibi, Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Et ab ineuntibus Eccleſiæ cunabulis conſtat feſtos dies ſtatutos natalibus ſanctorum, quando poſt deuicta, triumphataque mundi diſcrimina, ad cœleſtem patriam emigrarunt, vt videre eſt Diuorum Eccleſiæ patrum Auguſtini, Ambroſij, ſermones, ad populum habitos ſub celebrationibus natalium ipſorum.

Adeò vt Nicæna Synodus ſecunda de ſententia Diui Damaſceni, & aliorum patrum, quos ibidem commemorat, decreuerit imagine Chriſti, & ſanctorum decens eſſe venerari, honore proſequi. Etſi impiorum dogmate fuerit improbatum ſanctos venerari, vel eorum imagines, & ipſorum petere ſuffragia contra Eccleſiæ traditiones, quas Diuus Apoſtolus ſeruandas tantoperè præcepit, 2. ad Theſſ. cap. 2. ibi: Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram, & Diuus Baſilius in lib. de Spiritu ſancto, c. 27. ob Eccleſiæ traditionem chryſma, & cęremonias ſacramentis dicatas retinere voluit, vbi inſuper adiecit: Si inſtituta, conſuetudineſque non ſcriptas tanquam in eis vis magna non ſit, ſemel repudiare aggrediemur, clàm, ac pedetentim ratas ipſas Euangelij ſentẽtias improbabimus, aut potiùs ad inane nomen eius prædicationem contrahemus, ſed Apoſtolicum exiſtimo ſubdit, in ijs etiam traditionibus, quæ ſcriptæ non ſunt, permanere cap. 29. eod. lib. Videant impij igitur, in quod perditionis barathrum ſint prolapſi Eccle-

ſiæ

ſiæ definitionibus, traditiooibuſque, & ritibus poſthabitis.

ARGVMENTVM.

Dominam eſſe Romanam vniuerſalem Eccleſiam regio more ſumitur.

SEquitur textus ibi, Domina noſtra hanc dictionem, Dominum à domo deriuari ponunt Mod. in l. ſylua cædua. §. integra. ff. de verbor. ſignific. & congruere videtur, quia Dominus dominio ſuo præeſt, velnti qui domni ſuæ dominantur, & imperium habent in familia, iuxta illud Terentianum ibi. Apparet ſeruum hunc eſſe Domini pauperis, in Eunuchum, vt etiam eſſe videtur, quando refertur ad imperium alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, vt eſt illud Virgilianum, 1. Æneid. ibi, Romanos rerum Dominos; ſed proptiori ſenſui reducitur vox iſta Domina, prout ſonat Text. iſte ex Ciceronis ſententia in paradox. vt Domina ſit hera, & vxor Domini, dum ait ibi. Cupiditas honoris dura Domina.

Et iſto ſenſu potuit, etiam à Patribus huius Synodi ſumi, cum Eccleſia Coniux, & Sponſa Domini dicatur, & ſit, Cant. cap. 4. ibi. Veni de Libano Sponſa mea, coronaberis, & Cantic. cap. 5. ibi. Veni in hortum meum ſoror mea, Sponſa mea. Eſſe etiam coniugem demonſtrat Pſalm. cap. 28. ibi, Vxor tua, ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, vbi dicit Diuus Auguſtinus, Vxor tua Chriſto dicitur, ergo Vxor eius Eccleſia eſt, cuius nos ipſi Filij ſumus, & Eccleſiæ deſponſatione in vaticinio Oſeæ, cap. 2. ter recenſetur, vt ibi. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi, in iuſtitia, in iudicio, & miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te in fide, & ſcias, quia ego Dominus, vbi ait gloſ. Ter ponit, ſponſabo te, primò enim deſponſauit eam ſibi in Abraham, cui in Gene. cap. 17.

Tu cuſtodies ergo pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te. Circuncidetur ex vobis omne genus maſculinum, & circuncidetis carnem præputij, vt ſit ſignum fœderis inter me, & vos.

Secundò deſponſata fuit Eccleſia in Monte Sinai legis datione, vndè gloſ. Oſeæ citat, 2. cap. ſubdit, ſecundò deſponſauit eam in Monte Sinai, dans ei pro ſponſalibus legis iuſtitiam, & iudicium, & miſericordiam.

Tertiò fuit deſponſata in Aduentu filij Dei, quod eſt in fide Trinitatis, in qua fide ſtatim credentes ſciunt, quia illa eſt Deus. Hactenùs gloſ.

His, ita deductis videtur nullum verſari dubium, quo minùs Eccleſia reperiatur Domina. Sed retento ſenſu, rationeque cuius Eccleſia in præſenti hoc decreto dicatur domina ratione regiminis, & poteſtatis prælationis, nonnulla impiorum obiecta proponuntur, quibus eorum colligitur intentio, iura prælationis, & poteſtatis Eccleſiæ ſupprimendi, Eccleſiam eſſe Dominam hoc decreto præſefertur, & eo modo domina eſt, prout conſtat à Domino iura, principatus Petro fuiſſe collata, iuxta quod ipſa in ſuo Cantico, ait ibi, ſuper plebem meam Principem te conſtitui, & Pſal. 14. ibi.

Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, cui generale exercitium indiſtinctè Domini gregem paſcendi eſt commiſſum, Ioan. cap. vltimo, & eo auctoritatis modo Eccleſia inſuper inſignis in Petri prælatione reddita eſt iuxta menſuram, quæ ad Coloſſen. cap. 2. ponitur ibi. Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa Mundi, & non ſecundùm Chriſtum. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis.

Aduerſùſque ipſa opponitur Euangelica auctoritate Matth. cap. 20. ibi. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem in eos exercent, non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus; quam oppoſitionem eleganter Card. de Turrecremata de medio aufert in Textu noſtro de mente Diui Thomæ ſuper Matth. dicto cap. 20, ita diſtinguens dominium, aliudque eſſe dominium, cui aliquis ſubditur, vt ſeruus, aliud verò, quod alicui competit ratione alicuius muneris regendi, & gubernandi; Primum dominium, quod eſt Dominantium, & Tirannicum, à Dominoque præcitato loco improbatum, Eccleſia non retinet, nec eo reſpectu hoc in loco dicitur Domina, vt etiam Diuus Petrus genus hoc dominandi recuſaſſe videtur, vt prima eius Can. cap. 5. ibi. Non quaſi in Clero dominantes.

Propterea Diuus Hieronymus in cap. eſto 95. diſtinct. ait. Sciant Epiſcopi ſe ſacerdotes eſſe, & non Dominos; vndè ſtat concluſio, Dominium, Eccleſiæ more regio haberi, quia rex non ſuæ vtilitati regimen dirigit, ſed ſubditorum regni ſui, & ita differt dominium regium à tyrannico; quia tyrannus ſoli ſibi conſulere intendit nulla incommoditatis populi ſibi ſubiecti ratione habita, ſed contra Tyberianam ſententiam pecus deglubit, nullatenùs paſtoris officio adhærens, adeò quod Eccleſia eſt Domina Regio, vel paterno modo.

Vndè fideles à Papa filiorum nomine appellantur, ſeque ipſum Papa non Dominum ipſorum fidelium ſcribit, vel exhibet, ſed Seruum Seruorum Dei, iuxta quod à Domino Matth. cap. 20. præcipitur ibi. Et quicumque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus, vt latiùs à ſcribentibus in procem. Decr. refertur, & ſic ceſſat difficultas, & demonſtratur Eccleſiam Romanam eſſe Dominam, hoc regio modo, omnium Epiſcoporum, & Eccleſiarum, quia omnibus ipſis præeſt paſtorali cura, & hoc patet etiam, quia Epiſcoporum Papa non ſe Dominum facit, ſed fratrem, cap. quam graui, ext. de crimin. fal. ſicut aliæ Eccleſiæ non dicuntur Romanæ Eccleſiæ ſeruæ, ſed benè Romanam Eccleſiam conſtat illarum matrem eſſe, & appellari, vt ipſarum caput, & à qua regun-

guntur, & gubernantur, cap. omnes 22. diſtinct. & cap. non decet, 12. diſtinct. & ſunt cum ea vna, & eadem creatura, cap. 1. de ſum. Trinit. & fid. ſymb. Nicen. ibi, & vnam ſanctam Eccleſiam.

Secundò opponitur ex relatis à Diuo Bernardo lib. de conſider. 4. ad Eugenium III. Papam, ibi. Conſidera autem Sanctam Romanam Eccleſiam, cui auctore Deo præes, omnium Eccleſiarum eſſe Matrem, non Dominam, & te non Dominum Epiſcoporum, ſed vnum ex illis. Quis ad hæc non eſt difficilis indaginis ſolutio. quandoquidem à Diuo Bernardo ibi Domina ſumatur, in quantum refertur ad illud Domini genus ab Euangelio Apoſtolis improbatum, & ſic prout Dominium opponitur ſeruituti, & conforme dominio à Diuo Petro improbato ſua 1. Canon, vt præfertur, quòd in clero non fore exercendum præcepit, & ita Diuum Bernardum Dominam ſumpſiſſe declaratur per epiſtolam eiuſdem ad ipſum Eugenium de Eccleſiæ Principatu hoc examinans, vbi ait; Chriſtus te miſit, æſtimabis te non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe, & miniſtrare non ſolùm ſubſtantiam, ſed ipſam quoque animam.

Verus ſucceſſor Pauli dicet cum Paulo. Non quia Dominam, vt fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri, Petri hæres audiet Petrum dicentem. Nec vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis. Hucuſque ſic pateat, cuius dominij Eccleſia non ſit Domina, & ab his ſequentibus vti reuera iuxta Text. hunc Eccleſia cenſeatur, & ſit Domina, deinceps eadem epiſtola ait. Terribilis prorſus, terribilis eſt locus iſte, locus, in quo ſtas terra Sancta eſt, locus Petri, locus Principis Apoſtolorum, vbi ſteterunt pedes eius, locus illius, quem conſtituit Dominus Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

Hactenùs ille ouiNſſimis his verbis, videlicet ibi. Dominum domus ſuæ declarat, quo pacto Eccleſia ipſa intelligatur Domina ratione prælationis, & maioris adminiſtrationis. Quam Dominij diſtinctionem ignotam fuiſſe Archidiacono non hæſitatur, in cap. fideli, de ſum. Trinit. & fide, lib. 6. vbi dicit per hunc Textum, quia quid Diuus Bernardus dicat Eccleſia Romana eſt Domina, & vſque adeò Domina in hoc dominandi, & regendi genere, vt regina pariter appellari queat.

Vndè Senecæ fuit ſententia, ſi benè te rexeris, es dignus nomine Regis. Nam Eccleſiæ non ſolùm Reginæ nomen debetur, quia Sponſa Regis ſit, ſed quia Sponſa eſt Regis regum, per quem omnes Reges regnant. Prouerb. cap. 8. Nec reſiſtie illud, quod Dominus aufugerit Regnum Ioan. cap. 6. quia id geſtum fuit, ne hominum ſuffragio claritatem ſumere videretur, iuxta illud Ioan. cap. 5. ibi. Claritatem ab hominibus non accipio, vt geſta eius diuina pollerent virtute, & non humana, & etiam ea de cauſa euitauit Regnum, cùm omnia eſſent ſua, vt hominum ope magis fieri nequeat, iuxta illud: Si eſuriero, non dicam tibi, & infra. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum, iumenta in montibus, & boues, Pſal. 49.

Sicut vim etiam non inducit illud Matth. cap. 20. vbi Chryſoſtomus declarando ait. Principes Mundi ideò ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, Principes autem Eccleſiæ, vt ſeruiant minoribus ſuis, vtque ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent. Hæc ille. Stat igitur firma concluſio hìc ſecundùm præmiſſa, vt Eccleſia Romana ratione regiminis totius vniuerſalis Eccleſiæ verè ſit Domina, & Regina, iuriſdictionemque inſuper eidem competere originaliter, vndè alios, quoſcunque magiſtratus conſtat in Eccleſia iuriſdictionem exercere ab ipſius Eccleſiæ cunabulis non ſecùs, quàm Principis, & Regis eſt, lib. 1. ff. de conſtitut. princ. Bart. in l. t. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Inſuperque Eccleſia retinet, quicquid eſt perfectæ virtutis, aut ſapientiæ ad animarum ſalutem tuendam, cap. legimus, 93. diſtinct.

Quare Religionis Chriſtianæ grauiora ad ipſius Eccleſiæ tribunal deferenda eſſe oſtenſum habetur, Diui Cypriani Epiſtola ad Cornelium Papam, vbi inquit. Neque enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur, cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùs ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt Coepiſcoporum conſenſum Iudicem ſe, non iam Epiſcopi, ſed Dei ſaceret, nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens, ac tumens ſeorsùm foris nouam hæreſim conderet. Hæc ille.

Reſpiciatur hìc, an ignito cauterio vir ſanctus hæreſiarchæ Martini vlcus ante tot ſæcula, quàm ſit exortum doctrina Spiritu Sancto referta ſecuerit, vt ſaniei nullas remanſiſſe latebras dignoſcatur. Vtque ad ipſius Romanæ ſedis examen ad Fidei Chriſtianæ ſpectantia reducantur decreuit Innocentius Primus, qui ſucceſſit Diuo Anaſtaſio, vt ait Text. in cap. quoties, 24 quæſt. 1. ibi, quoties ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum in ſui nominis, & honoris auctoritatem referre debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum Mundum poſſit omnibus Eccleſijs prodeſſe; hactenùs ille.

Pelagij quoque extat canon ad Epiſcopos conuentos ad vocationem Iohannis Conſtantinopolitani de Romanæ Eccleſiæ prælatione ſuper Chriſtiana; dogmata diſcutienda in cap. multis 17. diſtinct. vbi ait. Maiores, & difficiliores quæſtiones, vt ſancta Synodus ſtatuit, ad ſedem ſemper referantur Apoſtolicam.

Nimirùm igitur ſi Dominam Romanam Eccleſiam iuxta Domini inſtitutum eſſe concluditur, cùm non ſibi ab alijs Eccleſijs miniſtretur ad diuinæ legis dubia interpretanda, Sacramentaque ſingula ſubminiſtranda, Eccleſiarum iura tuenda, & conſeruanda. Sed ipſi onus alijs hæc ſubminiſtrandi incumbat, nec defraudantur fideles ad Romanæ Catholicæ Eccleſiæ oraculum confugientes, cùm nullus mortalium eo aduocationis ſuffra-

gin

gio tutelam ſibi polliceri queat, qua Romana Eccleſia communitur, qui eſt illius, cuius verbo ſunt omnia condita, & eius fide omnes ſaluantur ab Abel iuſto vſque ad ſæculorum finem, vt rectè habet Text. in cap. maiores, ext. de baptiſm., & eius effectu, ibi. Maiores Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos fidei contingentes ad Petri ſedem referendas intelligit, qui cum quærenti Domino, quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpondiſſe notatur, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & pro eo Dominum exoraſſe, ne deficeret fides eius. Hactenùs Text.

Dominam præterea Romanam Eccleſiam declaratur eſſe in legibus condendis, quas componere non licet, niſi Principatus iure fungentibus, l. 2. §. nouiſſimè, ff. de orig. iur. & l. 1. ff. de conſtitut. princ. hanc facultatem legis condendæ Eccleſiæ competere oſtenditur Prouerb. cap. 6. ibi. Conſerua fili mi præcepta Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ. Liga enim in corde tuo, & circunda gutturi; his verbis Salomonem præcepta Dei ſub nomine Patris, & legem Eccleſiæ ſub nomine Matris propoſuiſſe, ita neceſſariò demonſtratur, vt huiuſmodi verba nullum alium importare ſenſum dignoſcatur. Declarantur verba hanc habere enucleationem ex eo quod habetur eodem lib. Prouerb. cap. 22. ibi.

Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Nec vim inducit dicere, verba hæc referri ad patres legis antiquæ, quorum erat in re dubia decreta edere, cum ſit vt idem patribus nouæ legis ſit conceſſum, atteſtatur Pſal. 44. ibi, pro Patribus tuis nati ſunt tibi Filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, idem Deuteronom. habetur, cap. 17. vbi Dominus ait. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctus populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

Sed aiunt impij ſentientes grauiùs eſſe deſciſſe ab obedientia ſummi nouæ legis ſacerdotis, eſſe ita à Chriſto libertati reſtitutos, vt legis vinculo, quis ſe ſubmittere non debeat ſumpto clypeo in cortice verborum Apoſtoli ad Galat. cap. 5. ibi. Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege, & alia verba, vt præfertur ſe ctantes artic. cap. 7. Empti eſtis pretio magno, nolite fieri ſerui hominum, & ita dogmatizantes, aiunt fideles non ſupponi præceptis antiquæ legis deprauatam doctrinam ex præcitatis Pauli auctoritatibus, ſumentes à ſanctiſſimæ mentis Apoſtoli magno diſcrimine alienam, cùm illa verba ab Apoſtolo ipſo fuerint prolata ad ſedandum ſchiſma illud exortum inter baptizatos, ita magnifacientes eos, à quibus Baptiſma receperant, vt Chriſti memoria, quod in cuius ſanguine baptizati fuerant ab eorum mentibus excedere videretur, alio dicente, Ego ſum Cephæ, alio, ego ſum Pauli, alio, ego ſum Apollo, 1. Corinth. cap. 3.

Vndè opus fuit, vt id à Paulo efficacioribus admodùm verbis exprobraretur, quando dixit, nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in ſanguine Pauli baptizati eſtis.

Vndè ſenſus illorum verborum Apoſtoli fuit, vt ſicut à ſolo Chriſto liberati fuerant, ita illi ſe obnoxios eſſe ſentirent; ſed Apoſtolus in eo genere loquendi ſecùs diſponat, & quod illa verba peruerſum huiuſmodi intellectum non admittant, ſed impiorum ſententiam confundant, demonſtrat idem Apoſtolus ad Theſal. cap. 4. ibi.

Scitis, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum, & infrà itaque, qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam Spiritum ſuum Sanctum dedit in nobis, cui Diui Pauli ſententiæ conuenientia ſunt Principis Apoſtolorum verba in Can. 1. cap. 2. ibi ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ſiue Regi, quaſi] præcellenti, ſiue Ducibus tamquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, & ea, quæ ſequuntur; ſed in hoc clariùs deſiderare, quandoquidem ex ore altiſſimi ſecùs definitum connuncatur, Matth. cap. 5. ibi. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere, adeò quòd præcepta legalia nemo dixerit fuiſſe ſublata, niſi infames, & hæretici, qui furta, homicidia, adulteria, aliaque flagitia huiuſmodi impunè committenda Chriſtiana libertate dogmatizant. Quanta ſunt præcepta in noua lege, tum à Domino, tum ab Apoſtolis iniuncta credentibus? nec tam iniuncta, quàm neceſſariò obſeruanda? Vt ibi. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, Matth. cap. 19.

Præterea, conſtat enim Apoſtolum Paulum ita inuigilaſſe ad præcepta obſeruanda, vt etiam comminatus fuerit ſe ad Corinthios in virga venturum, vt eſt videre, 1. Corinth. cap. 4. ibi ait. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? & iterùm in 2. ad Corinth. cap. 13. ait ibi. Ideò hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam, ſecundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem. vt etiam patet, 2. ad Theſſalon. cap. 3. vbi ait. Quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo, vt confundatur.

Improbant impij præcepta legalia, quando Dominus Iudæos incuſat ob inobſeruatæ legis cauſam, Matth. cap. 15. ibi, quare tranſgredimini præcepta Dñi propter traditiones hominum, & deinceps ibi, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me, ſine cauſa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Ecce, quòd Dominus non prohibet ſua ſeruari inſtituta, ſed aduerſantia diuinis præceptis.

Verùm quòd Eccleſiæ præcepta ſint ſeruanda, Apoſtolus manifeſtè admodùm demonſtrat ad Hebr. cap. 4. ibi. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri; illa enim verba, pro animabus veſtris, declarant Apoſtolum intelligere de honore, & obedientia præſtanda Eccleſiæ Prælatis, & miniſtris, vt etiam Dominus

nus

nns inſtruit Matth. cap. 23. ibi, ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcumque dixerint vobis ſacite, ſecundùm opera eorum nolite ſacere; vndè liquet ex verbo illo, quæcumque, Eccleſiam poſſe legem condere, tam diuinam, quàm humanam cauſam reſpicientia.

Neque illa libertas ab impijs recepta, eſt libertas à Chriſto tradita, de qua ait Apoſtolus ad Corint. cap. 9. ibi, Vos in libertatem fratres tantùm, ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem: non enim iſta libertas excuſat Martinum apoſtatam, & hæreſiarcham, vt nullum ſit impedimentum vota Deo exhibita frangere, carnique, & concupiſcentiæ ita habenas relaxare, vt virgines etiam, quæ ſuam Deo virginitatem ſponderunt è celibatu extrahere contra Dei præceptum, pſal. 75. ibi: vouete, & reddite Domino Deo noſtro. ſpreto tum in ſe, quàm in virgine Deo dicatam caſtitatis voto pœnæ capitali recidina mann eſt ſuppoſitus, tum apoſtaſiæ, l. 1. & toto tit. C. de apoſt. tum ſacrilegij per auth. de ſanctiſ. Epiſc. §. penult. & C. de Epiſc. & cleric. l. ſi quis noo dicam rapere;

ARGVMENTVM.

Romæ nomen, vndè & Eccleſiarum vrbis, quæ ſit inſignior, & cur Romæ Papa reſideat.

SEquitur tex. ibi, Romana, quod nomen adiectiuum deriuans, eſt ab vrbis proprio nomine, cui teſte Liuio primo lib. 1. Decadis: Romuli cooditoris ſui eſt nomen impoſitum, tenuiſque principij in monte Auentino ſumpſit exordium, ſed creberrimis augmenris Veſpaſiani temporibus vſque adeo aucta reperitur, vt 12. M. CC. paſſuum ambitum Vrbis fuiſſe Plin. lib. 3. cap. 5. atteſtaretur. Romæ præclarum nomen Diuo Hieronymo. ita in Iouinianum referente apud Græcos in fortitudinem reſonat, Hebræis verò in ſublimitatem, & huius vocis ſenſus apparens videtur ea retenta ratione, quòd alma hæc vrbs ſit eatenus communis patria, l. Roma, & ibi ſcribentes, ff. ad municip. l. 2. §. omnes, ff. de iudic. Bart. in l. ſed & reprobari, §. 1. ff. de excuſat. tutor. vt cui propria ſit interdicta patria, extet quoque interdicta Roma, l. qui exportandus, & ibi Bart. C. ſi ſer. expor. vt huius vrbis innumera priuilegia, reſert Oldrad. conſil. 85. nam ſanctiſſime Pater, & ipſam ſolam fiſcum habere traditur, l. ad probandum, & ibi Bal. C. de iud. vndè pariter ratione communis patriæ, quemlibet conueniri poſſe, firmant ſcribentes in dict. l. 2. §. omnes, ff. de iud.

Quæ priuilegiorum iura homiuum ſtudio almæ Vrbi exhibita, etſi inſigni polleant virtute, illuſtribus virorum geſtis illuſtrioribus, ac inſignioribus chriſtiana religione exornatur, Diuo Leone Papa teſte in concione ſub natali Apoſtolorum Principis Petri, & Pauli, ad Pop. Rom. habita, exponente ibi, Iſti ſunt Roma, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt ſis gens ſancta, populus electus. ciuitas ſacerdotalis, & regia per ſacram Beati Petri ſedem caput orbis effecta, vt latiùs præſideres religione diuina, quam dominatione terrena, vndè eſſe videtur, vt itidem Diuus Cirillus in lib. ſuo Theſaurorum, de hac prælatione ſenſerit: Veluti etiam Diuus Thom. 3. par. quæſt. 40. art. 6. refert de ſententia Concilij Conſtantinopolit. ibi: Veneramur, ſecundùm ſcripturas, & ſecundùm canonum ſtatuta, & definitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum; ſed cùm in textu dicatur, Romana vrbe, pluresque Romæ ſint inſignes Eccleſiæ, quarum iſtarum ſit illa repræſentans vniuerſalem Eccleſiam, & matrem Eccleſiarum totius orbis, ad quod habetur teſtimonium in cap. futuram 12. q. 1. vbi tex. hæc ait; Denique idem præfatus Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam primæ Sedis B. Petri, vbi Vg. gloſ. ait: In Lateranenſis Patriarchij, cui Card. de Turrecrem. in cap. dudum, 4. quæſt. 6. ad hæret. & latiùs in cap. futuram 12. quæſt. 1. Sed meliùs, & lucidiùs in ſum. de Eccleſia lib. 2. cap. 36. vbi recitat decretalem Nicolai Papæ ad Epiſcopos Metropolitanæ Sedis Conſtantinopolitanæ, Metropoleſque dicit: ſunt Matres vrbium, ſiuè vrbes capita prouinciarum exiſtentes, l. 1. C. de Metrop. lib. 10. ſumptis ciuitatibus, vt eſt definitio Bart. in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet. vbi ait: Ciuitas eſt locus mœnibus circumdatus, ædificijs plenus, territorium habens ad perpetuam populi habitationem deſtinatum.

Quare luce clarius eſt, vt Eccleſia Lateranenſis relata ad Eccleſias etiam materiales eſt caput omnium Eccleſiarum totius Orbis, ſicuti D. Petrus, & eius ſucceſſores ſunt caput vniuerſitatis fidelium, ex quo à Domino immediatè recepta eſt regenda, & gubernanda, Io. cap. vlt. ibi, Paſce oues meas, & ita habetur 21. diſtin. cap. quamuis vniuerſæ per orbem catholicæ Eccleſiæ vnius thalamus Chriſti ſit: tamen Sancta Romana Eccleſia catholica, & Apoſtolica, cæteris Eccleſijs prælata eſt, cui catholica, illa qualitas ſemper copetijſſe conſtat, quia Chriſti fidem citra maculam continuè coluit, cap. in Sede Apoſtolica 24 quæſt. 1. ibi, quæ per Dei omnipotentis gratiam, tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probatur, neque hereticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit, idem habetur eadem quæſt. & cauſa cap. à recta.

Sed quare magis Romæ, quàm alibi Papa primatum Eccleſiæ exerceat, & diuina inſtitutione decretum declarat tex. in cap. per venerabilem, ext. qui fil. ſint legit. ibi, cùm Petrus vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegit reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? Reſpondit, venio Romam iterum crucifigi, quod intelligens pro ſe dictum ad locum ipſum protinus eſt reuerſus, hæc ibi, quæ loci ratio congruit diſpoſitioni antiquæ legis, Deutero. cap. 17. & in præmiſſo, eſt textu relatum, nec refert, quòd magis congruum videretur, vt in Hieruſalem reſediſſet ad Dominum imitandum, qui ibidem ſuæ doctrinæ ſemina conſeruit, quia ſacerdotibus reſiſtentibus indigni ſunt effecti, Act. capitulo 3. ibi,

Digitized by Google

ibi, vbi Paulus loquitur, capitulo 3.

Vobis oportebat primùm loqui verbum regni Dei. Sed quia indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ conuertimur ad gentes. Quam ad gentes translationem Dominum iam prædixiſſe conſtat, Matth. cap. 21. quando ait: Aufertur vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.

Quare Domini iuſſu patet Romanam Vrbem ad D. Petri, & eius ſucceſſorum diſciplinam fuiſſe decretam, & ita ſenſit Diuus Marcellus ſcribens Epiſcopis, per Antiochiam conſtitutis in cap. rogamus 24. quæſt. 1. ibi, Petri ſedes primitùs apud vos fuit, poſtea, iubente Domino, Romam eſt translata, cui, adminiculante gratia diuina, hodierna præſidemus die. Hactenùs ibi.

Quam vrbem eatenus videtur Domino fuiſſe complacitum ſuæ Eccleſiæ Principatui deſeruituram, vt ea à Cœſaris poteſtate ereptam ad ipſius Eccleſię vniuerſalis dominium hodiè pleno iure pertinere diſpoſuerit, cap. ego, 63. diſtin. Card. de Turrecremat. in cap. igitur 23. quæſt 8. vt ibi Diui Petri corpus quieſceret, vndè in fidei cultores perſecutionem proceſſiſſe præſefertur, declarat tex. in cap. dudum, 3. quæſt. 6. ibi, & ſabricam templi Beati Petri primæ ſedis inſtitueret, adeò vt ſedem Imperialem linqueret B. Petro, & ſucceſſoribus præfuturam concederet, & infra, & ſicut Beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, & ita Eccleſia eius nomini dedicata Domino inſtituente prima ſit, & caput cæterarum hactenus ibi, Præterea Rom. Vrbem Diuo Petro ſubijciendam, Iſa. cap. 26. vaticinatur ibi, ciuitas ſublimis conculcata eſt à pede pauperis, & egreſſibus egenorum, conſonat cap. relatum, 5. fin. de ſenten. excom. cap. ex multis, 1.q.3. Indè habentur verſus. Seruierant tibi Roma prius Domini Dominorum: Seruorum ſerui nunc tibi ſunt Domini.

ARTICVLVS III.

Romanam Eccleſiam ex pluribus catholicam nuncupari demonſtratur.

Dicitur autem Eccleſia Catholica à Græco ſumpta idiomate, idemque ſignificat, quod vniuerſalis, vndè Quint. lib. 2. cap. 23. præcepta perpetua, vel vniuerſalia catholica appellat, quare etiam illud medicamentum, quod vniuerſis euacuandis humoribus ſubminiſtratur, catholicon appellatur. Indè Iſidor. lib. ſuo, 1. de offic. inquit, Eccleſia vocatur propriè propter quod omnes ad ſe vocet, & in vnum congreget: catholica verò dicitur, quia per vniuerſum orbem eſt conſtituta, vel per catholicam, hoc eſt generalis doctrinam, quæ in ea eſt ad miniſtrationem hominum de viſibilibus, & inuiſibilibus rebus cœleſtium, atque terreſtrium, vel propter omnium hominum genus ad pietatis ſubuentionem, tam Principum, quàm etiam, quibus principantur oratorum, & idiotarum, vel propter hoc, quod generaliter curat omnia peccata, quæ per corpus, & animam perpetrantur. Hactenùs ille.

Ad verba hæc, & quatenùs refertur ad curationem morborum ſpiritualium, vel ad remedia exhibenda, perſpicuum eſt nomen hoc Eccleſiæ, conuenire ratione ſacramentorum, quæ ſunt vera remedia ad curandas animas, circa quas ſecretiùs operari dicuntur, iuxta mag. ſent. in 4. diſt. 1.

Vniuerſitate quoque præceptorum Eccleſia Catholica dicta eſt, nam Iudæis particularia ſunt data mandata, & pro viris tantùm, ab Eccleſia verò vniuerſis nationibus, & non viris tantùm, vt fuit circumciſio: ſed prorſus vniuerſo humano generi tam viris, quàm mulieribus. Vndè ait pſal. 168. non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Nullus ab Eccleſia reijcitur. propterea in hoc etiam Eccleſia catholica demonſtratur, vt habetur ad Corint. ibi; Non eſt maſculus, & fœmina gentilis, & Iudæus circumciſio, & præputium barbarum, & Scitha ſeruus, & liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus ibi gloſ. Nullus, vt indignus excipitur, & deinceps in nouo homine nulla exterior diuerſitas excipitur, neque ſexuum, neque nationum, neque obſeruationum.

Aliam vniuerſalitatem commemorat, Io. Apocalip. cap. 5. ibi, Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo ex omni tribu, lingua, populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro. Regnum confirma. diui Petri auctoritas ait, cap. 10. ibi: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam: acceptus eſt illi vniuerſali fidei inſinuatione. Catholica euaſit Eccleſia, quia in lege veteri de dilatatione Euangelicæ veritatis, Iſaias cap. 17. ſuic vaticinatus, vt eſt ibi, implebunt faciem orbis ſemine: ibi gloſ. ſcilicèt, Prædicationis, & ex ore Domini in præceptum tranſiuit, quando inquit Matth. cap. vlt. ibi, Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, & Marc. c. vlt. Illi autem prædicauerunt vbique. Quam vniuerſalitatis fidei integritatem in Romana Eccleſia confidentem commendat Apoſtolus in Romana Eccleſia, ad Rom. cap. 1. ibi, Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.

Catholica quoque dicta eſt Eccleſia ratione veritatis doctrinæ, quia nunquam hæreſi mendacijs, vel falſitate Eccleſia maculata legitur, iuxta quod ab illicitis congregationibus, & ſectis actum ſcitur, propterea hanc Eccleſiæ puritatem Regius propheta laude proſequitur, Pſal. ibi, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua omnia mandata tua veritas.

Perpetuatione quoque, ſeu æternitate Eccleſia Catholica reperitur, nunquam ſæculis perdurantibus finem receptura, vt à regio Propheta canitur Pſal. 47. ibi, quoniam fundauit eam in æternum, ſcilicèt ab Abel iuſto vſque in æternum, & cum ea ſemper eſt permanſurus, Matth. cap. vlt. ecce ego vna vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi.

Aduersùs quę ſuprà inducta, etſi veritate nitantur, diuinæque legis auctoritate polleant, Patrumque Sanctorum ſapientia reſplendeant, non ceſſarunt homines flagitijs intenti negare os vſque in cœlum more ſuo

po-

ponentes, & primò impugnant, quòd Eccleſia non ſit catholica. Vndè aiunt primò, ſi Eccleſia eſſet Catholica, Papa, qui eſt Eccleſiæ vniuerſalis rector, dicendus eſſet vniuerſalis Pontifex, quod eſt tamen prohibitum cap. ecce, & cap. nullus 99. diſt. quia reſpondetur, quòd ſi prohibetur id ſucceſſit humilitatis cauſa, & etiam, quia ſi eo vniuerſalia nomine cenſeretur daretur intelligi, vt particulari inſtitutione eſſet præfectus cuicumque Eccleſiæ, adeò vt aliorum Epiſcoporum poteſtates ceſſarent, cùm tegnum non capiat duos l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commod. Quamuis illud vniuerſale nomen Papæ conueniat iuxtà acclamationes Patrum in Concilio Chalcedonenſi Leoni tunc Papæ factas, vt ex actionibus huius Concilij colligitur, ibi, ſanctiſſimua, Apoſtolicus, & œcumenicua, ideſt, vniuerſalis Patriarcha per multos annos viuat: hacque Eccleſiæ vniuerſalitate detectus fuit error Donatiſtarum hæreticorum dogmatizantium Chriſtianam Eccleſiam coarctatam eſſe,& reperiri apud quandam Aſiæ partem, contrà quos D. Auguſtini ſententia in Pſal. 8. inuehitur, vbi ait Chriſtum tales maledicere, qui dicunt, perijr Eccleſia de toto orbe terrarum, & in Africa ſola remanſit: quantam autem faciant iniuriam, videte fratres; ſcriptura dicit: In lata gente dignitas regis, & in paucitate plebia ignominia Principis; hactenùs ille.

Præter ſuprà relatam oppoſitionem alio inſurgitur medio. Vudè dicitur, Eccleſia eadem,quæ fuit in veteri teſtamento incipiens ab Abel iuſto, eſt eademmet Eccleſia, quæ hodie viget apud nos in nouo teſtamento: ſed Eccleſia antiqui teſtamenti non dicebatur Catholica, cùm in ſola Iudæa contineretur, in illaque Deus notus ſit. Pſal. 75. Ergo videtur, quòd tempore gratiæ Eccleſia non debeat Catholica, vel vniuerſalis appellari. Ad prædicta reſpondetur non eſſe verum Eccleſiam in veteri teſtamento non fuiſſe Catholicam, ſeu vniuerſalem, quia ſemper conſtat Eccleſiam veritati fuiſſe innixam: vndè illa veritatis, & puritatis vniuerſalitate, qua in vniuerſis ſuis partibus tunc eluxit Catholica, vel vniuerſalis ſemper extitit, præmiſſo tamen vniuerſalitatis modo, non autem eo modo, quo refertur ad dilatationem, quia tunc fines Iudæorum egreſſa non fuit, ita D. Hieronymus in Pſal. 25. exponere reperitur. Vndè ſecutum eſt, vt Eccleſia priùs Catholica ratione præmiſſa vniuerſalitatis, ſed veritatis, & puritatis dilatatione prouinciarum totius orbis diuinæ cognitionis augumento fieret vniuerſalis, ſeque per vniuerſum mundum extendens Catholica ideo cenſeretur, & eſſet; confirmantur prædicta D. Ambroſij doctrina Pſal. 39. ibi, annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, ait, Quid eſt quod addit magna, niſi, quia priùs fuit non magna, quæ eſt magna, niſi de totius orbis terrarum partibus congregata? & ſic patet, vt aucto Dei lumine in Eccleſia eſt paritèr aucta cura, vt vniuerſi orbis fideles tueretur. ideò à Nicæna Synodo Catholica refertur, & prædicatur, vt præmiſſum fuit.

Nullam inducit vim, quin Romana Eccleſia ſit vniuerſalis ratione ſumpta ex cap. in nomine Domini 23, diſt. licèt non ſit per orbem diffuſa, quia non ſequitur, quòd Romana Eccleſia non ſit dicenda Catholica ea ratione, quod per totum orbem extenſa non ſit, & omnium gentium ſocietate conſtituta. Quoniam vniuerſalis Romana Eccleſia duplici ratione oſtenditur, tum ea, quia de vniuerſis conſtat Eccleſijs 24.q.1. cap. alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, non poteſt Deum habere patrem, qui Eccleſiæ vniuerſalis non habet vnitatem: hoc retento ſenſu Romana Eccleſia potiùs pars vniuerſalis prima, veluti caput in corpore eſſe cenſeatur, quàm vniuerſalis Eccleſia cap. quamuis 21.diſt. ibi,quamuis vniuerſæ per orbem Catholicæ Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica cæteris Eccleſijs prælata eſt; cùm etiam, quia vniuerſalis Romana Eccleſia dicitur, quia ſub ſe vniuerſas continet Eccleſias, & omnibus alijs prælata eſt cap. ſacroſancta 22. diſt. & d. cap. quamuis; ſed vltrà præmiſſa, quia in Romana Eccleſia Chriſtianæ religionis cultus citrà maculam eſt ſeruatus cap. in ſede Apoſtolica 24. qu. 1. ideò paritèr vniuerſalis Eccleſia eſt, & ita nuncupatur, vt de hoc patet ibi, & quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, neque hæreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit c. à recta d. 24. q. 1.

Obiectionis illius ratio, vt ab initio ſurgentis Eccleſiæ, adhucque ſuperuiuentibus Apoſtolis Eccleſia Catholica diceretur, cùm nondùm dilatata eſſet, diffuſaque per orbem, & propterea indicet Eccleſiam non eſſe catholicam nuncupandam intuitu dilatationis, vel vniuerſalis extenſionis, prout Catholica ab Apoſtolis eorum ſymbolo eſt dicta nullam hæſitandi dat cauſam, quia reuera eius temporis Eccleſia veritatis vniuerſalitate præcipuè polluit, quando ſuperuiuentes Apoſtoli omnium mirabilium Domini geſtorum teſtimonia reddebant, Luc. cap. 24. ibi, nos autem teſtes horum eſtis, & Ioan. cap.15. & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis, & Act. cap. 10. vt ibi, & nos teſtes ſumus, qui poſt reſurrectionem eius à mortuis manducauimus, & bibimus cum illo. Conſtat enim Apoſtolos Spiritu ſancto repleros vniuerſum orbem ſtatim cœleſti doctrina repleuiſſe, Act. cap.2. ibi, Nonne ecce omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt, & quomodo nos audinimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus, Parthi, & Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Capadociam Pontum, & Aſiam, Phrigiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partem Libiæ, quæ eſt circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes, audinimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei, nam fides ex auditu habetur, ad Rom. cap.10. Nec reſiſtit illud, quod editionis ſymboli tempore nondùm per orbem Apoſtoli fuiſſent diſperſi, quia ſatis fuiſſe conſtat, vt orbis habitatoribus prænumeratis ab Apoſtolis veluti cœleſtibus præconibus illa inſinuarentur. Vndè in omnem terram exiuit ſonus eorum, Pſal. 28. Ecce igitur, quòd Apoſtolis ſuperuiuentibus Eccleſia erat Catholica, quandoquidem fidei rudimenta, quaſi toto orbi vnica die Pentecoſtes ſunt oſtenſa. Et quamuis Apoſtolos adhuc vni-

uer-

Digitized by Google

ūerſum orbem minus peragraſſe conſtet cùm, ramen Regij prophetæ vaticinium ſuper hoc fuerit pleniùs expletum Pſal.71. ibi, & dominabitur à mari, vſque ad mare, & à flumine vſqne ad rerminos orbis terrarum: & ibi, quæ D. Auguſtini ſumitur gloſ. ita inquit, ibi, oſtenditur amplitudo regni, ſic latum eſt, quod dominabitur à mari, vſque ad mare, ideſt, vſque ad quemlibet finem terræ diffundetur: ram latè dilatabitur Eccleſia, & à flumine Iordanis dominabitur, vbi vox Patris intonuit ſuper Chriſtum hic eſt filius meus dilectus: inde ergo eius doctrina incœpit, inde auctoritas magiſterij dilatatur, vſque ad terminos orbis terræ prædicato Euangelio regni Chriſti, inde regula Baptiſmi per totum mundum emanauit: hactenùs D. Auguſtinus.

Vltimò Eccleſiæ vniuerſalitas improbatur auctoritate ſumpta in cap. quamuis 16. diſt. dum dicitur in dicto textu. Eccleſias particulares pari modo Carholicas appellatas eſſe, ergo non eſt propria, qualitas vniuerſalis Eccleſiæ. Reſpondetur, quòd facilis eſt ſolutio, cùm dicautur Catholicæ Eccleſiæ ipſę particulares, non ratione extenſionis, vel diffuſionis qua ſubſiſtant, ſed ratione communionis, quam cum Eccleſia vniuerſali retinenr, cuius diſciplina conſiſtunr, & reguntur ab illa tanquam earum matre, & magiſtra cap. à recta 24.qu.1. & cap. hæc eſt fides ead. cau. & quæſt.

Ex quibus ſtar inconuincibilis veritas, vt Eccleſia vniuerſalis Romana ſit Catholica, prout à ſanctis Concilijs totiès explicatum fuit, iuxtaque Symboli tàm Apoſtolici, quàm Nicænæ Synodi, & D. Arhanaſij ſeriem, & quia omnes Chriſtiani ad forum pertinent Eccleſiæ cap. ſi quæ cauſæ, & cap. quæcumque contentiones 11.q.1. nec obſtat, quòd Eccleſia hoc iure non vtatur, quia id tolerat ad tyrannorum peruerſitatem euitandam, Innoc. id declarat in cap. nouit ext. de iudic. Hoc in loco diſcutiendum videbatur, quare paritèr Eccleſia Apoſtolica dicatur, cùm id ab impiorum rabie intactum haud permanſerit, quod examinandum reſeruatur infrà in ver. Apoſtolicum, vbi ratione textus huius enucleationis de hoc opportuniùs dicendum videtur. Sequitur rex. ibi. Inxtà, conſtat enim hoc verbum quandoque in vim aduerbij ſumptum apud antiquos, & tunc eundem referre ſenſum, quod æquè, vel paritèr, vt Saluſt. in Iugur. ibi, Hiemem, atque æſtatem iuxtà pati: ſed ſui natura eſt præpoſitio, & idem quod ſecundùm importat, vnde Gell. lib.4. csp.9. ait: Nigidius Figulus homo (vt ego arbitror) iuxtà M. Varronem doctiſſimus: ibi iuxtà, ideſt, ſecundùm: huncque ſenſum hoc in loco retinere non viderur hęſitandum, demonſtraturque in cap. maiores, ext. de baptiſ. & ita inquit Bart. in l. 1. ff. de teſtam. & in authen. ad hoc C. de iud. & pleniùs in extrauag. ad repri. in ver. iuxtà: & quandoque etiam importat idem, quod propè, Bar. in l. ſi ſtatuta ff. de iniur. & in l. Gallus §. ille caſus ff. de liber. & poſt in l. fiſtulam ff. de ſer. vrb. præd. in l. decernimus C. de aquæduct. lib. 11. eſt tex. in cap. abſente, ext. de verb. ſignific. & quandoque ad præpoſitio ponitur pro iuxtà, Bar. in l. item Labeo §. conuicium ff. de iniur.

ARTICVLVS I.

Multiplicem eſſe Eccleſiæ nominis ſignificationem, miramque eius auctoritatem exprimitur.

SEquitur textus ibi, Eccleſia; eſt autem Eccleſia nomen à Græca voce deſcendens, quod Latinè idem importat quod vocem, aut collocutionem multipliciterque ita ſumitur, & tunc Eccleſia definitur, vt hìc: Eccleſia eſt omnium Chriſti fidem, atque doctrinam profitentium vniuerſitas, quam Princeps ille paſtorum, tum Petro Apoſtolo, tum ipſius ſucceſſoribus paſcendam tradidit, atque gubernandam. Ita Eccleſiam definiendam eſſe atteſtatur Apoſtol. ad Corin. cap. 12. ibi, Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus: vndè in definitione dicitur, omnium Chriſti fidem, ſicut ibi, Princeps ille Paſtorum ſumitur ext. 1. Can. Pet. cap. 5. ibi, cum apparuerit princeps Paſtorum, & paſcendam Ioan. cap. 21. ibi, paſce oues meas, & Matth. cap. 16. ibi, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quam definitionem congruam inſtituto enucleationis huius textus duxi examinandam ſuper nonnullis hæreticorum rabie impugnatis, expreſſis tamen prius ſenſibus, ad quos vox iſta Eccleſiæ referatur; nam definitionis eſt ſubſtantiam vniuſcuiuſque rei ſignificare. Boet. in Topicis, vbi ait, definitio eſt oratio ſubſtantiam vniuſcuiuſque rei ſignificans.

Sed priùs ſumatur ratio, quare Eccleſia referatur ad conuocationem, & Synagoga ad congregationem, ad quod Car. de Turrecre. in ſum de Eccl. lib. 1. & cap. 1. reſponſione admodum ſolerti reſpondit: Quia vox, & conuocatio propriæ rationalis creaturæ eſt, congregatio verò irrationalis creaturæ eſſe poteſt, exemplum air Geneſ. cap. 1. ibi, congregentur aquæ omnes, quæ ſub cœlo, & Matth. cap. 23. ibi: Quemadmodùm gallina congregat pullos ſuos ſub alas. Ideò fideles cum rationabiliores ſe eſſe præſeferant, quàm ſint Iudæi, ideò congruit, vt rationis compotes conuocari, illi aurem, vt nullam fidei rationem habentes conuenit; quòd ſynagoga, quæ ſonat congregationem, vt eſt irrationalium, recipiantur, patet hanc eſſe rationem, quia tempore eorum Patrum, quibus Chriſti fides ſpiritu tantùm erat cognita, promiſcuè eorum congregationem, & ſub Synagogæ, & ſub Eccleſiæ nomine fuiſſe receptam, vt videre eſt Numer. cap. 20. ibi, quando loquentes Moyſi aiunt, cur eduxiſti Eccleſiam Dei in ſolitudinem? & Numeri cap. 16. ibi: Inſurrexerunt contrà Moyſen ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ. Sed poſt Domini aduentum, qui fidei doctrinam ſunt ſecuti tam ex Hebræis, quàm cæteris, non ampliùs ſynagogæ nomine ſunt relati, vt viciſſim, qui extrà fidei limites ſunt Eccleſiæ nomine nullatenùs contineantur, & ſic eo nomine ſynagogæ referuntur, quæ eſt congregatio, tanquam quid competens brutis animalibus prorsùs ratione carentibus.

Confirmantur prædicta, D. Auguſtini

verbis ſuper Pſal.81. ibi, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum inquit,ideſt,populorum Iſrael, ipſorum propria ſynagoga dici ſolet, quamuis Eccleſia dicta ſit, ſed noſtram Apoſtoli ſynagogam nunquam dixerunt, ſed ſemper Eccleſiam ſiue diſcernendi cauſa, ſiue quod inter congregationem, & ſynagogam, & conuocationem, vndè Eccleſia nomen accepit, aliquid diſtet, quod ſcilicèt congregari, & pecora ſolent, ac ipſa propriè, quorum & greges propriè diximus: conuocari eſt magis vtentium ratione, ſicut ſunt homines: hactenus D. Auguſtinus, quibus conſona reperiuntur relata ab Iſid. lib.8. Etimol. cap.8.

Modò quæritur, quæ alia ſub Eccleſiæ nomine ſumantur vltrà id, quod refertur per eius definitionem. Quandoque enim deſignatur alicuius regionis vniuerſitas, vt habetur ad Rom. cap. vlt. ibi: Salutat vos Caius hoſpes meus, & vniuerſa Eccleſia: addit glo. prouinciæ, vndè Caius erat: ſumitur 3. ſicuti etiam D. Lucas in Act. in cap 15. nomine Eccleſiæ vſus fuit ad exprimendum ſuppoſitos prælationi Diui Petri, vbi dixit: Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo, & ſic pro ſubiectis alicui prælato concordat Act. cap. 20. attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam.

Quartò accipitur pro maioribus, & potioribus Eccleſijs, vt eſt ſub cap.29. ibi Conuertit Rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael, vbi pro Eccleſia non capitur totus populus Iſrael, ſed pro maioribus, & potioribus, qui illic congregati fuerant, vt etiam habetur ad Epheſ. cap.3. ibi: Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus cœleſtibus per Eccleſiam: vbi gloſ. addit, ideſt, per Apoſtolos in Eccleſia prædicantes.

Quintò Eccleſia accipitur etiam pro perſonis Eccleſiæ additis, non tamen in prælationis gradu conſtitutis, Actor. cap.15. ibi ſuſcepti ſunt ab Eccleſia Apoſtolis, & ſenioribus: & deinceps, placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia eligere viros ex eis; ſubdit gloſ. præter Apoſtolos, & ſeniores.

Sextò patet Eccleſiam ſumi pro ſolis clericis, vt apparet 63.diſtin. cap. 1. ibi: Quod quis ſæcularium principum, vel potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersùs communem, atque conſonantem, canonicamque electionem Eccleſiaſtici regiminis agere attentauerit, anathema ſit donec obediat, & conſentiat, quicquid Eccleſia de ordinatione, & electione proprij Præſulis ſe velle monſtrauerit.

Septimò ſumitur Eccleſia pro auctoritate. Declarat Archid. cap. quodcumque 24. q.1. ibi, ſi hoc verbum, ſcilicet, quodcumque ligaueris, non ſecit Eccleſia, exponitur, ideſt, auctoritas Eccleſiæ.

Octauò demonſtrat tex. in cap. Apoſtolica 66. diſt. Eccleſiam quandoque ſumi pro maiori parte clericorum, & non pro omnibus clericis, dum diſponitur, quòd qui ab Eccleſia eſt electus, ſi altero dignior inuentus fuerit, & canonicè electus conſecretur: ibi gloſ. notat Eccleſiam accipi pro maiori parte eligentium.

Nonò tex. in c. cùm clerici ext. de verb. ſignific. præſetulit Eccleſiam accipi aliquando pro ſolis canonicis matricis Eccleſiæ, vbi cautum habetur, vt ſi ab aliquo iuramentum fidelitatis ſit præſtandum Eccleſiæ matrici, non ſingulis clericis illius diœceſis præſtatur, ſed ſoli Epiſcopo, & canonicis Eccleſiam ipſam, quando vacare contigerit repræſentantibus.

Decimò ex doctrina Apoſtoli 1.Tit. c.5. ibi, nouit Dominus, qui ſunt eius, vbi gloſ. ait: Quos præſciuit futuros conformes fieri imagini filij ſui, ideſt prædeſtinauit, vocauit, iuſtificauit, & glorificauit: & deinceps, numerus talium eſt hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum, viuentium Paradiſus cum pomorum fructibus, vndè ſumitur concluſio, quòd prædeſtinati nomine Eccleſiæ referuntur.

Vndecimò ex verbis Diui Auguſtini in cap.extra, 1. qu. 1. Eccleſia ſumitur pro forma, vbi ait tex. extra catholicam Eccleſiam non eſt locus veri ſacrificij, vbi inquit gloſ. 1. extra formam Eccleſiæ alicuius Sacramenti.

Duodecimò euangelica auctoritate nulli abſconditur, Eccleſiam ſumi pro Prælatis. Matth. cap.18. ibi, ſi peccauerit in te frater tuus, & infra dic, Eccleſiæ, gloſſa ibi Chryſoſt. ait, ideſt, his, qui præſunt, & ita habetur in cap. ſi peccauerit, 2. qu.1. gloſ. ibi, inquit, ideſt, Sacerdoti.

Decimo tertiò, tàm ex his, quæ habentur Deut. cap. 12. Iudith. 9. Eccleſia ſumitur pro materiali loco vbi ſacrificia, orationes, oblationeſque fiebant, quam etiam in lege noua, vt eſt, 1. ad Corinth. cap.2. ibi, An Eccleſiam Dei contemnitis, ait ibi gloſ. ideſt, domum orationis, vt etiam patet Lucæ.c.18. ibi, & erat quotidie docens in templo, quod Eccleſia quandoque dicitur, vt in Iudit. ſupra ibi, conuocatus omnis populus per totam noctem intra Eccleſiam orauerunt, intra quam cathedram docendi ad Saluatorem imitandum docuit, vt habetur in Pſal. 16. & ab Eccleſia de Diui Petri cathedra decantatur, ibi, exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum exaltent eum, ſicuti ad onera iure diuino exſoluenda etiam vſum Eccleſiæ introductum eſſe à Domino patet, dict.cap. 12. Deut. vbi Dominus ad Moyſen ait: ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo: venietis, & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas, veſtras decimas, & primitias manuum veſtrarum, vota, atque donaria.

Decimoquartò ſumitur Eccleſia pro vniuerſitate fidelium tantùm, demonſtrat Apoſt. ad Epheſ. cap. 5. ibi, Chriſtus caput Eccleſiæ eſt, ipſe Saluator corporis eius, & deinceps, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt atteſtatur Angelus ad Paſtores Luc.cap.2. Dominum pro hominum redemptione carnem ſumpſiſſe liquet ibi: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodiè Saluator mundi, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.

Decimoquintò reperitur Eccleſiam poni, vt referat vniuerſitatem omnium fidelium viam habentium, ſeu viatorum, eſt videre Pſal. 21. ibi, Erit laus mea in Eccleſia

magna,

Digitized by Google

magna, aie ibi gloſ. in toto orbe, non modò in Aphrica, vt aiunt Donariſtæ, & ad hæc ſunt conuenientia verba Diui Auguſtini ibidem, vbi ait Eccleſia magna, quid eſt fratres, nunquid exigua pars orbis terrarum Eccleſia magna eſt: an Eccleſia magna totius orbis eſt? Ad hæc congruere videntur Diui Hieronymi verba in gloſ. ſuper Pſal. 75. vbi ait: Antequam illuminaret Crux muudum, antequam videretur Dominus in terra notus erat in Iudæa Dominus, & in Iſrael magnum nomen eius; quando autem venit Saluaror in omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis terræ verba eius, hæc ille.

ARTICVLVS II.

In Eccleſia reperiri commiſtos bonos, & malos.

Retento ſenſu, vt Eccleſiæ appellatione veniat vniuerſitas Chriſti fidelium, quæritur, an Eccleſia præſeuris ſtatus vitæ ſit mixta bonis, ac improbis, vel modò ſolis bonis conſiſtat. Reſpondetur eſſe bonorum, & malorum cœtum commixtum compluribuſque præſefertur, vt eſt illud demonſtrarinum Matth. cap. 15. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari, ex omni genere piſcium congreganti, cuius myſticum ſenſum declarat tex. 23. qu. 4. cap. hæc autem vita, quæ inter cœlum, & infernum ſita eſt, ſicutque in medio ſubſiſtit, ita vt vtrarumque partium ciues communitèr recipit, quos ramen ſancta Eccleſia, & nunc indiſtinctè ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernit, hactenùs tex; Eademque ratione Eccleſia ſancta dicta eſt area, vbi in fine triturationis vtilia ſemina ab inutilibus ſeparantur, quamnis ante triturarionem vtraque ſemina ſeruaret, ſicut Eccleſia bonos, & malos retinet vſque ad triturationem mortis, quo tempore mali à bonis ſeparantur, Matth. cap. 3. & D. Auguſtinus de fide ad Petrum, cap. 4. inquit. Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites aream Dei eſſe Eccleſiam Catholicam, & ita eam, vſque ad finem ſæculi frumenta paleas contineri, hoc eſt bonis malos Sacramentorum communione commiſceri, & in omni profeſſione, ſiue clericorum, ſiue monachorum, ſiue laicorum eſſe bonos, ſimul & malos, hæc ille.

Configurari etiam ſolet Area iuſti Noe ad Eccleſiam: nam ſicut in arca reſeruata ſunt munda, & immunda animalia Geneſ. cap. 7. vt liquet etiam in volatilibus de coruo, & columba, ita in Eccleſia reſeruantur probatæ, & improbatæ vitæ homines, vbi gloſ. ait, quod cuncta animalia includuntur in arca ſignificat, quòd de omnibus gentibus, & nationibus congregetur Eccleſia, ſicut Diuo Petro munda, & immunda animalia comedenda oſtenſa ſunt, Act. cap. 10. ſic in ſacramentis verſantur boni, & mali; ad idem aſtruit parabola de decem virginibus, quarum quinque ſatuæ, & quinque prudentes commemorantur, Matth. cap. 25. vbi Diuus Gregorius ait: Præſens Eccleſia regnum cęlorum dicitur; & quia ex vtroque ſexu multipliciter colligitur ſancta Eccleſia, decem virginibus ſimilis denunciatur, in qua, quia mali cum bonis, & reprobi cum electis ſunt admixti, rectè virginibus prudentibus, & fatuis ſimilis perhibetur.

Sed quid illuſtrius ad hęc neceſſariò comprobanda deſiderandum eſt, quàm, quod Dominus ait Matth. cap. 18. ibi, ſi peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, quod ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, quia hoc in loco tergiuerſari, non oportet, cum luce meridiana clariùs liqueat, delinquentem eſſe de Eccleſia, & Eccleſię remedio eſſe ſibi conſulendum; nam ſi ad Eccleſiam delinquens non pertinet deque illius gremio non eſſet, non commonefaceret Dominus, quo pacto à malo ſit abſtrahendus, nam de his, qui foris ſunt, nihil ad Eccleſiam pertinet, cap. multi. 2. qu. 1. refert quoque Apoſtolus ad Rom. cap. 2. ibi, quis tu es, qui iudicas ſeruum alienum?

Quibus tamen non obſtantibus impugnatur hæc concluſio impiorum inſipida pertinacia pluribus medijs, vti eſt illud ad Epheſ. cap. 5. ibi, eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux Domino, uam aiunt illi, ſi modò lux eſt, non eſt locus tenebris, & reſp. quòd ex ea parte, qua fideles peccatores ſunt tenebræ, & iuſti ſunt lux, non poſſunt pertinere tenebræ ad lucem, nec ad iuſtorum ſocietatem, & ſcilicet pro ea parte, qua ſunt tenebræ ratione peccati, quia pertinere videntur pro ea parte, qua ſunt in fide, quamuis aliàs peccato illaqueati ſint, vt præmittitur.

Nullam quoque vim facit ratio, quam ſumunt de arca Noe, qua deſignatur Eccleſia, cum ipſa arca de lignis ſethim eſſet compoſita relata ad immunitatem cuiuſque incorruptionis, & imputribilitatis, quia intelligitur figuram huiuſmodi referri ad eos, qui ſunt de Eccleſia, & numero, & merito, & non ad eos qui ſunt de numero tantùm, qui aliàs in peccato verſantur. Minus reſiſtit, quod ſumitur ex Cant. cap. 4. ibi, horrus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium, maximè Diui Auguſtini, ibi, verbis attentis, qui in libro 5. contrà Donatiſtas ait. Non audeas intelligere niſi in ſanctis, & iuſtis, non in auaris, non in fraudolentis, raptoribus, & ebrioſis. Quia ſenſus tàm ipſius textus, quàm Diui Auguſtini ſententiæ inde ſumptæ refertur ad Eccleſiæ fideles, qui merito, & numero de Eccleſia eſſe repenuntur, vt in præcedenti ſolutione præſefertur, nam in his, qui numero, & merito verificantur Eccleſiæ qualitates, vt eis ſit hortus concluſus ratione fructuum, qui ex arboribus virtutum ſumuntur, & eſt concluſus contra hoſtium inſidias in eo non præualentes, cuſtoditurque diuinis inſtitutionibus. Fons quoque aquarum viuentium Eccleſia eſt, vt puteus, ex abundanti doctrinarum vbertate, vt habet pſal. 45. ibi, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

Obijcitur quoque ſumpta cauſa ex tex. Cant. cap. 4. ibi, tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, cui oppoſitioni re-

ſpondetur, vt in præcedentibus, quia ibi loquitur de pertinentibus ad Eccleſiam merito, & numero.

Vlteriùs auctoritate Apoſtoli inſtatur ad Epheſ. cap.5. ibi, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret; & deinceps, vt exhiberet eam non habentem maculam, neque rugam, ſed improbos, & delinquentes retinendo non eſſet abſque macula, & ruga.

Reſpond. Huiuſmodi tollitur inſtantia Diui Auguſtini ſent. in lib.2.retractationum recenſitis verbis, vbicumque autem in libris commemoraui Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, non ſic accipiendum eſt, quaſi ea ſic ſit, ſed quæ præparatur, vt ſic ſit, quando apparebit glorioſa: nunc autem propter quaſdam ignorantias, vt infirmitatem membrorum ſuorum habet. Vndè quotidie dicat, dimitte nobis debita noſtra. Hactenus Auguſt. licèt hodie quoque verba illa poſſunt vera demonſtrari in his fidelibus, qui merito, & numero de Eccleſia reperiuntur eſſe.

Vltrà præmiſſa obiecta inſurgitur noua auctoritate, quam ſumunt ex Symbolo Niceno, ibi, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, nam ſumpta ſanctitate iuxtà quod à Diuo Dionyſio, cap. 12.de diuinis nominibus, ſumitur, ſanctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & omninò immaculata immunditia. Vndè non videtur, vt Eccleſia huiuſmodi requiſitam ad ſanctitatem retineat munditiam, ſi pro quia peccatores de Eccleſia ipſa dicuntur eſſe.

Reſpond. vnico verbo ceſſat contrarium, quia ſufficit Eccleſiæ vniuerſali, vt ſit ſancta in his, qui merito, & numero de illa eſſe reperiuntur, & in eis veritas munditiæ, & ſanctitatis verſatur, & oſtenditur verbis Pſal. 169. ibi: Laus eius in Eccleſia ſanctorum. Ab alia auctoritate Diui Hieron. cap. Eccleſia, de pœnit. diſt. 1. iterum opponunt, dum ibi dicitur, Eccleſia Chriſti glorioſa eſt, non habens maculam, neque rugam, nec quid iſtiuſmodi; qui ergo peccatorum eſt fœditate maculatus, de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari, nec Chriſto ſubiectus dici. Sed euaneſcit oppoſitionis ratio retento ſenſu, quòd Hieronymus ibi intelligat, iuxta quod hactenus ſæpiùs replicatum eſt, ſi numero, & merito ad Eccleſiam non pertineat, ille ſic ſordidus, quia ſi eſſet de numero ſaltem licèt merito vacuus, tamen ad Eccleſiam pertineret.

Vltima ſit impugnatio ſumpta Diui guſtini auctoritate lib.4. contra Donatiſtas, vbi, hæc ſunt verba. Nec iſti Eccleſiæ denoti ſunt, qui dicuntur eſſe intus, & contra Chriſtum viuunt, ideſt, contra naturam Chriſti faciunt, nec omninò ad illam Eccleſiam pertinere iudicandi ſunt, quam ſibi ipſe emundat lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhibeat ſibi glorioſam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, Cuius difficultas tollitur eadem ratione, quia intelligi debet de his, qui nec merito, nec numero ſunt de Eccleſia, vt præmiſſum eſt in verbis Diui Hieronymi, & ex his pateat, quantum à veritate hæreticorum dogmata diſtare conſpiciantur.

ARTICVLVS III.

Eccleſiæ connumerantur ætates.

ECcleſiam principium ſumpſiſſe ab Abel iuſto, ait Diuus Auguſtinus ſuper Pſal.36. ibi, Iunior fui etenim ſenui, vt infra ſuper huiuſmodi articulo eſt locutus; Dominus enim ipſe in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia iunior, fuit primis temporibus, & ecce iam ſenuit noſtis, & agnoſcitis, & intelligitis, & ita creditis, quia caput noſtrum eſt Chriſtus, & corpus capitis illius nos ſumus. Nunquid ſoli nos, & non etiam illi, qui fuerunt ante nos? omnes, qui ab initio fuerunt, caput Chriſtum habent, illum enim eſſe venturum crediderunt, quem nos veniſſe iam credimus, & in eius fide ſolidati, cuius & nos, vt eſſet ipſe caput totius Ciuitatis Hieruſalem omnibus connumeratis fidelibus ab initio vſque in finem, hæc ille.

Ad id quod de iuuentute dicitur in dicto Pſal. 36. conſonat, quod habetur Cant. cap. vlt. Soror noſtra paruula eſt, & non habe vbera, ait ibi gloſ. Soror noſtra Eccleſia antequam creſcat per incrementa virtutum infirmis auditoribus non poteſt præbere vbera prædicationis; adulta dicitur, quando Dei verba copulata, Sancto repleta Spiritu per prædicationis miniſterium in filiorum conceptione fœcundatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit; Ætas Martyrum pro ſecunda ætate Eccleſiæ aſcribitur pro eius iuuentute ratione illorum fortitudinis, qua vicerunt Mundum, & tormenta, cùm à charitate Chriſti metu, & vi tormentorum auocari non potuerunt, iuxta Apoſtolum ad Roman.cap.8. ibi, quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? an anguſtia, an fames an tribulatio?

Vndè Pſalm.70. ait ibi, quoniam tu es patientia mea Domine, ſpes mea à iuuentute mea, ibi ait gloſ. ex quo armaſti me fide, ſpe, & charitate, cæteriſque virtutibus, quibus pugnatur contra Diabolum ex Pſalm. autem 101. Eccleſiæ ſenectutis ætas demonſtratur, ibi, ſenectus mea in miſericordia vberi, gloſ. in Pſal.36. ait, ſenuit Eccleſia in ſenecta vberi, cùm in honorabili ætate ſuſcepit Chriſtum per omnes gentes dilatata, ſicut Pſal.70. Quarta Eccleſiæ ætas comprobatur, quæ eſt decrepitas ſub nomine ſenij, vt ibi, & vſque in ſenectam, & ſenium Deus ne derelinquas me, quam ætatis qualitatem Dominus in fine ſæculi commemorat futuram, Matth. cap.24. ibi, & quoniam abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Sed Eccleſiæ ætates huiuſmodi præſeferre videntur eius initium fuiſſe ab orbe condito, cùm nulla Eccleſiæ natiuitas in ſupraſcripturarum ætatum temporibus commemoretur.

Vndè Diuus Auguſtinus, vt præfertur Eccleſiæ exorientis veritatem reſpiciens ſuper Pſal. 118. ibi. Initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundaſti ea, ait dicto Pſal. 118. Eccleſia loquitur, quæ

Digitized by Google

in terris non defuit ab initio generis humani, cuius primitiæ Abel ſanctus fuit; nam & illud ab initio erunt duo in carne vna, quod magnum Sacramentum Apoſtolus Paulus exponens ad Epheſ. ibi, ego dico in Chriſto, & Eccleſia; Initium habuiſſe Eccleſiam ab ipſo Abel, complura atteſtantur, quia Abel fuit primus Martyr, & congruit Eccleſiæ fundationi, quæ in ſanguine alicuius iuſti dedicatur, indè eſt, vt habetur ab Heb. cap.9.

Omnia penè ſecundùm legem in ſanguine mundantur, 1. Pet. cap. 2. gens ſancta, populus acquiſitionis, ait gloſ. 1. in ſanguine Chriſti reſperſa, & Apocalip, cap.1. ibi, dilexit nos, & lanit nos in ſanguine ſuo; alia eſt quoque ratio, quia fuit ſacerdos offerens Altiſſimo holocauſta digniora, quàm germanus Caim Geneſ. cap. 53. ibi, & reſpexit Dominus ad Abel, & munera eius, ad Caim autem. & munera eius non reſpexit. Eſt & alia ratio, quia fuit virgo, quam virginitatis virtutem in Eccleſia conſtat magnificari, 2. ad Corinth. cap.1. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, ibi gloſ.

Virginitas cordis fides incorrupta, virginem dicit, quia omnes vna virgo ſunt propter vnitatem fidei. Prætereà, & alia ſuadet ratio, quia Abel ob eius iuſtitiam à Domino commendatur, Matth. cap.23. ibi, à ſanguine Abel iuſti. Virtutes igitur, quibus iuſtus iſte polluit apprimè teſtimonium inducunt, vt ab ipſo Eccleſiæ exordium duxerit, & patet hoc etiam ratione continuatæ ſanctitatis in Eccleſia, vt magis iura Eccleſiæ principium ſumpſiſſe in Abel ipſo, quàm à primis parentibus, qui ob præuaricatum Diuinum præceptum à ſanctitate, & innocentia, qua à Deo inſigniti fuerant, ſunt prolapſi.

Vndè ſentientes diuerſimodè iuxta, quod aliqui ſenſerunt Eccleſiæ ſumptum habere principium in Angelis, alij in Apoſtolis, & alij in initio humanæ plaſmationis poſſunt concordes reduci, iuxta temporum diuerſitatem; nam ſi Angelorum ætas præceſſit creationem hominum, verum eſt Eccleſiam ab Angelis habere principium, & ita Diuum Bernardum liquet in hanc deueniſſe ſententiam ſuper Cant. cap.27. vbi ait, cùm haberet Deus Sponſam inhærentem ſibi à principio multitudine Angelorum placuit, ex hominibus conuocare Eccleſiam, atque vniri illi, quæ de Cœlo eſt, vt ſic vna Sponſa, & vnus Sponſus.

Verificatur quoque Eccleſiæ principium poſt creatum hominem in ſanctitate Abel, ſicut in nouo ſtatu verum eſt Eccleſiam principium ab Apoſtolis ſumpſiſſe, vt ab Apoſtolo declaratur 2. ad Theſſalon. cap.2. ibi, elegit nos Deus primitias, vbi ait gloſ. vt eſſemus primitię omnium credentium in ſalutem, & ſanctificationem ſpiritus, & fidem veritatis vt latiùs declarabitur infrà in vet. Apoſtolicum, aduerſus quas Eccleſiæ ætates, & principium non ceſſarunt impij inſurgere.

Primò enim aiunt auctoritate ab Apoſtolo ſumpta ad Epheſ. cap. 4. Eccleſiam non iuxtà ætates præmiſſas extitiſſe, ſed ante Mundum conditum, dum ibi dicitur. Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos ante Mundi conſtitutionem, vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate, igitur non benè de Eccleſię ætate dicitur, dum traditur ab initio ſi antea iam in eſſe deducta demonſtratur.

Reſpondetur. Quòd non procedit ratio, cum ibi Apoſtolus non loquatur de præſenti Eccleſia, iuxtà quod reperitur in rerum natura, ſed ſecundùm prædeſtinationem, teſte Diuo Bernardo ſuper Cant. cap.4. vbi ait ibi, Nunquam Eccleſia electorum pænes Deum non fuit, ſi miratur hoc infidelis, audi quod magis miratur nunquam non grata extitit? nunquam non dilecta? quid inaudacter loquar, quòd mihi de corde Dei promptus ille ſupernorum delator conſiliorum aperuit, Paulum dico, qui, vt multa alia, ita hoc quoque de diuitijs bonitatis ſuæ non dedignatus eſt diuulgare ſecretum, benedixit nos, inquiens, in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati, & in conſpectu eius in charitate. Hactenùs ille. Vndè ſatua eſt impugnatio.

Aiunt, & ſecundò auctoritate ſumpta ab Euangelio Matth. cap.16. ibi, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ibi, petram id eſt confeſſionem fidei, vndè ſumunt, quòd ſi poſt Petri confeſſionem eſt ſundata Eccleſia, ergo ante non fuerat Eccleſia. Quod quidem non reſiſtit, quia Eccleſia, de qua Dominus loquitur, refertur ad illam Eccleſiam Sacramentalem à Domino ſuo ſanguine reformandam, ac virtute Sacramentorum exornandam, cùm ex inductis verbis non negatur à Domino Eccleſiam iam ortam eſſe, & hoc confirmatur Matth. cap.21. ibi. Turbæ, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, idem clamabant dicentes. Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.

Vndè Chryſoſtomus inquit, illi quidem præcedentes de' Chriſto venturo clamauerunt, hi autem ſequentes clamant de Aduentu Chriſti iam adimpleto, quare, quod dicitur de Eccleſia ædificanda relationem habet ad incorporandos Eccleſiæ poſt Petri confeſſionem nouitate Bapriſmatis, declarat Apoſtolus, cap. 4. ad Epheſ. ibi. Dedit quoſdam Apoſtolos, & deinceps dicitur in ædificationem corporis Chriſti, vbi ait gloſ. 1. vt ædificent eos in Corpus Chriſti, qui ſunt alienati; quare fruſtrà opponitur.

Tertiò reſiſtitur hoc ſumpto medio ad Galat. cap.3. ibi. Itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt in fide iuſtificemur, at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo, vndè ſumitur, vt ante aduentum Chriſti fides non erat, ergo nec Eccleſia conſiſtens in fidelium collectione.

Reſpondetur hanc impugnationem non procedere conſtat, cùm illa verba, vbi venit fides, non ita intelligi debeant, quòd ante Aduentum Domini fides non fuerit, quam liquet fuiſſe ab initio creati hominis, vt ad Hebræos habetur de fide venturi Redemptoris, ibi, Mediator Dei, & hominum, & iu-

ſtà

ſtrà eodem cap.11. ibi. Impoſſibile eſt ſine fide placere Deo, & ibidem de antiqnis Patribus loquendo ait. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt inſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, quare ibi Apoſtolus loquitur de fidei aduentu, intelligitur de illo, quo manifeſta fides reperitur, quia iam fides erat, ſed non omnibus erat manifrſtata, ideò ibi dixit gloſ. at vbi venit fides, ideſt poſtquam reuelata eſt, quæ priùs occulta fuerat, idem ſenſit Diuus Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei. Procul dubio tum innotuit per eius corporalem præſentiam doctrina, & religio Chriſtiana, quando Diſcipulos cœpit habere Chriſtus, ideſt poſtquam in flumine Iordanis miniſterio Ioannis eſt baptixatus; propter hoc enim prophetia de illo proceſſerat, vt ibi, Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine, vſqne ad terminos orbis terrarum; ſed priuſquàm paſſus eſſet, & reſurrexiſſet à mortuis non fide omnibus fuerat definita, quæ reſurrectione Chriſti quippè definita eſt. Hactenùs ille.

Quartò nullam vim habet impugnatio ob imperitum intellectum ſumptum ab Apoſtoli auctoritate ad Heb. cap. 11. vbi de Patribus ſermonem habens ait ibi, iuxtà fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis promiſſionibus; igitur patet antiquos patres fidem non habuiſſe, qua deficiente etiam defecit Ecclesia. Reſpondeo, quia non ait ibi Apoſtolus, vt defuncti non habuerint fidem, vt ibidem ſecùs impiè ſumitur, qnia fidei virtute commendantur eo, quia iuxta importat propè, vt alias ſuprà in verbo iuxtà, eſt relatum, adeò quod ſenſus eſt iuxtà fidem, ideſt, comitem fidem habentes, ſiue conſociantem mortui ſunt.

Præterea quintò non obſtat, quod ſumitur ex gloſ. ſuper Pſal. 9. ibi. Vt aununcient omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion, vbi gloſ. ait. Filia Sion eſt Eccleſia. Sion enim omnes generauit Eccleſias Mundi, quia ibi natus eſt, vndè fides incœpit, ergo Ecclesia oon eſt ab initio humani generis. Eſt ratio non militans, quia fides proueoiens de Sion refertur ad fidem ab Apoſtolis prædicatam, & non ex hoc negatur, quòd ante Apoſtolos Patres Sancti antiquiores caruerint, nec ex gloſ. ſimpliciter colligitur, quòd indè fides prodierit, ſed ſolum quantùm refertur ad fidem ab Apoſtolis prædicatam, & ſolùm ad eam extenditur, quæ traditione Apoſtolica ad oomes diffuſa fuit. Ideò nebula eſt.

Sextò nihil inualidat præmiſſam veritatem alia ratio ſumpta ex doctrina Diui Auguſtini ſuper Pſal. 47. vbi ait. Cœpit Eccleſia à Hieruſalem, & iuit per omnes oationes. Quia eadem præcedenti reſponſione tollitur difficultas, cum D. Auguſtinus ad fidem referatur Apoſtolicæ traditionis, vt præfertur.

Septimò Diui Auguſtini auctoritate alia ratio obijcitur, qui ſupra canonica Ioan. 2. tract. inquit ibi, inchoata eſt Eccleſia, vbi venit Spiritus de Cœlo, & impleuit io vno loco, cap. 20.

Quia proxima præcedenti ſolutione hæc quoque tollitur, cùm ex hoc non ſit negatum, etiam Eccleſiam, priuſquàm Spiritus Sanctus emitteretur, principium ſumpſiſſe.

Octauò, & vltimò loco inſtatur gloſ. auctoritate ſuper Pſal. 50. ibi, nunquid, qui dormit, non adijciet, vt reſurgat, vbi verba hæc diſcutiens ait. Sicut de latere dormientis Adæ, qui erat forma venturi Chriſti, aſſumpta eſt coſta, de qua formata eſt Eua, ita Dominus Chriſtus ſomno mortis, vt de latere dormientis, de quo profluxerunt ſanguis, & aqua, quæ ſunt noſtræ redemptionis Sacramenta, formatur Sponſa Eccleſia, vt etiam per gloſ. not. ad Epheſ. cap. 4.

Qualiter oppoſita ratio verificatur quoad Eccleſiam Sacramentorum virtute decoratam in nouo Teſtamento, ſed noo ex hoc infertur, quòd Eccleſia iam in eſſe non reperiretur ante Domini Aduentum, & ab initio humanæ creationis, pertinacia hæc conuincitur in ſalute Patriarcharum antiquæ legis, qui in fide iam præexiſtentis Eccleſiæ ſalutis præmia adepti ſunt, & ſicut ad Eccleſiæ ætates iuxtà præmiſſorum ſeriem reſiſtitur. Complura quoque obijciuntur, contra quod communiter habetur, vt Eccleſia ab Abel iuſto exordiatur.

Primò igitur aiunt Eccleſiæ exordium ab Abraham eſſe, auctoritate ſumpta Geneſ. cap. 17. vbi à Domino pater multarum gentium nuncupatur, & etiam ratione ſignaculi circuncisionis, quod accepit, quod fuit ſignum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, vt diceretur pater credentium, ad Roman. cap. 4. Qua ratione, & ſi oſtendat ipſum Patriarcham Abraham in illa fidei exterminatione extitiſſe, cùm fideles ratione idololatriæ ſuperuenientis ad exiguum numerum eſſent redacti, ex quo in ipſo circumciſionis ſigno credentes à non credentibus ſunt circumciſionis ſigno diſtincti. Non tamen ex hoc verum eſt, vt ab eo Eccleſia iam exiſtens ſæculis compluribus, inciperet ab eo.

Secundò gloſ. auctoritate Pſal. 79. ibi, Vineam de Ægypto tranſtuliſti, ait gloſ. ideſt, Eccleſiam, quæ incœpit à Iudæis, & perficitur in gentibus, quare Eccleſiæ principium à Iudæis eſſe reperitur, ergo non ab Abel. Reſpondeo. Non enim ſequitur ratio ſumpta, quia gloſ. loquitur de Eccleſia in nouo Teſtamento, cui ex Iudæis ſunt adiuncti Apoſtoli, & diſcipuli Domini, & gloſ. in contrarium deducta dicto Pſal. 79. idem annuit, vt ibi videre eſt, dum ait. Vineam ideſt Eccleſiam, quæ incæpit à Iudæis, & perficitur in gentibus vna tunc, & eadem eſt, & ſi altera gens dedit principium. Vndè non ſequitur ex hoc, quòd Eccleſia ab Abel non exordiatur.

Tertiò alia opponitur ratio, de qua per Apoſtolum 1. ad Theſſalon cap. 2. ibi, Elegit nos Deus, vt eſſemus primitiæ omnium credentium. Vide aiunt Eccleſiam in Apoſtolis incœpiſſe, cùm primitiæ omnium gentium dicantur, ergo non in Abel, cùm in hoc reperiatur principium. Cuius tamen rationis nulla eſt impugnationis virtus, quia ex his verbis non arguit Apoſtolus Eccleſiam tunc non præceſſiſſe in fide Patriarcharum & aliorum Prophetarum antiquioris Teſtamenti,

quos

quos ſumma laude conſtat Apoſtolum fuiſſe proſequutum ad Heb.cap.2.

Quartò aiunt, quod Eccleſiæ principium potiùs ab Adam, quàm ab ipſo Iuſto Abel proceſſerit, quia conſtat ſacrificia Deo à filijs oblata documento ipſius Adæ proceſſiſſe.

Reſpondetur, quòd eſto, vt docuerit filios offerre primitias, non tamen alicubi colligitur pro ſe ipſo ſacrificaſſe. Vndè ſuper hoc Diuus Thom.2.2.quæſt.85.artic.2.ait. Nec in eo igitur, qui notatur origo peccati, ſimul etiam ſanctificationis origo ſignificaretur, quod etiam Apoſtolum declarare videmus ad Heb. cap. 9. ibi, Fidem Sanctorum Patrum laudans, ab Abel exordiens ait, fide plurimum hoſtiam, id eſt maioris pretij Abel, quàm Caim obtulit Deo, per quam teſtimonium conſequutus eſt eſſe iuſtus. Hactenùs Diuus Thomas.

Quintò alia inducitur ratio ad demonſtrandum, quòd potiùs in Adam, quàm in Abel ſacrificia litata fuerint, cùm ſacrificia ſint remedia apud Deum pro peccatorum expiatione, quibus remedijs magis indiguit Adam cùm Dominici præcepti eſſet præuaricator, quàm Abel, qui erat iuſtus, vt conformaretur ſententiæ, quòd conueniens ſit, vt medicina ſequatur morbum, iuxta illud Domini, Non eſt opus Medico valentibus, ſed malè habentibus.

Reſpondetur. Quia, & ſi Adam magis ad eius expiationem teneretur ad ſacrificiorum oblationem, non tamen id Adam executus eſt triplici ratione, vt fuit prima, quia munus honoris erga Deum, vt eſt Sacerdotis ſummi non debuit ab eo, qui in inobedientia ſua Deum inhonorauerit Geneſ. cap. 3. Sed ab eo ſumi debuit; vt fuit Abel, qui virginitatis, & innocentiæ, iuſtitiæque primum exemplum fuit; tum ratione etiam, quia Eccleſia eſt aggregatio fidelium credentium Deum, ab illo, à quo Eccleſia incipit, debet incipere ritus colendi Deum. Vndè incipere ab Abel debuit magis quàm ab Adam, quia primus ſacrifitia obtulerit; Aliam rationem quoque addit Diuus Auguſtinus ſuper Geneſ. Quia Adam erat vir ſpirituali mente præditus. Vndè poſt lapſum conuertebatur ad interius ſacrificium, quod eſt contritio cordis, alij non ita præditi conuerterunt ſe ad ſacrificium exterius, vndè æquum fuit, vt priùs in Adam præcederet oblatio ſacrificij ſpiritualis, ſicut in filijs oblatio ſacrificij exterioris. Hæc ille.

Sextò non efficacis rationis eſt, quod opponendo aiunt, Eccleſia incœpit ab Abel, ergo Eccleſia fuit, quando Abel fuit, oſtendendo conſequentiam procedere ſumpto exemplo, hæc domus incœpit hic, ergo hæc domus eſt hìc; ſed in ſolo Abel Eccleſia eſſe non potuit, ergo ab Abel Eccleſia non incæpit. Quia reſponſio eſt, quòd ius vniuerſitatis, etiam in ſolo homine conſeruatur, l.ſicut, §. fin.ff. quod cuius.vniuer. in ſolo Abel Eccleſia incipere potuit, quamuis Eccleſia ſit collectio fidelium, cap. Eccleſia de conſec. diſt.1. vndè D. Hieronymus in pſal. 133. vbi fides vera eſt, ibi Eccleſia eſt, & D. Auguſtini in pſal.128. ait: Aliquando in ſolo Abel Eccleſia erat, & expugnatus eſt à fratre ſuo malo. Comprobatur etiam communi ritu vniuerſalis Eccleſiæ in 4. & 5.& 6.feria maioris hebdomadæ in tenebrarum repræſentatione, vbi numerus candelarum extinguitur vniuerſus, vna incenſa ſemper remanenti, qua denotatur vniuerſorum de Eccleſia fidem tempore paſſionis Domini defeciſſe, & in ſola Matre Virgine intactam viguiſſe, & remanſiſſe fidem, ſicut etiam euidenti ratione demonſtratur argumentum non ſubſiſtere, velut hoc, iſta communitas incępit à Petro, ergo fuit quando fuit Petrus.

Septimò non eſt concludens ratio ſic ſumpta, mortuo Abel Eccleſia ſtetit in Adam, & Eua: Ergo in eiſdem ſtetit quoque antequam Abel naſceretur. Reſpon. Quòd diſpoſitio, qua habiles redditi ſunt Adam, & Eua in ipſis parentibus non extitit ſuperuiuenti Abel, vt poſtea ſequuta eſt illo mortuo, vt in 5. præcedenti ratione eſt oſtenſum.

Octauò tenui admodùm medio reſiſtitur, dum aiunt, Adam principium actiuum fuit humani generis, vndè humanum genus ortum duxit, palàm eſt Sapien. cap. 10. vbi pater orbis terræ nuncupatur, cùm ex Abel nemo ſit procreatus, ergò in Adam magis videtur Eccleſiæ principium, cùm ab eo cæteri prouenerint, quam ab Abel.

Ratio eſt, quia propagatione carnis ſanctitas non transfunditur, ideò ratio non procedit, cum exemplar ſanctitatis non requiratur, vt ſit actiuum principium generationis carnalis.

Nonò aiunt ratione fidei exiſtentes in Adã, cùm primus fidelium extiterit, opus fuit Eccleſiam ab ipſo initium ſumpſiſſe, cum habuerit fidem incarnationis Domini, quando dixit, hoc nunc os ex oſſibus meis, Geneſ cap.2. vt etiam eſt ab Apoſtolo declaratum ad Epheſ. cap. 5. vbi ait: Sacramentum hoc magnum, ego dico in Chriſto, & in Eccleſia, & etiam alijs virtutibus eſt inſignitus teſte Diuo Auguſtino lib. de fide non ficta.

Reſpon. Ratio hæc non procedit, quia licèt fidem habuerit, ex quo illa nullo aliquo diſcreto iure; vt fuit in Abel à Caim ſegregato, propterea magis Abel, quàm Adam Eccleſiæ initium competere patet, cùm exornantia ipſum Abel Adæ non competierint, videlicèt virginitas, ſacerdotium, & martirium.

Decimò alia inducitur ratio, vt ad complura teneantur onera, ſacrificiorum iura exercentes, igitur magis Adam peccator, quàm iuſtus Abel ad litanda ſacrificia tenebatur, & ab eo ex conſequenti incępit, magis quam in Abel, quæ ratio non eſt vera, teſte Diuo Gregorio, quem refert Card. de Turrecremat. in ſum. de Eccleſia lib.1. cap.26. vbi ait, Sacrificia principaliter fuiſſe inſtituta in remedium peccati originalis, contra quod apud nos valet aqua Baptiſmatis; hoc egit apud veteres, & pro paruulis ſola fides, vel pro adultis virtus ſacrificiorum: quia ergo in Adam non fuit originale peccatum diſtinctum ab actuali, non competebat ei offerre ſacrificium contra originale: in filijs verò Adæ primò fuit diſtinctum actuale, & originale, vnde conueniebat, vt ab ipſis primò ſacrificia offerrentur: hæc ille.

Vndecimò alia inducitur ratio, quòd ex

Digitized by Google

ex quo Adam in ſtatu innocentiæ conſtitutus fuit membrum Chriſti priuſquàm eſſet Abel, & membra Chriſti ſunt Eccleſia, ſequitur, quòd Adam fuerit initium Eccleſiæ, nec reſtat ratio, quod Adam lapſus fuerit, quia iuſtus moriens, non attenditur malum præcedens. Quod in Diuo Petro exemplatur, qui licèt laberetur, non tamen obſuit, quia in fine gratia obijt.

Reſpon. quod hæc ratio non vrget, vt ex eo quod fuit Adam Chriſti membrum fuerit Eccleſiæ initium, nec vrget pariter ratio, vt lapſus reſurgens habeatur pro nō lapſo quia id refertur ad identitatem beatitudinis conſequendæ, quæ eſt inter innocentes, & pœnitentes, licèt differenti quandoque gradu; nec ratio allegata de Diuo Petro eſt à ſimili, quia Petrus non eſt dictus primum fundamentum, vndè Eccleſiæ ſumpſit principium.

Duodecimò opponitur de alia ratione, quòd Adam pœnitentiæ adminiculo ad innocentiæ candorem, priùſquam Abel naſceretur, ſit reſtitutus.

Reſpon. Quia non legitur, quòd ita reſtitutus aliqua litaller ſacrificia. Vndè eius fides oſtenderetur, nec ſuo vitæ curſui, antequam Abel naſceretur, fuit malorum diſcrimen à bonis, vt in Abel, à malo Caim extitit.

Decimotertiò inducitur ratio de Enos, ſiuè Seth: in quo magis ſplenduit ſanctitatis virtus, quàm in Abel, cùm ab illo proceſceſſerit inſtitutum inuocandi Deum, & ex conſequenti Eccleſiæ principium magis ab eo, quam ab Abel deriuaſſe videatur.

Reſp. Quòd ratio non procedit, quia licèt Enos exemplar fidei ſuæ poſteris extiterit, non tamen primum exemplar fuit in diſcretione malorum a bonis. Abel enim præceſſit Enos, & Seth, qui fuit eis exemplar fidei, & ſanctitatis: & propterea ſacerdotij iura patet priùs exercuiſſe Abel iuſtum, quàm Seth, qui poſtea ſucceſſit, quare vanam eſſe liquet impugnationem.

ARTICVLVS IV.

Relatiui nominis, quæ ſit vis, vel poteſtas.

TExtus ibi ſequitur, quòd natura relatiui eſt, vt ad qualitates relati referatur Auth. de fil. nat. ante. dot. inſtru. §. ii. col. 3. & l. nihil, ff. de coniug. cum emanc. lib. & reſtrictionem antecedentium à relatiuo inductam retineri debere demonſtratur, ſicut & laxationem, l. in teſtamento, & l. ſi ita ſcriptum, ff. de cond. & demon. Bart. in l. 1. ff. de receptator. & l. 1. ff, naut. caup. ſtab. Vndè hic determinatio ſumitur, quod quicquid in Eccleſia diſpoſitionum reperitur, quod à Diuo Petro, vel eius ſucceſſoribus non pendeat, ſaltem approbatiuè, vt viribus non ſubſiſtat, tanquam conditum à iuriſdictionem non habenti, cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ext. de conſtit. cùm vulg. cum igitur huius decreti virtute improbaretur electio Pſeudopontificis ex laicis, & à laicis in Papam electi, & ſic illegitimis, extra Eccleſię gremium ſuffragijs demonſtratur, quod alias diſpoſitum in Eccleſia foret decreto, vel traditione Apoſtolica, vt conſimiles electiones fieri non poſſent, cap. in nouo 21. diſtin. cùm presbytero, & non laico claues Eccleſię ſint committendæ, cap. ſacroſancta 22. diſt. cap. Deus definitionem de pœnit. diſt. 1. & cap. 1. 31. diſt. cap. quicumque 24. quæſt. 1. Archid. in cap. benè 96. diſtin. n. 10. Panor. cap. à nobis de ſent. excom. el. 2. nec pro Epiſcopo eſt habendus, qui à clericis non ſit electus, cap. miramur 61. diſtin. 63. cap. laici, cap. nullus, cap. Hadrianus, cap. Valentinianus, & cap. in nomine Domini 23. diſtin. nam laici, quandoquidem in Eccleſia, nihil exequi valent, niſi Oeconomi munus, Epiſcopi tamen conſenſu, inſtituti. Archid. in cap. laicis 16. quæſt. 7. & à presbyteris ſemoti laici eſſe debent, cap. Denique 4. diſt. & diſcrimen euidens inter clericos, & laicos raſura capitis indicatur, cap. degradatio de pœnit. lib. 6. cum laici ſint milites ſæculi, & non Eccleſiæ. Archid. in cap. ſaluator, 1. q. 3. & propterea eis prohibitum in Eccleſia aliquid miniſtrare, vel decernere, Archid. in cap. laicis 16. quæſt. 7. quod diſcrimen ſi inter clericos, & laicos ſuppreſſum eſſet, humani generis exitium foret, non ſecus, quàm ob conſimile lib. Iudicum calamitates Iudæis eueniſſe conſtat, cap. vlt. ibi, Illis diebus non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque, quod ſibi videbatur bonum faciebat.

Hoc in loco, quam impiè à moderna hæreſi definiatur, ex impio dogmate, vt omnes baptizati ſint ſacerdotes oſtenditur, & etiam Apoſtolica actione, Act. cap. 8. vbi patet eos de Samaria conuerſos ad prædicationem Philippi Diaconi, non adhuc in Epiſcopali ordine conſtituti, non potuiſſe manu eiuſdem recipere Spiritum ſanctum, niſi Petri, & Ioannis acceſſu, qui erant Epiſc. & manuum eorum impoſitione receperunt Spiritum ſanctum, ecce Lutheri, quam ſalſa ſit doctrina, Præterea, ex Concilio Remenſi, vt videre eſt in cap. peruenit de conſec. diſtin. 2. inuehitur contra quoſdam, nepharios ſacerdotes, qui infirmos Euchariſtiæ ſacramenta permittebant cibari manu laicorum poſt peractam à ſacerdotibus ipſis conſecrationem, vbi à Concilio ſubditur eſſe horribile, & deteſtabile, vt laici, vel fœminæ ſanctiſſimum Chriſti corpus contrectent. Agnita enim eſt hæreticorum peruerſitas, ad quid velit omnes fideles eſſe ſacerdotes, quam cauſam D. Cyprianus in epiſtola 9. tertij lib. Epiſtolarum adnotauit, exprobans contumaciam cuiuſdam Diaconi contra ſuum ſacerdotem, vbi ait, meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, ideſt, Epiſcopos, & præpoſitos Dominus elegit, Diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cęlos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui, & Eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Dominum poſſumus, qui Epiſcopos facit, poteſt, & hic contra nos audere, à quibus fiunt Diaconi, & ideò oportet Diaconum, de quo ſcribis, audaciæ ſuæ agere pęnitentiam, vt honorem ſacerdotis agnoſcat, & Epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfaciat. Hactenùs ibi.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De beatitudinis voce, & quomodo quem beatum fieri ſumatur.

MOdò ſequitur tex. ibi, à Beato nomen iſtud indicare videtur, Cicer. teſte lib. 5. Tuſc. idem, quod in bono verſans, adeò vt nullum ſentiat malum, & ideò ibi dixit, Hos exiſtimo Beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo, quod niſi in patria contingere poſſe ex verbis Senen. Epiſc. lib. 6. colligitur, vbi dixit: Hoc exiſtimo beatum, non quem appellat vulgus, cuiuſmodi eſſe videantur Deo incogniti, quamuis Iuuenalis beatos eſſe recenſeat ſolos diuites proindè Satyra 1. inquit ibi. Veruia veſſica beare, ſed beatitudinem referri ad fęlicitatem patriæ Cęleſtis demonſtrat Cardin. de Turrecrem. in cap. nullus de pœnit. diſt. 7. num. 3. de mente ſe verb. Boet. vbi ait: Beatitudo ipſa dicitur omnium bonorum aggregatione perfecta poſſeſſio, & prout hìc ſumitur in texto huius decreti de diuo Apoſtolorum Principe, ſunt igitur beati fruentes his omnibus, quæ ad veram pertinent beatitudinem, ita de mente diui Auguſtini ſenſit idem Cardin. in cap. non hoc corpus, de conſecr. diſtinct. 2. num. 11. vbi ait, requiruntur autem ad perfectionem beatitudinis, vt beatus habeat, quicquid velit, nec aliquid inordinare velit, vt dicit Auguſtinus, hoc autem recta voluntate quilibet beatus vult, vt ea videat de miſterijs gratiæ, per quæ conſecutus eſt beatitud. quæ hic in via, & Enigmate cognouit. Hactenus ille.

Vltra præmiſſæ beatitudinis ſupra iura, dantur quoque acquirendi beatitudinem documenta relata, Matth. cap. 24. & cap. ſcimus 43. diſtinct. & cap. ſi Eccleſia 23. qu. 4. Archid. in cap. ſuggeſtum 7. quæſt. 1. vt refert plures cauſas eſſe homines beatos reddentes, quas enumerat ibi, vt eſt perſecutionum tolerantia propter Deum, vt fuit in diuo Petro crucis ſuæ affixio. Item per auditum fidei Prouerb. cap. 8. ibi, beatus, qui audit me; item per virtutem ſpei, pſal. cap. Beatus vir, qui ſperat in Domino. Item Dei timorem Eccleſ. cap. 25. & diuinæ legis cuſtodiam, Prouerb. cap. 29. ibi, qui cuſtodit legem beatus eſt. Item perſeuerantiam boni operis cap. ſi Eccleſia 23. quæſt. 4. vbi traduntur, patientiam eſſe virtutem, ſub qua nobile vincendi genus verſatur, inde verſus:

Maxima virtutum patientia pugnat inermis,
Armatuſque viros vincere ſæpè ſolet.

Cuius patientiæ exercitium triplex eſſe refertur, vt ibi latiùs per eum.

Reuera beatus, vt ab hac Synodo diuus Petrus recenſetur, ex quo: Beatitudo eſt vita æterna, diuus Thomas in 3. diſt. 40. artic. 9. quam fuit aſſequutus ſequens Dominum, Crucemque ſuam baiulans imitatus eſt, nàm quia cœleſtia illa bona poſſidet, quæ ſola beare poſſunt, meritò illud proprium adſcribitur, quod ipſorum bonorum eſt producere ea poſſidentibus, quia, vt ait Iuriſconſultus in leg. hæreditatem, ff. ad leg. falcid. bona, quæ adhuc non poſſidentur, quemplam beare non poſſunt, nec eſſet citrà abſurdum, vt quis diues cenſeretur ex bonis ab eo non adhuc acquiſitis, Bartol. in leg. 1. ff. de ſtat. hom. Iaſon. in leg. Gallus, §. videndum, ff. de liber. & poſth. cùm beata illud intelligatur, quod prodeſt; vndè bona beare propterea dicuntur, quia proſunt, leg. bonorum la 1. ff. de verborum ſignificat, leg. item veniunt in fin. ff. de peten. hæred. not. in cap. relatum il 2. exe. de teſtam. Beatitudo autem non quemlibet admittit, nàm ſordidi, vel maculam habentes beatitudinis ſunt exortes, habetur Apoc. 21. ibi: [Non intrabit in eam aliquid coinquinatum;] & Iſai. cap. 35. via ſancta vocabitur, non tranſibit per eam pollutus, quam beatitudinem perpetuã eſſe demonſtratur Sapiene. cap. 3. ibi: [Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis;] & iterùm cap. 3. ibi: [Iuſti autem in perpetuum viuent.]

Sed ſanctiſſimum Apoſtolum Principem ſummæ beatitudinis premia hoc nondùm abſoluto itinere adeptum eſſe complura tùm Euangelio, tùm Apoſtolicis Actibus inſerta atteſtantur, vt præſefertur, quando Dominum glorioſum in monte Tabor conſpexit, vocemque paternam audiuit, Matth. cap. 22. vt fuit etiam, quando claudo ab vtero Matris reſtituit ſanitatem, Act. cap. 3. Thabitam mortuam ad vitam reſtituit, Act. cap. 9. & quando vnico verbo Ananiam, & Saphyram coniugem ob furtum, & falſitatem morti tradidit virtute Dominica. Petro concionante tria hominum milia baptizati ſunt, Act. cap. 3. clauſo etiam carcere à manibus Principis Sacerdotum eſt ereptus, Act. cap. 5. ab Angelo Petrus in carceribus intruſus, ibique cuſtodibus vallatus, de Hærodis manibus eſt liberatus, Act. cap. 12.

Sed quæ diui Petri beatitudinis maiora quærenda ſunt teſtimonia, quando ipſius vmbra infirmantes ſanitati fuiſſe reſtitutos conſtat Act. cap. 5. ibi: Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, & mulierum, Ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabatis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Quæ omnia ob Petri beatitudinem euentura ſibi Dominus prædixerat, quando diuus Petrus à Domino Beatus nuncupatur, Matth. cap. 16. ibi: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt.

Hanc diui Petri beatitudinem conſtat Apoſtolum Paulum ſummoperè admirandam habuiſſe, & præcipuè ei præ cæteris Apoſtolis ſemper adhæſiſſe, vt compotem, quantis diuus Petrus miraculis, & virtutibus micaret.

Vndè diſſertiſſimi Leonis, & Marcelli eorum hiſtoria habetur, quod cùm Simon Magus, vt volitans per aera à dæmonibus veheretur, vt Paulus ad Petrum dixerit: Meum eſt orare, tuum eſt imperare; cui Petrus inquit: Erige caput, & vide; cumque eleuaſſet caput, & vidiſſet Simonem volantem, Paulus ad Petrum ait; Petre, quid ceſſas? perfice, quod cœpiſti, iàm enim vocat nos Deus.

Tunc Petrus ait: Adiuto vos Angeli Sathanæ, qui cum in aera fertis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt ipſum ampliùs non feratis; ſed corruere dimittatis; & continuò dimiſſus corruit, & confractis ceruicibus expirauit.

De diui Petri Principatu diuus pariter Dionyſius commemorat, eiuſque virtutum culmina extollens, quando in libro de Diuinis nominibus cap. 3. de Virginis tranſitu loquens ait: Aderat Dei frater Iacobus, & Petrus vertex, & honorabilis ſcholæ Theologorum ſummitas, & iteratò, idem diuus Dionyſius in libro de cœleſt, hierarch. Diſcipulorum verticalem appellat diuum Petrum, cui dicto adhæret text. in cap. fidelior, l. diſt. ibi: Petrus eſt etiam primus doctrina communi omnium Fidelium, cùm primus Dominum noſtrum Dei filium confeſſus fuerit. Hactenùs ibi.

Vndè, quæ diuus Dionyſius de ipſo locutus Domini verbo ad Petrum conuenire patet, quando ſuli Petro eſt dictum à Domino: Duc cimbam in altum, ideſt in profundum diſputationum, cap. non turbatur 24. quæſt. 1.

Proptereà diuus Athanaſius in epiſtola Synodica ad Felicem Papam, vt Petri ſucceſſorem, inquit, tu prophanarum hæreſum, atque omnium ſcelerum impetitor depoſitor, ve Princeps, & Doctor, & caput omnis Orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei exiſtis.

ARGVMENTVM.

Cur à Petra Petrus nuncupatur, vel quomodò in Caput Eccleſiæ Diuinitùs inſtitueretur.

SEquitur text. in verbo Petro, conſtat enim ab initio vocationis ad Apoſtolatum Petrum non hac voce Petri fuiſſe nuncupatum, ſed Simonem. Quod ſignanter à Domino geſtum eſſe obſeruatur, nominis enim mutatio à Domino inducta non abſque graui myſterio ſucceſſit, vt latiùs ſupra in titulatione huius Canonis explicatur.

Petrum enim à Petra dictum fuiſſe conſtat, quam Petram ipſum Dominum fuiſſe atteſtatur Paulus ad Corinth. cap. 10. ibi bibebant autem de ſpiritali conſequente eos Petra: Petra autem erat Chriſtus. Proptereà magna ſe in Petro Dominum executurum atteſtatur Matth. cap. 16. ibi: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; non enim otioſè Dominum petræ ſuum nomen Petro adſcripſit, ad id enim Dominum Petro nomen, quod ſibi peculiare fuerat Petro tradidiſſe videtur, vt ſicut Domini vices nomine petræ referebat, referet quoque re, & nomine in Eccleſia regenda, & ouile Domini inſtituendo, ipſumque, denique Dominum vſque ad crucem imitando, ſic enim Dominus iam Petro præceperat: Tu me ſequere, Matth. cap. 21. & ſicut in perſona Petri Dominus Eccleſiæ fundamenta poſiturum ſe decreuit, ita ipſam regendi poteſtatem Petro contulit, Matth. cap. 16. ibi: Et dabo tibi claues Regni Cœlorum; & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cęlis; & ita decuit, vt Principis perſonam referens, Principi etiam competentia fungeretur, Bartol. in l. 1. §. his, qui, ff. de leg. 3. & in l. 1. ff. de tutor. dat. ab cur.

Prætereà ne Eccleſia exigua viribus extituta cenſeretur, ita viribus augendam Dominus fore pollicetur, vt inferorum vires aduersùs eam non præualeant. Hoc in loco ſi Fidelium ſimul, ac impiorum mentes ſupra ſeipſos extollerentur Chriſtianæ veritatis teſtimonia intuentes, Fideles, ſi quid tepiditatis occupat, reijcerent, ſicut impij ab impietate ſua prorſus recedere deberent animo verſantes, quàm mira in hoc ſe prætetulerit Domini noſtri omnipotentia, vt pauper Sacerdos omni hominum auxilio deſtitutus, Cæſarea perſequutione afflictus, inermiſque tot viribus ad ſuæ Eccleſiæ regimen eſt auctus, vt Cæſaream ſuppreſſerit potentiam, & ibi reſideat Cœleſti, ac terrena poteſtate pollens, vndè in eius necem, ac tot milium Chriſtianæ fidei militum decreta, & Senatusconſulta proceſſerint, vbi noua tormenta ſemper in dies excogitabantur, quibus ita Eccleſiæ vires reſtitiſſe patet, vt iuxtà verbum Domini, palàm ſit inferorum portas, vndè tot immania emittebantur, non præualuiſſe, ſed iuxtà, quod à Regio Propheta canitur Pſal. 63. recenſentur, ibi conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, diſpoſitum eſſe oſtenditur, liquet enim diui Petri ſucceſſoribus, poteſtatem cœleſtem arbitrium elargitum cenſeri, leg. fin. C. de ſumm. Trinit. Quo cœleſti arbitrio rerum ſubſtantialia alterantur, & alteri applicantur, argum. l. 1. commun. de leg. & cap. reuera, de conſecr. diſt. 2. Textus iſte ſatis, ſuperque demonſtrare videtur Petrum, eiuſque ſucceſſores Romanę Eccleſiæ Apoſtolicis inſtitutis regendam fore, ac gubernandam inſtituiſſe, nempè cùm in Apoſtolico Cœtu, vniuerſam repræſentanti Eccleſiam, vnum ſolum caput ad vniuerſalem Eccleſiam regendam deligeretur, ſic de cætero, tam in Romana Eccleſia ipſam vniuerſalem referenti, quàm in cæteris particularibus Eccleſijs, idem inſtitutum, quod in Petro ad huiuſmodi regiminis iura ſeruatum fuerat, perpetuò ſeruaretur, ſeriatim comprobantur iſta in cap. in nouo diſt. 21. & in cap. ſacroſancta diſtinct. 22. Nàm etſi Petrus à Domino in caput Eccleſiæ deſignatur, Ioann. cap. 1. ibi: Tu vocaberis Cæphas, quod ſonat latinè caput. Iſidorus libro ethimolog. 7. cap. 4. Et Ioann. cap. vlt. ibi: Paſce oues meas, myſterialiter tamen ab Apoſtolis eſt, vt præfertur, electus, vt hanc electionis formam Eccleſia deinceps perpetuò ſeruandam ſuſciperet, vt adamuſſim habet text. in dicto cap. in nouo ex decretalibus diui Anacleti Papæ, & Martyris, vbi ait inter beatos Apoſtolos, quædam fuit diſcretio poteſtatis, licèt enim omnes eſſent Apoſtoli. Petro tamen conceſſum eſt à Domino, & ipſi inter ſe voluerunt idipſum, vt reliquis omnibus illis præceſſet Apoſtolis, & Cæphas, ideſt Caput, & Principatum teneret Apoſtolatus, qui etiam eamdem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis Epiſco-

pis

Digitized by Google

pis tenendam tradiderunt. Hactenns ibi.

Stat igitur cooclusio, vt electio Papæ in Eccleſia introducta ſit ex promulgatione Apoſtolica magis, quàm traditione, & noo ab Epiſcopis, vel à Concilio exequenda; ſed ab aſſiſtentibus ipſi Rom. Pontifici vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus, vt Canonici particularium Eccleſiarum, qui Epiſcopis prædefunctis ſuas repræſentant Eccleſias, cap. cùm Clerici extrà, de verbor. ſignificat. quas ſibi adſiſtentes conſtant diuum Petrum Eccleſiam ipſam nuncupare eius, i. canon. cap. 5. vt aliàs eſt dictum, nec huic, qnod dictam Papæ electionem Epiſcopornm conuentu, vel Concilij non eſſe habendam, illud reſiſtit, quod Epiſcopi loco Apoſtolorum ſucceſſerint, cap. quorum vices diſt. 68. præſertim cùm electio Petri ab ipſis Apoſtolis proceſſerit, quia conſtat Apoſtolos non vt Epiſcopos Petrum elegiſſe, cùm adhuc Epiſcopale munus non ſuscepiſſent, ſed vt Petro erant aſſiſtentes, vt Cardinales tùm ad eligendum diui Petri ſucceſſores, Conciliaque celebranda, in quibus conſtar Apoſtolicos canones æditos fuiſſe, necnon Symbolum Apoſtolicum, cùm etiam ad alia Eccleſiæ vniuerſalis neceſſaria inſtituenda, vt videre eſt ex Actibus Apnſtolorum, cùm Epiſcopale munus Apoſtoli non ſumpſerint, niſi poſt à Petro latam formam ſedium Epiſcopalium, & Patriarchalium, an te eorum diſperſionem ad vniuerſum Orbem Chriſtiana fide illuſtrandum, cap. in illis diſtinct. 80. Vndè, quod hoc Synodali decreto de diui Petri inſtitutis, & eius pariter ſucceſſorum, oon ſolùm Romanæ eſt conſultum Eccleſiæ, ſed etiam alijs vniuerſi Orbis particularibus Eccleſijs, vt à diuo Marcello Papa, & Martyre irrefragabile fertur teſtimoninm, 24. quæſt. 1. cap. rogamus, ait ſcribens Epiſcopis per Autiochiam conſtitutis.

Caput Eccleſiæ Petrum fuiſſe, etſi Euangelica veritate, iuxtà, quod præmiſſum eſt, comprobetur, Patrum quoque doctrinis oſtenditur, inter quos diuus Chryſoſtomus ſuper Ioann. cap. vlt. vbi examinans verba Simon Ioannes, Paſce oues meas, ait: Prateriens autem alios Petro loquitur, eximius enim Apoſtolorum erat Petrus os diſcipnlorum, & vertex Collegij. Cui diui Auguſtini verba ſunt conſona in ſermone de Domini paſſione in ratione reddenda, cur Dominns Petrum veritatem abnegare permiſerit, vbi ait: Ideò Diuinæ prudentiæ ſecretum ità temperauit, atque permiſit, vt primns laberetur, atque rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperaret. Quantum igitur Diuini muneris erga ſalutem hominum, quantum ſuæ ſollicitudinis impendatur, aduertite totius corporis morbum in ipſo capite curat.

Et in ipſo vertice componit membrorum omnium ſanitatem, & in ipſa confeſſionis Chriſti crepidine io ipſo immobilis fidei fundamento, in Petro dico, ſcilicet, illo, qui dixerat: Etiamſi me oporteat mori, non te negabo. Hic eſt Petrus, qui Diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri, dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Hæc ille.

Ad idem aſtruit cap. ità Dominus, diſtinct. 19. diui Leonis Papæ ſrntentia, vbi ait: Huius muneris Sacramentum, ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolnrum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua, veluti in corpus omne diffunderet. Hæc ibi.

Sed qnod maius teſtimonium diui Petri Principatus eſt, quam quod ſumitur expreſſione Euangelica, vbi diuus Euangel. Matth. cap. 10: nomina Apoſtolorum recenſendo, tamquam oon ignorans, vt Princeps ab eius ethimologia dicatur, quaſi primum locum accipiens, gloſs. in cap. fundamenta, de elect. in 6. Luc. de pœn. in l. 1. C. de princ. agen. in re lib. 12. diuum Petrum, non numero ſigno inquit primum, ſed nomine hoc primo, vt eos ait, oomina autem Apoſtolorum ſunt hæc: primus Petrus, & ſi primò Petrus ad Apoſtolatum non fuerit vocatus, nec alia ratione, veluti doctrinæ, vel generis nobilitate ab Euangeliſta primus nuncupari potuerit.

Diuus Thomas quoqne, præter deducta in 4. diſt. 24. recenſuit Conſtantinopolitanam Synodum ſub his verbis: definientem veneramur ſecundùm Scripturas, & Canonum diſpoſitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum. Hæc ille.

Ad hæc pariter habetur Cæſaris Iuſtiniani teſtimonium in auth. de Eccleſ. tit. coll. 9. vbi ait: Nemo eſt, qui dubitat ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum. Facit etiam text. in leg. inter claras, C. de ſumm. Trinit. vbi ait, Papam eſse Caput omnium Eccleſiarum, idem ait cap. oon decet diſtinct. 12. vbi vniuerſalis Eccleſiæ caput eſſe Romanam Eccleſiam.

Quæ ipſa, etſi nnlla hæſitatione in repub. Chriſtiana, ſemperque habita, vera fuerint, vt ab vberrimo Euangelij fonte deriuantia improbo tamen impiorum ſpiritu impugnantur, & cauſa, qua id geſtum ſit, non ignoratur. Cùm enim Apoſtolicæ Sedis eſſe conſtet quæſtiones circa fidei articulos incidentes dirimere, c. maiores ex de baptiſ. & eius effec. & c. multis 17. diſtinct. & c. quoties 24. quæſt. 1. Lutherus hæreſiarca animo fixum habens hæreſim introducere, vt apoſtatandi ſibi, & alijs flagitijs, carniſque luxui pro arbitris inſeruiendi aditum pararet. Propterea prænoſceos Romanam Eccleſiam ſibi aduerſantem fore, ideò in eam elato inſurrexit velo, deſiderioque elatus exequendi, quæ improbitate Spiritus ſibi ſuggerebantur, vt que rabie, ac freneſi correptus inconſultè complura dixit ſcripturarum immemor, quæ poſtmodum detecta ſentiens, retractanda duxerat, vt hominis mendacis eſt infortunium, qui modò ait, modò negat, eumque memorem eſſe oporteat.

Vndè aduersùs hunc articulum, quòd Petrus, & eius ſucceſſores ſingulatim ſint caput Eccleſiæ denegatur, rationibuſque aliquibus id comprobare nituntur.

Quare aiunt primò, ſi Petrus fuiſſet caput Eccleſiæ fideles dicerentur Petrini, & non Chriſtiani, ſed quia eſt ſecùs, vt non Petrini, ſed Chriſtiani dicantur, ſequitur, quòd

Digitized by Google

Chriſtus, & non Petrus fuerit caput Eccleſiæ.

Reſpondeo. Quia reſoluitur hæc impugnatio ea ratione: qua Peerus non ſit ipſe principale caput, vt eſt Chriſtus, à quo cœleſtis ſpiritus gratiæ, & motus charitatis influuntur, propterea ab eo tanquam à principali capite, à quo viuificantur, ſunt denominari Chriſtinani, & non à Petro Petrini, ſed eſt caput quatenus Eccleſia à Petro regeretur, atque à Succeſſoribus Petri, qui Domini vices repræſeutant. cap. 2. de translat. præl.

Secundò, aiunt Dominum eſſe Eccleſiæ caput ſufficientiſſimum ad Ephes. cap.3. catenus, vt alio non ſit opus capite, ergo non videtur, vt Petrus, vel eius ſucceſſores reuera ſint Eccleſiæ caput.

Reſpondeo, quód aſſignata ratio non procedit, quoniam licèt Dominns ſit caput Eccleſiæ, attamen, quia eſt caput inuiſibile, opus fuit ponere aliud caput viſibile non difforme ſpecie, ſimilitudiue, conditione, & ſtatu vniuerſæ Eccleſiæ, vt fuit hoc pacto Petrus caput Eccleſiæ, & deinceps eius ſucceſſores: Etiamque reſponderi poteſt, quia Eccleſia militans Eccleſiæ triumphanti adæquatur cap. Eccleſia de conſec. diſtinct. 4. vbi, Beatorum ibi exiſtentium caput eſt ille Summus beatorum Chriſtus, ſicut in militanti Eccleſia loco cœleſtis capitis eſt Papa c. 2. extr. de transl. prælat. & cap. fundamenta ext. de elect. in 6.

Tertiò, non obſtat, quod proponitur inter caput, & membra eſſe neceſſariam connexionem, adeò, quod, remoto capite, membra mortua redduntur, ſed non ſic eſt de Eccleſia, quia licèt Papa moriatur, Eccleſia tamen eadem viuens permanet.

Reſpondeo. Quia etſi connexio corporis Eccleſiæ non ſit neceſſaria ad Petrum, prout ſingularis homo eſt, tamen eſt neceſſaria ratinne magiſtratus, prout ex diuino inſtituto eſt Eccleſiæ paſtor, cum ſalutis neceſſario intuitu, qùis de ouile Chriſti eſſe debeat, cap. ſiquis ſunt 81. diſtinct. vbi dicitur. Peccatum paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, & Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit. Vndè Diuus Cypriauns ait diſt. 93. in cap.... Qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in Eccleſia ſe eſſe non confidat, ergo eſt perneceſſarium, vt Eccleſiæ ſit caput, cuius magiſtratus dignoſcantur contra Eccleſiæ præceptis reſiſtenets, veluti caput fuit Petrus, & eius ſucceſſores. Diuus Thomas eiuſdem fuit ſententiæ ſuper Ioann. cap. vlt. vbi dixit. Non poreſt ſe dicere Chriſtianum, qui dicit ſe non ſubeſſe curæ huiuſmodi paſtoris.

Quartò, nil ſuffragatur impiorum ſententiæ, quòd ſumunt ſimilitudinis à naturali capite, quod eo, à corpore ſeparato, ſeparatur corporis virtus, cùm ſtatim vita deficiat cum motibus, conſtito, quod Eccleſia, Papa mortuo, vigeat in ſuis membris, prout ante eius mortem.

Reſpondeo. Quia iſtud procedit in capite naturali, vndè vegetationis virtus confluit in corpus, & eius membra, vt eſt à capite Chriſto, ſed eo modo, quo Chriſtus eſt caput non fuit Petrus, & eius ſucceſſores, quorum morte corpus Eccleſiæ non periclitatur, niſi diuturniori vacatione cap. vbi periculum de elect. in 6. & etiam, quia Sedes Apoſtolica, qua Eccleſia regitur nunquam eſt deſtitura cap. ſi gratioſè de reſ. in 6. & ibi gloſs. & Archid. quia quamuis, qui dignitatem retinenres corruptibilitati, & morti ſupponantur, non tamen dignitates ipſæ cum eis ſupprimuntur, §. licentiam in auth. quom. oport. Epiſc. nam huiuſmodi dignitatum iura dicuntur vacare obitu illa retinentium, & non dicuntur extincta.

Quintò, minùs vim facie dum dicitur capitis non eſt caput, nam ſi Eccleſiæ eſt caput Chriſtus, ergo non eſt Petrus.

Reſpondeo. Quoniam hoc procedit in capite naturali, & ſecùs eſt in capite ſimilitudinatiè ſumpto, vt eſt caput ciuitatis, vel domus, aut exercitus, vt ab Apoſtolo 1. ad Corinth. cap. 2. habetur ſimilitudo, ibi: Omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, caput verò Chriſti Deus, nec inducitur diſcrimen, vt Papa ſit caput Eccleſiæ, Papæ verò ſit caput Chriſtus.

Sextò, aiunt, Eccleſia eſt vnum corpus ad Rom. cap. 12. ibi. Multi vnum corpus ſumus, & huius corporis caput eſt Chriſtus ad Coloſs. cap. 1. ergo nec Petro, nec eius ſucceſſoribus congruit eſſe Eccleſiæ caput.

Reſpondeo. Ratio iſta non procedit, quia Chriſtus, & Papa in Eccleſia ſunt vnum, & idem caput, faciuntque vnum, & idem conſiſtorium Ioann. And. cap. 1. ext. de translat. Epiſc. quia Papa non eſt caput, niſi in quantum repræſentat Dominum, & eius vicem gerit: Vndè eius Vicarius nuncupatur, & ità habetur ab extrauag. Boniſ. VIII. Vnam ſanctam, & prout ab Apoſtolo ſumitur caput in quantum, quis vicem alicuius gerat, & patet 2. ad Corinth. cap. 2. ibi, nam, & ego quod donaui, ſiquid donaui propter vos in perſona Chriſti, & 2. ad Corinth. cap. 5. ibi: Pro Chriſto legatione fungimur Deo exhortante per nos. Vndè patet Chriſtum eſſe proprium caput propria virtute, Petrum verò, eiuſque ſucceſſores Eccleſiæ fuiſſe caput, in quantum Domini vices referunt, quare oppoſita ratio non verificatur in capite myſtico, cuiuſmodi eſt Papa caput Eccleſiæ, prout procederet in corpore naturali, quod etiam demonſtratur 1. ad Corinth. cap. 2. ibi omnis Viri caput Chriſtus, caput autem mulieris vir, tamen mulieris fidelis, prout eſt Eccleſiæ membrum principale caput eſt Dominus, veluti caput Eccleſiæ.

Septimò, alia inducitur ratio de capite naturali ſumpta, in quo vigent omnes ſenſus tàm interiores, quàm exteriores, cum cæteris membris, ſolus ſenſus tactus ſit, ità in capite Eccleſiæ vigere debet, quam vegetationem, cùm Papa conferre nequeat, Eccleſiæ membris, vt Chriſtus ipſe, qui omnis virtutis gratia exuberat Ioann. cap. 1. Vidimus illum plenum gratia, & veritate, quæ ipſa, cùm in Papa eſiſtere non videamus, ſequitur ergo, quòd Petrus, & eius ſucceſſores, Eccleſiæ non ſit caput.

Reſpondeo. Quòd ratio capitis naturalis, prout refertur ad influxum extrinſecum, veluti ad exteriorem quandam gubernationem in Papa etiam conſiſtit, veluti in

capi-

capite naturali proponitur, quia D. Thoma teſte in 3. par. queſt.8. art.1.

Caput dupliciter in membra influit vno modo, videlicet intrinſeco fluxu, prout virtus motiua, & ſenſitiua influi dicitur ad cętera membra, & hoc modo à ſolo Deo influi dicitur, ſed præmiſſo modo, prout influxus refertur ad extrinſecum, ſic in Papa habet locum, cùm regat, & gubernet ſingula corporis Chriſti membra, quæ ſunt Eccleſia; quamvis plenitudo ſenſuum corporalium in eo non exiſtant, prout ſunt in Deo, cum Papæ ſufficiat plenitudo poteſtatis ad regendum populum ei commiſſum, quam poteſtatis plenitudinem patet, tunc Diuo Petro à Domino fuiſſe collatam, quando ei dictum eſt. Paſce oues meas Ioann. cap. vlt.

Octauò, nil virtutis eſt rationi, qua dicitur capitis eſſe influere ſenſum, ac motum, ſed cùm nec à beato Petro, nec eius ſucceſſoribus influitur membris Eccleſiæ ſenſus fidei, & motus charitatis, qui ſunt Eccleſiæ ſubſtancialia, ſequitur, vt nec Petro, & ſucceſſoribus eius competat, vt Eccleſiæ ſit caput, quia: Reſpondeo, vt in proxima præcedenti ratione oſtenditur, dupliciter caput in membra influere conſtat, videlicet modo intrinſeco, & extrinſeco, adeò quod, etſi Papa intrinſeco modo non influit in Eccleſiæ membra, cùm ſit actus ſolius Omnipotentis, influit tamen ſecundo modo, videlicet exteriori influxu regendo, & gubernando Eccleſiæ membra, vt præfertur iuxta Eccleſiæ theſaurum, & poteſtatis plenitudinem, poteſt demonſtrari in Sacerdote diuina celebrante, de quo D. Thom. in quæſt. de veritate quæſt.29. artic.5. ait, quòd non agitur in Sacramentis, quaſi ea propria virtute, ſed virtute Chriſti, ideò non requitur in eo ad id propria virtus, ſed ordinis auctoritas, per quam ad id operis Vicarius Dei efficitur, Chriſtus autem ex propria virtute noſtram operatus eſt ſalutem, & ideò oportuit, vt in eo eſſet gratiæ plenitudo, hæc Diuus Thomas.

Nonò, & vltimò alia ratione articulus huiuſmodi impugnatur, dum impugnatores veritatis aiunt, ſi Petrus Eccleſiæ caput extitiſſet ab ipſo inter cæteros deriuata eſſet poteſtas, ſed non eſſe conſtat, quia non Petro tantùm Eccleſiæ claues ſunt collatæ, ſed toti Eccleſiæ in ipſo, qui Eccleſiam ſignificabat cap. quodcunque 24. quæſt. 1. & etiam quia omnes Apoſtoli æquè cum eo poteſtatem à Chriſto acceperunt Matth. cap.18. ibi, amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, ergo, &c.

Reſpondeo, quòd demonſtratur hanc falſi eſſe aſſumptus rationem, cùm pateat eſſe pœnitùs falſum, ideòque ſecùs ſit, & comprobatur, vt poteſtas iuriſdictionis à Petro ad alios Apoſtolos confluxerit. Hoc demonſtratur diui Leonis ſententia in 3. ſermone ſuæ ordinationis, vbi ait, de toto Mundo vnus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Patribus proponatur, vt quamuis in populo Dei Sacerdotes ſint, multique paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit, & Chriſtus: Magnum, & mirabile dilectiſſimi huic Viro conſortium potentiæ ſuæ diuina tribuit dignatio, etſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe principibus, nunquam niſi per ipſum dedit, quicquid alijs non negauit. Hæc diuus Leo. Et habetur in cap. ità Dominus 19. diſtinct. nec his reſiſtit, quod dicitur, vt ſolus non acceperit claues Eccleſiæ, quia, etſi ſolus non acceperit, ſed tota Eccleſia in Epiſcopis, & Presbyteris in eo ipſe tamen ea ſolus principaliter, & in plenitudinem recepit, refert gloſs. Matth. cap. 16.; neque his reſiſtit, quod Matth. cap. 18. colligitur. Dominum poteſtatem ligandi, & ſoluendi tradidiſſe communiter cæteris Apoſtolis, id tamen actum videtur iuxtà diuum Thomam in 4. vt in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primò ſoli Petro data eſt, vt oſtendat, quòd ab eo in alios debeat iſta poteſtas deſcendere, propter, quod dixit ei ſingulariter. Confirma fratres tuos, & paſce oues meas, vt ait Chryſoſt. in loco mei prępoſitus, & caput eſto fratrum tuorum.

ARTICVLVS II.

Diuum Petrum fuiſſe Eccleſiæ fundamentum.

PEtrus ſicut probatur Eccleſiæ Caput, ſic etiam illius fundamentum, compluraque Patrum ſanctorum teſtimonia, eſſe atteſtantur, vt fuit D. Chryſoſt. ſententia ſuper Matth. c.16. ibi: Tu es Petrus, &c. ait: Vide qualiter Chriſtus reducit Petrum ad excelſam de ipſo intelligentiam, hæc enim promittit, quæ ſunt propria Dei ſolius ſoluere peccata, & Eccleſiam immutabilem, ſiue non conuertibilem inter tot perſecutionum, & tempeſtatum procellas facere, huicque ſententiæ conſonant Diui Auguſtini verba in ſermone habito in Cathedra Diui Petri ſolemnitate, vbi ait. Rectè Eccleſiæ natale Sedis Petri colunt, quam Apoſtolus pro Eccleſiarum ſalute ſuſcepit dicente Domino: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.] Petrum itaque fundamentum Eccleſia colit ſupra quod ædificij altitudo conſurgit, hæc Auguſtinus, & eſt text. in c. in ſede, & c. hæc eſt fides 24. quæſt.1. D.Thom. in fin.2.lib.ſentent. ait: Sedes enim Petri eſt à Chriſto, & ſuper Chriſtum fundata: facit cap. omnes 22. diſt. vbi de Petri Cathedra commemoratur, inquit. A qua ipſa vniuerſi ordinis Eccleſiaſtici diſpoſitio, ac totius Eccleſiaſtici ędificij altitudo poſt Chriſtum conſurgit: ideò dicitur in c. omnes 22. diſt. ibi, omnes, ſiue Patriarchæ in cuiuslibet apicem, ſiue Metropoleon primatus, aut Archiepiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſcumque ordinis dignitatem inſtituit, illam verò ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & Cœleſtis Regni iura commiſit, eadem quoque ſenſiſſe patet Diuum Damaſum Papam in ſermone de Domini Transfiguratione, vbi loquenti Petro, dicentique bonum eſt nos hìc eſſe, reſpondet non te Dominus tabernaculi, ſed vniuerſalis Eccleſiæ conſtructorem conſtituit. Diuum quoque Gregorium in epiſtola ad Siracuſanum Epiſcopum liquet dixiſſe, quis neſciat

ſcīat ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſolidirate firmatam, qui firmitarem mentis traxir in nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: [Tibi dabo claues Regni Cœlorum, item paſce oues meas:] itaque cum multi ſint Apoſtoli pro ipſorum Principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes conualuit. Hactenus Diuus Gregorius. Item, Diuus Hieronymus in commentario ita ait; Tu mihi dixiſti; Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & ego dico tibi ſermone non caſſo, & nullum opus habente, ſed dico tibi, quia meum dixiſſe, feciſſe eſt, quia tu es Petrus, ſicut enim Apoſtolis lumen donauit, vt lumen mundi appellarentur, & cętera, quæ à Domino dicta ſunt vocabula, ità, & Simoni, qui credebat in Petrā Chriſtū, Petræ largitus eſt nomen, ac ſecundùm metaphoram Petræ rectè dicitur ei, ædificabo Eccleſiam meam ſuper te, & hoc eſt, quod ſequitur, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hactenus Diuus Hieronymus. Fundamentum Eccleſiæ fuiſſe Diuum Petrum, vltra præmiſſas auctoritates, declarat Diuus Ambroſius in cap. fidelior. 50. diſtin. vbi ait: Fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, & ideò maiorem gratiam reperit, quàm amiſit, tamquàm enim bonus Paſtor gregem tuendum accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cęteros fidei ſtabilitate fundaret. Hactenùs ille. Virtualiter quoque hoc verbis Domini demonſtratur, Luc. cap. 22. ibi, Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos Diuus Maximus Epiſcopus ſermone habito ad ſolemnitatem Apoſtolorum Petri, & Pauli eadem fundamenti iura Diuo Petro aſcribir dum ait; quid etiam de Petro referam, cuius eſt à Deo tanta approbatione iuſtitia, tantaque ei attributa eſt poteſtas iudicandi, vt in arbitrio eius poneretur cœleſte judicium; perſpicite ergo & æſtimate, quanto nobis ſit Petrus Apoſtolus honore reuerendus, cuius ſententiam in terris prolatam ſempiterni iudicis æquitas non repellit. Hæc ille.

Prætereà, & ſi plurium Illuſtri Sanctorum Patrum teſtimonio Diuum Petrum dignoſci, & eſſe Eccleſiæ fundamentum ſit comprobatum. Id tamen impij, & flagitioſam vitam ducere volentes improbant ſummoperè, & refellunt, nonnulla oppoſita inducentes: Vti eſt primò, ſumpta auctoritare Diui Auguſtini, ſuper Matth. cap. 16. Tu es Petrus, quam ponit homil. 13. de verbis Domini, vbi ait: Tu es ergo, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam, ſuper me ædificabo te, non me ſuper te. Reſpon. Quòd Diui Auguſtini auctoritatem contrariam non dixerimus, aduerſantemque ſuperiori ſententiæ, quam recenſuit in ſermone ad Petri Cathedram habito, niſique conſtaret Doctorem ipſum ſanctiſſimum ſententiam huiuſmodi ab impijs inductam retractaſſe, vt ab eod. lib. retract. cap. 2. præſefertur ibi; Dixi quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in illo, tamquam in petra fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verſibus beatiſſimi Ambroſij de Gallo Gallinacco, hæc ipſa petra Eccleſia canente culpam diluit, ſed ſciò me poſteà ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe, quod à Domino dictum eſt; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt ſuper hunc intelligeretur, quem confeſſus eſt Petrus dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei viui, ac ſi Petrus ab hac petra appellatus perſonam Eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc petram ædificatur, nec dictum eſt illi; Tu es petra, ſed Tu es Petrus, petra autem erat Chriſtus. Harum autem ſententiarum, quæ ſit probabilior eligat lector. Hactenus Diuus Auguſtinus, quamuis vtroque ſenſu poteſt ſaluari ratio recti intellectus, veluti ſi dicatur, quod ſupra Chriſtum petram primò, & principaliter ædificatur Eccleſia, ſecundariò autem ſupra Petrum.

Secundò alia ratione reſiſtunt, dum aiunt fundamenti non eſt aliud fundamenti non eſt aliud fundamentum, quia daretur proceſsus in infinitum, ſed cùm Petrus, ex dictis Auguſtini, fundamentum habeat Chriſtum, ergo non poteſt dici Eccleſiæ aliud fundamentum. Reſp. Quòd hæc ratio nihil obſtat, quia & ſi fundamenti non ſit aliud fundamentum. Hoc procedit, & eſſe verum conſtat, quoad principale fundamentum. Nam Petrus non ponitur principale fundamentum Eccleſiæ, ſed Chriſtus eſt fundamentum fundamentorum Eccleſiæ ſupra quod eſt Petri fundamentum.

Tertiò alia obijcitur ratio ſumpta. 1. Corinth. cap. 3. ibi, Vnuſquiſque videat, quomodo ædificet. Fundamentum enim aliud nemo ponere poteſt præter illud, quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus, ergo ſequitur, quòd à nullo alio fundamentum poni poſſit. Reſp. Quod Apoſtoli inducta auctoritas refertur ad primum fundamentum Eccleſiæ, qui eſt Ieſus; Vndè Eccleſia principali ædificio deriuatur, & ſubſtinetur, attamen ſecundariò Apoſtoli dicti ſunt fundamenta, inter quos cùm Princeps fuerit Diuus Petrus, propterea ei præter alios poſt Dominum aſcribitur eſſe Eccleſiæ fundamentum. Declarat Diuus Auguſt. in Pſal. 76. vbi ait: Vt noueritis, quod eſt fundamentum, Chriſtus ſit primum, & maximum fundamentum, inquit Apoſtolus nemo poteſt aliud ponere, pręter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, quomodò fundamenta prophetæ, & Apoſtoli, & quomodò fundamentum vtitur Chriſtus Ieſus, quo vlteriùs nihil eſt quomodò putamus, niſi quemadmodum apertè dicitur Sanctus ſanctorum ſic figuratè fundamentum fundamentorum. Hactenùs Diuus Auguſt. nec Apoſtolum, quid ab hoc diuerſum ſenſiſſe recenſendo præmiſſa verba de fundamento videtur, adeo vt Petri fundamentum excludat, Diſcipulus dixit.

Quartò articulus iſte ratione illa impugnatur, vbi dicitur fundamentum eſt priùs eo, cuius eſt fundamentum, ſed cùm Petrus non poſſit dici prior in Eccleſia, quæ incœpit ab Abel, ergo ſequitur, vt Petrus non ſit fundamentum Eccleſiæ. Reſp. Quòd ratio non militat, nam quantum dicitur fundamentum ad fidei augumentum, auctum, cùm ex Iudæis, tum ex gentibus, vt per gloſ. ad Epheſ. cap. 3. ibi, Per augmentum virtutum in Templum ſanctum in Domino, & ſecundùm huiuſmodi Eccleſiæ ſtatum conſtat Pe-

trum

trum eſſe fundamentum Eccleſiæ, quia in eius fide, & confeſſione Eccleſia eſt ædificata, ut eſt Diui Hieronymi, ſimulque gloſ. ſententia, Matth. cap. 16. Alio quoque intuitu Petrum eſſe Eccleſiæ fundamentum conuincitur, quatenus reſpicitur ad poteſtatem iuriſdictionis, quia in Eccleſia ſunt ſacerdotes curati, qui ſunt Epiſcopis inferiores, ſuntque maiores, vt Epiſcopi, & eſt vnus maximus, vt Papa Petri ſucceſſor, qui præeſt omnibus ex iſto reſpectu pariter non hæſitatur Petrum eſſe Eccleſtæ fundamentum, cùm ipſe primus in ea principatum exercuerit, ità Domino diſponente, vt ibi: Et tibi dabo claues Regni Cœlorum. Declarat Diuus Cyprianus in cap. loquitur Dominus 24. quæſt. 1. ait, loquitur Dominus ad Petrum dicens: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ſuper vnum ædificat Eccleſiam, hæc illæ.

Vnde ſi Eccleſiæ fundamentum, referatur ad Eccleſiam in nouo Teſtamento ſacramentis, & tot virtutibus illuſtratam, manifeſtè patet Diuum Petrum fuiſſe fundamentum, tum quoad fidem, quam prior omnibus confeſſus fuit, cùm etiam quoad iuriſdictionis poteſtatem, qua vniuerſæ præfuit Eccleſiæ, & ità in effectu Diuus Anacletus Papa, & Martyr expoſuit 21. diſt. cap. in nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis incœpit ordo, quia ipſi primò Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & etiam, quia Petrus maiori miraculorum præſtantia exornatus fuit, & prædicandi gratia, cùm vna die tria hominum millia conuertit.

Quintò alia ratione inſtatur ſumpta ex gloſ. parua, Matth. cap. 16. ibi, Tu es Petrus, vbi ait, à me petra, ità tamen, vt mihi retineam fundamenti dignitatem, & tu ſuper ordinabis lapides mundos, & abijcies leproſos. Vnde patet Dominum retinere ſibi fundamenti dignitatem, ergo ſequitur, vt nec Petrus, nec alius Apoſtolus fuerit Eccleſiæ fundamentum. Reſpon. Hanc rationem non obſtare palàm eſt, quia non ex hoc infertur, vt Petrus ſecundariò fundamentum poſt Dominum non extiterit, conuenit enim, vt vnum ſit fundamentum principale, ſuper quo omnis conſtructio ſubſtineatur, & hunc eſſe Dominum conſtat, & huius fundamenei dignitas Domino ceſeruatur iuxta citatam gloſ. ſed aliud fundamentum ipſi principali adhærens rectè alijs Apoſtolis competere dicitur, quare de hoc primo, & ſecundo fundamento dicitur Eccleſiaſt. 16. ibi, Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, & ſic gloſ. nihil reſiſtit.

Sextò, & vltimò alia obijcitur ratio, qua dicitur vnius ædificij vnum tantùm eſt fundamentum, cùm Eccleſia vna ſit, vnumque ſit eius ædificium, ergo ſequitur, quòd vnicum ſit fundamentum, quod Chriſto, & non alteri ſit aſcribendum. Reſpon. Quòd ratio iſta nullatenus vim facit, quia & ſi quoad principale fundamentum poſſit procedere, quoad ſecundarium, de quo hic diſcutitur, aſſumptum hoc nullius eſſe virtutis dignoſcitur, ex quibus paret Petrum reuera eſſe Eccleſiæ fundamentum, non ſecùs, quàm in principio præſentis articuli ſanctorum auctoritate Patrum definitur, Impias, imperitaſque rationes hæreticos inducere, dum his reſiſtitur, negantes Eccleſiam, præter Dominum, nullum aliud habere fundamentum demonſtratur Apocal. cap. 21. ibi, Murus Ciuitatis habens fundamenta 12. in ipſis 12. nomina Apoſtolorum, & agni gloſ. quoque in Pſal. 86. ibi, Fundamenta eius in Montibus ſanctis, ait in Apoſtolis, & Prophetis, Quare ſi pro quia Apoſtoli ſunt fundamenta, ſequitur, vt eorum Princeps fuerit maius, & validius fundamentum, idque præſeferunt virtutes, quibus polluit, vt præmittitur: & ſacerdotij dignitas, quæ ab ipſo ſanctiſſimo Principe incœpit cap. in nouo 21. diſt.

ARTICVLVS III.

De tempore, quo Petrus Pontificatum ſuſcepit,

NON ab re eſt indagari, quo tempore Petrus Pontificatum adietit, & ad hoc neceſſariam demonſtrationem inducit ratio, vt Domino viſibiliter in carne conſtituto inter mortales non eſſet opus, vt aliquis in loco ſui ſufficeretur ad Eccleſiam regendam, cùm ſiquidem ſua omnipotenti virtute, vt mundum condiderat vniuerſum ſui oris verbo, ità illum inter nos moram ducens conſeruaret, adeò vt niſi ſua præſentia ab eo Eccleſiæ ſuæ ſubtracta pateat Diuum Petrum Domini vices referre, eaque hora, quando ad cœlos aſcenſurus dixit. Simon Ioannis diligis me, trina replicatione, Petrique ſequuta trina reſponſione, vbi, inquit nouiſſimè: Tu ſcis Domine, quia amo te, Dixit. Paſce oues meas, idque veritatis ità ſe habere Diui Gregorij auctoritate præſefertur in c. conſiderandum, 50. diſt. conſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cuncta Eccleſiæ præferre diſpoſuerat ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit, quod nimirum actum magnæ pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ in ſua culpa diſceret qualiter alijs miſceri debuiſſet; hactenus ille; ex quo textu ſumitur diſpoſitionem Petri Principatus ſub futuro pendidiſſe actu, ibi diſpoſuerat, quo denotatur, vt nondum perfecerat, idem ibi colligitur in ver. Futurus erat cùm ſit expreſſum, quod nondum eſſet, & idem ibi ſenſit gloſ. quæ ait, ibi. Hoc verbo paſce oues meas, factus eſt Petrus Princeps Eccleſiæ ex. de elec. c. ſignificaſti, non in illo: tu es Petrus, quia illud ſibi dictum fuit antè paſſionem; hactenus glo. Hoc idem ſequitur Innoc. & Hoſtien. in c. licet de for. compet. quibus adſtipulatur Archid. in cap. vbi periculum de elect. in 6. ad hæc facit declaratio Diui Hieronymi, ſuper Matt. 16. ibi: Tu es Petrus, vbi ait hanc poteſtatem, & Eccleſiæ ædificationem ſuper Petrum in futuro promiſſam, non in præſenti datam eſſe, Chryſoſtomi quoque ſuper hoc ſenſu non deſideratur ſententia, qui ſuper Luc. cap. 22. vbi ſuper illud facta eſt contentio, ait credenda erat Petro populorum innumera multitu-

Digitized by Google

citudo, nam non dicit credita, ſed ad futurum tempus refertur; per verbum credenda, in idem ſe Diuum Ambroſium pariter recepiſſe patet in c. fidelior, 50. diſtin. vbi ait, Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideò maiorem gratiam inuenit, quam amiſit, tamquam enim bonus Paſtor tuendum gregem ſuſcepit, hoc in loco pariter verbum poteſtatis, ibi tuendum ad futurum tempus extendi conſpicitur, & ſic poſt Domini reſurrectionem. Alia inſuper ratione Petri Principatum poſt Domini reſurrectionem conſtar fore initiandum, quia nondum iura Epiſcopalia, ſeu Paſtoralia ſuſceperat, nec alibi ſuſcepiſſe demonſtratur, niſi poſt ſanctam Domini reſurrectionem, ipſoque ſibi in Cœlum aſcenſum præparante, quando nouiſſimè Petro dixit: Paſce oues meas, Ioan. cap. vlt. Nam cura paſcendi gregis commiſſa à Domino: etiam illa commiſſa videntur, ſine quibus cura huiuſmodi commodè exerceri minus potuiſſet, nam in verbo Domini Petrus effectus eſt Epiſcopus, vt alios Epiſcopos conſecrare poſſet, & ſacramenta exindè diſpenſate, & conferre; vniuerſumque per Orbem ab eo alijs Epiſcopis communicanda forent, & cum ordine ipſo Epiſcopali etiam iura Principatus, & prælationis Diuo Petro fuiſſe demandata conſtat, cum opera Dei ſint perfecta Deuter. cap. 32. Nam ſi diuina prouidentia, ità mortalibus eſt conſultum, vt conceſſa aliqua iuriſdictione, vel dignitate intelligantur, & alia quoque conceſſa ſine quibus iuriſdictio, vel dignitas haberetur inutilis, l. 2. ff. de iur. omn. iud. l. fin ff. de off. eius, l. 3. §. final. in fin. ff. de pœn. leg. l. veteres, ff. de itin. act. priuat. & ibi gloſs. & Bart. cap. præterea, & cap. ſuſpicionis de offic. legat. Tantò magis omnipotenti eius diſpoſitioni eodem virtutis ſplendore Eccleſiam ſponſam ſuam duxerit illuminandam, & augendam, quam ſuper omnia in terris ità adamaſſe patet, vt pro ea redimenda non ſit veritus de Cœlo deſcendere, mortalem euadere, & crucem denique ſubire, ſed præmiſſa non eſſe vera impij nituntur peruerſis medijs oſtẽdere; opponũt itaq; primò ſic, Iudas factus fuit Epiſcopus à Dño, antè Domini reſurrectionem, & multò magis Petrus antè reſurrectionem conſequens patet, fuiſſeque Iudam Epiſcopum ſumitur ex Pſal. 108. & Act. c. 1. ibi: Epiſcopatum eius accipiat alter. Reſpon. Quòd hæc ratio vana eſt, quia Epiſcopatum ibi ſumi pro Apoſtolatu liquet, quia exiſtens in Apoſtolatu de proximo, ſi non præuaricaſſet erat ad Epiſcopatum accingendus iuxtà illud de proximo accingendus habetur pro accincto Iaſ. in Anthen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccl. & à Doctoribus ibi illud verbum Epiſcopatum reſoluitur in verbum Apoſtolatum.

Secundò inſtant auctoritate Io: c. 20. ibi accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & adducunt Diui Gregorij ibi auctoritatem, ità dicentis principatum diuini iudicij ſortiti ſunt, vt vice Dei, quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent, quorum nunc in Eccleſia locum tenent ligandi, & ſoluendi auctoritatem ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur. Reſpon. Quòd ratio improbabilis reperitur, quia ex illis verbis non ſumitur ordinis epiſcopalis inſtitutio tam pro Petro, quàm pro alijs Apoſtolis, nec ibi citata Diui Gregorij ad huiuſmodi ſenſum verba aliquid aſtruunt, quia eo iure, quod eſt commune ſimplicibus presbyteris, vt aliquibus relaxent, & aliquibus peccata retineant, ſumique non poteſt ſenſu, vt ibi Epiſcopi crearentur, quod facili indagine de per ſe innoteſcit. Tertiò inſiſtitur dum aiunt. Dei perfecta ſunt opera, c. 33. Deuter. quare inſtituens ſacramentum debuit perfectè illud inſtituere, tum quoad materiam, tum quoad miniſtrum, faciens Apoſtolos ſacerdotes ità inſtituens ordinis ſacramentum debuit inſtitui Epiſcopum, qui ordinem conferret. Reſpon. quòd eſt inſipida ratio, quia ſi negatur eſſe diuinatiua, vertetur in deterius, vt velit carpere Dominum, quod prudentius, vel rationabilius feciſſet, ſiquod ſibi videtur in ſacramentorum inſtitutione ſeruaſſet. Ideò enim conſtat Dominum ſacerdotalem ordinem cum Euchariſtia inſtituiſſe, quia Euchariſtia ſumpta feſtinanter, & integraliter iuxtà agnum Tipicum cum ſuę mortis interſtititio ſuæ diuinitatis reliquiæ haberi non poſſent, cùm nihil ſuperfuiſſet; propterea ſacerdotes inſtituit, vt præſtò eſſent ad ſacramentum illud Euchariſtiæ reiterandum, ne Dominus viſibili forma ſe ſubtrahens Eccleſiam ſuam in ſepulchro poſitus deſeruiſſe videretur, quam deſerere nullo temporum interſtitio voluiſſe, eius indicant, verba, quando dixit: ecce ego vobiſcum ſum vſque in conſumationem ſeculi, Matt. c. 28. ſed ordinis Epiſcopalis inſtitutionem ſibi poſt reſurrectionem reſeruauit, vtpotè non priùs, vt aiunt impij. quia non neceſſarium, cùm nondum oues fuiſſent redemptę, & ideò Paſtoribus, ideſt Epiſcopis nondum opus eſſet, vt poſt ſecutam paſſionem, nec ad promouendos ſacerdotes, cùm ordinem illum ſacerdotalem Apoſtolis contuliſſet adeò vt ad Euchariſtiam conſecrandam ſacerdotes eo in loco non deſiderarentur.

Quartò alia obijcitur ratio in c. in nouo 21. diſt. vbi Diuus Anacletus Papa, & Martyr ait, ipſi Petro primò Pontificatus datus eſt dicente Domino, Tu es Petrus, &c. ſed fuit ante paſſionem, ergo Petrus ante, & non poſt paſſionem in Pontificem eſt promotus. Reſpon. Quia hæc ratio non poſſit trahi ad præmiſſum ſenſum, cùm iura iuribus ſint concordanda, l. 1. C. de inoff. teſt. propterea, quod in allegato textu dicitur datus exponitur promiſſus, & hoc pacto allegatus textus non eſt contra textum in c. fidelior, &c. conſiderandum. 50. diſt. quia his iuribus expreſsè probatur Diuum Petrum ad Pontificatum non deueniſſe, niſi poſt Domini reſurrectionem, & tantò magis huiuſmodi intellectus adaptatur præmiſſæ declarationi, cùm verbum illud dicente, exponatur, ideſt promittente, cum ſacræ paginæ ritus habeat, vt per quam ſæpè futurum ponat quaſi præteritum, idque ſignanter contingat ratione fidelitatis ipſius promittentis iuxtà Pſal. 144. ibi: Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis.

Quintò alia in contrarium inducitur ratio, quam ex Diui Chryſoſtomi ſumunt ſententia ſuper Luc. c. 12. ſuper illud facta eſt contentio inter eos, vbi ait, vbi creditæ erant

Pe-

Digitized by Google

Petro claues Regni Cœlorum;ſed hoc fuit ante paſſionem. Reſpon. Quòd hæc ratio vnico verbo tollitur, vt in præcedenti proxima ratione,quia ibi creditæ exponitur, ſcilicet promiſſione, non actuali aſſignatione.

Sextò alia ratione opponitur ex gloſ. Rabani ſuper Matt. c. 16. Tibi dabo claues Regni Cœlorum, ait. Quòd Petrus ſpiritualiter claues Regni Cœlorum, & principatum iudiciariæ poteſtatis accepit, ſed hoc manifeſtè inſinuat eius Pontificatum, ergo ſequitur, quòd antè paſſionem Petrus factus fuit Pontifex, ſiue Epiſcopus. Reſpon. Quòd ratio hæc vana, & fruſtratoria eſt, quia Rabanus refert ſe ad certitudinem diuinæ promiſſionis, vt in Pſal. 44. ibi. Nec faciam irrita, quæ procedunt de ore meo, adeò quod promiſſione, vel ſpe ibi præmiſſa auctoritas intelligetur, non autem actuali Pontificatus poſſeſſione, quam conſtat non priùs à Domino Diuo Petro fuiſſe traditam, niſi poſt reſurrectionem Domini, Io. c. vlt. ibi: Paſce oues meas.

Septimò alia opponendi ratione vtuntur, aiuntque figura Pontificatus Diui Petri præceſſit in Aaron, qui ſimul quo eſt creatus, ſacerdos eſt creatus, & Epiſcopus;vndè à ſimili ſicut Petrus in cæna Domini eſt creatus ſacerdos pariter, & Epiſcopus; hæc ratio non procedit in Petro, quæ proceſſit in Aaron, qui iàm eſt pręfectus collectis ouibus Iſrael, ne in deſerto abſque Paſtore periclitarentur, ſed oues curæ Petri adhuc non ſequuta paſſione,non fuerant redemptæ,& ideò, vt præmiſſum eſt, nondum erat opus Paſtore, vt poſt ſecutam paſſionem, & quando redemptas oues opus fuit cuſtodire, & exequi curam paſtoralem, attento etiam, quod Chriſtus in carne exiſtens per ſeipſum tunc Eccleſiam regebat, quia tunc à Domino conſtat Petrum primum Epiſcopum fuiſſe inſtitutum Io. c. vlt. ibi. Paſce oues meas.

Octauò non obſtat; illa ratio, quæ ſumitur ex verbis Chryſ. ſuper Matt. c. 16. vbi ad illa verba ſuper hanc petram ait. Hìc erigit eius ſenſum,& paſtorem facit. Quia ibi exponitur, ideſt facere diſpoſuit, vel quod Doctor ſanctiſſimus, ibi ponat præſens pro futuro diuinæ promiſſionis attenta firmitate, vt præfertur in ſexta obiectione.

Nouiſſimè opponitur, quòd ſicut omnia ſacramenta antè paſſionem conſtat à Domino fuiſſe inſtituta, inter quæ cùm ſacramentum Confirmationis, & Ordinis connumeretur, quę niſi ab Epiſcopo conferri poſſunt, neceſſariò ſequitur,vt Epiſcopos quoque antè inſtituerit ad ipſa ſacramenta conferenda, videlicet Ordinis,& Confirmationis, Reſpond. Quòd hæc ratio non procedit, quia, &ſi ſacramenta ipſa antè Domini paſſionem fuerint inſtituta, non tamen in vſu ſunt poſita, niſi redemptionis opere præuia Domini paſſione abſoluto,nam ouibus non redemptis Paſtoris cura non debebatur, nec ſacramenta virtutis plenitudinem fuerant aſſecuta, nec noui teſtamenti Eccleſia fabricata Diuo Auguſtino teſte ad Epheſ. c. 4. vbi ait: Dormiuit Adam, vt fiat Eua,moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia,dormiente Adam fit Eua de latere, mortuo Chriſto lancea latus percutitur, vt perfluant ſacramenta, quibus formetur Eccleſia. Hactenus Auguſtinus. Vndè ſacramentorum virtus, eorumque exequutio tum emerſit Domino in Cruce pro ſalute humani generis oblato, poſt hoc ſanctiſſimum ſacrificium redemptæ oues ſunt paſtori Petro deſignato commiſſæ, poteſtateque collata, ſacramentiſque omnis eſt virtus tradita, quamuis à Domino antè fuerint inſtituta, vt fuit pœnitentiæ ſacramentum, quod Dominus inſtituit Matt. c. 4. dixit pœnitentiam agite appropinquabit Regnum Cœlorum, & Baptiſma, Io. c. 3. quando dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. de quo pariter Ioanne Baptiſta fuit prædicatum, dum diceret. Pœnitentiam agite, Matt. cap. 3. vbi Pœnitentiam noui teſtamenti conſtat prædicatam fuiſſe ſicut etiam, quando à Domino dictum fuit decem leproſis, ite oſtendite vos ſacerdotibus, Luc. c. 17. & Io. c. 11. oſtendit modum confeſſionis, & abſolutionis, quando dixit ſoluite eum. Vndè ſtat inconuincibilis concluſio, vt non priùs quàm poſt paſſionem Principem, tunc Apoſtolorum ſui Pontificatus iura adijſſe, dicenteque Domino, Paſce oues meas.

ARTICVLVS IV.

Diuum Petrum à Domino immediatè Pontificale munus recepiſſe.

AB ipſo Domino immediatè Diuum Apoſtolorum Principem primatus ſui iura eſſe aſſequutum præſefertur; nam ſicut omnipotenti Deo placuit vnitas in creatione humani generis, adeò vt ab vno cæteri mortales originem ducerent, iuxtà Apoſtolorum Act. c. 17. ità in ſua Eccleſia ad ipſius vnitatis iura ſeruanda inſtituit, vt ab vno capite omnes cæteri Eccleſiarum rectores iuriſdictionis poteſtatem, conſecrationis ope,ſumpturi eſſent, vt Apoſtolici ritus adhùc iura perſeuerant; vndè ſicut vnus Deus dicitur, vna fides,vnum quoque Baptiſma,ità & vna eſt Eccleſia iuxtà quod Nicæna ſynodus ſuo atteſtatur ſymbolo. Quare Eccleſiæ vnitati non conueniret,ſi, iuxtà hæreticorum dogmata, Epiſcopalis inſtitutio non fuerit ſolius Petri, ſed cæterorum Apoſtolorum ſimul, quandoquidem non pateat alicubi proceſſiſſe Dominum ad aliquem Apoſtolorum in Epiſcopum inſtituendum antè eius paſſionem, nec poſt reſurrectionem, niſi ſolum Petrum, & tunc quando Eccleſiam paſcendam, & gubernandam ei commiſit Io. c. vlt. ſolum igitur Petrum Dominum Epiſcopum inſtituiſſe ad Eccleſiæ vnitatem propagandam vrgens ratio demonſtrat, quæ ſumitur ex Apoſtoli Iacobi Alphęi conſecratione, quamuis enim carnis propagatione eſſet coniunctus Domino, conſtat tamen à Diuo Petro in Hieroſolymitanum Epiſcopum fuiſſe conſecratum accerſito ad id, & Io. alioque Iacobo, c. porrò 63. diſt. quam conſecrationem non fuiſſe neceſſariam conſtaret, ſi Iacobus à Domino iàm in Epiſcopum ordinatus foret, quia ſolo Domini verbo Epiſcopari potuit, cùm ſacerdos iàm in cæna inſtitutus eſ-

Digitized by Google

ſet cum alijs Apoſtolis pariter in verbo Domini, ibi. Hnc facite in meam commemorationem, cuius verbi Domini virtute ſolum Petrum in vniuerſi Orbis Epiſcopum conſtat fuiſſe inſtitutum. Vndè ſequitur, quòd ſi Dominus Iacobum, vt ſibi coniunctum in Epiſcopum non aſſumpſit, ſed Petri miniſterio conſecrandum in Epiſcopum reſeruauit, conuincitur, vt nullus Apoſtolorum, qui minori expectatione, & dilectione Domini haberetur, fuerit à Domino immediatè in Epiſcopum aſſumptus, ſicut Dominum ſolum Petrum in Epiſcopum immediatè inſtituiſſe Euangelica atteſtatione demonſtratur Io. c. vlt. Petrum Apoſtolorum Principem, etiam ipſa vnitatis demonſtrant iura, quæ non in Eccleſia inferiora eſſe, quàm in ſynagoga extitiſſe legitur, cùm liqueat Moyſen ipſum legislatorem, cuius erat Dei iuſſa exequi, vnum tantùm Epiſcopum inſtituiſſe, à quo omnes alij immediatè poteſtatem ſacerdotalem ſumerent, ità conſonum videtur cenſendum fore Dominum vnicum Petrum in Epiſcopum inſtituiſſe, à quo omnes alij immediatè, vel mediatè Epiſcopi ordinarentur, ſic ſumitur concluſio, Petrum primum Pontificem, non ab alio, quàm à Domino in talem fuiſſe immediatè aſſumptum, vt ab eo Epiſcoporum aliorum inſtitutionis principium deriuaret, ità habet textus in c, in nouo 21. diſt. & eſt Diui Anacleti Papæ, & martyris, vbi ait in nouo teſtamento poſt Chriſtum à Petro ſacerdotalis incæpit ordo, quia ipſi primò Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, & eſt aduertendum, quod ſacerdotalis exponitur, ideſt Pontificalis, quia etiam ſacerdos exponitur pro Epiſcopo, c. ſolemnitas de conſec. diſt. 1. & c. eſto 95. diſt. quia non verificaretur in eo ſenſu, cùm ſacerdotium à Domino in cæna fuerit introductum, & ſingulis Apoſtolis collatum. Diuus Leo pariter in c. ità Dominus 19. diſt. ait Pontificalem ordinem à Petro ad alios Apoſtolos deueniſſe ibi, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet. Præterea conſtat beatum Apoſtolum Paulum à D. Petro pariter in Epiſcopum ordinatum, cum Barnaba, quamuis ad Apoſtolatum à Domino poſt eius ad cœlos aſcenſum vocatum pateat Actuum Lect. c. 15. ibi: Dixit eis Spiritus Sanctus, ſegregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus, dimiſerunt eos glo. ibi: Imponentes manus, ait, in modum ordinandorum, & quod hoc in loco colligatur hos Apoſtolos in Epiſcopos fuiſſe ordinatos, comprobatur, c. quod die Dominico 75. diſt. Hìc etiã ſumitur probatio, quòd ſi Apoſtolus Paulus à Domino glorificato vocatus, niſi Diui Petri miniſterio eſt effectus Epiſcopus, ſicuti Diuus Iacobus, quod alij pariter Apoſtoli non aliàs ad ordinem Epiſcopalem aſſumerentur, niſi Diui Petri miniſterio immediatè, vel mediatè. Ideoque cùm hoc B. Marcello Papæ, & martyri, vt Apoſtolorum temporibus viciniori innoteſceret, propterea ſuarum epiſtolarum prima inquit, ad ſedem Romanam omnes ſubterfugere debent, vt inde accipiant tuitionem, vnde acceperunt conſecrationem, neque iſtis reſiſtit, quod dicitur Dominum Apoſtolos, in Epiſcopos inſtituiſſe, Matth. cap. 17. quando dixit: Quæcumque alligaueritis, quia liquet, nec Dominum Diuum Petrum conſimili verborum virtute inſtituiſſe Epiſcopum, Matth. cap. 16. ibi: Quodcumque ligaueris, cùm eo tempore nondum fuiſſent creati Sacerdotes, & quia illa verborum ſeries fuit promiſſio, & non collatio. Sicuti etiam, nec ex verbis illis, Lucæ cap. 22. Ius aliquod Epiſcopalis dignitatis eſt Apoſtolis collatum ex illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem. Quia huiuſmodi verba non important, niſi nudum Sacerdotis ſimplicis miniſterium, videlicet ad conſecrandas illas ſpecies panis, & vini, iuxtà à Domino ibi traditam formam, quæquidem ordinem ſimplicis Sacerdotis Dominum contuliſſe Apoſtolis palàm eſt. Minus etiam comprobatur Dominum Apoſtolos inſtituiſſe Epiſcopos ex illis verbis poſt reſurrectionem, quando inſufflauit in eos dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis, &c. nam horum virtute Sacerdotes ſimplices promouentur ad Eccleſiæ clauium exercitium, quando ab Epiſcopis promouentibus aliquem proferuntur iſta, quæ à Domino prolata ſunt, Ioann. cap. 20. & hoc manifeſtatur eodem loco. Ioann. cap. 10. nam ſi horum verborum virtute Apoſtoli à Domino in Epiſcopos fuiſſent promoti, ſequeretur, quòd Diuus Thomas Apoſtolus non fuiſſet Epiſcopus inſtitutus, cùm non adeſſet, cum eis quando venit Ieſus. Euangelio atteſtante Ioann. cap. vlt. quod falſiſſimum eſt, cùm apud Indos Euangelium prædicans, & Epiſcopalia iura exercens eſt martyrio coronatus, & ſic ſtat firma concluſio, Petro iura Pontificatus à Domino immediatè fuiſſe collata, ſicuti cæteris Apoſtolis ſunt data ab eodem Petro, immediatè, vel mediatè. Aduerſuſque ipſa, vt ſupra deducta, moderna hæreſi polluti compluribus medijs nituntur contrarium præſeferre igitur.

Primò, opponunt auctoritate Iſid. lib. 2. de orig. offic. vbi ait Epiſcopi ſunt inſtituti per totum Orbem in ſedibus Apoſtolorum ex quo habetur, quòd Apoſtoli fuerint Epiſcopi, aliàs non habuiſſent ſedes Epiſcopales, ergo, &c.

Reſp. Eſtque ratio admodum tenuis virtutis, quia nullus fidelium negat Apoſtolos fuiſſe omnes Epiſcopos, excepto Iuda proditore, ſed bene traditur non à Domino immediatè Pontifices, ſeu Epiſcopos fuiſſe creatos, ſed à Petro immediatè, vel mediatè, & ſolùm Petrum à Domino Epiſcopum immediatè fuiſſe inſtitutum.

Secundò, inducitur Diui Dionyſij auctoritas lib. de cœleſt. hierarch. ibi ipſe Chriſtus in ſacerdotalem conſummationem ducens Diſcipulos ſubſiſtens in ſanctiſſimum Patrem ſuum retulit Hierarchię perfectionem. Vnde eſt, ex quo ſacerdotalis conſummatio, & hierarchia perfectio non ſit, niſi in Epiſcopatu, quod Chriſtus Apoſtolos per ſeipſum fecit Epiſcopos, aliàs non duxiſſet eos in conſummationem illam, ſed duci feciſſet, & tantò magis Diui Maximi ibi expoſitione referente Dominum ipſum Diſcipulos ſuos in Epiſcopos conſecraſſe.

Reſp. Huius aſſumptus virtute non probatur

batur intentio, quia etſi à Domino Apoſtoli ſunt ducti ad Epiſcopale munus id à Domino geſtum conſtat.non propria Domini actione, ſed Petri miniſterio, inſtar, quod conſtat in antiquiori lege, quod Deus populum ſuum duxiſſe fertur non proprio miniſterio, ſed in manu Moyſi, & Aaron. Nec Diui Maximi vrget ſententia, quia eodem ſenſu ſumitur, vt Domini arbitrio munus Epiſcopale Apoſtoli obierint, ſed Petro actu proprio promouente, ſicut pariter adſcribitur Deo conſecraſſe Aaron in maiorem Sacerdotem, & eum veſtibus induiſſe pontificijs, quamuis id totum Moyſis miniſterio geſtum foret Eccleſ.cap.45. ibi: Excelſum fecit Aaron, & infrà, dedit illi Sacerdotium gentium, & circumcinxit illi zonam iuſtitiæ; quare conſtat fruſtaneum eſſe aſſumptum.

Tertiò, inducitur Iſidor. auctoritas de ortu, & obitu Patrum, vbi dicitur de Matthiæ Apoſtolatu, qui cum eſſet de numero 72. Diſcipulorum, non à Petro, ſed à Domino eſt ad Apoſtolatum aſſumptus, ſic etiam diuo Dionyſio de cœleſti hierarchia ſentiente ad expoſitionem in cap.1.Actor. ibi oſtende Domine, quem elegeris ex his, de Petro, ità inquit. Ipſe Diſcipulorum vertex cum ordinata ſibi hierarchia.

Deindè, ideſt, duodenarij Diſcipulorum veniens ſanctificans conſummationem in diuinitatis electionem timidus reliquit dicens: Oſtende Domine, quem elegeris, & diuina ſorte diuinitùs oſtenſum in ſancti duodenarij Apoſtolici numerum ſuſcepit. Vnde videtur, quòd à Chriſto immediatè electus fuerit Matthias, & per conſequens alij Apoſtoli non à Petro, ſed à Domino conſecrationem receperunt immediatè.

Reſp. Eſtque ratio non procedens quinimò, etſi ad Apoſtolatum, vt præfertur Matthias fuerit aſſumptus,conſtat tamen ab Apoſtolorum Principe in Epiſcopum fuiſſe promotum, & eſt text. in cap.in illis 80.diſtinct. quem textum notant ſcribentes argumentum inducere, quòd Papa queat contra Concilij decreta decernere, & Concilio præſideat, ſicut cuiuslibet particulari Eccleſiæ. Innoc. in cap.ex geſtis, extra de Cleric.non reſid.nec obſtat ratio, quòd Matthias à Deo fuerit electus, quia Apoſtolus Paulus ſimiliter eſt electus, & vocatus à Deo, quem tamen miniſterio diui Petri conſtat Epiſcopum ordinatum Act. cap.23. ſic Aaron eſt à Deo vocatus, ad Hebr.cap.5. & tamen,vt iam dictum eſt,Moyſis actione in maiorem Sacerdotem eſt promotus, veluti etiam de pluribus ſanctis Pontificibus à Deo vocatis, vt de diuo Ambroſio, & alijs fertur,quos tamen conſtat opere aliorum hominum in Epiſcopos, vel Pontifices fuiſſe conſecratos, quamuis diuinitùs ad id muneris vocarentur.

Quartò opponitur, quia ex quo Apoſtoli indifferenter, cum diuo Petro ſimùl, & ſemèl facti ſunt Sacerdotes, ità debuerunt creari Epiſcopi eodem inſtanti, cùm non videatur maior ratio de vno, quàm de alio, ergo, &c.

Reſp. Rationem hanc non valere conſtat, nam, etſi quoad Sacerdotium iura aliorum Apoſtolorum non exceſſit, exceſſit tamen quoad iuriſdictionis poteſtatem, nam ligandi, & ſoluendi poteſtas ſacerdotio competens eſt à Domino declarata Sacerdotibus congruere, quando poſt reſurrectionis paucos dies in Diſcipulos exufflauit dicens, accipite Spiritum ſanctum,& quorum remiſeritis peccata, ad hæc habetur text. confirmans beati Cypriani, in cap.loquitur, 24. qu. 1. vbi habetur parem poteſtatem Apoſtolis ratione ſacerdotij fuiſſe traditam, ſed non ſic ratione iuriſdictionis, cùm multi ſint Sacerdotes, quibus animarum cura non ſit iniuncta, ſed Epiſcopo ratione populi ſibi ſubiecti ob illius curam animarum, tum ſacerdotium, tum iuriſdictionis poteſtatem eſt opus habere, quare diuus Thomas in 4. ſentent. 24. dixit, poteſtatem Epiſcopalem eſſe ordinis, & iuriſdictionis propriam his attentis in Concilio Viennenſi in cap. pleriſque de elect. ſtatutum fuit, vt nullus de Paſtore prouideat Eccleſiæ Catholicæ ſibi qualitercumque ſubiectæ, vbi clerus, & populi fidelium cœtus deficiat, cùm Epiſcopus ſine ſubiectis videatur opprobrium dignitatis. Ideò, ad vnitatis Eccleſiæ iura ſeruanda, oportuit primò Petrum vnicum Epiſcopum inſtitui, & non omnes Apoſtolos, ſimùl Epiſcopari, ne etiam Principatus iura confunderentur. Secùſque ſentientes, vt Eccleſiæ hoſtes plura in Eccleſia ponentes principia non abſque hæreſis culpa fuiſſe conſtat, cap.loquitur, 24.quæſt.1.

Quintò exaduerſo deducitur, Paulum fuiſſe Epiſcopum, & promouiſſe Timothæum in Epiſcopum 2.Timoth. cap.1. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum, ſed cùm Paulus non videatur,niſi à Chriſto factus Epiſcopus, ſequitur ergò, quòd non ſolus Petrus fuerit à Chriſto immediatè inſtitutus.

Reſp. Eſt falſiſſima ratio,quia patet Act. cap. 13. Paulum ab Apoſtolis in Epiſcopum vnà cum Barnaba ordinatum fuiſſe manum imponentibus, cap.13.Act.

Sextò objciunt ex auctoritate diui Auguſtini de quæſtionibus noui, & veteris teſtamenti dicentis, quòd Chriſtus omnes Apoſtolos fecit Epiſcopos, ergo de propoſito liquet.

Reſp. Quòd tamen aliàs, quàm ſimpliciter intelligendum ſumitur, quia vox illa Epiſcopos,iuxta Scripturæ ritum, ſenſum habet, ideſt, Sacerdotes, quod per eiuſdem Auguſtini auctoritatem præcitato loco oſtendatur, ibi dum ſubdens, inquit. Hoc Apoſtolus Spiritui ſancto deputat cùm dicit: Attendite, vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, hæc ille, & ità patet, ibi ſanctiſſimum Doctorem capere Epiſcopos, prout in canone habetur, idem quod presbyteros Act. cap. 20. ſenſuque eodem ibi diuum Hieronym. ſumpſiſſe patet, vt ibi: Poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos, ideſt, Presbyteros, quia eo in loco palàm eſt ad ſeniores Epheſios eſſe directum ſermonem, vbi niſi vnus reperiebatur Epiſcopus, vel etiã poteſt referri ad Epiſcopos, quos Dominus Petri miniſterio ordinauit, vt etiam ſumitur illud Ioann. cap. 6. ibi erunt omnes dociles Dei, ſcilicet, quidam mediatè, & quidam immediatè.

Septimò, inſurgitur auctoritate ſumpta, cap.1. vltra medium, 21.diſt. dicitur, quòd

Chriſtus duodecim Apoſtoli, tamquam maiores Sacerdotes, ſeptuaginta verò duos Diſcipulos, quaſi minores Sacerdotes, inſtituit.

Reſp. Hic difficultas nulla inducitur, niſi ob opponentium impetitiam non percipientium, quod illud tamquam improprietatis notam importet, cap.1. de maior.& obed. Vnde ſenſus ſumitur Dominum non feciſſe omnes Apoſtolos Epiſcopos, ſiue maiores Sacerdotes, ſed in eis denotabantur Epiſcopi ob officia, quæ obibant prædicandi, viſitandi Ciuitates, & Caſtra, pariter conſtat Diſcipulos non quidem Sacerdotes feciſſe; ſed inſtar Sacerdotum minorum ſub Epiſcopis prædicantium, & infirmos ſanantium ab ægritudine ſpiritualium morborum Sacramentorum adminiſtratione, vnde ſumpta ratio ſatis incongrua eſt, & nihil reſiſtit.

Octauò, improbant præmiſſam concluſionem auctoritate ſumpta ad Epheſ. cap. 4. ibi dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Paſtores, quoſdam Doctores, nam Paſtor nomen eſt, & officium Epiſcopi. Ergo demonſtratur feciſſe Epiſcopos ex ordine tamen Apoſtolico.

Reſp. Huic rationi nulla eſt virtus, quia verificatur ſatis auctoritas inducta reſpondendo, quod per ſe immediatè datus ſit Petrus in paſtorem, ſed & alij Apoſtoli mediatè per Petrum à Domino reuera ſint in Paſtores, vel Epiſcopos ordinati.

Nona objicitur ratio ſumpta ex Pſ.108. ibi, & Epiſcopatum eius accipiat alter, vbi de Iuda regius Propheta vaticinatur, quòd fuit Epiſcopus ante paſſionem, & ſic tempore, quo à diuo Petro ordinari in Epiſcopum non potuit, ergo fuit à Domino ordinatus, etſi propria fuit ordinatus, ergo pari, vel maiori ratione conſtat alios Apoſtolos ante paſſionem in Epiſcopos fuiſſe à Domino immediatè ordinatos.

Reſp. Ratio hæc nihil adminiculatur, quia illa dictio Epiſcopatum, vt aliàs dictum eſt, ſumitur in vim Apoſtolatus, vt ibi referttur perſcribentes, quia numquam conſtat Iudam Epiſcopum fuiſſe, licèt fuerit Apoſtolus, & Sacerdos vti alij Apoſtoli in cœna à Domino creatus, ſed eo reſpectu, quia de proximo Epiſcopali muneri erat pręficiendus, vnde pro tali eſt nuncupatus, quia conſtat inter Apoſtolos fuiſſe, quoniam Epiſcopi tunc Apoſtoli facti ſunt, quando viſitandi Ciuitates, & loca, prædicandique, & corrigendi munus ſuſceperunt, vel iura alia Epiſcopalia exequendi, & ſic poſt diſperſionem.

Decimò aiunt Apoſtolos, ità fuiſſe Epiſcopos, vt qui poſt Apoſtolos eorum partes in Eccleſia ſuſceperint, ſint Epiſcopi, quos conſtat loco Apoſtolorum ſucceſſiſſe, cap. quorum vices, 68. diſt.

Reſp. Quòd ratio iſta nihil reſiſtit, quia etſi pro quia Apoſtolos palàm eſt fuiſſe Epiſcopos, non tamen immediatè à Domino ad Epiſcopatum fuiſſe promotos conſtat, cùm ſolus Petrus ad illud muneris à Domino Ieſu legatur aſſumptus, Ioann.cap.vlt.

Vndecimò, inſtatur auctoritate ſumpta in cap.1. §. vna ext. de ſumm. Trinit. & fide Cathol. vbi dicitur cautum eſſe, vt Sacerdos, niſi promotus ſecundùm claues Eccleſiæ Altaris myſteria exequi non debeat, vnde infertur, vt ex eo, quo ab Epiſcopis promouentur, vt claues ipſę pontificales ſint penès Epiſcopos, ſicut penès Papam, vnde videtur, vt ità Dominus inſtituerit Petrum in Pontificem, veluti inſtituerit alios Apoſtolos à pari clauium auctoritate.

Reſp. Conſequentia non valet, quia, etſi Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus conſtet clauium competere poteſtatem, non ex hoc ſequitur, vt ipſi à Domino fuerint immediatè Epiſcopi ordinati, ſicuti patet immediatè ſolum Petrum ad Epiſcopatus iura à Domino fuiſſe promotum, vnde eſt, vt claues huiuſmodi Epiſcopis congruant conſecratione à Petro immediatè, vel mediatè præcedenti, & non immediatè à Domino ſint conſecrati.

Vltimò deducitur text. in cap. in nouo, 21. diſtinct. vbi dicitur Petro pontificatum primò in Eccleſia fuiſſe traditum, & deinceps ſequitur, cæteri verò Apoſtoli pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, vnde aiunt, non habuiſſent parem honorem, & poteſtatem, niſi fuiſſent eiuſdem ſublimitatis, qua pollet Petrus.

Reſp. Quòd non ſimpliciter illud parca refertur ad iura principatus Petri, cùm pares fuerint Petro iure Apoſtolatus, & conſecrationis tantùm, non autem tempore promotionis, nec quoad excellentiam promotoris, & etiam iuriſdictionis, quoad hæc excepta illud pares ſtat impropriè, vt ſæpiùs in iure contigit, quòd verbum in oratione, ſemèl poſitum propriè, & impropriè ſumatur Archid. in cap. Presbyter, 28. diſt. num. 11. Sed vana eſſe præmiſſa obiecta demonſtratur promotione ad Epiſcopalem ordinem, tam diui Iacobi, quàm Apoſtoli Pauli, vt eſt pręmiſſum quare.

ARTICVLVS V.

Poteſtatem Petro collatam à Domino immediatè, patet eſſe collatam, cæleſtia ſimùl, & terrena reſpicere.

DIuo Petro pontificiam poteſtatem traditam fuiſſe à Domino immediatè, vt nedum terrenis, fragilibuſque mortalium tantummodò præeſſet, ſed etiam cœleſtibus locum hæſitationi nullum eſſe patet, cùm cœleſtia, ſimulque terrena moderatutus eſſet à Deo immediatè Papæ traditum fuiſſe oſtenditur, hoc enim Euangelia atteſtantur, vt eſt Matthæi illud teſtimonium, c.16. Tibi dabo claues Regni Cœlorum, & ibi Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in Cœlis, & Ioan. cap. vlt. Paſce oues meas, habentur etiam Patrum ſanctorum dicta, vt Diui Cyrilli in libro Theſaurorum, vbi ait Apoſtolos in Euangelijs, & Epiſtolis pro conſtanti habuiſſe Petrum in Eccleſia eſſe loco Domini, dantes ei locum in omni capitulo, in omnique electione, & confirmatione, & poſt pauca ait. Cui omnes obediunt. Iureque diuino caput inclinaut, & primates mundi, tamquam ipſi Domino, obediunt; Idem Chryſoſtom. ſuper Ioann.

Ioan. cap. vlt. ibi. Paſce oues meas, ait, ideſt loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum, vt ipſi loco mei te aſſumentes vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent, & confirment. Concilia quoque ad idem ſunt conuenientia, vt fuit decretum illud Chalcedonenſis Synodi, cuius hæc habentur verba. Si quis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeat licentiam appellandi ad Epiſcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petrum petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi Epiſcopi criminati infamiam ſecundùm clanes ſibi à Deo datas. Idem in Concilio Lugdunenſi Innocentius IV. in cap. pro human. de homicid. lib. 6. ait ſic. Dei Filius Ieſus Chriſtus, ne gregem pretio ſui ſanguinis glorioſi redemptum aſcenſurus poſt reſurrectionem ad patrem, abſque Paſtore deſereret, ipſius curam beato Petro commiſit.

Vnde eiuſdem Apoſtoli effecti, diſponente Domino, ſucceſſores, & ipſius Redemptoris, quamquam indigni, in terris locum tenentes, & cap. cui adhærene pariter verba in capitulo. Dudum tertia quæſtione 6. vbi ait, quòd ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ità Eccleſia Romana ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima ſit, & caput omnium Eccleſiarum. Hæc eadem recenſuit Diuus Anacletus Papa, & Martyr diſtinctione 21. cap. ſacroſancta Romana Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore primatum obtinuit ſicut beato Petro Apoſtolo dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. & deinceps vſque ſoluta, & in Cœlo adhibita eſt ſocietas in eadem Romana Vrbe beatiſſimi Pauli Apoſtoli vaſis electionis, qui vno die, vno tempore cum Petro glorioſa morte coronatus eſt, & ambo ſanctam Romanam Eccleſiam conſecrarunt, atque alijs omnibus vrbibus in vniuerſo mundo, tam ſui præſentia, quàm ſuo venerando triumpho prætulerunt. Et deinceps. Prima ergo ſedes Cœleſti beneficio eſt Romana Eccleſia, ſed quid plura ſpiritu Diuino reperitur, ità afflatos ſuper hac poteſtate ſcribentes nonnullos, vt ſuis ſcriptis reliquerint, tantam Diuinæ poteſtatis cum Petro, & ſucceſſoribus fuiſſe largitionem inter ſucceſſores ipſos, & Dominum Ieſum ſit vnum, & idem conſiſtorium, fiatque vnum, & idem Tribunal, vt inter cæteros fuit Origenis ſententia ſuper Matth. cap. 16. vbi dixit: Vide quantam poteſtatem habet petra, ſuper quam ædificatur Eccleſia, vt etiam iudicia eius maneant firma, quaſi Deo iudicante per eam, cui adſtipulatur Io. And. in cap. quanto extra de tranſlat. prælat. Nec iſta poteſtas alijs Apoſtolis communis fuit (vt hæretici aiunt) ſed ſoli Petro, & ſucceſſoribus tradita eſt immediatè à Domino, firmat gloſ. ſuper Matth. cap. 16. ibi: Tu es Petrus dicens ſpiritualiter poteſtatem ligandi, & ſoluendi Petro Chriſtus conceſſit, vt ad vnitatem nos Inuitaret, ideò enim eum Principem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia vnum principalem Chriſti Vicarium haberet, ad quem diuerſa membra recurrent, ſi fortè inter ſe diſſentirent, quòd ſi diuerſa capita in Eccleſia eſſent, vnitatis vincula rumperentur. Hæc gloſſ.

Non tamen ſat eſt, hæc à Scribentibus, & concionantibus, nec non in Gymnaſijs publicis Enucleantibus recenſeri, vt qui flagitijs incumbere non vereantur. Continuè ſecus eſſe, quàm quòd luce meridiana clariùs præſefertur, prædicent, ac impia inſuper dogmata infidelium perniciem tendentia edere non ceſſarunt.

Nam aliqui perditorum aiunt Petri poteſtatem eſſe ab Apoſtolis, & non à Deo, quod probandum ſibi promittunt auctoritate Diui Anacleti in cap. in nouo 21. diſtinctione, vbi de Diuo Petro traditur, ibi. Cæteri verò Apoſtoli, cum eo pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eſſe voluerunt.

Reſp. Quòd eſt oppoſitio contra Euangelium ſumpta Matth. cap. 16. & Ioan. cap. vltim. eſt id vſque adeò falſa, vt nihil ſit peius, cùm voluntas Apoſtolorum in illo approbationis actu non eorum principali intentione fuerit, ſed ità Domino diſponente, qui iam ità gerendum illis præſentibus deſignarat, & ab eodem Anacleto declaratur in cap. ſacroſancta 22. diſtinct. ibi: Inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, & deinceps, licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen conceſſum eſt à Domino, & ipſi voluerunt inter ſe idipſum, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, caput, & principium teneret Apoſtolatus. Hactenùs ille, & ſic patet illam Apoſtolorum voluntatem ad id acceſſoriè, vel miſterialiter magis deueniſſe, quàm proprio ipſorum arbitrio, & ità liquet de peruerſitate ipſorum.

Prætereà pro confirmatione prædictorum opponunt reiteratò, quòd Papa non à Domino iuriſdictionis poteſtatem habeat, ſed à Diuo Petro, ex quo eſt eius Vicarius, cap. ego Ludouicus 63. diſt. ergo non immediatè à Chriſto. Ad quod facilis eſt reſponſio, quia ibi Vicarius dicitur impropriè, cùm Petrus ipſe fuit Vicarius, impropriamque prętereà eſſe locutionem demonſtrat textus in cap. clericus extra de offic. Vicar. vbi habetur Vicarium alium Vicarium inſtituere non poſſe, vndè Vicarius ibi ſumitur propriè, ideſt, ſucceſſor. Alia licèt perperam adducitur ratio, quòd ſi poteſtas Petri eſſet à Deo immediatè, non potuiſſet Petrus mutare Sedem de Antiochia ad Vrbem, quod liquet à Petro minùs eſſe ſeruatum, ergo.

Reſp. Quòd aſſumptum non eſt verum, quia & ſi Petrus aliquo temporis momento Antiochiæ moram duxerit, non tamen eam, vt certam Sedem habuit, cum diuino afflatus ſpiritu ſciret ſe Romæ certam Sedem habiturum. Vndè non prima Antiochiæ Sedes fuit Petri, ſed quam Romæ habuit, illius Sedes reputatur, facit text. cap. Rogamus 24. quæſt. 1. Vbi colligitur eſſe vera Sedes, quam Papa mutare non debet, diuino arbitrio reſiſtenre, vt in d. text. ibi iubente Domino, & huius ſententiæ fuit Innoc. in cap. expoſuit ext. de dilation. ibi maiori Domino, ſicut etiam, & Archid. in dict. cap. rogamus, & ideò nihil reſiſtit, vndè potuit Petrus Antiochiam deſerere, cum iure diuino ſibi in Sedem non fuiſſet decreta veluti Romana Sedes, à qua recedere prohibitus fuit, cap. per venerabilem ext. qui fil. ſint legit. Vltra præ-

miſſa

Digitized by Google

miſſa ad prædictam concluſionem impugnandam aiunt, quòd poteſtas Petri, & ſucceſſorum non ſit à Deo immediatè. Ideò aiunt, quòd pendeat à Cardinalibus Papam eligentibus, cùm Papa illius electionis virtute Papalem poteſtatem acquirat, ergo non à Domino immediatè Papæ traditur.

Reſp. Hanc ſententiam falſiſſimam eſſe dignoſci, nam ratione habita; quoad munus ipſum papale, vt iam oſtenſum eſt, iuxtà illud, quia quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, quod diuina concernat, quæ ab hominibus nec dari, aut auferri poſſunt, & in hoc certum eſt, vt Cardinales nihil conferant, ſi autem, quod dicitur de electione referatur ad perſonam Papæ electi, benè verum eſt, vt Cardinales determinant perſonam, ſed non tamen ei dant poteſtatem Papalem, quia differunt notabiliter conferre aliquid perſonæ determinatæ, vel determinare perſonam, quæ ex electione iam facta conſequitur ipſam Papalem poteſtatem, & ſic patet oppoſitam rationem nullatenus veram eſſe.

Opponunt etiam, quia ſi Papa poteſtatem haberet à Deo non poſſet renunciare Papatui, quod tamen agere poteſt, vt in cap. 1. de renunciar. lib. 6. Sicut etiam deponi non poſſet, quod tamen non eſt verum, cap. ſi Papa 40. diſt. Ergo.

Reſpond. Quòd ratio non procedit in hac ſpecie, cùm plura diuino nutu edita videantur, quæ tamen facto hominis tolluntur præſertim cauſa ſubſiſtente, & etiam citra vt eſt infuſio rationalis animæ, quæ facto hominis tollitur, vt etiam latiùs infrà ſuo declaratur loco. Aiunt quoque ex argumento ab inconuenienti, ſi concluſio ſubſiſteret, Ecclaſia Papæ poteſtatem reſtringere non poſſet, vt eſt in beneficiorum collatione.

Reſpond. Quòd ratio negatur, quia Eccleſia non poteſt reſtringere Papæ auctoritatem, quia ouile paſtori non dat legem, & eſt à Paſtore ſeparatum Ioan. cap. 10. ibi. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Obijciunt quoque Eccleſiam poſſe diſponere complura reſpicientia electionem Papæ, vt eſt, quod non eligatur à minori numero duarum partium, cap. licèt extra de elect. quod ſi à Deo eſſet illa poteſtas non permitteretur. Quæ ratio nil arcat, quia, vt iam dictum eſt, ſi qui ad Principatum, Cardinalium, ſiue Eccleſiæ nullæ ſint partes, competit tamen aliquid ſtatuere circa perſonæ determinationem, vt videre eſt cap. in nomine Domini 23. diſt. & cap. ſi qui Apoſtolicæ Sedi 79. diſtinct. cap. vbi periculum de elect. in 6. & Clemen. ne Romani de elect.

Aliud oppoſitum aſtruere nituntur, dum aiunt ex canonica electione Papæ non acquiri plenitudinem poteſtatis Papalis, niſi conſecratione Papæ expleta, iuxta quod Eccleſiæ praxi introductum habetur.

Reſpond. Eſt falſa ratio, quia electio canonicè abſoluta Papæ, illicò competit poteſtatis plenitudo, cap. in nomine Domini ſupra allegato, quamuis ſpectantia ad ordinem Papa non exequatur niſi conſecratione peracta. Nouiſſimè in hoc reſiſtendi genere, vt Papatus collatio à Cardinalibus pendeat, & non à Deo immediatè contraria rationè nituntur, proponentes nedum Eccleſiam, ſed ipſos Cardinales poſſe reſtringere Papalis iuriſdictionis exercitium.

Reſpond. Quòd falſa vndequaque hæc eſt ratio, quia à Deo immediatè instituta, nedum à Cardinalibus, ſed neque ab Eccleſia vniuerſa, nec denique ab ipſo Papa reſtringi poſſunt cap. 31. Dominus, & cap. 51. is, qui præeſt, cap. qui reſiſtit 11. quæſt. 3. & cap. ſunt quidam, & cap. quæ ad perpetuam 25. quæſt. 1.

Erronea pariter eſt illorum ſententia negantium Petri, & eius ſucceſſorum poteſtatem non eſſe à Deo, qui ſomniantur à Cæſare Conſtantino prodijſſe, vt ex geſtis Diui Silueſtri, & ex cap. Conſtantinus 96. diſt. colligere ſe blacterantur, vbi dicitur Conſtantinus Imperator quarta die ſui baptiſmatis priuilegium Romanæ Eccleſiæ Pontifici contulit, vt in toto Orbe Romani Imperij Pontifices, vel ſacerdotes ità habeant caput, ſicut iudices Regem, & infra. Itaque decernentes ſancimus, vt principatum teneant, tam ſuper quatuor Sedes Alexandrinam videlicèt, Antiochenam, Hieroſolymitanam, & Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes per vniuerſum Orbem Dei Eccleſias, & Pontifices, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſteterit excelſior, & Princeps cunctis ſacerdotibus, & totius Mundi exiſtat. Hactenus text. quæ quidem ratio nullatenus procedit, quia, & ſi Conſtantino Cæſari ob reuerentiam erga Deum, obque deuotionis feruorem, vt verum Chriſtianæ fidei cultorem decet, illud in fauorem Romanæ Eccleſiæ ſtatuit, vt praſerretur ſingulis totius Orbis Patriarchis, id totum proceſſiſſe videtur fidei ipſius Cæſaris ſinceritate, Diuinoque lumine illuſtratus ſentiens, ita à Deo ſibi in mente inſpiratum, veluti etiam quando iura Imperij Eccleſiæ reſtituit arbitratus illa exercere non poſſe, niſi de illis inſtitutus à Romano Pontifice eſſet tamquam ad Deum ſpectantibus, & ab eius Vicario inueſtiretur, cap. quoniam 10. diſt. vbi Archid. num. 3. 4. & 5. Hoſtienſ. in ſumm. qui fil. ſint legit. §. quis, & à quo gloſ. in cap. 1. 22. & in cap. nouit. ext. de iud. vnde eſt, vt illud Conſtantini citatum decretum potiùs ab eo pateat promulgatum, ſic Deo inſtituente, quàm editum ipſius Cæſaris motu proprio, ſic veluti diuinæ diſpoſitionis executoris.

Præſertim ratione habita, vt quæ ſunt cœleſtis poteſtatis Eccleſiæ competentia ab ipſo Cæſare nullatenus conferri potuiſſent. Contra hunc diui Petri principatum alia inſurrexit opinio, quòd à Deo immediatè non proceſſerit, ſed ſacerdotum inſtituto, cùm ſuperioritatis, & inferioritatis iura ſacerdotum diſpoſitio produxerit diuo Hieronymo teſte cap. olim 95. diſt. olim idem presbyter, qui, & Epiſcopus, & antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, ideſt, diſſenſiones, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, Ego ſum Apollo, Ego autem Cephæ communi presbyterorum Concilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem vnuſquiſque eorum, quos baptizauerat, ſuos eſſe putabat, non Chriſti, in toto terrarum Orbe decretum eſt, vt vni de presbyteris ſupponerentur, & ſchiſmatum tollerentur ſemina, & paulò poſt, ſicut ergo presbyteri ſciunt

ſe

ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit eſſe ſubiectos, ità Epiſcopi ſe nouerint magis conſuetudine, quàm diſpenſationis Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in communi debere regere Eccleſiam. Hactenus ibi: Vndè concludunt eodem diſtinctionis virtute Papalem poteſtatem diſtinctam à Patriarchali, & Patriarchalem ab alijs inferioribus, vndè ſequitur, vt Papatus à ſacerdotibus, ſic diſtinctus à Deo immediatè non proceſſerit ergo.

Reſpond. Quòd eſt ratio, quæ peruerſorum iudicio aliquid videtur, cùm nihil ſit, quia diuus Hieronymus ſanctiſſimæ, & Catholicæ erga Petri principatum extitit ſententiæ, vt fuit in c. quoniam vetus oriens 23. quæſt. 1. vbi ait ergo nullum præmium niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri communione conſocior ſuper illam petram fundatam Eccleſiam ſcio. Item alibi quoque Hieronymum videmus, & ſic ſuper Matth. cap. 16. ibi, & ſuper hanc petram ſic diffinientem: ibi. Sicut Chriſtus lumen Apoſtolis donauit, vt lumen mundi appellentur, & cætera, quæ ex Domino ſortiti ſunt vocabula, ità Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen, ac ſecundùm metaphoram Petræ dicitur ei. Ædificabo Eccleſiam ſuper te. *Hactenus ille.* Vnde nec diui Hieronymi ſuperiùs inducta verba eum habent ſenſum ad quem, ex aduerſo inducuntur, quia humano intellectui commodè applicari non poſſe videtur, vt Doctor ſanctiſſimus, qui tantoperè in Arrianam perfidiam ſupprimendam inuigilauit, ſua propria Doctrina fomenta præſtiterit hæreſi tam immenſæ, impiæ illius exiſtens ſententiæ, etiã ab initio ſurgentis Eccleſiæ inter Epiſcopos, & ſimplices ſacerdotes realem differentiam non extitiſſe, & auctoritatis diſcrimen non fuiſſe, & ſi communi nomine Epiſcopi, & ſimplices ſacerdotes appellarentur. Præſertim diuo Auguſtino contradicente in lib. aduersùs hæreſes vbi ait. Quòd huiuſmodi ſententia, vt inter Epiſcopos, & ſimplices ſacerdotes realis non fuiſſet differentia ſit hæreſibus Arrij, quod venenum ille peſſimus euomuit, quia ad Epiſcopalem ordinem aſſumi non potuerit. Vndè ex præmiſſis verbis ſumi illum intellectum decet, qui abſonum ſenſum hunc non importet, prout importare conſtaret, ſi impiorum rationi, quis adhæreat, & ità ab Archid. declaratur in cap. cùm legimus 93. diſtinct. ad illud igitur ſedandum ſchiſma nominum mutatio inter Epiſcopos, & ſimplices ſacerdotes ſucceſſit, cap. in illis 80. diſt. Iure enim cautum eſt interpretationem illam euitandam eſſe, vndè improbatus intellectus inſurgit l. pen. ff. ad exhiben. Bart. in l. omnes populi n. 56. ff. de iuſ. & iur. De hoc latiùs infrà in verb. presbyteris traditur attento quod eſt fonte Euangelico eatenus contrarium liquidè colligatur, vt impiè oppoſitum ſatis innoteſcat.

Poſtremò aiunt ex alia ratione ſumpta in cap. concilia 17. diſt. ità diſponenti, ibi. Scientes, quia eius, ſcilicet, Symmachi, Sedi primum Petri Apoſtoli meritum, deindè ſecuta iuſſione Domini Conciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in Eccleſia tradidit poteſtatem; ergo ſi à Concilijs eſt Eccleſiæ tradita poteſtas, ſequitur, quòd non immediatè à Domino, Petro, vel ſucceſſoribus fuerit collata.

Reſpond. Quòd ratio, nihil arctat, quia Concilia Eccleſiæ nil aliud contuliſſe conſtat, quàm executioni demandaſſe obedientiæ iura erga Eccleſiam, & declaraſſe, quanta ſit Romanæ Eccleſiæ auctoritas, prout Archid. refert in dict. cap. Concilia vbi in verbo tradidit, ait, ideſt traditum eſſe oſtendit, vt etiam à diuo Thoma relatum habetur in 4. 24. diſt. de acclamatione Concilij Conſtantinopolitani, vbi dictum fuit. Veneramur ſecundùm Scripturas, & Canonum diffinitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & Maximum Epiſcoporum. Hactenus ibi. Et de hoc clariùs habetur in cap. ſignificaſti extra de elect. vbi contrarium demonſtratur, ex quo Conciliorum firmitas ab Eccleſia prouenit, & non à Concilijs aliquid Eccleſiæ confertur, ſed clariùs admodum declarat text. in cap. quamuis 21. diſt. vbi ait. Sancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica nullis Synodicis ſtatutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Hactenùs ibi. Et ita remanet inconcuſſa veritas, vt diui Petri, & ſucceſſorum auctoritas, non aliundè, quàm à Domino immediatè ex diuina prouidentia repetiatur.

ARTICVLVS VI.

Diui Petri Principatum extendi ad fideles totius Orbis oſtenditur.

DIui Petri principatum ad fideles totius Orbis dilatari comprobatur. Quamuis enim Græcorum nationes complures ab hoc Principatu deiecerint? ipſorum error tantò lucidiùs detegitur, quantò Græcis Doctrinis antiquiorum Patrum ſuper hoc pleniùs teſtimonium eos habuiſſe conſtat, nam, quid enim clariùs hoc deſiderari potuit, quàm quod diuus Chryſoſtomus firmat ſuper Ioan. cap. vlt. vbi ait, Iacobum localiter terminat, Petrum autem totius Orbis magiſtrum ordinat, & Doctorem, quare Diuus Thom. in lib. contra error. Græcorum, cap. 66. ait, ſimilis autem error eſt dicentium Chriſti Vicarium Rom. Eccleſię Pontificem non habere vniuerſalis Eccleſiæ primatum, errori dicentium Spiritum ſanctum à Filio non procedere, ipſe enim Chriſtus Dei Filius ſuam Eccleſiam conſecrat, & ſibi conſignat Spiritu ſancto, quaſi ſuo charactere, & ſigillo. Ex ſupra poſitis auctoritatibus manifeſtè habetur, & ſimiliter Chriſti Vicarius ſuo primatu, & prouidentia vniuerſalem Eccleſiam tanquam fidelis Miniſter Chriſto ſubiectam conſeruat. Hactenus ille. Diuina quoque adſiſtit gratia, Matth. capitulo 28. Vbi duo, vel tres congregati.

Nonque perperam ab antiquis Græcorum patribus ità definitum conſtat, cùm ab Euangeliorum teſtimonio ad id extollendum, prædicandumque vbique compellerentur,

Digitized by Google

tur, pro vt eſt illud Matth. cap. 16. ibi, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vbi Diuus Chryſoſt. ait. Filius, quod patris eſt, & ipſius filij poteſtatem Petro vniuerſaliter conceſſit, vbique terrarum, & homini mortali omnium, quæ in cœlo ſunt, dedit auctoritatem, dando ei claues ad hoc, vt Eccleſiam vbique amplificet, eadem reperijt Act. 16. ibi, Petrus Apoſtolus à filio ſuper omnes, qui filij ſunt, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe idem Chryſoſt. Ioan. cap. vlt. ibi, Simon Ioannis, paſce oues meas, ideſt loco mei præpoſitus eſto, & caput eſto fratrum, vt ipſi te in loco meo aſſumentes, vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent, & confirment.

Hæc cùm non Latino idiomate ſolùm eodem ſint recepta intellectu, ſed etiam, vt prefertur à Græcorum Patribus, incuſantibus ipſorum deprauatos intellectus, & vt non niſi graui aliqua culpa permiſerit Dominus, in id cæcitatis barathrum collapſos eſſe.

Hanc vniuerſam curam, & Petri prælationem oſtendunt, etiam verba Domini Ioan. cap. vlt. ibi, quando Dominus inquit Petro, ſequere me, cùm non referantur ſolummodo ad Crucis martyrium, cui Petrus Domino ſucceſſit, ſed etiam ad Domini vices referendum in magiſtratu illius in Eccleſia. Nam & ſi Andreas, & alij nonnulli ad Crucem vſque Dominum ſunt ſequuti, non tamen in hoc illius vices eos geſſiſſe conſtat. Ad hæc comprobanda quoque D. Gregorij ſunt verba ſuper Ioann. capit. vlt. vbi dicitur Petrus ſolus aſcendit, & rete traxit in terram plenum magnis piſcibus, vbi huius ſignificati rationem aſſignans ait. Ipſi enim ſancta Eccleſia eſt commiſſa, ipſi dicitur ſpiritualiter, paſce oues meas. Hoc autem ipſe nunc præfigurat in opere, nam piſces ad ſoliditatem littoris pertrahit, quia ſtabilitatem æternæ patriæ fidelibus oſtendit. Vniuerſo Orbi Petrum præfuturum etiam oſtenditur Ioan. cap. præcitato, quando Petrus maris fluctus perambulauit attento, quod per mare præſens ſæculum deſignatur, de cuius actus ſignificatione Diuus Bernardus in libro de conſideratione ad Eugenium III. cap. 7. ait.

Accipe illud, quod prærogatiuam tuam confirmat. Diſcipuli nauigabant, & Dominus apparebat in littore, ſciens Petrus, quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad eum alijs nauigijs venientibus, quid iſtud eſt nempè ſignum ſingularis Pontificij Petri per hoc non nauim vnam, vt cæteri quiſque ſuam, ſed ſeculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſeculum, nauis Eccleſia eſt. Hinc eſt etiam, quod altera vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas vnicum ſe Chriſti Vicarium deſignauit, qui non vni Populo, ſed cunctis præeſſe deberet, ſiquidem aquæ multę populi multi dicantur, itáque cum quibuſque cæterorum ſua tibi vna commiſſa eſt nauis ſacta ex omnibus ipſa vniuerſalis Eccleſia toto Orbe diffuſa. Hactenus ille: & infrà ſubdit videlicet.

Quatuor enim lineis vas ſubmiſſum eſt de cœlo Petro, vbi erant omnis generis animalia, & inſonuit ei vox, Surge Petre, macta, & manduca. Omnia enim mactat Petrus in eo, quod mali ſunt, & manducat in corpus Eccleſiæ traijciendo, & infrà. Omnes enim erant in Arca, omnes in diſco, omnes mactat Petrus, & manducat omnes. Hæc ille.

Et ſic de Eccleſiæ vniuerſalis extenſione ex præmiſſis ſatis patet, vniuerſam Chriſti comprehendi religionem, principatuique Petri eſſe ſuppoſitam, quod gloſs. ſuper Lucæ cap. 12. confirmat, dum dicitur. Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ibi ait, ideſt, Eccleſiam.

Contra quam concluſionem implj quærentes nodum in ſcirpo reſiſtunt, leuibus quibuſdam rationibus, & primò ex cap. ecce, 99. diſtinct. vbi patet Diuum Gregorium prohibuiſſe ſe Epiſcopum vniuerſalem appellari. Reſpon. Quòd ratio hæc ità oppoſita concludens non eſt, vt à Diuo Thoma in libro contra impugnantes religionem eleganter declaratur, vbi ait.

Quòd autem Papa vniuerſalem Pontificem ſe prohibet nominari, non ideò eſt, quia non habeat auctoritatem immediatam, & plenam in qualibet Eccleſia, ſed quia non præficitur cuilibet particulari, vt proprius, & ſpecialis illius Eccleſiæ rector, ſic enim ceſſarent omnium aliorum Pontificum poteſtates, & hoc cap. inductum, niſi pro ratione inducta operatur. Hactenus Diuus Thomas. Et ità de iure hanc Diui Thom. ſententiam veriſſimam eſſe colligitur ab Iſid. in lib. Pont. vbi recitat Diuum Sixtum in 2. epiſtola ad omnes Epiſcopos ſcribentem, & ità incipientem, videlicet, Sixtus vniuerſalis Apoſtolicę Eccleſiæ Epiſcopus omnibus Epiſcopis.

Idem atteſtatur epiſtola Diui Victoris Papæ, & Martyris ſcribentis de Paſca, & Baptiſm. ad Theophilum Alexand. vbi inquit. Victor Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus. Eiuſdem formæ eſt Diui Eleutherij epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Galliæ prouincias, vbi in eius, inquit, fine ibi. Huius rei gratia vniuerſalia nobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia.

Alia vlterius proponitur ratio, quam ſibi promittunt aſtruere contrarietatem in c. primæ ſedis, 99. diſtin. vbi ab Africano Concilio ſumitur, quòd primæ ſedis Epiſcopus, non appelletur ſummus Sacerdos, vel Princeps ſacerdotum, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus, quæ ratio nihil reſiſtit, & fruſtra inducitur, cùm illud primæ ſedis referatur ad ſedem Patriarchalem, & non ad Sedem Romanam, & ità eſt ibi gloſs. quæ ait primæ, ideſt, Patriarchalis, alias Papæ. Benè, & hanc gloſs. ibi ſequitur Archid. in dicto cap. Vlterius pariter reſiſtunt in capit. nullus 99. diſtinct. vbi habetur prohibitum eſſe Romanum Pontificem vniuerſalem Epiſcopum nuncupari, cuius rationis difficultas tollitur, præmiſſa ſolutione Diui Thomæ in libro contra impugnantes religionem, quam hic repetere fruſtraneum ſit, cùm in prima obiectione detur ſolutio.

SEquitur ibi, & eius de natura enim huius copulæ eſt, vt inter diuerſa ponatur not. gloſs. in rub. ff. de iur. & fac. ignor. & adeò eſt hoc verum, vt genus à ſua natura huius copulæ virtute diuerſificetur. Fel. in capit. ex parte,

Digitized by Google

parte, extrà de reſcripr. Gloſs. in l. 1. in fin. C. per quas perſon. nob. acqnir. in ver. relarum, quam opinionem Socin. Iunior. ait eſſe communem in conſilio 38. num. 1. in 4. vol. & conſil. 64. tam plura per me edita, præterea iſtud verbum eius refertur ad ſuum antecedens, ideſt Petro, vt iuris eſt, quod relatiuum ad proxima relata nomen inducat. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. l. hæredes §. ſed ſi notan. ff. de teſt. Idemque operatur, quod propriorum nominum expreſſio. Bal. in leg. fin. 2. col. verſ. 2. oppon. C. de Impub. & alijs ſubſtan. & præcedentia repetit cum omnibus qualit. Bart. in d. l. ſiquis ſeruus, §. fin. ff. de leg. 2. lib. 1. in final. ff. ſi famil. fur. fec. dicat.

ARTICVLVS I.

Succeſſorum vocem diuerſam eſſe naturam, diuerſaque referre.

SEquitur text. ibi ſucceſſoribus dictio hæc ſucceſſor hoc in loco ſumitur pro ſucceſſore vniuerſali, prout de ſui natura eſt, vt ad vniuerſalem ſucceſſorem magis referatur, quàm ad particularem. Bart. in l. pater, §. marrr. ver. alij dicunt, ff. de legar. 3. Bal. in l. emptor. colum. penult. ver. qnid ſi inſtrumentum, C. de loca. Caſtren. in l. quædam, §. is autem, C. de eden. qnamuis vitijs perſonalibus non afficiatur, licet vniuerſalis ſit ſucceſſor. Specui. in tit. de ſtat. Monach. §. 1. verſ. 52. Tenetur etiam ad drbita, licèt ſecus ſit in ſingulari, leg. fin. & ibi gloſs. in verſ. obligarum, ff. de conr. emp. & in pluribus differt à ſingulari ſucceſſore, qui inter cætera dicitur habere ius ſoluendi alind pro alio, l. ſi quando, §. hæres, & ibi Bartol. ff. de legat. primo. in principio, item non confert, vt ſucceſſor vniuerſalis l. à patre, vbi Bald. C. de collat. & in multis alijs non modicum inrer ſingularem, & vniuerſalem ſucceſſorem eſt diſcrimen, vt per Alexan. in l. ſi filiofamilias, §. fin. ff. ſolut. mar.

Differunt quoque in Materia ſuccedendi præmiſſa ſuccedentes in Magiſtraribus, nam talis ſucceſſor poteſt præceſſorem ſuum punire, l. quamuis, & ibi Bald. ff. de rebus eorum, & eſt conforme ius diſpoſitioni, vr ſuccedentes in Magiſtratu conſulum poſſint præceſſorum geſta reuocare, ſi modò conſilij generalis decreto, non ſint robnrata Bartol. in leg. prima §. data 2. colum. ver. item quarto, ff. de decret. ab ordin. facirn. & incepra præceſſorum pariter terminare debenr, & argumen. cap. Adrianus, & ibi gloſs. 63. diſtinct. Præceſſorum quoque ſententias interpretantur Felin. cap. cum veniſſent, 1. col. ext. de iud. Reſcripta quoque eis præſentata, adhucque non expedita ſimiliter terminare poſſunt Angel. in Aurhen. vt nulli iudic. §. ad hæc, verſic. & nota, nec habent arbitrium præceſſori conceſſum, niſi exprimatur, poſſunt iudicare ex actis coram præceſſore factis. Innocent. in cap. quoniam Abbas de offic. deleg. & impartitur delarinnem etiam, quod tres legitimas datas eſſe conſtet, niſi alias dandi ſibi via præcludatur, l. edictum, ff. de iudic. & omiſſa à præceſſore expedite poſſunt, l. conſentaneum, cap. quomo. & quan. iudic. ſed an nouis cirationibus ſucceſſorum opus ſit, vel modò ſufficiant, quas exequutus fuit præceſſor hæſitandum videtur, cùm Bart. in leg. conſentaneus in 1. col. pro conſtanti definierit ſucceſſorum citationem requiri, quod per Ioan. Andr. improbatur, refert Alexan. in l. proponebatur, ff. de iud. ea præſertim ratione, quia idem eſt Iudicium, & comparere debeat citatus coram ſucceſſore ipſius citantis in termino cirationis, quod magis verum videtur.

Et ſicut diuerſum ius repetiatur inter ſurceſſorum præmiſſas ſpecies, non minus diuerſitatis eſt quoque in ſuccedentibus in ſacerdotijs, ſeu beneficijs Eccleſiaſticis, & dignitatibus, nam Papæ reſcriptum præceſſori factum dignitatis nomine ſucceſſor exequi poteſt, etiam re integra. Dom. de Rot. deciſ. 439. in nouis, nam iuxtà Felin. in capit. quia vrr. ex. de iud. quia talis ſucceſſor reaſſumit cauſam præceſſoris in eodem ſtatu; licèt non tenearur ſtare locationi factæ à præceſſore gloſs. in cap. fin. ne prælat. vices ſuas in verſic. ſtaturum, & ibi Doct. quod limitat Archid. in cap. deceſſor 25. qu. 11. eſſe in rebus fertilibus & eſſe ſecus ſi ſterilia ad melliorandum ſit rradita, & ità firmar gloſs. in cap. ad aures de reb. Eccleſ. non alienan. in verſic. Tunc, ſed non ſic in infeudatione à Prælato præceſſore facta contingit, quia ſucceſſor tenerur ratam habere. Archid. in d. cap. deceſſor. 25. qu. 1. Bald. in cap. 1. in §. Marchio in vlt. col. in ver. pone, qui feud. dar. poſſ. & idem iuris eſt in regio ſucceſſore, idem Bald. in d. cap. 1. in vlt. col. & no. in capit. nouit. ex. de iud. quamuis Prælatus huiuſmodi ſuccedens non reneatur infeudare de nono aliquid ſuper quo Papæ reperiebatur præſtitus conſenſus tempore præceſſoris Bald. in d. cap. 1. §. Marchio 2. col. qui. feu. da. poſ. Præterea ſucceſſor in prælatura tenerur habere rata geſta præceſſoris in Eccleſiæ vtiliratem tendentia. Archid. in cap. deceſſor. 25. q. 2. Alind etiam notandum eſt ſucceſſorem in Eccleſia ex ſola appræhenſione poſſeſſionis Eccleſiæ conſtat apprehendiſſe omnium bonorum ad Eccleſiam ſpectantium Barr. in l. cum hæredes, §. fin. ff. de acq. poſs. Tenetur etiam ſucceſſor in Eccleſia adſumprus funerum, ſicur etiam ad expenſas ægritudinum ſui præceſſoris, cùm de bonis Eccleſiæ Prælatus ſit alendus, cap. illud 12. qu. 1. 16. qu. 1 c. quoniam. facit tex. in l. verbo victus, ff. de ver. ſig. Panor. in c. 1. ex. de ſolut. ſed non tenetur ad debita, niſi Eccleſiæ beneficio contracta no. in c. 1. & 2. de ſol. gl. in c. fin. in ver. debitis de off. or. in 6. Caſt. in conſ. 54. qui exceptiones, nec etiam ſtare cõductori, niſi in caſibus, vr per Alex. in l. filio, §. fin. ff. ſol. mat. gloſs. & Doc. in cap. ad aures in ver. tunc dr rebus Eccl. non alien. & in cap. fin. ex. ne Prælat. vices ſuas, veluti etiã ſi ſuccedat in dignitate, non ſuccedit in tutelam, vel compromiſſum Spec. in tit. de arbit. §. finitur 3. col. ver. quod ſi Prælatus Bar. in l. qui liberis §. t. 3. col. ver. hanc legem induco ff. de vul. & pup. non tenetur etiam huinſmodi ſucceſſor ſtare contractibus ſub conditione à præceſſore inhitis Bal. in cap. 1. qui feu. da. poſs. 4. col. ver. &

nota, nec de feu. inueſtire adueniente die, quem præceſſor inueſtire promiſerat. Bal. in d. cap. 1. in 2. col. ver. reuoco in dub. licèt poſſit habere ratum, quod à præceſſore eſt vtiliter geſtum Bar. in l. ſi quis offerenti §. ſi creditor in 1. not. ff. ſolut. matr. nec Abbatis ſucceſſor ligatur conſtitutionibus ab eo factis: Panor. in cap. cum ad monaſterium 2. quæſt. ex. de ſtat. Monach. & ſi factum præceſſoris poſſit pro ſe allegare not. Cardin. in cle. 1. §. cæterùm de iureiur. obligatus quoque ſucceſſor huiuſmodi eſt ſtare compromiſſo præceſſoris tempore lato, ſi modò Eccleſiæ iuribus præiudicium non inferatur cap. præſentata, & ibi Ioann. Andr. ex. de teſtibus. Diuerſum quoque ius eſt ſuccedentium in regno, quia debent ſuccedentes huiuſmodi prægceſſoris ſui adhærere veſtigijs clem. 1. in §. porrò, vbi Cardin. de iureiur. nec poteſt reuocare contractus præceſſoris, not. in cap. 1. & ibi Doc. ex. de prob. niſi præceſſor ità exceſſerit in donationibus, vt enormis indè inſurgat læſio Caſt. in conſ. 76. & fruſtrà Bal in addi. ad Spec. in tit. de inſtr. edit in 9. col. ver. quod ſi Rex, & ſtare debent infeudationibus ab eius præceſſore conceſſis not. in cap. nouit. ex. de iud. Bal. in cap. 1. in vlt. col. qui feu. dar. poſ.

ARTICVLVS II.

Neceſſarios fuiſſe ad Eccleſiam conſeruandam Diui Petri ſucceſſores.

IVxtà diſpoſitionem huius ſynodalis canonis conſtat Diui Petri ſucceſſorem eſſe eum, qui à Dominis Cardinalibus, tàm ex eorum gremio, quàm alieno, qui eligendi Petri ſucceſſorem ritus ſatis diſtat ab electione à Domino de Diuo Petro facta, & ab electione, quam conſtat factam de Diuo Clemente ab eodem Apoſtolorum Principe, quas ambas ab arbitrio, ac voto ſolius, tùm Domini Ioann. cap. vlt. tùm Petri cap. ſi Petrus 8. q. 1. patet firmatas eſſe adeò, vt huic textui fuiſſe contrarias videatur maximè, cùm ille inſtitutiones antiquæ legis electionibus, à ſolius arbitrio pendentibus, magis conſimiles eſſe videantur, & conſtat de Moyſe, qui adhùc viuens Ioſue ſibi in ſucceſſorem elegit. numeri cap. 27. & cap. Moyſes 8. quæſt. 1. Dauid quoque elegit ſimiliter viuens Salomonem ſibi ſucceſſorem 3. Reg. cap. 1. quibus non obſtantibus in contrarium eſt veritas, quia non decet, vt quis ſibi ſucceſſorem eligat pluribus ſuadentibus neceſſarijs rationibus, nam in hoc genere eligendi præceſſor, veluti Papa, vel Epiſcopus talem eligendi facultatem habere non debet, qui, cùm non ſit Dominus illius dignitatis, ſed miniſter, teſte Apoſtolo ad Corinth. cap. 4. ibi, ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſtrorum Dei, eaque etiam ratione, quia conſtat, quòd Epiſcopus ſe habet ad Eccleſiam, ve vit ad eius vxorem 8. quæſt. 1. cap. ſicut vir, verum quamuis vir ſit caput vxoris ad Corinth. cap. 6. tamen ſuæ vxori virum alium relinquere non poteſt, quia, eo mortuo, ab illius lege eſt ſoluta, adeò vt cui velit nubere poteſt, in Domino ad Corinth. cap. 8. ſic Epiſcopus non poteſt eligere, cùm ius ad Eccleſiam eligendi pertineat, & tunc eligat per ſuos, ad quos ſpectat, id patet ex eo etiam, quia ſi ad Epiſcopos eligere pertineret, ſanctuarium Dei in ſordidum ius hæreditarium pertranſiret cap. plerique, & cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. quia caro, & ſanguis id in hominum fragilitatem induceret, quòd cauendum ſuo exemplo Dominus nos docuit, cùm ſibi ſucceſſorem non Iacobum, non Ioannem elegit, tanquam ſanguine coniunctos, ſed Petrum nullo conſanguinitatis gradu Domino adhærentem, & vltrà quod præmiſſa inconuenientia, quæ ſequerentur, ſi præceſſoribus ſucceſſores ſibi eligere fas eſt, etiam illud ſequeretur, vt qui deterior eſſet eligeretur, aut munere, aut precibus, aut amore, vel obſequio, vt cap. Moyſes 8. q. 1. quod eſſe non debet, cùm ſanctior, & doctior præ cæteris ſit eligendus 8. q. 1. cap. licet. Præterea diſſimilem electionem eſſe ab Apoſtolico Senatu improbatam; declaratur in cap. in nouo. 12. diſtinct. quando Apoſtoli myſterialiter elegerunt Petrum à Domino deſignatum, & in eo eligendi genere formam eligendi, tùm Principem ipſum, tùm cæteros inferiores Epiſcopos tradiderunt.

Idem habetur in cap. ſacroſancta 22. d. vnde ea forma ab Eccleſia recepta diuturniori vſu, ad hæc vſque tempora, dato, quod aliud etiam non eſſet iure introductum, ſolam hanc conſuetudinem videtur ſatis induxiſſe iuris eſt electiones ſecùs, tùm Epiſcoporum, cùm Summorum Pontificum fieri non liceat, ad quæ præmiſſa comprobanda ſatis vrget Diui Clementi reſignatio Rom. Pontificatus, quem Diuo Petro eligente ad præſeferendum Eccleſiæ de qualitate hominum, qui ad ſumma Apoſtolatus faſtigia forent aſſumendi, quod reſignationis ius propterea à Diuo Clemente geſtum fertur, ne eius exemplo electiones fierent Prælatorum in Eccleſiarum Dei perniciem, refert Gemin. in c. ſi. Petrus 8. q. 1. Cardin. de Turrecrem. in cap. quod autem q. eadem quia etiam nullum ius id agendi habere Prælati videantur, cùm huiuſmodi ſucceſſores ipſis præceſſoribus defunctis non ſuccedant, ſed dignitati, & bonis; ait Anchar. in cap. 1. num. 3. ext. de ſol. eſſet quoque decernere contra Apoſtoli doctrinam 1. ad Tit. cap. 3. vbi dicitur Prælatum bono teſtimonio commendandum. perquiri non ſolùm à domeſticis, ſed etiam ab his qui foris ſunt.

Alia quoque eſt ratio, vt illa electio in Eccleſia improbetur, quia Sacerdotium Chriſti eſt vniuerſale, non autem ſub vna tribu conſiſtens, veluti legale ſub tribu Leui non diſtinctis Latinis à Græcis, vel alijs linguis ad Galat. cap. 4. propterea non conuenit ſucceſſores ſibi eligere, cùm à communiter contingentibus ſanguine coniuncti eligerentur, & non qui virtute magis polleant, vt per Cardin. de Turrecrem. latiùs examinatur in cap. in nomine Domini 23. diſt. & adeò hæc vera ſunt, vt quæ in contrarium deducuntur ratione præuia euaneſcant, vt eſt tex. cap. petiſti 7. quæſt. 1. quia non probat ſimpliciter Zachariam Papam Epiſcopo Maguntino conceſſiſſe, vt ſibi ſucceſſorem eligeret, ſed coadiutorem, quod declarant illa verba,

ba,vt poſt eius obitum eligi poſſet ab Apoſtolica Sede confirmandus.

Nil quoque vrget ratio ſumpta de Moyſe, quia diuina id inſpiratione, qua Moyſes regebatur euenit, vt Ioſue ſibi in ſucceſſorem eligeret, quod in exemplum trahi non debet argumento eorum, quæ notat: gloſs. in l. 1. C. de conſtit. prin.

Minùs vrget, quod dicitur de Dauid, quia id geſtum reperitur regni proceribus conſenſum præbentibus, vel etiam quia hoc in loco diſcurritur de electionibus Eccleſiaſtica, & ſpiritualia concernentibus, ibi verò de reſpicientibus ſecularia, & regnum propbanorum: cùm ex diuerſis illatio non fiat l. Papianus exuli ff. de minor.

Similiter reſiſtere non videtur exemplum illud, quod Diuus Auguſtinus in Eccleſia Hipponenſi in Epiſcopum fuerit electus à Valerio eius præceſſore, quia illa electio fuit concurſu voti totius Eccleſiæ Hipponenſis,vt refert Cardin. de Turrecrem. in cap. non autem 7. quæſt.1. vbi citat epiſtolam Diui Paulini atteſtantis electionem Auguſtini gratam fuiſſe Eccleſiæ Hipponenſi, vel etiam dici poteſt illud ſingulare fuiſſe, quod ad conſequentiam non eſt trahendum, vt in §. hinc etiam 7.quæſt.1. quod verò de electione Petri vnico Domini arbitrio facta ſit non arctat, quia Dominus de re ſua,hoc eſt Eccleſia,potuit pro modo ſui arbitrij diſponere, ſed cæteri, vt præfertur, non ſunt Domini, ideò quam Dominus habuit poteſtatem eligendi exercere non poſſunt, licèt poſſit etiam intelligi,vt Dominus cum Apoſtolis elegerit attento, quod ipſius Domini votum communi electione exequi curauerint, poſt illius ad Cœlos aſcenſum, quod ſatis probare conſtat verba tex. in cap. in nouo 21. diſt.

Vlteriùs non obſtat de Diui Clementis electione ſolius Diui Petri celebrata arbitrio, quia Petrus id diuino afflatus ſpiritu, perſonam Clementis agnoſcens mira conſtantia inſignem, ad Eccleſiæ regimen,neceſſitatibus inſtantibus ob perſecutionis procellas, ſolus elegit, & neceſſitate inſtante, cuius intuitu illicita, licita redduntur l. 1. §.1. ff. de offic. eius l. Diuus Pius ff. de pet. hæred. Felin.cap. cùm aceeſſiſſent col.8.verſ.3.reſtringitur. ext. de conſtit. & in cap. 2. ext. de ſponſ. col.fin. vnde in argumentum trahi non debet l. quem filium habente Cod. fam. erciſc. proptereà, vt patet non induit difficultatem cap.ſi tranſitus 79. diſt. quod à contrario ſenſu illius textus ſumpta auctoritas probet, liceat Papæ ſibi ſucceſſorem eligeret, l. quæ propter ff.de reg. iur. quia ibi talis ſenſus non ſumitur,ſed benè,quod Papa cum Cardinalibus poſſit deliberare,non autem eligere de eius ſucceſſore, niſi poſt eius obitum, quod virtute illius textus cuicumque Prælato gerere permiſſum videtur,dummodò ad electionis iura non perueniatur ipſo ſuperſtite cap. cum autem 8. quæſt. 1. & ibi Archid. in fin.

Stat ergo inconuincibilis veritas conſona diſpoſitioni præſentis decreti,vt Petri ſucceſſores ſint,qui eliguntur à Dominis Cardinalibus Clem. 1. de elect. tanquam à Canonicis vniuerſalis Eccleſiæ, ipſamque vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus, vt latiùs infrà in verbo Cardinalibus relatum erit: Diuique Petri ſucceſſores in Eccleſia ſancta eo vſque permanſuros conſtat, donec permanſerit Eccleſia, & ſic in æternum iuxtà illud Iſaiæ cap. 9. ibi, ſuper ſolium Dauid, & ſuper Regnum ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia modò, & vſque in ſempiternum,palàm enim eſt Diuum Apoſtolorum Principem ex mortalibus à Domino aſſumptum, vt mortalem quoque obiturum, ne igitur Eccleſia Petri primi Paſtoris ſolatio deſtituta illo mortuo videretur;neceſſariò oportuit, vt quam Petro ad Eccleſiam regendam, & gubernandam Dominus contulit poteſtatem, eandem quoque eius ſucceſſoribus conferret iuxtà quod oſtendunt verba Matth.c.24. ibi: Ecce ego vnà vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſeculi, veluti quoque tota Orbis conuerſio atteſtatur; poteſtas enim Domini Eccleſiæ præſtita tyrannos deuicit, regnaque, ac imperia Chriſto ſubegit, vnde non ſoli Petro poteſtatis plenitudinem competijſſe hæc proteſtantur, ſed etiam ſucceſſoribus, quandoquidem huius poteſtatis exercitium in Petri ſucceſſoribus,ipſo ità Domino permittente,illuxerit,vt videre eſt deuictis regibus, & tyrannis,quare cùm hæc Diuo Auguſtino innoteſcerent hoc in ſcriptum reliquit 24. quæſt. 1. cap. quodcumque, quod quando Petrus claues accepit,Eccleſiam ſanctam ſignificauit, quia ſcilicet non pro ſe tantùm,ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus, vſque ad finem ſeculi,quo duratura eſt Eccleſia, iura ſucceſſionis Sacerdotij legalis tanto ſunt veteris legis tempore habita cultu, vt qui de populo illo Sacerdoti Sſmo contradicere auſus eſset morte plecteretur. Deut.c.17.

Vnde argui poſse videtur, quod tantò magis medio ſucceſsorum Dominus in Eccleſia Sacerdotium nouæ legis conſeruare voluerit,quantò iſtud eſt dignius, & regalius illo, quod in figuram iſtius recentioris, ac verioris deſeruiuit.

Succeſsorum Diui Petri neceſſitatem arguit continuatio ædificationis Eccleſiæ, vſque ad perfectum electorum numerum, prout eſt Diui Hieronymi ſententia in Pſal. cap.26. ibi: Hieruſalem, quæ ædificatur, vt Ciuitas ait, quia nondum ædificium eſt completum huius Ciuitatis, ſed continuò ædificatur de lapidibus viuis ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, igitur Principatus Eccleſiæ vſque ad finem eſt in Petri ſucceſsoribus continuandus, quia Chriſtus ſempiternum habet Sacerdotium Apoſt. ad. Heb. c.7. cùm hominum in hoc ſeculo non ſit ſempiterna vita, ad idem allegatur decretalis Hadriani Papæ, ad Conſtantinum, & Hirenem Imperatores vbi comprobant vſum imaginum ſanctorum, earumque venerationem, ibidemque de beato Petro verba faciens, ait, nam ipſe Princeps Apoſtolorum Beatus Petrus,qui primatus Apoſtolici in Sede præcedit ſui Apoſtolatus principatum, ac paſtoralis curæ ſucceſſoribus ſuis, qui in ſua ſanctiſſima Sede ſucceſſuri ſunt perenniter dereliquit, quibus, & auctoritatis poteſtatem, quemadmodum à Saluatore Domino noſtro, & Domino Deo ei conceſſa eſt, ipſeque tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus ſuis, quorum traditione Chriſti ſacram imaginem, ſanctæque Genitricis eius,

Apoſtolorumque, & omnium Sanctorum venerantue imagines. hactenus ille.

Vnde manifeſtè comprobatur Diuo Petro ſucceſſores competijſſe, iuxtà quod continuum eſt Eccleſiæ, vt præmittitur ædificium. Hinc eſse videtur Diui Chryſoſtomi Auctoritas diſcutientis verba illa Matth. capit. 24. ibi verba autem mea non præteribunt, ait: Verba Chriſti in æternum manſura ſunt, illaque locutus eſt Petro Matth. cap. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & ibidem Chryſoſt. ſicut Chriſtus accepit à Patre dux, & ſceptrum Eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſuper quodcunque, vt ei genu curnetur, ſic & Petro, & eius ſucceſsoribus pleniſſimè conceſſit.

Ad hæc etiam de ſucceſsoribus comprobanda facit text. in cap. quanto ext. de renunc. vbi dicitur poteſtatem transferendi Pontifices ita ſibi retinuit Deus, & magiſtee, quod eam ſoli Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſsoribus præbuit, & conceſſit, hactenus text. Iguarius quoque Patriatcha de Petri ſucceſsoribvs vniformiter in epiſtola ad Hadrianum Papam, ſub quo celebrata eſt octaua ſynodus, poſt illa Domini verba tu es Petrus, ſubdit tales enim beatas voces, non ſecundùm quandam, vtique ſortem Apoſtolurum Principi Petro ſolùm circumſcripſit, & definiuit, ſed per eum, vt omnes, qui poſt illum, ſecundùm ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diuiniſſimi, ſacrique Pontifices ſenioris Romæ, hactenus ibi.

Vltra præmiſsas auctoritates extat naturalis ratio dictans, vt militantis Eccleſiæ multitudini ſingulare aliquod caput ſit iugiter præfuturum Diuo Auguſtino, ita ſentent. in lib. de nup. & concupiſcen. vbi ait. Natura principiorum amat ſingularitatem. Ratio, qua Dominus paſtorale munus Diuo Petro commiſit, fuit illa, vt præeſset ſui ſanguinis pretio redemptis ouibus, ne permitteretur luporum truculentam rabiem eas perimere, & iugulare, quæ ratio cùm in præſentiarum eadem vigeat, quæ Domino in Cœlum aſcendente futura timebatur, propterea decuit, vt Petro ſucceſsores inſtituerentur, qui eadem poteſtatis plenitudine oues Domini regerent, & gubernarent, ouilique ſuo ſic non ſolùm in vita Petri conſultum foret exhibito paſtore, ſed etiam in ſempiternum. Ioan. cap. vlt.

Prętereà ſponſalia enim inter Dominum, & Eccleſiam non ad Petri perdurant vitam, ſed ſunt perpetua, & ſempiterna, vt videre eſt illud Oſeæ cap. 2. ibi, ſponſaui te mihi in æternum, loquens in perſona Chriſti; patet etiam, quia Eccleſiæ Romanæ Dominus contulit totius Eccleſiæ principatum Diuo Hieronymo teſte, in cap. hæc eſt fides, 24. quęſt. 1. quæ nunquam finem eſt habitura, etiam Paul. ad Rom. cap. 8. ſed qui principatum Eccleſiæ recturus erit ſi Petro non fuerint inſtituti ſucceſsores, facit textus in cap. nolite errare 11. diſtinct. Etiam conſideratur, quòd Eccleſia æternaliter eſt duratura Pſal. 47. ibi Deus fundauit eam in æternum, & Luc. cap. 1. & regni eius non erit finis, & cap. 22. ego rogabo pro te Petre, ne deficiat fides tua; huiuſmodi enim verba ſatis præſeferunt fidei magiſterium, potiſſimaque religionis iura Dominum ſe in Petro Eccleſiam ſuam referenti collocaſse, cui nec ignotum erat Petrum in paſtorali officio vltra 33. annorum tempus, tum Antiochiæ, tum Romæ eum permanſurum non fore. Vnde habendum eſt pro conſtanti, vt, Petri morte ſequuta, placuerit Domino Eccleſiam paſtorali ſolatio orbatam ſucceſsorum Petri ſuffragio perpetuò fuiſse manſuram, quod ſecùs nullatenùs contigiſse palàm eſt, teſte Diuo Anacleto Papa, & martyre in cap. in nouo 21. diſt. vbi ait, eam electionis formam; in eligendo Petro executam, Apoſtolos ſtatuiſse ſeruandam, tam in ipſius Diui Petri ſucceſſoribus, quàm in cęteris Epiſcopis eligendis.

ARTICVLVS III.

Succeſſorum Diui Petri Diuinitùs inſtitutam eſſe poteſtatem.

Diui Petri ſucceſſores eandem plenitudinis poteſtatem in Eccleſia retinere, quam à Domino collatam Diuo Petro fuiſſe oſtenditur, partem negatiuam tuendam huius præpoſitionis ſumpſerunt, quidam ſceleſtes viri, videlicet Io: Vuicleſ, & Io: Hus, quod & ab alijs quibuſdam hæreſiarchis Pſeudo-Apoſtolis nuncuparia propoſitum fuiſſe conſtat dogmatizantibus Papam, Reges, Duces, Epiſcopos, & omnes Principes ab eorum iuriſdictione deficere, quandocumque lęthali aliquo crimine fuiſſe, illaqueatos eſſe reperitur, quam hæreſim cum cæteris horum reaſſumentium conſimilia dogmata conſtat in Conſtantienſi Concilio damnatam fuiſſe, vtì etiam & auctores ipſos, hocque medio hæreſim ipſam comprobare nitebantur videlicet, omnis poteſtas à Domino Deo eſt, ſed quia Deus dona ſua non confert ſceleſtibus, & peccatoribus ergo, quod falſiſſimum etiam demonſtratur, quia dicitur Deum peccatoribus poteſtatem non conferre teſte Hieremia cap. 27. ibi, & nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſerui mei inſuper, & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi, & ſeruient illi omnes gentes, & filio, & filijs filij donec veniat tempus eius terræ, & ipſius, & ſeruient ei gentes multæ, & Reges magni, vnde ſumitur Regem fuiſſe improbum, & tamen Dominum regnum ei contuliſſe, ipſumque in regno permanſiſſe vnà cum filijs filij, ergo falſa eſt præpoſitio, quia ſecus à Deo erga improbos ſeruatum conſtat, quam eorum concluſio falſitatem contineat, confirmaturque per illud Iob, cap. 14. ibi. Regnare fecit Dominus hypocritam propter delicta populi, & Io: cap. 6. ibi, nonnè vos duodecim elegi? & vnus ex vobis diabolus eſt ecce, quod Iudas Vir maximè improbitatis, & tamen ad omnia ad Apoſtolatum aſſumptus eſt, nonnè ſimiliter Caiphas ſententiam mortis in Dominum ferens improbæ mentis fuit, & tamen Pontificis munus obijt, & in Pontificatu prophetauit Io: cap. 11. facit

Digitized by Google

cit etiam Dominus æqua lance ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos, ſuper iuſtos, & iniuſtos Matth. c.5. videmus quoque Diuum Petrum fidelem commune facere in ſeruitute conſtitutos obedientes fore, non ſolùm bonis ſed etiam diſcolis, item Petr. canon. cap. 2. ſed quid luculentius deſideratur? Quando ab Euangelio contrarias ſpecies huic peruerſitati colligimus, Matth. cap. 23. ibi. Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſęi, quæcunque dixerint vobis facite, ſecundùm opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Vnde patet quantum à veritate diſtent peruerſi huius dogmatis auctores, & qui ſententiam ipſorum ſequi duxerunt, quare iure optimo in Concil. Trident. ſub Paulo III. in hunc errorem ſub hac ſerie ſtatuitur ſeſs. 7. cap. 10. ibi: Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem modò omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut non conferre ſacramentum anathema ſit item ſeſs. 4. ſub Iulio IV. celebrata conformiter fuit ſancitum, quoad clauium poteſtatem, vt ſequitur cap.10. ſi quis dixerit Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt poteſtatem ligandi, atque ſoluendi non habere anathema ſit.

Nec aduersùs prædicta reſiſtunt, quæ impij obijciunt Petri poteſtatem ſuis ſucceſſoribus non competere demonſtrari ex eo, quia miracula, quę Petrus operabatur, vt ad eius vmbram ſanarentur infirmi, quandoquidem operum huiuſmodi ſucceſſores ipſos conſtet eſſe capertes.

Reſpondeo. Quia non valet ſequentia, cum Petrus inſtar Adæ complura bona acceperit, tàm pro perſona ſua, quàm pro eius poteſtate, nam Adam omnium habuit ſcientiam, quod fuit quantum attinuit ad perſonam ſuam, habuit deincepi dona, quantum attinuit ad eius poſteritatem, vt fuit iuſtitia originalis, ità Petrus quatenus ſui ipſius perſonam reſpicit perpetrandorum miraculorum gratiam recepit, & quatenus ad poſteritatem, ſiue eius ſucceſſores habuit poteſtatis plenitudinem, ſiue qua conſtat Eccleſiam non præualuiſſe aduersùs portas inferi Matt. cap.16. hanc enim clauium poteſtatem, qua reſiſtitur Mundo, & diabulo patet in Domino diuo Petro traditam fuiſſe, tàm pro ſe, quàm pro eius ſucceſſoribus, de qua mira poteſtate videtur Dominum ſenſiſſe, quando Matth. 6. cap. dixit: Beatus es Simon Bariona, & Matth. cap. 2. Ecce ego vobiſcum ſum. Quod manifeſtè patet, vt ad ſucceſſores Petri hæc poteſtas transferenda foret habita ratione, quod hi, quibus ea verba Dominus loqueretur vitam hanc mortalem, vſque ad ſeculi conſummationem protrahere non potuiſſent, ergo ſequitur, quòd Dominus loquens illis ſub illa verborum ſpecie locutus ſit ad eorum ſucceſſores in perſona tamen illorum tunc ſuperuiuentium, & ità declarat eleganter Cardin. de Turrecremat. in ſumm. de Eccleſ. lib. 2. cap.34. ſi ſucceſſores in Eccleſia non darentur, quo enim pacto Apoſtoli verba vera redderentur 1. Timoth. cap. 3. Hebr. cap. 13. & Epheſ. cap. 4. vt Eccleſiam regentes, quos Epiſcopos appellat, Præpoſitoſque, & Paſtores eſſe à Spiritu ſancto inſtitutos, quorum inſuper, vt diuus Auguſtinus ad Ian. Epiſc. cap.18. ait, & habetur Act. Apoſt. cap.15. in Eccleſia eſt eatenus maxima auctoritas, vt ſtatuentes dicere queant viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis vt latiùs Synodo prima Hieroſolymis celebrata præcitato loco, Act.15. reperitur, nec ad rem facit, quod impiè definitur, vt Eccleſiæ auctoritas, tunc maior eſſet, quia hoc nulla ſubſiſtente cauſa dicitur, cum ipſa ſolùm aſſertione nitantur; Quorum etiam hoc peruerſum dogma declarans in ſtatu perfectionis exiſtentes humanæ obedientiæ non eſſe ſuppoſitos in Concilio Viennenſi damnatum patet clement. ad noſtrum de hęret. vt etiam in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 15. damnatos Vviclephi reliquos articulos præſefertur, manifeſtiùſque de errore in Concilio Viennenſi damnato oſtenditur in cap. audiuimus 24. quæſt.1. dum traditur diuum Petrum à Domino auctoritatem accepiſſe præ omnibus, & pro omnibus, vbi gloſs. declarat præ omnibus intelligi, quoad prælationem, pro omnibus verò, quoad vnitatem denotandam, quæ illorum hæreſi lacerabatur, & ità, quod impiè aſtruitur, nulla ratione vallatum, corruit, non ſecus, quàm arenæ in arena conditum ædificium.

ARTICVLVS I.

Multiplici ſenſu, quid inſtitutum ſumitur.

SEquitur text. ibi inſtitutum eſt. Huius autem verbi multiplices ſunt intellectus, quos refert Rebuſ. in l. verbis legis ff. de verb. ſign. ver. inſuper, ſed quantum attinet ad præſentem ſenſum inſtitutum eſt, idem hìc referre videtur. quòd conſtitutum l. quamuis §. ſi cum eſſem. ff. ad Velleia. vt ibi datur, item actio, quæ conſtituit, magis. quàm reſtituit obligationem, licèt quoque non eſſet diſcrepans Budæi declarat in l. 2. de iur. & iur. in annot. ad pand. ſi ſumeretur pro iure non ſcripto, quod certum tamen habet auctorem, quem cæteri, vt hoc in loco declaratur, ibi ſucceſſores imitari non erubeſcunt, ob magnam eius auctoria prærogatiuam, ſicut etiam poſſet ad illum trahi, vt inſtituere importet, idem, quod de nouo facere dummodo ad promulganda non referatur l.1.§. meritò ff. ne quid in loco pub. vt ibi, & ità ſolet princeps, quoties aliquid noui operis inſtituendum petitur permittere, Cicerone auctore, pluribus ſenſibus ſimiliter deſcribitur, vt eſt conſtituere, ſeu decernere, vt 4. Verr. Tu, qui inſtitueras in eos animaduertere, & etiam quandoque, vt ab eodem ponitur, idem refert, quod inſtruere pro Quintio, ibi quem tu à puero inſtituiſſes, item pro conſtituere, vel ordinare idem Cicer. ad Act. libro 2. Magiſtratus hic multos annos poſt decem viros conſtitutus eſt, necnon pro erudire, & cap.3. de ſinibus

eos

eos melius à natura inſritutos fuiſse, quàm inſritui potuiſsent à philoſophia, ipſoque eodem auctore ponitur etiam pro incipere, nam ibi pro domo inquit Inſtitutas cærimonias perſequi non potuit, & Sal. bell. iugurt. pro ordinare, ſumitur ibi, quatenus de hominum moribus, ludis, ac orationibus agitur, ibi ità ſe ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, vt omuia bona in in ſpe haberet.

Quos iotellectus, etſi vt permittitur liquear plures conuenire ſenſui hoius texrus, tamen magis neceſſariò procadere videtur, quem ſumi ſupra oſtenſum eſt ext. l. qnamuis §. ſi cum eſſem. ff. ad Velleia. quamuis non abſonus eſſet intellectus, ſi ſumeretur pro eo, quod importat incipere, in quantum habeator ratio, vt diuus Petrus primus fuerit, qui Papæ electionem extra Apoſtolorum gremium, per Cardinales celebrandam ſtatuerit nec his reſiſtit, quod immò conſtet diuum Petrum nullam eligendi Papam formam, cum ſolo eius arbitrio ſibi in ſucceſſorem poſuerit diuum Clementem cap. ſi Petrus 8. qnæſt.1. quid illud fuit neceſſitatis impulſu, cùm princeps ille Apoſtolorum Spiritu ſancto repletus prænoſceret aliorum ſibi aſſiſtentium neminem illis perſecutionibus forſan magis idoneum, magiſque virilius pro Eccleſia præliaturum, vt in calce ſui Pontificij vltimo loco ſumpti, poſt Linum, & Cletum declarauit, quando audacter martyrium pro Eccleſia ſua ſubire non hæſitauit. Hocque verum eſt, etſi forma electionis iam à Senatu Apoſtolico promulgata fuiſſet, diuo Anacleto referente cap. in nouo 21. diſtinct. potuit tamen diuus Petrus contra ſanctionem ipſam, vt Princeps diſpenſare, præſertim vrgenti ipſa neceſſitate, ex qua de illicito, fit licitum, l.1. §.1. de offic. eius l. diuus Pius ff. de pet. hæred. vnde illud Clementis exemplum, vt ſup. non debuit in argumentum trahi. Vlterius poreſt etiam eum referre ſenſum, vt inſtitutum eſt, importet, vt præfertur, idem, quod inſtructum, adeò, quod ſenſus ſit diuum Petrum, & eius ſucceſſores ita inſtruiſſe Eccleſiam ad hoc, vt ritè, & ordinatè haberetur iuxta triumphantis Eccleſiæ formam, cui Deo eſt exemplar, cap. adhoc 89. diſtinct. nomenque inſtitutionum, idem importare declarat gloſs. in §. cumque inſtit. in proœm. in ver. inſtitutiones, & ſic erit traditio Apoſtolica, ità D. Anguſt. declarat in lib. 10. de baptiſ. cont. Donatiſtaa cap.24. vbi ait, quod vniuerſa tenet Eccleſia nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur, idem confirmat diuus Leo Papa ille magnus ſermone 1. de ieiun. pentecoſt. vbi ait dubitandum non eſt, quicquid in Eccleſia conſuetudine eſt deuotionis retentum de tradictione Apoſtolica, & de ſancti Spiritus prodire doctrina, ad idem conſonant ver. diui Baſilij pariter magni in lib. de Spiritu ſancto cap.27. ibi: Si inſtituta conſuetudineſque non ſcriptas, tanqnam in eis vis magna non in ſit, ſemel repudiare aggrediemur, clam, & pedetentim ratas ipſas Euangelij ſententias improbabimus, aut potiùs ad Inane nomen eius prædicationem contrahemus, & deinceps idem cap.29. ibi, ſed Apoſtoli com. Exiſtimo, ioquit, in ijs tradirionibus, qnæ ſcriptæ noo ſout permanere. Proptèrea commendarione dignos refert Apoſtolus fuiſſe Corinthios, ex quo ab Apoſtolo oretenùs iuinncta ab eis obſeruarentur 1. Corinth. cap. 2. ſed quorſum hæc tendant non eſt cootiogendum, cùm os Impiorum obruitur, dum obnegant Petrum electum ab Apoſtolis fuiſſe, & ſic à diuo Anacleto in cap. io oono 21. diſtinct. conformiter huic textul præſeferatur Petrum ab Apoſtolis fuiſse electum, & eam eligendi formam eius ſucceſſores ab eis inſtitutam, quia quamuis citati textus diſpoſirio noo haberetur, ex quo tamen conſtat eſse hanc traditionem ex Eccleſiæ viridario ſumptam, vndeqnaque cenſendum eſt, iuxta Patrum ſententias præmiſsas, ab ipſoque Apoſtolotum principe prodijſse, non ſecus, quam Corinthios conſtat, vt præfertur executioni demandaſse Apoſtoli Pauli traditiones ab eodem illia oretenùs porrectas, adeòque vera hæc ſuot, vt homioes perditi reſiſtere nequeant, proptereà clypeo illo, quod hæc Principis Apoſtolorum geſta circa electionem eius ſucceſſorum ſint ſumpta ex auctoritatibus apochriphis, prout ſentiunt eſse d. tex. cap. in nouo, & 22. diſtinct. cap. ſacroſancta, quia hæc iura eſto, citra tameo vritatis exitium, vt ſint inter apocripha conumeranda, & eſsent incerto edita auctore, attamen, vt talia ceoſenda non ſunt, tum quia ab Eccleſia, quod in eis diſponitur ſedulò ſeruatur, & receptum cuſroditur, tum etiam, quia eorum ſeries, tum Summorum Pontificum reſcriptis, ac Conciliorum decretis cuiuſmodi in præſenti hoc dtcteto diſpoſitum reperitur, adeò veritati nititur, vt canones huiuſmodi inter apocripha nequeant connumerari, conſtat enim canones Apoſrolorum antequam ab Eccleſia eo quo nunc approbato numero reciperentur iuter apochripha connumeratoa eſse, ſed qnos poſtmodum Eccleſia recepit nullo apochriphorum vitio eſse aſcribendoa patet, ſic Eccleſiæ ipſius auctoritate comprobantur, vt nullus tergiuerſarioni ſit locus, quin canonizatos eſse cenſeantur, qnemadmodnm iura ciuilia ex ſacrornm canonum forma recepta canonizara reperinntur, vt exemplum ſumi poreſr ex l. curabit Cod. de act. emp. dum à canone improbatur, vt quis rem, & pretium, ſimul retinere non qneat, veluti latiùs declarat Iaſ. in l.1. lect.1. Cod. de ſumma Trioitat. & fid. Carh. Felin. in cap. Eccleſia col.14. ext. de conſtit. & ità decens eſse videtur, oam quia textus io cap. io nouo 21. diſtinct. veritati inoititur, ſuper electione Papæ, noo ſecuſque decernatur, à præſenti canone huiuſmodi poſito io cap. oportebat 79. diſtinct. Sequitur, vt dictos canon in cap. in nouo, ità auctoritate Eccleſiæ corroboretnr, non minùs, quàm dicimus eſse iura ciuilia, qnando canonum approbatione ſunt recepta, qnia canooizata eſse ſentimus, vt eleganter declarat Cardin. de Torrecrem. ſexagiota canones Apoſtolotum intelligi caooizatos Eccleſiæ ipſiua approbatione in cap. ſancta. 15. diſtinct. num. 12. quam Eccleſiæ approbationem, quanti fieri oporteat D. Auguſt. declarauit, quando in epiſt.

Digitized by Google

epiſt. contra Manich. ait: Ego Euangelio non crederem, niſi nec Cathol. Eccleſiæ commoueret auctoritas. Hiſque atteſtationem auget, ratio habita, tum præcedentium, tum ſequentium præcedentium, quia conſtat cetum Apoſtolicum, qui diuum Petrum elegit propria Domini actione inſtitutum eſse, vnde ſumptum eſt principium eligendi Petri ſucceſſores, Cardinaleſque, & Epiſcopos inſtituendi, ea enim propria Domini actione inſinuatum eſt Eccleſiæ regimen, de quo liquet tam in d. cap. in nouo 21. diſtinct. quàm in cap. in illis 80. diſtinct. cùm plus ſit facto aliquid exprimere, quàm verbo l. ſi tamen ſine culpa ff. de ædilit. ædict. l. reprehendenda, ff. de inſtitut. & ſubſtitut. Sequentium verò ratio, qua veritas allegatorum canonum, ità illuſtratur, vt abſque eo, quòd ab Eccleſia eſsent canonizati omnimoda præſefertur veritas, & eſt ratio, quia poſt Domini Aſcenſionem, vſque in hodiernum diem perſeueret cætus eiuſdem ordinis Sacerdotum, qui Papæ aſſiſtunt, Papamque pariter eligunt, Papamque etiam ex eorum gremio aſſumunt, & vſque adeò ſingulis actibus antiquioribus Apoſtolis adæquantur, vt quæ præceſserunt in Apoſtolis, hodie declarata ſint in Papa, & Cardinalibus, ac Epiſcopis noſtri temporis argum. l. quoties C. fam. erciſc. l. ſi ſeruus plurium ff. de leg. 1. §. fin. & l. legatorum §. fin ff. de leg. 2. idque verum ſatiùs oſtenditur adhærentia tot Conciliorum, videlicet Stephani Papæ in præſenti c. oportebat, & Lateranenſis in cap. per venerabilem ext. qui fil. ſint legit. & Concilium Vienneſe Clem. ne Roman. de elect. ſed vt latiùs innoteſcat de præmiſſis, quæritur, quid ſit apochriphum, ad quod quæſitum eſt doctrina Cardin. de Turrecremat. in cap. primo, decimaſexta diſtinctione, numero quinto, vbi ait apochripha deriuari ab apo, quod eſt de, & creſis, quod eſt ſecretum, vnde liber dicitur apochriphus, ſiue ſecretus, vel occultus, cuius auctor ignoratur, quem palàm eſt ab Eccleſia non recipi, ſed prorsùs reprobari, niſi veritate nitatur, & iuxta gloſs. quam ibi refert Cardin. de Turrecremat. qui ſupra, vt apochripha ponuntur, ibi, videlicet, liber Sapientiæ, & qui dicitur Ieſu filij Nauhe, & Eccleſiaſticus, & Iudith, Thobiæ, & liber Machabæorum, qui tamen ab Eccleſia recipiuntur, etſi inter apochripha numerentur, quod repugnare videtur Eccleſiaſticis inſtitutis, cùm apochripha in Eccleſia recenſeri prohibeantur diſtinct. 16. per tot. ſuper quo articulo habetur diſtinctio Doctorum, quæ à recentioribus ponitur in cap. ſancta Romana, diſtinct. 15. Nàm vno modo apochriphum dicitur, quia operis editi auctor eſt dubius, vel ſecretus, vt eſt liber Iob, de cuius editione auctorem traditur eſſe Moyſem, vel ipſummet Iob, aut aliquem ex Prophetis, & tamen ab Eccleſia librum hunc receptum fuiſſe patet diui Auguſtini auctoritate in cap. ego ſolis, diſtin. 9. vbi ait: Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, quantaq; doctrina polleant, non ideò verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt; ſed mihi, quia per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorrent perſuadere potuerunt. Hactenùs ille.

Alio, & ſic ſecundo modo apochriphum dicitur, quod non reputatum eſt in canone ſanctorum librorum, vel confirmatum, nec inter libros legis Prophetarum, vel inter Hagiographos connumeratur, licèt nihil reprehenſibile in ſe contineat, vt eſt liber Machabæorum, Sapientiæ, Thobiæ, & Iudith, qui tamen ab Eccleſia ſunt recepti. cùm nihil, quod reprehenſibile ſit, in eiſdem deprehendatur.

Tertio, & vltimo modo, quędam alia apochriphorum ſpecies reperitur, quæ etſi eorum auctorum nominibus careant, vel ne, tamen ſunt improbata, & ſi non illo intuitu, quod neſciantur auctores, eo tamen, quia dubia habeatur veritas in illis contentarum editionum, vt eſt Abbatis Ioachim, & aliorum, qui in dicto cap. ſancta Romana Eccleſia, diſtinct. 15. commemorantur. Vndè non dicant impij ſacros Canones eſſe inter apochriphos, quia, vt præmiſſum eſt, quod ab Eccleſia approbatur, velut apochriphum non cenſetur, cùm à Spiritu ſancto regatur, nec vmquam à veritate fidei deſciuit, & errare nequit 24. quæſt. 1. cap. hæc eſt fides, cap. à recta, & cap. pudenda.

Neque his reſiſtit, quod peruersè aiunt, vt, quæ incerta ſunt auctore ſuſpecta cenſeantur, iuxtà illud Euangelicum, vt qui malè agit, odit lucem, Ioann. cap. 3. Facit text. in leg. cùm ipſe, C. de contrah. empt. quia, vt pręfertur, quæ fidei ſunt contraria, vel dubia, ſemper ab Eccleſia fuiſſe reiecta, conſtatque adeò, vt indè omnis prodeat veritas, & omne expellatur dubium, cap. palàm 11. diſtinct. & cap. quia ex ſola 24. quæſt. 1. cui ſemper Apoſtolica inſequi veſtigia placuit; patet enim in hoc Eccleſiam non ſecus, quàm ab Apoſtolo definiatur, ſtatuiſſe, adeò vt ſi quid ex apochriphis Eccleſia non expulerit, tamquam Apoſtolicæ doctrinæ non diſcrepans retinuiſſe videatur, innocentiæ, fidei, & veritati congruum, ita ab ipſo gentium ſummo Doctore Eccleſia commonetur, ad Philipp. cap. 4. ibi: De cætero fratres quæcumque ſunt vera, quęcumque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumq; bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.

Manifeſtiſſimis enim argumentis conuincitur, vt quod Eccleſia approbat non incertum, non fruſtaneum eſſe cenſendum, nàm quantæ molis Eccleſiæ auctoritas ſit, & indicium ipſe Dominus aſſerit, quando Matth. cap. 18. ait dic Eccleſiæ, & quàm enim peſſimi eſt exempli, nec numquam Hæreticum abhominabile vilipendere Eccleſiæ Maieſtatem, quam conſtat honoraſſe vniuerſorum Conditorem? ſummoque honore proſecutum: cuicumque, nemineque docente innoteſcit.

ARTICVLVS I.

Statuta Papæ non eſſe à Fidelibus negligenda.

CONſtat prætereà, quæ à diuo Petro, eiuſque ſucceſſoribus inſtituta ſunt, iuxtà quod in hoc canone diſpoſitum oſtenditur, æqua lance ſint ſeruandæ, veluti ab Apoſtolorum ipſomet Principe prouenientia, quod definitum habetur à beato Cyrillo in libro theſaurorum, vbi dixit, quod Rom. Pontifici omnes iure Diuino caput inclinant, & Primates Mundi tamquam ipſi Domino Ieſu Chriſto. Et deinceps ſubdit: Itaque fratres mei, ſi Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocem audiamus manete in Eccleſia Petri, non inflemur vento ſuperbiæ, ne fortè tortuoſus ſerpens propter noſtram contentionem nos deijciat, vt Euam olim de Paradiſo, vndè huic ſententiæ conueniens eſt, quod Dominus in lege ait antiquiori ſuper maioris Sacerdotis veneratione, Deuteron. cap.17. ibi: Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Deo tuo, decreto Iudicis morietur homo ille, & auferetur malum ex Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia, gloſs. ait, ibi: Ita dicit Chriſtus, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, qui Vicarios ſuos ſibi inſtituit, quibus ait: Qui vos audit, me audit, nam qui vos ſpernit, me ſpernit, Luc.cap.10.

Neque aduersùs præmiſſa Hęreticorum reſiſtunt oppoſita, quòd Petri ſucceſsorum decretales epiſtolæ non arctent, nec aliqua ab eis diſpoſita, exceptis Conciliorum decretis, quia ex præmiſſis ſatis patet, quanto detineamus errore, declaratur quoque virtute textus in cap. ſi decreta diſtin.20. ſumpto ex decretali Nicolai Papæ ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum,& ad Cæſarem Michaelem eius fautorem, quæ in 8. Synodo Conſtantinopolitana approbata fuit contra Photium, & ipſum Cæſarem, iuxtà quod ſumitur ex actione citatæ Synodi, cuius hæc recenſentur verba, ibi: Decretalia autem,quæ à ſanctis Pontificibus Sedis Romanæ Eccleſiæ ſunt inſtituta,cuius auctoritate,atque ſanctione omnes Synodi, & ſancta Concilia roborantur, & indè ſtabilitatem ſumunt, cur vos non habere, vel obſeruare dicitur, niſi quòd veſtræ ordinationi contradicunt.

Et infrà: Et ſi ea non haberis de incuria eſtis arguendi, ſi autem haberis, & non obſeruatis, de temeritate corripiendi, & increpandi.

Conſtat quoque ex actione ſextæ Synodi celebratæ aſſiſtentibus Legatis Apoſtolicis ſub Agathone Papa aliam ipſius decretalem, vbi inquit,ſcribens ad omnes Epiſcopos, ibi: Omnes Apoſtolicę Sedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tamquam ipſius Petri Diuina voce firmatæ.

Eſt etiam text. diui Auguſtini cap. in Canonicis diſtinct. 19. vbi inter canonicas ſanctiones connumerat epiſtolas Romanorum Pontificum: quare hæreſi conſtat labefactatos ſecus ſentientes.

Hanc hæreſim etiam condemnatam fuiſſe reperitur in Concilio Conſtantienſi, vnà cum eius auctore Ioanne Vvicleff, dogmatizante Clericos ex dementia operarum nauare ſtudio decretalium, vt ſtudio apochriphorum, aduersùs quod facit cap. decretales, & ibi Archidiac. diſtinct.20. vbi habetur, vt Decretales, & Conciliorum decreta æqua lance ſint executioni demandanda, quamvis Conciliorum inſtitutis Papæ reſcriptis, non aliàs derogatum intelligitur, niſi expreſſum fuerit, Archidiacon. in cap. 1. de reſcript. in 6. & not. in ſumm. diſt.3.

ARTICVLVS II.

Papæ à ſingulis Fidelibus eſt parendum.

IVre Diuino Papæ ab omnibus fore obediendum conſtat Deuteronom. cap. 17. & Luc. 11. vbi gloſs. vt in præcedenti artic. præmiſſum fuit. Item ad Hebr.cap.vlt. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. Habetur etiam ex præcepto Domini, Matth. cap.13. vbi de Cathedra, & ibi: Omnia quæcumque dixerint vobis, facite. Nàm qui Papæ obedire recuſat, eſt prorsùs ab Eccleſia ſeparatus.

Diuus Cyprianus in cap. ſcire debes 7. quæſt.1. Et diuus Hieronymus 24. quæſt. 1. cap. hæc eſt fides, & cap. ſchiſma, eadem cauſa, & quæſtione. Pœniſque, & cenſuris Eccleſiæ inobedientes, & rebelles huiuſmodi haud leuibus plectuntur, cap. non vos 23. quæſt. 5. vbi in Chalcedonenſi Concilio diſponitur, qui à communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluit vocanti Epiſcopo conſentire, & noluit eidem acquieſcere, & obedire, debet omnium damnari, nec vmquam,vel communionem mereri,nec accipere eum poſſe honorem. Hactenùs ibi.

Idem ſumitur in c. ſi inimicus in c. miratus in c. qui cathedram 94. diſt. nec Papæ vlla cauſa obedientia eſt deneganda, niſi ſuppoſito hæreſi, aut hæreticorum fauori inclinanti cap. Anaſtaſius 19. diſ. & cap. ſacerdotes 2. quæſt. 8. vbi dicitur Sacerdotes, & reliqui Eccleſiæ miniſtri, omneſque plebes Epiſcopos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam ſi Epiſcopi aliter (quod abſit) agant, niſi in fide catholica errauerint. Hactenus ibi. Magiſtralis enim Diui Petri auctoritas in Eccleſia naturali ratione omnes fideles hęc obedientiæ iura Petro, eiuſque ſucceſſoribus conuenire, ac debere oſtendit, ità indiſſerenter, vt nemo ſit ex Eccleſia excipiendus, quamuis ſublimitate præceteris elatus, vel gratia diuinorum præcipuus. Hoc præſeferunt Apoſtoli Pauli erga Petrum præſtita obſequia, qui cùm eſſet Domini proprio ore ad Apoſtolatus iura vocatus, in vaſque electionis aſſumptus,non ex hoc Petro Principatus iura diminuta recognouit, conſtat enim illum Petrum adiiſſe cap.1. ad Galat.ibi, Veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud

eum

eum 15. diebus, quæ ipſa mente voluens Diuus Hierouymus in Epiſtola ad Diuum Auguſtinum incipien. poſt tres epiſtolas ait. Tantæ Petrus auctoritatis fuit, vt Paulus epiſtola ſua ſcripſerit, deindè poſt tres annos veni Hieroſolimam videre Petrum, & manſi apud eum 15. diebus, & ruerſum in conſequentibus poſt annos 14. aſcendi iterum Hieroſolimam, cum Barnaba aſſumpto, & Tito, aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & expoſui eis Euangelium, quod inter gentes non habuiſſet ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri, & qui cum eo erant ſententia roboratum fuiſſet, ſtatimque ſequitur ſeorſum autem, hi, qui videbantur aliquid eſſe, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem, Hæc Diuus Hieronymus. Vnde quamuis eſſet Paulus ille, de quo ipſemet loquens ad Galat. cap. 1. ait Paulus Apoſtolus non ab hominibus, aut per homines, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitauit eum à mortuis. Hactenus ibi. Tamen non audebat, vt præfertur inconſulto Principe ſui Apoſtolatus ſibi diuinitus collati iura exercere, eiuſdem ſententiæ Diuum Hieronymum eſſe conſpicitur, in lib. 4. de Vir. Ill. c. 8. vbi de Petri Principatu ità pronunciauit, ibi. Marcus diſcipulus, & interpres Petri iuxtà quod Petrum audierat referentem, rogatus Romæ à fratribus breue ſcripſit Euangelium, quod cùm Petrus legiſſet, approbauit, & Eccleſijs legendum ſua auctoritate tradidit. Hactenus ille. Patet idem ſenſiſſe Diuum Auguſtinum in epiſtola ad Glorium, & Eleuſium, vbi ait, in Romana Eccleſia ſemper Viguiſſe Apoſtolicæ cathedræ Principatum, idem inquit qu. 79. nou. & vet. teſtam. ibi, Quod ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ità, & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur; De hoc magiſterij iure, quo Romana pollet Eccleſia, Diuus Cyprianus in lib. de Simplicitate prælatorum ait de Eccleſia verba faciens, ibi, Voluit eſſe columnam, & firmamentum veritatis, vt de illius non dubiremus doctrina, quæ tamquam magiſtra, cuſtos, & interpres veritatis fidem, atque auctoritatem obtinuit inuiolabilem; præterea fundatam eſſe ſuprà firmam Petram, vt certi eſſemus eam inuiolabilem, inconcuſſamque ſtare, atque inferorum etiam portis inexpugnabilem præualere, Matth. cap. 16. Non tamen hæc immunia ab impiorum impugnationibus habentur, quamuis tum lege veteri: tum Euangelica, ac Patrum illius teſtimonio roborentur. Vndè inſurgunt primò.

Aiunt enim, quòd poteſtas immediata magis influit, quam mediata, ſed poteſtas inferior magis immediata eſt, quam ſuperior, ergo ſequitur, quòd magis, Epiſcopo, tamquam in poteſtate Papæ inferiori, ſit obediendum, quàm Papæ, attenta etiam medietatis ratione.

Reſpon. Quòd hac ratione nulla inducitur difficultas, quia cùm Papæ poteſtas à Deo immediatè proueniat, eſt potentioris virtutis, & immediata magis, quàm mediata erga ſingulos fideles, quàm ſit poteſtas Epiſcopi, uel Abbatis erga Monachos, cap. per principalem 9. quæſt. vlt. cap. quamuis 22. diſt. vbi inducitur ratio præmiſſa; ibi, quia Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutionibus cæteris prælata eſt Eccleſijs, ſed euangelica Domini voce, & Saluatoris ſui primatum obtinuit.

Item ſecundò aiunt, quòd obedientia debetur ei præcipienti, qui errare non poteſt, ſed Papa cùm errare queat non eſſe ei neceſſariò obediendum conſtat, Papamque errare poſſe colligitur capitulo ſi Papa 40. diſt. ergo. Reſpon. Nihil hæc vrget ratio, quia ſi licita iubeat, obedientia debetur, ſi autem illicita non debetur, cap. non ſemper 11. q. 3. vbi Diuus Auguſtinus ait non ſemper nefas eſſe ſuperiori obedientiam recuſare, vt etiam habetur, in cap. qui reſiſtit 11. quæſt. 3. patet enim vltra illicita, vt præfertur, obediendum etiam non fore, quando alicuius ſuperioris viget præceptum, & prædominantis aliud ſuperueniat, vt potius prædominantis, quàm inferioris præcipientis, ſit iuſſibus parendum, ità ait gloſ. ad Rom. c. 13. cuius hæc ſunt verba ad textum, qui reſiſtit poteſtati, ibi. Sed quid ſi ille iubeat, quod non debet facere, hic contemne poteſtatem, ipſos humanarum legum gradus aduerte, ſi aliquid iuſſerit curator, ſi tamen contra proconſul iubeat, non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire, nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælatus eſt. Rurſus ſi aliquid proconſul iubeat, & aliud Imperator numquam dubitatur, illo contempto, iſti eſſe ſeruiendum.

Ergo ſi aliud Imperator, aliud Deus iubeat, quid iudicatis, maior poteſtat Deus, illo contempto, obediendum eſt Deo cap. ſi Dominus iubet, & in cap. Iulianus, el 2. 11. quæſt. 3. & Act. cap. 5. ibi Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Vndè Papa præcipiens præter voluntatem diuinam potiùs contemptibilis, quàm Papa cenſeretur, & ead. quæſt. cap. ſi is, qui præter voluntatem Dei, vel præter quod in ſacris literis euidenter præcipitur, vel dicit, vel aliud vobis imperat, tamquam falſus teſtis, aut ſacrilegus habeatur. Hactenus ibi. Vt obedire recuſare poteſt etiam, qui iubetur aliquid exequi, in quo præcipienti non ſubijcitur, conſtat, vt in his, quibus à natura ſunt inſtituta hominem homini obedire, obnoxium non eſſe. Vndè filij parentibus, vel ſerui Dominis iubentibus ſubſtentationem corporis non exercere, obedire non tenentur, quia in his ſubditi non ſunt.

Tertiò alla ratione reſiſtitur, quia aiunt, quòd qui obligatus alicui parere, debet voluntatem iubentis habere, tamqua ſuæ actionis regulam, ſed cùm ſolius Dei voluntas, quæ ſemper eſt recta, ſit regula humanæ actionis, ergo magis tenetur obedire, ſoli Deo, quæ ratio nil reſiſtit, nam licèt diuina voluntas ſit prima regula, qua omnes rationales voluntates regulari debent, attamen dantur aliæ regulæ ſecundariæ, iuxta quod ſunt cauſæ ſecundariæ mouentes inferiora, & ità iubentis voluntas poteſt eſſe ſecunda regula voluntatis obedientis, cuiuſmodi, eſt illa voluntas, quæ in fidelibus requiritur ab Apoſtolo, quando ait ad Heb. cap. vlt. ibi Obedite præpoſitis veſtris; & ſubiacete illis. Quæ quidem regulatur, vt præfertur iuxtà gradum præcipientium, vnde ſequitur, ex quo voluntas Papæ inter homines ſingulis præemi-

neat, vt regula poſt diuinam eminentior obſeruari, & attendi debeat.

Quartò, & vltimò opponitur, quòd veteris legis ſacerdotium fuit figura ſacerdotij ab Euangelio inſtituti, ſed ſacerdotium vetus ſubijciebatur Regię dignitati, ità de ſacerdotio Euangelico ſit dicendum adeo quod magis Regi, quàm ſacerdoti ſit obediendum. Quod ob imperitiam eſt dictum, quia ratio non procedit, cùm ſacerdotium vetus non queat adæquari recenti Euangelico, quia, vt liquet in veteri teſtamento, hominibus carnaliter viuentibus permiſit Deus regem præeſse, vt ſacerdotis ſuperiorem, propterea apud veteres illis dicitur ſignanter regnum ſacerdotale, cùm ſacerdotium à regno penderet, ſed in nouo Teſtamento, vbi ſpiritualia carnalibus præferuntur, ſacerdotijque iura ſunt immutata, vndè non amplius regnum ſacerdotale eſt dictum, ſed regale ſacerdotium ideſt Petri cap. 2. quod ideo eſt, quia in lege noua, principalius eſt ſacerdotium, quàm ſit regnum, & ità Diuus Thomas declarat in tract. de rege, ad Reg. Sic. in princ. cap. 15. vbi concluditur. Sic competijſſe ad ſtatum gratiæ, ex quibus firma redditur concluſio, vt nullus fidelium cuiuſuis conditionis obedientiam Papæ impunè recuſare queat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vos ritè eſt diuerſimodi ſenſus.

MOdò ſumitur textus, ibi ritè ordinaretur; nam iſta dictio ritè, auctore Cicerone, idem importat, quod dictio, benè, vt per eum cap. 2. de finibus ibi. quæ ritè appellari poteſt ſapientia. Quamuis inter Scribentes hæc dictio referatur, differre ab illa dictione rectè, quia multoties, à Iurecon ſultis indifferenter ſumantur Alciato ità ſentiente in l. hæc verba ff. de verb. ſignific. vt videre eſt in l. in ſumma §. 1. ff. de re iud. gloſ. in l. non putauit §. non quæritur, ff. de bon. poſſ. cont. tab. & lib. 3. de lib. & poſt l. Imperatores in fin. ff. de decur. l. ſi quando s. C. de bon. vac. lib. 10. l. 2. C. de interdict. matr. l. penult. §. ſin autem Iudex C. de reb. cred. Attamen quod ſcribentes aiunt differentiam, exiſtere præfertur, vt etiam ſenſit gloſ. in l. hoc colore ff. de inoff. teſt. & l. ſed ſi lege §. ſcire ff. de pet. hær. Bar. & Doct. in l. lecta ff. ſi cer. pet. nam virtute legis l. obſeruare ff. de off. proconſ. & leg. ibi. Rectè autem, & ordine faciet, nam ſi commiſſionis virtute de aliquo fiat captura, inſpicitur commiſſionis tenor, nam ſi rectè fieri committatur, ſentiunt ſcribentes referri, ad illud, an iuxtà capiendi ſubſit cauſa, ſed ſi ritè fuerit reſcriptum, tunc referri ad ſolemnitatem, vbi inquirendum eſt, an die feriata, vel præcedente informatione, vel alia requiſita ſolemnitas ſeruata fuerit, quod diſcrimen Alciatus confutat in d. l. hæc verba, per iura in contrarium ſuperiùs deducta, quaſi, quod iuſtè, vel benè idem intelligantur, idem referre Iaſ. in d. l. lecta, & in l. s. not. ff. de no. oper. nunt. virtute eius, quod ſenſit gloſſ. in §. exhæredatos in verb. iuſtè, in Authen. de hæred. & fal. collat.

8. Sed quod rectè differat ab iſta dictione ritè præſeferunt ſcribentes præſertim Bartol. in l. ſecunda, vbi gloſſ. in ver. rectè ff. de inoffic. teſtamen. & in dicta l. lecta ff. ſi certum petatur & in l. non putauit. §. non quæ vis ff. de bonorum poſſeſ. cont. tabul. & in l. 3. ff. de liber. & poſthum. & in l. iuſtè poſſidet ff. de acquiren. poſſeſ. Aret. in dicta l. iuſtè poſſidet, & in dicta l. quamuis, §. infans, & in dicta l. lecta, & l. ſi remunerandi cauſa ff. man. quibus in locis demonſtratur dictionem illam rectè, rei, vel cauſæ iuſtitiam referre, eiuſque ſenſum differre à rite, cuius eſt importare ſolemnitatem iuxtà Bartol. in dicta l. lecta colum. 4 & ibi Doct. Alexan. in l. ſecunda ff. de inoffic. teſtamen. Cardin. Zabarel. in Clemene. Teſtibus, in principio de teſtibus, vbi ait, quid non ritè geſtum intelligi, quando conſtat parte non citata, vel ſine iuramento, vel ſi perſona alias ſit inhabilis, cui adhæret Alexan. in dicta l. iuſtè poſſidet. de acquiren. poſſeſ. Solemne autem iuxtà Ciceronem demonſtrat. ad Act. lib. 7. ibi, Noſtrum illud ſolemne ſeruemus. Eſſe videtur accipiendum, illud, quod eſt ſolitum, receptumvè, aut conſuetum. Vndè Suet. de Auguſ. ait. Gladiatores promiſcuè ſpectari ſolemne olim erat. Sed quatenus hoc in loco attinet ſolemnitas illa inter futura videtur, aut requirenda, quæ eſt, quia præcipuum requiritur vltra conſenſum, & quicquid adijcitur formæ iuris gentium, & ità elegauter in huiuſmodi ſenſu ſolemnitatem deſcripſit Bald. in l. vt epiſtola ad fin. verſic. vlt. quæro C. de fideicommiſſ. Vndè ſequitur, quod ex huiuſmodi dictione ſolemnitatem referenti Diuus Apoſtolorum Princeps ita decernens, eius fuerit ſententiæ, vt, quæ in Eccleſia diſponuntur, ità ſolerti fiant ſtudio, ne vitio ſubiaceant alicui, nec quilibet conſenſus ſufficeret, ſed qui ſolemniter exhibeteretur, vt nullis falſitatibus, aut tergiuerſationibus ſit locus, nec de ſolemnitate intrinſeca tantùm, intelligi voluerit, quæ præſumitur, ſed ſolemnitas extrinſeca, quæ eius eſt naturæ, vt non præſumatur not. in lege ſciendum, & ibi Bart. in s. oppoſit. ff. de verborum obligationibus, & in l. 1. C. de contr. empt. licèt tẽporis diuturnitate prẹſumatur Decius conſilio 252. quamuis in hoc caſu ſecus cenſendum contingat, ex quo à iure ſit forma tradita, prout hic decernitur cap. ſacro ext. de ſent. excommun. cap. ſicut ext. de re iudic. Innocen. in cap. innotuit, in verb. de ſolemnitatibus autem de eo, qui fur. ord. ſuſcep. Alexand. in l. ſciendum in 3. colum. ff. de verbor. obligat. præmiſſiſque non reſiſtit, quod verba hæc ſint enunciatiua, adeò quod nihil diſponunt, gloſſ. in l. prima C. quand. non peten. part. Ioan. Andr. in capitulo, inter dilectos extrà de præben. præſertim in legibus, vel ſtatutis, quia fallit in Principe, quia Synodus iſta in qua decretum hoc eſt promulgatum repræſentat vniuerſalem Eccleſiam, cui totius Orbis Principes ſunt ſubiecti, vt ſuprà in verb. Domina oſtenditur, facit text. in Clementina e. vbi gloſſ. in ver. narrauimus de probat. not. in l. epiſtola ff. de pact. Bartol. in l. prima §. cum vrbem ff. de offic. præfec. vrb. in princip. Deci. conſilio 152. column. penult. ibi, De verbis aſſertiuis Papæ ſicut etiam diſponunt in ſententia, quando per modum

cau-

Digitized by Google

cauſæ finalis pronnnciatur. Vndè præter, id quod diſponunc, vt præfertur inconuincibiliter etiam probant contrà impios, vt hic de Diui Petri, & ſucceſſorum Principatu Dec. in conſilio 352.colum.penult.Iaſ. in lege cum aliquis C.de iur. delib. & prædicta tantò magis procedere videntur, ex quo, quæ enunciantur dant robur, & virtutem ſimul iuribus, quæ in hoc decreto pronunciantur, vt à ſimili refert Iaſ. in l. his verbis limit.8. C. de reſtam.milic. Dec. conſ. 178. nu.5. & in conſil. 539.num.6. Soc.conſ.68.num.7. lib. 4. quibus conſonant verb.Bart.in l. ex hac column.2. ff. de donat.& Alex.conſ.127.Pariſ. conſ.73.lib. 1. licèt in futuris ſecus de iure diſponatur l. Iulianus 5.ex his ff. de leg.3. Cur. Iun. in conſil.24. & conſil.95. num. 1.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ordinare Verbum ad diuerſa referri.

SEquitur ibi, ordinaretur, cuius verbi ſenſum proprium hoc in loco videtur eundem eſſe, quem Tulliũ poſuiſſe conſtar in lib.de inuent.ibi, ordinate Romanę Reipublicæ ſtatum, non enim Diuo Apoſtolorum Principi ignotum fuerat Eccleſiam militantem ſibi à Domino commiſſam exemplatam fuiſſe Eccleſiæ triumphanti cap.Eccleſia de conſecr. diſt. 4. Clem. ad noſtram de hæret. ideò ſummopere inuigilaſſe conſtat, vt inſtar illius cœleſtis Imperij militans Eccleſia vnius cura regentis conſiſteret, vt cęleſtem illam à ſummo opifice Deo erectam imitaretur, propterea ſicut Angelorum diſtinctos ordines eſſe reperitur, in Angeliſque reperiri Archangelos, Dominationes, & Poteſtates iuxtà text. ad literam in cap.ad hoc 89. diſt. ità in vniuerſali Eccleſia vnus eſſet rector, & gubernator, atque vt ait Bald.in cap.Eccleſia colum.ſecunda, vt lit.penden. eſſet vnus ſummus omnium Pater, & Dominus, qui eſt Vicarius Ieſu Chriſti, cauſæ cauſarum, & Domini Dominantium, hæc eſſe vera demonſtratur quoque cap.1.21.diſt.adeo vt diuini iuris inſtituto huiuſmodi vnitatis iura ſint introtroducta, quandoquidem in antiqua lege conſtat ſanctum Moyſem vnum ſummum Paſtorem Aaron inſtituiſſe, à quo ſacerdotes minores inſtituerentur, ſicuti Dominum in lege recentiori pater inſtituiſſe Petrum in Summum Paſtorem, & Apoſtolos ad Epiſcopale munus obeundum decerneret, & ſeptuaginta duos Diſcipulos, vt minores ſacerdotes ad animarum gerendam curam eſſent partes ſuſcepturi, vt latiùs refertur per Felin. in cap.1.column.2.ex. de conſtit. & Lud.Gomeſ. in cap.1.de conſtit.lib.6.plenè namque ex hoc teſt.colligitur Diuum Petrum, eiuſque ſucceſſores Eccleſiæ vniuerſali, ità ſuis inſtitutis conſuluiſſe, quòd rectè ordinaretur, quod verbum non refertur ſolùm ad Pontificatum ordinandum, quia ibi, vt ſic procedendum in textu exprimitur, ſed ad graduum Eccleſiaſticorum diſtinctiones ad effectum illum, vt confuſio nulla eſſet, veluti ſecus euenturum timendum fuerat, ſi abſque diſtinctis gradibus, Eccleſia regeretur, ideo ordinatè proceſſit haud ignorans, quòd à Deo prouenientia non ſunt confuſa ad Rom.cap.13.ideo de Eccleſia eſt dictum Cant.cap.4.quòd ſit vt caſtrorum acies ordinata, de quo ordine in Eccleſia exiſtenti eleganter admodum refert Diuus Gregorius in cap.ad hoc 89. diſt. ibi. Ad hoc diſpenſationis diuiſio gradus diuerſos, & ordines conſtat eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores exhiberent prioribus, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contexta, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum, nec enim vniuerſitas alia poterit ratione conſiſtere, niſi huiuſmodi eam magnus differentiæ ordo ſeruaret. Hactenùs ille. Inde Diuum Thom. in 4.dixiſſe liquet, ibi. Deus enim ità opera ſua in ſui ſimilitudinem producere volui, vt perfecta eſſent, & per ea cognoſci poſſent, & ideo in ſuis operibus repræſentaretur, non ſolùm ſecundùm, quod in ſe eſt, ſed etiam ſecundùm, quod alijs influit, & iſtorum ratio innoteſcit, quia vt præfertur Eccleſia hæc militans triumphanti Eccleſiæ exemplatur iuxtà illud Exodi capitulo 20. vt ibi inſpice, & fac ſecundùm exemplar tibi monſtratum in monte. Cœleſtium eſſe partem ordinem patet Iob capit.38. ibi, Numquid noſti ordinem Cœli, & rationem eius pones in terra, vbi gloſſ. Diui Gregorij, ait. Ordo, quidem cœli in terra ponitur, hoc eſt, in militante Eccleſia, cùm a triumphantis exemplari militans diſponatur, & formetur, ſed in triumphanti Eccleſia eſt ordo, quo quidam Angeli ſunt aliis poteſtate maiores, & dignitate, & habent eis influere diuinas illuminationes, ergo ſimiliter in Eccleſia militanti talis ordo, ſiue gradus ſuperioritatis datur, quo quidam aliis habeant diuina miniſtrare. Horum gradum, qualitatem ſatis expreſſam in veteri lege habetur, Ezech.c. 40. ibi: Sic enim octo gradibus aſcenditur ad Deitatis templum, & culturam, vt eſt de Papatu, ſiue Patriarchatu, Primatu, Archiepiſcopatu, eſt regimen Abbatum, Præpoſitura, Decanatus, parochialium cura. Vndè Pſal.47. ait ibi. Diſtribuite gradus eius, vt enarretis in progenie altera, & ità refert Card.de Turrecremat.de mente Albert. Mag. in ſum. de Eccleſia lib. 1. cap.2.

ARTICVLVS II.

Ordinem Eccleſiæ ad complura ſe referre.

AD quem ſenſum illud verbum ordinaretur, hoc in loco ſumi debeat, cùm iſta pars textus diuerſa ab vltima parte reperiatur, vbi de Papæ electione diſponitur, quod manifeſtè patet ex illa coniunctione, &, cuius eſt, diuerſa coniungere in rub. ff. de iur. & fa. ign. liquet enim ius, & factum eſſe diuerſa, l. ſi duo, C. per quas perſ. nob. acq. & ſi alias inter non diuerſa poſita exponatur declaratiuè, vt per gl.in l.1. C. d. ſer. & acq. probat tex. in c. Monaſteria ex. de vit. & hon. cler. ibi: excommunicatio.

ni ſubdantur, & à cœtu fidelium fianr penitùs alieni; nam ordinare, eſt rectè diſponere, vel ordinatè conſtituere, l. inter cætera, ff. de lib. & poſt. ibi: inter cætera, quàm ordinanda teſtamenta deſiderantur, & l. Caius, ff. de pig. act. ibi cum ſuprema ſua ordinaret, l. videamus, ff. de ædil. edict. ordinare etiam ſumitur pro eo, quod eſt ad honorem promouere Budeo teſte in annor. ad pand. l. generaliter, ff. de decur. ſed huic adhæſiſſe videmus Arch. in c. decreuimus 10. q. 1. vbi ait, quod ordo propriè dicitur cùm diuerſarum rerum vnaquæque proprium tenet locum, & quod etiam ordo ſumitur pro gradu, quibus ità expoſitis huius decreti virtute eſſe colligendum patet complures canones, quibus de Petri cura ſuper vniuerſalis Eccleſiæ regimine, tàm in concernentibus Papæ electionem, quàm Patriarchatum, vel Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſanctionem ab ipſo Apoſtolorum Principe prodijſſe, vt eſt enarratio D. Clementis in c. in illis 30. diſt. & c. in nouo 21. diſt. & c. ſacroſancta 22. diſt. Eſt etiam magna ratio verborum ritè ordinaretur, quam quidem geminatam vocem habentia ampliare eorum determinationem, ſeu effectum patet, l. baliſta, ff. ad Treb. Bal. in l. fructus, C. de act. emp. vndè Alciat. dixit in l. 1. & 2. de ver. ſig. hanc ampliationem reſtrictionem fieri non pati, quæ iura ab ipſorum impiorum dogmate inter apocripha cõnumerantur, licèt falsò, & ob eorum imperitiam cùm approbata in plenis Concilijs inter incerta, & apocripha nequeant computari, quod manifeſtè conuincitur, vt ſuprà declaratum fuit in verbo inſtitutum, 5. art. Vndè Petri electionem proceſſiſſe iuxtà dicti textus tenorem in d. c. in nouo ſupra citat. & d. c. ſacroſancta, non eſt cur dubitare contingat, etiam argui poteſt hoc præſenti decreto, vbi electio habenda demonſtratur à Cardinalibus, & ex Cardinalium gremio ad formam ab Apoſtolis traditam, vt in dictis iuribus imitandam. Huius autem Concilij virtute tantùm veritatis prædicta iura, vt preferrur de Petri geſtis, electioneque ſucceſſorum, & Cardinalium facultate ſibi vendicarunt, vt ora ſingulorum ſecus definientium pœnitùs ſit obſtructa naturalis rationis adminiculo, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de lega. 2. Eſt autem ratio hæc, vt ſi ſolo conſcribenti puta hiſtoriam aliquam, ſit fides adhibenda iuxtà relata per Bart. in l. Gallus, §. fin. de lib. & poſt. qui de facili magis errori ſubijcitur, quàm ſi à compluribus conſcriberetur, c. de quibus 20. diſt. & c. prudentiam reſp. ex. de off. delegat. ſequitur ergo, ratione præmiſſa, vt hoc decretum in Concilio à Patrum multitudine promulgatum, maioris atteſtationis iura retineat, quia hiſtoria ſolius, vel vnici auctoris iudicio edita inueniretur.

Vndè Polit. in Miſcel. ait, Numiſmata Senatuſconſulto iuſta probationem, varioremque arguere hiſtoriam eadem præmiſſa ratione, quàm hiſtorias, quaſcumque à ſingulari auctore exaratas, cùm difficiliùs errandi cauſæ ſupponeretur ſenatum tot hominum ſententijs conſiſtens, quàm vnius hiſtoriam ſingulari iudicio conſcribens argum. l. fin. C. de fideicom. l. 3. C. de ingen. & etiam certiora Papæ electionis ſunt iura, retento, quòd ſi Petrus pro electione Apoſtoli Matthiæ conſimilis electionis ritum ſequeretur, Act. cap. 2. ſatiùs inuigilauerit ad formam huiuſmodi Principem eligendi totius Eccleſię arg. l. 1. ff. de carb. ædic. Vndè nephas eſſe hodie contra canones huiuſmodi de apochriphorum vitio excipere patet, quandoquidem, & ab hoc Stephani Papæ Concilio, & à magno Lateranenſi, c. per venerabilem ext. qui filii ſint legit. & à Concilio Viennenſi clem. ne Romani de elect. recenſeantur diſpoſita in d. c. in nouo, & c. in illis, & c. ſacroſancta, & aliis ſupra citatis, adeò vt ità oppoſita nullatenus reſiſtere præſeferatur. Secundò reſiſtitur ſumpta cauſa ex huius decreti enarratione, vbi explicatur Diuum Petrum, eiuſque ſucceſſores inſtituiſſe, vt Eccleſia ritè ordinaretur, an huiuſmodi ordo referatur ad ſolam Petri ſucceſſorum electionem, vel modò ad vniuerſum Eccleſiæ regimen, adeò vt illa verba præcedentia referantur ad ordinem ibi expreſſum de electione Papæ à Cardinalibus celebranda, & non ad alios ordines, vt creandi Patriarchas, & alios inferiores Eccleſiæ Prælatos, vt in proximo præcedenti articulo, & ſic vt coniunctio illa, &, intelligenda ſit, ſtare magis declaratiuè, quàm copulatiuè, c. monaſt. de vita, & honeſt. cler. ibi ſatiùs eſt relatum, ſed quod verba præcedentia ſint referenda ad ordinem ab Apoſtolorum Principe ſeruatum, circa Patriarcharum, & aliorum Prælatorum ſedium ſituationem poteſt rationabiliter intelligi, quia cùm Petrus eſſet Vrbis, & Orbis Epiſcopus, non videtur præſumi poſſe, vt ſoli Romanæ Eccleſiæ voluiſſet conſultum fore, quoad ſucceſſores ſuos, ſed ſingulis prorsùs Eccleſijs ſibi ſubiectis, iuxtà quod à D. Clemente habetur atteſtatio, c. in illis 80. diſt. & ab Anacleto in c. in nouo 21. diſt. & c. in nomine Domini 23. diſt. vbi traditur ab Apoſtoli formam traditam in electione Petri eſſe ſeruandam, & pariter imitandam in electione aliorum minorum ex ordine Epiſcopali. Eccleſiæque ordinem diuinitùs inſtitutum complura demonſtrant, vt Exodi habetur, c. 18. vbi Centuriones quinquagenarios decanos Moyſi præcipitur inſtituere tribunos, quorum loco conſtat Diuum Petrum inſtituiſſe Patriarchas loco tribunorum, Archiepiſcopos loco Centurionum, Epiſcopos loco quinquagenariorum Decanorum, aut loco curatores inſtituit, c. in illis 80. diſt. & Iſai. 2. c. 54. ibi ſterna per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris, propterea inquit Apoſtolos ad Romanos, c. 13. eſſe ordinata, quæ à Deo geruntur. Ordinem autem eſſe intelligitur, quod parium, & diſparium rerum ſua loca cuique tribuit Card. de Turrecrem. in c. Cleros, 1. diſt. Quare datur exemplum à D. Dionyſ. lib. cæleſt. hier. c. 10. ad Eccleſiam triumphantem, ſicuti etiam ſumitur in c. ad hoc 89. diſt. & fuit editio D. Gregor. vbi dicitur, quia verò quęcumque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non poteſt cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit, quia dum ſunt Angeli, & Archangeli liquet, quod non ſunt æquales in poteſtate, & ordine ſicut naturali, l. erunt alterum ab altero hæc ibi, vndè Bud. ad pand. ait, eſt autem ordi-

Digitized by Google

ordinare aliquem ad bonorem, & magiſtratum promouere hoc eſt, vt Cicero loquitur ornare, honoribuſque angere, & infrà eſt enim ordinare, quaſi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem promouere, & ex his videtur colligi D. Petrum magiſtratus totius Orbis, vt ſunt Patriarchæ, ſeù Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos Regnis, Prouincijs, & Vrbibus inſtituiſse, cùm proprios Eccleſiæ magiſtratus eſſe eos liqueat. Ratione ſuprad. ab huius vocabuli ethimologia, vt magiſter dicatur, quaſi maioris ſtatus, vel ſtationis Card. de Turrect. in c. ius publicum 2. diſt. n. 7. cum reſpectu ſimplicium Sacerdotum, & Curatorum, & etiam ipſorummet ex Epiſcopali ordine, vt patet alter altero maioris ſtatus eſse reperiatur; Patriarchas enim quinque conſtat eſse totius Orbis Papa connumerato eius in Petro primam fuiſse inſtitutionem à Domino palàm eſt, deinceps cæteros quatuor principales, c. renouantes definimus 22. diſt. & ext. de priuil. c. antiqua. Patriarchis ſubſunt tàm Archiepiſcopi, quàm illorum ſuffraganei, & ſicut ipſis Archiepiſcopis ſubſunt Epiſcopi, c. Paſtor. de off. ordin. Panor. in c. antiqua, ext. de priuil. ſuntque Patriarchæ ordinarij Archiepiſcoporum, ſicut Archiepiſcopi, Epiſcoporum Panor. in d. c. antiqua, inter quos quidem Patriarchas ſolos Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum conſtat deponendi Epiſcopos ſui Patriarchatus facultatem habuiſſe, ſpec. in tit. de diſpen. §. ſunt, & §. nam breuiter, quibus Diui Petri iuſſu ſtatutas fuiſſe ſedes atteſtatur D. Clemens, c. in illis, huius textus diſpoſitionem confirmat Pet. Can. ibi paſcite eum, qui in vobis eſt gregem, &c. Vrbes 80. diſt. &c. Prouincias 99. diſt. & ex quibus maiores Prælati tenentur recipere pallium in ſignum ſubiectionis ab Apoſtolica Sede Card. de Turrect. in c. Epiſcopos diſt. c. vbi declaratur de forma ipſius pallii, & effectibus, ac ſignificatu, & quomodo peti debeat, necnon compluta ad illud attinentia, recenſentur, & ità decuit ad Eccleſiæ ornatum, quæ vt caſtrorum acies canitur ordinata. Cant. c. 6. cum Diuo Petro diuinitus iuſtructum, baud ignotum foret, non modicum reprehenſionis poſſe in Eccleſia inſurgere, ſi abſque Duce, vel Rectore populi fideles regerentur, vt reg. c. vlt. dicitur, ibi: vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues non habentes Paſtorem, quandoquidem Eccleſia militante incorruptibili ſtatu conſtituta ſciret, quare regentium, ac miniſtrantium ordinem inſtituiſſe, vt ab hoc canone Diuum Petrum geſſiſſe refertur, quia ſic neceſſariò oportuerat, propterea D. Thomas in 4. diſt. 24. refere ordinum multitudinem in Eccleſiam neceſſariam fuiſse propter tria, primò ob Dei ſapientiam, quæ in inſtitutione ordinata magis reſplendet, tàm in naturalibus, quàm ſpiritualibus, quod in eo ſignificatur, quod Regina Sabba videns ordinem miniſtrantium Salomoni non habebat vltra ſpiritum, deficienſque in admiratione ſapientiæ ipſius. Secundò, vt huiuſmodi ordinum multitudine humanæ infirmitati ſit conſultum, cùm vnus ſolummodo non poſſet per ſeipſum præeſſe ſingulis neceſsitatibus. Vndè conſtat, vt refertur in c. per venerabilem ext. qui ſunt legit. Moyſen ſacerdotes læuitici generis, & vt præferent etiam tribunos, & reliquos in ſuffragium ſui regiminis inſtituiſſe. Tertiò, vt amplior faciliorque via hominibus proficiendi exhiberetur, dum plures diuerſis officiis adſcribuntur, & omnes ſunt Dei cooperatores, quo nihil eſt diuiniùs, & ità patet, quàm fuerit neceſſarium Apoſtolorum Principem vniuerſalem Eccleſiam ſuam, eo pacto ordinare, quem ordinem in magiſtratibus præmiſſis Patriarcharum, vel primatum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum præſetulit, c. in illis, & c. Vrbes 80. diſtinct. non ſecùs, quàm Principis eſſet reperitur, cùm ad ſolum Principem magiſtratus decernere pertineat, l. vnic. ff. ad l. Iul. de ambitu, & præmiſſam formam ordinis huiuſmodi diuinitùs inſtitutam eſſe, Diuus Bernardus ad Eugenium III. præſeferre videtur in libro de conſid. ibi non vilem reputes hanc formam, quæ in terris eſt, formam habet in cœlo vidit hæc, qui dixit, vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem, & c. ſicut enim, vbi Seraphim, & Cherubim, & cæteri ordines ſub vno capite Deo, ità hic Patriarchæ, & Archiepiſcopi, & reliqui ſub vno Pontifice ſummo, quod non eſt paruipendendum, quod Deum habet auctorem, & quod de cœlo ſumpſit originem, hactenus ille; propterea Diuus Clemens ad confirmationem prædictorum 13. Epiſtola dixit Diuum Petrum non ſolùm Apoſtolorum Principem, ſed etiam ordinatorem, ideſt, conſecratorem fuiſſe.

Vlteriùs alia pariter ratione verba de ordine in hoc textu tradita ad Epiſcoporum inſtitutionem reſpicere conſtat, ſtatuentia de capite vniuerſalis Eccleſiæ, ne Petro mortuo, non tradita forma ſuos eligendi ſucceſſores Eccleſiæ vnitatis iura diſſiparentur Patriarchis, & Epiſcopis iàm inſtitutis capite, vel Principe eis non exhibito, ſaltem per eligendi methodum, ſuper quo verba Domini vnius ouilis, ac vnici paſtoris vera redduntur Io. c. 10. ibi. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor, quod quidem ouile paſtorem vnicum illum non includit, etſi alios paſtores particularium Eccleſiarum contineat, ſed eſt à paſtore ſegregatum, vt ſummus ille motor præeſt illi triumphanti, c. adhoc 89. diſt. cui vnico paſtori patet collatam cęlitus auctoritatem, non autem à generalibus ſynodis, vel à ſuis ſucceſſoribus, à quibus ad cæteros Epiſcopos pontificia facultas deriuatur, cap. quamuis 21. diſt. Vndè textus iſte iure optimo ait oportebat, vt ad culmen Apoſtolicum regendum ex Cardinalibus, aliquis deputaretur, ne ſecùs permanens Eccleſia in fruſta conſciſſa videretur, quod eatenus eſt improbatum, vt qui ſenſerit Concilium in Eccleſiæ adminiſtratione eſſe caput, vt Papa, in hæreſim lapſus videatur, c. loquitur, §. fin. 24. q. 1. c. 2. 22. diſt. Iſta autem ſic deducta ſunt, Eccleſiæ traditiones, tum in hoc decreto relatæ, cùm etiam ab Eccleſiæ ſurgentis exordio, vſque ad huius Concilij tempora actuali ſerie perſeuerantes à ſuæ veritatis vberrimo fonte, & non riuulis ſumptę adeò, vt colligatam ſolam illarum auctoritatem ſufficere non hæſitetur, quam Eccleſię traditionem à Paulo vnico verbo deſignatur, quanti magnifieri oporteat, ideſt ad Theſſ. c. 2. ibi. Tenete traditiones, quas

didi-

Digitized by Google

didiciſtis ſiue per ſermonem; ſiue per epiſtolam noſtram, cuius ſententiæ. 2. Nicænum Concilium adſtipulatur contra iconomicos, ibi: oportet nos ecelefiaſticas traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuerudine rerentas in Eccleſia vnanimiter, & inuiolabiliter obſeruare; quibus ità examinatis conuincirur huius decreti textum comprobare, irà Diuum Petrum eiuſque ſucceſſores Epiſcopalem ordinem in Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos diuiſiſſe, ac ordinem eiſdem iudixiſſe, vt pro complemento ad verum regimen vniuerſalis Eccleſiæ opus foret Romanum Epiſcopum eligi omnium Eccleſiæ Prælatorum magiſtrum, & Dominum ex illo Dominorum Cardinalium cætu referentium Diui Petri electores ex gremio Apoſtolico, cuins vices libuit Romanæ Eccleſiæ, earenus in ſingulis imitari, vt propterea Apoſtolica ſit nuncupata, & adhuc eſſe prædicetur, c. Eccleſiaſticarum, 11. diſt.

ARTICVLVS III.

Simplicitatem, ſimul, & prudentiam Eccleſiæ proceres, ſequi præſtat.

VErba hæc ritè ordinaretur, important ſimul cum, ideſt, eriam noui iuris inductionem Car. in clemen. exiui in §. demùm de verb. ſignif. Ius itàque nouum, prout inter mortales reperitur, à Petro introductum eſt ſuper Eccleſiarum capita, qui fuerunt Epiſcopi eos ſituando graduſque inſtituendo, cum eiſdem à Domino ſingulis eſſet præfectus, c. conſiderandum, 1. diſt. & propterea ſuum erat ità inſtituere, vt Eccleſiæ caput, cuius eſt ad omnia influere membra, c. ità Dominus 19. diſt. ibi: Huius muneris ſacramentum ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium perrinere voluit, vt in beatiſſimo omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, hactenus tex. qui eſt Diui Leonis Papæ; patet enim ordinem, ità rebus agendis conſulere, vt ſententia vigeat, quod bonum in ordinem conſiſtat, Lnc. de pœnit. ità refert de mente Diui Auguſtini in l. 2. circa princip. C. de proximiur. ſac. ſer. datque inſuper ordo rei perfectionem, c. nihil 7. q. 1. l. 2. §. 1. ibi ritè, atque ordine, ff. ad Velle. ſed hoc in loco verbum iſtud ordinare omnimodàm ordinis ſubſtantiam referre conſtat, non nudum, ſed aduerbio illo ritè aſſociatum, quod ſolemnitatem importet gloſ. in l. non putauit. §. non quæuis, ff. de bonorum poſſeſ. cont. tab. ſicut rectè refertur ad iuſtitiam, vt ſuprà in expoſitione præmiſſum fuit, & eſt tex. & ibi not. l. iuſtè, ff. de acquiren. poſſ. Vndè huiuſmodi verborum ſerie vltra ſuperiùs relata, colligitur hoc decretum eum habere ſenſum, vt Apoſtolorum Princeps decreuit in magiſtratibus Eccleſiæ, qui ſunt Epiſcopi, ordinem expletum intelligi, non ſolis medijs iuris naturalis, ſed cum omni ſolemnitate Eccleſia ſuo conſiſteret ordine, nec tanta naturæ ſimplicitate, vt calumniantium iniquiras præualeret, cùm ſolemnitas, de qua reſtum illum loqui percipitur ſit illa mee, deſcripta per Bal. in l. at epiſtola in fin. verſ. vltimo, quæro, C. de fideic. vbi ſolemnitatis deſcriptionem tradens dixit, ſolemniras dicitur quicquid præcipuum requiritur vltra conſenſum, vt quicquid adijcitur formæ iuris gentium, quod quidem, vſque adeò intelligitur, quod ſi compromiſſum fiat in aliquem, vt poſſet ſolemnitatibus obmiſſis procedere, vt nequeat ille nominatus, ità laxis habenis diſponere, vt intacta ſint tantùm à iure naturali, vel diuino introducta, veluti illud in ore duorum, vel trium, ſtet omne verbum, c. cum eſſet, & c. relatum, ext. de teſtamen. c. licet vniuerſis, & c. in omni negocio, de teſtibus, nec horum virtute verborum, vt pars iuris naturalis eſſet alicui ſublata defenſio, l. vt vim. ff de iuſt. & iur. & not. l. pactum, ff. de pact. Vndè ſignanter verbum illud ritè inſertum, ibi intelligitur, ad præcludendam his viam, qui epiſcopales dignirates, vel Eccleſiæ prælationes ità ambiunt, vt malis artibus etiam, vt ad illas perueniant, vti non vereantur, vndè argui eriam poſſe videtur, vt ab hoc ſolemni Prælatos inſtituendi modo, quo Diuum Petrum virtute huius decreti vſum fuiſſe refertur, liqueat originem traxerit, vt Eccleſiæ actiones præuijs ſolemnibus celebrentur, adeò vt nec bona quoque Eccleſiarum ſine ſolemnitate ſint diſtrahenda Bal. in auct. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi gloſ. quamuis conſuetudo ſecus diſponeret, vt ibi per. Bar in 3. col. ver. quæritſ gloſ. & ibi air, vltra ſolemnitatem in d. aucten. poſitam aliã hodie fuiſſe introductam, vt in c. ſiue exceptione 12. q. 2. & in c. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. vbi gloſ. vltra quæ diſpoſita habentur, etiam à ſummis Romanis Pontificibus nonnullæ aliæ ſolemnitates introductæ ſunt, quæ ſi obmittantur, conſtat alienationes non ſubſiſtere, vt in Clemen. 1. §. 1. & ibi Car. 10. q. de rebus Eccleſ. non alien. Apoſtolis enim à Domino, & ſi ſimplicitatis iura iniuncta fuerint, etiam prudentiæ non minùs ſequendæ eodem præcepto inſinuatur Matt. c. 10. ibi eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ, ſumpta tamen prudentia, de qua in Euangelio ſupra citato pro conſtanti animi ſolertia, non autem pro carnali concupiſcentia, c. non enim, 32. q. 1.

ARTICVLVS IV.

Neceſſariò bona temporalia Eccleſijs permiſſa.

AN ordini Epiſcopali debuerit diuus Petrus permittere bonorum temporalium facultates, & diuitias, ipſiſque Apoſtolis, in quorum locum Epiſcopi ſucceſſerunt, 68. diſt. cap. iuuat, quorum vices; errat igitur, cùm id à Domino eſſe prohibitum videat, Matth. cap. 10. ibi: Nolite poſſidere aurum, vel argentum, neque in zonis veſtris, & iterum. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, & illud Matth. cap. 8. Vulpes foueas habent, & volucres Cœli nidos, filius au-

Digitized by Google

autem hominis non habet, vbi teclinet caput ſuum, quo argumento, quidam Pſeudo-apoſtoli bæreſim compinxerunt Bonifacij Octaui tempotibus, Gtrardo Zaccarella præfecto, qui igne dedit pœnas, quem Dulcinus quidam cum vxore Margarita proſequutus, pœnas igneas patitet ſub Clemente Papa Quinto exoluit, qoibus vltimò adhæſerunt, quidam pauperes de Lugduno nuncupari, inopem vitam degentes, Apoſtolorum ſe imitatores eſſe iactabant, quos in Concilio Conſtantienſi hæreticum huiuſmodi dogma ſectantes pariter damnatos eſſe comptobatut, ob eorumque ſuperbiam, atque imperitiam in hanc hæreſim ſont prolapſi, quamuis pluribus in locis Euangelica inſtitutione, irà inſinuatum fuiſſe liqueat, vt iſts culendæ pauperratis modus improbetur, & de Ioannis auctoritate, cap. 10. in ſenſum ab eis receptum ſumere non licuerit.

Pluribus quidem modis contra hunc improbatum ſenſum Euangelico textui contrarium demonſtratur, vt eadem Euangelij virtute habetur textus in cap. exemplum, 12. q. 1. & primò videtur in oblatione auri ab adorantibus Magis Domino in cunabulis facta, quando eam recipi permiſit, & à Ioſeph, vt eius nutricio receptam fuiſſe, nonque reiectam, aut ſpretam legatur, Luc. c. 2. Præterea Io. c. 12. patet Iudam habuiſſe loculos Domini, dum in Apoſtolatus iura verſaretur, vbi inquit gloſ. Domini loculorum cuſtos, deinceps Io. c. 13. vbi dicitur quidam putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus eme, quæ opus ſunt ad diem feſtum, vel vt egenis aliquid daret, idem comprobatur auctoritate, Io. c. 4. ibi cùm veniſſet Ieſus in ciuitatem Sammariæ, quæ dicitur Sichem ipſo manente propè fontem extrà Ciuitatem, diſcipuli eius abierunt in Ciuitatem, vt emerent cibos.

Vnde Theophilactus in præmiſſa Ioann. auctoritate, capit. 13. ait, & quando qui alios admonet, ne portent peram ipſe autem marſupium ferebat? oſtendit, quod & poſſeſſione carentem, & crucifixum mundo magnā oportet eius partis, videlicet pauperum curam habere, hactenus ille, quare ex hac auctoritate ſumi videtur prohibitionem loculorum, non in vim præcepti, eſſe ſed conſilij, vel commonitionis, quibus conſona ſunt Diui Auguſtini in 2. lib. de conſenſu Euangeliſtarum verba, cap. 30. vbi ait, cùm Dominus diceret Apoſtolis: nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, continuò ſubiecit dignus eſt operarius mercede ſua.

Vnde ſatis oſtendit, cur eos hæc poſſidere, aut ferre voluerit, non quia neceſſaria non ſunt ſubſtentationi huius vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt eis deberi monſtraret, ab eis, quibus credentibus Euangelium nunciarent, tamquam ſtipendia militantibus.

Vndè apparet hoc non ità præcipiſſe tamquam Euangeliſtæ aliundè viuere non debeant, quàm ab eis credentibus, quibus Euangelium annunciabant, alioquin contra hoc præceptum feciſſet Paulus, qui victum de manuum ſuarum laboribus tranſigebat, ne cuiquam grauis eſſet, ſed apparet Dominum poteſtatem dediſſe in qua ſcirent, iſta deberi ſibi, cùm autem à Domino aliquid imperatur, niſi fiat culpa inobedientiæ eſt, cùm verò poteſtas datur, licèt cuique non vti, & ſuo iuri cedere.

Hoc ergo ordinans Dominus, quòd qui Euangelium annunciant de Euangelio viuant illa Apoſtolis loquebatur, vt ſecuri non poſſiderent, nec portarent huius vitæ neceſſaria hæc D. Auguſt. ad illud autem, quod dicitur de craſtino non eſſe cogitandum, illuſtri Theophilacti auctoritate declaratur ſuper Matth. capit. 10. vbi ait, ſufficit enim tibi, quod hodierna afflictione obrueris, quod etſi pro craſtino ſollicitus fueris, quando vacabis, ſemper temetipſum crucians pro corporalibus, hactenus ille: vnde comprobatur craſtinas reſeruationes à Domino non improbari, ſed curæ anxietatem, & nimiam ſollicitudinem.

Hanc Diui Auguſtini expoſitionem ad deducta in contrarium eſſe veram, colligitur etiam ex Apoſtoli doctrina ad Timot. cap. 3. ibi oportet Epiſcopum irreptæhenſibilem eſſe vnius vxoris virum, ſobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, & rursùs ad Tit. cap. 2. ibi oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, & cap. vtroque enim loco Epiſcopis hoſpitalitas indicitur, quam conſtat neminem exercere poſſe, niſi qui facultatibus temporalibus, ità exuberent, vt ſibi familiæque ſuæ ſuppetere facultates queant, quam familiam ab Epiſcopo habendam, alendamque eiuſdem Apoſtoli auctoritate ad Titul. in d. cap. 1. oſtenditur ibi, ſed domui ſuæ benè præpoſitum, vbi non vnici famuli, ſed plurium aſſociatione innuitur circundari, dum ibidem ſubditur, ſiquis autem domui ſuæ præeſſe neſcit quando Eccleſiæ Dei diligentiam habebit.

Ergo neceſſariò conuincitur Apoſtolos ad familias ſuas alendas, hoſpitalitatemque ſeruandam, vt onus ad Epiſcopale munus præcipuum bona temporalia habuerint, vt præmittitur quicquid ſecus dogmata impiorum definiant, quæ ipſa etiam ab Apoſtolicæ Sedis cunabulis perſpicua habentur, nam Deciana perſecutione ſanctiſſimum Papam, & martyrem Sixtum Theſaurum habuiſſe ſatis innoteſcit, quem pauperes in cæleſtes theſauros D. Leuitæ, & martyris Laurentij diſpenſatione reportarunt.

Vnde conſtat his ità deductis minùs reſiſtere text. in cap. exiit, qui ſeminat de verb. ſign. in vi. ibi abdicatio rerum tam in ſpeciali, quàm in communi propter Deum, & ſancta eſt, quam Chriſtus viam perfectionis oſtendere verbo docuit, & exemplo firmauit, quamquam primi fundatores Eccleſiæ militantis, prout ab ipſo fonte auſerunt innoleotes perfectè per doctinæ, ac vitæ ipſorum alueolos deriuarunt, quia huiuſmodi difficultas ea ceſſat ratione, de qua eleganter ait Card. de Turrecrem. in cap. exemplum 12. q. 1. in 7. col. verſ. ad ſeptimam, vbi ait, confirmans ſupra inducta Diui Auguſtini verba, Dominum duas coluiſſe paupertates, vt illa fuit, quando ad prædicandum miſit Apoſtolos ſuarum prædicationum ſuffragio alendos, quibus omni-

ni-

nimodam prohibitionem auri, & argenti, indixit Matth. cap. 10. ſecundùm paupertatem verò communi ſuffragio ſubleuandam Dominum coluiſſe colligitur, quando loculos ad communem ſui, & Apoſtolorum vſum habuiſſe inſinuatur, & ſic poſt reditum à prædicatione, & eo tempore, quo intuitu prædicationis à nemine alimenta conſequi, niſi à fidelibus pecuniam contribuentibus ſperabatur, vt eſt Ioan. cap. 4. & 12. & 13. vt etiam Lucas, capit. 12. & ſic verba citati canonis ſunt Euangelijs conformiter intelligenda, & ex his hæſitatio præmiſſa ſupprimitur, cum lege Euangelica ſit permiſſum bona habere temporalia Prælatis Eccleſiæ, vt etiam ſanctorum martyrum geſtis comprobatur.

ARTICVLVS I.

Coniunctionem, Et, diuerſa referre conſtat.

TExtus ſequitur, ibi, &, de qua coniunctione, & ſi ſupra aliàs dictum ſit ſuum eſſe, vt inter diuerſa inſeratur gloſſ. in rub. C. de iur. & fac. ignor. & etiam, quod inter non diuerſa ſtet, ideſt declaratiuæ 2. reſpectu not. in l. 1. vbi gloſſ. ff. de pact. cap. in ſynodo 13. diſt. & ità quando non inſeritur inter diuerſa, tamen hìc ad clariorem huius textus ſenſum quædam repetuntur, quia complura coniunctionem hanc referre ait Bar. in l. 1. ff. de pac. & ff. de ſol. l. non ſolum, & in eo ſenſu, quod plura diuerſa hoc in loco coniungit, vt ſui eſt natura, l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. adeò vt ſit ſenſus, vt aliàs eſt præmiſſum, vt iuxtà quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum erat adhoc, vt Eccleſia ritè ordinaretur, videlicet in gradib. Epiſcoporum, quorum alij eſſent Patriarchæ, alij Archiepiſcopi, & cæteri, iſtiſque ſuppoſiti eſſent Epiſcopi, neceſſariò in Papam eligeretur vnus ex Cardinalibus ad vnitatis Eccleſiæ iura ſeruanda, qui tum Patriarchis, tum cæteris inferioribus Epiſcopis præeſſet, ne Eccleſia vniuerſalis crederetur commiſſa tot diuerſis, ſed vnico tantùm paſtori iuxtà Dominicam inſtitutionem Ioan. cap. vlt. ibi, paſce oues meas.

Vnde cùm illius ordinis Prælati ſuam ſuſciperent plenitudinem oportuit, vt diuerſum caput eligeretur, qui poteſtatis, & dictionis latitudine diſtaret ab illis, qui tantùm vrbibus, vt Epiſcopis, prouincijs, vt Archiepiſcopis, & regum prouincijs vt Patriarchis, vel Primatibus ſedibus præmiſſi Principis Apoſtolorum decreto inſtitutis cap. in illis 80. diſtinct. & vnde hìc hanc coniunctionem copulare non hæſitatur, quia ità eius proprium, & peculare eſt, l. ſi hæredi. ff. de cond. indeb. etſi ſimilia coniungat, qualitates præcedentes repetit, l. ſeio. §. caio. ff. de fun. inſtruc. & inſtrumen. leg. Quandoque pariter aliquid coniungitur principaliter huius coniunctionis virtute, quod erat acceſſorium, adeò, quod ſi legatur fundus, cum hacque coniunctione dicatur, & inſtrumentum ità operatur, vt fundo ceſſante extincto, nihilominus inſtrumentum debetur, licèt ſecùs ſit, ſi coniunctionis loco addatur præpoſitio, cum, vt ſi legatus ſit fundus cum inſtrumento, l. cui fundus, ff. de fund. inſtruc. & inſtrumen. leg. licèt quandoque disiunctiua, in coniunctiuam reſoluitur ex ordinatæ charitatis præſumptione argum. l. naturaliter. C. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fac. l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. facit. l. cum pater, §. cum pater, ff. de leg. 2. idem ſequitur in contractibus, adeo vt ſiquis emerit pro ſe liberis, & nepotibus, ibi, & ponitur ſucceſſiuè, vt priùs liberi, quàm nepotes vocati intelligantur præmiſſis iuribus. Coniungendi quoque officio coniunctio hæc non iungitur inter incompatibiles orationes, vt eſt etiam ſi abſurdum ſequeretur Bar. in l. gallus, §. ſi etiam à parente, ff. de lib. & poſt. §. certè rei inſtit. qui teſt. tut. da. poſſ. l. 1. ff. de his, qui not. infam. Bar. in l. admonendi ff. de iureiuran. Cor. in conſ. 129. in fin. 2. vol. Soc. conſ. 53. collat. 5. 1. vol. Nam tunc disiunctiuè, magis quàm copulatiuè poſita coniunctio colligitur, l. ſi Tirio, ff. de vſufruct. Bar. in l. 1. ff. de iud. cap. fin. ex. de præb. Alex. conſ. 13. ex bis col. 3. 3. vol. ſimiliter coniungendi virtute priuatur, quando inter plura adiectiua, ſine ſubſtantiuo exiſtentia ponitur, vt ſi fiat legatum doctoribus, & medicis, legatum debetur doctoribus etiam, quod medici non exiſtant Bar. in l. ſeria, §. Cato, ff. de fund. inſtruc. & inſtrum. leg. Iaſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Vltra ſuperius inducta de huius coniunctionis virtute extat, & alia coniungendi qualitas, quia videntur ſingula repetita in adiuncto, quæ exprimuntur in principali, adeo vt ſenſus hoc in loco ſit, vt eadem ſolemnitate, quæ in reliquo Eccleſiæ ſtatuendi ordine ſeruata fuerat, componeretur Diui Petri ſucceſſorum electio, vt ſedulò celebraretur, ac ſanctè, vt Decet. cap. tenere 31. diſt. & de hoc coniunctionis ſenſu dixit Bart. & doct. in leg. quoniam iudices vbi ait, vt condemnato ſyndico, & communitate in 10. pæna ſoluatur in quinque pro qualibet parte, ibi gloſſ. C. de appell. Caſtren. in l. ſi patre filio, ff. de vulga. coniunctionis ſenſu patet Rom. conſ. 99 viſo. Socin. conſ. 40. ex tectis geſtis in 1. vol. tex. §. 1. Inſtit. de hæred. inſtitu. nam in huiuſmodi coniunctis conſtat coniunctionem omnimodam inducere coniungendi virtutem Iaſ. in l. ſi duobus, in 6. notab. & l. ciuitatibus, §. Lucius, ff. de le. licèt non ità indifferenter illud procedere videatur, nam ſi ex coniecturata mente diſponentis ſecus colligi poſſit, tunc hæc præmiſſa ità ceſſant, acſi nulla eſſet coniunctio, l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. & l. Lucius, §. 1. ff. de leg. 2. l. fundus ille, & ibi gloſſ. ff. de contr. empt. Bar. in l. ſeruus communis, ff. de ſtip. ſer. Soc. conſ. 108. 3. vol. Panor. in conſ. 53. ex infraſcriptis, 1. vol. & ſuadetur hìc huiuſmodi vim coniungendi retinere, attento quod præcipuè in Papæ promotione, id magis neceſſarium cenſeatur, adeò vt ſolemnitates ſeruandæ in electionibus inferiorum magiſtratuum, vt Epiſcoporum, non debeant obmitti in promotione eorum Principis, cùm vbi de maiori periculo timeatur ſit cautiùs prouidendum, l. 1. ff. de carb. e. vbi periculum de ele. in 6. quod pariter procederet etiam ſi paris eſſent conditionis, l. cum

quid,

quid, ff. ſi cer. pet. l. is qui duceuta, ff. de reb. dub. Alc. in conſ. 130. in fin. 2. vol.

ARGVMENTVM.

MOdò ſequitur text. ibi, in huius dictionis, in, complura ſignificat, refert Archid. in cap. ſi Papa 40. diſt. ſed hanc præpoſitionem eundem referre ſenſum, quem importat aduerbium, vſque, colligitur hoc eodem loquendi genere ex Martialis auctoritate lib. 1. in ibi, in lucem ſemper acerba bibit, ideſt vſque ad lucem exponitur, cuius aduerbij ſignificatum, etſi quandoque ſtat excluſiuè, capit. cum dilectus, extr. de fid. inſtr. vbi inquit text. vſque ad calculum ferendæ ſententiæ poſſe per vtramque partem inſtrumenta produci, ibi colligitur, vt poſt ſententiam illud vſque habilitatem producendi protrahere non poſſe, licèt, quandoque eſt incluſiuè pro vt hic diſponitur ſenſum referat ff. de ſen. l. fin. & cap. in Deorum ext. de epiſt qua re. vnde hoc in loco colligitur, quòd vſque ad Apoſtolicum culmen incluſiuè conſacretur, quamuis de hoc loquendi modo difformiter Iuriſconſultus ſenſum exhibere pareat, prout eſt, quando inquit de iuramento in litem dando, quia non tantùm incluſiuè reſpicit, videlicet litis ſumptus, ſed ad totam refertur cauſam, & omne includit intereſse l. videamus §. curare, & l. ſequenti ff. de in lit. iuran. dicitur quoque in aſsem vendere, quando ad integra iura rei vendendæ includitur ſenſus l. Titius, quibus modis Pign. vel Hipp. ſol. & ſic perfectioois actum importare videtur, vt etiam colligitur in l. cui fuerit ff. de cond. & demon. vt illud nubere in familiam importet, idem, quòd matrem familias fieri l. vxorem §. teſtamen. ff. de leg. 3. vt etiam communi locutione receptum eſse videtur, cùm dicitur talem in procuratorem ſuum inſtituiſse præſumitur, vſque ad finitam litem fore exercendum, eſt quoque huius præpoſitionis compoſitio ad nomina vim augere, vt demonſtrat Iuriſconſultus in l. Gallus §. ille caſus in difficilis ff. de lib. & poſt. vbi gloſs. ait in difficilis, ideſt, valdè difficilis, vt etiam demonſtratur c. ſi pauper clericus de præb. in 6. vt ſimiliter dicitur de actione in rem verſ. quia actio illa competit, quando reuera, & ſedulo pecunia data ſeruo, vel filiofam. in patris, vel Domini vtilitatem verſa reperiatur l. 1. in prin. ff. de in rem, verſ. ſed vt hic actum conſumatum referet, vt præmittitur, videlicet, quod ſenſus ſit, vt in Apoſtoli cùm conſecraretur, ideſt, vſque ad ſublimia Apoſtolatus iura incluſiuè ſtatueretur, colligi poſsunt complures intellectus, vt per Anton. in cap. in litteris in princ. ext. de reſtitut. ſpoliat.

ARTICVLVS I.

Quare Eccleſiam Apoſtolicam, & Papam Apoſtolicum nuncupari conueniat, & regulares Apoſtolica ſequi inſtituta dicatur.

NVnc ſequitur textus ibi Apoſtolicum, quod ab Apoſtolis eſt deriuatum; Apoſtoli autem dicti ſunt à Græco Idiomate, vide licet ab Apo. quod idem importat, quòd de, & ſtolos, quod idem denotat, quod Latinè dicitur Miſſio, quia ſunt illi, ex quibus mittitur de alterius poteſtate ad aliam ſuperiorem.

Cardin. de Turrecrem. in cap. poſt appellationem 2. quæſt. 6. quod nomen Apoſtolorum ante ipſorum tempora innotuiſse patet. Vnde Alciat. in tit. ff. de verbis ſignifi. refert Athenis floruiſse magiſtratum ſub hoc nomine Apoſtolorum, quorum fuerat rectè ordinare, atque inſtruere claſsem, cuius ſignificationem non multo diſcrimine differre videtur à proprietate ſenſus Apoſtolorum Dei qui inſtruunt Eccleſiæ filios, vt claſsem; in hoc Mari in Petri nauicula delatam, ne naufragium patiatur, ſed ad optatæ ſalutis portum ſecuta perueniat.

Propterea claſſis hæc, videlicet fidelium conuocatio Eccleſia nuncupatur, & ob curam, regimenque, & doctrinam ipſi Eccleſiæ ab Apoſtolis collatam meritò videmus Eccleſiam ipſam ſanctam, Catholicamque, & Apoſtolicam fuiſſe nuncupatam, tamquam ædificium, cuius fundamenta ab Apoſtolis ipſis ſunt inſtructa iuxtà illud ad Eph. c. 3. ibi ſuper ędificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu; & ſi præcipuè ipſum Dominum omnium præcæteris maximum eſſe fundamentum Apoſtolo 1. ad Corinth. cap. 3. teſte colligatur, ibi fundamentum, enim aliud nemo poſſet poteſt præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Tamen Scripturæ Diuinæ teſtimonio Apoſtolos ſecundaria eſſe Eccleſiæ fundamenta, habetur Apocalyp. cap. 21. ibi murus Ciuitatis habens fundamenta 12. & ipſis 12. nomina Apoſtolorum, & agni, de quibus fundamentis regium Prophetam Pſal. 86. dixiſſe reperitur, vt ibi fundamenta eius in montibus ſanctis. Gloſs ibi ait, ideſt, Apoſtolis, & Prophetis congrueque montes, prinſquam cætera omnia ſolari luce illuſtrãtur, ſic Apoſtoli à Domino diuinæ lucis radio coruſcarunt, fulgentes vniuerſo Orbi, ideò Dominus Matth. cap. 5. ad Apoſtolos loquens ait, Vos eſtis lux Mundi, ſed cum præcæteris Apoſtolis in Petri fide Eccleſia fundamentum ſumpſerit Matth. cap. 16. ibi, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vbi gloſs. inquit, ibi petram, ideſt hanc fidei confeſſionem, ideò Petri ſucceſſor antonomaticè Apoſtolicus fuit appellatus, vt in hoc textu noſtro, & in cap. 1. 97. diſtinct. & cap. ſi quis pecunia 79. & vt ait gloſs. Gen. cap. 37. primi Domino adhę-

adhęſerunt fideique, rudimenta perceperunt, vt liquet ex doctrina D. Aug. 35. q. 1. c. 1. §. Deus enim, vbi ait de plebe Iudaica, primùm Apoſtolos delegit, quos quaſi fundamenta Eccleſiæ inſtituit, quorum prædicatione de eadem plebei multi ad eum conuerſi in ſeipſis Origenem Eccleſiæ præſtiterunt, Eccleſiam propterea Apoſtolicam, tum ex præmiſſis intra compluta concilia fuiſſe nuncupatam detegitur iuxtà Nicæni Symboli ſeriem ibi, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, tum etiã huius nominis Apoſtolicam deriuatione, iuxtà Archid. in cap. poſt appellationem 11. quæſt. 6. vbi à diuerſa Ethimologiæ forma præmiſſa, ait Apoſtolos deriuari ab Apo. quod eſt ſupra, & toli. quod eſt miſſio, quaſi quod de ſupra miſſa Eccleſia ſit dicta, & huic formæ congruit illud Apoc. cap. 21. Ecce ego Ioann. vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de Cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

Adeò quod ſi eo intuitu Apoſtolica Eccleſia ſit nuncupata, quòd Apoſtolicis doctrinis, & diuinis muneribus ſurrexerit ſuæ altitudinis ędificium, competiet etiam illud nomen, vt Apoſtolica dicatur, & ſit, quia cœleſti virtute ità nititur, vt homines cœleſtes componat, & fabricet, & reuera è Cœlo deſcendiſſe propterea dicatur, cap. Eccleſiaſticarum, 11. diſt. & etiam nomine Apoſtolico Eccleſia cenſeatur, quia ab inſtitutis ritibus, traditionibuſque Apoſtolicis Eccleſiam nunquam deſeruiſſe oſtenditur c. à recta 24. q. 1. vt ibi traditur. Hinc Sedes beati Petri, quæ nobis mater eſt Sacerdotalis dignitatis, & magiſtra rationis, quæ etiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam receſſit.

Ideircò Apoſtolicarum traditionum contemptores ſunt, qui præcepta Apoſtolicę Sedis obſeruare recuſant, nouas Doctrinas quæritantes, contra quos habetur can. 11. diſ. cap. nolite errare fratres mei, & in doctrinis varijs, & extraneis nolite adduci, & inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum habeatis, his fruamini, vt firmi contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt quempiam, vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam B. Petri Sedem, & ſequi videri, & docere, hactenùs ibi.

Igitur patet ex præmiſſis deriuatum eſſe hoc nomen Apoſtolicum ab Apoſtolis, quod & Apoſtolorum geſtis, & ſingulis ad ipſorum ordinem ſpectantibus congruit; hinc patet Eccleſiam Apoſtolicam eſſe nuncupatam tanquam opus, quod ab Apoſtolorum ædificatione peruenerit d. cap. 1. §. Deus 35. quæſt. 1. Papa ſimiliter, vt præfertur antonomaticè Apoſtolicus nuncupatur, quia in eo reſeruatur Apoſtolorum Principatus, cùm ſucceſſerit in dignitate, & iuriſdictione Petri ſui præceſſoris, retinuit poteſtatem in clauibus, ſententiam in verbo, & vitam in exemplo cap. 1. & cap. ſi quis pecunia 79. diſtin. ſicuti etiam dictum eſt de Symbolo Apoſtolico, quod ex Apoſtolorum editione eſt promulgatum.

Patres enim Eccleſiæ Apoſtolos eſſe ait gloſ. Diui Auguſtini, & Hieronymi Pſ. 44. pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, ibi genuerunt Eccleſiam Apoſtoli; ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi patres, pro quibus nati ſunt tibi filij, ideſt conſtituti ſunt Epiſcopi, quibus regaris, & guberneris; propterea decuit, vt Eccleſia Apoſtolicum ſibi nomen vendicaret, quia Apoſtoli eam verbo Diuino, innumeriſque laboribus, ac proprio demùm ſanguine, Deo immaculatam offerre inuigilarunt; non enim illam parietibus conſiſtentem ſolummodo erigendam duxerunt, ſed vt Diuus Hieronymus ait Pſal. 133. ibi, Sed in dogmatum veritate, & vbi fides vera eſt ex fide Apoſtolorum cognoſcimus, quis ſit in Eccleſia, & infrà ſequitur in Eccleſia ſumus, ſi habemus fidem Eccleſiæ, fidem Chriſti dogmatum veritatis, Hactenùs ibi.

Aduersùs, quæ ſuperius deducta pluribus medijs reſiſtitur ab impia dogmata ſequentibus non æquo ferentibus animo, vt Eccleſia, ſicut etiam Papa nomine hoc Apoſtolico exornentur propterea aiunt primò Matthæi cap. 16. ſumpta auctoritate ex Petri confeſſione ſuper qua Dominus Eccleſiam ſuam erigendam ſuſcepit, vnde concludunt illam confeſſionem ex Euangelio, fuiſſe petram, ſuper qua conſtat Dominum fundaſſę Eccleſiam, ergo ſequitur, vt Eccleſia potiùs ſit dicenda Euangelica, quàm Apoſtolica.

Reſpondetur, Hanc rationem nihil vrgere demonſtratur, quia confeſſio ipſa, ſuper qua Eccleſia fundatur, fuit Petri, licèt Euangelio fuerit inſerta, adeò quod prima cauſa confeſſionis prodijt ex ore Petri, vnde Petrus propterea ſuæ confeſſionis meritò recognitus, maiori à Domino eſt munere decoratus, cùm ipſi primo ſit adſcribenda, iuxtà illud, quod, qui eſt cauſa cauſæ, ſit etiam cauſa cauſati l. manumiſſiones ff. de ſtat. hom. inſtit. de libert. in princ. quod tantò magis patet ratione habita, quòd Apoſtoli Euangelij promulgatores extiterint, & illud, vt ſcribæ adnotauerint, ac iuxtà Domini præceptum primò illud prædicauerint Marcus capite vlt.

Secundò opponitur auctoritate ſumpta ab Apoſtolo 1. ad Corinth. cap. 3. ſolum Dominum Maximum in Eccleſia extitiſſe fundamentum, vnde ſequitur, vt Eccleſia receptura nomen à fundamento, potiùs Chriſtiana, quàm Apoſtolica ſit nominanda, cùm denominatio à nobilioribus ſit ſumenda l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſ. gloſſ. in cap. 1. verſ. Fratribus de off. leg. lib. 6.

Reſpondetur. Quòd impugnatio vana eſt quia Dominus eſt verus, & ſupremus Apoſtolus ad Heb. cap. 3. ibi fratres conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, ibique ait gloſſ. cur negemus Chriſtum Apoſtolum, quem nobis Deus miſit.

Hinc igitur patet Eccleſiam non ſolùm Apoſtolicam eſſe nuncupatam intuitu Apoſtolicarum actionum, ſed etiam, quia Princeps Principum; Rexq; omnium, primò ſi exiſtat fundamentum, inſigniorique Apoſtolatu functus, & ità Apoſtolicam magis, quàm Chriſtianam Nicæno Concilio nominandam fore complacuit, ne idem per idem repeteret, cum ſatis de Chriſtiano nomine explicatum

vi-

videatur ex verbo illo Catholicam in Symbolo appoſito, cùm Dominus Rex vniuerſorum ſub hoc nomine Chriſti inſtitutus reperiatur ad Heb. cap. 1. ibi nouiſſimè diebus ipſis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit, & ſecula.

Vltimò inſtatur, quòd Eccleſia Prophetica ſicut Apoſtolica eſſet nominanda, cùm Prophetarum vaticinia ſatis de fidei veritate aſtruere pateat iuxtà Apoſt. ad Epheſ. cap. 3. ibi ſupra, fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.

Reſpondetur. Quia Apoſtoli magis explicitè de fide ad oculumque oſtenderunt, quàm Prophetæ, qui iuxtà eorum nominis ſignificatum procul videntes, ideò prophetæ dicuntur, quia procul, & à longè de Domini aduentu prædixerunt; propterea gloſ. Pſal. 16. ibi, Tenebroſa, à qua in nubis aeris, inquit obſcura doctrina eſt in Prophetis, ſed Apoſtolorum teſtimonia nuda, & aperta, præſentia, & elapſa Domini aduentus tempora commoſtrarunt, vt eſt illud Ioann. epiſtol. 1. capit. 5. ibi, quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & cap. propterea decuit, vt potiùs Apoſtolica, quàm Prophetica Eccleſia, diceretur, & etiam, quia Prophetarum teſtimonia certos, limitatoſque fines habuerunt, adeò vt Iſraeliticum populum non ſunt egreſſa, ſed Apoſtoli vniuerſum Orbem illuminarunt, cap. ita Dominus 19. diſtinct. ibi ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis Saluator inſtituit, vt veritas, quæ ante legis, & Prophetarum præconia continebatur per Apoſtolicam Tubam in ſalutem vniuerſitatis exiſtat, ſicut ſcriptum eſt in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum, & ad hæc non reſiſtit, illud, quod objicitur, vt Apoſtoli Prophetis non ſint præponendi, quia Prophetarum ſint filij, eo intuitu, vt latentia diuinitatis ſecreta in oraculis Prophetarum ab Apoſtolis, vt illorum filijs palàm fuerint expoſita; iuxtà Diui Auguſtini gloſſ. Pſalm. 147. ita filij excuſſorum, vbi ait ſciendum ergo filios excuſſorum dictos eſſe Apoſtolos filios Prophetarum, qui dicuntur excuſſi, excuti dicitur aliquid, vt ſaccus, vt exeat, quod intus latebat clauſum; Prophetæ ergo clauſa continentes Sacramenta excuſſi ſunt à Prædicatoribus, accedente eorum diligentia & Domino aperiente, & quæ abſcondita erant prodierunt aperta: Ideòque Prophetæ dicuntur excuſſi, quibus excuſſis generati ſunt Apoſtoli, hactenus ibi.

Vnde Apoſtolorum expreſſione comprehenduntur Patriarchæ, & Prophetæ, cùm ipſi Apoſtoli inſinuarunt arcana eorum, tamen ſunt fidei, & ſanctitatis, præuijſque Prophetarum oraculis in fide confirmati, quaſi etiam ab eis Chriſto ſunt generati, & hac ratione Patres ſunt Prophetæ, veluti Eccleſia Mater eſt, quia Baptiſmate parit Deo filios, & Epiſcopi & docentes, etiam Patres in Eccleſia dicuntur, qui doctrinis, & ſanctis inſtitutis eidem Eccleſiæ generant filios, vt declarat Archid. in cap. quorum 63. diſt. Multiplici enim ratione Patres inter mortales cenſentur vltra naturalis procreationis actum, vt eſt ratione Deitatis, ſanctitatis, ætatis, doctrinæ, & generoſitatis ponit Archidiac. in cap. præſens 20. quęſt. 3.

Apoſtolos autem fuiſſe ſacerdotes, triaque vota regularium colentes poſt Apoſtolatus aſſumptionem, & baptizatos ante ſacerdotij promotionem. Probat Alphonſus de Caſtro aduerſùs hęreſes in ver. ſacerdotium, nec ſola Baptiſmatis collatione vt hæretici aſtruunt, iura ſacerdotij adminiſtrarunt, cùm ignotum eis non haberetur, quas tulerint pœnas Dathan, Abiron, & Chore, quos terræ hiatu conſtant fuiſſe abſortos, cùm munera ſacerdotalia exercenda ad ſacerdotium non promoti, ſuſcepiſſent, Numer. cap. 16. patet etiam Paralip. 1. cap. 13. Ozam percuſſum à Domino eſſe mortuum, quia non exiſtens ſacerdos Arcam Domini tetigit. Sacerdotes ergo in Cœna à Domino creati ſunt. Ioann. cap. 20. & Luc. cap. 21. cùm à Domino in ſolo verbo, quo condita ſunt omnia, ad ſacerdotium poſſent promoueri, cum cæteri poſtmodùm non aliàs niſi per Epiſcoporum manuum impoſitionem.

Declarat Apoſtolus ad Timoth. 1. cap. 4. ibi noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum preſbyteri, & reiterato ad Tit. 1. cap. ait, vt reſuſcites gratiam, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum; vnde patet Timotheum ſacerdotem fuiſſe, à ſacraque manuum impoſitione ipſius Apoſtoli fuiſſe promotum, qui iam fuerat ante Pauli obitum in Epiſcopum promotus, vnde ad Tit. cap. 1. ſcribens ait, huius rei gratia reliqui te Cretę, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, quod manifeſtius idem Apoſtolus indicat ad Heb. cap. 5. ibi: Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatus eſt à Deo tamquam Aaron, quem patet non promotum iuxtà hæreticorum dogma, ad populi votum, ſed ad vocationem Dei, & tantò magis ſi ita ſoletti ritu proceſſum reperitur, ita Deo iubente, in antiquæ legis ſacerdotio, quod erat figura ſacerdotum futuræ veritatis. Tantò magis eadem maiori ſolemnitate procedetur in ſacerdotio veritatis, propria hæc munera ſacerdotibus conferenda in Eccleſia diſtincta eſſe, Apoſtolus 1. Corinth. commemorat cap. 12. ibi, & quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primò Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.

Vnde confundantur ſecùs, dogmatizantes, & quod ab vno ſolo ſingula Eccleſiæ munera exerceantur, recenſitis ibidem Apoſtoli verbis, vbi ait; numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Et vt præfertur tria vota Apoſtolos coluiſſe ex Domini inſtituto non heſitatur. Conſtat enim obedientiæ votum verbo Domini tunc prodijſſe, quando

Matth. cap.16. ait, qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Nam quomodo verius hæc Domini verba quis exequetur, vt ſemetipſum abnegare videatur, quàm proprium à ſe ita abdicare diſponat, vt in alterius poteſtate, ſe ac ſua ſupponat, adeò vt ex libero homine, veluti mancipium reddatur, Caſtitatis: Præterea votum tunc Domini pariter verbo inſurrexit, quando Dominus, Matth. cap. 19. ait, ibi, ſunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum, qui poteſt capere capiat.

Paupertatis tunc munia Dominus haud ſpernenda pręſetulit quando Matth. d. cap. ait, ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & habebis Theſaurum in Cœlo. Hæc ipſa Apoſtolos compleuiſſe. Matth. Euangeliſta teſtatur, cap.19. ibi, ecce nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis? Ea Apoſtoliciſque his inſtitutionibus, regularium inſtitutum prodijſſe Diuus Dionyſius Areopagita Pauli Apoſtoli Diſcipulus in lib. Eccleſ. Hierarchiæ, cap.6. atteſtatur; ibi porrò purgandorum omnium, excelſior, & ſublimior eſt ordo monachorum ſacra diſpoſitio, aut ſancta diſtinctio expiatione omni, tanta virtute, atque exactiſſima ſuarum virtutum, ac operationum caſtitate mundata, & deinceps ibidem formam explicans, qua ad monachatum recipiebantur ait. Stat quidem ſacerdos ante ſacrum Altare monaſticam imprecationem pſallens; Ille autem aſtat non vtrumque ponens genu, non alterum, habens impoſita ſacra eloquia capiti: Qua finita ſacerdos ad eum accedens interrogat primum, an renunciet diuiſibilibus omnibus, non ſolùm conuerſatione, ſed etiam phantaſijs eorumdem: Deindè perfectiſſimam ei vitam exponit illud apertè ei conteſtans oportere illum medio longè antecedere.

Vbi ille hæc omnia intentæ promiſerit conſignans illum ſigno crucis, ſacerdos tondens, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans, exutumque veſte omni, aliam induit, & cum Sanctis alijs, qui ipſum aſtant, ipſum ſalutans diuinorum myſteriorum participem facit. Hactenùs diuus Dionyſius. Et figuram regularibus exhibitam eſſe conſtat; quando ſacrificium ab Iſraelitico populo pręſtitum in Eremo Deo gratius fuerit, quàm ſacrificium in Ægypto ab eo oblatum. Exod. cap.5. & eodem cap.15. Propterea diuus Gregorius homil.20. ſuper Ezechielem dicebat ſacrificium ab holocauſto differre, quia ſacrificium tunc celebrabatur, quando pars pecudis offerebatur, in holocauſto autem totum. Ideò holocauſtum latino idiomate totum incenſum dicitur. Ideò quando Deo quid offertur, & quid reſeruatur, Deo ſacrificium offerri dicitur, cùm verò, omne quid quis habet, omne quod diſcit, omne quod ſapit omnipotenti Deo vouerit holocauſtum offerturi ſunt.

Itaque Deo acceptiora ſunt holocauſta, quàm ſacrificia: holocauſta autem offerunt Deo Monaci, & Regulares, qui ſedulò, ſe, ſuaque offerunt Deo; ſacrificia autem offerunt quę eleemoſynas, aliaque pietatis opera exercentes ſibi tamen aliquid reſeruant: Vnde acceptius etiam denotatur ſacrificium, quod Monachi, inſtar filiorum Iſrael, in Deſerto obtulerunt, dum iſti, ſua, ſeque deſerentes illis adęquantur, quàm quod Ægypto illi offerebant, qui ſeculo non dimiſſo bona tamen aliqua pio intuitu impendunt. Super hac Apoſtolorum, & Regularium cauſa, nonnullos ſcribentes à veritate deuios fuiſſe conſtat, qui non recenta ratione, quòd Petrus ex ordine Apoſtolico ad ſummi Pontificatus apicem aſſumptus fuerit, ſicut cęteri Apoſtoli ad dignitatem Epiſcopalem.

Propterea perperàm differunt Monachum in Papam electum abſque Abbatis conſenſu non poſſe pontificia iura exercere, cùm de honeſtate ab Abbatis ſui poteſtate non liberetur, vt ſentit gloſs. in cap. quęſitum 28. qu. 2. ſicut alios dixiſſe conſtat Regularibus ad Epiſcopatum promotis aperiri ianuam apoſtatandi, quos in vtroque caſu allucinatos fuiſſe demonſtrant ſuperiùs inducta, cùm Apoſtoli, vt pręfertur ſub tribus votis obedientiæ ſcilicet, caſtitatis, & paupertatis votum emiſerint, & tamen ſicut Petrus ad Orbis Epiſcopatum aſſumptus fuit, ita ipſos ad particularium Eccleſiarum Epiſcopatus promotos fuiſſe conſtat; neque his tergiuerſationis locus eſt, cùm id Apoſtolorum geſta pręſeferant: adeò quod illud palàm habeatur, vt plus ſit aliquid facto, quàm verbo exprimere, l. ſi tamen ſine culpa, ff. de ædil. ædic. l. reprehendenda, ff. de inſtit. & ſubſtit. Vnde Tull. contra Saluſt. ait, vbi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis? contra quos etiam vt pręfertur definientes, habetur rea. vt Regulares ad Apoſtolorum imitationem à Religione, ad quam ſunt à Domino vocati ad Epiſcopatum poſſint aſſumi cap. ſtatutum 18. quæſt.1. §. ſine 16. quæſtione 1. cap. hinc. Neque pręmiſſis, quę de caſtitate dicuntur vim faciunt, relata ab Archid. in cap.18. omninò 21. diſtinct. vbi colligitur Apoſtolos complures fuiſſe coniugatos, vxoreſque ſecum duxiſſe, vt eis miniſtrarent, quia eas quaſi ſorores habebant dicto cap. omninò; quas inſuper conſtat duxiſſe ante eorum vocationem ad Apoſtolatum: Nam ſecuto voto, perpetuò caſtitas ſeruari præcipitur, cap. nuptiarum, 27. q. 1. iuxtà illud Leuit. cap. 19. ſancti eſtote, & cap. oportet 81. diſt.

ARTICVLVS II.

Apoſtolici culminis quæ ſit altitudo.

SEquitur textus ibi culmen: eſt autem culmen nomen importans idem, quid ſummitas, aut vertex, vel faſtigium alicuius ædificij. Vnde Virg. Eglog. 1.

Et iam ſumma procul villarum culmina fumant;

quandoque etiam refertur ad pretij ſummam iuxtà illud Plinij, lib. 9. cap. 35. ibi culmen omnium rerum pretij margaritæ tenens. Vnde ex hoc textu demonſtratur error, quo tam Græci, quàm Moderuioris impietatis aſſeclę laborent dogmatizantes inter Papam, & Epiſcopos nullum verſari prælationis diſcri-

ſcrimen; ad quod magis demonſtrandum dilucidè.

Præmittendum eſt diuum Petrum inter Apoſtolos primitùs ad Apoſtolatum non fuiſſe vocatum, nec etiam ipſi Domino veluti Ioannem, & Iacobum filios Zebedæi fuiſſe ſanguine coniunctum, nec præ cęteris Apoſtolis generis nobilitate præclarum, ideò cęteris præferendum, cùm eſſet piſcator. Qui tamen ab Euangeliſta Matth. cap. 10. ſicuti Marc. cap. 4. & Luc. cap. 6. Cæteris præfertur, vbi Apoſtolorum nomina ex profeſſo receuſentur. Diuuſque Petrus non in vim numeri, vel ſerie numerationis, ſed expreſſa explicatione primus eſt nuncupatus, vt ait textus, ibi duodecim nomina Apoſtolorum ſunt hæc, primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, &c. vbi conuincitur quod ab Euangeliſta primus non diceretur, nec primus in illa ſerie poneretur, niſi alijs Apoſtolis præfuiſſet, & Princeps extitiſſet: Declarat diuus Anacletus in cap. ſacroſancta 22. diſtinctione. His quoque diui Cyrilli conſona eſt ſententia ſuper Luc. cap. 22. ibi ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, ita inquit Chriſtus omiſſis cęteris venit ad Petrum Eccleſiæ prælatum, & deinceps paucis interpoſitis eodem cap. inquit ibi, tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, quaſi dicat, poſtquam me negato ploraueris, & ſi pœnitueris, corrobora cęteros fratres tuos cùm te Principem Apoſtolorum deputauerim, hoc enim decet, qui mecum robur eſt, & petra Eccleſiæ hactenus ibi; ſed quæ erit tergiuerſatio auctoritati, qua Dominus Ioann. cap. vlt. ait Petro paſce oues meas, nullo inter oues diſcrimine habito, cùm Apoſtolos de grege Domini fuiſſe fateri oporteat, manifeſtiſſimè pręſefertur Petrum paſtorem, tam ad ipſos Apoſtolos paſcendum, quàm cęteros fideles inſtitutum fuiſſe, & eſt ratio inconuincibilis, & neceſſaria nulla contraria prorsùs ratione irritanda.

Diui Petri principatus iura aſtruentia non deſiderantur, vt eſt ſumpta auctoritas Matth. cap. 16. ibi: ego dico tibi, ſoli Petro loquens, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; vbi ait gloſ. ſpecialiter Petro claues conceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideò enim ipſum Principem conſtituit Apoſtolorum, vt Eccleſia vnum principalem haberet Chriſti Vicarium, ad quem diuerſa Eccleſiæ membra recurrerent, ſi fortè inter ſe diſſentirent: Vnde ibidem Rabani gloſ. ait, Qui enim Cœlorum Regna maiori dilectione præ cæteris confeſſus eſt, meritò pręcæteris ipſe collatis clauibus Regni cœleſtis donatus eſt. Maximum quoque prælationis Petri teſtimonium eſt illud Ioan. cap. vltimo; præſertim retenta illius textus ponderatione, vt Dominus ea proferret verba cæteris Apoſtolis præſentibus, ipſoque ad Cœlos aſcenſuro, tertiaque iuſſione reiterata ad Petrum, vt paſceret oues, & agnos ſuos, de qua ibi diuus Chryſoſtomus rationem habens dixit textum exponens, ideſt loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum. Idem aſtruit illud, Matth. cap. 17. vbi Dominus Petro iniunxit ſtateris ſolutionem pro ſe, & ipſo Petro ad tributum ſoluendum, de qua ſolutione diuus Auguſtinus in qu. nou. & vet. teſt. n. 79. rationem commemorans, ait Saluator noſter cùm pro ſe, & Petro dari iubet didragma pro omnibus ſoluiſſe videtur. Quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij ita poſt Saluatorem in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Dominici. Hactenùs ille.

Non minùs Petri principatum, quàm etiam Eccleſiæ vnitatem, comprobat illud Matth. cap. 18. ibi, aſpiciens Ieſus in Diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro, ſi peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, vnde oſtenditur Dominum Petro doctrinam tradentem, voluiſſe à Petro recipi, vt ab ipſo in alios diffunderetur Apoſtolos, ſicut etiam præmiſſa huiuſmodi comprobantur Ioann. cap. 13. quando Dominus Diſcipulorum pedes lauaturus acceſſit primò ad Petrum, vt aliorum principem, vbi gloſ. inquit, venit ad Petrum non poſt alios, ſed priùs ad primum Apoſtolorum, vnde Auguſtinus ibi in gloſſa, quæ eſt in capitulo quis neſciat, 24. quæſt. 1. quis neſciat primum Apoſtolorum eſſe beatiſſimum Petrum? vbi primus intelligitur iuriſdictionis dignitate, non vocatione, vel generis nobilitate, vt præfertur. Petrus vt tradit gloſ. in cap. audiuimus, 24. quęſt. 1. à Domino auctoritatem recepit præ omnibus, & pro omnibus; pro omnibus ad vnitatem denotandam; præ omnibus eius prælationem indicandam, gloſ. hoc dictum verificari videmus in ea parte, qua pro omnibus vt principem familiæ, vel patrem imitatus.

Propterea os Apoſtolorum à diuo Chryſoſtomo nuncupatur Matth. cap. 16. ex eo nempè, quia pro omnibus cæteris Apoſtolis Petrum conſtat, aut reſpondiſſe, aut interrogaſſe, vt videre eſt Matth. dicto cap. 16. Domino interrogante Diſcipulos, vos autem, quem me eſſe dicitis? ſolus ibi Petrus reſpondet, vbi Chryſoſtomus inquit de plebis opinione interrogat omnes, ſed omnibus Diſcipulis interrogatis Petrus, tamquam os Apoſtolorum, & Caput pro omnibus reſpondet, hactenùs ille.

Item Ioan. capit. 6. ſciſcitanti Domino Apoſtolos, an vellent ſequi eos, qui retrò abierant ſolus Petrus reſpondit, vbi ait gloſ. vnus pro omnibus, Domine quo ibimus? verba Dei habes. Idem habetur Luc. 122. vbi Dominus ait, & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet, ſolus Petrus interrogat dicens: Domine an ad nos dicis hanc Parabolam, an ad omnes? ibi gloſ. Theophyl. ait, Petrus, cui committenda erat Eccleſia, quaſi omnium curam gerens inquirit vtrum ad omnes hanc Parabolam protuliſſet; nam non ſecùs patet Petrum ſe in huiuſmodi habuiſſe, quàm naturæ inſtituto cauſatur, iuxtà illud gloſ. in cap. placuit, 17. diſtinct. ibi ille in Conuentu debere priùs loqui, cuius potior eſt auctoritas, veluti hoc idem Petrum obſeruaſſe patet Matth. capitulo 19. ibi ecce nos reliqui-

mus

mus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis?

Præterea Apoſtolis Domini præcipuam obſeruationem erga Petrum in ſingulis actibus intuentibus naturalis præſumptio ſuaſerat, vt præ ipſis Petrus à Domino eſſet ſublimi aliquo gradu extollendus, præſertim vbi innotuit, quod in ſolutione tributaria Dominus ſibi Petrum adæquauerat, propterea, vt Diuus Chryſoſtomus in gloſſ. Matth. capitulo 19. concordi aiunt Apoſtolos ibi interrogaſſe Dominum ſub illis verbis, quis putas maior eſt in Regno Cœlorum? Ecce quia communi Apoſtolorum iudicio Petrus cenſebatur cæteris Apoſtolis præferendus, vt maior quamuis adhuc non audiuiſſent Dominum ex ore proprio, illum eorum Principem, & totius Orbis Paſtorem ſe inſtiturum, prout poſteà ipſis adſiſtentibus. Ioan. cap. vlt. inſtitutus fuit ibi paſce oues meas.

Magnum, neceſſariumque Petri principatus argumentum ſumitur, Lucæ capitulo 22. ibi Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres. Tergiuerſari non poteſt, quòd Domino ita loquente coram alijs Apoſtolis non fuerit Petro demandanda cura aliorum Apoſtolorum, cùm ad ipſum illos in fide confirmandi qualibet titubatione, vel animi infirmitate contingente pertineret cauſa, Domino ſic auctoritatem Petro deſignante, ibidem colligatur.

Quare diuus Leo in ſermone ab auctoritate huiuſmodi ſumpto, conformi explicatione locum ipſum declarat ibi commune erat omnibus Apoſtolis de tentatione formidinis periculum, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam Diabolus omnes exagitare cupiebat, omnes elidere, & tamen ſpecialis cura à Domino Petri ſuſcipitur, & pro fide propriè ſupplicatur, tamquam aliorum ſtatus certior ſit futurus ſi mens principis victa non fuerit. In Petri ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur, hactenùs ille.

Confirmantur prædicta eadem Lucæ auctoritate vbi ènarratur, contentionem inter Apoſtolos obrepſiſſe ſuper eo, vt quis eorum videretur eſſe maior, vbi diuus Gregorius exponens ait ibi: Videtur hæc contentio habuiſſe motiuum, quia cùm Dominus ab hominibus tranſmigraret, oportebat aliquem eorum fieri principem aliorum quaſi Domini vicem gerentem. Quod maioritatis munus inter Apoſtolos affuturum prædicit Dominus ibi, ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator; Vnde ſumitur Dominum prælationem in Eccleſia non reprobaſſe, vt impiorum eſt ſententia, ſed immò expreſsè eam indixiſſe, vt ibi, & Ioan. capit. 4. Quando Dominum Petro dixiſſe patet, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput.

Vlterius huius Petri principatus ex linteo quadrupedibus ſerpentibus, & volatilibus, è Cœlo miſſo demonſtratur cum voce ſurge Simon Petre occide, & manduca. Act. cap. 10. Quod diuus Bernardus ad Eugen. III. in lib. de conſid. cap. 7. ait, quatuor enim lineis vas ſubmiſſum eſt de Cœlo Petro, vbi erant omnia animalia, & ſequitur ei vox: Surge Petre, macta, & manduca, omnes enim mactat Petrus in eo quod mali ſunt, & manducat in corpus Eccleſiæ traijciendo, & infra, omnes enim erant in arca, omnes in diſco, omnes mactat Petrus, & manducat omnes. Hactenus ille.

Idem aſtruit quod Petro iniungitur, vt rete ducat in altum, & alijs Apoſtolis, vt retia relaxent. Luc. cap. 5. Quæ miſtica declarat text. in cap. non turbatur 24. q. 1. ibi, & ſi alijs imperatur, vt laxent retia ſoli tamen Petro dicitur duc in altum, quam altitudinem diuitiarum videre, id eſt, ſcire Filium Dei, & profeſſionem diuinæ generationis aſſumere, quam licèt mens nequeat humana plenè rationis inueſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Diuus Petrus ſuper aquas greſſum habens. Ioan. cap. 21. ſingularis poteſtatis ſuæ pariter teſtimonium prętulit alijs Apoſtolis ad Dominum, vt Petrus nauigio tendentibus facit etiam ratio, vt ſoli Petro ſit à Domino iuſſum, vt hamo piſcaretur, cuius miſterium habetur in cap. eſt aliud 24. q. 1. vbi à Diuo Ambroſio declaratur hamum referre ferrum iuriſdictionis. Pręcipuam Petri curam, quam Dominus geſſiſſe demonſtrat. Ioan. cap. vlt. atteſtari Petri ipſius principatum, quando illi eſt, à Domino dictum, Tu me ſequere; nam, rei exitu attento, conſtat diuum Petrum Dominum, ità ſequutum eſſe, vt non ſolū, in Eccleſiæ principatu Dominum ipſum ſequi placuerit, & in miraculorum magnitudine in infideliumque conuerſione, vt infrà inſinuandum eſt ſed etiam vſque ad crucem, quod & ſi pateat ex præmiſſis, ſatis, ſuperque indubiam eſſe ipſius principatus veritatem, veluti etiam de interpretatione illa Domini in Petro, ibi. Simon dormis, non potuiſti vna hora vigilare mecum. Ioan. c. 18. Vbi ſolus Petrus incuſatur, & ſi cęteros Apoſtolos cum eo dormientes Dominus repererit, quaſi quod Petrus, vt Princeps futurus alios in officio contineret ne in periculi illius articulo ſe ſomno corripi ab eo permitterent.

Hanc Domini de diuo Petro in Eccleſiæ Principem factam tot rerum argumentis electionem, comprobant quoque ipſius Principis geſta, ratione habita, quod primum omnibus peragendis ad Eccleſiam ſpectantibus ſe exhibuerit, non ſecùs, quàm huiuſmodi Principis nomen ethimologiæ medio retineat, vt exindè Princeps dicatur quaſi primum locum capiens, gloſſ. in c. fundamenta, §. proindè de elect. in 6. Luc. de Penn. in l. prima, C. de prin. in re. lib. 12. Nec viro ſanctiſſimo ſummę humilitatis exemplo aſcribi potuit (vt eſt impiorum blaſphemia) quod ambitus motu, quæ ſunt principis geſſerit, cùm id ab Eccleſia deteſtabile ſit reiectum, nec ſit abſque culpa, c. non eſt ſine culpa de reg. iur. in 6. & ſit ſcelus etiam, à profanis improbatum, l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit.

bit. conſtat enim ambitum eſſe ipſius ambientis actionem Feſto lib. 1. ideò eſt, ſic dictum, vt qui Romæ magiſtratus, & honores quærebant, populum ambire ideſt circumire ſolrbant; declarat Varr. ling. Lat. lib. 4. Item Dominus à mortuis reſurgens primò diuo Petro apparuit Luc. 24. vbi diuus Chryſoſt. ait ſic primò digniori, & fideliori omnibus apparuit.

Primò igitur conſtat diuum Petrum, ita ſui principatus iura executioni demandaſſe, quando Collegium Apoſtolicum Iudæ proditoris perſona diminutum, vt Matthiæ Apoſtolatu ſuppleretur, Act. cap. 1. ibi exurgens Petrus in medio fratrum, vbi Chryſoſtomus ait: Petrus vt princeps ſemper incæpit ſermonem, & infrà, centum viginti erant, & vnus quæritur ex omni multitudine, opportunè verò primus Petrus huius rei dominatur, cùm ipſe omnes in poteſtate acceperat, hactenus ille, iure principali diuus Petrus functus pariter fuit, quando Apoſtoli Spiritu ſancto afflati omnium linguis loquentes, à iudæis illudebantur, & à diuo Petro corripi Ioelis Prophetæ vaticinio reperiuntur, vt ibi ait gloſſ. loquitur Paſtor pro quibus principatus iura diuus Petrus tunc etiam exercuit, quando Ananiam, & Zaffiram coniugem ob furtum, & mendacium ſententialiter damnauit ad mortem Act. c. 5. vbi inquit gloſſ. quamuis ante pedes Apoſtolorum Ananias, & Zaffira pretium agri venditi poſuiſſent, tamen Petrus quaſi Princeps Apoſtolorum loquitur, & damnat, ſicuti Principis iure non minùs vſus eſt, vbi Simonem Magum pecunia Spiritus ſancti gratiam redimi exiſtimantem à conſpectu ſuo reiecit maledictione ſuperaddita, tecum pecunia tua ſit in maledictione, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri, Actor. cap. 8. vbi ait gloſſ. Petrus quaſi Princeps loquitur, ſimiliter ſe Principem diuus Petrus præſetulit, quando pleno Apoſtolorum Concilio ſolemniter decreuit, vt ex gentibus ad fidem venientes ad legalia obſeruanda non tenerentur. Act. cap. 15. vbi gloſſ. In ver. exurgens, ait pro omnibus quaſi Princeps loquitur, cui adhærent diui Gregor. verba, vt habetur in cap. Petrus, 2. quęſt. 7. ibi Petrus, poteſtatem regendi, & gubernandi omnes Apoſtolos, & cæteros fideles à Chriſto acceperat, conſtat idem dixiſſe diuum Anacletum Papam, & martyrem in c. ſacroſancta 22. diſt. ibi inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, & licèt ſint plures Apoſtoli, Petro tamen conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet; idem ſenſit diuus Leo Papa, vt habetur in cap. ità Dominus 29. diſt. Vices ſupremi iudicis referre etiam demonſtrauit, quando ad portam templi claudum ſanauit Ioanne Comite, quod ſibi ſoli aſcripſit, non enim inquit, quod habemus hoc tibi damus, ſed quod autem habeo hoc tibi do. Actor. cap. 3. cui actioni conformatur etiam mirabile illud quando ſanctus Princeps ſola corporis vmbra curabat infirmos. Actor. cap. 5.

Dominum etiam in prædicatione conſtat fuiſſe imitatum, quando vna die tria millia hominum ad fidelium iura ſequenda reduxit. Vltra admiranda prædicta Tabitham morte correptam, ad vitam reuocauit,

Decuit enim Petrum æterni Principis perſonam referentem, ea eſſe aſſecutum iura quæ eidem Principi propria fuiſſe conſtat. Bartol. in l. 1. §. 2. quibus, ff. de legat. tertio, & in l. 5. ff. de tutor. dat. ab his. Arguunt pariter principatus ſui futuri diuum Petrum preſcium fuiſſe, tot interrogationes, ac ſciſcitationes ab eo factæ erga Dominum, vt eſt ea, ecce reliquimus omnia quid ergo erit nobis? Matth. cap. 19. & aliæ multæ, dum diuus Princeps ſatagebat inſtrui ad futurum Eccleſiæ regimen Domin. à Sot. 4. diſtin. 10. artic. quæſt.

Arguit etiam quòd vt Principi ab Apoſtolis Petro deferebatur, quando ad ſepulchrum currens Petrus cum Ioanne, Ioannes currit citius Petro, non tamen in ſepulchrum Ioannes eſt ingreſſus niſi poſt Petrum. Ioan. capitulo vigeſimoprimo, quo actum dignoſcitur vltra myſticum ſenſum Ioannem Petro, vt Principi ſuo deferre voluiſſe; Veluti etiam quando diuus Petrus anteiuit Apoſtolis Paulo, & Bartholomæo, quamuis eſſent Apoſtoli, & natalium nobilitate inſigniores diuo Petro, cui eos ſui principatus intuitu detuliſſe conſtat gloſſ. In capitulo loquitur in verb. pari, vigeſima quarta, quæſtione prima, facit text. in capitulo puto, ſecunda quæſtione ſeptima, & capitulo dudum, extrà de maioritate, & obed. & ſecunda quæſtione ſeptima, capitulo Petrus. Quod ius prioritatis ab ipſis Apoſtolis, in cæteris eorum actionibus conſtat ſeruatum eſſe, vt fuit in ædictione Symboli Apoſtolici, vbi diuus Petrus particulam ipſius Symboli primam appoſuit, vt refert Archidiac. in cap. canones 15. diſtinct. quam editionem, vt ibi refertur, conſtat ab Apoſtolis, ideò prodijſſe ante eorum diſperſionem, vt ſicut in vna fide erant concordes, ſic omnes eandem illam prædicarent, ſicut etiam primum conſtat fuiſſe diuum Petrum in nouo teſtamento ad ſtatuendas dignitates Patriarchales, necnon Primates, Archiepiſcopales, Epiſcopales locorum diſtributionibus peractis cap. in illis 80. diſt. ſic etiam primùm docuiſſe conſtat Epiſcopalem ordinem regiminis Clericorum, & Eccleſiæ regulam, ideſt Petrum can. cap. quinto ſeniores, qui ſunt in vobis, & infrà, paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundùm Deum non turpis lucri gratia, ſed voluntariè.

Neque, vt dominantes in Clero, ſed formæ ſacti gregis ex animo, hæc ibi. Quæ verba ad Epiſcopos proferre diuum Petrum atteſtatur ibi gloſſ. in verbo conſenior diui Hieronymi, dicentis conſenior, ideſt, compresbyter, cùm tempore Petri Epiſcopi, & ſacerdotes ſecundi ordinis communi presbyterorum nomine appellarentur.

Quòd Epiſcopis eſſe dictum, declarant verba, ibi, non quaſi dominantes in clero, quia de ſacerdotibus ſecundi ordinis accipi non poteſt, quandoquidem in Clero nullatenus præſint, niſi priuilegio, vel præſcriptione; nam lex ad ea, quæ frequentiùs accidunt condita eſt, l. nam ad ea, ff. de legib. & ad dubia tollenda, l. Labeo, ff. de carb. ædic. l. Ancillæ, C. de furt. complura alia à Petro veluti, à Principe ponuntur infra in verb. Cardinalibus. Quibus ab hæreticis reſiſtitur.

Vndè

Digitized by Google

Vndè aiunt ſi Petrus principatum retinuiſſet, manuum impoſitio, non ab Apoſtolis, ſed à principe, vt eius eſt electiones confirmare, ſacta fuiſſet in Diaconorum promotione, quod cum fuerit ſecus obſeruatum, ſequitur vt nullus Petri fuerit principatus, ſed quod æquali poteſtate cum eo Apoſtoli haberentur. Præterea contra fas eſſe videtur, vt maiores ab inferioribus mittantur, cùm miſſio ſuperioritatem arguat in mittente, vndè videtur vt textu Act. cap. 8. explicante, Apoſtolos miſiſſe Petrum, & Ioannem ad illos de Samaria, vt ab eis acciperent Spiritum ſanctum, quod potiùs arguit Petrum ſub Apoſtolis fuiſſe, quàm illis ipſum præfuiſſe.

Et ſunt argumenta nullius roboris, quia quatenùs dicitur de electione diui Matthiæ ad Apoſtolatum iuxtà quæſitum ibi in expoſitione diui Chryſoſtomi numquid ſolius Petri auctoritate poſſet eligi, patet nullam ſubeſſe difficultatem, vbi ait, numquid ergo cum eligere non poterat? vtique poterat, ſed ne videretur ipſe gratiam dare, ideò non fecit, & infrà; Centum viginti erant, & vnus quæritur ex omni multitudine, opportunè Petrus primus huius rei dominatur, quia ipſe omnes in poteſtatem acceperat, ad eum enim dixit Chriſtus, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, hactenus ille. Confirmantur iſta quia omni conatu patet Petrum dominantis partes in Clero, non ſolùm pro ſe euitaſſe, ſed alijs Epiſcopis idem iniunxiſſe canon. ſua. 1. cap. 5. vbi Epiſcopos commonefaciens ait, non quaſi in Cleris dominantes, ſed formæ facti gregis ex animo, vt conſtat diuum Hieronymum eodem loquendi modo vſum in cap. eſtore 95. diſtinct. ibi ſciant Epiſcopi ſe eſſe ſacerdotes, & non Dominos.

Nullam vim prætereà inferre patet, quod pariter ſumitur Actor. c. 6. ſup. elect. 7. diaconorum, quia eadem humilitatis iura Sanctiſſimus Princeps ſeruare duxit in electione illa ſeptem Diaconorum, qua in Apoſtolatus Matthiæ eſt promotione vſus, quàm etiam ſecutus videtur in forma exhibendo Eccleſiæ, quam Romæ erexit, vt ſua. 1. canon. inquit, ſalutat vos, quæ eſt in Babylone Eccleſia coelecta, cap. 5. in fin. quia conſtat, Innoc. referre in cap. irrefragabili, ext. de elect. electionem pœnes capitulum exiſtentem, & ſic plurium voto celebrandam, non electionem, ſed coelectionem eſſe appellandam, ſicuti eadem ratione ſi plures iudices à Concilio decernantur coniudices, & non iudices dicuntur, arg. l. ſed ſi, §. qui manumittitur, ff. de in ius voc. & tantò magis Domini vrgente præcepto, qui Matth. cap. 19. dando formam prælato eorum futuro dixit, qui maior eſt in vobis fiat ſicut miniſter. Sed has electiones, ipſum Apoſtolorum Principem miſſas feciſſe conſtat, quando Matthiam ad ſolum presbyteratum Apoſtolico voto receptum ibi repetitur, & Petri inſtantia, vel petitio foret, vt Epiſcopatum indè ſortiretur, ad quem poſteà conſtat, ſola Petri electione fuiſſe promotum, etſi tunc ab Apoſtolis ad ſolum ſacerdotium reciperetur: vndè ſumitur argumentum Papam eſſe ſupra Concilium cap. in illis 80. diſt. & ità hunc ſenſum ſequitur Petrus de Monte in tract. Concil. cap. 10.

Vltimò in hac Apoſtolorum coadæquatione Petri ad ceteros Apoſtolos, vt præfertur Act. cap. 8. Apoſtolos miſiſſe Petrum, & Ioannem ad eos de Samaria. Reſpondetur falſum eſſe, miſſionem arguere prælationem in mittente, patet inter multa ibi Matth. 2. vbi Herodes tres Magos Reges miſit in Bethleem ſuper quos tamen patet nullam Herodis fuiſſe poteſtatem, vt etiam diuus Chryſoſt. dixit ſuper Matth. c. 10. ibi, Principes Mundi ideò ſiunt, vt dominentur minoribus, & abutantur vita eorum ad eorum vtilitatem, & gloriam; Principes, autem Eccleſiæ, vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrent eis quæcumque acceperunt à Chriſto, vt ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent. Hactenus ille. Vndè ſequitur, vt illa de diuo Petro miſſio fuerit, vt ſibi ſubiectis fidelibus ab eo eſſet conſultum, ab eoque Samaritani acciperent quæcumque ipſe à Chriſto acceperat. Legitur inſuper precibus populi Romani, & totius Italiæ procerum miſſum eſſe beatum Leonem ad Regem Attilam copijs ſuis militaribus Romam properantem, vt eum placatum redderet ne exercitu ſuo, veluti Aquileam funditus iam euerſam, totam Italiam euerteret. Nam verbum illud, miſſum, vt iuris eſt ſemel in oratione poſitum propriè, & impropriè capi poteſt l. certi conditio, ff. ſi cert. pet. l. 2. ff. de offic. proc. Archid. in cap. presbyterum 28. diſt.

Ex hoc verbo, miſit, refert D. Auguſt. lib. 4. de Trinit. Sceleſtiſſimum Arrium aſſumpſiſſe argumentum conſtituendi differentiam intra æqualitatem trium diuinitatis perſonarum, quia Pater dicitur mittere Filium, & Spiritum ſanctum, Filium autem, & Spiritum ſanctum mitti; Vndè ſine improprietate ſumptum, conſtat ad hæreſim deducere, ſicut Armenia quoque contigiſſe refert Ricard. lib. 7. de quæſt. Armeniorum cap. 3. Propterea diuum Thomam ſuper huiuſmodi enucleatione in prima parte quæſt. 44. tripliciter miſſionem conſiderare reperitur, vt eſt quæ fit auctoritatis imperio, quando Papa dicitur miſiſſe aliquem in Nuncium, vel Legatum ſuum. Aliam dicitur fieri miſſionem, quando Regni conſilium rationibus ſuadet Regem in hoſtem iturum, vel in caſtra, vt fuit illa diui Leonis præmiſſa ad Attilam procerum ſuaſionibus totius Italiæ: Eſt & tertia, quæ ortum habet ab amoris cauſa, & hæc illa eſſe videtur, quam Apoſtolos in Petro exercuiſſe dici poteſt, quæ reuera non ab Apoſtolis, niſi ſuaſionibus progreſſa videtur, amore Petri erga Eccleſiam veluti inſtrumento validiori efficacius operante, quia amor gradum non habet. Et hæc ſufficiant quoad reſpondendum deductis ex Apoſtolorum geſtis ad culmen Apoſtolicum impugnandum.

Vnde primo de hoc culmine, vt nihil ſit, aiunt apparere ad Galat. cap. 2. & habetur cap. Paulus 2. quæſt. 7. quia ſi Petrus aiunt ipſi fuiſſet Princeps non inſcriptum reliquiſſet Paulus dict. cap. 2. ad Galat. hæc verba, videlicèt, cùm autem veniſſet Petrus in Antiochiam in faciem ei teſtiti, quia reprehenſibilis erat, quod Paulus non geſſiſſet ſi principatus iura Petro competijſſent lege reſiſtente, vt illud Exod. cap. 22. ibi dijs non detrahes, & principi populi tui non maledi-

ces.

ces, & 11. Reg. cap. 6. Oza percutitur à Deo, quia tetigit Aream, & Hieron. in dicto cap. Paulus ait, Paulum auſum non fuiſſe Petrum reprehendere, ſi ſe imparem Petro ſciuiſſet eſſe.

Deindè pluribus medijs inſiſtunt, vt infrà ſumitur ex citata epiſtola in principio, vbi loquens Apoſtolus de principalibus Chriſti Diſcipulis ait, ibi, mihi autem, qui videbantur eſſe aliquid nihil contulerunt, inter quos erat Petrus, ſed etiam cùm cognouiſſent, quòd creditum eſt mihi Euangelium præputij, ideſt prædicandum gentibus, ſicut, & Petro circumciſionis, ideſt, Iudæis. Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt, & mihi, inter gentes dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentes, & ipſi in circumciſionem, ex qua litera plura depromunt contraria, vt primò ibi dextras dederunt ſocietatis, quod non contigiſſet cùm quid illicitum videatur ſodalitium inire cum Principe cenſeretur, ſi Petrus Princeps habitus fuiſſet.

Secundò ex eadem litera, ibi, nihil mihi contulerunt, quod ſi Petrus fuiſſet, vt caput quoque ipſis membris aliquid (vt capitis eſt) influxiſſet, iuxtà quod ibi tradit gloſ. quæ ait non illis inferior fui, quia Domino Deo adeò perfectus ſum, quod nihil eſſet, quid in collatione perfectionis meæ addiderint, qui enim illis imperitis tribuit, ſenſum dedit & mihi. Hactenùs illa gloſ.

Tertiò, ibi de paritate operis arguitur, quod ità Paulo negotium principaliter prædicandi Euangelij hominibus preputij eſſet iniunctum, ſicut Petro hominibus circumciſionis, & ita ei æquales præſeferebantur.

Quartò, quia ex litera huiuſmodi ſumitur Petrum ſuæ iuriſdictionis limitatos fines habuiſſe, & non vniuerſæ Eccleſiæ, vel totius Orbis, dum ibi dicitur, vt Petrus circumciſis, Paulus verò præputij viris ſit Euangelium expoſiturus: Sunt rationes leui indagine euaneſcentes. Et quoad primam, vt Paulus in Petri faciem inſtetiſſet nihil relanat, quia in concurrentibus fidem, cuiuis priuato permiſſum videtur ſuperiori ſuo reſiſtere. Declarat text. in dict. cap. Paulus, ibi Paulus dicit, ſeniorem ne increpaueris, ſed hæc eius regula in eo reſeruanda eſt, cum culpa ſenioris exemplo trahit ad interitum corda iuniorum. Hiſque verbis conſonat gloſ. ad Galat. cap. 2. ibi Petrus exemplum maioribus tribuit, vt ſicubi fortè rectum reliquiſſent, non dedignarentur etiam ab inferioribus corrigi: nec ibi diui Hieronymi reſiſtunt verba, vt Paulus non ità locutus fuiſſet ſi ſe Petrum æqualem non agnouiſſet, quia illam æqualitatem inter Petrum, & Paulum D. Hieronymus ità loquens intelligit, quo ad Apoſtolatum, & ordinem, non autem quoad Petri iuriſdictionem, & dignitatem, & ita declarat ibi Gratian. in dicto cap. Paulus, & ſic pluries.

Idem diuus Hieronymus explicat Petrũ Principem Apoſtolorum, cap. quoniam vetus 24. quæſt. 1. & conformi ſententia extat diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 34. artic. 4. vbi ait, quòd Paulus erat par Petro quo ad fidei defenſionem, non quo ad dignitatem prælationis, quoniam de paritate vitæ conuerſationis, ſanctitate non benè videtur intelligendum, cùm Paulus dicat, nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, 1. ad Corinth. cap. 4. vbi ait gloſ. magis, non ideò me iuſtum puto, quia poteſt eſſe, quod neſcio. Delicta enim, quis intelligit ab occultis, & quis gloriatur ſe mundum habere cor, humiliat ſe Apoſtolus hoc dicens: loquiturque vt homo, qui poteſt habere culpam neſcius. Hactenùs gloſ. Nec quod allegatur ibi ne maledixeris Principi congruit, cùm hic nulla ſit maledictio, ſed correctio.

Non reſiſtit quoque, quòd ſecundo loco obijcitur de ſocietate inita ob datas dexteras, quod ſit æqualitatis argumentum, & ob id Principatus patens excluſio, quia non ex eo excluditur Petrum fuiſſe Principem, vt etiam de Cæſare conſtat, qui milites ſibi ſubiectos commilitones appellat, nec tamen eſſe illorum Princeps, & Imperator ceſſat, leg. 1. ff. de milit. teſt. ſicuti etiam conſtat Dominum ſuam prælationem non diminuiſſe, quando Diſcipulos fratres ſibi nuncupauit, Ioann. cap. 20. Et eſt falſiſſimum, vt Princeps aliquot in ſocios habere recenſet ſibi ſuppoſitos, vt videre eſt 1. Reg. cap. 23. ibi fuit Rex Saul, & ſocij eius ad quærendum Dauid.

Neque quod tertio loco ex præallegata epiſtola ſumunt Hæretici aliquid obeſt, vt Petrus tamquam caput aliquid Paulo, & Barnabæ non contulerit, quia ibi talis non ſumitur ſenſus, ſed benè colligitur, quod eius Euangelio ab ipſo Apoſtolorum Principe in aliqua ſui parte nihil additum, vel immutatum fuiſſe, non negat ſibi conceſſum, cùm negare nequierit, ad prædicationem fuiſſe admiſſum, nec in aliquo improbatum, quod fuit vnum, quod vt à capite Petro, fuit receptum à Paulo, ſicuti etiam per datas dexteras Paulus admiſſus demonſtratur ad plena iura Apoſtolatus, ſicut communionis, & mutuæ dilectionis, quæ ad Apoſtolorum Cœtum conſeruandum conquirebantur. Satis enim diuo Paulo viſum eſt ab ipſo Principe receptum ferre, quod in ſua Eccleſia vniuerſali, vt ad quaſcumque vellet nationes tranſmigraret, Euangelium prædicaturus, etſi cæteris Apoſtolis limitatos fines, aſſignatos fuiſſe legatur, cùm illud prædicationis munus diuo Hieronymo teſte in epiſt. ad Auguſt. 22. vbi ait Paulus prædicare, niſi conſulto Petro præſumpſiſſet; ſubdens denique tantæ auctoritatis Petrus fuit, vt Paulus in epiſtola ſua ſcribit: Deindè poſt tres annos veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim; iterùm in ſequentibus, poſt annos quatuordecim aſcendi iterùm Hieroſolymam cum Barnaba aſſumpto, & Tito; aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & expoſui eis Euangelium, quod prædicaui inter gentes. Oſtendens non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri, & eorum, qui cum eo erant fuiſſet ſententia corroboratum. Hactenùs diuus Hieronymus.

Ecce, quod ſi Petrus erga Paulum aliorum Apoſtolorum doctiſſimum, hæſitandi modum Euangelij prædicandi ſubſtulit, vt

Digitized by Google

caput Eccleſię ſecuritatem Coapoſtolo influxit, ergo quod capitis eſt ad membra influere adimpleuit.

Quartò, minùs verum eſt Apoſtolum Paulum, dicto cap. 2. ad Galat. concludere diuum Petrum, inſtar aliorum Apoſtolorum, limitatos ſuæ iuriſdictionis fines habuiſſe, cùm Euangelium ab Apoſtolo iàm notabili temporis curſu prædicatum, ità innotuiſſet, vt de Petri Principatu, in Euangelio tot rerum argumentis comprobato latere non potuiſſet; adeò quod gloſ. ibi in verbo principaliter, verificatur quo ad officium prædicationis, non autem dignitatis, & iuriſdictionis. Nàm idem Apoſtolus appellat Petrum Cæphas, quod interpretatur caput, ad Galat. dicto capit. 2. ibi: Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini, & Cæphas.

Prędictis difficultatibus prępoſitis contra culmen Apoſtolicæ dignitatis, cùm ex Apoſtolorum actionibus, cùm etiam ex Apoſtoli Pauli doctrina non reſiſtentibus, nonnulla quoque ab Euangelica veritate deſumpta obijciunt, licèt nullatenùs vrgeant, vt eſt Matth. cap. 28. vt ibi, ſcitis, quia Principes gentium dominatur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos, & idem habetur Marc. cap. 10. ex quo aſſumpto aiunt aduerſantes detegi Dominum inter Apoſtolos principatum exlcudere.

Sed eſt vana oppoſitio, quia Dominus ibi excludit tyrannicum Dominium, quo potentiores, vel maiores, minores ſuos ſubijciunt, mancipiaque ipſos ſibi compingunt, quæ ad ipſorum dominantium ſolùm vtilitatem attinent intendentes, non autem ſibi ſubiectiorum, iuxta quod in eos Ezec. c. 22. inſurgens ait, Princepes in medio eius quaſi lupi rapaces, Sed dominatus Eccleſiæ non ſua quærit, ſed ad vtilitatem ſubiectorum inuigilat, erga eos denique non ſecùs ſe habet, quam à Diuo Chryſoſtomo eleganter ſuper Matth. ibi exponitur, vt ſupra inductum fuit, & hunc principatum penès Apoſtolos futurum, prout ex euentu re ipſa demonſtrat regius Propheta ſatis, ſuperque Pſalm. 44. ibi, conſtitues eos principes ſuper omnem terram, vt etiam ſancta canit Eccleſia, quod Dominum Petro dixiſſe fertur ſuper plebem meam Principem te conſtitui. Alia deinceps, & ſic ſecunda ratione mouentur vnde aiunt, ſi quis maior inter Apoſtolos eſſe debuit. Iacobus cenſeri deberet, qui in Eccleſia, in qua Dominus munia paſtoralia per ſeipſum exercuit ſucceſſit, quando in Hieroſolymarum Epiſcopum eſt ordinatus cap. Iacobus de conſec. diſtinct. 4. præſertim cùm Dominus ipſam Eccleſiam prætioſiſſimo ſanguine ſuo exornaſſe conſtat.

Reſpondetur. Ad huius rationis obiectum, quòd potiùs Romanæ Vrbis Eccleſia, quàm Hieroſolymitana aptior fuerit ad vniuerſi Orbis conuerſionem diuina prouidentia ſic diſponente plures ob cauſas, quas eleganter admodùm Diuus Leo Papa in ſerm. 1. in natalit. Apoſt. Pet. & Paul. expoſuit, vbi de communi Apoſtolorum ordine memoria habita, ait, beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum Mundi corpus effunderet; cuius autem nationis homines in hac tunc Vrbe non eſſent? Aut quæ vſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet; Hìc conculcandæ philoſophiæ opiniones, hìc diſſoluendæ erant terrenæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi dæmonum cultus, hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur, quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum; Ad hanc ergo Vrbem tu beatiſſime Petre Apoſtole venire non metuis, & conſorte gloriæ tuæ Paolo Apoſtolo aliarum Eccleſiarum adhuc ordinationibus occupato, ſyluam iſtam frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis Oceanum, conſtantior quàm ſupra mare gradieris, ingrederis. Iam populos, qui ex circumciſione eruditi erant, erudieras. Iam Antiochenam Eccleſiam, vbi primùm Chriſtiani nominis dignitas eſt orta fundaueras. Iam Ponthum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atque Bithiniam, legibus Euangelicæ prædicationis impleueras, nec dubius de proiectione operis, aut de ſpatio tuæ ignarus ætatis trophæum Crucis Chriſti Romanis artibus inferebas, quo te diuinis præordinationibus anteibant, & honor poteſtatis, & gloria paſſionis. Hæc Diuus Leo.

Ecce, quod hìc colligitur vltra veritatis notitiam ſingularum Petri virtutum, ſimùlque actionum geſta, vt decentius fuit Petrum Romanæ Vrbis Epiſcopum, vt totius Orbis inſtitui, quàm Hieroſolymarum, cum nec Hieroſolymis tot difficilia veluti Romæ reparanda eſſent Petri prædicatione, nec prædicationis remedio Hieroſolymis executioni demandato fuerat, vniuerſoque Orbi conſultum vtì Romæ, quam totius Orbis communem eſſe patriam conſtat leg. Roman. ff. ad municip. capitulo ex poſuit, de dilation. vt ibi per Innocent. Decuit, vt principalem omnium vrbium ab Apoſtolorum principali reformari, vtque capite reformato membra reliqua Eccleſiæ inferioribus ciuitatibus recondita faciliùs reformarentur; Virtutum enim gratia Dominus non locis, ità principaliter incluſit, vt hominibus; Propterea Petrum Romæ magnum deſtinauit medicum, vbi maioris infirmitatis incendia ſanari oportuerat, & non priùs quam Iudæa, & alijs ſupra commemoratis prouincijs Chriſtianæ Reipublicæ incorporatis. Vnde cum Eccleſia Hieroſolymitana iam diuino candori aliquatenus reſtituta Petri Pontificatu, poterat Iacobo, vt Petri coadiutori dimitti, vt ab eo Romæ ea ſanitatum remedia exerceri poſſent, quæ ſanctiſſimum Principem, Aſiæ, Pontho, Bithiniæ, Cappadociæ, Pamphiliæ, ac circumciſis præſtitiſſe commemoratur, capitulo primo eius Can. & à beatiſſimo Leone Papa in ſermone, vt ſupra deducto; & ità diuum Thomam hanc diui Iacobi rationem ſumpſiſſe, Ioannis capitulo vltimo, ibi, tu me ſequere, ait, de mente diui Chryſoſtomi, quod Iacobus, licèt poſt Aſcenſionem Chriſti ſpecialem curam illius loci habuerit. Petrus tamen vniuerſalem totius Eccleſiæ curam, obtinuit, quod manifeſtant, quæ ipſe Princeps

ceps

Digitized by Google

ceps in Eccleſia Hieroſolymitana ad vniuerſalem Pontificatum pertinentia exercuit, vt fuit ſupra expoſitum.

Nil adminiculatur, quod tertio loco ex Euangelio Luc. cap. 22. ibi facta eſt contentio, quæ ſi principatus iura, penès Petrum, vel alium extitiſſent ſuborta non diceretur. Sicuti etiam contentionis cauſa à Domino ditimitur, in dicendo humiliorem ſtatum, maiorem petenti, quod non contigiſſet ſi (vt præfertur) iam inter eos de prælatione innotuiſſet.

Reſpondetur. Quia non ſequitur, eſt habita principatus; contentio, ergo inter eos non fuit Principatus. Quia contentionis tempore, cùm adhuc Dominus proprijs actionibus Eccleſiæ ſuæ præeſſet alio Principe, vel Prælato Apoſtoli non indigebant, ſicuti opus Domino viſum fuit eis eſſe, quando corporali præſentia fuit ab eis receſſurus, quia tunc Petrum Principem, & Epiſcopum inſtituit Ioann. cap. vlt. ibi, paſce oues meas. Prætereà dum ex auctoritatibus præmiſſis ſumunt Dominum maioritatem ab Apoſtolis ſubmouiſſe, non minùs impios ipſos allucinatos fuiſſe ſua imperitia demonſtratur, cùm ibidem maioritatem expreſsè in Eccleſia permanſuram inſinuare dignoſcatur, vt eſt ibi, qui maior eſt inter vos, & cap. etſi cum maioritate, vel prælatione humilitatem concurrere expoſcat, iuxta illud Eccleſiaſt. cap. 3. ibi quantò maior es, tantò te humilia in omnibus. Ideòque perperam ſicut in reliquis loquuti ſunt quando aiunt Dominum ſuo exemplo maioritatem de medio ſubſtuliſſe, contra quos illuſtre eſt Ioann. teſtimonium cap. 13 ibi vos vocatis me magiſter, & Domine, & benè dicitis ſum etenim.

Nouiſſimè profitentur Euangelicis inſtitutis prætenſam inter Apoſtolos æqualitatem comprobare, dum ponunt, quod eademmet auctoritas fuerit tradita Petro, quæ cæteris Apoſtolis, Matth. cap. 18. ibi amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erũt ligata, & in Cœlo, & ex Ioann. cap. 20. ibi quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. Vnde aiunt ex æqualibus verbis æqualis eſt etiam collata poteſtas; adeò quod par, in parem poteſtatem habere non poteſt l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad ſen. con. trebel. ergo Petrus nullam prælationem ſuper cæteris Apoſtolis habuiſſe liquet, confirmantur prædicta in capitulo loquitur Dominus, 24. quæſtione prima, ibi, quod cæteri Apoſtoli erant, quòd Petrus fuit, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis idem habetur in c. in nouo 22. diſt. quòd cæteri Apoſtoli cum beato Petro pari conſortio præditi, & honorem, & poteſtatem acceperunt.

Reſpondetur. Has auctoritates ex aduerſo, inducentium intentionem non comprobare præſefertur, quia ibi quamuis de poteſtate clauium omnibus collatam Apoſtolis commemoretur, nihilominus, non æqualiter omnibus collata traditur. Ità declarat gloſ. ſuper Matth. cap. 16. ibi, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cœlis, ait, ſpecialiter Petro claues conceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideò enim ipſum Principem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia principalem haberet Vicarium, ad quem diuerſa Eccleſiæ membra recurrent, ſi fortè inter ſe diſſentirent; Quod ſi diuerſa forent in Eccleſia capita, vnitatis vincula rumperentur, hæc ibi gloſſ. ad hoc etiam habetur Bedæ auctoritas in homil. vbi ait. Qui enim Regem Cœlorum maiori dilectione præ cæteris confeſſus eſt, meritò præ cæteris ipſe collatis clauibus Regni Cœleſtis donatus eſt. Quam ſententiam tum Euangelicis verbis conſonam, vt Luc. cap. 22. ibi confirma fratres tuos, & in Ioann. in capitulo vltimo, paſce oues meas, cùm etiam à ſanctis Patribus receptam ſequitur Chryſoſtomus, dicto cap. 16. nouiſſimè diuus Thomas ſecutus fuit in 4. diſtinct. 24. vbi inquit, quamuis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi, & ſoluendi, tamen, vt in hac poteſtate aliquis ordo ſignificaretur, primò ſoli Petro data eſt, vt oſtendatur, quòd ab eo in alios debet deriuari. Hæc ille.

Diſcrimen verborum quoque, quod habetur inter verba Apoſtolis directa ipſius poteſtatis, à verbis Petro directis non iuiſſe parem, vel æqualem poteſtatem Petro promiſſam à poteſtate communi, quam Dominus Apoſtolis eſt pollicitus Petro cum ſingulari numero ita inquit ibi. Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum. & in Cœlis, ſed ad Apoſtolos ait, quæcumque ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in Cœlo, ibi Origenes, Apoſtolis inquit in Cœlo, & non in Cœlis, ſicut Petro, quia non erant tantæ perfectionis, ſicut Petrus. Nec vim inferre videtur, quod in contrarium ſumitur in dicto capitulo in nouo 21. diſtinct. & capitulo loquitur 24. quæſt. 2. ibi pari conſortio, quia refertur ad paritatem ordinis, vel conſecrationis, qua Petro erant pares, ſed non quo ad poteſtatem iuriſdictionis, qua erant Petro impares. Ità declaraſſet gloſ. in capitulo ſacroſancta 25. diſtinct. quamuis paris, ibi pro ſimili quandoque recipiatur, vt Læuitic. cap. 18. ibi cauete, ne vos ſimiliter cum paria feceritis, gloſſ. ibi, ideſt, ſimilia; Vnde ſi ſimilis poteſtas, non igitur eadem leg. Papinianus exuli de minor. l. quod Nerua ff. depoſiti cum alijs vulgaribus.

Ergo ſtat firma concluſio, quòd Principatus Eccleſiæ verè ſit culmen Apoſtolicum, ſupra quod ſicut aliud non conſurgit ædificium in toto terrarum Orbe, ità nec ei aliquod adæquatur, quod paris, vel æqualis ſit iuriſdictionis, aut dignitatis; cùm liqueat cauſas omnium hominum, per homines Deum terminari voluiſſe, ſed Romanæ Sedis Præſulem ſuo reſeruauit arbitrio, capitulo aliorum, nona quæſt. 3. conſtat enim, vt ſi Eccleſia ſit Angelos iudicatura Paulus ad Roman. cap. 5. tantò magis iudicabit terrena, cap. per venerabilem §. rationi extra, qui filij ſint legitimi, capitulo tibi Domino, diſt. 63. cap. alius 15. quæſt. 6. cap. iuratos, 1. quæſt. 4. cap. quia præſulatus, & ibi gloſſ. Quare ſi pro quia Papa omnes iudicat, ſequitur, vt omnium de Eccleſia maioris ſit dignitatis, cùm maior ſis, qui iudicat, quàm qui iudicatur cap. inferior 21. diſt.

 Q 2 ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Reſponſiones contra nonnulla impiè obiecta.

RVrsùs contra quæ ex Eoangelio ſumuntur diui Petri Principatum comprobantia non minùs ineruditis, quàm impijs medijs inſtatur; dùm primò aiunt, non ſatis probari Petri Principatum ex anctoritatis medio, Matthæi cap. 10. dùm ab Euangeliſta oomina Apoſtolorum recenſeote dicatur, dnodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc: primus Simon, qui dicitur Petrus exprimatur, cùm dicant eadem ratione poſſe concludi Iacobum Petro fuiſſe præferendum ea ratione, quia Paulus ad Galat. cap. 2. ait: & cùm cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cæphas, & Ioannes, qui videbantur columnæ Eccleſiæ, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietaris, etſi Iacobum præmiſit Petro. Reſpond. Quia huius ſuodamenti virtus, non in eo conſiſtir, vt ipſi perperam accipiunt, quod in ordioe Petrus primò ſit poſitus, ſed quia ab Euangeliſta noo ratione temporis ad Apoſtolatum, vel ſenioris ætatis, aut proſapiæ nobilioris primus eſt nuncupatus; ſed ratione dignitatis, vel iuriſdictionis, cùm eſſet innior ætate, & Apoſtolatu Andrea germano ſuo, & piſcator; & ſic nullius nobilitatis, adeò vt primus eſſet ouncupandus, ſed ita pluribus argumentis Euangeliſtæ non ignotis ad ipſum primum numerandum, vel in ſerie nominandorum, vt primum proferendum animum mouentibus.

Neque his reſiſtit, vt ſint verba Matthęi enunciatiua, quæ non probant, leg. Iulianus, §. ex his. ff. de legat. tertio, Curtius iun. conſilio 24. num. 3. & conſilio 95. num. 1. quia id procedit in futuris, ſecùs eſt quando refertur ad præterita, quia tunc diſponunt quando aliquid ad alicuius validitatem continent Iaſoo. in lege ex his verbis limit. 8. C. de milit. teſta. Dec. conſ. 118. num. 5. & in conſ. 89. num. 6. & conſil. 63. Socin. conſil. 68. oum. 7. libro 4. Alexand. in conſil. 117. libro 7. Pariſ. conſil. 73. lib. 1. Bartol. in lege ex hac, col. 2. ff. donat. Non eoim hoc in loco habet vim aliquam, ordo literę, vt primò deſcriptus cæteris debeat præferri, iuxta quod regulare eſſe videtur, cap. ſi qois iuſto, de elect. io 6. cap. ſit rector. diſtin. 43. auctent. hoc ampliùs, C. de fidei comm. Cùm Apoſtolus non referat de Petro ſub ſimplici nomine, vt de Iacobo, ſed ſub oomine dignitatis appellãdo Petrum Cæphas, iuxta vocationem ſibi à Domino inſitam, Ioann. cap. 1. ibi: Tu vocaberis Cæphas, quod idem refert, quod caput, quo caſu conſtat ordinem literæ non fore attendendum, an io dignitate conſtitutus præferatur, vel poſtponatur, & eſt text. in cap. 2. de iud. vbi in ordine literali Abbas præfertur Archiepiſcopo, quamvis dignitatis ratione Abbas longiori diſtantia Archiepiſcopo ſit inferior, nec, niſi intellectus iufirmitati adſcriberetur, vt quis hæſitaret, an dignior ſit Epiſcopus, vel Papa, ſi in ſermone Papæ Epiſcopum præpoſuero; concordat Cardin. de Turrecremata in cap. Sanctorum 10. quæſt. 1. eſt quoque iure cautum, vt ordo ſcripturæ non attendatur, quando ordo contra ius diſponit, cap. cauſam, extra, de teſt. Myſterialiter enim, & non otioſè illud nomen caput Petro à Domino eſt impoſitum, cùm nomen de ſui natura rei conſonum eſſe debeat, Felinus in procem. decretal. col. 6. vbi regulam eſse demonſtrat proprijs nominibus exceptis, lege decernimus, C. de Epiſc. & Cler. lege 1. ff. de offic. Præfect. Vrb. & lege defenſores, ff. de defen. Ciuit. Nàm ſi verba cuiuslibet etiam priuati ſint cum effectu intelligenda, lege 1. §. hæc verba, ff. quod quis iur. magis erunt verba eius, cuius omnia perfecta ſunt opera, Deuteron. cap. 3. Paulum Petri Principatum non ignoraſſe colligitur etiam pręcitato loco ad Galat. cap. 2. necnon Dionyſij, qui Apoſtoli eiuſdem fuit auditor, refert Paulum verſus mortem hæc dixiſſe Petro, pax tecum fundamentum Eccleſiarum, & paſtor ouium Epiſcope, vt eius 1. ad Tit. Vndè patet Apoſtolum, nullam de Petri Principatu dubitationis cauſam habere potuiſſe, adeò quod ex ipſius verbis aliquid in contrarium, vt præfertur, argui poſſit.

Rursùs alia impugnatione inſtant aduersùs Petri Principatum, de quo ſatis conſtat, quando pręſentibus Apoſtolis ſoli Petro iura Principatus à Domino ſunt promiſſa quando eſt in Eccleſiæ deſignatus fundamentum, Matth. c. 16. & à Domino Cœlos aſcenſuro ipſa iura in Petrum ſunt collata, Ioann. cap. vlt. ibi: paſce oues meas; aduersùſque ipſa aiunt ſingulos Apoſtolos Eccleſiæ eſſe fundamenta, ad Epheſ. cap. 3. ibi: Supra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum; & Apocalyp. cap. 11. ibi: Quæ ſunt nomina duodecim Apoſtolorum.

Reſpondetur, quòd ratione hac nulla Principatus minuitur auctoritas, etſi in Petrum inferatur, quatenus Eccleſiæ fundamentum oſtenditur, cuius ratione, etſi cæteros Apoſtolos eſse fundamenta comperiatur, non tamen eo ſpeciali iure, quo Petrum extitiſse liquet cùm à Domino Eccleſiæ eſſe Petram præſeferatur, ſupra quam illius integrum ędificium Eccleſiæ, Diuina diſponente prouidentia, conſurgere debuerat, propterea dino Dionyſio teſte (vt præmittitur) Petrus ab Apoſtolo Paulo nuncuparur fundamentum Eccleſiarum, & paſtor ouium Epiſcopus.

Tertiò obijciunt, quòd paſcendi facultas à Domioo Petro collata, Ioano. cap. vlt. ibi: paſce oues meas; ita competere potuit cæteris Apoſtolis, prout Petro, cùm paſcere ſpiritualiter ex tribus conſiſtat, ſcilicèt doctrina, correctione, vel diſciplina, & vita exemplari, quorum omnium iam Apoſtoli à Domino ſuſceperant documenta, vt doctrinæ, Matth. cap. vlt. ibi: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Correctionis, Io. cap. vlt. ibi: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Vita verò exemplari, Matth. cap. 5. ibi: Vos eſtis lux Mundi, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra. Ergo cùm iſta facultas paſcendi, fuerit communiter Apoſtolis collata, ſequitur, vt non ex hoc poſſit Petro aliquis vltrà alios Principatus adſcribi.

Reſpon-

Reſpondetur, quòd eſt quippè ratio falſo aſſumpto conſiſtens, quia gloſs. in dicto cap. vlt. Ioann. Complures rationes, quàm tres ex aduerſo relatas recenſere conatur, dùm hanc curam paſtoralem Petro collatam eleganter nititur explicare, adeò vt, ſummopere differre liqueat ab iſtis præmiſſis, quæ communiter Apoſtolis cum Petro collata præfertur, vbi ait, paſcere oues, eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant confortare, terrena ſubſidia ſi neceſsè fuerit ſubditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere, aduerſarijs reſiſtere, errantes ſubditos corrigere. Hactenùs gloſsa.

Sed eſto (citrà veritatis iniuriam) quod forma illa paſcendi, quæ Apoſtolis adſcribitur conformis fuiſset ei, quæ diuo Petro ab ipſa gloſſa adducitur, non tamen æqualiter exerceri potuit, declarat textus in cap. ſacroſancta diſtinct. 22. Cùm Petrus vbique terrarum illam exercere potuit, vt totius Orbis Epiſcopus, alij verò non potuerint, niſi Prouincijs, & locis ab ipſo Apoſtolorum Principe ad reſidentiam Patriarcharum, & Epiſcoporum conſtitutis, iuxtà præſcriptum in capitulo in illis diſtinct. 80. Ita declarat gloſſa 1. Petr. can. 5. ibi: Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem, vbi ait, ſicut Dominus Petrum curam totius gregis habere iuſſit, ita Petrus ſequentibus iure mandat, vt eum, quiſque, qui ſecum eſt gregem Dei ſollicita gubernatione tueatur, Hæc ibi gloſſa.

Ad hęc faciunt relata à diuo Auguſtino ſuper dicto Ioan. cap. vlt. vbi ait, quòd totius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui primatum gerebat, figurata generalitate perſonam: eamdem Petri Principatus præeminentiam atteſtatur diuus Ambroſius, ibidem in præcitato loco, vbi inquit, benè conſcius ſui non ad tempus aſſumptum, ſed iam dudum Deo cognitum Petrus teſtificatur affectum, quis eſt alius, qui de ſe hoc facilè profiteri poſſit? & ideò, quia ſolus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur. Hæc ibi Ambroſius.

Vltima improbatio, qua obijcitur de clauium traditione, non probari Petri primatum, vel principatum, ex quo communis fuit tam Petro, quàm cęteris Apoſtolis firmatum ab auctoritate illa Matth. cap. 18. ſumpta, ibi: Quæcumque ligaueritis; cùm ea huiuſmodi auctoritate non probetur de hoc principatu, ſed ex illa, quod primò ſoli Petro clauium traditio ſit promiſſa, alijs Apoſtolis præſentibus prætermiſſis, quando Petro dictum à Domino eſt: Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; & notanter, non dixit, Petro in Cœlo, vt dictum eſt, quando ad Apoſtolos ſermonem direxit, quod Origenes, ponderans, ibi: ait Apoſtolis, ait in Cœlo, & non in Cœlis, ſicut Petro, quia non erant tantæ perfectionis, ſicut Petrus.

Quare diuus Thomas in 4. diſtinct. 24. tacitè huic obiectioni reſpondens, ait: quamuis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi, & ſoluendi, tamen vt in hac poteſtate aliquis ordo ſignificaretur primò ſoli Petro data eſt, vt oſtenderetur, quòd ab eo in alios debeat deriuari. Hactenùs ibi ſanctus Doctor.

Nec in collatione huiuſmodi clauium ſolummodò Petrum inſigniorem fuiſſe conſtat, ſed in omni exercitio Apoſtolatus, Sacerdotio duodecim Apoſtolorum excepto, quod à Domino in Cœna collatum illis fuit, eidem auctoritas eſt reſeruata, ſed in Epiſcopali officio, Apoſtolis diſtributo, & reſidentijs ſtatuendis, & prædicandi facultate Apoſtolis conferendo, veluti de reſidentia ſua, Canon 1. cap. 5. atteſtatur, ibi: paſcite, qui in vobis eſt gregem, vbi cum reſidentia colligitur, de curæ limitatione, ibi gregem, qui in vobis eſt, ideſt, non gregem alienum, de locorum diſtributione, vbi Patriarchalis, & Epiſcopalis reſeruetur auctoritas præſefertur, cap. 1. 80. diſtinctione. Hoc idem arguit, quod ab Eccleſia in eius Cathedræ celebratione canitur, ibi, tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna Mundi cap. 19. diſtinct. de qua Petri Principatus præeminentia, etiam patet in Symboli Apoſtolici editione vbi prima propoſitio Petro adſcribitur. Archid. in capitulo canones 15. diſtinctione num. 5. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 3. argument. 3. Hoſtien. de ſum. Trinit. & fid. Cathol. §. quos adeò vt in ſingulis diuus Petrus inſignioris iuriſdictionis dignoſcatur.

ARTICVLVS III.

Ex Apoſtolico culmine, Prælatorum totius Orbis, prodire poteſtatem.

A Culmine Apoſtolico Epiſcoporum poteſtas prodijt, qua Epiſcopi aduerſus Cæſarem, & alias Mundi poteſtates reſiſtunt, iuxta menſuram, de qua diuus Gregorius Nazianzenus loquitur cap. ſuſcipitis 10. diſtinct. ad Conſtantinopolitanos Principes 96. diſt. cap. quis dubitet, ibi lex Chriſti, Sacerdotali vos ſubijcit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdidit, dedit, & principatum, multò perfectiorem principatibus veſtris; Nunquid vobis iniuſtum videtur, ſi cedat Spiritus carni, ſi à cœleſtibus terrena ſuperentur, ſi à diuinis ſuperantur humana? Hanc poteſtatis magnitudinem à culmine ipſo Apoſtolico ad Epiſcopos deriuare, diuus Cyprianus Pontifex, & martyr atteſtatur, & habetur in capit. loquitur 24. quæſt. 1. ibi, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat Eccleſiam, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt Reſurrectionem ſuam, parem, ideſt communem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut me miſit Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum; tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quod Petrus pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis, ibi gloſs. in ordine, & dignitate conſecrationis, non adminiſtrationis plenitudine, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe monſtretur. Hactenus Cyprianus ibi.

Digitized by Google

Idem diuus Anacletus Papa, & Martyr atteſtatur, cap. ſacroſancta 22. diſtinct. ibi, inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licèt omnes Apoſtoli eſſent, Petro tamen à Domino conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, caput, & principium teneret Apoſtolatus, & in hoc non ſine legis veteris figura à diuina eſt diſpoſitum prouidentia, vt num. 11. habetur, vbi Dominus cùm Moyſis votum, qui ob cauſarum multiplicitatem, tædio affectus à Domino exoneratur, collato de Spiritu illius ſeptuaginta ſenibus electis, vt ei in coadiutores haberentur. Quod ità proceſſiſſe videtur ad iudicandum iuriſdictionis, & regiminis poteſtatem, à Summo Eccleſiæ Sacerdote in alios, vt ei coadiutores deriuari oporteret, hoc fuiſſe plenè expletum colligitur 22. diſt. in cap. omnes, ſiue Patriarchæ cuiuslibet apicem, ſiue metropoleon Primatus, aut Epiſcopatum Cathedras, vel Eccleſiarum ſiue cuiuſcumque dignitatem inſtituit; Romana Eccleſia, illam verò ſolus ipſe Chriſtus fundauit; idem habetur in cap. in illis 80. diſt. vbi diui eſt Clementis teſtimonium, quod illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Patriarchas, atque Primates beatus Petrus poni præcepit; in illis verò in quibus erant eorum Archiflamines Archiepiſcopus inſtitui præcepit; in ſingulis verò cæteris ciuitatibus, ſingulos, & non plures Epiſcopos conſtitui voluit; quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus. Hactenus ille.

Patet etiam in cap. decreto 2. quæſt. 6. vbi diuus Greg. ait, ſancta Romana Eccleſia ità vices ſuas alijs impartiuit Eccleſijs, vt in partem ſint vocati ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis, confirmatur præmiſſa ab acclamatione Concilij Chalcedonenſis, vbi diuo Leoni Papæ facta eſt hæc imprecatio, Leo ſanctiſſimus, Apoſtolicus, & Oecumenicus, ideſt, vniuerſalis Patriarcha viuat per multos annos.

Prætereà diuus Cyrillus in lib. Theſaur. nulli alio, quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenè commiſit, ſed ipſi ſoli dedit; Alia eſt conſimilis auctoritas, in capit. audiuimus 24. quæſt. 1. Vnde ſumitur, quod cùm Dominus daret omnibus diſcipulis poteſtatem parem ligandi, atque ſoluendi, Petro præ omnibus claues Regni Cœlorum ſe daturum promiſit dicens, Tibi dabo claues Regni Cœlorum. Quicunque ergo ab vnitate, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execrare poteſt, conſecrare non valet excommunicationis, vel reconciliationis poteſtatem non habet. Qua concluditur, ve ſolus Princeps Apoſtolorum cœleſtis iuriſdictionis eſt dignitate decoratus, & ab eodem in cæteros Apoſtolos non eadem plenitudine collata reperitur, & non aliter, quia Euangelio repugnaret, quo cauetur, ne plura ouilia, nec plures Paſtores exiſtant, ſed vnum ouile, & vnus Paſtor Ioann. cap. 10. & huic Euangelicæ diſpoſitioni congruunt verba decreti diui Leonis Papæ in cap. ità Dominus 19. diſtinct. ibi, huius muneris Sacramentum, ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo, principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt extorrem ſe minaſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus eſſet à Petri ſoliditate recederet. Vlteriùs teſtimonium ad præmiſſa habetur in cap. quis neſciat diſtinct. 11. Innocentij Primi, qui ſucceſſit diuo Anaſtaſio, cuius hæc eſt ſeries. Quis neſciat, aut quis non aduertat id, quod à Petro Apoſtolorum Principe Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc hucuſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuper introduci aliquid, quod auctoritatem generalem debeat aliunde accipere, vel exemplum, præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Petrus, aut ſucceſſores eius conſtituerunt Sacerdotes, & ità oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua principium eos accepiſſe non dubium eſt. Hæc ille.

Sicut latiùs in verbo Petrus ſuprà expreſſum fuit, quæ hic repeti non præſtat, vbi diſſeritur, an à Domino Petrus immediatè, iura Summi Pontificatus ſuſceperit.

ARTICVLVS IV.

Vanas eſſe impugnationes ab impijs ſumptas contra Prælatorum poteſtatem.

REſiſtitur, ſi poteſtas Eccleſiæ Prælatorum à Papa deriuaret, ſequeretur, vt Papa obeunte, Prælatorum ceſſaret poteſtas, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante extra de appellat. & eſt inſipida admodum impugnatio; quia regula huiuſmodi non procedit, quando actus collatæ poteſtatis huiuſmodi eſt ita perfectus, vt complementum ſuum fuerit aſſecutus, ità declarat Bart. in l. 2. §. final. ad final. ff. de donat. & l. ex duobus, in princ. column. 3. ff. de duobus reis Iaſ. in l. ſciendum §. fin. colum. antepen. ff. qui ſatis cogan. quia illud procedit quando cauſa eſt in eſſe: ſed cùm Papa non ſit cauſa in eſſe poteſtatis Eccleſiæ, cùm ſit perſona non continuè permanens, ſed cauſa in eſſe ſit Sedes Apoſtolica, quæ nunquam moritur, c. ſi gratioſè de reſcript. lib. 6. quæ tanquam opus à Deo perfectum ceſſare non poteſt.

Vnde ipſa eſt cauſa omnium iſtorum in eſſe, & perſona Papæ eſt cauſa tantùm in fieri, qui facit aliquem Epiſcopum, & reuera eſt inſulſa inſtantia, quæ ſi vera eſſet, videretur arguendum, vt conſtitutiones Imperatorum iamdudum ceſſauerint, & hodie nullius eſſent virtutis poſt eorum obitum contingentem; Sicuti etiam omnium Romanorum Pontificum decreta arguunt quoque, quod habito pro conſtanti, vt poteſtas Epiſcoporum deriuetur, à Papa, quod poteſtas Papæ non

differat, à poteſtate Rrgis ad poteſtatem Iudicum, quos inſtituit, quod eſſet abſurdum; quia Epiſcopi non eſſent ordinarij, aut curati, veluti etiam non ſunt iudices huiuſmodi ſic inſtituti,

Ad quam rationem habetur reſponſio diui Thomæ in 4. diſtinct. 19. vbi ait, Papæ poteſtatem ſe habere ad poteſtatem Epiſcoporum, veluti ſe habet regia poteſtas ad poteſtatem iudicum, quos Rex ſingulis regni ſui Vrbibus inſtituit, & in libro de perfectione vitæ ſpiritualis, inqnit, quòd rectè intuenti Eccleſiæ regimen in ordine miniſtrorum, apparebit, quod Archidiaconi, & Plebani comparentur ad Epiſcopos, veluti in temporali regimine Præpoſiti, & Baliui ad Regem, & in fine 2. ſentent. ait, Papæ poteſtatem ad inferiores Prælatos æquiparandam fore, vt Cæſaris poteſtatem ad illam, quæ dignoſcitur Proconſuli competere, Vnde conſtat, ex huiuſmodi æquiparatis poteſtatem hanc Epiſcoporum ſatis differre, à poteſtate Principum illorum, quibus poteſtatem iure hæreditario competere reperitur.

Non enim eſt inconueniens, vt impij ſomniant poteſtatem Papæ non differre à poteſtate Regia huiuſmodi, iuxta quod præfertur comparatam eſſe, cùm ſatis ſit talem ipſis poteſtatem competere ad populos ſibi ſuppoſitos regendum, vt eam tam per ſe, quàm per alium exercere queant. Nec quod additur ex aduerſo, ſi poteſtas Epiſcoporum detinetur à Papa non eſſent ordinarij, verum eſſe demonſtratur; Quia immò ordinarius eſt, tam qui iure ſuo, quàm, qui Principis beneficio iuriſdictionem, exercere poteſt, l. more malorum, ff. de iuriſdict. omn. iud. quod procedit etiam tam in Eccleſiaſticis, quàm in temporalibus iudicibus, ità probat Spec. in tit. de offic. Ord. §. 1. in princ. vbi de Ordinarijs Eccleſiaſticis ponit exemplum in ordine Epiſcopali, vt ſunt Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui habent iuriſdictionem à Papa, vbi ſubditur, quòd nedum ipſi ſunt Ordinarij, ſed etiam, qui ipſorum vices gerunt, vt ſunt eorum Vicarij, dummodò ad vniuerſitatem cauſarum, & populum regendum præponantur, Bart. in l. ambitioſa col. vlt. ff. de decret. ab ord. fac. Alexand. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.

Quare patet ordinariam iuriſdictionem impios ipſos ignorare, ſicuti etiam ignorant delegatam, dum aiunt Epiſcopos quatenus iuriſdictionem ſumunt à Papa cenſeri magis deceat commiſſarios, quàm ordinarios, quia commiſſarij, vel delegati cenſendi forent Epiſcopi, & Prælati, ſi eorum poteſtas eſſet, vt poteſtas iudicum non ſimpliciter poſitorum in aliquo gradu iuris dicendi ad populum regendum per ſe, vel per alios (vt præfertur) eſſe ſtatus Prælatorum; quia ſi in eo ſtatu poſiti eſſent, commiſſariorum non poſſent cauſas committere, prout Epiſcopis, & Prælatis competit, vt præfertur; cùm in iuriſdictione cauſæ commiſſarijs commiſſæ nihil proprium habeant, l. 1. in fin. ff. de iur. omn. iud. & extra de off. deleg. cap. ſanè, & cap. cum olim,

ARTICVLVS V.

Apoſtolici culminis iura perpetuò in Eccleſia ſunt permanſura,

CVlmen Apoſtolicum doctrinæ, & ſacramentorum virtute eſt perpetuò permanſurum, vt præmiſſum fuit, ideo eſt dictum, quia omnes Apoſtoli Epiſcopalem dignitatem ità retinuerunt, vt qui hodie Epiſcopi ſunt, ſucceſſores Apoſtolorum dicantur, cap. quorum vices, 68. diſt. & cap. in nouo, 21. diſt. Sed quia inter eos maiori poteſtate diuus Petrus enituit, ideò Sedes Petri culmen Apoſtolicum eſt dicta, quaſi, quod ſi Apoſtoli dignitatis altitudine fuerint poſiti, Petrus tamen in illarum altitudinum culmine altiori, vt illorum Princeps, eſt aſſumptus, & ſublimatus, Matth. cap. 10. ibi, duodecim nomina Apoſtolorum ſunt hæc, primus Petrus, & ibi gloſ. quæ ait; voluit Dominus Apoſtolorum Principem alio nomine vocari, vt ex ipſa commutatione nominis Sacramenti viuacitas commendaretur, & Ioann. cap. 1. tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Caput, Lucæ cap. 22. ibi; Tu aliquando confirma fratres tuos, & Ioann. cap. vltimo, ibi: Paſce oues meas; Diuus Gregorius in cap. Petrus, 2. quæſt. 7. vbi ait Petrus poteſtatem regendi acceperat, & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, &c,

Vnde conſtat ratione pluriom, ex Apoſtolorum ordine culmen Apoſtolatus Petro fuiſſe collatum, cùm de principatu, vel maioritate alicuius mentio minùs haberi poſſet, ſi ſolus ſine medijs, vel inferioribus memoretur. Quare palàm eſt, cùm hodie Epiſcopi loco Apoſtolorum, dicto cap. quoniam vices, & Papa loco Petri ſucceſſerunt, cap. quoniam vetus, 24. qu. 1.

Quare Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Hadrianum Papam, quæ recepta oſtenditur ab octaua Synodo, ibi: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, ait, tales enim beatas voces non ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum Principi Petro circumſcripſit ſolum, & definiuit, ſed per eum, & ad omnes, qui poſt illum ſecundùm ipſum efficiendi erant ſummi Paſtores; & diuiniſſimi, ſacrique Pontifices Senioris Romæ tranſmittit, & Chalcedonenſis Concilij quoque decretum diſponens, vt ſi quis Epiſcopus prædicatur infamis liberam habeat poteſtatem appellandi ad beatiſſimum Epiſcopum antiquæ Romę, quem habemus Petrum, petram, refugium, & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi Epiſcopi infamiam ſecundùm claues ſibi à Deo datas, vt etiam ad hoc complura ſunt teſtimonia,

Sequitur vt idem ſumatur iudicium, quod infertur de ciuitate, quæ mortuis ciuibus perſeuerat in nouis etiam aduentitijs, nonque naturalibus ſemper, vt eadem, cùm ità ſit virtute ſurrogatorum capitum, in loco mortuorum arg. l. grege, ff. de leg. 1. & quod vniuerſale eſt, vt homo in genere morte non

extin-

Digitized by Google

extingnatur, l.in ratione, §.incertè, ff.ad leg. falcid. & ità conclnſit Bald. in tit. de pace, conſt. colum. 4. per text. in l. proponebatur, ff. de iud. & Authen. de quæſt, in verſ, noſtra Ciuitas.

Propterea ſtantibus præmiſſis iure, naturalique ratione prædicta vera eſſe præſeferentibus, neceſſariò conuincitur culmen Apoſtolatus in Eccleſia, adhùc, vt ab eius cunabulis perſeuerare, & vſque in ſeculorum finem perſeueraturum iuxta illud Lucæ cap. 1. ibi: Et regni eius non erit finis, & Pſalm.47. ibi: In Ciuitate Dei noſtri Deus fundauit eam in æternum; ibidem diuus Auguſtinus iſta Ciuitas, quæ Mundum tenuit, alia quando euertetur? abſit, Deus fundauit eam in æternum, ſi ergo Deus fundauit eam in æternum, quid times, ne cadat firmamentum? Hactenus ille. Et Oſeæ cap.2.ait: In perſonam Domini ſponſabo te mihi in fidem in ſempiternum, & eſt conſonum verbis Apoſtoli ad Epheſ.cap.5. atteſtantibus de matrimonio inter Dominum & Eccleſiam ibi erunt duo in carne vna, & ſubditur deinceps Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, vbi ait gloſs. coniugalis copula ſignum eſt ſpiritualis vnitatis Chriſti, & Eccleſiæ.

Eccleſiæ autem hæc firmitas perpetuò conſideratur in Doctoribus, vt eſt illud Iſaiæ cap.23. ibi: Reſpice Sion ciuitatem, ait ibi gloſs. ideſt, præſentem Eccleſiam, & deinceps oculi tui videbunt tabernaculum, ait ibi gloſs. quod præſentem Eccleſiam ſignificat, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius, gloſs. ait, ideſt, Doctores, quibus fixa tenetur. Hiſque conſona ſunt relata ab Apoſtolo ad Thim.in cap.3. ibi quæ eſt Eccleſia Dei viui columna, & firmamentum veritatis, quæ verba iuxta ſcribentium ſententiam referuntur ad ſanctos Doctores, quos ſemper habet, vt columna immobilis, tam fortis in ſe, & in alios, vt ſubſtineat, ne in errores corruant. Vnde ea ratione in Cant. cap. 4. dicta eſt Eccleſia Turris Dauid, & perfectam etiam gerat animarum tutęlam, cap. legimus, 37. diſt.

Sacramentorum quoque ratione Eccleſia ſancta, firmitate per quam maximè pollet, vt in ſacerdotio liquet: vnde referente Apoſtolo 1. ad Corinth. cap. 11. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat, ait ibi gloſs. ad iudicium, & hoc non mutabitur vſque tunc, ſicut ſacramenta Iudæorum.

Ratio autem quare Sacramenta in Eccleſia ſemper ſint futura non ignoratur, quoniam cùm ſint remedia contra peccata, opus eſt, vt remedia præſto ſint quouſque in Eccleſia ægritudines peccatorum non ceſſant, cùm in remedia humano generi à Cœliſti illo Medico Sacramenta adinuenta fuiſſe conſtat. Matth.cap.9.Marci cap.2.Luc.cap.5. vt etiam decuiſſe videtur, vt noua edita lege, noua ſequerentur Sacramenta, vt Hieremiæ eſt vaticinium cap.31. ibi: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, ideſt legem nouam, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, ait ibi gloſs. prophetatur non perſeueraturum vetus Teſtamentum, ſed futurum nouum, de cuius proprietate dicitur in fine, ibi ſanctum Domini euelletur, & non deſtruetur vltra in perpetuum. Vnde Apoſtolus hanc perpetuitatem, ad Hebr. cap. 7. comprobat dicens: Iurauit Dominus, ideſt inconcuſſa veritate firmauit, & non pęnitebit eum, ideſt non mutabit factum, tu es Sacerdos in æternum, ibi ait gloſ. vt enim ſacerdotium Chriſti præeſt ſacerdotio Leuitico, ita & lex eius præeſt veteri.

Prælatio pariter in Eccleſia perpetua firmitate conſiſtit, & non ſecùs, quàm doctrina, & ſacramentis roboratur ad Epheſ. c.4. ibi ipſe, ſcilicèt Chriſtus, dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, vſque ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Vndè ait ibi gloſ. Tam diù durabit hæc Prælatio, & Ordinatio donec in die iudicij nos omnes occurramus in vna, & non diſcreta fide, de qua quidem Prælatione vaticinatus eſt. Iſai. c. 62. ibi videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges inclitum tuum, ait ibi gloſ. ideſt, Saluatorem tuum, ſcilicet Chriſtum, & vocabitur tibi nomen nouum, quia à Chriſto nominata eſt Chriſtiana, eris corona gloriæ in manu Domini, & Diadema Regni in manu Dei tui. Hìc enim præſefertur coronam, & diadema Eccleſiæ referre Principatus Eccleſiæ dignitatem, & Prælationis ipſius in ea, vſque ad finem ſæculi permanſuræ, & confirmatur ab eo, quod ſequitur Propheta, ibi non vocaberis vltra derelicta, &c. Apertiùs hoc idem oſtenditur ad Corint. c.15. ibi deindè cùm tradiderit Regnum Deo, & Patri, ibi gloſ. ait, ideſt, cùm perduxerit credentes ad contemplationem Dei Patris ſequitur textus ibi, cùm euacuauerit omnem Principatum, & poteſtatem, & virtutem gloſ. ibi dum durat Mundus, Angeli Angelis præſunt, dæmones dæmonibus, homines hominibus ad vtilitatem viuentium, vel deceptionem, ſed omnibus collectis iàm omnis Prælatio ceſſabit, quia neceſſaria non erit hactenus ibi gloſ. Ergo conuincitur iuxtà tex. in c. nolite errare. 11. diſtin. vt tamdiù Prælatio ſit in Eccleſia ſuccedendi medio, quamdiu ſeculum ſit duraturum.

Confirmantur prædicta Diui Hieronymi ſententia, & habetur in c. hæc eſt fidea habere, 24. q. 1. ibi ſancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata permanſit Domino prouidente, & Beato Petro opem ferente in futurum manebit, ſine vlla hęreticorum inſultatione, ſcilicet præualente, atque firma, & immobilis omni tempore perſiſtet, ità Diuus Hieronymus. Patet ergo Eccleſiam, vſque in ſeculi conſummationem, tum doctrina, & ſacramentis, cùm etiam prælatione in ſuo ſublimitatis iure fore permanſuram, quicquid impiorum dogmata ſecus definierint. Contra quod Diuus Auguſtinus inſurgit, Pſalm. 101. ibi: Sed iſta Eccleſia, quæ fuit omnium gentium, & iàm non eſt perijt? Hoc dicunt qui in illa non ſunt: O impudentem vocem illa non eſt, quia tu in illa non es, ſed vide

ne

Digitized by Google

ne tu ideò non ſis, nam illa eſt, & ſi non ſis: Hanc vocem abhominabilem, deteſtabilem, præſumptionis, & falſitatis plena nulla veritate ſuffultam, nulla ſapientia illuminatam, nullo ſale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, perniciosam præuidit Spiritus, & tanquam contra illos, cùm annunciaret vnitatem, ait: In conueniendo populos in vnum, & Reges vt ſeruiant Domino. Cùmque ſubdidiſſet, reſpondet ei, vtique laua eius, vtique Hieruſalem mater noſtra de peregrinatione reuocatur, fetoſa cum multis filijs, magis ea, quæ habebas vitum, quoniam quidam dicturi erant Eccleſia fuit, & non eſt exiguitatem dierum meorum nuncia mihi: Quid eſt quod neſcio, quia recedentes à me, murmurant contra me; quid eſt quod perditi me petijſſe contendunt. Certè enim hoc dicunt, quia fui, & non ſum, annuncia mihi exiguitatem dierum meorum: non à te quæro illos dies æternos, illi ſine fine ſunt, vbi ero non ipſos quæro, temporales dies mihi annuncia exiguitatem dierum meorum, quamdiù ero in hoc ſeculo annuncia mihi propter illos, qui dicunt impleræ ſunt ſcripturæ crediderant omnes gentes, ſed apoſtatauit, & perijt Eccleſia omnibus gentibus. Quid eſt hoc exiguitatem dierum meorum nuncia mihi? & annunciauit, neque vacauit iſta vox. Quis annunciauit niſi ipſa via? quomodo annunciauit? Ego ecce vobiſcum ſum, vſque in conſummationem ſeculi, Matth. c. vlt. hæc Diuus Auguſtinus.

ARTICVLVS VI.

Romanæ Eccleſiæ vnitatis iura, ſicut prædicatione indicantur, ità Sacramentorum collatione comprobatur.

MOdò ſequitur ibi, vnus; compluta hanc dictionem ſignificata referre demonſtratur, nam quandoque idem importat, quod primus, auctore Virg. 2. Æneid. ibi: cadit, & Ripheus iuſtiſsimus vnus, ideſt, primus, aliàs etiam ponitur pro eodem Ouid. Met.

Vnus erat toto naturæ vultus in Orbe:

Ideſt, idem vultus; ponitur etiam pro ſolo Plin. lib. 9. capit. 17. ibi: accipenſer vnus omnium ſquamis ad os verſus contra aquam notando meat, ibi: vnus, ideſt, ſolus, & etiam ſumitur pro principio numeri Cicero pro quint. ſex. ibi Alphenus ſeruulum vnum abduxit, & huiuſdem ſententiæ fuit gloſ. in l. ſi quis antè, ff. de acquiren. poſſeſſ. Bald. in lege prima, columna prima, verſ. oppono iſta conditio, C. de condit. inſer. Sed quatenus ad huius textus vim attinet, hoc in loco dictio huiuſmodi in eo eſt ſumenda intellectu, iuxtà Plinianam relatam ſententiam, vt hic vnus, ideſt, ſolus, vel vnicus intelligatur, cùm in culmine ipſo Apoſtolico, non plures Principes, ſed vnicus tantùm ſit ſtatuendus cum Eccleſia, & ſi vna ſit pluribus rationibus, eſt etiam illa, vt ibi vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis noſtræ ex ore Altiſſimi, vnici ſit paſtoris cura ſic regenda, & gubernanda, Ioann. cap. 10. ibi. fiet vnum ouile, & vnus Paſtor, de qua vnitate, Oſeæ cap. 1. habetur vaticinio; vt ibi congregabuntur filij Iſrael, & filij Iudæ pariter, & ponent ſibi caput vnum, & de hac vnitate ait Diuus Cyprianus, vt conueniat vnam eſſe, ne Paſtoris, qui vnus eſt ſit vnleari repugnans capitulo loquitur, vigeſima quarta quæſtione prima, ibi ſuper vnum ædificat Eccleſiam, & quamuis omnibus Apoſtolis poſt Reſurrectionem parem, ideſt, ſimilem poteſtatem tribuat, cùm diceret, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum Sanctum, tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipiente ſua auctoritate diſpoſuit, & infrà exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe monſtretur. Hactenus ibi, tex.

Non tamen ſub ſilentio ad impiorum peruerſitatem detegendam, reſeruanda ſunt iura, quibus luce clariùs de ipſa Eccleſiæ vnitate præſefertur. Forma enim multiplici innoteſcit, vt primò eſt in Cantic. illa auctoritas cap. 5. ibi vna eſt columba mea, quare Apoſtolus ad Epheſ. cap. 4. cauſas ipſius Eccleſiæ vnitatis explicans, ait: ibi vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, & vnum Baptiſma: quamuis eodem Apoſtolo auctore, cap. 2. ad Philip. iura charitatis Eccleſiæ vnitati per maximam præbeant cauſam, vbi ait eandem charitatem habentes vnanimes, idipſum ſentientes, vt Apoſtolico docemur exemplo. Act. cap. 4. multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, vbi ait gloſ. quia copula charitatis inuicem iungebantur, cùm charitas ſit proprium donum vnitatis catholicæ, c. multæ, 1. q. 1. nec prædictis reſiſtit Apoſtolum charitatis vnitatem non inducere eo in loco, vbi de vnitatis iuribus ex profeſſo eſt locutus, quia ibi non negatur, vt charitatis cauſa non inducatur vnitas, ar. l. ſancimus, C. de app. cùm non tollatur, quod ſtare non prohibetur. Conſideratur, & alia vnitas exoriens intuitu identitatis eiuſdem beatitudinis, ad quam omnes anhelant peruenire, & eatenus vnitate conſtat homines colligari, vt quamuis multas gentes, multoſque populos eſſe videamus, vnam tamen gentem, vnum denique populum cenſeatur eſſe. Vndè Diuus Auguſtinus Pſalm. 85. ibi omnes gentes ait multæ gentes, & vna gens, quare vna gens? quia vna expectatio, & deinceps quare non vna gens, ſi vna patria Hieruſalem eſt? patet enim hanc vnitatem eſſe identitatem denariorum, quos ſingulos ità accepiſſe feruntur, vt qui circà vndecimam horam venerant, ſicut qui primi acceſſerant Matth. capitulo 20.

Vnitas autem de qua Apoſtolus commemorat in Eccleſia permanens, ratione Dei eſt, quia Dominus ipſe datus eſt caput in Eccleſia ad Epheſ. cap. 1. ibi: & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplenit.

Ratione huius fidei, Eccleſiæ vnitas quoque adſcribitur, eſt autem fides Chryſoſtomo

Digitized by Google

teſte in Ioann.cap.17.quod omnes Chriſtiani idem credunt corde, & ore confitentur, vnde ad Corint. habetur cap.1. idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Quæ ipſa declarat Diuus Hieronymus, & habetur in cap. legimus 93. diſt. ibi, nec altera Roma, ne vobis altera totius Orbis de his exiſtimanda eſt, & Galliæ, & Britaniæ, uam, & Africa, & Perſis, & Oriens, & Indiæ, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſeruant regulam veritatis; Ecce quam fælicia tempora illa Diui Hieronymi extitiſſe patet, cùm Chriſtianam fidem vbique denunciatam fuiſse colligitur.

Et ſicut patet Apoſtolum ſenſiſſe, vnum eſſe Deum, vnamque fidem, vt rationibus præmiſſis arguitur, ità de Baptiſmate eadem vnitatis iura innoteſcunt, nam cùm ſit Baptiſma ipſum ianua ad alia ſacramenta, intelligitur vnitas aliorum ſacramentorum c, eſt vnitas de conſecrat. diſt.4. cùm ſit idem quantum ad materiam apud omnes Ioann. cap.3. ibi niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. ac etiam quantum ad formam Matth. cap. vlt. ibi baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & idem etiam quantum ad ipſius effectus identitatem, Marc.cap.vlt.ibi, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ſiue referatur ad identitatem conferentis, quia æquale eſt, à quacumque conferatur intentione accedente Eccleſiæ non reſiſtente cap. ſicut in bonos, de conſecr. diſt. 4. hiſque conſonat gloſ. in Cant.cap.5.ibi vna eſt columba mea, vbi ait, ſicut vna eſt, quamuis multæ, & diuerſæ perſonæ, tamen fides vna eſt in eis, vnum Baptiſma, vnus Deus, vnum opus.

Gloſſ. ad Epheſios cap.4. vnico declarat verbo quomodo Eccleſia etiam vna dicatur ratione ſpei, de qua vnitate ibidem Apoſtolum meminiſſe conſtat, dum ibi ait, vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ, gloſ. ibi ait ad vnam rem ſperatam, quę eſt effectus vocationis.

Hunc vnitatis articulum à Niceno generali Concilio, Apoſtolicisque doctrinis promulgatum, ac execrabilis exempli ſit improbatis doctrinis inuadere, ac in dubium reuocare, Martianus Cæſar declarat in l. nemo. C. de ſum. Trinit. & fide cath. vbi ait iniuriam facit iudicio. Reuerendiſſimę Synodi, ſi quis iudicata, ac rectè diſpoſita reuoluere, atque publicè diſputare contendit, quæ Cæſaris verba non vulgati in huius conſtitutionis præuaricatores pæna procedendum forè oſtendant, præter id quod à canonum ſeueritate in viros conſimiles ſtatuitur cap. excommunicamus extrà de hæret. Panot. in cap. cùm non liceat in ſecunda column. ver. & hæc eſt ratio, de præſcrip.

Sed quos in ſua impietate, vt ſues in volutabro permanere delectat, horum nulla ratione habita, deſiderio elatos in Eccleſiam veneno, quo conſtat eſſe repletos emouendi complura in hanc Eccleſiæ vnitatem iactaſſe reperitur, vt eſt primò, quando aiunt vnumquemque excommunicatum, eſſe extra Eccleſiæ vnitatem, quandoquidem conſtet ipſum euidenter eſſe præciſum à conſortio fidelium 11. quæſt.3. canonica, & eſt etiam auctoritas Matth.cap.18.ibi, ſi Eccleſiam non audierit ſit tibi, vt Ethnicus, & Publicanus, ſed datur excommunicatus, cui eſt fides, ſpes, charitas, & Spiritus Sanctus in eo habitans; Vndè videtur iſte non attinere ad Eccleſiæ vnitatem, vt videre eſt in eo, qui iniuſtè eſt excommunicatus.

Reſp. Quòd eſt falſa propoſitio, quia iniuſtè excommunicatus nulla afficitur læſione cap. illud 11. quæſt.3. ſit enim illud planè non temerè dixerim, quod ſi quis fidelium anathematizatus fuerit iniuſtè, ei potiùs oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam, & eſt ex doctrina Diui Auguſtini, excommunicatione enim nedum à communione fidelium quis ſeparatur, ſed etiam à fructu Eccleſiæ ſacramentorum, ſuper quibus Diuus Thomas eleganter in 4.18. diſt. declarat, quo pacto excommunicatus Eccleſiæ ſuffragijs priuetur, vel non, vbi ait ſuffragia alicuius valent alteri, ſecundùm quod ei continuantur, poteſt enim actio vnius, alteri continuari dupliciter, vno modo, ex vi charitatis, quæ omnes fideles connectit, cùm ſint vnum in Deo, ſicut dicitur Pſal. Particeps ego ſum omnium timentium te, & hanc continuationem excommunicatio non intercipit, quia iniuſtè quis excommunicari non poteſt, niſi pro culpa mortali, per quam, iam à charitate diuiſus eſt, etiam ſi non excommunicetur. Iniuſta autem excommunicatio charitatem alicui auferre non poteſt, cùm ſit de maximis bonis, quæ non poſſunt alicui inuito auferri. Alio modo poteſt actio vnius alteri continuari per intentionem ſuffragia facientis, quæ in aliquem fertur, pro quo fiunt, & hanc continuationem excommunicatio intercipit, quia Eccleſia per ſententiam excommunicationis ſeparat excommunicatos ab vniuerſitate fidelium pro quibus ſuffragia facit. Vnde ſuffragia Eccleſiæ ei non proſunt, quæ pro tota Eccleſia ſunt, nec ex perſona Eccleſiæ, oratio pro eis inter membra Eccleſiæ eis fieri poteſt, quamuis aliqua perſona priuata poſſit ad eius conuerſionem aliquod ſuffragium per intentionem dirigere. Hactenus Diuus Thomas.

Secundò minus obſtat quod aiunt fidem, ſpem, & charitatem eſſe numero accidentia diuerſa, & in diuerſis eſſe, ergo ſequitur fideles omnes non poſſe pertinere ad vnam Eccleſiam, cùm non videantur omnes habere eandem fidem, ſpem, & charitatem. Neque his reſiſtit reſponſio, quòd fides quoque ex parte ſubiecti non ſit vna, quia diuerſificatur ſecundùm quod eſt diuerſorum, ſed ex parte eius, quod creditur, ſit vna. Nam replicatur, quia multa ſunt duodecim articulis comprehenſa, & inter ſe differentia, vt patet.

Reſpond. quòd ratio hæc nihil eſt, quia, etſi præmiſſæ virtutes, quo ad numerum ſint plures, tamen conueniunt ſpecie, & in obiecto vno ſecundùm numerum, iuxtà quod omnes fideles idem credunt, amant, & ſperant, prout declarat Diuus Thomas in 4. vbi ait, quod ſicut in corpore naturali vires differunt inter ſe per omnia membra, differunt numero quo ad eſſentiam, ſed conueniunt in radice vna ſecundùm numerum, & propter hoc habent formam vltimam vnam numero, ità etiã omnia membra corporis myſtici, habent pro

vlti-

vltimo compiemento Spiritum Sanctum, qui eſt vnus numero in omnibus, & ſic tres virtutes illas ſecundùm eſſentiam, iu diuerſis poſitas, quamuis differre liqueat, conuenire tàmen in eadem radice ſecundùm numerum patet, cùm radix actionis proprie ſit ipſum obiectum vndè ſpeciem ducit, & ideo quautum eſt idem numero, creditum, ſperarum, & amatum ab omnibus ſecundum hoc vniuntur omnium ipſæ tres virtutes, & irà ceſſat oppoſitio ex aduerſò, & quatenùs dieitur de pluribus, quæ ſunt credenda, iuxeà articulorum diuerſitatem;

Reſpondetur, quòd ex quo obiectum formale fidei ſit veritas prima, cui ab adhærentibus creditur, quicquid ſub fide continetur, & ità ſit vnica, & immutabilis, cùm habitus capiat multitudinem, vel vnitatem ex obiectu: Vndè ſequitur, vt fides ſit vna ex parte eius, quod creditur, quia idem eſt, quod ab omnibus creditur, quamuis ſint diuerſa credibilia, cùm omnia reducantur ad vnum, quod eſt prima veritas, cuius ratione cadunt ſub fide.

Tertiò contrà Eccleſiæ vnitatem opponitur de Papæ obitu ratione ſumpta, vt Eccleſia non poſſit dici vna ex vnitate vnius Pręſidentis, videlicet Papæ, quia eo moreuo Eccleſia remanet, nec deficit cum eo.

Reſpondetur huiuſmodi impugnationem non arctare, quia quamuis Papa deficiat, non deficit facultas Eccleſię alterum eius loco eligendi, adeò quod huiuſmodi ratio non procedit, cùm remanet etiam poteſtas, & aliquis ordo ad nonnulla exequenda, prout in Papa ſuperuiuenti pœnes Cardinales, prout in ver. Cardinalibus art. infrà latiùs eſt poſitum, & hinc dignoſcitur quantum allucinati fuerint quidam ſchiſmatici ſentientes Eccleſiæ vnitatem non habere ordinem ad vnitatem vnius Summi Pontificis, & Chriſti Vicarij, in quos Diuus Hieronymus, Diuo Damaſo Papæ ſcribens inuehitur, & habetur in cap. quoniam vetus oriens. 24. q. 1. vbi ait, cum ſucceſſore Piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor, Ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, ideſt, cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam petram Eccleſiam fundatam ſcio, quicumque extrà hanc domum agnum comederit profanus, ſi quis in hac arca non fuerit peribit regnante diluuio, & infrà non noui vitalem, miletum reſpuo, ignoro Paulinum, quicumque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſtum non eſt, Antichriſti eſt. Hactenus ille. Habetur etiam contrà hos Diui Cypriani ſententia, quæ eſt in cap. alienus 24. quæſt. 1. ibi alienus es, profanus es, hoſtis eius habere non poteſt Deum patrem, qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatem.

Quartò opponitur de fide dęmonum, quam eos habere tergiuerſari non poteſt, & oſtendit Diuus Iacobus cap. 2. ibi, dęmones credunt, & contremiſcunt, qui tamen non ſunt de Eccleſia.

Reſpond. Non eadem ratione vnitatis, vel identitatis fidei, ſunt, vt ipſi de Eccleſia, quia fides dæmonum non eſt meritoria, cùm ſit fides à perſpicacitate proueniens, ac naturali ratione ſumpta, de qua dicitur fides non habet meritum:, vbi naturalis ratio præbet experimentum de qua Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 5. art. 2. vniformiter eſt locutus.

Quintò opponitur de Pſal. 66. ibi in Eccleſijs benedicite Domino, & Apoc. cap. 1. ibi ſeptem Eccleſijs, quibus in locis dicitur plures eſſe Eccleſias, & non vnam tantùm, quia ibi in Pſal. Eccleſię ſumuntur pro multitudine fidelium, alicuius vrbis, vel prouinciæ, vt etiam eodem ſenſu Diuum Auguſtinum Pſal. 106. ibi multæ familiæ, multæ Eccleſiæ, vna plebs, vna familia, vna ouis, quas tamen Eccleſias omnes patet eſſe vnum Thalamum Chriſti, & cum vniuerſali Eccleſia compræhendi cap. quamuis 21. diſt. cap. legimus. 93. diſt. pari ſenſu ſumitur quoque illud Apocalip. cap. 1. nam ibi colligitur beatum Ioannem loqui Aſiæ illis particularibus Eccleſijs, quibus præpoſitus erat, quas ſeptenario numero relatas, vniuerſalem Eccleſiam, ſeptenario Spiritus Sancti dono rectam referri inquit ibi gloſ. cum ex numero ſeptenario vniuerſitas denotetur.

Sextò dicitur Eccleſiam eſſe commiſtam, tam ex Angelis, quam ex hominibus, iuxtà illud Auguſt. ſuper Pſal. 46. vbi ait omnibus connumeratis fidelibus ab initio, vſque ad finem, adiunctis etiam legionibus, & exercitibus Angelorum, vt fiat vna illa ciuitas, ſub vno rege, vna quędam prouincia ſub vno imperatore, cùm tamen hominibus, & Angelis non eſt communis fides, nec ſpes, ergo vnitas fidei, & ſpei ad Eccleſiam non pertinet.

Reſponſio eſt, vt ſi differant fide, non differunt tamen fine, quem fidei medio aſſequuntur homines cum Angelis, qui conſiſtit in viſione Dei omnipotentis, etſi Angeli videant in patria, quod homines credunt in via, & ſic inter homines, & Angelos conſtat eſſe vnitatem cognitionis, licèt illi nunc facie ad faciem, & homines per ſpeculum in ænigmate 1. ad Cor. cap. 13. quamuis hæc impugnatio ad Eccleſiam militantem, de cuius vnitate habetur ſermo minus conueniat.

Septimò illam ponunt inſtantiam, Eccleſiam non poſſe vnam cenſeri, cùm diſtinctus populus circumciſionis fuerit à populo præputij, ad hocque conuenire aiunt gloſſ. ſententiam ſuper Cant. cap. 4. ibi eſt fons hortorum aie, quia de primitiua Eccleſia proceſſit in Mundum doctrina cœleſtis, quæ plures Eccleſias, ideſt hortos procrearet.

Reſp. falſam hanc eſſe impugnationem declarat Diuus Auguſtinus ſuper Pſalm. 47. ibi fundatur exultatione vniuerſæ terræ, latera aquilonis, ciuitas regis magni, vbi ait, duo montes, vnus ex circumciſione, alius ex præputio, ex Iudæis vnus, alter ex gentilibus, non iam aduerſi, etſi diuerſi, quia ex diuerſo iam vniti in angulo non diuerſo, ipſe eſt, inquit, pax noſtra, qui fecit ex vtraque vnum, ipſe angularis lapis, quem reprobauerunt ędificantes, factus eſt in caput anguli; duos iunxit in ſe mons, ac montes, vna domus, ac duæ domus: Duæ propter ex diuerſo venientes, vna propter lapidem angularem, in quo ſibi ambæ copulantur. Hactenus ille. Nam vna, & eadem fides in patribus antiquæ legis extitit, quæ hodie in noua lege reperitur, adeò, vt diſtinctio, quæ inter hos populos ſumi poſſet non eſt intuitu fidei, ſed intuitu, & ratione populi diſtincti.

Octauò alio inſtatur medio, dum aiunt Eccleſiæ exordium à iuſto Abel prodijſſe perſeuerandum vſque ad vltimum naſciturum, tamen antiquorum Patrum fides non eſt eadem cum præſenti, cum illi futura crederent, nos autem præterita, ergo ſequitur, quod veritas fidei non includatur in vnitate Eccleſiæ, quam inſtantiam vanam eſſe dignoſcitur, quia falſum eſt, quod fides Patrum veterum non ſit eadem cum fide temporis gratiæ, cùm ex illa differentia temporis præcedentis, & ſequentis nulla fidei diuerſitas inſurgat, ergo.

Nono iterato medio aiunt multos pertinere ad Eccleſiæ vnitatem, quos charitatis expertes, & Spiritus Sancti pariter reperitur eſſe exortes, vt Euangelio oſtenditur Matth. cap. 13. vbi de zizania adiuncta tritico diſponitur, vſque ad meſſem tolleranda, vbi Diuum Auguſtinum dixiſſe conſtat, Eccleſiam eſſe agrum, vbi eradicatur triticum, ideſt boni, & zizania, ideſt mali, ſimul tamen in fine ſeculi ſeparabuntur; ergo nec charitas, nec Spiritus Sanctus ad Eccleſiæ vnitatem attinere videntur, cùm iſti ſint de Eccleſia, quamuis Sancti Spiritus munere, & charitate careant. Quia reſpondetur, quòd licèt fideles improbi careant his virtutibus, quibus Eccleſia vna eſſe reperitur, tamen quia ad Eccleſiam pertinent aliquo modo ea videlicet ratione, quia adhuc ſunt in vna fide conuenientes cum alijs fidelibus, quamuis non cenſeantur membra viuentia Corporis Chriſti.

Decimò arguitur per text. in cap. in Chriſto de conſecratione diſt. 2. vbi dicitur eſt vnitas Eccleſiæ, quæ latè patet in ſacramentorum, videlicet, ſocietate, & communione, quæ complectitur cum granis paleas: Vndè infertur, quod non plenè ſit de Eccleſiæ vnitate dictum. Quæ impugnatio nullius eſt virtutis, quia deducta in præallegato textu, comprehenduntur per Baptiſmatis vnitatem, quod eſt ianua ad alia ſacramenta ad quod probandum allegatur tex. in d. cap. in Chriſto, & ſic nihil viget.

Vndecimò reſiſtere contrà Eccleſiæ vnitatem conantur ratione ſumpta, quod Eccleſia, vt iam eſt dictum, perſeueret ab Abel iuſto vſque ad nouiſſimum naſciturum, vndè aiunt, Baptiſmus, cuius virtute Eccleſiæ inducitur vnitas, non fuit celebratus ab exordio præmiſſo, vſque ad Chriſti aduentum; patet ergo, vt ſicut eo tempore Eccleſia fuit abſque Baptiſmatis vnitate, quod pariter, & hodie, non poſſit dici, vt Eccleſiæ vnitas pendeat ab vnitate Baptiſmatis.

Reſpondetur, quia non valet conſequentia, quoniam etſi Baptiſma ab initio non fuerit: non ſequitur, quòd poſtquam fuerit introductum, ratione ſua vniuerſalitatis non arguat Eccleſiæ vnitatem, quandoquidem vnicuique fidelium conferatur; cùm per Baptiſmum Chriſto ità vniamur, ſeu incorporemur. Ad Epheſ. cap. 3. vt eius membra fieri dicamur cùm, nec ante Chriſti aduentum nemo ſalutis portum applicuerit, niſi fieret ex membris Chriſti; còm non ſit aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Actor. cap. 4. & quos ſaluari datum fuerat ante Domini Aduentum, Chriſtique incorporari per fidem eſſe futuri illius aduentus conſtat, cuius fidei ſignaculum fuit circumciſio ad Rom. cap. 4. Vndè patet, quòd Baptiſmus ante Domini aduentum non fuerit, fuit tamen illamet fides, cuius Baptiſma conſtat eſſe ſacramentum, cuius fidei virtus, ad ſalutem ità neceſſaria fuit ante ipſum Domini aduentum, ſicut poſteà quàm aduenit, & huius impugnationis vmbra ità euaneſcit.

Duodecimò inualida admodum ratione reſiſtitur eo propoſito, quòd Eccleſia ſit collectio fidelium capitulo Eccleſia de conſecrat. diſt. 1. ſed non ſunt ſemper ijdem fideles, ergo non eſt ſemper vna, eademque Eccleſia.

Reſpond. Quoniam, & ſi ijdem homines non ſint, eſt tamen eadem fides, ſunt quoque eadem ſacramenta, cum eadem Euangelica lege, eademque veritatis regula eſt, & iter ad eundem vltimum beatitudinis finem, remanent quoque eius Eccleſiæ, capitis, & habitudinis iura facit etiam, quia homo in genere numquam moritur Ariſt. lib. 1. de generat. & in ratione §. in certa ff. ad leg. falc. patet etiam in ciuitate, quæ quamuis ciuibus antiquioribus careat, nouis tamen in locum defunctorum ſuffectis, etiam extraneis, ſemper eandem ciuitatem eſſe conſtat l. proponebatur ff. de iud. quam inducit Bald. ad hunc articulum in authen. de quæſt. in princ. verſ. noſtra ciuitas populi. Hinc videmus Diuum Auguſtinum in Pſalm. 85. ibi, Miſerere mei Domine, ad te clamaui tota die, inquit deſcendentibus membris, vnus homo, vſque ad finem ſæculi extenditur.

Decimotertiò opponitur baptiſmum non eſſe vnum, cum ex gloſ. ad Hebr. cap. 6. colligatur eſſe baptiſma aquæ, pœnitentiæ, & ſanguinis; ergo vnitas Eccleſiæ non rectè ſumitur ab vnitate baptiſmatis, cùm non ſit vnum, ſed trinum iuxtà prædicta.

Reſp. habetur, prædictis non obſtantibus, quod imò ſit vnum; quia illud ſanguinis, & pœnitentiæ referuntur ad illud aquæ adeò quod ſi ratione neglectus, obmittatur illud aquæ, actus pœnitentiæ, vel ſanguinis non prodeſſet, cùm iſta non ſecus ſint alicuius virtutis, niſi vt ait text. in cap. baptiſmi de conſecr. diſt. 4. ibi prodeſt baptiſmus ſanguinis, vel flaminis, cùm baptiſmum flaminis non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit: Quamuis vnitas baptiſmatis referri queat ad eum vnicum baptizandi actum, quia recidiuo nemo baptiſmate ſemel baptizatus rebaptizari queat, pœna vltimi ſupplicij imminente C. ne ſanct. baptiſm. reit. toto titulo, vel etiam intelligatur quod baptiſma ſit ratione æqualitatis, cùm non referat à quocumque quis baptizetur, dummodo fiat intentione accedente, ac lege non reſiſtente, vt latiùs refert gloſ. in d. cap. baptiſmi &c.

Decimoquartò obijcitur de tex. in cap. ad hoc, de conſecr. diſt. 4. vbi, inquit, ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto incorporentur, ſed cùm ſit, quod dari queant aliqui non baptizati fidem, ſpem, & charitatem habentes, ac inhabitantem Spiritum ſanctum, qui tamen ad Eccleſiæ vnitatem non pertinent, iuxtà allegatum textum, vt ſunt

cathe-

cathecumeni; ergo virtutibus illis, quia Eccleſiæ non vnitur.

Reſpondetur non eſſe verum virtutibus ipſis inſignitos ad Eccleſiam non pertinere, quia, etſi non actu baptiſmatis pertinere ad Eccleſiam videantur, tamen mentaliter ad Eccleſiam pertinent; Propterea D. Thom. in 4. diſt. 4. inquit, quod quis Chriſto dupliciter incorporari, quia, ſcilicet merito, & numero; merito autem ante baptiſmum incorporatur, vt videre eſt de Valentiniano Cæſare, qui cùm ad baptiſmum iam cathecumenus effectus, peruenire diſpoſuiſſet in itinere ad illud vitam cum morte commutauit. Proindè de illo Diuus Ambroſius aiebat, quem regeneraturus eram amiſi, verumtamen ille, gratiam, quam popoſcit, non amiſit. Vnde vt ait D. Thom. in 3. parte.

Valentinianus corde regeneratus eſt, licèt corpore ſecus ſit, cùm actualem baptiſmatis gratiam pertingere non valuerit, nec circa hoc hæſitandum eſt, quia fide Chriſto incorporamur, ad Epheſ. cap. 3. ibi habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris.

Sed numero de Eccleſia quis effici non poteſt, niſi præuio baptiſmate, hocque verum eſſe oſtenditur; quia ad Sacramentum Euchariſtiæ quis niſi baptizatus fuerit non admittitur, ſicuti etiam ad alia Sacramenta; cùm de Eccleſiæ numero adhuc eſſe non reperiatur, & ità patet chathecumenos, fidem, ſpem, & charitatem habentes, & inhabitantem Spiritum ſanctum, merito ad Eccleſiam pertinere, etſi numero non pertineant, cùm adhuc ad baptiſmatis gratiam non peruenerint, quicquid impiorum ſchola ſecus, & peruerſè ſenſerit.

Vltimò opponunt Eccleſiam vnam ſemper fuiſſe abſque eo, quod in ea aliquis vnicus paſtor inſtitueretur, quia hanc vitam cum cæteris mortalibus degeret; ergo ſequitur, vt Eccleſiæ vnitas non congruat vnitati paſtoris.

Reſpondetur, nõ ſequitur Eccleſiam, aliàs fuiſſe abſque paſtore viſibiliter cum ea conuerſanti, ergo, & nunc pariter conſiſtere poteſt; quia diuina eſt prouidentia ità diſpoſitum, vt Eccleſia, è cunabilis ſurgens, vbi paruula permanſerat, iam corpore ob pleniorem ætatem aucta, augeretur etiam gratijs, & poteſtate, iuxtà illud Cant. cap. 5. vbi ſoror noſtra paruula, & vbera non habet: nam paruula erat vnius populi tantùm regimine, vbera non habuerat, quia nondum aduenerat Dominus, qui eam gratiarum amplitudine adueniens ditauit, Ioan. capit. 1. ibi per Ieſum Chriſtum gratia facta eſt, cuius poteſtatis, & gratiarum oportuit in Eccleſia per vniuerſum Orbem extenſa vnum inſtitui diſpenſatorem, & Principem, qui non pro ſe tantùm munera huiuſmodi reciperet, ſed etiam pro ſuis ſucceſſoribus in æternum, cap. quodcumque 24. quæſt. 1. ibi quando Petrus claues accepit Eccleſiam ſanctam ſignificauit, qui ſcilicet non pro ſe tantùm, ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus vſque ad finem, quo duratura eſt Eccleſia: iuxtà illud Iſa. cap. 9. ibi, ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodò, & vſque in ſempiternum, de qua poteſtate, & gratiarum amplitudine eadem ait gloſ. in cap. audiuimus, 24. qu. 1.

Vnde ex ordine huiuſmodi de neceſſitate fuit, vt à Domino caput viſibile, & Princeps conſimilis in Eccleſia decerneretur. Nec refert, quòd ab initio tali principatu Eccleſia caruiſſet, cùm tunc Deus optimus maximus per ſeipſum regeret, nec eſſet, vt præmittitur, tantoperè gratijs aucta, & complura fuerint temporis lapſu in Eccleſia inſtituta, quæ ab initio non fuerunt neceſſaria, quæ poſtquam introducta ſunt, ideò neceſſitate ſunt ſeruanda: Diuini enim iuris diſpoſitione introductis ab hominum nemine eſt reſiſtendum, cap. Paulus, 2. qu. 7. Act. cap. 5. ergo ſequitur his attentis, vt ſi ab Eccleſiæ initio caput in ea non fuerit, nihil referat, cùm eo tempore iuxtà deducta neceſſarium non extiterit, prout oportuit intuitu præmiſſorum poſt Domini ipſius aduentum, ne Eccleſia militans Eccleſiæ triumphanti exemplata, cui Deus eſt caput, & Princeps, differat, vt ab illa in hoc ſeculo ſine capite, vel acephala eſſe cenſeatur, contra text. in capit ad hoc 89. diſtinct.

ARTICVLVS I.

Liquet de Eccleſiæ vnitate ex ratione multiplici.

SAcramentorum adminiſtratio pariter Eccleſiæ vnitatis iura comprobare videtur, tum quo ad ipſorum originale inſtitutum, cùm etiam quoad poteſtatem, quæ Papæ reſeruatur, quia cùm Papa Eccleſiam habeat in poteſtate, ad eius mandatum ſunt Sacramenta miniſtranda, & nullus, contra eius mandatum poteſt ſe eis immiſcere, Innoc. in cap. inquiſitioni ext. de ſenten. excom. Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum 11. colum. in fin. extrà de conſtitut. Felyn. in capitulo 1. circa princip. de fide inſtrum. & eſt ratio, quia contrafaciens Papæ voluntati, Eccleſiæ vnitati non adhæret, cap. loquitur 24. qu. 1. etiam quod fuerint Epiſcopi, quos conſtat Diuum Petrum creaſſe 63. diſ. cap. porrò. Aſtruit hoc idem habita ratio à Diuo Petro, & eius ſucceſſoribus Epiſcoporum conſecrationes, & ſingula Eccleſiarum inſtituta proceſſiſſe: non ſecus, quàm in præmiſſis explicatum fuit, tum auctoritate Diui Marcelli Papæ, & martyris, ex ſuarum epiſtolarum prima vbi inquit, ad Sedem Romanam omnes confugere debent, vt indè accipiant Epiſcopi tuitionem, vnde acceperunt conſecrationem, hæc ibi; tum etiam à Diuo Gregorio inſinuatur, vt in cap. præceptis 12. diſt. ibi nulli dubium eſſe debet non ſolum Pontificalem accuſationem, ſed omnem ſanctæ religionis relationem ad Sedem Apoſtolicam, quaſi caput Eccleſiarum debere referri, & ibi normam accipere vnde ſumpſit exordium.

Nam idem aſtruit habita ratio quo ad Sacramentorum originem teſte Niceph. lib. 2. cap. 3. habetur Exordium, qui Diuo Petro immediatè ſucceſſit in Epiſcopum, vel magis Patriarcham Eccleſiæ Antiochenæ teſtimo-

nium

Digitized by Google

nium tuliſſe Diuum Petrum, à Domino fuiſſe baptizatum, & à Petro Andream baptiſmum recepiſſe, ſicut, & filij Zebedæi, & hij, vt eius ſonant verba, ſacrum Chriſti chorum abluerunt teſtimonium, huiuſmodi viri ſanctiſſimi, qui aurea illa Apoſtolorum tempora perſpexit, vndequaque eſſe tutiſſimum non eſt cur hæſitetur: Quandoquidem iuris communis diſpoſitione hiſtorijs præſertim antiquioribus, deferendum eſſe ità conſtat, vt in conſulendo, & ſententiando ab illis recedere non liceat Barthol. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & l. Gallus, §. fina. ff. de lib. & poſt. gloſs. cap. 1. 84. diſt. reſp. cap. ſicut, 15. diſt.

Vnde plenam inſurgere comprobationem præſefert Dominum Saluatorem non ſolùm Diui Petri miniſterio Epiſcoporum inſtitutiones, & conſecrationes eſſe conferendas decreuiſſe, ſed etiam omnia humano generi ſubminiſtranda fore Sacramenta: Idque verum eſſe demonſtrat ratio collationis ipſius baptiſmatis, quod eſt oſtium, & baſis ad omnia alia Sacramenta, ideò gloſs. Geneſ. capit. 6, ibi oſtium autem arcæ pones à latere deorsùm, ait nemo intrat in Eccleſiam niſi per Sacramentum remiſſionis peccatorum, quod de latere Chriſti aperto exiuit, vnde ad Galat. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.

Hinc demonſtratur quoque in Diui Petri baptiſmate, vt ſicut Domino complacuit Sacramenta conferenda mortalibus à Diui Petri vnitate exordium ſumere, ità Prælatos Eccleſiæ ab eiuſdem vnitatis fonte deriuare, vna cum eorum poteſtate, & iuriſdictione non aliundè, quàm de Diui Petri manu ſumpta, iuxtà præcedentes, tum veteris, tum recentis legis figuras, vt Oſeæ, vaticinio ibi, cap. 1. congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum, refert Card. de Turrecrem. in ſum. de Eccleſ. lib. cap. 8. quod conuenire demonſtratur Domini inſtituto, Ioan. capit. 10. ibi fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

A rationis maioritate etiam demonſtratur, vt ſi Dominus in ſingulorum hominum delectu, Sacramentorum virtute ad eius Eccleſiam componendam voluerit miniſterio Diui Petri Sacramenta fuiſſe diſpenſanda; quod maiori ſollicitudine curam adhibuerit, vt Epiſcoporum, & Prælatorum diſpenſatio à Diuo Petro haberetur, cùm ab Epiſcopis, & Prælatis Sacramenta fidelibus ſubminiſtrâda eſſent ſibi ſuppoſitis, quorum vniuerſitates repræſentat, cap. ſotus, ext. de procur. Innoc. in cap. fin. ext. de maior. & obedien. quandoquidem maior ratio habenda ſit ipſorum regentium, quàm eorum, qui reguntur, l. conditionibus in princ. ff. de cond. & demonſt. l. iubemus in fin. C. de Epiſc. & cler. & ità dicit quia Eccleſiæ Sacramenta dicuntur eſſe, quia populis conferuntur, ex quibus Eccleſia conſiſtit, quæ ipſorum Sacramentorum virtute ſanctificatur, & æternæ ſalutis præmia conſequitur, vt Diui Auguſtini monet ſententia lib. 19. contra Fauſtum, vbi ait, Sacramenta nouæ legis, longè præſtant legis antiquæ Sacramentis, quia virtute, vtique ſunt meliora, numero pauciora, intellectu auguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, quæ præterquam quod ſignificant, etiam ſanctificant, ac ſalutem dant: Quare ratione habita, vt Sacramentorum ianua, quæ eſt baptiſma: à D. Petro cæteris Apoſtolis aperiretur impiorum os obſtruatur, nec refellant quod canonum virtute colligitur, vt à Papa poſt Deum vniuerſæ Eccleſiæ pendeat ſalus, cap. ſi Papa 40. diſtin. quia ſicut Papa influit Eccleſiæ iuxtà, quod præmiſſum eſt iuriſdictionem, & poteſtatem Epiſcopis ſuper totum corpus Eccleſiæ, cap. ità Dominus 19. diſt. ità Sacramentorum diſpenſationem, vt præferetur ad fidelium ipſorum vniuerſitatem.

Meritò propterea ab Apoſtolo conſtat Epiſcopos Dei Legatos nuncupari ad Coloſs. cap. 2. ibi pro Chriſto legatione fungimur, & à Papa originem ducunt, vt inſtituti ab illo, qui Deum vnicè repræſentat, c. quamuis, 21. diſt.

Verùm declarantur prædicta, tum quo ad Sacramentorum diſpenſationem, tum etiam iuriſdictionis collationem à Diuo Petro cæteris Apoſtolis impartitam, quàm impertinens ſit argumentum, quod ſumitur, Act. cap. 8. ibi, cùm audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis quod Sammaria receperat verbum Dei miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, cùm huiuſmodi verba, potiùs gradus paritatem, vel inferioritatem, quàm ſuperioritatem arguere videantur.

Quod quidem eſt ſine ratione dictum, tam ex rationibus præmiſſis Sacramentorum, & poteſtatis iuriſdictione, vt ſupra in verbo Petrus oſtenditur, quàm etiam ea ratione, quia iam Apoſtoli D. Petrum in eorum Principem elegerant, atteſtatur D. Papa, & martyr Anacletus in cap. in nouo, 21. diſt. ſicuti etiam D. Petri iurium principatus poſſeſſio idem atteſtatur Act. in cap. 1. vbi velut Princeps mandat loco Apoſtolatus Iudæ alium ſurrogandum eligi, & Matthias eligitur, quem pariter, vt Princeps in Epiſcopum promouiſſe liquet, etſi ab Apoſtolis ad ſolius Apoſtolatus iura eligeretur, cap. in illis, 80. diſtinct. & latiùs in ver. Petrus ſupra eſt relatum.

Vnde ipſius electionis virtute, ſi quæ Apoſtolorum vniuerſitati poteſtas competijſſet in Petrum Principem electum, translatam fuiſſe præſefertur: non ſecùs quàm à populo Romano in Cæſarem, ſua auctoritate transferenti, imperij poteſtatem tranſiſſe conſtat, l. 2. §. hoc autem, C. de vet. iur. enucl. l. fin. C. de legib. & conſtit. §. ſed quod Principi inſtit. de iur. natur. gent. & ciuit. & eſt euidens ratio quia regnum non capit. duos, l. ſi vt certo §. duobus, ff. mand. quod in Eccleſia pariter ſuccedit, vbi plura capita ponens in hæreſim collabitur, cap. quidam 24. quæſtione 3.

Præterea ſicut Petrus proprio miniſterio baptiſma, vt Sacramentorum ianuam fidelibus contulit, ità cætera Sacramenta in noua lege conſtat ipſis credentibus priùs ſubminiſtraſſe: vt fuit quando Sacramentum Confirmationis, quod ſub Spiritus ſancti nomine continetur, cap. cleros, 21. diſtinct. ibi nec Spiritum ſanctum dant, communicauit illis de Sammaria ad Philippi diaconi prædicationem conuerſis, confirmatione tamen ab eo non recepta, cùm illam conferre ſit Epiſco-

Digitized by Google

ſcopotum; Propterea dini Petri miniſterio Spiritum ſanctum ſuſceperunt Act. cap.8. ibi, qui cùm veniſſent orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum ſanctum, nondùm enim in quemquam illorum venerat, ſed tantùm baptizati erant in nomine Domini Ieſu: Tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebant Spiritum ſanctum.

Euchariſtiæ pariter ſanctiſſimum Sacramentum dinum Petrum primò conſecraſſe in Eccleſia Antiochens ſub ſigno Crucis, & Oratione Dominica, ab enarrantibus Eccleſiæ res geſtas demonſtratur. Refert Hugo Cardinalis in libro de Sacramentis, cap. 7. Idem aie Cardinalis de Turrecremata in cap. Iacobus, de conſ. diſt.1. vbi ait Nam vt Doctores, tam Theologi, quàm Iuris Canonici Profeſſores ponunt Miſſa olim non cum tanto apparatu, nec cum tanta ſolemnitate cantabatur;

Primò enim ab Apoſtolis tantùm dicebantur illa verba in celebratione Miſſæ, quæ Chriſtus dixit in inſtitutione huius Sacramenti, videlicet hoc eſt Corpus meum, ſed poſtea Apoſtoli addiderunt Dominicam orationem;

Vnde in chronica Summorum Pontificum dicitur, ſanctum Petrum in Antiochia legitur primam Miſſam celebraſſe, & ex ordinatione Chriſti inſtituit ſic celebrandam cum ſanctificatione Crucis, quem morem alij Apoſtoli imitati ſunt; hic ritus celebrandi, ſine conſuetudo repræſentatur ſingulis annis in ſancta die veneris, eo excepto, quod illo die non conſecratur; ijdem Apoſtoli; vel eorum ſucceſſores inſtituerunt, vt epiſtola, & Euangelium recenſeretur 3.orat. 4. dicebantur Verba Domini,& tunc officium Miſſæ inchoabatur à lectione,qui mos in Sabbato Paſchæ, & Pentecoſtes adhùc retinetur, Hactenùs ille.

Hoc Sacramentum ob eius vniuerſalitatem, ideò tribus linguis perficitur,vt Hebraica, quando dicitur alleluia, ideſt laudate Dominum, Græcaque quando dicitur Chirieleiſon, ideſt Domine miſerere, & Latina, vt patet de his, quæ Latinè proferuntur, quia denotatur ſub his linguis totius Orbis gentes comprehendi 1. Ioann. cap.2. ibi ipſe eſſe propitiatio pro peccatis noſtri, & non pro noſtris tantùm, ſed pro totius Mundi.

Veluti etiam quia Hebraicis literis lex, Græcis verò Sapientiæ cauſa, Latinis verò regnum deſignatur, vbi Crucis triumphum magis quàm alibi eminuiſſe patet.

Vnde de hoc Sacramento commemorans D. Chryſoſ. homil. 9. & 10. ait, hoc eſt viaticum noſtræ peregrinationis, quod in huius vitæ deſerto, militiaque verſantibus. & & hinc ad Cœleſtem Hieruſalem contendentibus veluti manna patribus datum adfere conſolationem, dilectationem, virtutem, & gratiam longè efficaciſſimam.

Sacramentum Ordinis D.Petrum in Eccleſia priùs omnium contuliſſe oſtenditur poſt Dominum. Act.c.13. quando Paulum, & Barnabam ordinauit, quos à Petro promotos conſtat, quia in Eccleſia Antiochena, cui tunc Petrum præſulatus iura exercuiſſe demonſtratur, nec alteri iura Epiſcopalia exercere, in aliena ditione eſſet permiſſum Diui Petri lege reſiſtente can. 1. cap. 5. ibi paſcite qui in vobis eſt gregem, vnde à contrario ſenſu videtur cautum gregem extrà ſuos fines proprios non eſſe paſcendum argum.l.1. §. huius ff. de offic. eius cui mad. l. procurator. §. final. ff. mand. & in hoc ſenſu allegari ſolet dictus tex. 13. cap. ibi, miniſtrantibus autem illis Domino, & orantibus dixit Spiritus ſanctus ſegregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos, tunc ieiunantes,& orantes,imponentesque eis manus dimiſerunt eos: de qua manuum impoſitione intelligi ibi debet illa,quæ fit Diaconis. Presbyteris, & Epiſcopis, quæ Subdiacono, vel inferioribus non eſt communis cap. ſcolitbus 23. diſtinct. vltrà quam manus impoſitionem aliæ nonnullæ reperiuntur, vel eſt manus impoſitio confirmatoria, in Sacramento Confirmationis, vt fuit illa Diui Petri fidelibus Samariæ, Act. cap. 8. & iſta ſicut ſuperior non reiteratur,ratione Ordinis adiuncti capit. 1. 2. 3. & 4. de conſecratio. diſtinction. 5.

Eſt, & alia, quæ dicitur manus impoſitio ordinatoria, quæ eſt communis ad ſingulos ordines non reiteranda, ratione adhærentiæ ipſius ordinis, quia imprimens characterem non reiteratur 1.quæſt. 1. cap. quod quidam de qua ad Timoth.cap.5.ibi nemini cito manus imponas.

Alia etiam manuum impoſitio reperitur, quæ conciliatoria manus impoſitio dicitur, qua ſuper pœnitentes extenduntur manus, fit etiam hæreticis redeuntibus ad Eccleſiæ fidem cap. Arianos eadem cauſa. & quæſt. quæ pari modo reiteratur,

Etiam inEccleſia alia manus eſt impoſitio, quæ benedictoria nuncupatur,qua Abbates benedicuntur,quæ inſtar matrimonij non reiteratur cap. quoniam videmus 69. diſtinctione, de ſecund. nupt. cap.primo, & capit. vit,

Datur alia manus impoſitio, quæ dicitur exufflatoris ab exorciſtis ſuper energumenos impenditur in abiurationis actu, & repeti poteſt, de qua eſt text. cap. exorciſta 23. diſtinctione, & eſt etiam alia reiterabilis pariter, quæ curatiua dicitur, & impenditur iſta manus impoſitio in Sacramento extremæ Vnctionis §. ſed 95. diſtinctione, ideòque eſt reiterabilis iuxtà ipſius Sacramenti naturam.

Quia ſi infirmus conualuit, & recidiua ægritudine corripiatur cum reiterato Sacramento infirmanti confertur:& ità refert Cardin. de Turrecrem. in cap. manus impoſitio 1. quæſt. 1. & ità tollitur dubium, tàm ad allegatum tex. Act. d. cap. 13. & ad cap. 8. ſuper huiuſmodi manus impoſitione: & ità patet Diuum Petrum d. 8. cap. Sacramentum Confirmationis contuliſſe,vt in d.cap.13.Ordinis Sacramentum, &c.

Pœnitentiæ Sacramentum Diuum Petrum, primò executioni præcæteris Apoſtolis demandaſſe demonſtratur.

Primò ratione habita, quòd hoc Sacramentum Apoſtolorum tempore in Eccleſia frequentaretur. Act. cap. 9. ibi multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos.

Secundò, quòd in hoc Sacramento iuriſdi-

Digitized by Google

dictio excercetur, vt patet ligandi, vel abſoluendi cum cauſæ cognitione, quam iuriſdictionem conſtat non aliundè, originem, virtutemque ſumpſiſſe, niſi ab ipſo Apoſtolorum Principe.

Neque his reſiſtit quod impij obijciunt illud Ioann. cap. 20. ibi accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; quia conſtat ex bis verbis ordinis Sacerdotalis tantùm munera excitari, non autem iuriſdictionem aliquam demandari, ità declarat Diuus Cyprianus in epiſtola ad Nouatianum de vnitate Eccleſiæ inſertam in c. loquitur Dominus 24. quæſt. 1. vbi ait, ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat Eccleſiam, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem, id eſt communem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut me miſit Pater, & ego mitto vos; accipite Spiritum ſanctum.

Tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quod Petrus pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis, ibi ait gloſ. in ordine, & dignitate conſecrationis, non adminiſtrationis plenitudine, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe monſtretur; hactenùs ibi.

De hoc vnitatis iure virtualiter idem colligitur, ex verbis D. Anacleti Papæ, & martyris in cap. ſacroſancta 22. diſtinct. nam illud capitis, & principij nomen Petro minùs competeret, niſi ab eo in cæteros Apoſtolos iuriſdictio deriuaſſet; Repugnaretque Eccleſię vnitati, ſi præallegati tes. Ioann. cap. 20. impiorum ſenſum ſumere fas eſſet, vt Eccleſiæ iuriſdictio immediatè cæteris Apoſtolis à Domino tradita fuiſſet; proptereà à Diuo Cypriano, vt præmittitur, expreſſum eſt ſoli Petro ſuper quem curam datam eſſe conſtat Eccleſiæ, Dominum iuriſdictionem contuliſſe, & ità verum eſſe, tàm Nicæni Symboli, quàm Sanctorum teſtimonio multiplici Patrum præſefertur.

Vnde conſtat ipſos pœnitentes qui Domini inſtitutum ſequi duxerant, Act. cap. 19. memorantur actus ſuos confitentes, nulli alteri Sacerdotum, quàm Diuo Petro eorum confeſſiones peregiſſe ante Diui Iacobi conſecrationem in Epiſcopum Hieroſolymitanum, cùm nondum eſſent creati alij Epiſcopi, vel Curati, quibus competeret huiuſmodi pœnitentes abſoluendi iuriſdictio, niſi ſoli Petro, cui à Domino totius Orbis Parochialis cura demandata fuerat. Ioann. cap. vlt. ibi. Paſce oues meas, idque pariter videtur. Quia ſi aliqui Apoſtolorum fuiſſent ad Epiſcopatum iam promoti, (iuxtà quod impiorum eſt ſententia;) veriſimiliter Iacobus Alphei nominatus non fuiſſet nouiſſimus, vt Domino ſanguine coniunctus, & ad Hieroſolymitanam Eccleſiam actionibus proprijs à Domino inſigniorem redditam promouendus à Petro, & alio Iacobo, ac Ioanne non fuiſſet conſecratus in Epiſcopum Hieroſolymitanum, nam Epiſcopalia iura retinuiſſet, ſed quia ſecùs eſt, ideò liquet à Diuo Petro Iacobum fuiſſe conſecratum cap. Iacobus de conſecrat. diſtinct. 2. Neque his refragatur Iacobum non ſolo Diui Petri miniſterio fuiſſe conſecratum contra ipſius Petri inſtitutum, quo diſponitur Epiſcopum, a tribus Epiſcopis eſſe conſecrandum cap. porrò 63. diſtinct. vbi Archid. ait, illa perdurante forma, non poſſe etiam à Papa Epiſcopum conſecrari minori Epiſcoporum numero, quamuis aliam formam Papa tradere queat, etiam in alijs conſimilibus Eccleſiæ ritibus, præterquam in forma panis, & vini, ac baptiſmi vt traditam à Domino; inducit Innoc. in cap. 1. extrà de ſacram. non reiter.

Quia licèt Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater, vt Epiſcopi ad conſecrandum Iacobum Alphæi interfuerint, vt d. cap. Iacobus, non tamen tunc conſtat, vt alicui Eccleſiæ eſſent præfecti adeò, vt iuriſdictionem Epiſcopalem retinerent; cùm ante Apoſtolorum diſperſionem conſecratio præmiſſa habita fuiſſet, ſed vt coadiutores Diui Petri in eo conſecrationis actu, ſuaque auctoritate intereſſent, & etiam quia Epiſcopalia iura eis Petrus contuliſſet, vt infrà per Cardin. Vgon. refertur, adeò quod nihilominùs, tàm Epiſcopi, qui ab eiſdem conſecrarentur, quàm pœnitentes, qui eis ſua peccata confiterentur à Diuo Petro conſecrati, ligatique, vel abſoluti reſpectiuè viderentur.

Quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur l. 1. Cod. de vet. iur. enucl. vt qui per alium facit l. ità autem §. geſſiſſe ff. de admi. tut. l. 1. §. deieciſſe ff. de vi, & vi arm. l. hoc iure §. deiecit ff. de reg. iur. licèt, nec ſecùs dicendum videretur, ſi præmiſſa contigiſſent Hieroſolymis, poſt D. Iacobi conſecrationem: quia Diuo Petro generalis iuriſdictio à Domino promiſſa. Matth. cap. 16. & Ioann. cap. vlt. ſit tradita, vt ibi paſce oues meas: cum omnes Epiſcopi, & Curati auctoritate à Diuo Petro prodeunte ſingula Sacramentorum iura adminiſtrarent capit. loquitur 24. quæſtion. 1. & c. Dominus 19. diſt.

Extremæ Vnctionis Sacramentum pariter Diuum Petrum præcæteris Apoſtolis priùs contuliſſe, & ſi ſacra pagina non expreſsè traditur; neceſſaria tamen præſumptione poteſt comprobari: Namque dubium non eſt, Sacramentorum collationem eſſe de iuriſdictione, neminique illa conferre permittitur, qui iura Parochialia non retineat cap. interdicimus 16. quæſt. 1. Lap. in tract. de can. porrò § quia numero 2.

Proptereà Diuus Petrus ſua Canonica capitulo 5. oſtendit Epiſcoporum limitatos fines, vt eſt præmiſſum. Sed cùm poſt Domini Aſcenſionem, vſque ad Apoſtolorum promotionem ad Epiſcopalia iura in nullo alio Apoſtolorum verſaretur iuriſdictio, niſi in ſolo Diuo Petro totius Orbis vniuerſali Parocho, ſequitur ergo, quòd nullis infirmantium illo temporis interſtitio hoc Sacramentum conferri potuit, niſi à ſolo Diuo Petro.

Nec huic articulo refragatur, ſi opponatur de raritate fidelium, ſiue credentium, quia hoc Sacramentum, etiam Domino in Eccleſia militante reſidente, collatum fuit Marc. cap. 6. ibi vngebant multos ægrotos oleo, & ſanabantur, tantò magis requirebatur poſt Domini Aſcenſionem, & Spiritus ſancti Aduentum, quo tempore credentium nu-

merum

merum magia anctum fuiſſe conſtat; nam ſola Petri prædicatione conſtat trium homi. num milium quantitatem numero credentium auctam fuiſſe, Act.cap.2.& eadem Diui Petri prædicatione, vſque ad quinqna credentium milia excrenit numerus, Act.cap.4. ibi, Qui ergo recaperunt ſermonem eius baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt illa die animæ circiter etia milia.

Neqne his vim facit, quod hoc Sacramentum eo tempore conferebatur ab Apoſtolis, quia tunc, nedum Epiſcopali, vel Parochiali munere fungebantur, ſed nec etiam Sacerdoeali: quia conſtat ad munus Sacerdotale, non prius fuiſſe aſſumptos, quàm in nouiſſima Cœna in Verbo illo Domini, hoc facite in meam commemorationem Matthæi cap. 28. & Lnc. cap. 14. Quia anctoritate Domini illud Sacramentum conferebatur, & in Verbo eius; adeò, vt non ipſi conferre viderentur, ſed Dominus cap. qui per alium facit, axr. de reg. iur. in 6. Sicnti etiam in eodem verbo Domini, ipſoque adhuc in carne Eccleſiæ ſuæ aſſiſtenti prædicarunt; quæ ideò tunc promiſſa à Domino ſunt, cùm Ordinis Sacramenſum, virtutem à Domino iam recapiſſet, vt in vltima Cœna, qno ad Sacramentum Euchariſtiæ. Et poſt Reſurrectionem, mediante Petro qno ad iuriſdictionem.

Vnde poſteà niſi ad Ordinis Sacramentum promotis, & Petro iuriſdictionem conferenti, licnit adminiſtrare Sacrameura, vel ius prædicandi. Declarae Card. de Turrecram. in cap. ita Dominus, 19. diſt. nnm. 3. vt liquet de Paulo Apoſtolo, & Barnaba, quibus à dino Petro conſtat prædicandi licentiam collatam eſſe, quod oſtendirur in cap. quo die 85. diſt. & latiùs ponitur à Scribentibus in cap. quis neſciae, 11. diſtinctione adeò quod poſt Domini Aſcenſionem Ordinis Sacramentum, conſtat licentiam prædicandi attuliſſe, & Sacramenta conſerendi, iuriſdictione tamen non deficienre, ſicuti abſque ipſo ſacramento licuit nondùm promotis tempore, qno Dominus Eccleſiæ ſuæ in carne conſtirutus præfuit; quamuis ſenſerint aliqui, quòd poteſt prædicandi Apoſtolis collata à Domino abſque eo quod ad ordinis promotionem deueniſſent arguat contrarium, vt Ordinis Sacramentum neceſſarium prædicantibus non exiſtat; hanc difficulratem eleganter abſtulit Card. de Turrectemata in ſum. de Eccleſia lib. 2. cap. 63. ver. ad 12. de mente diui Anſelmi, vbi aie, Apoſtolos prædicandi facultatem perdidiſſe à Domino eis collatam in paſſione ipſius; cùm omnes præter ſanctiſſimam Matrem in fide defecerint.

Propterea Eccleſia ſancta, candelarum numerum illnm in 4.5. & 6. feria Hebdomadæ ſanctæ extinguit, vna excepta, qua ſanctiſſimæ Matris inextinguibilis fides deſignatur. Propterea Apoſtolis ipſis noua gratia Ordinis Sacramento à Domino tradita opns fuit, vt prædicandi poteſtatem poſt paſſionem aſſeqnerentur, præſertim accedente cauſa noui prædicandi modi, qnandoqnidem priùs limitatum modum ſtatutum fuiſſa demonſtratur, Matth. cap. 10. vt ibi, In viam gentinm ne abieritis, & cinitates Samaritanorum ne intraueritis, quod poſt paſſionem immutatum oſtenditur, Matth. cap. vlt. ibi. Docete omnes gentes, & Marc. cap. vlt. Euntes in Mundum vniuerſum, prædicate Euangelinm omni creaturæ. Act. cap. 1. ibi eritis mihi teſtes in Iudęa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ, &c.

Matrimonij Sacramentum, quo credentium gens propagatur, ad Epheſ. cap. 5. & continentiæ humanæ eſt conſuitum, 1. ad Cor. cap. 7. cenſendum eſt diuum Petrum priùs Eccleſiæ indixiſſe veluti eum, ad quem ſolum id peragendi iuriſdictionem competijſſe conſtat, antequam Epiſcopi, & Curati inſtitnerentur, cùm eſſet Domini mandatum Matth cap. 15. ibi quos Deus coniunxit, homo non ſeparat, anctoritate enim diui Pauli oſtenditur, quàm magnifieret in primitiua Eccleſia hoc Sacramentum, 1 Cor.cap.7. ibi, Matrimonio coniunctis præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere, qaòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat, & ad Epheſ. cap. 5. ibi. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

Neque his vim infert, quod habetur, Matth. cap. 19. à Domino ſint laudati, qui proprar Regnnm Dei ſe quodammodò continentiæ virtute caſtrarunt: Quia non ex hoc nubentes ſunt improbati, vt ſupra eſt declaratum vbi de Sacramento Matrimonij diſſeritur. Alias complures conſtat ſubeſſe cauſas, quibus hoc Matrimonij Sacramentnm, vt legitimè eſſet contractum opus fuiſſe, quod ab Eccleſia comprobaretur, & inde gratiam ſumeret, & virtutem, veluti alia ſacramenta Synod. Trid. ſeſs. 24. reform. can. 1. Cùm itaque nulli Apoſtolorum conſtet, Epiſcopi, vel Curati iuriſdictionem fuiſſe collatam, niſi ſoli Petro, ſequitur neceſſariò, vt inter credentes ſeqnnta matrimonia à die Aſcenſus Domini in Cœlum vſque ad Apoſtolorum diſperſionem, diui Petri priori promulgatione, & nulli alteri ex Apoſtolis fuerint contracta, cum in ſulo Petro iuriſdictio, qua conferuntur ſacramenta, cap. interdicimus, 16. quęſt. 1. eo interſtitio reſideret. Vt niſi annuenti Petro matrimonia inter credentes minus contrahi poſſent, adhuc eo ſuperſtite, cęteriſque Apoſtolis vltrà auctoritatem diui Epiphanij de Apoſtolorum tempore atteſtantis prohibitionem ſuper votu virginitatis; quia idem prohibitionis ius Apoſtolorum canone 16. decernitur contra ſacerdotes, quibus probibitum eſt matrimonium adſtipulatur bis Chalcedonen. conſil. 116. & 1. Timoth. capit. 5. Trident. Synod. citata ſeſs. 25. refor. cap. 9.

Vnde ita decuit, vt Matrimoninm in ſtatu innocentiæ inſtitutnm Panorm. in cap. fin. de frigid. & maleſ. ab Eccleſiæ inſignioribus ſanctitate viris in noua lege formam, & moderamen ſortiretur, ſicut cętera ſacramenta; quæ poſt innocenriæ ſtatum cnnſtat inſtituta, eaque ratione, qnia gratiam ex nobis conſequi non poſſumus, ſed per Dominum Redemptorem ſolum, ideò ſacramenta, per quæ gratiam conſequimur, ipſe Dominus per ſeipſum inſtituit. Sanctum Baptiſmum, & reliqua Sacramenta, ita refert diuus Thomas

Digitized by Google

mas 2. 2. quæſt. cap. 8. art. 2. Nec enim ſingula, quæ ſub ſacrorum, vel ſacrificiorum nomine ſumuntur eſſe Sacramenta conſtat; quia ea ſacramenta cenſentur eſse, quæ ad animæ ſunt ſanctificationem, ſicuti ſacrificia ſunt ad propitiationem pro peccatis obtinendam, & ſacra reſpiciunt Dei cultum, & honorem; declarat Card. de Turrecrem. in cap. ius publicum diſt. 4.

Neque huic diui Petri cœleſti poteſtati, vt ſacramentorum virtute, prior ceteris Apoſtolis homines ſanctificandos ſuſceperit, vim infert, quòd à Domino Sathanas nuncupatur Matth. cap. 16. ibi: Vade poſt me Sathana. Nam ſi eſt talis, huiuſmodi Dei operibus aduerſatur, ergo quæ ſanctificant, minus legitimè exequi valuit. Quia conſtat illa verba Domini eo ſenſu non eſse accipienda, & ita declarat Theophylactus ſuper Matth. vbi ait Sathanas aduerſarius dicitur, Vade igitur poſt me, hoc eſt, ne obſiſtas, ſed ſequere voluntatem meam, vocat autem ſic Petrum, quia etiam ſathanæ diſplicebat Chriſtum pati. Hactenus ille.

Huncque intellectum eſse verum declarant Euangeliſtarum verba, Domini poſt Reſurrectionem, quibus Petrum ita cordi ſemper Domino fuiſse ſumitur, vt ipſum ſolum nominatim exprimat, tamquam præ cæteris Apoſtolis magis dilectum Marc. cap. 16. ibi dicite Diſcipulis ſuis & Petro. Nec non quando poſt Reſurrectionem Petro apparuit Ioann. cap. 21. Sed Domini præcipui amoris erga Petrum maius nullum deſiderari potuit argumentum, quando Ioann. cap. vlt. trina iuſſione Petro oues ſuas commiſit paſcendas; cui inſuper tantùm poteſtatis contuliſse conſtat, vt Petrus in terra poſitus Cælum poſſidere cenſeatur; vt diui Auguſtini aureum eſt dictum in ſermone relato ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ibi, O ineffabilis, & immenſa poteſtas, hominem in terra poſitum tenere Cœlum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Virtus huius præpoſitionis, de, qualis ſit.

SEquitur ibi tex. de, & eſt nota dictio, in iureque complures refert intellectus, veluti quando importat ſecundùm, vt patet 20. diſtinctione, capitulo de libellis, ideſt, ſecundùm libellos; quandoque etiam adiuncta alicui dictioni refert contrarium quod ſimplex, vt decus, dedecus; ſtruo, deſtruo, gener, degener: Ponitur etiam declaratiuè, l. ſi de meis, ff. de arb. & etiam pro turpiter, vt depactus, ideſt, turpiter pactus, l. generaliter, ff. de calumn. & etiam pro valde, vt deproperat, ideſt, valde properat, C. de veter. iurib. enuclean. l. 2. §. ſed quia diuinæ.

Pariter quandoque auget not. in lege prima, ff. depoſ. ſicut viciſſim non auget, nec minuit, vt illud in Authentic. de monach. ibi detergere, ideſt, tergere: quandoque etiam priuat. cap. Epiſcopus, 35. diſtinctione, aliquando etiam importat idem quod propter. l. vnica, C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. ibi de re familiari, ideſt propter familiam. Sed præpoſitionis vim retinens denotat cauſam proximam, & immediatam, leg. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitr. Bald. in l. ea animali pacto, C. de act. empt.

Vnde ſtatuto diſponente ſolui pœnam de percuſſionibus ſanguinolentis non comprehendit percutientem pugno aliquem, qui ex percuſſione cecidit, & ad petram eliſo capite emiſit ſanguinem; quia ad hoc vt à ſtatuto comprehendatur, opus eſt, vt ſanguis fiat ex immediata cauſa, iuxtà ſignificatum præpoſitionis prædictæ, cùm ſanguis iſtius cadentis non ſit ob immediatam cauſam percuſſionis prædictæ, ſed mediante ratione lapidis, ad quem fuit colliſum caput, & ita ſequitur Iaſon in lege non dubium, columna prima, numero 24. C. de legibus, licèt quandoque importet etiam cauſam remotam, vt contingeret, vbi ſi aliter ſumeretur contrarietas aliqua inſurgeret, vel abſonus intellectus, lege ſecunda, §. ex incendio, ff. de incend. ruin. & naufr. l. finita, §. deindè, & ibi Bart. ff. de dam. inf. & idem Bart. in l. 1. §. emancipatus, ff. de coniug. cum eman. lib.

Demùm cauſam quoque materialem denotat hæc dictio, l. prima, §. videamus, ff. de coniug. cum emancipan. liber. quem ſenſum hoc in loco retinere hunc textum non hæſitatur, dum oſtenditur Cardinales eſſe materiam, vnde Papa ſit eligendus, tum ad ApoſtolicamPetri electionem imitandam, qui ex gremio Apoſtolico electus fuit, capitulo in nouo 21. diſtinctione, tum etiam quia ſic pluribus ex cauſis expedit, conuenientiſſimèque cautum fuiſſe cenſetur Apoſtolicum ex Cardinalium gremio ad ſummi Pontificatus apicem fuiſſe ſumendum, & ad hoc extat Concilij generalis determinatio, capitulo in nomine Domini, 23. diſtinctione, necnon alia Concilij celebrati tempore Alexandri Tertij, in capitulo licèt, extrà de election. necnon Concilij Lugdunenſis tempore Gregorij Noni, capitulo vbi maius periculum, de election. in ſexto; ac etiam Concilij Viennenſis ſub Clemente Quinto in Clementina, ne Romani de election.

Quas Conciliorum determinationes, & huius Concilij Stephani Papæ Tertij 79. diſtinctione, ita recidiua manu editas, diſponentiaque electionem Papæ ad Cardinales pertinere, vnà cum Apoſtolica obſeruatione eligendi Petrum: conſtat impiorum ora obſtruere, dum aiunt hanc electionem conuenientiùs ſpectare ad Patriarchas totius Orbis, iuxtà illud, capitulo quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, de regulis iuris, in ſexto.

Quia eſto, (citrà tamen vt veritati detrahatur) quod à Patriarchis, vel ab omnibus Epiſcopis, ve ſuperioribus, ſuas prouincias repræſentantibus Innocent. in capit. fin. de maioritate, & obedientia; & ſic vniuerſam Eccleſiam referentibus eligeretur, manifeſtè oſtenditur hanc eligendi facultatem, à tot generalibus Concilijs vniuerſam

Ec-

Eccieſiam referentibus, cap. maiores, 24. q. 1. tranſlatam fuiſſe de Eccleſia ad ipſos Dominos Cardinales, vt ipſos Apoſtolos in eo ſtatu poſitos, quo diuum Petrum à Domino deſignatum in Eccleſiæ caput myſterialiter elegerunt referentes.

Quam quidem tranſlationem non minoris virtutis extitiſſe patet, quam iuriſdictionis tranſlatæ de populo Romano ad Cæſarem, quo ad perpetuitatem facultatis ipſius eligendi. Vnde quidam ſentiunt; vt ſi Senatus Eccleſiæ deficeret, electio Papæ ad Clerum Romanæ Vrbis ſpectare videretur, iuxtà, quod colligitur in capitulo, in nomine Domini vigeſimatertia diſtinctione, & magis ad ipſum Clerum, quàm ad Concilium, & ſi magis iuſtum ad Concilium pertinere cenſeatur, tamen ratione difficultatis Concilium congregandi tutiores partes decere ſequi, & ſi Bald. in lege vbi abſunt, ff. de curat. dat. ab his. Papæ huiuſmodi electionem ſenſerit, ſpectare ad Patriarchas, ita refert Cardinalis de Turrecremata in dicto capitulo, in nomine Domini, in ſecunda quæſtione numero octauo, vbi de mente Hoſtienſis, præallegatique textus virtute in dicto capitulo, in nomine Domini, adſtipulatur his, quæ de Clero Romanæ Vrbis præmittuntur. Ratione etiam ſuadetur, vt electio Papæ ad Cardinales pertineat, cùm Apoſtolica traditione id originem ducat, vt infrà in verbo Cardinalibus refertur.

Quare autem de gremio Cardinalium Papa ſit eligendus iuxtà huius textus diſpoſitionem, magis quàm ex alienis, cùm de iure, qui magis idoneus, ſit eligendus, capit. Moyſes, 8. queſt. 1.

Reſpondetur. Quia ſi idoneus reperitur inter Cardinales decentius eſt eligi eum, quàm alienum capit. nullus 61. diſtinctione, capit. obitum 63. diſtinctione, cap. Metropolitano, & cap. quàm ſit, 18. quæſtione 1. Super quo articulo vt magis deceat electionem Papæ, ex Cardinalium gremio celebrari: Cardinalis de Turrecremata eleganter admodùm cauſas ſeptem vrgentes deducit, in dicto capitulo in nomine Domini, vigeſima tertia diſtinctione, num. 11.

ARTICVLVS PRIMVS.

Explicatur de Cardinalibus, quatenus ad nomen attinet.

SEquitur textus ibi in verbo Cardinalibus, quorum deſcriptio, non innoteſcit, cùm ſiquidem Cardinales eſſe viros ſacros Senatui Eccleſiæ præfectos ex ordine Epiſcopali, necnon Presbyteratus, & Diaconatus, ab Eccleſiæque Catholicæ Romanæ Principe ſummo ad illius regimen aſſumptos, pro quorum peculiari ſumenda qualitate poſt nominis examinationem perquirendum erit, an diuo Petro Cardinales fuerint aſſiſtentes, vt Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ Principi, ad Apoſtolorumque imitationem, necnon quomodo ab Apoſtolorum Principe eorum proceſſerit inſtitutum, & an iure diuino inſtitutos eſſe ſit cenſendum, necnon vanas demonſtrari Hæreticorum impugnationes, quò minùs de iure diuino Cardinales inſtitutos eſſe conſtet, & quæ Apoſtolica Romana Sede vacante, Cardinalium ſint partes, & etiam, an Eccleſia Romana vniuerſalis habeat à iure diuino Senatum.

Cardinales eſſe Viros ſacros ideò conſtat: quia ad Ordinis Sacramentum promouentur. Eſt autem Ordinis Sacramentum, ſignaculum quoddam Eccleſiæ, quo ſingularis gratia, & ſpiritualis poteſtas ad illud Sacramentum promotis datur, vt munus in Eccleſia ex profeſſo gerant, Magiſ. ſenten. 4. diſtinct. 24. & ità Diuinitùs inſtitutum eſt, vt nemo ſibi ſumat honorem exercendorum Eccleſiæ miniſteriorum, niſi qui vocantur à Deo, tanquam Aaron. Matth. cap. 10. Tertul. de præſ. hæretic.

Sacrum enim quid fieri Epiſcopi miniſterio demonſtratur, Act. cap. 23. & 1. ad Tit. 5. ſacræ inſtitut. de rer. diuiſ. nec prædictis reſiſtit. quod non videantur ſolùm conſecrari Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, ex quo per inferiores ordines etiam conſecrari quis videatur, quia ſingulos ordines ſacros dici eſſe comprobetur. Archid. in cap. omnis 24. quæſt. 1. quoniam ſingulos ordines ſacros dici præſefertur eſſe ſacros, quo ad ſacrum ſignaculum, quo characteris ſit impreſſio 32. diſtinct. in ſumma, ſed quo ad Sacramenti Ordinis efficaciam differunt, quia promotus ad inferiores ordines poſt ſubdiaconatum, non conſequitur eam virtutem adminiſtrandi in Eccleſia, quæ ſunt ſacra, quemadmodum promoti ad ordines inſigniores, videlicet Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus; quia propria auctoritate in inferioribus ordinibus conſtitutis eſt locus pœnitentiæ à dictis ordinibus recedere, quod inſignioribus prædictis non eſt permiſſum quia in his conferendis. eſt annexum continentiæ votum abſque alia expreſſione Archid. in cap. quamquam 23. diſtinct. in principio, vt colligitur in cap. extra de vot. quia voto Deo obligamur, adeò vt à promiſſis non competat receſſus, quare apud gentiles eadem cauſa filiosfamilias vouere non permittebatur l. ſi quis §. voto ff. de pollicit. licèt etiam virtute conſecrationis ritè à Pontificibus celebratæ in ordinum huiuſmodi collatione, ità promoti obligentur, vt recedere ab eis nequeant, & inter laicos, vt non promotos, haberi. Quod demonſtrat Imper. inſtit. §. locus autem de rer. diuiſ. vbi ait; locum ſacri ædificij etiam diruti tamen ſacrum remanere. & quia quæ ſacrata ſunt ſanctè ſunt pertractanda, cap. Maximianus 23. diſtinctione. Præterea iure cautum eſt ad inſigniores hos ordines promouendos teneri ad emittendum continentiæ votum c. nullum & cap. qu. 28. diſtinct. cap. de his, & cap. præterea eadem diſtinctione, quod etſi peragere voluntaris ſit, vbi pactum reddere eſt neceſſitatis. Not. Scriben. in cap. 1. & tot. titul. ext. de voc. præterea inſcriptione ipſa dicitur viros, quia mulieres ſacrorum ordinum ſunt incapaces, & à rebus Eccleſiaſticis remouentur, licèt iuſpatronatus Eccleſiaſticum retinere queant, vt

Digitized by Google

per gloſs, in cap. quoniam, & cap. 16. quæſtione 7. Panormit. in cap. 1. & in cap. de iur. patronatus, nec ſi de facto ordinetur mulier, imprimitur character, vt eſt Sacramenti Ordinis imprimere, vt text. in cap. mulieres 32. diſtinctione, vt ait gloſs. in cap. Diaconiſſam 27. quæſtione prima. Panorm. in cap. noua de pœnitent. & remiſſion, vt latius explicatur infrà verb. Diaconibus. Et etiam fœminis prohibetur quoque iure ciuil. quemcumque gerere magiſtratum, vel dignitatem aliquam cum adminiſtratione, l. qui origine §, corporalia ff. de muner. & honor. l. fœminæ ff. de regulis iuris, vbi Bartol. ait mulierem quid poſſe tantùm principis ſcientia, vnde Bald. in rubric. Cod. de rerum permutat. & in conſilio 173. lib. dixit ciuitatem à muliere non benè regi. Et etiam dicitur viros, quia ętas virilis ad ſacros ordines requiritur, cùm pueri ad huiuſmodi ordines non admittantur, cap. pueri 1. quæſt. 1. cum indecorum ſit ei committere officium, qui neſcit regere ſeipſum, capit. indecorum de ætat. & & qualitate, nam iuuenum conſilium eſt reprobatum, vt fuit in regimine Roboam. Qui iuniorum ſiſus conſilio, reiectis Senioribus, eſt ſuo Regno diminutus lib. 3. Reg. cap. 12. Inde eſt Eccleſiaſt. cap. 25. quia ſpecioſum canicici iudicium, & à Presbyteris cognoſcere conſilium, quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus, & conſilium corona ſenum in multa peritia, & gloria illorum timor Dei, vbi ait gloſs. Audiant Presbyteri, & Eccleſiarum Præpoſiti, quia non licet eis ignorare ſapientiam.

Quod à diuo Bernardo eſt etiam exprobratum, vbi ait, quæ nam maior impietas, quàm ponere ſuper vnum puerum onus formidandum, Angelicis humeris eſt etiam retento, quod iuniores magis imperiti habeantur, & experientia careant, & propterea aliorum regimini ſint inhabiles, diciturque ordinis Epiſcopalis, Presbyteralis, & Diaconalis, tum quia his ordinibus Romanæ Eccleſiæ eſt compoſitus Senatus, tum etiam quia ſic oportuit componi, ea ratione, quod repræſentarent Apoſtolos Petro aſſiſtentes, poſt Aſcenſum Domini, quorum alij fuerunt Epiſcopi, vt fuerunt illi duodecim Apoſtoli à Domino vocati, alij Presbyteri, vt ex numero 72. deſignati, & alij Diaconi communi Apoſtolorum voto approbati Act. cap. 6. vt Senatus Apoſtolicos, à Cardinalibus relatus iuxta qualitates eorum, quos refert compoſitus Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis haberetur, vt ſuccedat, quod generaliter relatum appareat, ſecundùm qualitates ipſius referentis l. nihil ff. de coniug. cum emancip. lib. l. in teſtamento & l. ſi ità ſcriptum ff. de condition. & demonſtration. Bartol. in lege prima ff. naut. caup. & in l. prima ff. de recep. art. quia ſtatus Apoſtolorum tripliciter conſideratur, & primò, prout aſtiterunt Domino ante eius paſſionem, ſecundò, Petro aſſiſtente poſt Domini Aſcenſum, tertiò, prout diſperſi ad prædicandum, & tunc in Epiſcopos ſunt promoti, talique modo Cardinales Apoſtolos referre patet, & ità refert Cardin. de Turrecrem. in ſum. de Eccleſ. l. 1. cap. 80. & Barb. in tractat. de praſtan. car. quæſt. 1. Baſil. num. 28. & 29. & cum ipſis Presbyteris, & Diaconis ſunt etiam aſſumpti ex ordine Epiſcopali, vt Cardinalium cætus ex toto Apoſtolico ſtatu qualitates referret, vtque inde aſſumptos dignoſceretur.

Deindè dicitur vniuerſalis Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ad differentiam Prælatorum aliarum Eccleſiarum particularium, qui vt tanquam principales in eorum Eccleſijs denotarentur. Cardinales quoque ſunt appellati, vt Epiſcopi, & alij Eccleſiarum principales cap. relation. 21. quæſt. 1. 7. quæſt. 1. cap. paſtoralis 71. diſtinct. cap. paternitatem in fin. cap. Presbyteri 24. diſtinct. & adhuc hodie in aliqua Eccleſia in illarum canonicis frequentatur, vt eſt Eccleſ. Rauen. apud Flaminios, & Eccleſia Compoſtellana ad Hiſpanos, quod potiùs ab vſu, quàm iure medio euenire creditur, quia Cardinalatus dignitas in Romana ſolùm Eccleſia reperitur, ab eaque hoc ſumptum eſt nomen, quia caput, & Cardo omnium aliarum Eccleſiaſiarum totius Orbis, lege inter claras Cod. de ſum. Trinit. cap. ſacroſancta 22. diſtinct. & ideò Archidiaconus in cap. omnes, eadem diſtinct. ait, quòd licèt de dignitatibus per Romanam Eccleſiam inſtitutis poſſit Epiſcopus cum capitulo in ſua Eccleſia conſtituere, dignitatem Cardinalatus in alijs Eccleſijs eſſe debere, facit gloſs. in cap. 11. ext. de aff. Archidiaconi, & quod dixit Archidiaconus in capitulo ſacroſancta præallegato, dicitur etiam in præallegata deſcriptione Cardinalium ibi ab illius Principe Eccleſiæ Romanæ regimini præfectos ad differentiam Cathedralium Eccleſiarum Canonicorum, quia vnà cum Prælato ſuo particulares Eccleſias regunt, Cardinales verò vniuerſalem vnà cum Papa, & etiam ad differentiam illorum, qui ſolius Epiſcopi miniſterio conſtituuntur, propterea Hoſtienſis in capitulo dilectus, de præbend. dixit: Cardinales ratione regiminis Reges appellari poſſe, quia cum Papa vniuerſum regunt Orbem, identidem ſolius Papæ eſſe Cardinales inſtituere refert gloſs. in Clemene. ne Dom. de elect. Martinus Laud. in tract. de Cardin. quæſt. 20. & ab ipſis Papa viciſſim eligitur, eſtque legitima electio, dummodò à duabus Cardinalium partibus proueniat cap. licet de elect. Ioann. And. & ſcribentes in cap. vbi periculum de elect. in 6. cap. ſi. tranſitus 79.

De multiplici autem ratione, qua conſtat Cardin. ſub hac voce nuncupari non ab rè eſt examinare, quia nomen, vt refert Archidiaconus in cap. dictum 1. quæſt. 1. ab onoma Græca dictione conſtat deriuare, quæ latinè idem, quod nomen importat, & etiam ſecundùm quoſdam, non tamen ſumitur eò, quod vocabulo ſuo rem notam nobis faciat, quod priuatiuè patet, quia rei, ignoto nomine, eius pariter ignota eſt notitia, ſed retenta ratione, vt nomen ab ethimologia vocabuli deriuans, eius ſit virtutis, vt veriloquium dicantur. Bart. in lege 2. ff. de tut. Archidiaconus in cap. placuit 16. quæſt. 1. non videtur dubium hoc nomen Cardin. prout à Cardine eſt ſumptum, eam retinere ſignificationem, quia præcipua inter Eccleſiæ Prælatos polleant præminentia, quia cùm Papa iuriſdictione premineat omnibus Epi-

ſcopis

Digitized by Google

ſcopis cap. cuncta 9. quæſt.3. quia reuera ipſos Cardinis officio ſuugi pateat, cùm regiminis Eccleſiæ pondus ſuper eis ſubſiueatur, quemadmodum domus tutela ſubſtinetur in ianuis à Cardinceas regente, adeò, vt agreſſorum impetus nihil præualeat aduersùs eam. Et quamuis hoc Cardinalium nomen aliàs Epiſcopis adſcriberetur, veluti principalibus intra eorum Eccleſias, non fuit frequentatum, quia recedentibus ipſis ab eorum Eccleſijs conueniens nomen non videretur cum illa ratio principalitatis ceſſaſſe ità videretur, quia ſi Romæ, vel alibi repetiebantur extra eorum Diœceſim in propria vocatione, vt patet ſub nomine principalium fuiſſent appellati, quia ſolus Papa eſt principalis vbique, Epiſcopi verò in partem ſollicitudinis conſtituti 2. quæſt. 6. cap, decreto, quare ſi de Papa ſit dictum, ſequitur, vt etiam de Cardin. intelligatur veluti, qui ſunt corporis ipſius Papæ cap. fęlicis diſtinct. 6. cap. per venerabilem, ex qui filij ſine legitim. Vnde eſſe videtur, vt ſi Cardinalis Legatus ad aliquid extra Vrbem decernatur, de latere Legatus dicatur, eo quia ad munus illius allegationis obeundum de Papæ latere fuerit aſſumptus cap. ſi quis Epiſcopus 11. quæſt. 6. ibi nouerit Romanum Pontificem, vt de latere ſuo mittat Presbyteros Cardinales, hactenus ibi, & ità viget Romanæ Eccleſiæ vſus, vt ſoli Cardin. Legati de latere dicantur cap. volentes ex de offic. legat. & cap.1. eod. tit. lib.6. neque his, vim facit, quod conſtet Cardinales, vſque ad tempora diui Gregorij Magni nuncupatos eſſe conſiliarios Papæ c. Eccleſiaſtici 22. quæſt. 2. cap. in parochia verſiculo conſiliarij noſtri 16. quæſt. 1. & cap. conuenientibus 1. quæſt. 7. quia ex inducta auctoritate non negatur, vt Cardinales quoque appellarentur ſtante, quod ante prædicta tempora Cardinalium nomen in Eccleſia frequentatum reperiatur, & ſic vſque ad tempora D. Anacleti Papæ, & martyris ità atteſtante hiſtoria Godæfridi Viterbienſis Epiſcopi, cuius atteſtatione habetur hunc ſanctiſſimum Pontificem ordinatione ſemel Romæ habita ſeptem Cardin. Diaconos promouiſſe ad Apoſtolorum imitationem Act. c. 6. Quare ſi conſtet conſiliarios eſſe dictos ideò ſit iuxta iuris diſpoſitionem, vt quamplura rerum nomina ab earum effectibus naſcantur l. manumiſſiones ff. de iuſtitia, & iure, vnde iſta denominatio, ſic vt præfertur locum ſibi ſumeret, ex quo ob perſonatum, quem gerebant aſſiſtendi Papæ, tanquam coram Cæſare decet aſſiſtere Senatores capit. Conſtantinus 96. diſtinct. & conſiliarij Cardin. ideò ſint dicti, quia conſiliantium munere fuuguntur, iuxta, quod Diuinitùs inſtitutum eſt capitulo per venerabilem, extra, qui filij ſint legit.

Sumptum quoque Cardinalium nomen à natura videtur ſic vnicuique hominum ſuaderi, vt quod nunc nuncupandum ſit eo exprimatur nomine, quod rei nuncupandæ ſit conſonum §. eſt aliud inſtitut. de donat. cap. cleros 21. diſtinct. cap. ſi cupis 16. quæſt. 1. cùm igitur conſtet in Eccleſia Cardinales primos Sacerdotum aliorum partes retinere, quia cum Papa vniuerſæ præſunt Eccleſiæ, eundemque eligunt, & ex eorum gremio eligatur, ab eiſque eidem electo aſſiſtatur, ſequitur, vt ex concurrenti tot cauſarum multiplici iure vnicuique innoteſcat hos ipſos, in quibus hæc iura ſunt permanentia, præ cæteris principali aliquo nomine congruenti eſſe nuncupandos, vnde quia Cardin. nomen attentis premiſſis naturali ratione conuenientiùs viſum fuit illorum dignitati, & ideò ità, vt præfertur Cardin. nuncupantur, cùm nil deficiat quò minùs, ità ſint nuncupandi arg. cap. nullis 17. diſtinct. quia nomine carere debet, qui illius caret effectu l. cum precibus Cod. de probat l. notione §. inſtrumentorum ff. de ver. ſignific. neque aduersùs prædicta obſtat, quod Cardinales potiùs Apoſtoli eſſent nuncupandi, cùm Apoſtolicam repræſentent Eccleſiam, vt illius Canonici cap. cum Clerici, ext. de ver. ſignific. Clementina ne Romani, de elect. & quia etiam Apoſtolos referunt in eo ſtatu, quo Domino ante, & poſt Reſurrectionem aſtiterunt, & diuo Petro poſt Domini Aſcenſionem.

Quia Apoſtolico nomine carere debent veluti carentes Apoſtolorum effectu arg. lege à nullo Cod. de fer. cùm Apoſtolos idem, quod miſſos intelligatur, quia conſtat eos ſui Apoſtolatus iura in eo exercuiſſe, quo munus Epiſcopale per ſeipſos obire miſſi ſunt, iuxta quod refertur ad Roman. cap. 10. ibi, ſed quomodo prædicabunt niſi mittantur, ſicuti etiam de Eccleſia dicitur, quæ præter id, quod Apoſtolicis traditionibus conſiſtat, vt ſuprà in verbo Eccleſia demonſtratur, etiam Apoſtolica ſuijpſius intuitu eſt dicta quia de Cœlo miſſam eſſe oſtenditur Apoc. cap. 2. vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de Cœlo à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, propterea Card. in diuerſo exercitio exiſtentes, quia non ſunt ad prædicandum miſſi, decuit magis, vt Cardinales nuncuparentur, quàm Apoſtoli, vt hac nominum diuerſitate, diuerſo quoque iure cenſerentur, vt colligitur l. ſi idem Cod. de codicillis.

Alia quoque ſubeſt ratio, qua Cardinalium nomina, conſtat ipſos inſigniores Eccleſiæ Sacerdotes nuncupari, & eſt illa, de qua tradit Bald. in leg. humanitati, la 2. C. de impub. quæ eſt intuitu rationalis originis, nàm habito pro conſtanti, vt reuera præfertur, quod ſit Romana vniuerſalis Eccleſia ſic principalis, & Cardo omnium Eccleſiarum, vt apertè demonſtratur cap. ſacroſancta diſtinct. 21. conſonum eſt, vt Clerici eius obſequijs mancipati originale nomen indè ſumant, vndè originem eos docere conſtat, adeò vt ſicut illa Cardinis nomen retinet, ita retineant Sacerdotes, vt inſeruientes, ab ipſaque originem ducentes, vndè Cardinales ab ipſa, quæ omnium aliarum eſt cardo, nomen cum dignitate retineant, hoc ita procedere demonſtratur in ipſius nominis perpetuitate, quia etſi in hominibus nomina mutabilia exiſtunt, non ita contingit in rebus, quare conſtat nomen Cardinis Eccleſiæ vniuerſali competens ſit continua, tùm eadem perpetuitate in Sacerdotalibus dignitatibus ipſius Eccleſiæ, quæ in ipſa reperitur originaliter, de qua nominis diſtinctione refert Iaſon. in l. ſi quis in fundi vocabulo, col. 1. ff. de legat. 1. ſubdens hoc eatenus eſſe verum,

vt

Digitized by Google

Aſcenſionem Petro aſtiterunt, Luc. cap. 22, ibi: Vos eſtis, qui mecum permanſiſtis in tentationibus meis; vndè ſumitur de Cardinalium prima inſtitutione, cuius virtute ſequitur diſpoſitio cap. 1. extr. de maior. & obed. vt ſcilicet, cuius prima ſit inſtitutio, alijs etiam honore præfertur; alia quoque eſt ratio, quia Cardinales dicuntur aſſumpti in Papæ coadiutores, & curam, & ſollicitudinem omnium Eccleſiarum, cap. bonæ, extr. de poſth. Prælat. Nam maiori grauatus cura, potiori quoque honore eſt cæteris præferendus, oſtenditur in Archiepiſcopo, cui ex pondere, quo maiori præficitur iure Antiocheno Concilio cæteris Epiſcopis præfertur, cap. per ſingulas Prouincias diſt. 9. quæſt. 3. Alia quoque ad idem eſt vrgens ratio, quia Papæ ſubeſt cognitio cauſarum totius Orbis, cap. cuncta per Mundum, diſt. 9. quæſt. 3. adeò vt Patriarchæ cum reliquis eiſdem ſuppoſiti ipſorum Cardinalium iudicio ſubiaceant, vndè nulla tergiuerſandi cauſa videtur,] vt Cardinalibus ſint inferiores, vt ſupra ex deductis oſtenditur.

Nec quod non indicentur cæteri omnes ab Eccleſia, inſici, poteſt teſte canone, vt præallegatur, ibi: Cuncta per Mundum nouit Eccleſia, de quorumlibet ſententijs alligata Pontificium Sedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vtpotè, quæ de omni Eccleſia ſas habet iudicandi. Hactenùs ibi.

Conſideratur quoque nulla maioris dignitatis iura in laicorum ſtatu poſt Cęſarem verſati, quia ſumma Patritiatus, vel Senatoria dignitas, leg. 1. C. de Conſul. mun. lib. 12. cuius dignitatia iurium non expertes eſſe Cardinales, Cæſaria Conſtantini arbitrio oſtenditur, cap. Conſtantinus diſt. 96. propterea igitur inſignibus iuribus huiuſmodi in ſtatu Cardinalium concurrentibus hoc nomine decet eos nuncupari, cùm nullum reſiſtat impedimentum, quo minus ſub huius nominis emphaſi ſint proferendi, iuxtà illud: Qui non habet, per quod vocatur, nomen quoque non meretur, cap. multis, diſt. 17. & cap. pudenda diſt. 24. quæſt. 1. non minùs illuſtrari Cardinales Sacerdotali dignitate, quàm Preſbyter in ſimplici Sacerdotio recipiendus eligi debeat, qui præſtantior ſit ex omni populo, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, cap. licèt diſt. 8. quæſt. 1. Maiori nempè virtutum cumulo cenſendum eſt aſſociari inſigniores, ac præcipuos Eccleſiæ Sacerdotes, quorum regimine Eccleſia adeò ſublimis eſt reddita, vt Conſtantinus Cæſar Romanæ Vrbis domicilio dimiſſo, Imperijque ſui poteſtate, dixerit, vbi Principatus Sacerdotum, & Chriſtianæ religionis Caput ab Imperatore Cœleſti conſtitutum, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem, cap. Conſtantinus diſtin. 96. Quod iure ſuadente à Cæſare geſtum videtur nàm ſciens ſe Imperium de manu Eccleſiæ ſumpſiſſe, ſentiebat quoque ſe Papa eſſe inferiorem, ſeque propterea, vt minorem maiori præſente Imperij iura exercere non poſſe, argum. leg. iudicium ſoluitur, ff. de iud. Quod eſſe verum, vt Imperium ad Eccleſiam pertineat, ab eademque conferatur patet, Imperio ipſius Cœſaris vacante, vt directum in eo dominium habentem, in quo Eccleſiam legitimè ſuccedere demonſtratur, cap. licèt, extr. de foro competen. firmat idem Hoſtienſis in ſumma, tit. qui filij ſint legitimi, §. argo. verſic. ab auctoritatibus. Vndè colligitur Papam nullum, præter Deum, habere ſuperiorem, cap. licèt, extrà, de electione.

Regimen etiam Cardinis nomen referre oſtendit Archidiaconus cum homin. in cap. ſacroſancta 22. diſt. eaque ratione Eccleſiæ Senatores Cardinales nuncupari quaſi qui ſe regat, & alios, propterea Hoſtien. in cap. dilectus elect. 1. ext. de prębend. dixit Cardinales Mundum regere ſumpto regimine pro vt eſt directo gubernantis ad finem rectum. Ariſt. Ethic. 1. nam vniuerſum reſpicit hoc regimen mundum, non autem vnicam prouinciam, cap. decreto 2. q. 6.

Congruere etiam Eccleſiæ Senatoribus nomen Cardinalium, quia onus Eccleſiæ ſuſtinent, poteſtque intelligi ex text. cap. huius 76. diſt. vbi conſtat Euangeliſtas nuncupari Cardines eadem propè ratione, quod ſuis diuinorum atteſtationibus officio Cardinum Cœli funguntur: Hoſtia illius ſubſtinentia, vt etiam diuerſitatem effectum diuerſitate nominum inſurgere paret, l. ſi idem, C. de codicil. quod pariter in ipſis Cardinalibus innoteſcit: nam quia ſe præſtant Papæ cooperatores ad obſequia Sacerdotalis officij, Papæ coadiutores dicuntur, cap. fundamenta, de elect. in 6. ſimiliter, quia Papæ conſilijs aſſiſtunt illius conſiliarij nuncupantur, c. Eccleſiaſticis 12. q. 2. cap. in præſentia 16. q. 1. ibi conſiliarij noſtri, & capitulo conuenientibus 11. q. 7. & quia etiam aſſiſtunt ſententijs, & definitionibus Apoſtolicæ Sedis, Papæ collaterales nuncupantur, cap. expoſuit. ext. de dilat. ſicuti etiam cum Epiſcopis Cardinalibus ratione Apoſtolatus, quem Epiſcopi repræſentant à Papa fratres ſunt dicti cap. fin. ext. de elect. ex eo etiam, quia denominatio à parte nobiliori ſit ſumenda, notatur in c. humanum genus, 1. diſt. & l. 1. ff. de acquir. poſſ. refere in termin. gloſſ. in cap. 1. ver. fratribus de off. leg. lib. 6. de qua nominatione latiùs in art. 4. explicabitur.

Vltrà ſenſus pręallegatos quare Rom. Eccleſię vniuerſalis Cardinales Senatores ſint nuncupati, alios duos commemorat laud. in tract. de Card. q. 8. quorum primus eſt, quia Papa eſt hoſtium, Card. verò ſunt Cardo, ſuper quem hoſtium ipſum eſt firmatum, quod dictum non eſſe abſonum ea demonſtrat ratio, quia Papa Dominum repręſentat c. 1. 2. & 3. ext. de tranſlat. Epiſcoporum, cap. ad Apoſtolicæ, §. nos ext. de re iud. Felin. in cap. ego 1. col. ver. in text. canon. ext. de iureiur. quare Dominum repręſentans, inficiari non poteſt illud hoſtium, de quo conſtat eſſe dictum ego ſum hoſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur. Ioan. cap. 10. & ità quod metaphoricè legis verbis veritas colligitur, quia in concernentibus fidem velue Papa errare non poteſt, cap. à nobis ext. de ſentent. excommunic. quia Sedes beati Petri mater Sacerdotalis dignitatis ab Apoſtolicæ traditionis tramite numquam receſſit, cap. à recta 24. q. 1.

Secunda Laudenſis eſt ſimilitudo, vt conueniens Cardinalium nomen ſit Eccleſiæ Senatoribus in prælleg. quęſt. vt ibi ſicut ho-

ſtium

ſtium præeſt Cardines Eccleſiæ ſubſunt, & fuit etiam de mente Archidiacoui in cap. ſacroſancta 22. diſt. vbi ſubdit putare, quod Papa ſe inter Cardinales numerat, ſed vt hoſtium vertitur in Card. & iuxtà hanc Archidiaconi doctrinam videtur conſonare textum. Prou. cap. 26. ibi hoſtium vertitur in Cardin. hunc ſenſum nomini Cardinalium conueniri non ambigitur, habita ratione ex præmiſſis, cum arg. à nomine operis ſumi queat cap. ſi cupis eſſe, quod dixeris 16. q. 1. cap. cum 2. Apoſtolum ext. de præb. l. 1. ff. de teſt.

Quæ ipſa etſi Cardinalium auctoritatem per maximam ab inſurgente Eccleſia ad noſtra vſque tempora præſeferant, non minori etiam illuſtratos eſſe conſtat ſuperuiuentibus Apoſtolis ipſis oſtenditur ad Galat. c. 1. ibi, neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos, nam ex ponderatione illius textus patet eo tempore fuiſſe Apoſtolos adhuc aſſiſtentes D. Petro, quemadmodum Cardinales, quod ſuadetur, quia ſi Hieroſolymis adhuc erant, ſequitur, vt à D. Petri latere non ſe ceſſerant, quos Apoſtolus anteceſſores ſuos appellandos innuit, ſe illis, vt ſuis iudicibus fuiſſe ſubiectum, ex quo ità ſumitur, ex verbo anteceſſor cum eo nomine anteceſſoris dicatur, qui iudici præſenti proceſſit, l. ædictum, ff. de iudic. quid quidem poteſt demonſtrari, quia palàm eſt Apoſtolum Paulum fuiſſe promotum à diuo Petro poſt receſſum à Hieroſolymis, & acceſſum ipſius Antiochiam. Act. cap. 15. quia conſtat Apoſtolos in vltima Cœna ad Sacerdotium à Domino fuiſſe promotos, adeò, vt intelligi poſſit, quod Paulus non priùs Apoſtolorum loco aſſiſtentium diuo Petro ſuccedere potuerit, niſi promotus ad Sacerdotium, vt alij Apoſtoli, quos ipſe anteceſſores ſuos appellat, quæ ipſa Tertulliani ſententia confirmantur lib. 5. ibi, tunc primum cum anteceſſoribus Apoſtolis conferebat. Hæc ille, quæ quidem verba non ad ætatem ibi referuntur, ſed magis ad munus magiſtratus decernendi, vel aliquid ſtatuendi, vt notatur in procœmio digeſt. ver. ſed eum nos, vbi ità, vt præfertur de ſucceſſoribus explanatum reperitur, huicque ſenſui adſtipulatur diuo Bern. ſent. in lib. 3. de conſid. vbi loquens Cardinalibus ait, eos eſſe iudices Orbis.

Non refragatur nuncupationi Cardinalium graduum ipſorum diſparitas, vt alij ex eorum numero, ſint Epiſcopi, alij Presbyteri, aliqui verò Diaconi, quia ſicut communi Cardinalium nomine eſſe reperiuntur, ità communi pariter voto animi conſtant, licèt quoad Sacramentorum adminiſtrationem Epiſcopi Presbyteris, & Presbyteri Diaconis ſunt inſigniores, vt infrà ſuo loco demonſtrabitur.

Hos Cardinales Apoſtolorum Principem tanti feciſſe non minùs, quàm ex cœleſti inſtituto reperirentur, veluti ad Hebræos cap. 10. inſinuatur de Eccleſiæ inſeruientibus, ibi, omnia hæc exemplaria ſunt cœleſtia, vt ad Rom. cap. 13. demonſtrat D. Gregorius, vt relatum eſt in cap. ſingula 89. diſt. ibi, ſingula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi mandamus, ſicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ità in Eccleſiæ corpore, ſecundùm veridicam Pauli ſententiam in vno eodemque ſpirituali corpore conferendum hoc officium vni, alij committendum eſt illud, nec enim quamrumlibet exercitæ perſonæ vno tempore duarum rerum officia ſunt committenda, quia ſi totum corpus oculus, vbi auditus? Hactenus ille.

ARTICVLVS II.

Etiam diuinum eſſe Cardinalium conſtitutum dignoſcitur ex munere, quod eos obire decet.

QVæ ſint Cardinalium partes non innoteſcit, quia ipſorum eſt Apoſtolicum ordinem imitari eo in ſtatu, quo Domino ante reſurrectionem, & Petro poſt Domini aſcenſum aſſiſtentes fuerunt, à quo Petrus in Apoſtolorum Principem myſterialiter electus fuit, cap. in nou. 21. diſt. præter id, vt eos in Sacerdotali ordine conſtitutos fuiſſe conſtat, capitulo ſacroſancta, 22. diſt. ac in Papæ dilectione, & amore coniunctos ità eſſe oportet, vt pars corporis eius eſſe, non ſecùs quàm à canone diſponitur appareant, cap. fœlicis de electionibus in 6. quod ex eo quoque comprobatur, quia iuramentum præſtari ſolitum Epiſcopis, & Prælatis in eorum promotionibus, Cardinalibus eſt remiſſum, tradit textus in cap. ego, M. de iureiur. vt etiam refert Hoſtien. in cap. antiqua ext. de priuileg. & ratio eſſe videtur à ſimili, quia cùm Pater, & Filius cenſeantur vna, & eadem perſona l. fin. C. de impub. ità Papa retinens Cardinales, vt filios, idemptitate rationis, ſequitur, vt pertinentia ad Papam, ad Cardinales ipſos pertinere, videantur, quia ſibi ipſi iuramentum præſtare non congruit, & ſuperfluum videatur.

Quibus conſona eſſe videntur verba Diui Cyrilli in libro Theſaur. vbi ait, quòd Apoſtoli in omni Euangelio, & epiſtolis affirmant Petrum eſſe loco Domini, dantes ei locum in Eccleſia, in omnique capitulo, electioneque, & confirmatione, & deinceps ſubdit, cui omnes obediunt iure diuino, & caput inclinant, & Primates Mundi tamquam ipſi Domino Ieſu Chriſto, propterea nefas eſt Cardinales in Papam caput erigere, capitulo per venerabilem, extra, qui fil. ſint legit. pluraque concurrunt ad demonſtrandum Cardinalium inſtitutum iuris diuini diſpoſitione conſiſtere, veluti eſt dilectionis huiuſmodi præmiſſs qualitas, de qua ſacra pagina atteſtatur. Act. cap.... vbi dicitur, multitudinis eorum erat cor vnum, & anima vna, accedit ad hoc, quod erant Sacerdotes, ad Sacerdotiumque propria Domini actione promoti in vltima Cœna, quod hiſce temporibus etiam frequentatur ratione euidenti, vt ipſorum Cardinalium nonnulli reperiantur Epiſcopi, alij Presbyteri, & complures Diaconi, & ità decuit, quia Sacerdotum eſt, vt

patres

patres docere Reges, & Principes non ſecus, quàm erga eos magiſtratum habentes, capitulo quis dubitet, 96. diſtinctione, nec mirum cum terrena diuinis ſupponantur, capitulo ſuſcipitis, decima diſtinct. cùm liqueat Cardinales tamquam Eccleſiam referentes maiora iudicia exercere, quàm à terrenis Principibus exerceantur; declarat Apoſtolus ad Corinth. 1. cap. 6. ſentiens Eccleſiam non ſolùm homines, ſed etiam Angelos iudicaturam fore, facit textus, ſexageſima tertia diſt. capitulo ſibi Domino, capitulo alius 13. q. 2. cap. iuratos, 15. q. 7. cap. quia præſulatus, & ibi gloſſ. in verbo cœleſti, vbi dicitur Cardinales aſſiſtere Papæ ope. & conſilio, Iure diuino eſſe demonſtratur in dicto capitulo per venerabilem ſæpius allegato, præſertim attenta deciſione textus, in capitulo quanto, & capitulo nouit, extra de his, quæ fiunt à prælat. vt ab Epiſcopis ardua prorsùs diſponi nequeant, niſi Canonicorum Eccleſiæ conſilio habito, vndè traditur, quòd Cardinales ſunt tamquam vniuerſalis Eccleſiæ Canonici, clem. ne Rom. de elect. Bald. in l. cum multa, C. de boniſque liberis. Hoſtienſ. in cap. ad liberandum, pro conſtanti ſit ſentiendum Papam oportere conſilia Cardinalium requirere ſtante maximè, vt claues Petro commiſſæ duæ fuerint vna, videlicèt poteſtatis, & alia diſcretionis. Matth. cap. 10. qua vltima inter lepram, & lepram eſt diſcernendum, vigeſima diſtinctione, & hic colligitur, an rectè ſenſerint cenſentes Eccleſiam habere ſenatum à iure poſitiuo, cùm ex præmiſſis ſecus demonſtrari queat, inſpecta etiam ratione, quòd Sacerdotium ſit æternum, & quòd cauſæ ſpectantes ad Eccleſiæ ſenatum, ità ab initio ſurgentis Eccleſiæ fuerunt contingentes, prout erunt etiam in fine ſeculi attenta ratione, maximè vt Eccleſiæ ædificium, niſi in fine ſæculi ex viuis lapidibus reperietur abſolutum, quare textus in capitulo Eccleſia, 16. quæſt. 1. referens Eccleſiam habere ſenatum ſimpliciter ità intelligi debet, vt ſenatus velut pars Eccleſiæ, vel potiùs Eccleſia ipſa repræſentata in Cardinalibus argum. capitulo cum Clerici, ext. de verborum ſignificatione, eadem perpetuitate, qua Eccleſia conſiſtit, roboretur, quia pars à ſuo toto diſſerre non poteſt, leg. enim qui ædes, ff. de vſucap. idque ità cenſendum diui Bernardi auctoritate in libro de conſiderat. ad Eugenium III. comprobatur, ibi. Hi quoque, qui tibi continuò aſſiſtunt ſeniores populi Orbis iudices, & deinceps inſinuans, qui in ſenatores ſint ſumendi ait, ſapientis conſilium eſt omnia facere cum conſilio, & in fine non pœnitebis, & hoc tibi perſuade, eos, qui aſſumendi ſunt difficile incuria poſſe probari, & ideò ſi fieri poteſt viros probatos oporteret eligi, vt non probandos, & ità quærendi ſunt ſanè, quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vtpotè iam probati. Hęc ille; iureque diuino inſtruimur, Eccleſiæ inſigniotibus, ad quos aliorum eſt regimen commiſſum, à Domino fuiſſe apertos ſenſus ad intelligendas ſcripturas eo actu, quo erat in Cœlum aſcenſurus, priuſquam collatam exequendi poteſtatem demandaret. Marc. cap. vltimo, §. hinc etiam 36. diſtinct. & Hieremiæ recenſenda verba fore duxit, antequam Prælatos creaſſet, ibi, ecce dedi verba mea in ore tuo, & conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, deſtruas, & diſſipes. quia in Papa ex iſtius ſenatus ordine eligendo, in his ſunt apprehenditur, capitulo ſunt quidam, vigeſimaquinta diſt. quæſtione 1. quoniam omnis ratio ſcientiæ in eo requiritur, qui eſt caput earum, & auctor. cap. legimus, §. ſed è contra, 32. diſt. ſcientia namque innocentiæ pręſtat argumentum, cap. numquam de conſecrat. diſt. 5. vt ibi, ama ſcientiam, & carnis vitia non amabis. Not. Archidiac. in cap. ſicut ſtellas, 38. diſt. propterea tantoperè ſcientiam Sacerdotibus neceſſariam Deus oſtendit, vt illud Oſeæ cap. 4. ibi, tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne Sacerdotio ſungaris mihi. Quibus conſona ſunt relata ab Archidiac. in cap. ignorantia, diſt. 38. de mente Apoſtoli, 1. ad Timoth. cap. 4. & 36. diſt. §. ecce attende lector ibi. Apoſtolus ad Timoth. ſuum diſcipulum Epiſcopum monet de tribus. Primò, vt per ſtudium, & ſollicitudinem illuminetur ſcripturarum ſcientia, & hoc cùm ait, attende lectioni. Secundò, vt eius ſermone ſalutifero proximorum in meliùs vita reformetur, cum inquit, exhortationi. Tertiò, vt per eius inſtructionem, non intelligentium tollatur ignorantia, hæc ille. Nec prædictis vim infert ſi diceretur, Cardinalium non eſſe exequi, quæ Epiſcoporum ſunt peculiaria, in quibus plena eſt opus ſcientia. Nam ſecus demonſtratur, quia non ſine ſcientia Cardinalium ardua negotia diſcutienda videntur, ſicut etiam patet, quia ex eorum gremio ſumitur Papa, cum quo ipſi vniuerſum tegunt Orbem: Hoſt. in c. dilectus, el. 2. ext. de pręben. vnde ſcientia admodica in Cardinalibus ipſis perquiritur, non minùs deſideratur à vitijs ſingulis immunis vita, cap. ecce à quibus vitijs, quadrageſimanona diſtinctione, ſicuti etiam, vt benè præeſſe ſciant, iuxtà poſita ab Archidiac. dicto capitulo ecce, vbi de Diui Gregorij mente ait, penſandum eſt ad culmen dignitatis, qualiter quiſque perueniat, atque ad hanc rectè perueniens qualiter viuat, & benè viuens qualiter doceat, & rectè docens, infirmitatem ſuam quotidiè quantula conſideratione cognoſcat. Hactenus ille; nam criminandi ſunt, qui ſecus quàm doceant opera inſequuntur, cùm contemptibiles reddantur, capitulo Epiſcopus, ſecunda quæſtione 1.

Vnde Dominus conſimiles ſali infatuato adæquauit. Matthæus, capitulo quinto, quæ ipſa, etſi in Vrbium Epiſcopis deſiderantur, ſatiùs in Epiſcopo totius Orbis locum ſibi vendicare debent, cùm ſit Petri ſucceſſor, eiuſque vices referat, atque Dei Vicarius in terris, capitulo vndecimo, extrà de tranſlation. Epiſcop. non reſiſtit prædictis circa eminentioris ſcientiæ merita, quæ in Apoſtolico, & Epiſcopis perquiruntur, ex quo in Apoſtolicum poſſit eligi monachus, qui aliquando eſt illiteratus, in eoque monachali ſtatu admittitur, capitulo quam ſit, & ibi gloſs. decimaoctaua diſt. quæſtione 2. capitulo legi, decimaſexta diſt. quæſtione 1. in capitulo primo, de rerum, in ſexto, & ibi gloſs. decimaoctaua, quæſtione ſecunda, capitulo legi 16. diſtinct. quæſt. 1. in capitulo pri-

primo, de rerum in ſexto,& ibi gloſs. in verb. ſufficientem, & ratio eſſe viderur, quia contra Papam inæruditionis exceptio opponi non poteſt, ſi modò electio à duabus Cardinalium partibus proceſſerit, capitulo licet, extrà de election. cùm præſertim neceſſaria ſubſiſtant, quia neceſſitas de non licito licitum facit, l. ſolet eriam, ff. de ſer. leg. illicitas, §. fin. ff. de offic. præſid. nec de omnimodo imperito intelligitur, quia nedum ad Papatum erit inhabilis,ſed etiam ad quæcunque inferiora beneficia. Innocen. in capitulo cum in noſtris, extrà de conceſs. præbent. Ancharan. in clemen. prima, de æta. & qualit. ordin. vbi ſubditur, quòd conſimiles ineruditi promotiones ſacras adeuntes læthali crimine illaqueantur, cap. qui Epiſcopi, & cap. omnes, 38. diſtinct. quia ſacerdotis nomen re magis, quàm verbo conſiſtere debet, refere Archidiac. de mente Diui Chryſoſtomi in capit. multi, 41. diſt. vbi ait multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes, multi nomine, pauci opere, quia iuſtum eſt, vt quod quis docet alterum facere, priùs incipiat ipſe: propterea concludendum eſt, vt tam maiores, quàm minores diuinarum legum perita ſacerdotalem dignitatem exornet, cap. cum itàque, 38. diſt.

Præterea conſtat Cardinales extrà curiam Papa inconſulto moram ducere non poſſe. Hoſtien. in cap. Eccleſia veſtra, el. 2. extrà de præben. inſtituti ſunt autem Cardinales Epiſcopi, vt coadiutores Papæ in executione ſacerdotalis officij haberentur in Eccleſia Lateranenſi, vt obſequia, quæ Pontificia auctoritate à Papa quandoque impedito recipere non poſſet, Cardinalium Epiſcoporum auxilio aſſequeretur, ſicuti ex Cardinalibus Presbyteris ſeptenos vnicuique Patriarchalium ſedium Vrbis videlicet. S. Ioannis Lateranen. Principis Apoſtolorum. Sancti Pauli, ſanctæ Mariæ ad Præſepe. & Sancti Laurentij extrà mœnia inſtitutos eſſe colligitur, tam ex Marthiniana Hiſtoria, quàm Archiuij Apoſtolici tranſumpto vbi de conſimilibus agitur,quos inſuper conſtat tanquam Epiſcopos Cathedralibus Eccleſijs eſſe præfectos,Presbyteros verò Parochialia ſicuti Diaconos, quæ etſi Patriarchalium curæ inſtar Presbyterorum Cardinalium, non præficiantur ad Papa, tum ipſius obſequia præponuntur, ſciendum eſt autem Eccleſias ipſas ideò Patriarchales nuncupari intelligantur, quia ibidem Papa Princeps Patriarchatum ſe recipere frequentiùs conſueuerit, notatur in capitulo antiqua, extrà de priuilegijs, & cap. graue, de præben. & cap. ſecundo 22. diſtinctione, ſicut etiam numerus ſedium quatuor Patriarchalium conſonare videtur, vt Eccleſiæ vniuerſale regimen ab vno, & eodem fonte Rom. Vrbis ſumptum denotetur, vbi totius religionis eſt Principatus, vt indè vniuerſo Orbi diffunderetur, idque ità contigiſſe Patriarchalia nomina ipſarum Eccleſiarum indicant, vt tradunt Scribentes in dicto capitulo, in nomine Domini vigeſimatertia diſtinctione, vel modò quod ipſe antiquiores ſedes in ipſis quatuor referuntur ſubiectæ in locis, & Prouincijs, vbi ſitæ reperiuntur, ſicut quatuor Sedes Romæ reperiuntur ſubiectæ Eccleſiæ Lateranen. vt earum principalioris, & inſignioris iuriſdictionis, & poteſtatis vt nomen Patriarchalium ab effectu retinere videantur, iuxtà naturam nominis, quod ex cauſa aliqua imponitur, argum. l. notiones, §. inſtrumentorum, ff. de verborum ſignificat. Veluti inſtrumentum nominatim, vt paret, quia cauſam inſtituat, l. cum precibus, C. de probationibus.

Propterea Eccleſias Patriarchales dictas eſſe viderur, vel quia referantur Patriarchales totius Orbis, vel modò, quia Patriarcharum iura ipſorum Scribentium quatuor aliqua in eis reſeruentur, quia ratio, vt eo intuitu dicantur Patriarchales, quia Princeps Patriarcharum ad eas frequentiùs eueniat, ſatis tuta non videatur, tum quia ſequeretur, vt id nomen cuilibet Eccleſiæ editæ ab ipſo Principe frequentiori acceſſu Patriarchalis diceretur, tum etiam, quia ſolius Lateranenſis Eccleſiæ coniugio, tamquam vnius vxoris vir alligatus reperiatur ſpecialiter,& expreſsè capit. videntes, duodecima diſt. quæſt. prima, cap. in illis, 80. diſtinctione, & 99. diſtinct. capitulo primo, cùm oporteat, Epiſcopum vnius vxoris eſſe virum, capitulo 1. ad Thimot. Quarè licet Papa in ſingulis Eccleſijs iuriſdictionem attineat, ratione vniuerſalitatis iuriſdictionis procedit, non autem ex eo, quòd ſpecialiter coniugio aliatum Eccleſiarum ſit annexus, quemadmodum illarum proprij Epiſcopi reperiuntur, vt ſupra in ver. Papæ oſtenſum fuit.

Præterea Cardinales in ſuis Eccleſijs ad quas inſtituuntur ius quaſi Epiſcopale retinent, notatur, in capitulo is qui extrà de maior. & obed.

Item qui per ſententiam, vel alias fama ſunt multati, à Cardinalibus famæ reſtituuntur, eod. capitulo. Is qui, de maior. vt in capitulo, cum te. extrà, de re iudicata, & etiam Sede vacante Cardinal. Floren. in Clementina ne Romani, de election. vlterius Concilium etiam generale Papa negligente indicere poſſunt, veluti Eccleſiæ Senatus, non autem, vt ſinguli Bald. in cap. olim, extrà de reſcript. Cardinalium quoque eſt, ità Papam eligere, vt ſi omnes, vno excepto, morte corriperentur, ad eum ſolum eligere pertineret, ità aiunt ſcribentes in dicta Clem. ne Romani de electionibus.

ARTICVLVS III.

Quomodo Dominos Cardinales à Diuo Petro eſſe inſtitutos intelligantur.

PRæmiſſa declaratione ſuper, eo quod voce iſta Cardinalium referatur, conſequenter videndum eſt. Vnde Domini Cardinales originem duxerint, circa quod retenta ſignificatione, vt præmiſſum eſt, quòd in Rom. Eccleſia ſint ſacerdotes præſtantiori auctoritate pollentes, ſciendum eſt Papam in Eccleſia referre Moyſem in ſingulis ritibus in l. antiqua ex præcepto Domini per Moyſem adimpleris,& quia Moyſes in executione ſui Principatus habuit Domini iuſſu conſilium ſacerdotum Leuitici generis, ità Papa

Car-

Cardinales ſibi aſſiſtentes teriner, quemadmodum conſtat ſacerdores ipſos Moyſi aſtitiſſe, quod ità verum eſt, vt à Concilio Lateranenſi magno ſuper interpreratione Deuteronomij, ideſt nouæ legis, adamuſſim, vt hìc præfertut, declataretur, quem eirum aſſiſtenrium ſacerdotium in lege noua tam Dominum; quàm Moyſem retinuiſſe demonſtratur in duodecim Apoſtolis, quos ad ſacerdotium non primò promouiſſe repetitnt, quàm in vltima cœna, ſub illis verbis hoc facite in meam commemorationem, neque his reſiſtit Dominum non inimaiſſe Petro, vt ſibi aſſiſtentes retineret ad imirationem Domini, quia iam Matth. cap. 16. conſtat Petro iudicatum fuiſſe fundamentum Eccleſiæ eſſe futurum, & Ioa. cap. 3. ſimiliter Petro fuiſſe dictum. Tu me ſequere.

Quibus adiuncto Domini exemplo Apoſtolorum aſſiſtentium ſatis videtur fuiſſe à Domino expreſſum, vt Petro aſſiſtentes ſibi ſacerdotes, inſtarque Domini retineret, cùm plus ſit aliquid eaemplo eaprimere, quàm verbis, l. ſi tamen, ff. de ædil. edic. l. repræhendendum, ff. de inſtit. & ſubſt.

Quare cùm in hoc textu Concilij Stephani Papæ III. exprimatur Diuum Petrum Rom. Eccleſiæ ordinem decreuiſſe, & vt Cardinales in culmen Apoſtolicum vnum ea eorum gremio eligerent, ſatis ſuperque comprobare videtur, quatenus hìc de Cardinalibus ſit mentio, Diuum Petrum fuiſſe magis Cardinalium promulgatorem, quàm primum inuentorem, tam actionis Moſaycæ, quàm ipſius Domini circa ſibi aſſiſtentes ratione, ipſumque Concilium vera referre, tum diuina; tum naturali ratione cenſetur. Diuina quia Concilium errare non poteſt cùm ſit Eccleſia, cap. arrecta, cap. pudenda, 24. qu. 1. capit. maiores, ext. de Baptiſm. Naturali verò, quia quod quæritur, à pluribus, faciliùs quàm à paucioribus reperitur, cap. de quibus, 20. diſt. cap. prudentia in fin. cap. ees, ea. de off. delegat. cùm per ampliores homines magis manifeſta veritas reddatur, l. vltima C. de fideicommiſ. l. 3. C. de ingen. & manumiſſ. propterea Panor. in capit. 1. de reliquijs, & ven. ſan. demonſtrat magnam eſſe atteſtationem complurium, ità Concilij, quod euidentiſſimum eſſe ratione demonſtratur, nam ſi duorum, vel trium teſtimonio probatio ſumpta plena cenſeatur, l. cius milicis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtim. maior nempè erit probatio illa, quæ maiori teſtium numero communitur, cùm plurium teſtimonium prævaleat atteſtationi pauciorum, in cap. in noſtra ext. de teſt. capit. ſi teſtes & ibi gloſſ. 4. quæſt. 2. & 3.

His ſic poſitis præſefertur multiplex impiorum error, qui Conciliorum ratione non habita, magis vni conſcribenti fidem adhibent, quàm Eccleſiæ Concilijs ſecus atteſtantibus, quod non ab re ipſorum imperitia contingere videtur: ob maiorem Eccleſiæ auctoritatem, & atteſtantium maiorem numerum; propterea Panor. in d. cap. 1. de reliq. & ven. ſanc. dixit expedire Papę, quando aliquem ad Cathalogum Sanctorum referre intendit, conuocare ſingulos Cardinales, & ſic minor erroris cauſa ſubeſſe poterit, idem refert Gem. in cap. Anaſtaſius, colum. 2. 19. diſt. neque his reſiſtit, vt hiſtorijs & chronicis ſit fides adhibenda Bart. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & in l. Gallus, §. fin. ff. de lib. & poſthu. cap. ſicut, 15. diſtinct. quia hoc procedere videtur, quatenus à Concilijs non reſiſtatur, validioribus atteſtationibus dicto capitulo in noſtra, extrà de teſtam. & capit. ſi teſtes & ibi gloſſ. 4. quæſt. 3. verùm & ſi ſola huius Concilij Stephani Papę III. atteſtatione Diuum Petrum promulgaſſe Cardinalium inſtitutionem comprobatur non minori auctoritate hoc idem aſtruit dictum Concilium Lateranenſe in dicto capit. per venerabilem, §. rationibus, ea. qui fil. ſint legit. vt etiam demonſtratur infrà, quia ſicut apparet in ſingulis actionibus principatum Eccleſiæ concernentibus, primum auctorem fuiſſe Diuum Petrum, ità Dominum imitari voluiſſe, vt etiam Crucem ſubire non vereretur, capit. Beati, 2. qu. 1. quem ſimiliter imitari placuiſſe pater in conſeruatione Collegij Apoſtolici in eo ſtatu, quo Domino ante Reſurrectionem aſtiterunt, & poſt eius Aſcenſionem Petro aſtitiſſe patet, quo pariter Diuum Cyrillum, lib. Theſ. capit. 5. referre oſtenditur ibi, affirmant Apoſtoli in omni Euangelio, & epiſtola, & in omni doctrina Petrum eſſe in loco Domini, & eius Eccleſiæ, dantes ei locum in omni congregatione, & capitulo: & in congregationem Apoſtolorum, locum Domini tenuiſſe. Hactenus ille.

Sed quia conſtat, vt Petrus Romam perueniens ea duodecim Apoſtolorum numero neminem ſecum duxerit, cùm iam in Mundi conuerſionem fuerint diſperſi, Collegium aliud ſibi compoſuit ea ſacerdotibus, vt ſibi aſſiſterent, ſicut Apoſtoli Domino aſſiſtentes fuerunt. Hoc geſſiſſe Principem ipſum arguit cura, quam habuit, vt Collegium Apoſtolicum ſolius Iudæ Apoſtolatu diminutum Matthiæ Apoſtolatu ſuppleretur, vt maiori cauſa inuigilauerit, quod diſperſione præmiſſa totum Collegium diſſolutum alijs ſacerdotibus eſſet reſtitutum, ex quo illud à Domino compoſitum penitùs vacaſſet, ipſo vt præfertur Apoſtolorum receſſu. Hæc diui Petri actio circa Collegium Apoſtolicum ſupplendum demonſtratur; per tex. Act. c. 1. & quod illicò poſt Domini Aſcenſionem, quia diuo Petro non erat ignotum opus diuinum non fore negligenter exequendum, Hierem. cap. 44. ibi, maledictus eſt qui rem diuinam negligenter facit; propterea erubeſcant impij ſentientes Cardinales tempore Pontiani Papæ fuiſſe inſtitutos, qui in albo Rom. Pontif. non habetur pro tempore, quo aiunt, Col. annorum, ab homine redempto, & quòd ſibi aſſiſtentes ſacerdotes diuus Petrus inſtituerit, ipſemet declarat ſua propria canonica, ibi. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coelecta, ſumpta Rom. Vrbe pro Babylone, vt ibi Hieronymi declarat gloſſ. ob diuerſitatem cultus Idolorum, ſicuti ipſos aſſiſtentes ſibi ſumit ſub Eccleſiæ nomine, tamquam illam referentes vt Canonici vniuerſalis Eccleſiæ, cap. cum Clerici, extrà de verbor. ſignif.

Deindè ea dictione collecta vtitur, ad denotandum illos fuiſſe ſacerdotes, vt ſub eo nomine electa debere intelligi declarat gloſſ. ad Rom. cap. vlt. & coelecta ideò ait, quia à plu-

pluribus eligebantur, vt ait cap. 1. dicitur de Apoſtolatu Matthiæ, hiſque verbis vtitur, idrò ne de vniuerſali fidelium Eccleſia, tam virorum, quàm mulierum intelligatur, cùm verba otioſè poſita ſumi non debeant arg. l. ſi quando, ff. de legat. primo. Bart. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect. ſolùmque intelligantur Sacerdotes diuo Petro aſſiſteutes, qui erant Cardinales, atque ad Cardinalatum fuerant aſſumpti communi aſſiſtentium voto, veluti ait, cap. 1. communi Apoſtolorum ſuffragio ad Apoſtolarum conſtat fuiſſe aſſumptum diuum Matthiam, neque his reſiſtit, vt electio Petri celebraretur ab Apoſtolis tamquam referentibus Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos totius Orbis, eiuſque vniuerſitatem repræſentantibus, arg. l. 2. §. fin autem, C. de iur. cal. l. municipalibus, ff. de cond. & demon. cap. fin. extrà de procurat. Innoc. cap. fin. ext. de maior. & obed. cùm decentiùs videretur, vt quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, cap. quod omnes de regul. iur. in ſexto, quia hanc electionem diui Petri Apoſtolos oſtenditur celrbraſſe, vt Petro aſſiſtentes, & non tamquam Patriarchas, & Epiſcopos, vt præfertur, ex quo nondùm ad munus epiſcopale aſſumpti fuerant, vt poſt Petri prælationem legitur de prima Epiſcoporum conſecratione, quæ locum habuit in diuo Iacobo Hieroſolymarum Epiſcopo conſecrato à diuo Petro Iacobo alio, & Ioanne, cap. Iacobus de conſec. diſt. 2.

Vnde ratio ſumi poteſt, vt à diuo Petro ſibi aſſiſtentes Cardinales crearentur, tum ad Domini imitationem, tum etiam ad ſuccedentes ſibi in principatu eligendos, at magna Eccleſiæ iactura Patriarcharum, & Epiſcoporum totius Orbis mora, longaque temporum intercapedine ad ſucceſſores ſibi eligendos contigiſſet, tum etiam vt præſtito ſibi à Domino in eius electione exemplo aduerſaretur ei, ex quo ab eo iam eſſet deſignatus, Matth. cap. 16. permiſit vt à ſibi aſſiſtentibus eligeretur, cap. in nouo, 6. diſt. quòd Apoſtolorum Princeps ſummoperè Domini actionem imitari ſuper eius ſucceſſorum electione niteretur, diui Clementis electio, quam ille ad omnimodum Domini exemplum perfecit, atteſtatur; nam ſicut Dominus diuum Petrum in ſibi ſucceſſorem elegit, ad Eccleſiæ regimen, identidem diuus Petrus Clementem elegit, cap. ſi Petrus, 8. qu. 1. vt Eccleſiæ innoteſceret de principum eligendi qualitate, & etiam quia ſic deceuir exempla ſui principalis ſequi, argumento, l. an manumittere, ff. de manumiſs. vin.

Quorum ſic præmiſſorum ratio habita ſatis præſeferre uidetur, ut ipſa Diui Petri electio in eius ſucceſſoribus continuata, in uſque hodiernum diem ſibi aſſiſtentium ſuffragijs, ut hodie Cardinales, ratione ea qua Diui Petri ſucceſſoribus aſſiſtunt, eoſdemque eligunt, & ſint eiuſdem Ordinis Cardinalium, qui eligerunt Petrum, & eorum, qui poſt eius obitum elegerunt Clementem, quos conſtat retinuiſſe Diuum Petrum, uelut diuinitùs commonitum, ac exēplo Collegij Apoſtolorum, cùm ſi ſecus eſſet, ut Clemens non reſeruato decreto Apoſtolico, Papa electua fuiſſet, eſſet contra Apoſtolorum inſtitutum, cùm ſi quidem ab ipſis Diuo Petro aſſiſtentibus poſt eius obitum eſſet eligendus, cap. in nouo 21. diſtinctione, nec dici poteſt, ut Diuus Clemens Papatus iura exercuerit, uirtute ſolius Petri electionis, cùm innoteſceret uiro ſanctiſſimo Diuum Petrum eius præceſſorem fuiſſe à Domino aſſumptum, & tamen ab Apoſtolis myſterialiter electum extitiſſe, non quod contra formam ab Apoſtolis traditam, dicto cap. in nouo, ut in uniuerſalis Eccleſiæ Principem aſſumptus uideretur, quod manifeſtè comprobatur, ut ordo Cardinalium ab ipſo Apoſtolorum Principe, ueluti imitante Dominum, proceſſerit, ut præfertur, atque pariter demonſtrat continuata poſſeſſio in ſucceſſoribus Petro aſſiſtentibus, ut eos eligendi hodie in Dominis Cardinalibus perſeuerans omnimodam probationem inducat: Cardinales à Domino deſignatos in cœtu Apoſtolorum ſibi aſſiſtentium à Diuo Petro formam eligendi, & aſſiſtendi, ut præfertur, adeò ut continuata tot temporum intercapedine, ità præmiſſorum huiuſmodi teſtimonium ſtrat, ut ſecus ſentiens probationis onus ſubire teneatur, ſunt argumento relata per Bartol. in l. Celſus, ff. de uſucap. nu. 21. & in l. ſiue poſſidetis, C. de probationibus ſcribentr, in l. penult. C. de præſumptionibus. adeò ut appareat hodie illud ius ſemper fuiſſe in eorundem iurium exercitio, ac Cardinales ab eo tempore citra in eodem ſtatu perſeueraſſe, argumen. eſt gloſ. in l. 2. & 3. C. de probationibus, l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus uendicetur, & quod Diuus Petrus, ad imitationem Domini, Cardinales retinuerit, ad effectum, ut præſto eſſent in executione ſacerdotalis officij, & regiminis Eccleſiæ compotes fierent, ut eius ſucceſſores quatenus eligerentur, rectè gubernarent, & ex eorum gremio magis idoneos in in eius ſucceſſores eligerent, præter id quoque, ut ſibi Petro, & ſuccedentibus eius loco aſſiſterent, declarant tot in Eccleſia hactenus celebrata Concilia, ut eſt hoc Stephani Papæ III. Concilium, nec non magnum Lateranenſe, capit. per uenerabilem, extra qui fil. ſint legit. Sicuti etiam Concilium Vienenſe, clementina ne Rom. de elect. & complura alia quorum uirtute, & ſi Eccleſia uniuerſalis referatur, cap. Domino ſancto 50. diſtinctione, non tamen morte Rom. Pontif. contingente ab ipſis Concilijs, quantumcumque pendentibus Papæ habita eſt electio, ſed ab ipſis Dominis Cardinalibus, & hanc praxim refert Panormitanus, in capitulo ad petitionem, extra de accuſationibus, ubi ait. Papæ electionem, etiam pendente Concilio Piſis, ut etiam poſtea Conſtantiæ, Dominos Cardinales exercuiſſe, veluti etiam vltimo loco Iulio II. defuncto Lateranenſi Concilio coacto à Cardinalibus, non autem, à Concilio, Leo X. electus fuit, quando Cardinalium electionem ab ipſis Concilijs nunquam improbatam eſſe conſtat, adeò, vt ſi hodie de antiquiori lege, vel conſuetudine contraria oſtenderetur nihil reſiſteret, quia indiſſuetudinem abijſſe eiuſdem antiquioris legis, vel conſuetudinis diſpoſitionem, ex hoc recentiori eligendi iure, vel vſu, & propterea non eſſet recedendum, arg. §. pœna, inſtit. de iniurijs.

Præterea Cardinales Diuum Petrum

ſibi

ſibi aſſiſtentes complura arguunt retinuiſſe, quod demonſtraut alia Petri geſta, quæ priùa in Eccleſia ante omnes alioa eius ſucceſſores, ab ipſo Principe, vt decuit, ſunt introducta, vt fuit inſtitutio Patriarcharum, Archiepiſcoporum, vt eſt textua, in cap. in illis 80. diſt. vt etiam extitit decretum ſuper ſedibus Epiſcopalibua, vt in dicto cap. in illis, neque his reſiſtit, quod impiè obijcitur, vt canones, hæc ipſa explicantes queant inter apocripha connumerari, quia præter id, quod ab Eccleſia Canones prĕallegati comprobentur eius auctoritate, patet quoque ſenſu ipſo Diuæ paginæ, vt eſt ex canonica Diui Petri prima, cap. 5. dum ait, paſcite eum, qui in vobis eſt gregem, vndè textus in d. cap. in illis conſonat, & nil aliud exprimit, niſi quod in ipſa canonica diſponitur, cùm à Principe Apoſtolorum ibidem decernatur, vt cura paſtoralis vni commiſſa ab alio non ſit occupāda, cùm iuriſdictiones Epiſcopales confundi non debeant: Quare cùm has determinationes primus Petrus diſpoſuerit, datur intelligi, vt Eccleſiæ Senatum, velut maioris ponderis pariter primus omnium in ſede Apoſtolica ſedentium Eccleſiæ Senatum inſtituerit, quemadmodum vt Principem decet, ſummo ſtudio vigilauit, vt Collegium Apoſtolicum vnico Iudæ proditoris perſonatu diminutum, apoſtolatu Diuæ Matthiæ repleretur, ne quod à Domino fuerat inſtiturum in deſuetudinem cedere, Principis culpæque aſcriberetur. Idem arguere videtur exercitium Sacramentorum, quod pariter à Diuo Petro antè alios Apoſtoloa executioni demandatum fuit, vt ſupra in verbo vnus, eſt relatum, & cum his etiam primas Diui Petri actiones ad ſingula Eccleſiæ poriora iura concernentia arguunt aliæ eiuſdem Diui Petri traditionea, vt demonſtratur, de illa in ſua prima canonica, vbi dat formam ſingulis Epiſcopis paſcendi, pariterque regendi gregem Domini, dum ait Seniores, qui ſunt in vobis, obſecro conſenior, & teſtia Chriſti paſſionum, qui & eius, quæ in futuro ſeculo reuelabatur gloriæ communicator, paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſponraneè ſecundùm Deum, non turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque ve dominantes in Clero, ſed formæ facti gregis ex animo. Hactenus ibi. Ad Epiſcopoſque, ità loqui Diuum Petrum declarat gloſſ. Diui Hieronymi in verbo Conſenior, vbi ait: Ideſt Compresbyter cùm eo tempore Epiſcopi, & Sacerdotes ſecundi Ordinis communi Præsbyterorum nomine appellarentur, id quoque demonſtrant verba illa, nec quaſi dominantes in Clero, vndè liquet non ſcribere ad Sacerdotes ſecundi ordinis cùm nulla eis compĕtat prælatio, cùm ſint ſubiecti Epiſcopis, cap. perlectis, 25. diſtinctione, & etiam demonſtratur ex dictione illa Compresbyter: cùm Diuus Petrus ibi ſe fateatur Epiſcopum, cùm eſſet à Domino promotus ad ordinem Epiſcopalem, & nedum Epiſcopua, ſed Epiſcoporum Princeps, & ità eſſe intelligendum, & arguendum ex illis verbis commouentibus, & Methodum regiminia præbentibus alijs paſtoribus, cùm verba debeant intelligi iuxta munua, & dignitatem proſerentis, l. præterea, §. miles, ff. de re iudic. gloſs. in l. vt puto, §. Iulianus, ff. ſam. herciſcun. notatur, in leg. fin. C. de indic. vid. toll.

Prolatio quoque tum Prælatorum, tum miniſtrorum Eccleſiæ ex ore Diui Petri in l. noua vnà cum Sacramentorum nominibus, antè alios pariter aſtruit Petrum, vt in reliquis fuiſſe auctorem in promulgarione Senatus Eccleſiæ, quia conſtat prĕallegata eius canonica de Clero verba facere, quod nomen idem refert, quod ſortem Iſid. lib. 3. Ethim. cap. 7. quod eſt in cap. Cleros, 21. diſtin. l. 2. C. de Epiſcop. & Cler. & huius nominis ſenſu. Conſtat omnes Eccleſiæ inſeruientes tam Presbyteri, quàm Diaconi, Subdiaconi, qui ſunt in ſacris, ſed etiam ad ſacros Ordines non promoti, vt Acolirhi, Lectores, & Hoſtiarij, ac Hexorciſtæ, quæ quidem nomina vetuſtiſſimo vſu Diuus Hieronymus, Diui Cypriani epiſtola refert in Eccleſia fuiſſe recepta, vt latiùs in ſua epiſtola ad Nepotianum demonſtratur. Ad hæc etiam accedit nomen Sacerdotis eadem Petro canonica, c. 2. ibi. Sacerdotium ſanctum, cum quo eſt nomen Sacerdotum ſecundi ordinis, ſub nomine Seniorum, quibus etiam addi poſſe videtur, vt ab eodem Diuo Petro generale nomen Chriſtianorum fuiſſe adinuentum tempore, quo vt Princeps vniuerſalis Eccleſiæ Antiochiæ conſidere placuit, ſicuti etiam hoc nomen Cardinis Romanæ Eccleſiæ traditum repetitur, vſque ad tempora Diui Anacleti Papæ, & martyris, vt habet textus in cap. ſacroſancta, 22. diſtinctione, & gloſs. in cap. mutationea, 7. quæſt. 1. cùm autem palam ſit Chriſtianos ſub nomine fidelium, aut fratrum, vel diſcipulorum, nuncupatoa eſſe refert, gloſ. in d. c. ſacroſancta, 22. diſtin.

Romanæ Eccleſiæ Senatus, vt neceſſariò a Diuo Petro erigeretur, demonſtratur ex eo, quod à Diuo Hieronymo relatum eſt in epiſtola ad Auguſtinum, num. 22. vbi ait, Paulum non fuiſſe auſum prædicare Euangelium, niſi à Petro, & ab his, qui cum eo erant, approbaretur, nam illa verba ab his, qui cum eo erant, declarant munus, quod aſſiſtentes Diuo Petro obire conſueuerant, quos Petrus tanquam Sacerdotes, & Eccleſiam repræſentatores expreſſit, quando ſupra citata canonica prima, cap. 5. dixit: Salutat vos Eccleſia coelecta, & quod fuerint ſacerdotalis ordinis Diuo Petro aſſiſtentes, declarat gloſ. ad Roman. vlt. cap. ibi in verbo electum, vbi ait Apoſtolum ibi præferre filium matri, ideò quia erat ad Sacerdotium promotus, ex dictione illa electum colligebatur.

Vtque Diuus Petrus ipſoa aſſiſtentea Cardinales penès ſe habuerit, facit etiam ratio, quia congruum, & etiam de iure eſſe videtur, vt maior cura habenda ſit de qualitatibus, & opere iudicantium, vt ſunt Senatores, quàm eorum, qui iudicantur, l. conditionibus, in principio, ff. de condit. & demonſtrat. l. iubemua, C. de Epiſcop. & Cleric. præſertim ratione inſpecta, vt Senatus à Principe componi, vel decerni debeat, l. ſecunda, ff. de orig. Iuris. & tantò magia hæc procedere videntur inſpectis ritibus, quibua Princeps in reliquis negotijs vti conſueuerit, argumento eorum, quæ notantur in cap. ex literis, & ibi Panormit. extra de conſtit. & in ca-

Digitized by Google

capitulo bonę, de poſtul. Alexand. in conſil. 29. viſis, & conſilio 28. columna fin. ſecundo volumine, Innocent. in capitulo cum olim, extra de verborum ſignific. Felyn. in cap. 2. extra de reſcriptis, Bartol. in l. de quibus ff. de legibus, à quibus eſt concluſum, vt ex præcedentibus actionibus ſumatur argumentum ad ſingula alia, quæ quidem non ſolùm in aſſuetis Principe verificantur, ſed etiam eadem ratione in quacumque alia publica perſona, etiam tabellionatus munus exercente, cuius inſtrumenta ſolitis clauſulis carentia ſupplenda veniunt iuxta ritum, in cæteris conſimilibus inſtrumentis apponi ſolitum, & ità inſtrumenta illa interpretationem recipiunt argum. lege fin. C. de fideicommiſ. Caſtr. in l. prima, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, l. ſi finita, ff. de damno infecto. Iaſon in l. Gallus, ff. de liberis, & poſthum. Vndè eſſe videtur, vt attentis præmiſſis, in quibus Diuus Petrus primus, & antè alios ſe executorem præſetulit, vt maior ratio impulerit ipſum Principem ad retinendum ſibi aſſiſtentes Cardinales, quàm eius ſucceſſores, quia ſi primus, & antè alios in leuioribus auctor extitit, ſatiùs extitiſſe cenſendum eſt in arduis, & grauioribus, c. vbi periculum, de elect. in 6. cum vulgaribus.

Vlterius conſiderandum eſt Diuum Petrum in verbo Domini Eccleſiæ regimini fuiſſe præfectum, & eiuſdem Domini, vt vices referret, cap. 11 ex. de tranſlat. Prælat. Vndè ſicut Domini fuit prouidere pro humana redemptione, ità Diui Petri fuit omnia decernere, quæ pro ſalute redempti populi ipſum Dominum operatum fuiſſe innoteſceret, quæ quidem Principem ipſum executioni demandaſſe non ignoratur, ſed imitatus eſt, ità Dominum, vt de ſucceſſore ſibi eligendo veritùs non fuerit, nam inſtantibus tot Eccleſiæ perſecutionibus, quaſi ſibi innoteſcentibus Diuum Clementem in ſucceſſorem ſuum elegit, vt virum magnæ ſanctitatis, fortiſque virtutis, ac prudentiæ, vt qualitas eligendorum in Principes Eccleſiæ, ad quos pertinuerat eligere, innoteſceret, cap. ſi Petrus, 8. quæſt. 1. Neque his reſiſtit, vt electio huiuſmodi effectum non ſortiterur ſumpta cauſa, quod in albo Romanorum Pontificum poſt Diuum Petrum, non Diuus Clemens, ſed Linus ei ſucceſſerit, quia vt refert Archid. in dicto capitulo, ſi Petrus. Imò conſtat ipſum Clementem Pontificatus iura poſt Petrum, eiuſque electionis virtute Pontificatus iura exercuiſſe, Petrumque Clementem in eius locum imminenti neceſſitate ſubrogaſſe, vt eidem Principi id genere licuit, cùm temporis illius neceſſitas exigeret, quæ de illicito licitum facit, iure reſiſtente, vt Epiſcopis ſucceſſores eligere non liceat, cap. Epiſcopo, non licet, c. plerique, c. Apoſtolica 8. q. 1. propterea Diuus Clemens neceſſitate illa, qua à Principe Apoſtolorum in Papam electus fuerat ceſſante, ſummo Pontificatui renunciauit, & eius loco electus eſt Diuus Linus, qui in Pontificatu martyrij coronam conſecutus fuit, ideò in albo Pontificio ponitur poſt Principem Apoſtolorum, ex quo Papalis dignitas Diuo Clementi, tunc temporis adſcribi non potuerit, curſum vitæ in eo Pontificatu, non abſoluens, quia non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, cap. ſi quis, el. primo, 18. diſt. cap. rurſùs, 9. quæſt. 4. Bartol. in l. ſi facta, §. Iulianus, & ibi Alexan. colum. 14. ff. de edendo, quod etiam comprobatur in celebritate Natalis Diui Celeſtini quondam Papæ, cuius officium ab Eccleſia ob eius ſanctitatis merita concelebratur, vt ſimplicis Confeſſoris, & non vt Confeſſoris, & Papæ: quia renunciauit Papatui, igitur Diui Clementis primum Pontificatum poſt Petrum immediatè ſumptum, eidem fuit renunciatum poſt annos duodecim, quibus in eo permanſit ſuperueniente cauſa, vt neceſſitas, qua ad id muneris fuerat aſſumptus, iure permittente, iam ceſſaſſet, l. quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. iur. Iaſon. ſequens Alexan. in l. ſi ex ſolo, col. 2. ver. vlt. ff. de legatis, ideſt, cùm iuris ſit, ut geſta ob neceſſitatis cauſam, ad licitam prohibitionem ſint reducenda, neceſſitate finita, uel non urgente, ut refertur exemplum fratrem, ob neceſſitatem germanam ſororem, ob hominum raritatem duxiſſe in uxorem, ut humanum genus conſeruaretur, in capitulo 1. 35. quæſt. 1. nam, ut præfertur, deficiente neceſſitate præualet prohibitio, cap. remiſſionem, cap. ſicut. de conſecr. diſtinctione prima, & ità refert Gemin. in d. capitulo, ſi Petrus, & ibi Archidi. 8. q. 1.

Communis quoque omnium Eccleſiarum totius Orbis vſus Cardinalium inſtitutum neceſſarium oſtendit, nam ſi illarum Canonici ad aſſiſtendum Epiſcopo, ipſumque eligendum inſtar Cardinalium Papæ aſſiſtentium, ipſumque pariter eligentium, vt ex Apoſtolico inſtituto habetur, in capitulo, in nouo vigeſimaprima diſtinct. & habita ratione, vt huius diſpoſitionis vſque in hodiernum vigeat obſeruatio, vt patet in Diui Petri eligendis ſucceſſoribus: liquidum eſt, vt hoc diuturniori vſu vſque adeò validum ſuper præmiſſis ſumitur teſtimonium, vt ſi lex quantumcumque vrgens, ſecùſque diſponens reperiretur, eſſet ab aula reijcienda, quod conſuetudinis eſt, pro vera actione Apoſtolorum, ipſorumque firma traditione cenſenda argumen. l. quæ de interpret. ff de legibus; cum lege ſequenti.

Hiſque præmiſſis adſtipulatur ratio nominis. Cardinalium, quod procedit ob digniores, & principaliores partes, quas in Eccleſia exercent, cùm nomina digniori parti ſint imponenda gloſ. in lege prima §. apud labeonem ff. de aqua pluuia arcen. lege prima ff. de verborum obligatione, & l. pater ff. de ſeruo lega. Vnde eſt vt vetuſtiſſimis temporibus conſtet inſignores partes in Eccleſia exercentes, vt præfertur Epiſcoporum pariter Cardinales fuiſſe nuncupatos, cap. relatio 21. diſt. qu. 1. paſtoralis 6. diſt. quæſt. 1. capitulo vnitatem 61. diſtinctione.

Cum igitur Apoſtolorum opere liqueat Eccleſias, & Sacerdotes inſtitutionem habuiſſe, Actuum cap. 15. ibi Paulus, & Barnabas per ſingulas Eccleſias conſtituebant Presbyteros, quos Paulus commonſtfacit permanere in eorum vocatione ad Corinth. cap. 17. ſequitur pariter regimen vniuerſalis Romanæ Eccleſiæ à Diuo Petro fuiſſe ità inſtitutum, vt negotium ſuum peculiare, arguit idem, quia nulli alio Apoſtolorum prælationem Romanę

Ec-

Eccleſiæ, Petro ſuperuiuente, pertinuiſſe reperiatur, iuxtà eius canon. cap. 5. accedunt ad hęc verba Origenis ad Tit. cap. 3. vbi ait, vt illa ſola ſit credenda veritas, quæ in nullo diſcordat ab Eccleſiæ traditione, cui dicto conſona eſt. Hieronym. ſententia ad Iouinianum ibi.

Ego te illud breuiter admonendum puto traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ità eſſe obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt. Hæc ille.

Eſt quoque D. Baſil. in libro de Spiritu ſancto cap. 3. vbi ait. Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur, partim ea conſcripta Doctrina babemus, partim ea Apoſtolorum traditione, ad quos delata myſterio recepimus, quæ ad veranque, eandemque pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel modicam Eccleſiaſticorum iurium notitiam habent. Hactenùs ille.

Eſt etiam text. in capitulo cum Marte, extrà de celebr. miſs. vt ibi.

Sanè tàm de verbis, quàm de factis Dominicis inuenimus, ab Euangeliſtis omiſſa, quæ etiam Apoſtoli, vel docuiſſe verbo, vel factis compleuiſſe legimur, non enim antiquioribus patribus abſconditum erat, quod Ioanu. cap. vlt. ait, complura feciſſe, & diaiſſe Dominus, vt ſolus Mundus non caperet libros, quos ad ſatietatem conſcribendos fora ſuper his oporteret, præter id etiam abſque Eccleſiæ traditione, & Apoſtolorum teſtimonio, cùm huiuſmodi Eccleſiæ inſtituta per tractum ſucceſſiuum, vſque ad hæc tempora perſeuerent, plenam probationis virtutem pręſeferre omnia, vt præmittitur, originem ducere non hæſitatur, notatur in l. periculis §. de argento ff. de aur. & arg. leg. & eſt arg. tex. in l. ſi de interpretatione col. ſeq. ff. de leg. & tantó magis in hoc procedere videtur, vbi eſt notoria conſuetudo auth. iubemus, & ibi Bal. in tertio not. Cod. de iud. & ratio eſt, quia quod hodie ſequitur, iam dudum præceſſiſſe videtur cap. quod ait autem 22. q. 2. l. ſi certis annis Cod. de pact.

Sed aduerſum præmiſſa D. Petri Principatus iura effectu apparentia iura, ſceleſtis aiunt, quatenùs vera ſint magis ambitu, quàm Principatus, iure ità expoſcente, fuerint à Petro geſta, non verentes in Diuum Apoſtolum, propter Eccleſiam tot labores, & carceres, totque incommoda, & denique Crucis martyrium perpeſſus fuerit, huius ambitus crimina iactare cum viro illi ſanctiſſimo haud lacoiſſet Oziæ perpetratum facinus, qui Sacerdotis officium vſurpans lepra à Deo eſt percuſſus. 1 r. Paralyp. cap. 26. cùm etiam ambitio auctore Feſto, lib. t. ſit ipſa ambientis actio, & in Eccleſia læthale crimen dignoſcatur Cardin. in cap. auaritiæ ear. de elect. Archid. in cap. fin. de reſcrip. lib. 6. vnde ipſorum blaſpemia, liquet etiam quanta abunder imperitia.

Minùs etiam reſiſtit aduerſus prædicta, dum obijcitur Apoſtolorum Principem nunquam applicuiſſe Romam, cùm id falſiſſimum, & ſupina admodum ignorantia ſcateat, vt ipſemet Diuus Petrus 1. Canonica cap. 5. luce clariùs atteſtatur, dum inquit ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, ſubintellecta Roma ſub Babylonis voce, ob diuerſitatem cultus idololatriæ, ad quam eſtirpandam Petrum miſſum fuiſſe atteſtatur D. Leo Papa in ſermone habito in ſolemnitate Cathedræ ſui Apoſtolatus, vt etiam demonſtrat Cæſar Iuſtinianus l. t. Cod. de Summ. Trinit. & fide Cathol. vbi ait, cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione verſari, quam Diuum Petrum tradidiſſe Romanis, religio vſque adhùc ab ipſo inchoata declarat:

Hæc ibi idem atteſtatur Euſebius Cæſarien. in Eccleſiaſ. hiſt. cap 13. cuius huiuſmodi ſunt verba, in ipſis Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentię probatiſſimum omnium Apoſtolorum primum Principem Petrum ad Vrbem, velut aduersùs humani generis perniciem, communem ducem quendam, & magiſtrum militiæ ſuæ ſcientem Domini prælia gerere, & virtutum caſtra tutari.

Iſte veniens ea Orientis partibus, vt Cęleſtis quidam negotiator, mercimonia diuini luminis, ſi quis ſit comparaturus, adduait, vt ſalutaris pręedicationis verbo in Vrbe Roma, Euangelij ſui clauibus ianuam Regni Cęleſtis aperuit. Hactenùs ille.

Et huic atteſtationis Cæſarien. vim auget D. Hieronym. ad Rom. cap. 1. ibi in textu: deſidero videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis, vt Romanos Petro prędicante fidem tenentes confirmare ſe velle, Paulus dicit, non quo minùs accepiſſe à Petro, ſed vt duobus Apoſtolis teſtantibus, atque doctoribus, eorum fides roboraretur. Hæc ille.

Atteſtatur quoque D. Amb. Diuum Petrum, & Paulum Romæ ſub eodem Principe eadem die, eademque cauſa religionis martyrium ſubijſſe cap. Beati 2. quęſt. 8. ibi Petrus, & Paulus martyrium pertulerunt in Vrbe Roma, quæ Principatum, & caput obtinet nationum vbi erat caput ſuperſtitionis, illic quieſceret caput ſanctitatis: hæc ille.

Iura pariter Cæſarea Petrum Romanum popolum in Chriſti doctrina inſtituiſſe atteſtantur leg. 1. Cod. de Summ. Trinit. & fide Cath. cuius fidei methodum eatenus. Rom. populum doctum fuiſſe liquet, vt Paulus ſummo gaudio ſe apprehenſum dicat, eò, quòd Romanorum fides per totum Orbem prædicetur, ad Rom. .. prætereà conſtat vſque adeò Petrum, & Paulum Romæ cohabitaſſe, vt non ignoretur, quod in ipſa martyrium ſuſceperint poſt Domini Aſcenſionē, anno 39. cap. quamuis 21. diſt. cap. Beati 2. quęſt. 7. adeò, vt tradunt ſcribentes, in cap. renouantes 22. diſt. Diuum Petrum Rom. in Pontificatu vixiſſe annos 25. menſes 7. & dies 8. refert Cardin. Iacob. in tractatu de Concilio lib. 1. artic. 1. num 278. de mente Cardin. Cameracenſ. Diuum Petrum ante ſuſceptum Romę Pontificatum annis 4. vniuerſalem Eccleſiam certis non firmatis ſedibus rexiſſe, vt patet ex Apoſtolorum geſtis, quia quandoque Hieroſolymis, quandoque verò Antiochiæ conſediſſe legitur.

Verùm ne hæſitari contingat Apoſtolorum Principem Diuum Petrum Romæ extitiſſe, Romanamque Eccleſiam vniuerſalem eiſdem Apoſtolicis inſtitutis, quibus hodie conſtare repetitur, fundaſſe: primò menti ſi-

gen-

Digitized by Google

gendum eſt.ipſum vices Domini in terris geſſiſſe, capitulo 2 extrà de tranſlat. Prælat.capitulo fundamenta de elect.in 6. vnde vt eiuſdem Apoſtolorum Principis fuit condere, etiam fuit interpretari cap. inter alia ext. de ſenten. excomm. cap. ſicut 5. his 9. quæſt. 1. cap. vt veniſſent ea.de iud.quod ius interpretandi exercuit, ait capitulo 1. capitulo 2. & 3.

Ac pluries quare veter.& recentis legis,ità compos eatirerat,vt perinquè ſciret Eccleſiam initium ſumpſiſſe ſub Abel iuſto, ſicut etiam illius regimen à Moyſe, & Læuitici generis Sacerdotibus ductum fuiſſe, & ab eorum ſucceſſoribus vſquequo eiuſdem Eccleſiæ Sacerdotium in Dominum translatum eſt capit. translato ext.de cõſit. quæ translatio de Domino in Diuum Petrum poſtrà locum habet, & quod eidé Apoſtolorum Principi à Domino oſtenſum fuerat in cœtu duodecim Apoſtolorum, & augmento 72. Diſcipulorum, erat ſumendum regimen ſibi aſſiſtentium, vt aliarum illius actionum ſimilium imitationem fuerat exercendum Eccleſiæ vniuerſalis regimen ra præmiſſi muneris Sacerdotalis ordine iua. quod declaratum fuit in magno Lateranenſi Concilio cap. per venerabilem §.rationibus ex.qui fil ſint legit, & ſicuti præmiſſa Diuo Petro prouidente fuerant adimplenda,neenon in ipſius Principis notitiam deducta, ſic Domino diſponente, ità etiam non ignotum fuerat, vt maledictus ſit, qui rem diuinam negligenter fecerit. Hierem.cap.44. adeò quod hoc blaſphemiæ genus Diuo Principi nullatenùs adſcribi potuit,etſi ab impijs falsò compingatur, vt Cardinales non priùs in Eccleſia conſederint niſi Pontiano Pontifice, cum hoc repugnet hiſtoriæ, quam quidem ipſe Pontianus in albo Romanorum Pontificum 250. ann. non reperiatur, quod negligentiæ immaue crimen D. Petro non fore adſcribendum præfertur.

Propterea cùm mentis aciem antiquiores Patres ad hęc ſingula apponerent, vt præfertur, conſtat non ſemel, ſed pluties à diuerſis generalibus Concilijs eſſe definitum Cardinales eſſe à diuino iure inſtitutos, vt in hoc præſenti capitulo oportebat 79. diſtinct. ex Concilio Stephani Papæ ſumpto damonſtratur, ea Diui Petri promulgatione, & hunc teatum ad hoc ſolitum allegari rtfert, Card. Iacob. lib. 1. artic. 1. num. 224. in tractatus de Concilio, quem ſequitur Aut. de Prætis, in tract. de iuriſd. Epiſcop. cap. 6. num. 36. quibus accedenti generali vniuerſalis Eccleſię rraditione concludi poſſe videtur Cardinalium inſtitutionem, ità diuino iure introductam eſſe,vt nedum D. Petri auctoritate conſiſtat, ſed etiam ipſo Domino diſponente iuatà D. Aug. ſententiam lib. 3. de baptiſmo paru.vbi ait, ea quæ non ſcripta ſeruat Eccleſia vniuerſalis, accepit ab Apoſtolis Chriſto docente. Hæc ille.

Vnde eſſe patet, vt etiam nullo alio pręcedente probationum genere hæc Cardinalium inſtitutio D. Petri ſit eaorta promulgatione,vt eſt ſuperiùs oſtenſum. Quamuis etiam Domini verbo Diuus Petrus ad Domini ſequenda veſtigia commonitus reperiatur:Matthæi cap... ibi diaie Ieſus Petro,ſequere me, & ioſrà: Tu me ſequere. Quæ verba conſtat non ſolùm ad Domini Crucem etiam referenda eſſe, ſed etiam ad ipſius Domini Eccleſiæ Principatum, vt expreſsè admodum D.Hier. declarat. Matth. cap. 14. ibi, quis putas maior eſt in Regno Cœlorum? vbi ait, quia viderant pro Petro, vt pro Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretij arbitrati ſunt Petrum omnibus Apoſtolis eſſe prælatum, qui redditione tributi Domino fuerat comparatus, ideò interrogant, quis maior ſit in Regno Cœlorum. Hæc Hieronymus.

Non reſiſtit moderno Cardinalium ſtatui, quòd cœtus Apoſtolicus diuerſa forma componeretur, qua hodie Dominos Cardinales conſtare reperitur, ex quo in eorum cœtu reperiuntur Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi, cùm inter Apoſtolos Domino aſſiſtentes, Cardinales ipſos repræſentantes,alius ordo non fuerit niſi Sacerdotij, ad quod in vltima Cœna Apoſtoli proprio Domini Verbo ſunt promoti, quia reſpondrtur,quod Romana vniuerſalis Eccleſia, inter cætera iura, quibus Apoſtolica à tot Concilijs eſt nuncupata vſque adeò Apoſtolieis inſtitutis adhæſit,eaque ſequi ità placuit,vt ab eis nunquam receſſerit, propterrà igitur Epiſcopos, & Sacerdotes ſecundi ordinis, nec non Diaconos in cœtu Cardinalium aſſumpſit, cum quia Apoſtolos ipſos, qui omnes fuerunt Epiſcopi ante eorum obitum repræſentare voluit, tum etiam ſeptuaginta duos Diſcipulos in cœtu ſacerdotum ſecundi ordinis necnou diaconos, habita ratione ad ſeptem illos diaconos, quos Apoſtoli in eorum miniſterio elegerunt, vt Actuum cap. 6. vt huiuſmodi imitatione iure optimo diceretur, hinc Sedes beati Petri, quæ nobis mater eſt ſacerdotalis dignitatis, & magiſtra rationis, quæ etiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam receſſit, hactenùs ibi cap. arrecta 24. quæſt. 1. ea etiam ratione attenta, vt Eccleſia eos referat in eorum muneribus, à quibus ſui ædificij altitudo conſurrexit, 5. hac itaque ratione, 35. quæſtione 1. & ſicut Papa caput Eccleſiæ Petrum repræſentat retinendo poteſtatem in clauibus, ſententiam in verbo, & vitam in exemplo, cap. ſi quis pecunia, 79. diſtinctione, ſic etiam Eccleſia repræſentatur à Cardinalibus, vt ſupra deductum fuit, & ita habetur gloſs. diui Hieronymi Pſalm.44. ibi, pro patribus tuis, vbi eſt gloſs. diui Auguſtini eadem repetens.

Non aduerſatur Apoſtolico inſtituto, etſi pluries conſtet io diui Petri ſucceſſores nonnullos electos fuiſſe extrà gremium Cardinalium,vt de Cœleſtino Quarto,& Clemente Quinto, & aliquibus alijs, qui ad Eccleſiæ principatum ſunt promoti, quia ex Apoſtolico illo decreto non diſpoſitum habetur, vt extrà huiuſmodi gremium electio ipſa fieri nequeat, quare ſequitur, vt quod prohibitum non fuerit, permiſſum cenſeatur, argum. leg. ſancimus, C. de appellat. adeò quod Apoſtolorum decretum, iuxtà quod commemoratur io cap. in nouo, 21. diſt. & cap. in nomine Domini 23. diſtinct. eum retineat ſenſum, vt ſi idoneus in Principem Eccleſię inter Cardinales eligendus non reperiatur, poſſit electio haberi extrà cœtum, & numerum ipſorum, cap. nullus 61. diſt. & cap. obitum, & cap.

cap. Metropolitano 63. diſt. vnde nulla eſt difficultas.

ARTICVLVS IV.

Iure diuino Cardinales eſſe inſtitutos.

NOn autem ex eo tantùm, quòd à diuo Petro Cardinales receptos fuiſſe comprobatur de iure diuino inſtitutum huiuſmodi cenſemus, cùm à canone diſponatur, vt de iure diuino illud introductum dicatur, quod antiqua lege figuratum ſit, & in recenti plenè conſummatum cap. decreris, 21. diſt. cap. humanum genus 1. diſt. & quamuis traditio Apoſtolica eius ſit virtutis diuo Auguſtino teſte lib. 3. de bapt. Paul. & docente Domino ſit tradita, vt ibi ea quæ non ſcripta ſeruat Eccleſia vniuerſalis, accepit ab Apoſtolis Chriſto docente. Hactenùs ille.

Videmus tamen, quòd quæ in ſola traditione Apoſtolorum conſiſtunt, à Papa Chriſtianæ Reipublicæ ſummo Principe, diſpenſatione Apoſtolica tolli & moderari; patet in Bigamis Apoſtoli Pauli auctoritate improbatis, 1. ad Timoth. cap. 1. ibi vnius vxoris virum, cum quibus tamen diſpenſatur auctoritate præmiſſa, citrà tamen, vt ad Cardinalatum promoueantur, Panor. in cap. at ſi clerici, extrà de iudic. Mart. Lauden. de Cardin. quæſt. 80.

Et eſt ratio, quia etſi D. Petrus cum Paulo fuerit paris vocationis ad Apoſtolatum, Petrus tamen fuit maioris iuriſdictionis, & dignitatis, capitulo in nouo vigeſimaprima diſtin. & in terria Dei vices tenuit, capitulo 2. de translat. Prælat. ſed non idem ſequitur in traditionibus Apoſtolicis vim promulgationis habentibus: cùm ſint à diuino iure inſtituta, ſuper quibus à Papa non diſpenſatur, cap. ſicut quædam 14. diſt cap. ſancti 15. diſt. 25. quæſt. prima, cap. ſunt quidam, cap. qui reſiſtit 11. quæſt. 3. cap. quæ ad perpetuam 25. q. 1. habetur exemplum de Sacramento extremæ Vnctionia Iacobi Apoſtoli traditione, in forma, & ſubſtantia Eccleſiæ exhibito, quandoquidem nonſola auctoritate ipſius Apoſtoli fuerit traditum Ia. cap. 5. ſed promulgatum, & colligitur à Domino inſtitutum Marc. c. 6. ibi vngebant multos ægrotos oleo, & ſanabantur, & huic traditioni Apoſtoli Iacobi conſtat vniformem eſſe traditionem Cardinalium à Diuo Petro Eccleſiæ exhibitam iuxtà huius textus expreſſionem hìc à Concilio factam, quam quidem diui Petri traditionem meram eſſe promulgationem patet, quia plus eſt facto, quàm verbo aliquid exprimere l. ſi tamen ſine culpa ff. de ædilit ædict. l. repræhendenda ff. de inſtitut. & ſubſtitut. conſtat enim Domini præceptum ad Petrum tu me ſequere. Ioann. cap. 11. ſicuti etiam palàm eſt Dominum duodecim Apoſtolorum congeſſiſſe Matth. cap. 10. l. cap. 3. Mar. cap. 6.

Quare Diuus Petrus ſicuti Domini præcepto monitus, non eſt veritus ſequi Dominum, vſque ad Crucem cap. Beati 2. quæſt. 7. etiam placuit imitari congregando aſſiſtentea ſibi, Redemptorem Dominum ſequutus, & ita decens fuiſſe videtur, vt Petrum Principis perſonam gerentem omnia tranſirent in eum, quæ Principi competunt. Bartol. in l. 1. §. In quibus ff. de leg. 3. & in l. 1. ff. de tut. dat. ab his, quod quidem manifeſtiſſimum habetur, oculorum acie admota ad id, quod Dominus vſque adeò extollere duxit Petrum, vt poteſtatis, ſibi tollendi peccata reſeruatam, eſt plenitudinem elargitus Petro maiorem quàm cęteris Apoſtolis Mar. c. 16. ibi, erunt ſoluta & in cœlia, quam ipſis Apoſtolis communicandam intendens, non dixit in cœlis, ſed in cœlo. Vndè Origenes huius dicti, rationemque diſtinctionis tradens, Apoſtolis, inquit, in cœlo, & non in cœlis ſicut Petro, quia non erant tantæ perfectionis, ſicut Petrus. Vnde Chryſoſtomus ſuper Act. Apoſt. ait c. 1. Petrus à Filio ſuper omnes, qui filij ſunt, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe, dicente Domino ipſi. Paſce oues meas, inter oues iſtas, & illas non diſtinguens, ſed vniuerſas eius oues commendat. Hactenùs ille. Vndè ſicut ratione illa, quod Diuus Petrus referret perſonam Domini, vt præfertur collegium Apoſtolicum, vt Domino aſſiſtens fuerat, ſibique mox eſſet, inſtituit, ſed etiam ea ratione, quia diuina exempla ſunt imitanda cap. qualiter, & quando ext. de accuſat. gloſſ. in cap. fin. 20. diſt. & 2. quæſt. 1. cap. Deus omnipotens, Panor. cap. afferte mihi, extrà de præſump.

Neque his reſiſtit, quòd exemplis non ſit iudicandum l. nemo. C. de ſentent. quia lex illa in exemplis diuinis limitatur, declarat Bal. in d. l. nemo, quia præceptum Domini vrget in contrarium, fore ſequendum inſinuat Ioan. cap. 13. ibi: Præceptum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & ità vos faciatis; non enim abſconditum D. Petro fuerat ſanctum Moyſen figuram Domini fuiſſe, in ipſoque Domino, vt figurato fuiſſe expletum, quando collegium Apoſtolicum erexit 72. quæ diſcipulos ei adiungendum, quemadmodum conſtat Moyſen ipſum relatum in executione ſacerdotalis officij Deo iubente ſibi applicaſſe Sacerdotes Læuitici generis, refert tex. in cap. per venerabilem ex. qui fil. ſint legit. Vnde ſi Moyſi vnius nationis tantùm regimini præfecto opus fuit tot decernere iudices, maiori quippe iudicantium numero, neceſſarium fuiſſe Domino, & eius ſucceſſoribus vniuerſo Orbi præfuturis, propterea Diuus Chryſoſtomus ſuper Ioann. capitulo vltimo dicit Iacobum localiter Dominus terminat.

Petrum autem totius Orbis ordinat doctorem, & magiſtrum, hæc ibi, & ſuper Act. Apoſtolorum capitulo primo, reiterato dixit Petrus à Filio ſuper omnes, qui filij ſunt, accepit poteſtatem, non quæ, vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe, hæc ille, quod regimen eatenus magni facere Moyſea conſueuerat, vt in mortis articulo poſitus Deum ſub huiuſmodi verbis exorabat, vt eſt num. cap. 27. ibi, prouideat Dominus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem iſtam, hæc ibi, ſed maius onus iudiciorum iniunctum fuiſſe Diuo Petro, & eius ſucceſſoribus declarat textus in cap. cuncta 9. quæſt. 3. ibi, cuncta per Mundum nouit

Eccleſia, de quorumlibet iudicare ſententijs, Pontificum ſedes Beati Petri Apoſtoli ius habeat teſolnendi, vtpotè, quæ de omni Eccleſia fas habet iudicandi, quia etſi ceteri Epiſcopi pariter indicandi poteſtatem habent, conſtat tamen non eadem plenitudine, qnam retinent ſucceſſores Petri, cùm in partem ſollicitudinis dumtaxat ſint vocati, & non in plenitudinem poteſtatis, capitulo decreto 2. qu. 9. Horum enim magiſtratuum varietatem Diuus Apoſtolus commemorat ad Epheſ. capitulo 1. ibi, vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecundùm menſuram donationis Chriſti, propter quod aſcendens in altum dedit dona hominibus, qnoſdam, & ipſe dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterij ædificationis Corporis Chriſti. Ex qua doctrina ſumitur, vt conſimilibus magiſtratibus in Eccleſia fungentes eos, vt quaſi humanis inſtitutis adinuentos non cenſeant, ſed vt cœlitus dimiſſos, iuxtà quod ab eodem Apoſtolo aliàs ad Hebræos capitulo 9. fertur, hæc omnia exemplaria ſunt cœleſtium. Vnde demonſtratur, vt qui ſunt Apoſtoli differant à paſtoribus, iuxtà quod eleganter oſtenditur à Cardinale de Turrecre. in ſum. de Eccleſ. lib. primo cap. 80. vbi oſtenditur, quòd Apoſtoli in primo eorum ſtatu, vt Domino fuerunt aſſiſtentes ante eius paſſionem, & Diuo Petro poſt Domini Aſcenſionem, muneris Cardinalium partes exercuerint, non ſecus quàm noſtri temporis Cardinales Papę aſſiſtentes munus huiuſmodi obire reperiantur, iuxtà rationem, de qua loquitur textus in capitulo fundamenta, de electionibus, in ſexto, quandoquidem Apoſtolos ipſos paſtorale munus non adijſſe liqueat, niſi poſt eorum diſperſionem, & receſſum à Diuo Petro, & ità decuit, vt antiquę legis figuratum per Sacerdotes Læuitici generis Moyſi aſſiſtentes ad populum Iſraeliticum regendum, vt Deuteronomij verba ſonant in noua lege compleretur in cœtu aſſiſtentium, primò Domino Redemptori, & deinceps Petro eius Vicario, & Petri ſucceſſoribus non ſecus, quàm à Lateranenſi magno Concilio declaratum reperitur in capit. per venerabilem, extrà qui filij ſint legit. vt ibi ait textus ſi difficilè, & ambiguum apud te eſſe perſpexeris iudiciũ inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & non lepram, & iudicum, videris iudicium inter portas tuas variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, hactenus ibi, hunc textum enucleare, quod in l. noua quod de Papa, & Cardinalibus ibi, præceſſiſſe apertè vnicuique ità patet, vt lucidus deſiderari non queat, etiam, quoad exponenda verba, ſenſumque ipſius antiquiuris legis, vt ibi, cùm Deuteronomium lex ſecunda interpretetur, ex vique vocabuli comprobatur, vt quod ibi diſcernitur, in nouo teſtamento debeat obſeruari, & infrà, locus enim quem elegit Dominus Apoſtolica ſedes eſſe cognoſcitur, cùm enim Petrus Vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo. Domine quo vadis? Reſpondit. Venio Romam, iterum crucifigi, quodque intellige pro ſe dictum ad locum ipſum protinus eſt reuerſus, & vlterius ait, ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis, qui in iure Leuitico, in executione ſacerdotalis officij exiſtunt, & infrà quæ ſequuntur, neque his verbis vim infert, quod textus allegatus non intelligatur de Cardinalibus, ex quo Papa non conuocet eos fratres, ſed filios, quia ſignanter Papa ibi, exprimit de Cardinalibus ſub nomine fratrum, quia eſt ratione Cardinalium Epiſcoporum conſidentium Cardinalium ordini Presbiteratus, & Diaconatus cum Cardinalibus Epiſcopis, capitulo quam graue, extra de crim. falſ. quia denominatio; vt iuris eſt, ibi ſumitur ex nobiliori ſubiecto, cùm Epiſcopi extrà ordinem Cardinalatus ſint præferendi, vt aliàs oſtenditur tam Preſbyteris, quàm Diaconis, vnde Papa ibi ſequitur, quod iure diſponitur, capitulo humanum genus, & lege prima ff. de acquirenda poſſeſſione, cui conſonat gloſſa in capitulo primo in verbo fratribus de offic. legat. & in capitulo fundamenta §. decet de elect. in ſexto, & capitulo benè quidem 95. diſtinct. Cardinalis in procemio Clementinarum, ſed Cardinales presbyteros, vel diaconos à Cardinalibus Epiſcopis ſeiunctos tunc filios Papa vocare conſueuit, vt per gloſſ. in dicto capitulo primo, de offic. legat. quæ tradit regulam, quòd vbi vniuerſitas aliqua congregatur ex magis, & minus dignis, denominatio fieri debeat à dignioribus, excepto tamen caſu, vt ſi in vniuerſitate quis dignior interueniat, non vt de illius corpore, vt patet, ſi in capitulo Canonicorum ſit aliquis Epiſcopus, nam tunc denominatio ab eo ſumi non debet, vndè Geminianus hanc gloſſam ſecutus in capitulo à collatione, de appellat. in ſexto dixit Canonicum in Vicarium Epiſcopi inſtitutum, teneri ad ſedendum in capitulo, vt Canonicũ non autem, vt Vicarium: huic ſententiæ fuit conformis deciſio Baldi in lege ſi quando. C. de appellat. ſuper caſu ſi Rex ferat ſententiam, vt Comes, à tali ſententia eſt appellandum ad Ducem. tamquam à ſententia Comitis, & non ad Regem, facit gloſſ. ſuper pręmiſſis in procemio ſexti, in ver. filijs, adeò, vt circa motam difficultatem non ſit ſubſiſtendum, vt Cardinales ibi, ſub nuncupatione fratrum, vt præfertur comprehendantur, quos quidem à ſucceſſoribus Diui Petri creari ſolitum fuiſſe veluti de Diuo Lino legitur decem, & octo Presbyteros, & vndecim Epiſcopos creaſſe, Anacletum verò Apoſtolos imitatum act. cap. ſexto, ſeptem diaconos Cardinales inſtituiſſe refert Godefridus Epiſcopus Viterbienſis ſcriptor illorum temporum magnæ auctoritatis, cui fidem eſſe adhibendam veluti alijs hiſtorias conſcribentibus, & eſt doctrina Barthol. in lege prima ff. ſi certum petatur, & in lege Gallus §. final. ff. de liberis, & poſthumis, gloſſ. in capitulo primo, octuageſimaquarta diſtinctione, & capitulo ſicut, decimaquinta diſtinctione; quare Bald. ſacrorum canonum maximus obſeruator dixit Cardinalium Senatum eſſe diuinum, vt in eius tractatu de ſchiſmat. ſub rubr. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. latius apparet per textum in cap. in nomine Domini. 23. diſtinct.

Prætereà Cardinales diuinitùs eſſe inſtitutos, etiam ratione oſtenditur, quia ex humanis

manis

manis obſequijs Domino in carne præſtitis priora, & potiora fuiſſe cenſetur, quæ ab Apoſtolis ipſi Domino aſſiſtentibus præſtita eſſe legimus ad imitandum Sacerdotes Leuitas, quæ quidem eidem Domino grata admodum fuiſſe, vt memoriæ retinere præſeferret erga eoſdem Apoſtolos tamquam milites emeritos Luc.capitulo vigeſimoſecundo ibi, vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vbi gloſſ. ſubdit Eccleſiæ militantis, vt ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Circa quæ verba animo verſandum eſt, quod ex ore Domini his verbis procedentibus conſtat Apoſtolos ipſos non dum in Epiſcopos fuiſſe promotos, quia ad Epiſcopatum nullus Apoſtolorum immediatè eſt à Domino vocatus, excepto Diuo Petro, Domino ad cœlos aſcendere instituenti. Ioannis capitulo vltimo, à quo Petro alij Epiſcopi ſunt inſtituti, vt conſtat de Iacobo Alphæi in Hieroſolymarum Epiſcopo conſecrato, vnde eſſe videtur, vt præter id, quod actus Domino aſſiſtendi præceſſerit, epiſcopatum, quod vt quid dignius eorum munus ſic præferendum Epiſcopis, vt prius inſtitutum, quando ante paſſionem, Domino, vt præfertur continuo obſequio fuerunt aſſiſtentes, vt ſequatur iuris diſpoſitio, quòd inſtitutio præcedens veniat præferenda, capitulo primo de maioritat. & obedient. Vndè nimirum ſi Diuus Auguſtinus in c.quamquam 2.diſt.q.7.eius fuerit ſententiæ, quòd Hieronymus ipſomet Auguſtino maior cenſeretur, vt ibi quamquam ſecundùm honoris vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopatus maior ſit, tamen in multis Auguſtinus Hieronymo minor eſt, quia ideò a Diuo Auguſtino hæc dicta ſunt cùm ſibi ignotum non eſſet Hieronymum eſſe Cardinalem, nec ſimiliter ſanctiſſimo Epiſcopo fuiſſe abſconditum Eccleſiæ ritum, vt qui maiori onere grauaretur maioris dignitatis quoque priuilegio ornatus cenſeretur, prout eſt exemplum in Archidiacono, & in Archipresbytero, conſtat enim Archipresbyterum eſſe caput Presbyterorum, ſicut Archidiaconum Diaconorum, qui ſunt inferiores Presbyteris, & tamen ex grauiori cura poſita in Archidiacono, ideo vt dignior præfertur Archipresbytero, capitulo per lectis, vigeſimaquinta diſtinctione, capitulo primo, ext.de officio Archipresb. patet etiam in Diuo Petro, qui eadem ratione maioris adminiſtrationis, vt dignior præfertur cæteris Apoſtolis, capitulo puto, decima diſt.quæſt.ſexta, quamuis Apoſtoli, quo ad Apoſtolatum, & conſecrationem Diuo Petro eſſent pares, ſed minores Petro fuerunt ob Petri iuriſdictionem, & maiorem dignitatem, capitulo in nomine Domini, vigeſimatertia diſtinctione, & capitulo in nouo, diſtinctione vigeſimaprima, idem patet in Patriarcha, vel Primatu erga Archiepiſcopum, & in Archiepiſcopo erga Epiſcopum, & in Epiſcopo erga Sacerdotes ſecundi ordinis, quia, & ſi quo ad ordinem Epiſcopalem, vel conſecrationem, tamen vnus alteri præeſt intuitu maioris curæ, & iuriſdictionis, cùm ſuperior ſit, & dignior qui iudicat, quàm qui iudicatur, capitulo inferior, vigeſimaprima diſtinctione, igitur, quia Cardinales cum Papa, velut eius corporis membra, in plenitudine poteſtatis inſtituantur, Epiſcopi verò in partem ſollicitudinis, capitulo decreto, ſecunda diſt.quæſt.ſeptima, ſequitur, vt iuxtà Auguſtini ſententiam Epiſcopi ſint Cardinalibus minores, vt ipſorum iudices, & his Diui Bernardi ſententia fauet in lib.de conſiderat.ad Eugenium Tertium, de Cardinalibus, ità loquitur, vt ibi, hi quoque, qui ſibi continuò aſſiſtunt Seniores Populi Orbis iudices, alio prætereà medio præſefertur Cardinales à iure diuino inſtitutionem ducere. Pſalmo quadrageſimoquarto, ibi pro patribus tuis, ideſt, Apoſtolis: nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, nam, etſi verba hæc multoties reperiantur ſumpta, vt à Regio Propheta de Epiſcopis vaticinium præbeatur, videtur tamen de Cardinalibus ſenſum colligi poſſe, quia iuris eſt, vt legis diſpoſitio ad eum ſenſum ſit adaptanda, ad quem legis verba adaptari poſſunt, lege quarta in principio ff.de damno infecto, Barthol. in lege ità tamen ff.de adminiſtrat.tutorum, præſertim ratione maiori prædominante, quia conſtat de mente Ariſt. iuxta quod refert Archid. in capitulo placuit, decimaſeſta diſt.quæſt.prima, vocabulum ab ethymologia deriuans eſſe veriloquium, vnde ſi princeps ex eo intelligatur, quod quaſi primum locum capiat, vt per gloſ. in capitulo fundamenta §. proinde electíon. in ſexto. Lucas de Penna in lege prima C. de prin.agen.libro duodecimo, ſequitur, quod in præallegato Pſalmo de Cardinalibus ſit intelligendum, qui in Eccleſia primum locum iudicandi, & regendi, eminentiorique dignitate reperiantur, quàm Epiſcopi, cùm illi particulares Eccleſias, Cardinales verò vniuerſalem regant, ſæpiuſque contingat, vt Epiſcopi à Cardinalibus vnà cum Papa iudicentur, præſertim præallegatum intellectum ſibi locum vindicare videtur habita ratione, quòd in Eccleſia vnus Princeps diuinitùs inſtitutus habeatur, qui eſt Papa Dominici ouilis cuſtos, & paſtor. Ioann.capitulo decimo, ibi, vnum ouile, & vnus paſtor.

Nec ſit ab hæreſi procul, qui in Eccleſia pluralitatem Principum ponendam cenſeat, capitulo ſecundo, vigeſima ſecunda diſtinctione, capitulo loquitur, vigeſimaquarta diſt.quæſt.prima, neque his reſiſtit, ſi replicetur, vt idem contingat in Cardinalibus, quia Cardinales ſunt membra Papatus, & pars corporis ipſius Eccleſiæ Principis, ad eundemque rectitudinis ſcopum cum eo tendentes, capitulo bonæ, extrà de poſtular. prælat. hacque ratione regiminis conſtat eos Reges nuncupari, Hoſtienſis in capitulo dilectis, el primo extrà de præben. quia cum Papa regunt Mundum.

Vltrà hactenus deducta, iuris diuini inſtitutionem habere Cardinales demonſtrat textus myſtico ſenſu ſumptus, ex libro Apocalypſis, capitulo quarto, ibi, ſedes poſita eſt in cœlo, ideſt, Apoſtolica in Eccleſia militante, & ſupra ſedem ſedens, ideſt, Romanus Pontifex, & in circuitu eius ſedilia vigintiquatuor ſeniores, ideſt, Cardinales, ſedentes ornati ſtolis albis, & in capitibus eorum omnes coronæ aureæ, quam figuram

referri ad Dnminorum Cardinalium cœtum eleganter demouſtrat Cardinalis de Turrecrem ata, in ſumma de Eccleſia libro pimo, capitulo octuageſimo, in primo correlario ſub his verbis videlicer, vbi Domini Cardinales non ſolùm throno deſcribuntur ob officij digniiatem, quia dicuntur in circuitu Apoſtolici Throni ſedere, vtpotè conſilia eius cõſiliarij, & coadiutores ſupremi Pontificatus; Sed etiam deſetibitur, quid illis in eorum dignitate requiratur, debent enim Cardinales habere diſeretionis maturiiatem, in hoc ouod dicuntur ſeniores. ſecundò animæ rranquillitatem io hoc, quod dicuntur, tettiò viiæ puritatem in hoc, quod dicuntur ſtolis albis ornati, quartò ſapientiæ claritatem in hoc, quod deſcribuntur habere coronas aureas. Huneque textum præmiſſam habere expoſitionem non videtur hæſitandum, habita ratiooe, quòd intelligentia dictorum ſit ex cauſis ſumenda: quia non ſermoui res, ſed rei ſermo eſt ſubiectus, capitulo intelligentia extrà de verb. ſignificat. conſtare enim manifeſtè colligitut Stnatum à Senibus eſſe dictum, teſte Bud. in adnoration. ad pand. l.fin. ff. de Senatuſcon. Lucas, de Pen. in lege omnes, colum. 4. C. de decurionibus. Arcbid. in cap. Senatuſconſultum, 11. diſt.

Nec Senioresità oaturali Senio in hne ſenſu deſignantur, ſed Seniorum prudentia, attento etiam quòd Seniorum verbo conſtat Presbyteros comprætendi, quod nomen prudeotiæ cauſa ſumitut in huiuſmodi ſenſu, ſicuri conſtat Abraham ſumma eius prudentia mediante Presbyterum quoque nuncupatum eſſe Archidiac. 84.diſt. ex quo à communiter contingentibus Seniotes Iunioribus ſint prudentiores, vr de extmplo cooſtat Regis Roboam, tertio Regum lib. cap. 12. qui reiecto Seniorum conſilio, & Iuniorum approbato regno ſuo reiectus fuit vnde Bald. in cap. 1. de tenunciatione ait.

Plus valere vmbram Senis, quàm gladium iuuenis, nec niſi neceſſitate Senatum apud Romanos fuiſſe inſtitutum conſtar, l. 2. §. deindè, ff. de origine iutis, lege illicitas, §. finali, cuius, & ſi ſemper maxima eſſet auctoritas, vt reſert Panormit. in capitulo cunctæ, extrà, de re iudicata. Imperatortm tamen Senatores non eligebant, vti Cardinales Papam eliguot, capitulo in nomine Domini vigeſimatertia diſtinctione, capitulo per venerabilem, extrà qui fil. ſint legit.

Quare ſeoſibus præmiſſorum ſingulis ſuo loco poſitis ex textu Apocalypſis ſuperiùs deducto colligitur, quantum à veritate abierint ſentientes Eccleſiæ Senatum de iure poſitiuo fuiſſe adinuentum: noo habita ratione, quòd diuinitùs introducta ſemper firma, & immutabilia petmaneant.

Nam ſicut Eccleſiæ ædificium perpetuum eſt,ità Eccleſiæ Senatus, ipſius Eccleſiæ, vt potiſſima pars eiuſdem, eſſe demonſtratur, & ſicut ab initio ſurgeotis Eccleſiæ neceſſarium opus extirit illius Senatorum, ità vſque ad fututa ſecula permanſurum fore cenſendum eſt: quia eurum à parte diſcrepare non debet, l. eum qui edes, ff. de vſu cap. patet enim ſacerdotium ab ipſo Senatu dependeos eſſe æternum. Pſalm. 109. ibi, Tu es ſacerdos in æternum, ſicut etiam æternum eſt Eccleſiæ ædificium, pſalm. 126. ideò quatenus in ſupra inducto texru Apocalypſis exprimitur de ſede poſita in Eccleſia, & Seniotiobus ſedentibus in vigintiquatuor ſedibus, & quod ex natura verbi illius Seniorum permixtim colligi queat tandem ſacerdotibus, qui nomine Seniorum comprætenduntur in Presbyteris, & quod etiam referatur ad prudentiam in ſacerdotibus conſimilibus requiſitam, nec non ad Senatum, qui prudentia velut Seoium componitut: ſequitur neceſſariò vt textus in c. Eccleſia, decimaſexta diſt. qu. 1. qui fuit editio Diui Hierooymi loquatur de Senatu iure diuino imitationem Seuium Moyſi aſſiſtentium inſtituto, cùm eadem ratio, quæ militat in Eccleſia diuinitus inſtituta ſequatur in eius Senatu, argument. l. quæ de tota, ff. de rei vendicatione, & quod ius diuinum non abhorreat conſilia plurimorum demonſtratur. Prouer. capit. 9. vt ibi dicitur, vbi ſuot multa conſilia, ibi ſalus. Cardinaleſque eſſe præfectos conſultationibus Eccleſiæ neceſſarijs, demonſtratur auctoritate Diui Gregorij, in capitulo Eccleſiaſticis, 12. qu. 11. vbi Catdinales Conſiliarios nuncupauit, vt ibidem. Theodorum Pyrrhum eloquentiſſimum Couſiliatium noſtrum & cap. in parochia. 16. quæſt. 1. & cap. conuenientibus, prima diſt. quæſt. 7. cap. fundamenta, §. decet, de electiooibus, in ſexto, & tantò magis hoc verum eſſe cenſetur, quòd coadiutores ſacerdotalis officij reperiantur dicto cap. fundamenta, & cap. per venerabilem, §: rationib. ex. qui fil. ſint legit. attento etiam quòd, vt ſancti ſancta pertractare debeant veluti in text. præmiſſo exprimitur ibi, amicti ſtolis albis propterea in ſacerdotali ordine conſtituti, Deo animas ſimul, & corpora dicarunt, cap. cui portio, 12. quæſt. 1. adeoque Cardioales Deo dicati ſunt, vt exempti, & immones reperiantur, ab omni terrenorum Principum poteſtate, ſunt exempti, vſque adeo vt Cardinales tamquam ſacerdotes, ſior Principum patres, & magiſtri, cap. quis dubitet, 96. diſt. & ità conueniens eſt, vt terrena diuinis ſubijciantur, cap. ſuſcipitis, 10. diſt. nec infici queat. Cardinales in Sacerdotali ordine eſſe conſtitutos, cùm ad id muneris nullus adſumatur, qui ſaltim ad Diacouatus ordinem non promoueatur gloſs. in Clementina, vt his, de ætate, & qual. ordinandorum, quorum motes, & inoocentis vitæ præſtantia pariter requiritur, ex ipſa ſacerdotalis dignitatis promotiooe, cap. licet, 8. qu. 1. ibi, qui præſtantior, ex omoi populo, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentiot, Sacerdos eligatur. Propterea io præallegato Apocalypſis teſtu dicitur ſtolis albis, ſumpta Metapbora, ad candorem animi, virtutumque copiam.

Poſt hactenus deducta ad comprobationem, diuinum Cardinalium inſtitutum, adminiculantur verba Cantici Annæ illius ſanctiſſimæ vatis Diui Samuelis matris, vbi ait. Domini ſunt Cardines, & poſuit ſuper eos Orbem. Cuius Cantici ſeriem, quia ſuperiùs in examinatione nominis Cardinalium quatenus ad huius nominis ſenſum attinet explicare placuit, aliqua haud inutilia his vltra nomen concernentia huius atticuli comprobationem ſunt diſcutienda.

Et primò conſideratur ibi, quatenus hnc opus Cardinum adſcribitur Domino, quia ibidem dicitur. Domini ſunt Cardines, iſta qualitas verificatur habita ratione Collegij Apoſtolici à Dominn ipſo conditi, & inſtituti, cum in Principatu Moyſis, quo ad figuram, cùm etiam, quatenus Apoſtolatus fuit eidem Dominn aſſiſtens, quo ad veritatem, non ſecùs quàm ex Concilio magno Lateranenſi ſæpiùs allegato in dicto capit. per venerabilem, §. rationibus, ex qui fil. ſint legit. demonſtratur.

Deinceps ponitur terræ, vbi Cardinalium iura ad vniuerſi Chriſtiani Orbis curam extendi innuitur, quia ſicut Papa eſt Orbis Epiſcopus, iuxtà Chalcedonenſis Concilij acclamationtm ad Leonem Papam ibi. Sanctiſſimus Apoſtolicus, & Oecumenicus, ideſt vniuerſalis Patriarcha per multos annos viuat. Attento, quòd dictio hæc terræ referatur ad homines quorum incolatus eſt in terra & ſic ad illorum patrias. Bald. in l. manifeſtiſſimis, in vltima columna, verſ. quod dixi. C. de teſtamentis eleganter declarat, adeò quod non ad meram terram referatur, prout eſt vnum ex quatuor elementis, ſiccum, frigidum, graue, & immobile, ab ipſo Deo prima creationis die, & non ante in eſſe deductum, Damaſceno lib. 11. cap. 9. ita referente, quia ſumpta terra in hoc ſenſu nihil importaret, vnde vt præfertur ſumi debet, cùm verba ſint adaptanda ad intellectum validum, & ad perſonas, de quibus exprimitur, ſecundùm eorum conditionem ſenſit Bal. in l. quoties, 2. colum. verſ. quæro ſi pater, C. de hęredibus inſtituendis quare ſequitur, vt ſicut Papa reperiatur Epiſcopus, & Paſtor totius Orbis terrarum, ſequitur vt Cardinales, velut cum Papa commiuiſtrantes, Cardinum munere fungantur erga mortales, ad animarum ſalutem perquirendam, quia ſunt coadiutores Papæ in execurione ſacerdotalis officij, vt hnc eodem art. eſt oſtenſum, & ità verificatur ſenſus verborum, Domini ſunt Cardines terræ.

Alia ratio pariter non deſideratur, ad demonſtrandum pręmiſſi Cantici textum, referri ad Cardinales, ſumiturque ex verbis immediatè ſequentibus, ibi poſuit ſuper eos Orbem, ideſt Mundum, ità refertur ſpec. de reſ. præſent. §. 9. verſ. quod vexatur, Mundus maior eſt Orbe ibi pro Mundo Orbem eſſe poſitum declarat Pſalm. 44. ibi in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum, ſicque ſumendum fore pariter docet Pliniana ſententia in prooem. 3. lib. terrarum Orbis vniuerſalis in tres diuiditur partes, & à Dino Petro Can. 1. cap. 3. pro ipſa Eccleſia ponitur, vt aliàs dictum eſt, vt quorum inſuper eſſe totius Orbis iudicac vnà cum Papa eſt, cap. 3. per venerabilem ex. qui fil. ſint legit.

Vnde illa vox Orbem ſumenda etiam videtur ad imitationem Iuriſconſulti in l. in Orbe, ff. de ſtat. hom. ibi Romanus Orbis ſumitur pro dictione Romanæ Ciuitatis, vel exponi debet, poſuit ſuper eus Orbem habito reſpectu ad Orbis regimen, quod à Cardinalibus pendens eſſe videtur, ſuper Papę electione, à qua poſt Deum pendet Chriſtiaui Orbis ſalus, cap. ſi Papa 40. diſt.

Sed rectiùs ſentiendum videtur, vt dicta vox, Orbem, ità ſimpliciter prolata referatur ad Orbem Eccleſiæ, vel fidelium, tamquam ad Orbem digniorem, & principaliorem, cùm ad infidelium, vel paganorum Orbem, vt quid minùs, vel viliùs referri nequeat, quia nihil ad Eccleſiam attinet de his, qui foris ſunt, cap. multi, ſecunda diſt. q. 1. quare referri ad nobiliorem Orbem Eccleſiæ, vel fidelium magis videtur, eſt argum. in l. prima, ff. ſi age. emphyr. pet. l. 1. §. Biduum. ff. quan. appell. ſit, & ità ſequitur Io. Iab. in §. ſed ius quidem ciuile, inſtitutionibus, de iur. nat. gen. & ciuil. per illum text. quod legatum factum Eccleſiæ non debetur proximiori Eccleſię, teſtatori, vt Authen. de Eccleſ. tit. §. t. & leg. quæ conditio, §. 1. ff. de cond. & demonſt. ſed factum intelligi debet principali, vel nobiliori Eccleſiæ illius ciuitatis, vel Diœceſis, veluti etiam ſi committatur cauſa officiali, nomine non expreſſo: cenſetur commiſſa principaliori Clem. & ſi principalis de reſcr. & ſic Orbem intelligendum eſſe videtur, adeò vt de Chriſtiano, vel Eccleſiaſtico Orbe ibi loquatur, ſicuti huic ſenſui conuenire videtur, ex quo in hoc loquendi genere de Cardinalibus explicando ſimpliciter eadem ſublimiori moderatione pręmiſſa intelligi oporteat, adeò vt ſit ſenſus, quòd à Cardinalibus cum Papa Chriſtianus Orbis ſubſtineatur, quandoquidem Papa decenter inter Cardinales ipſos ſe connumerat. Archid. in cap. ſacroſancta, 22. diſt., quia totum à ſua parte non diſcrepat, d. l. eum qui ædes, ff. de vſu cap. c. ſuper quæſtionum de reſcript. cap. fœlicis de pœnit. in 6. nam vt aliàs ſæpiùs deductum eſt, Cardinales ſunt pars corporis Papæ.

In ordine quoque Cardinales diuinitùs inſtituros præfertur, quia Eccleſia militans, conformis reperitur Eccleſiæ triumphanti, ad imaginem enim Dei creati ſumus, 33. quæſtion. 5. cap. hæc imago, nam iuxtà Dionyſium de cæleſti Hierar. capit. 5. tres ordines aſtantium Angelorum motori illi ſummo refertur eſſe, quos Eccleſiam repræſentare patet, vt ab eodem aſſeritur, cap. 6. ſi alios tres ordines diuinitùs inſtitutos traditur Eccleſiæ militanti, miniſtrantes, ſcilicet Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, quorum Papæ eſt aſſiſtere ex cœtu Cardinalium conſtat, vt exempla tum exemplo virtualiter correſpondeat, l. in teſtamento. *la grande*, ff. de cond. & dem. Bal. in l. omnia priuilegia. C. de Epiſ. & cler. Archid. in cap. ſi Papa de priuil. clarum eſt Eccleſiam Paradiſo eſſe adæquatam, & flumina indè prouenientia comparari Baptiſmo, cap. Eccleſia de conſecr. diſt. 4. & dicitur Paradiſus quaſi parans Dei viſum, quia facie ad faciem ibi Deum videbimus, 1. Cor. cap. 13. quod exemplatum conſtat ex iure diuino eſſe imitandum, iuxtà illud Exod. capit. 18. ibi. Vide, & fac omnia ſecundum exemplare. Quod tibi monſtratum eſt in monte. Vnde Apoſt. ad Heb. cap. 9. ait, omnia hæc exemplaria ſunt cæleſtium.

Quare ſicut præmiſſum eſt Angelorum altiſſimo aſſiſtentium ordines diſtinctos fuiſſe aſſeritur, vt alij ſint Seraphin, quibus referuntur Epiſcopi Cardinales, qui vltra alios, inſigniori gradu erga ſummum motorem eſſe

de-

debent, ſicut in ſecundo ordine ſunt Cherubin, qui à Presbyteris Cardinalibus repræſentantur, qui ſapientia, & prudentia pollent maxima, ad hos, quos repræſentant, imitandum, tertio ordine habentur Throni, qui à Cardinalibus Diaconis ſunt relati, quouiam eſt, ità iuſtitiæ, & rectitudinis candore ſublimari, vt in his quantum Eccleſiæ ſplendorem exhibeant, opere mediante dignoſcatur.

Quorum aſſiſtentium ſicut diſtinctos conſtat eſſe, ordines, ità diſtinctas eſſe virtutes, Diuus Dionyſius lib. de cœleſti Hierar. cap. 6. eleganter commemorat alium videlicet ordinem Diaconorum eſſe purgatiuum, ratione habita ad antiquorum Diaconorum munus, quorum fuit fidelem populum purgare, reijciendo impios à fidelibus, & ait Preſbyterorum officium eſſe illum natiuum, quia Sacramentorum virtute homines ex tenebris ad lucem reuocantur, ſicuti munus perfectiuum ab Epiſcopis exercetur, vel quia ſunt ordinum capita. Archid. in cap. quia, 5. diſtinctione, vel modò, quia eorum iura ſunt eis ſubiecti, ad quæ Dei ſunt opera eorum inducantur, & ſint præordinatores omnium ad Eccleſiam pertinentium, cap. prælectis, 25. diſt. cap. omnes Baſilicæ & cap. nullus 16. qu. 7.

Quare premiſſa, quibus arguitur Cardinales, diuino iure eſſe inſtitutos, tam in veteri, quàm in recenti lege, nullam retinere hæſitationem, præfefertur etiam, quia Dominum proprijs actionibus ſingulos ordines ab oſtiariorum munere vſque ad illud Epiſcoporum obijſſe dignoſcitur, refert Archid. in d. cap. perlectis, 25. diſt. Card. de Turrecrem. in cap. cletos, 12. diſt. num. 10.

Vnde rerenta ratione, vt Dominus ſatiùs curam adhibuerit, vt eſſent, qui magis ardua Eccleſiæ curarent, aſſiſtentes ſibi Apoſtolos ideò inſtituerie, vt Cardinales eius Vicario aſſiſtere videmus, vt vbi maiora poſſent inſurgere pericula, ibi cautiùs conſuleretur, cap. vbi periculum, de elect. in 6. cap. vlt. 7. qu. 2. l. 1. §. ſed ſi quis, ff. de carb. ediſ. l. ne cauſas, C. de appellat. & ità militantem Eccleſiam, ad imitationem triumphantis componere decuiſſe, palam eſt, vbi liquet maiores minoribus diuina ſubminiſtrare, capitulo quia, 89. diſt. propterea D. Bernard. ad Eugen. III. in lib. de conſid. ait non vilem reputes hanc formam, quæ in terris eſt, formam habet in Cœlo, vt ait hæc, qui dicebat, vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, hæc ille; quia Eccleſiæ ordines diuerſi, diuerſa etiam officia exercent, & non idem, nam quæ à Deo inſtituta ſunt, ordinata Deut. cap. 32.

ARTICVLVS V.

Obiecta contra Dominorum Cardinalium inſtitutum, quò minùs dicantur eſſe de iure diuino, non ſubſiſtere comprobatur.

DVm itàque ex parte impiorum obijcitur Epiſcopos dignitatis ratione eſſe præferendos ſingulis alijs Eccleſiæ ſacerdotibus, cùm in Eccleſia ſupremum Ordinem retinere dicantur, cap. cleros diſt. 21. ad hoc reſpondetur illud procedere quo ad ordinem Epiſcopalem, vt videantur inſigniores, ſed non procedit, quoad adminiſtrationem: paret in Archipresbytero, qui licèt ſit dignior quo ad ordinem Archidiacono, attamen Archidiaconus ratione maioris adminiſtrationis præfertur Archipresbytero, ſicuti etiam dicitur de Diuo Petro, qui licèt eſſet par cæteris Apoſtolis in conſecratione, & Apoſtolatu, tamen maior cæteris Apoſtolis fuit adminiſtratione, & dignitate, cap. puto, 11. quęſt. 7. vt etiam de Archidiacono liquet in cap. prælectis, 25. diſt. hoc idem demonſtrat tex. in cap. quamquam, 11. qu. 7. ibi Diuus Auguſtinus ait, quamquam Epiſcopatus ſit presbyterio maior, ſcilicet, ordine Auguſtinus tamen Hieronymo minor eſt, ſcilicet adminiſtratione, & dignitate, & hoc dicitur, quia Hieronymus Cardinalis fuit, & adminiſtratione maior, quàm eſſet Auguſtinus. Archid. in d. cap. quamquam, quia Diuo Auguſtino non fuerat ignotum Cardinales cum Papa iudicare de Epiſcopis, maioremque eſſe iudicem, quàm qui iudicatur, capit. inferior, 21. diſt. vt in cap. quoniam 24. qu. 1. opponitur, & ſecundò, vt Eccleſiæ miniſtros eos cenſeri oporteat, qui lege veteri figuram receperunt, & in lege recenti pleniùs declarantur, cap. de cunctis, 21. diſtinct. ſed quia Cardinalium tam veteris, quàm recentis legis nullum ſit verbum patet à iure diuino nullam iudicis inſtitutionem.

Reſpondetur hoc nihil adminiculari ſtante diſpoſitione magni Lateranenſis Concilij, in cap. per venerabilem, §. rationibus, ext. qui fil. ſint legit. vbi demonſtratur Cardinales ipſos referre Sacerdotes Leuitici generis Moyſi aſſiſtentes, coadiutores regiminis filiorum Iſrael, præſertim attento quod in lege noua Domini propria actione inſtitutum fuerit, Apoſtolos ſibi aſſiſtentes fore, ante eius Aſcenſionem, ſicut, & Diuo Petro eoſdem Apoſtolos poſt ipſum Domini aſcenſum aſſiſtentes fuiſſe, apud Apoſtolorum acta legitur, adeò vt innoteſcere videatur, Cardinales Epiſcopalem ordinem præceſſiſſe, & propterea alijs honore præponendos fuiſſe, qui in inſtitutione pariter præceſſerant, c. 1. ext. de maioritate, & obedientia, cùm Apoſtoli priùs Cardinales, quàm Epiſcopi fuiſſent.

Tertio exemplo proponitur nihil eſſe inſtitutum à Domino, cuius nomen tempore, quo in terris verſabatur non fuerit, ſed illud

no-

nomen Cardinalium eo tempore cùm prolatum non reperiatur, ſequitur, vt ab ipſo Domino inſtitutum non habuerint.

Quia reſpondetur eſſe emptam oppugnationem, quoniam etiam de Papa nullum verbum pariter legitur prolatum, etſi luce clariùs liquet Diuum Petrum Papam à Domino eſſe inſtitutum. Ioan. cap. vltimo, ibi paſce oues meas, ſed iſtud, quod nomen huiuſmodi expreſſum non legatur, ideò contigiſſe videtur, quia in modico fidelium cætu, vt eo tempore, de quo præmittitur Pontificalis dignitas vnicuique fidelium, ità innoteſcebat, vt de nomine non curaretur, quandoquidem de re ipſa palam eſſet, vt de mente Tullij refert Claudius Cant. in tract. de iud. c. 3. vt etiam patet de nominibus Patriarcharum, & Archiepiſcoporum, quorum inſtitutio, ſicuti nominum quoque expreſſio originem duxit, vt præfertur, à Diuo Petro, etſi Epiſcopalis dignitas, & ordo in Diuo Petro locum primitùs, & ante alios habuerit Ioann cap. vlt. & ita atteſtatur diuus Clemens in capitulo in illis, 80. diſt. ſicuti etiam liquet de fidelibus, qui licèt Chriſtum colerent, non tamen Chriſtiani appellati ſunt, niſi poſtquam diuus Petrus Antiochiæ Sedem habuit, art. cap. 14. quo tempore neceſſaria fuit expreſſio nominis Chriſtianorum, cum multiplici quantitate ita reperirentur, vt vix fideles ab infidelibus dignoſcerentur, quandoquidem ante huius nominis exordium fratres appellarentur, vel fideles. Non reſiſtit quartò, quod opponitur, vt Epiſcopi in digniori, quàm ſine Cardinales, ſtatu reperiantur, & perfectiori ſtatu conſiſtere Epiſcopi iuxta Dionyſij ſententiam in libro de cœleſti Hierarchia, cap. 5. vnde cenſetur Cardinales ſicuti Regulares non reperiantur in huiuſmodi ſtatus perfectione ergo, &c.

Reſpondetur, quòd ratio hæc non reſiſtit, quia etſi Epiſcopi ad perfectionis ſtatum ſint ita promoti, vt aliorum dicantur perfectiores, nòn tamen Dominorum Cardinalium, muneris ratione habita hoc ſimpliciter procedit, cùm ſatiùs in Dominis Cardinalibus hæc ſtatus perfectio requiratur, vt in Iudicibus totius Orbis, & qui ſunt pars corporis ipſius Papæ, cap. fœlicis de pœnitent. in 6. tum quia Papa eſt omnium perfectior, tum etiam quia virtute, & morum probitate eum ſingulis de Eccleſia præſtare oporteat, & ita diuus Bernardus cenſuit in libro de conſider. ad Eugenium Tertium, vbi de Dominis Cardinalibus loquens ait ibi, hoc tibi perſuade, vt qui admittendi ſunt difficile incuria poſſe probari, & ideò ſi fieri poteſt, viros probatos oportet eligi, & non probandos, & ita quærendi ſunt, ſanè quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vtpotè iam perfecti, quare etiam ad ſenſum patet, quia magis ardua eſt Dominorum Cardinalium diſcutere, quàm Epiſcoporum, & propterea ſatiùs in perfectionis ſtatus iure debeant verſari.

Quartò non obſtat ratio, qua impugnatur inſtitutio Cardinalium diuinitùs facta, cùm dicitur Cardinales à beato Pontiano originem duxiſſe, qui à Chriſto nato fuit in ſede anno 221. quia hoc incerto auctore inducitur, eſtque contra hiſtoriam Godæfridij Viterbienſis Epiſcopi antiquiſſimi ſcriptoris, qui atteſtatur diuum Anacletum Papam, & martyrem Cardinales ſeptem Diaconos promouiſſe, qui poſt Petrum ſedit quartus, & repugnat etiam Concilij Stephani Papæ determinationibus hoc noſtro præſenti Canone, redarguitque etiam ſanctiſſimos viros Petri ſucceſſores, quòd vſque ad ea tempora diſtulerint inſtitutum Domini exequi, necnon figuras antiquioris legis, adeò quod talis impugnatioità ſordida eſt, vt nulla veritate ſubſiſtat: & eſt etiam contra iura Lateranenſis magni Concilij, cap. per venerabilem, extra, qui fil. ſint legit. ſed etiam, quod maius eſt, reſiſtit exemplo, quod ſequi oportuit, Domini Redemptoris in cœtu Apoſtolico, quandoquidem exempla magis, quàm verba operentur declarat Durand. in tract. de modo Concilij celebrandi, rubr. 3. num. 3.

Sextò reſiſtitur alio medio, quòd nullibi reperiatur diuum Petrum poſt Apoſtolorum diſperſionem aliquos ſibi aſſiſtentes habuiſſe, vt Cardinales referre potuerit. Quod eſt falſiſſimum, & Petri prima Canonica, c. 5. contrarium demonſtratur ibi, ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coelecta, & Marcus filius meus, quia conſtat hanc Eccleſiam fuiſſe cœtum virorum ad ſacerdotalem ordinem promotorum, vt ea virtute illius verbi coelecta declarat gloſ. ad Rom. cap. vlt. ibi, ſalutate mihi Ruffum electum, & matrem eius, vbi gloſſ. examinans quare filium Apoſtolus matri prætulerit, ait, quia filius ad ordines ſacerdotales erat promotus, vndè ſequitur, vt illa Eccleſiæ prolatio non differat à ſignificatione tradita ex forma canonis in c. cum Clerici, ext. de verb. ſign. vbi appellatione Eccleſiæ veniunt Canonici, qui eamdem Eccleſiam per Epiſcopi obitum repræſentant, & tantò magis hoc veritatem ſequi videtur, quia Cardinales, vt aliàs dictum eſt, ſunt Canonici, & Capitulum vniuerſalis Eccleſiæ, probat textus in cap. in nomine Domini 23. diſt. & clemen. ne Romani de elect. Bald. in l. cum multa, C. de boniſque liberis Hoſtien. in cap. ad deliberandum, ext. de iudic. manifeſtiuſque hoc demonſtratur in cap. in nou. 21. diſt. vbi patet de diui Petri elect. ab Apoſtolis celebrata, & additur, vt par eligendi modus ſeruetur in eligendis diui Petri ſucceſſoribus, & alijs Epiſcopis totius Orbis, vndè ſequitur, quia Petri electio proceſſerit ab aſſiſtentibus ibi. Sicuti Epiſcoporum electiones ab eorum Canonicis celebrari contingit, quæ quidem forma eligendi Petri ſucceſſores concinnata ad hæc vſque tempora manifeſtè arguit Cardinales vniuerſalem Romanam Eccleſiam referre, veluti illius Canonicos, & non ſecus, quàm Cathedralium Eccleſiarum Canonici, & Capitula Eccleſias ipſas repræſentant, quibus ità deductis extant arg relata per Bart. in lege celſus, ff. de vſucap. & in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. & ſcribentes in lege penultima, C. de præſcript.

Septimò non obſtat alia impugnatio ratione prærogatiuæ dominorum Cardinalium, qui tempore beati Marcelli Papæ ſub anno Domini 304. fuerint inſtituti ad ſepeliendum martyres, & conferenda Eccleſiæ Sacramenta, quæ cùm hodie ab eiſdem non exerceantur, eorum inſtituti diuerſum ius ab illis retinere cenſeatur. Quia reſpondetur,

quòd

Digitized by Google

quòd in oihilo ex tali obiecto Cardinalium dignitati detrahitur, cùm ſint ſacerdotes, quorum eſt Sacramenta conferre, quo autem ad ſepeliendos Martyres eorum gloriæ,& ſanctitati eſt adſcribendum, cùm magnum virtutis exemplum diuo Eutichiano Papæ, & martyri fuerit adſcriptum, qui proprijs manibus vltrà trecentos quadraginta quatuor Martyres ſepelierit, licèt citra auctoritatem, ſaltim probabilem, dicatur D. Marcellum priùs adinueniſſe Cardinalium inſtitutum.

Octauò nullius virtutis eſt, quòd de Cardinalium inſtitutione, ſub illo nomine Cardinalium, ex diua pagina relatum non reperiatur, quia nec de Papa, vt præmittitur, habetur verbum, etſi ab Euangelica auctoritate luce meridiana clariùs præſeferatur, vt ſuperiùs latiſſimè demonſtratur. Sed quoad Cardinales ſatis expreſſum eſt ex Domini ipſius exemplo in cætu, vel collegio Apoſtolorum ſibi Domino aſſiſtentium, vndè ſequitur, vt illa forma aſſiſtendi primùm Domino, & poſt aſcenſionem D. Petro reperita intelligatur in illius ſucceſſoribus, cap. in nouo 21. diſtinct. argum. relatorum per Bart. in l.1. ff. de pactis dotalibus, præſertim ratione attenta, vt Domini exempla ſint ſequenda Ioan. cap.16. ibi, exemplum dedi vobis, aſtruit quoque Cardinalium inſtitutum Irenæi ſententia, lib. 3. cap. 4. vbi ait, ſi neque Apoſtoli Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ſequi traditiones, quas tradiderunt ijs, quibus comittebant Eccleſias?

Vlteriùs iterum reſiſtitur ſumpta ratione in cap. Conſtantinus 96. diſtinct. quia in dicto text. nulla Cardinalium fit expreſſio, adeo vt cætus Cardinalium nulla memoria habitus reperitur, vt neglectus, argum. l.1. §. publicanus, ff. de public. quandoquidem ea, quæ ſignanter fiunt, niſi notabiliter exprimantur neglecta cenſentur, l. apud labeonem, §. ait prætor. ff. de iniur. l. & ideo, §.1. ff. naut. & caup. quia reſponſio eſt, quòd immò duplici ratione de Cardinalibus ibidem in allegato textu fuerit expreſſum, vt ibi Reuerendiſs. Clericis Romanæ Eccleſiæ inſeruientibus, cùm illa dictio ſuperlatiua ibi poſita de ſui natura dignitatem referat, l.nulli, C. de Epiſc. & Cleric. cap. in nomine Domine 23. diſt. nec dignitas dicitur abſque iuriſdictione. Archid. in cap. 1. de conſtit. in ſexto; vndè ſequitur, vt de Cardinalibus ibi, expreſſum intelligatur nempe, cùm eo in loco nulli alij Clerici intereſſe potuerint, quibus Reuerendiſſimi nomen, vel aliqua iuriſdictio competijſſe cenſeatur, ex quo verba intelligi debeant iuxtà qualitatem perſonæ ad quam diriguntur, l. prætor. §. miles, ff. de re iud. gloſſ. in l. puto, §. fin. ff. famil. erciſ. cond. cùm re vera Cardinalium memoria tunc eo in loco ſpecialis habenda videretur, arg. cap.1. de ſchiſmat. in 6. & quia pariter alia militat ratio, dum dicitur Romanæ Eccleſiæ, cum illa prolatio in digniori ſignificatu eſt accipienda, cum nulla alia Eccleſia propriè miniſterio Cardinalium ſit inſignita, nec obſtat ſi ex aduerſo opponeretur de canonicis Cardinalibus Rauennatenſis Eccleſiæ, aut Compoſtellanæ, quia illi tantùm nomine Cardinalium funguntur, nec vllam in vniuerſali Eccleſia adminiſtrationē habent, proptereà nomen illud ab eis retentum citrà Eccleſiarum prædictarum iuriſdictionem eſt vacuum, & inane, nec eorum inſtitutum eſt nomini conſil. §. eſt aliud inſtit. de donat.

Decimò ſimiliter non obſtat, quòd aliàs diui Gregorij temporibus Cardinales conſiliarij appellarentur, cap. Eccleſiaſticis 12. quæſt.2. quia non ſequitur ex hoc, vt Cardinales quoque præcedentibus temporibus non appellarentur, vndè præallegatus textus editus à diuo Gregorio magno, licèt præſeferat Cardinales conſiliarios, non negat nuncupatos pariter fuiſſe Cardinales, nec negotio ſubſiſteret cùm in prima Synodo celebrata poſt pacem Eccleſiæ redditam ſub diuo Syluestro in vrbe palàm eſt Cardinalium nomen in Eccleſia fuiſſe receptum, cap. penult. 2. quæſt.4. & fuit editio diui Syluestri, quare qui ſecus definierint errore ducti conſpiciuntur, quia à diuo Syluestro, vſque ad Gregorium Magnum conſtat 30. Pontificatus, vndè detegitur error Oldradi, & aliorum cum eo ſententium Cardinales fuiſſe à iure poſitiuo inſtitutos, eorumque ſententia eſſe reperitur contra magnum Lateranenſe Concilium, vt in cap. per venerabilem, §. rationibus extra qui fil. ſint legit. nec contra induci poteſt, quod Archid. in cap. vbi periculum de elect. in 6. differit Cardinales habere etiam auctoritatem à Papa, quia ibi loquitur adiunctiuè, nec ſecus loqui rectè potuiſſet præallegato Concilio magno reſiſtenti nihil 12. adminiculatur ratio ſumpta, vt Cardinales de iure diuino non eſſe demonſtrentur, quia Cardinales patet poſſe reſignari Cardinalatum, quia quæ ſunt de iure diuino ſemper in eodem ſtatu permanent. §. fin. inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. quia Cardinalatus, quemadmodum Papatus reſignari poteſt iure permittente, cap. 1. de renunciat. in 6. cùm tamen Papatus de iure diuino ita ſit, vt tergiuerſari non queat. Matth. cap.16. & Ioann. cap. vltim. ibi, paſce oues meas, nam ius diſponens, vt diuini iuris inſtitutis, quis renunciare non queat, verificatur in voto, & iuramento à Papa præſtito, à quibus Papa ſemetipſum abſoluere non poteſt, ſed ſecus eſt in his, quæ à iure permittuntur, capitulo cum interp. Gaufrædij de renunc. & in cap. quanto, ext. de iur. iurand. & Ioan. Andr. in cap. ſignificaſti, ext. de for. compet. ſed ſecus eſt in cauſa Papatus cùm eius reſignatio ſit à iure permiſſa quantumcumque de iure diuino eſſe reperiatur, & ſit quid diuerſum à iuramento, & voto, capitulo conſiderandum diſt. 1. & ratio eſt, quia Papatus, vt conſideratur de per ſe extra perſonam illius, qui eligitur de iure diuino vndecumque eſſe reperitur, ſed prout eſt in alicuius perſona ad illum electa de iure diuino eſſe non cenſetur, quia non actione diuina actus ille electionis locum habuerit, quamuis poſt electionem Deus gratiam, & poteſtatem conferat argum. capitulo dictum, & capitulo multi, prima diſt. quæſtione 1. capitulo cum deputati ext. de iudic. poteſt exemplari in alijs actionibus eiuſdem naturæ in Papæ reſcriptis, aut conſtitutionibus, vel conciliorum decretis, quæ quamuis proueniant à Concilio velut à congregatione iure diuino inſtituta, vel à Papa, qui pariter iuris diuini inſtitutione conſiſtit;

quoad

Digitized by Google

quoad Papatum, & vices Dei repræſentat, capitulo fundamenta in ſexto, ſicut concilia repręſentant Eccleſiam: non tantùm reſcripta, vel conſtitutiones, aut decreta huiuſmodi iure diuino introducta eſſe eſt cenſendum, & patet, quia à Papa poſſe annullari, & irritari præmiſſa non dubitatur, dummodò de iure, quo introducta ſunt, coram Papa exprimatur. Archidiac. in capitulo primo de reſcriptis, in ſexto, notatur in ſumma. tertia diſtinctione, quia ſi Conciliorum canones de iure diuino editi eſſent, auctoritate Apoſtolica irritari, vel tolli non poſſent, cùm ius diuinum Papa dirimere non valeat, capitulo ſi illo, prima diſt. quęſtione ſeptima capitulo ſunt quidam 25. q. 1.

Tertiodecimò aliud argumentum ex aduerſo inducitur dum ponitur Cardinales in Eccleſia pro eius regimine non eſſe neceſſarios, cùm à Domino regatur, qui eſt illius caput primo ad Corinth. capitulo tertio, cum ipſaque Eccleſia ſit ſemper permanſurus. Matth. cap. vltimo, ibi, ecce vnà vobiſcum ſum, vſque in conſummationem ſeculi, ipſamque Eccleſiam ità regat, vt errare nequierit, capitulo hæc eſt fides, vigeſimaquarta diſt. quęſt. prima, capitulo arrecta, & capitulo ità Dominus, decimanona diſtinctione, ergo, quia regitur à Domino, non eſt opus, vt hominum ope, vel regimine vtatur, ſumpto regimine; vt eſt directio ad finem benè, beatèque viuendi iuxta Ariſtotelis ſententiam Ethicor. capitulo ſexto, & Dominum eſſe totius Eccleſiæ caput ab Apoſtolo præſefertur ad Epheſios, capitulo primo, quia reſpondetur Dominum eſſe illud caput in Eccleſia, à quo interioris virtutis ſpiritus procedit, ſed Papa eſt ſecundum caput, à quo Eccleſia non interiori, vt à Domino, ſed exteriori miniſterio regitur, & gubernatur, vndè non eſt incongruè, vt Eccleſiæ caput ſit Papa, immò eſt valdè neceſſarium, vt patet per incommoda, quæ in Eccleſia ſequuntur ob Papæ obitum, & ſubindè ipſius Papæ ſit caput Chriſtus, idque ità ſe habere demonſtrat Ioan. cap. vltimo ibi, paſce oues meas, ex metaphora ſumpta à paſtore, vt à capite ouilis, à quo exteriori miniſterio oues conſeruantur ne luporum rabie, vel contagione aliqua perimantur, & hoc eſſe verum demonſtrat diuus Anacletus Papa, & Martyr, in capitulo ſacroſancta, vigeſimaſecunda diſtinctione, ibi, inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, licèt enim omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen conceſſum eſt à Domino, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, caput, & principium teneret Apoſtolatus, qui etiam eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis Epiſcopis tenendam tradiderunt: eiuſdem quoque ſententiæ de prælatione Petri fuit diuus Marcellus Papa, & Martyr in capitulo rogamus, vigeſimaquarta diſt. quæſt. prima ſcribens ad vniuerſos Epiſcopos per Antiochiam ait: rogamus fratres dilectiſſimi, vt non aliud doceatis, nec ſentiatis, quàm quod à beato Petro, & reliquis Apoſtolis, & Patribus accepiſtis, ipſe enim eſt caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, hactenus ibi, nam Papam eſſe Caput Eccleſiæ, ad eamque gubernandam Cardinalium Senatum ab ipſomet ſupremo Capite Chriſto conſtat eſſe inſtitutum, eadem ratione, vt duodecim Apoſtolos ad Eccleſiam ædificandam conuocauerit, vnoque ipſorum Petro in aliorum Principem aſſumpto: propterea diuus Chryſoſtomus ſuper Ioan. capitulo vigeſimoprimo, ibi, Paſce oues meas ait, prætereiens leſus alios Petrum alloquitur, eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, os Diſcipulorum, & vertex Collegij, & ſunt verba ſumpta Ioann. capitulo decimo ibi, tu vocaberis Cephas, quod caput ſonat, idem diuus Anacletus, capitulo in nouo, vigeſimaprima diſtinctione, & Iſidor. ethimolog. libro ſeptimo, capitulo quarto, ſunt etiam verba Diui Auguſtini, in libro quæſtionum Noui, & Veteris teſtamenti; vbi reſpondens quæſtioni de didrachma ſoluto pro ſe, & Petro ait; Saluator cùm pro ſe, & Petro iubet dari didrachma pro omnibus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſa magiſterij, ità poſt Saluatorem in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit caput eorum, vt paſtor eſſet gregis dominici: hæc Auguſtinus; præterea Cardinalium Cætus Papæ aſſociatur, tum ad Eccleſiæ inſtituta, tum etiam, vt Papæ ex hominibus aſſumpto, vtque homini fragilitati ſuppoſito, aſſiſterent in ſuffragium cœleſtium determinationum, cap. ſi in competente 2. q. 7. cap. ſi Papa 40. diſt. c. Anaſtaſius 19. diſt. c. nunc autem 21. diſt.

Vltimò non reſiſtit inductum ex aduerſo, vt hodie Cardinales noſtri temporis non eſſe compotes eorumdem iurium, quorum extiterunt primi, qui Petrum à Domino in Principem deſignatum elegerunt, cùm non fuerint ab ipſomet Domino conuocati, veluti anteceſſores ipſorum extiterunt, quia reſpondetur, à Domino ideò inſtituta conſtat fuiſſe Sacramenta, vt eorum gratia homines conſequi poſſent ea ſalutis remedia cùm animæ, tum corpori, quæ ipſemet Dominus inter mortales in carne poſitus operabatur, vt ſupra in verbo ſacro diffuſiùs præſefertur, propterea virtute Sacramenti Ordinis, qui ad Cardinalatum promoti eodem ſtatu ſunt cenſendi, quo reperti ſunt Apoſtoli propria Domini vocatione ad Apoſtolatum, vel ad ſibi aſſiſtendum ſunt vocati, cùm Sacramentorum ea ſit virtus, quòd à Domino gratiam, & poteſtatem recipiant etſi hominum mortalium Sacramenta conferantur, cap. cum deputati ext. de iud. & cap. dictum 1. quæſt. 1. quare conſtat proculdubio virtute ſacramentorum Cardinales hodiernos ſurrogatos eſſe loco illorum, qui eis præceſſerunt, tum virtute Sacramentali, tum etiam naturæ ordine, quia quod vniuerſale eſt, vt homo, non moritur, l. in ratione, §. incertè, ff. ad legem falcid. & l. cùm proponebatur, ff. de iud. vt verificatur in Ciuitate, quæ in nouis Ciuibus conſeruatur iurium ſuorum in nouis Ciuibus loco prædefunctorum ſuffectis arg. l. grege, ff. de leg. primo, & in hoc exemplo ità firmat Bald. in tit. de pace conſtant. col. 4. adeò quòd præmiſſa impugnatio eatenus tenuis eſt virtutis, vt nulla veritate nitatur, licèt plura ab impijs opponantur, quibus ſatis, ſuperque reſponſum fuit ſupra eo articulo.

culo, quo Cardinalium inſtitutum à diuo Petro promulgato traditur, ſicuti etiam eorum falſitas detegitur, quando negant Petrum ad Vrbem numquam deueniſſe, quod falſitatis crimen ex hiſtoria Euſebij Cęſar. cap. 13. plenè improbatur.

ARTICVLVS VI.

Quæ, vacante Sede, Cardinalium ſint partes.

SEd quæ, Sede vacante, Dominorum Cardinalium ſit iuriſdictio, vt rectè id innoteſcat: præmittendum eſt, multiplicem eſſe huius dictionis Sedis ſignificatum, ſed quatenùs hìc attinet ſedes in eo ſumitur ſenſu de quo in cap. antiqua, ext. de priuileg. ibi Sedes Apoſtolica, quæ diſponente Domino, ſuper omnes alias obtinet Principatum ordinariè, vtpotè, mater vniuerſorum Chriſti fidelium, de termino hoc vacante intelligi debet, quoad quod hoc ſumimus, quando Sedes ipſa vidua euaſit ſuo orbata paſtore, vel defenſore, cap. fi. ex. ne ſed. vac. latiùs notarur in cap. dudum de elect. & in auth. de Eccleſ. tit. in princ. vndè vacare non dicitur, ſi Eccleſia in commendam retineatur, ob commendatarij mortem notatur in cap. nemo deinceps de elect. lib. 6. cùm viduari Eccleſias non dicatur niſi Cathedralis, vel regularis exiſtat, in titulumque tradita, c. ne per defectum, ext. de elect. & vacare dicitur Eccleſia duobus modis verè, ſcilicet, & fictè, verè vt per obitum, auth. de nupt. §. deinceps, & vſque adeò hoc verum eſt, vt ſi rector reſurgeret, priſtina iura non acquireret. Panor. in cap. fraternitatis in fi. de frigid. & malefic. vt etiam per renunciationem, vel per permutationem, vt eſt etiam quando auctoritate Apoſtolica fit prælatorũ translatio c. 2. §. ſicut ex. de translat. prælat. Et etiã fit vacatio per amotionem, vel priuationem cap. ſi Papa 40. diſt. & per ingreſſum religionis in illis caſibus, de quibus traditur; in cap. beneficium de reg. iur. lib. 6. necnon ex poſſeſſione violenter capta cap. eum qui de præb. in 6. & Clem. multorum, de pœnit. & etiam per contractum matrimonium cap. 1. de Cleric. coniug. etiam carnali copula non ſubſequuta.

Ioann. Andr. in cap. 2. de Cleric. coniug. cui non differt adeptio beneficij incompatibilis, cap. de multa de præbend. cap. ſi beneficia eodem tit. lib. 6. cui adiungitur priuatio ob lapſum temporis ad ſe promouendum, vel conſecrandum cap. licet canon de elect. in 6. & cap. commiſſa, & cap. quam ſit eodem Tit. & lib. item ſi beneficium ità ſpretum ſit, vt pro derelicto habeatur not. in cap. ex parte, ext. de Cleric. non reſid. vacabit quoque per violatum ſequeſtrum. Clem. 1. de ſequeſ. poſſeſs. & fruct. fictè dicitur vacare ſi Prælatus ſit pœnes hoſtes detentus, propter infidelitatem, vel hęreſim, etiam ſi deponatur, vel ſi excommunicatus ſit vltrà annum permaneat cap. quia diuerſitate de conceſs. præbend. cap. 1. de Parochijs, & quando Prælatus ſit inutilis arg. l. 1. §. penult. ff. quod cuiuſque vniuerſ. cap. inter corporalia §. neque de translat. Prælat. Sedes autem Apoſtolica numquam moritur, perpetuoque propterea ſuperſtitem fore cenſetur cap. ſi gratioſè, de reſcrip. lib. 6. vnde collata gratia ad ipſius Sedis beneplacitum perpetua cenſetur gratia, quia non poteſt eſſe nulla cap. pudenda 24. quæſt. 1. Dominus enim pro Eccleſia orauit, ideò numquam euertetur §. 1. 21. diſtinct. ibi, pro te rogaui. Conſtat ſanctorum aſſertionibus quoque Patrum Canonicorũ cętum ad imitandum d. D. Cardinales ſingulis Cathedralibus Eccleſijs fuiſſe introductum, demonſtratur à Diuo Anacleto Papa, & martyre cap. in nouo 21. diſt. vbi explicata miniſteriali Apoſtolorum electione in perſona Principis Apoſtolorum ab Eccleſia habita ſubditur, qui etiam eandem formam, ſcilicet electionis ſuis ſucceſſoribus, & reliquis Epiſcopis tenendam tradiderunt, videlicet, vt ſicuti Canonici Cathedralium Eccleſiarum ſuccedunt ſede vacante in iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi prædefuncti, ità vt poſſint dare iudices, & alia ordinariæ iuriſdictionis exercere, vt ait gloſſ. cap. 2. ne Prælat. vic. ſua in gloſſ. 2. & facit tex. in l. & quia ff. de iuriſd. omn. iud. & clariùs in Clement. 1. & 2. de hæret. & Ioann. Andr. in cap. ſi Epiſcopus in 6. de ſuplend. neg. Prælat. tum in temporalibus, cùm etiam in ſpiritualibus, firmat Paul. in tract. de offic. cap. ſed. vac. quæſt. 1. verſ. 4.

Vnde firmandum eſſe videtur, & eadem ratione, qua canonicis iſta competunt, quia ſunt Eccleſia, & hęc ſint Eccleſiæ iuxta cap. cum Clerici, ext. de verb. ſign. competerent maiori ratione Cardinalibus, qui ſunt Eccleſia ipſa, inter quos, & Papam ſpirituale coniugium ſequi videtur, ſicuti inter Epiſcopum, & canonicos cap. requiſiti, ext. de teſtam. Cardinaleſque eſſe Eccleſiam declaratur, ex. 1. Pet. Can. cap. 5. vbi Eccleſiæ ſurgenti aſſiſtentes Princeps Apoſtolorum appellat ipſe Eccleſiam coelectam: declaratur quoque ex inſtituto primæuo cap. ſacroſancta 22. diſt. vt ibi, quia vt exemplum conforme eſſe debet exemplato. Innoc. cap. inter dilectos de fide inſtr. Archid. in cap. ſi Papa de priuil. in 6. Bal. in l. priuilegia Cod. de Epiſc. & Cleric. auten. ſi quis in aliquo Cod. de æden.

Vnde eſt, vt ſicut à repræſentantibus Eccleſiam vniuerſalem, eligitur Papa à Cardinalibus, ità à repræſentantibus Cathedrales Eccleſias eliguntur Epiſcopi, & ſic ab ipſarum Cathedralium canonicis. Quos tamen canonicos quantumcumque traditione Apoſtolica, quò ad ius eligendi conſtet Cardinalibus fuiſſe adæquatos.

Vberiùs tamen ſede vacante in Epiſcopalem iuriſdictionem conſtat ſuccedere, quàm Dominos Cardinales Papæ ex ſupra deductis, vltrà quæ etiam patet Capitulum canonicorum, ſede vacante diſpenſandi pro modo, quo Epiſcopo licet facultatem habere Ioann. Andr. in cap. cum eo, de elect. lib. 6. cùm id iuriſdictionem Epiſcopi concernant, & non ordinem not. in cap. tranſmiſſam de elect. & in cap. 1. & 2. ext. de translat. Prælat. & in Clem. 2. de reſcrip. in 6. gloſſ. & quod plus eſt, omnia quæ competunt Epiſcopo, iure ſuo, ſemper iure huiuſmodi capitulo ſede vacante itidem iure ſuo Innoc. in cap. ad abolendam de hæret.

Nàm

Nàm huiuſmodi expreſſa canonicorum Capitulis iura competentia, vt Cardinalibus non competant, reſiſtit Clem.ne Romani verſicul. irritum de elect. cuius diſpoſitione cauetur, ne Cardinales ſede vacante, ea exerceant, quæ ad Papam pertinent dum viuit, in cœteris poteſtate illorum intacta permanente, & ità declarat Cardin. Zabar. in dict. Clem. ne Romani d. verſ. irritum, de elect. cœtera quæ ſint illæſa, adeò vt pro concernentibus impedientia electionem futuri Pontificis poſſint quoque intruſum anathematizare cap. ſi quis pecunia 79. diſt. & ibi quamuis hoc ſit ius, quod Papæ competat, dum viuit, quia tamen eſt, quid diuerſum ratione illa, quia Cardinales exercere queant, ea, vt ſuam electionem impedientia de medio tollantur, cùm ipſorum ſit eligere, cap. licet, ext. de elect. ſedeque inſuper vacante. Rom. curiam eos referre pateat, argum. l. nominationum ff. de cur. in aliquibuſque Papam quoque referunt.

Archid. In cap. nullus 79. diſt. vbi ait, cœtum Cardinalium non eſſet caput Eccleſiæ vacantis, ea ratione, vt non congruat caput conſiſtere ex pluribus viris, & etiam, quia ſi reuera caput Eccleſiæ referrent, Eccleſia tunc non diceretur Acephala, hoc eſt, ſine capite, quod quidem dictum abſurde viſum fuit Hoſtienſi, vt Romana Eccleſia, quæ eſt aliarum caput, quandocumque Acephala dici queat, & eſſe dictum ſibi videtur non procul ab hęreſi, vt in d. cap. nullus.

Archidiaconus latiùs diſcuſſit, quamuis Romanam Curiam eos referre pateat, vt pręfertur, & licèt aliàs ratio non adducatur cur huius ſententiæ Hoſtienſis extiterit, videtur, vt excogitari poſſit, quia Cardinales ſede vacante, nedum eius caput repręſentant, ſed etiam ipſam Eccleſiam eos eſſe innoteſcit: argum. cap. cum Clerici ext. de verb. ſign. Tamen ſcribentes in cap. vt conſtitueretur in fin. l. diſt. aiunt Cardinales ius condere poſſe, vt ſeruatores cap. Eccleſia 16. quęſt. 1. & hoc communi ſcribentium ſententia fuit receptum in dict. Clem. ne Romani, de elect. Panorm. in cap. cunctæ, ext. de re iud. Ioannes de Anania, ext. de iud.

Sicut etiam vacantis tempore poſſunt reſtituere famæ, dicta Clem. ne Romani verſicul. irritum, & ſicut talis. Cardinalibus eſt auctoritas vacantis tempore, eſt quoque iure cautum, vt ipſo tempore ad Cardinales appelletur Bart. in l. vbi abſunt ff. de tut. & curator. dat. ab ipſis.

Deponere autem Epiſcopos, cùm ſit facultas Papæ ſuperuiuenti competens, non eſt eiſdem permiſſum, notatur in capit. nullus el 2. 79. diſtinct. ex cauſa quoque vrgenti legatum aliàs à Papa poſitum reuocare poſſunt not. cap. 2. de offic. legat. lib. 6. & vſque adeò ſenatorijs immunitatibus pollent Domini Cardinales, & auctoritate, vt ſi vnus tantùm in conclaui, vel Senatu ad ipſum ſolum ſenatoria iura remanere conſtat, quia iure ſenatorio, vel collegiali Cardinalium eſt eligere Eccleſiæ Principem cap. vbi periculum de elect. in 6.

Prætereà iure definitum eſt electionem à Dominis Cardinalibus celebrandam non aliàs roboris ſui effectum conſequi præſefertur, niſi pro duabus Cardinalium eligentium partibus in eandem ſententiam ſe receperint dicto cap. licet & ibi ſcribentes, extrà de electione Ioann. Andr. in dicto cap. vbi periculum in 6. & ibi Gemin. Archid. 79. diſt. cap. ſi tranſitus.

Concilium pariter DD. Cardinales Eccleſiæ vacantis tempore poſſunt indicere ex vrgenti, & non leui cauſa, cùm ſit ſolius Papæ auctoritate celebrari cap. dudum 3. quęſt. 5. & cap. per totum 27. & Clem. ne Romani, verſicul. irritum, & ibi Cardinalis, & ità cenſuit Hoſtienſ. in cap. cum ex eo ext. de pœnit. inſtar aliorum cœtuum, ſiue collegiorum, quibus quandoque aliquid eſt permiſſum, quod ſine cauſa non permitteretur, capit. 1. de maiorit. & obed.

Vlteriùs non citrà iuriſdictionis munus Cardinales præmiſſo tempore reperiuntur, vt patet; quia intruſum poſſunt Anathematizare cap. ſi pecunia 79. diſt. cap. ſi quis pecunia cap. in nomine Domini 23. diſt. quia neceſſitatis cauſa de non licito facit licitum leg. 1. §. 1. ff. de off. eius cum ſimil. licèt Ioann. And. ſecùs ſenſiſſe reperiatur, in cap. 1. de ſchiſm. in 6. gloſſ. verbo ſede vacante, vbi dixit, vt in præmiſſis de iure fuerit requiſitum, quòd à Dominis Cardinalibus hæc fiant, vt ab vniuerſis, non autem, vt à ſingulis cap. olim de reſcriptis.

Non ceſſat pariter ſedis vacantis tempore Cardinalis Camerarij, nec eius Auditoris iuriſdictio Clement. ne Romani, verſicul. eo tamen caſu de elect. quod pariter extendi videtur ad Cardinalem Summum Pœnitentiarium, vt ibi latiùs per gloſſ. adnotatur.

Indulgentias tamen Cardinales conferre minùs queunt, quamuis penès Eccleſiam permaneant, quæ numquam deeſſe poteſt cap. pudenda 24. quæſt. 1. & ratio eſſe videtur, quia earum exercitium eo tempore conquieſcit, refert Cardinalis in dicta Clem. ne Roman. verſ. irritum num. 5.

Non expirat iuriſdictio Cardinalibus inquiſitoribus, ſicut non expirat cauſarum cognitio eiuſdem ſanctæ inquiſitionis off. cap. ad abolendam, ext. de hæret.

Coactiuam tamen inter ſe auctoritatem vacantis tempore nullatenùs habent, adeò vt ſi aliquem ex eorum gremio ad aliquid delegare vellent inuitum, cogere non poſſunt Cardin. in Clem. ne Romani verſicul. irritum quæſt. 2.

Non eſt quoque permiſſum Cardinalibus vocem ſuam alteri renunciare, vel communicare, vt eam nomine ſuo conferre queat, quia ius publicum auctoritate, & vtilitate renunciari non poteſt l. ius publicum ff. de pactis, & tantomagis in præmiſſa ſpecie, vbi eſt ius publicum auctoritate diuina, & vtilitate totius Eccleſiæ, cui ius competere conſtat, vt petere queat à Cardinalibus Papam eligi tanquam ab his, quibus ius huiuſmodi in corporale inhærere dignoſcitur ex inſeparabili modo argum. l. quis ergo caſus ff. de pœnit. l. 1. & 3.

Beneficia Eccleſiaſtica pariter vacantia à Cardinalibus non ſunt conferenda, tanquam iura pertinentia ad Principis ſuperuiuentis diſpoſitionem, dicta Clem. ne Rom. de elect. cùm ad aliud ſeſe Cardinales immiſcere nequeant, niſi ad Papam eligendum cap. vbi peri-

riculum, de elect. in 6. quæ quidem iura collationis pręmiſſæ, nec canonicis, aut. cap. ſede vacante permiſſum eſſe conſtat, quamuis in complutibus vberiùs ſuccedant in Epiſcoporum iuribus cap. 1. ne ſede vacante lib. 6. vt etiam latiùs per gloſs. in dicta Clement. de elect.

Sed numquid celebrata electione Papæ, extrà Cardinalium gremium poſſit à Cardinalibus opponi exceptio non ſeruatæ formæ traditæ, tàm à præſenti canone, quàm Apoſtolica traditione, cap. ſacroſancta 22. diſt. dubitari poſſe videbatur, quia actus, deficiente forma, eſt nullus l. Iulianus §. ſi quis in fine ff. ad exib. l. 1. Cod. de prædijs curial. lib. 10. Iaſon in l. cum his §. ſi prætor. colum. 11. ff. de tranſaction. Felyn. in capitulo cum dilecta columna 11. extrà de reſcript. facit etiam, quia formę à lege traditæ renunciari non poteſt. Bald. in tract. ſi ſine colum. 4. Quibus tamen non obſtantibus exceptionem huiuſmodi opponi non poſſe demonſtratur, & ità firmat Cardinalis in Clem. 1. 30. quæſt. in oppoſ. de decim. & ratio eſt, vt ibi per eum, quia actus contra formam à lege traditam valuit, ſecùs eſſe ſi forma ab homine traderetur, cui adhæret Panorm. in cap. licet, ext. de electionibus colum. 4. vbi ait, hanc exceptionem hodie opponi non poſſe, ſicut opponi non poteſt de inſufficientia, quamuis ſi ſpreuerint ſeruare, quæ ſibi ratione Papatus incumbunt, tacitè renunciare dicantur. Anchar. in repetitione cap. acceſſorium ext. de regulis iuris, in 6. doctores in cap. de renunciationibus lib. citato.

Et in caſu renunciationis ad Papatum conſtat renunciationem ipſam in manibus Cardinalium fieri oportere, niſi in caſu contingenti, videlicet, quod per ciuilem mortem facta cenſeatur, quæ naturali adæquetur morti 16. quæſt. 1. cap. placuit, vt liquet in cap. 1. de renunc. in 6. cap. ſi Apoſtolica, & cap. ſi is cui de præben. in 6. & huiuſdem ſententiæ fuit Archid. Ioann. Andr. & Gemin. in dicto cap. 1. in vlt. colum. quæ quidem renunciationis ſpecies requiritur, vt ſit notoria, & cauſam porrigat, vt Eccl. vniuerſali ſit conſultum, vnde expedire videtur, vt à Dominis Cardinalibus Concilium indicatur, & eo medio de Papæ reſignatione notorium fiat, vt complures ſcribentium ſenſerunt, in cap. 2. de renunc. in ſexto. Caſus autem, in quibus quis reſignare & compellendus, eleganter recenſuit Ludouicus de Vrbe in conſilio 382. & conſil. 23.

Præterea non eſſet abſque Dominorum Cardinalium culpa, ſi ad futuri Pontificis electionem deueniretur ritu eligendi Papæ non agnito, quandoquidem quoſcunque alios Eccleſiæ Prælatos ſcientia, & ſanctitate præſtare deceat, cap. viliſſimus, 1. qu. 1. nam qui alios docere debent, poſt ordinationem doceri non debent, §. damus in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis collat. 9.

Quare ſuper præmiſſis; ſi pleniùs explicata requirantur, conſulantur iura in cap. licèt, ext. de elect. & cap. vbi periculum, eod. titul. lib. 6 necnon diſpoſita in Clem. ne Romani de elect. ſicut etiam canones 79. diſt. per totam, & cap. in nomine Domini, ſed præ omnibus reſpiciatur, quàm inſenſus reddatur in conſimilibus Deus opt. max. ſi contra fas, quod intentatum fuerit, memoriæque figatur, quàm acerrimè fuerit ſumpta pœna contra Abiron, & Core aſpirantes ad Pontificium contra Moyſem, & Aaron, quia conſtat nefarios hos viros cum ducentis quinquaginta alijs principalibus terram abſorbuiſſe, & alios igne conſumptos Num. cap. 16.

Non ſunt ommittenda quædam alia, quæ ſuper huiuſmodi electione recenſuit Panorm. in c. licet, de elect. 2. col. ubi ait: Papæ electionem latis differre ab electionibus Prelatorum notatur in cap. auditis, & c. quod ſicut, quia etſi in huiuſmodi inferiorum electionibus maior, & ſanior Collegij pars ſufficiat, non ità tamen in Papæ electione ſeruatur, quia electus à maiori Cardinalium parte, non aliàs ſe pro Papa gerere debet, abſque lapſu pœnarum, quas ponit textus in d. cap. licet, niſi alij Cardinales ad maiorem huiuſmodi eligentium partem acceſſerint, adeò quod computatis iſtis poſtea accedentibus, duæ ſaltem partes totius Senatus, ipſi electo adhæreant, & ſic nulla exceptione obſtante in Papam aſſumptus declaratur, & ità in d. cap. licet diſpoſitum apparet pleno approbante Concilio, ubi Panorm. ultra præmiſſam electionis Cardinalium formam, 12. alia ſubnectit, quæ in alijs Prælatorum electionibus non ſunt requiſita ſequutus, Duran. in cap. ubi periculum, de elect. in 6.

Verùm poſito, quod Cardinales ad Papæ electionem deuenire recuſent, uel deuenerint, & concordes non reperiantur, tunc ad Concilium electionis huius negocium ponitur deferendum, magis quàm ad Cæſarem, licèt ſecus ſenſerit Caſtal. & perperam in trac. de Imperatore, quæſt. 94. num. 5. per textum in cap. fin. 65. diſt. cùm in textu ſecus diſponatur, ut ſcilicèt, electoribus non concordantibus à maiore ſint conſulendum, quia etſi Imperator, quo ad ſecularia maior cenſeatur, quò ad ſpiritualia autem eſt inferior nedum Cardinalibus, & Epiſcopis; ſed etiam eius Parocho, cui honorem velut ſpirituali genitori, & reuerentiam præſtare debet, vt Chriſti vices gerenti in adminiſtrandis ſibi ſacramentis, cap. inter hæc, §. his auctoritatibus de pœnit. diſt. 3. & cap. omnibus de pœnit. & remiſ. Nam Cæſar Eccleſiæ eſt diſcipulus, propterea eſt docendus ab Eccleſia, & non docturus, cap. quis dubitet, 96. diſt. licet Cœſar tanquam Eccleſiæ aduocatus illiuſque nomine, vel futuri Pontificis Concilium conuocare poſſet, ne Eccleſiam ærumnis poſita, & amphractibus; aduocationis ſuæ officio defraudetur, cùm ſub iuramenti vinculo in conſimilibus conſulere teneatur, Clement. 1. §. ego de iureiurando, quamuis hæc difficillimè contingere queant, vt ex ſacrorum canonum forma conſultum non reperiatur, vt fuit in cap. vbi periculum, de elect. in 6. vbi forma traditur, vſque ad ciborum ſubtractionem, & diminuendas epulas, vt Cardinales, quàm celeriùs ad eligendum Eccleſiæ vniuerſalis Principem diſponantur.

ARTICVLVS VII.

Eccleſia Romana vniuerſalis habet Senatum.

Eccleſiam habere Senatum, quod vt faciliori modo innoteſcat prænotanda ſunt, quæ antiquioribus Romanorum ſenatoribus, quoad Reip. regimen munia competerent. Vndè Dionyſius Alicarnas. lib. 6. de Senatu Rom. huiuſmodi deſcriptionem reliqoit, ait enim legem ſemper ab vrbe condita Rom. fuiſſe, vt reſpublica omnis in poteſtate Senatus eſſet, præter magiſtratuum creationem, & legum lationem, vt belli, paciſque arbitrium, & neceſſitate expoſcente Senatus curæ reſpub. commiſſa dicitur, ex quo plebis conuentus difficilis euaſiſſet, l. 1. §. neceſſarium, ff. de orig. iur. vndè quæ Senatus decernenda duxerat, Senatuſconſulta dicta cenſuere, §. Senatuſconſultum inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Senatumque à ſenibus appellatum, Bud. in adnot. ad pand. l. fin. ff. de Senat. oſtendit. idem ait Luc. de Pen. in l. omnes, col. 4. C. de cur. lib. 10. in eandem ſententiam ſe recepit Archid. in c. Senatuſconſultum, 2. diſt. In Senatu igitur sũma rer. reſeruatur, quibus reſp. compoſita reperitur, iuxtà quod ab antiquioribus, vt præfertur, ſtat definitum. Nullibi in Chriſtiana repub. ſenatus neceſſariò ſumptus reperitur, quàm in cętu D. Cardinalium veteri, nouaque lege creatus, vt videre eſt in illa figuratus, in hac verò Dominica inſtitutione, ità auctoritateque Euangelica promulgata, vt dubitare non contingat, quia inter ea, quæ diuino iure introducta ſunt connumerari oporteat, cap. per venerabilem, § rationibus, ext. qui fil. ſint legit. propterea Bal. in tract. de ſciſmat. inquit ſenatum Eccleſiæ eſſe ſenatum diuinum per tex. in cap. in nomine Domini, 23. diſt. vt latiùs in d. tract. quem inſeruit poſt Rub. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. idque ità ſe habere conſonantia nominis comprobatur, quia ſenioribus, ideſt, Presbyteris Eccleſiæ Senatus componitur, quos conſtat Regum, & Principum eſſe magiſtros, cap. quis dubitet, 96. diſt. vt etiam de ſe patet, cùm terrena diuinis ſint ſuppoſita, cap. ſuſcipitis, 50. diſt. in hocque inſuper ſenſu Presbyterorum Eccleſiæ Senatum referri ſenſit, Archid. in cap. porrò Moyſi, 84. diſt. ſumpta figura numer. cap. 2. vbi Moyſen paret Domino ità allocutum, non poſſum ſolus ſuſtinere populum iſtum, quia grauis eſt mihi, cui Dominus congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos noſti eſſe meliores, quod cùm factum eſſet, abſtulit Dominus de ſpiritu Moyſi, & dedit illis ſeptuaginta, qui poſtea fuerunt coadiutores Moyſi, ſub eoque nomine Presbyterorum Archid. in cap. placuit, 22. diſt. declarauit Presbyterorum conuentum referre Synodum Clericorum Matricis Eccleſiæ. Nec ſeniorum nomine conſtat Senatum ideò appellari, quia niſi Senatui ſeniores coaptentur, ſed quia ſapientia, & virtutibus ſeniorum polleant, quia ad Senatum euehuntur, vt Tulliana in Catone de Scipione ſeniori loquens ait ſententia, ibi: nec enim exceſſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis vteretur, ſed conſilio, ratione, ſententia, quæ niſi eſſent in ſenioribus non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent Senatum, hæc Cicero. propterea Iacobus Aluar. in tit. de pace iur. fir. in princip. in ver. primatibus inquit, ſapientia in canitie conſiſtit, & ſenibus, vndè Senatus nomen duxit, & ſecùs in iunioribus contingere. & ideò grauiora reipub. iuniorum conſilio non eſſe committenda, exemplumque Regis Roboam, lib. 3. cap. 12. Reg. ſatis inſinuat, qui iuniorum conſilio vſus ſenium monitis reiectis Regni ſui illicò iactura punitur, cùm non deceat imbecilli animorum iudicio ardua regni, vel reipub. tractare, l. ſemper, §. penult. ff. de iur. immunit. proindè ait Bal. in cap. 1. ext. de Cler. non reſid. vbi tantùm deferri ſenibus, à iure ait, vt Collegij priore abſente, à ſenioribus collegium cogendum fore, quem ſecutus eſt Bart. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & in l. gallus, §. fin. ff. de lib. & poſth. & gloſſ. in cap. s. 84. diſt. & in cap. ſicut, 15. diſtin. ſumma itàque ratione optimi conſilij ſapientiæ, iudicijque integritate ad Rempub. aſſeruandam, ſi hæc perquiſita ſunt maiori quippè vrgenti cauſa perquirenda videntur, vbi de cœleſtibus, ſimulque terrenis iuribus dijudicatur, ſtatuitur, ſimulque prouidetur, cùm ſpiritualia tanquam corporalibus precioſiora ſint præferenda, l. ſancimus, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. cap. præcipimus, 12. q. 1. quandoquidem artem artium, curamque curarum, eſſe conſtet curam animarum, c. pen. extra de ætat. & qualitat. ordinand. Verùm, quia Eccleſiæ inſtituta, ità magnifieri oportet, ideò Senatum in Eccleſia eſſe conſpicimus, cap. Eccleſia, 16. q. 1. cùm faciliùs periculo ſit expoſitum, quod vnius arbitrio reſeruatur, quam quod plurium ſententia diſcutitur, cap. ad audientiam, extra de offic. deleg. cap. præſenti, & capit. deliberatione, eod. tit. libro 6. & ità refert Archid. in capitulo Anaſtaſius, 19. diſt. & c. Achatius. 24. q. 1. quod plurimorum iudicium, cùm præmiſſarum ſeniorum virtutum meritis coniunctum perfectum Dei ædificium, & domus Dei cenſebitur, in qua Deus inhabitat, Archid. in cap. propheta, 1. q. 1. argum. c. auditum, 2. q. 3. rerum enim cęleſtium iudicia in hoc Dei ædificio recondita, expedienda, tractanda, à ſacris his viris fore liquet, non minùs quàm terreni imperij iura inter Principes candidatos cenſerentur, l. 1. ff. de off. quæſt. cùm candidatos ipſos ad ea dignitatum faſtigia malis artibus, & ambitus crimine obnoxios aſſumptos, vt plurimum fuiſſe conſtat. Hos autem Eccleſiæ Senatores, quamuis dignos non aliàs ſtatutum eſt coaptari in Senatu, niſi quis vocatus ſit, & vrgenti iuſſione, cap. dictum, 1. q. 1. cap. Presbyteri, 68. diſt. cap. quoniam, 69. diſt. nec iniuria id ità ſtatutum eſſe liquet, cùm Cæſari iuriſdictio à populo tributa eſſet, §. ſed quid Principi inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Papæ verò iuriſdictio, & poteſtas, non à populo, vel Concilio, aut à quouis hominum, ſed à Deo ipſo, cap. conſequens, 2. diſt. & cap. huic ſoli, 17. diſt. Quamuis nec ocioſè hoc Senatorum iudicium, conſtat etiam ab antiquioribus

tibus

Digitized by Google

ribus introductum, ſed neceſſitate exigente, ad ſcandala periculaque effugienda, confuſionem euitandam, iuſque, & iuſtitiam adminiſtrandam, l. 2. §. deindè, quia difficile. ff. de orig. iur. l. illicitas, §. fin. ff. de offi. præſid. quorum etſi magna fuerit iuriſdictio, vt refert Panorm. in cap. cùm te, extra de re iud. vbi Felyn. creandi, ſeù eligendi Principis tamen facultatem non habuiſſe conſtat, veluti Cardinalium diuina inſtitutione eſt eligere Papam, capitulo in nomine Domini, diſt. 23. Nec huic Senatui aduerſatur, quod obijcitur eſſe Senatum otioſum, quia Papa cuncta explicare queat de plenitudine poteſtatis, capitulo in nouo, 21. diſt. c. 1. extra de translat. Prælat. gloſſ. in capitulo fundamenta, §. decet, de elect. in 6. vbi ait, Papam non teneri petere conſilium Cardinalium, idem inquit Gemin. in cap. 1. de ſchiſ. lib. 6. & Panorm. in cap. 2. de Cler. non reſid. & exemplum Summi Pontificis in Epiſcopo, qui ſuæ diœceſis ſubiectos regit, abſque Epiſcoporum comprouincialium accedenti conſilio, cap. nullus, 9. q. 3. ſic erit in Papa, cuius vniuerſus Orbis eſſe dicitur, Diocæſis, vel Parochia, iuxtà illud Ioan. capitulo decimo, fiet vnum ouile, & vnus Paſtor, Innoc. in capitulo, quod ſuper his de voto. Vndè multò magis Princeps Epiſcoporum, ſine conſilio ſibi aſſiſtentium Cardinalium gubernabit ſingula ſuo regimini ſuppoſita, cùm referat eum, cui tanquam æternæ vitæ clauigero, terreni ſimul, & cœleſtis imperij Deus iura commiſit, capitulo ſacroſancta, vigeſimaſecunda diſtinctione, Matth. capitulo 16. & text. in capitulo ſaluo, 9. quæſt. 3. vbi ait, ſaluo in omnibus Romanæ Eccleſiæ priuilegio nullus metropolitanus, abſque cæterorum omnium Comprouincialium Epiſcoporum instantia, audiat cauſas, & ſic apparet, quod quamuis Metropolitanus ardua nequeat definire ſine conſilio ſuffraganeorum, ſecus eſſe ex Apoſtolicæ Sedis priuilegio, vt nullius votum exquirere teneatur, igitur, &c. facit etiam conſideratio, quia ſi ſecus eſſet, vt abſque Senatus voto Princeps definire nequiret, eſſet propemodum Apoſtolicæ Sedis ſublimitatem euertere, & per iudicium generale inducere contra illud Iſaiæ capitulo decimo, ibi: ad cuius auxilium confugientis, aut vbi relinquetur gloria veſtra, 9. quæſt. 3. capitulo aliorum demonſtratur etiam hac ratione tradita in d. cap. ſacroſ. 22. diſt. vbi inquit, licèt omnes eſſent Apoſtoli, tamen Petro conceſſum eſt à Deo, & ipſi inter ſe idem voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cæphas, ideſt, caput appellaretur, ſequitur ergo, vt Papa prout eſt ſucceſſor Petri Cardinalibus, etiam irrequiſitis cuncta definire valeat, & non ſolùm Senatui Papa reſiſtit, ſed etiam generalibus Concilijs, quandocumque libeat, probat Innoc. in cap. ex geſtis, ext. de Cleric. non reſid. per tex. in c. in illis, 80. diſt. vbi id exemplo Petri veriſſimum demonſtratur. Quibus tamen reſiſtere videtur, quia de iure diuino eſſe cenſetur, vt in arduis ſaltim Cardinalium vota requirantur, conſilium, probat tex. in cap. per venerabilem, §. rationibus, ex. qui fil. ſint legit. præſertim eo intuitu, quod Cardinales, vt aliàs oſtenſum fuit, ſint Canonici, ſeu Capitulum Eccleſiæ vniuerſalis, vndè ſicut à Papa iniunctum eſt Epiſcopis, ne ardua explicent inconſultis Canonicis, & Capitulo, cap. quanto, & cap. nouit. ex. de his, quæ fiunt à Præl. eodem pacto Papa ſine Cardinalibus, tanquam ſuis Canonicis Eccleſiæ ardua non definiat negotia, ſicut iuris eſſe videtur, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuat, ipſe eodem vtatur, ff. quod quiſque iur. per totum, cap. cùm omnes. ext. de conſtit. etſi Princeps legibus ſit ſolutus, l. Princeps, ff. de legibus tendit tamen ad imperij augumentum, quando ſe legibus ſubditum fatetur, leg. digna vox. C. de legibus, ſicut in culpam prolabitur recuſans ſe legibus ſubdere, l. quæ adulterium, C. de adult. hoc idem arguere proſpicitur, tex. in cap. Anaſtaſius, 19. diſt. ibi: habetur Papam cauſam fidei determinare non potuiſſe inconſultis, Dom. Cardinalibus, ſed reprehenſibile eſſe videtur diſcrimen in diuinis inducere velle, quod ius diuinum non attulit, argum. l. maximum vitium, C. de lib. præter. cùm ex Apoſtolicis inſtitutis ſecus comprobari poſſe conſtet, etiam ab inſurgentis Eccleſiæ exordijs, Act. cap. 4. ibi multitudinis eorum erat cor vnum, & anima vna, cuius vnionis iura, Eccleſia etiam nouiſſimis temporibus amplexa ità reperitur, vt inter Papam, & Cardinales ea identitatis ſint iura, quæ inter Patrem, & filium eſſe cenſentur, vt ſuperiùs eſt dictum, vndè ſequitur, vt ſicut Pater, & filius, vna & eadem perſona cenſeantur, & careaus, vt inter eos continuatio detur dominij, l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. itidem cenſeatur, quod ità ſint negotia communia, vt niſi communi conſenſu definiantur, idque comprobatur ratione retenta, quod ſit maxima inſtitutionum moles, vbi Papa, quod conſtituiſſe referat ſub illis verbis de conſilio fratrũ noſtrorũ, vt eſt in c. 1. de renunc. lib. 6. & c. 1. de ſchiſ. eod. lib. cũ alijs propè innumeris. Nec Cardinales vota ſua edentes contra Papam aliquid ineunt, cùm membra ipſius exiſtant, attento quod dixit Bar. in demonſtratione rei communis inter Patrem, & filium, vt vtriuſque poſſit nuncupari abſque æquiuocationis vitio.

Vt videre eſt in æſtimo Patris, quod filij æſtimum dicitur in leg. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & Bald. in l. fin. C. de impub. & alijs ſubſ. & in l. non plures, C. de ſacroſanct. Eccleſ. litèr Barb. in tract. de præſt. Cardinalium, quæſt. 2. Baſil. ſecus definiete, & quod ardua à Papa decreta ſinè Dominorum Cardinalium conſenſu eſſent inutilia, & de iure non ſubſiſtant de mente Panor. in cap. per venerabilem, §. rationibus, ext. qui fil. ſint legit. ſed non procedit eorum ratio. Papa de plenitudine poteſtatis vniuerſalem regit Eccleſiam, ergo Senatoribus non indiget. Quia Cęſaris quoque conſtat pleniſſimam fuiſſe poteſtatem, & Dominum totius Orbis, l. deprecàtio, ff. ad leg. Rod. de iact. & tamen Senatum habuiſſe, ità vt de numero Senatorum, dicatur, l. ius Senatorum, C. de dignit. lib. 12. & velut Cæſari Senatorum eſt aſſiſtere ſupremis honoribus, & gloria, ità eſt Cardinalium aſſiſtere Papæ, cap. Conſtantinus, 96. diſt. hancque aſſiſtentiam, & ſubiectionem Papæ à Cardinalibus præſtandam innuit D. Chryſoſt. ſuper Ioann. cap. vlt.

in

in ver. paſce oues meas, ibi exponens, vt loco mei eſto præpoſitus, & caput fratrum tuorum, vt ipſi loco mei te aſſumentes, vbique terrarum, teque in throno tuo ſedentem prædicent, & confirment, facit tex. in cap. inter corporalia, ext. de traoslat. Epiſc. ibi: non enim humana, ſed potiùs diuina poteſtate, cùm etiam à Cardinalibus Papa intronizetur, iuxtà Chryſoſt. dictum, vt palàm eſt in eius conſecratione, cap. in nomine Domini, 23. diſt. demonſtratur, præterea Eccleſiæ Senatus neceſſitas ex clauium traditione, 20. diſt. in ſumma, quas Dominus Petro tradidit, cùm alia fuerit poteſtatis, & alia diſcretionis, & hanc non aliàs poſſe exerceri, niſi plorium aſſiſtentium examine, vt ex l. veteri refertur in cap. per venerabilem, ext. qui fil. ſint legit. & ſit iuris diuini inſtituto, vt inter lepram diſcerneretur. Quia firmiùs cenſetur iudicium, quod plurimorum ſententijs concipitur, c. extrà conſcientiam, 64. diſt. Senatuſq; exiodè compoſitus eſt, & ità appellatus, quia ad inſtar temporalium Senatorum Rempubl. Chriſtanam regere vnanimiter conuenirent, patet exemplum in authent. habita, Cod. ne fil. pro patr. vbi de conſilio Senatorum l. de Cæſare edita gloſs. inquit, & ſic erit lex ſolemnis l. humanum Cod. de l. hinc Archid. dixit in capit. Senatuſconſultum 2. diſtinct. Senatum non vna ratione tantùm, quod à ſenibus exerceatur, ſed ſapientia, & virtutibus, quibus ſenes exornantur, poſſe nuncupari, cùm in concernentibus, pertinentia ad ſalutem animarum non minori cura à Petri ſucceſſoribus prouideodum fuiſſe liqueat, quàm à Cæſare in temporalium regimine, ideò Apoſtolicæ Sedi aſcriptum præcæteris Apoſtolorum Sedibus reperitur, vt Sedes beati Petri ſit mater Sacerdotalis dignitatis, & magiſtra rationis, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam receſſit, iuxta tex. in cap. arrecta 24. qu. 1. c. omnes 22. diſtinct. cap. non decet 12. diſtinct. cùm ipſi ſanctiſſimæ Sedi, cui totius Eccleſiæ prælationis iura competunt haud ignotum eſſet, quod tot mortibus Prælatus ſubijciendus eſſet, quod alios ad perditionis exempla perduxit cap. præcipuè 11. quæſt. 3. propterea Senatuſconſulto, nedum Eccleſiæ ſubditis viuendi forma fuit tradenda, ſed etiam eis regentibus, & ſic Epiſcopis, & Prælatis, & ab initio ſurgentis Eccleſiæ.

Ideò diuus Hieronymus tanquam illius Senator dixit, & nos Senatum habemus cap. Eccleſia 13. quæſt. 1. plenioraque Eccleſiæ Senatus iura eſſe, quàm antiquioris Cæſarei Senatus fuerint, nedum electionis iure præfertur, quia Papa eligatur ex eo Senatorum numero, & ipſi ſint electores, ſed ea quoque ratione, quia cœleſtis, & terreni regni iuribus ſuperſit. Quæ ipſa primùm quoad temporalia magicis oblationibus demonſtrantur cap. legimus 37. diſtinct. ibi, obtulerunt ipſi aurum, thus, & myrrham ad deſignandum ipſum per myrrham verum hominem, per thus verum eſſe Deum, per aurum verum Principem, vnde colligitur Dominum vtramque poteſtatem ſpiritualem ſcilicet, & temporalem retinuiſſe; ambaſque Apoſtolico Principatui conceſſiſſe Luc. cap. 22. ibi, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater Regnum, facit tex. in cap. cum ad verum 96. diſtinct. Comprobantur præmiſſa antiquioris legis figura, quæ conſtat omnimodam Moyſi ad populi regimen poteſtatem competijſſe, liquet Exod. cap. 18. Quia Moyſi regendi populum vniuerſa fuit collata poteſtas, & omnis iuriſdictio: Propterea ei traditum fuit omne Imperium, vt patet tam in cœtu ſeptuaginta ſenum Moyſi aſſiſtentium, quàm deputatorum iudicum ex veteri conſilio, quando gradatim illam iuriſdictionem diſcreuit, vt minora negocia minoribus, mediocria mediocribus, & maiora ipſi Principi reſeruarentur, ità Dominus maiora reſeruauit Petro, minora, Petro diſponente, Eccleſiæ Prælatis, Cæſarique temporalia ſunt commiſſa, & non tranſlata, vt à populo ad Cæſarem, ſed ipſorum fonte penès Papam remanente, adeò vt alteri contingenti cauſa à Papa poſſit demandari, prout diuus Bernardus in ſignificatu de duobus gladij eleganter expoſuit ad Eugen. III. ibi, & Matth. cap. 26. ibi, quod tu vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es mittere in vaginam, quem tamen, qui tuum eſſe negat non ſatis videtur attendere verbum Domini dicentis ſic, conuerte gladium tuum, eſt ergo tuus, & forſitan tuo nutu, etſi non tua manu euaginandus, alioquin; etſi nullo modo ad te pertineret, non dixiſſet ipſis dicentibus Apoſtolis, ecce duo gladij hìc, ſatis eſt, ſed potiùs nimis eſt, vterque igitur eſt Eccleſiæ temporalis, & ſpiritualis, ſed his quidem pro Eccleſia, ille verò, & ab Eccleſia eſt exercendus, ille Sacerdotis, is militis manu, ſed hunc ad nutum Sacerdotis & iubente Cæſare. Hactenus diuus Bernardus.

Quibus à diuo Bernardo relatis conueniunt verba gloſs. in cap. nouit, ext. de iudic. & in authent. quomodo opor. Epiſc. in princ. collat. 3. & 23. quæſt. 1. in ſumma, vbi traditur illa pronomina meum, & tuum, ità importari dominium l. quintus §. argent. ff. de aur. & argent. leg. & cap. 1.8. diſtinct. 8. quæſt. 1. cap. ſi ergo in prima gloſs. hodie in Eccleſia dominium Eccleſiæ in gladio illo Cæſari commiſſo continuari, & eſſe gladium Papæ, ideò Cæſaris gladius Pontificis, idque ità contingere demonſtratur.

Quia Cæſaris electione abſoluta, Papa examinat, iniungit, & coronat. cap. venerabile, ext. de elect. & vt Papa præferatur Cæſari, cùm eius ſententias Papa reſcindat, Clement. Paſtoralis, de re iudic. & ſic denique is malè dicit, qui & benedicere poteſt. c. denique 21. diſtinct. circa quæ inſuper habetur D. Thomæ ſententia in fin. 2. lib. ſuper ſent. ibi ſpirituali poteſtati, poteſtas ſecularis in Papa coniungitur, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis, hoc illo diſponente, qui eſt Rex, & Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, & Dominus dominantium, cui poteſtas non aufertur, & regnum eius non corrumpetur in æternum. Hactenus ills.

Vnde ſumitur, quod maiorum Eccleſiæ erat conſtituere iudices, & eos, qui non eſſent in aliquo gradu dignitatis, ſed contemptibiles, qui Epiſcopalis, vel Sacerdotalis dignitatis honore inſigniti non reperirentur. Hoc idem arguere videtur Act. cap. 6. vbi de-

Digitized by Google

demonſtratur ex Apoſtol. ritu non fuiſſe toleratum, vt Epiſcopi, & Sacerdotes, quorum eſt inſiſtere verbo Dei, & ſic prædicationibus, & diuinorum exercitijs operam exhibere, vt temporalia exercerent, vt ibi habetur. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis Act. cap.6. & adhuc hiſce noſtris temporibus videmus, hoc idem frequentari in ordine Epiſcoporum, quibus à iure permiſſum eſt Vicarios habere, ne Epiſcopalis dignitas pedaneis cauſis definiendis vileſcat, vt etiam demonſtrat tex. in cap. cum ad verum 96. diſtinct. neque his reſiſtit, quod deducitur ex d. ad Tit. c.3. vt nemo militans Deo ſecularibus ſe implicat negocijs. Quia eleganter D.Th.2.2 qu.7.t 85.in 2.cauſa declarat illud procedere dictum, quando cauſa cupiditatis, à Clericis ſecularibus, vel Religioſis prophanis cauſis conſimilibus opus innauatur.

Sed ſecùs eſſe ſi miniſtrantes ſuperiori ſubiectos ſibi in ſemitas iuris ducunt capitulo decreuit 88. diſtinct. vbi talia ſunt verba text. decreuit ſancta Synodus nullum deinceps clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negocijs ſecularibus ſe ſubmittere, niſi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis Eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem eum habere præceperit iuriſdictionis, ergo neceſſarius vſus nihil derogat ſummæ Sacerdotali dignitati, cùm ad pontes coercendos, vel ad ſpiritualia conſeruanda, vel vitia extirpanda iuriſdictio temporalis exercetur, veluti vt iuſtitia in populo vireſcat, diſcordiæ exploſis incendijs, vt diuina pacis iura introducantur. Conſonantiaque hæc ſunt relatis in cap.t. 22. diſtinct. ibi, ipſe clauiger eſt, cui poteſtas omnis à Deo data eſt terreni, & cœleſtis Imperij. Hinc de Petro ſancta canit Eccleſia, tu es Paſtor ouium Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna Mundi, verificantur hæc verba ratione paſcendi à Domino Petro demandata Ioann. cap. vlt. cap. ſignificaſti, & cap. ſolitè de maior. & obed. l. inter claras Cod. de ſum. Trinitat. & fid. Cathol. Nam principalium collatione facta, etiam collata ea intelliguntur, ſine quibus principalia ſubſiſtere non poſſunt lege pecuniam ff. de vſuris. Vnde Pſalm.8. ait, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & à natura eſſe videtur, vt principalia per ſe ipſa ſubſiſtere non valentia, ne inutilia fiant ea, etiam ea ſequantur quibus ſubſiſtere poſſint l.iuſtiſſimè ff. de ædil. ædict. nam qui vult ſequens debet, & neceſſariò habere illius antecedens l. ad rem mobilem ff. de prox. & qui petit vnum, petit omne, per quod peruenitur ad illud l. oratio ff. de ſponſal. cùm ſit, vt ſpiritualia ſine temporalibus nequeant adminiſtrari capit. ſi quis obiecerit 1. quæſt. 3. cap. Moyſes 7. diſtinct. quodquidem eatenus verum eſt, vt Epiſcopus, qui temporalibus præeſſe neſcit, ab Epiſcopali munere ſit ſubmouendus, cap. quia præſulatus t. quæſt.4. Quod inſtitutum iuriſdictionis exercendæ per Sacerdotes circa temporalia antiqua eſt lege receptum cap. per venerabilem, ext. qui fil. ſint legitim. vt Principes eorum, & Reges non alias principalis, vel regiæ dignitatis exercitium obirent, niſi Sacerdotali auctoritate, ſacraque in vnctione comprobarentur, quaſi quod in Sacerdotibus iuriſdictionis plenitudo reſeruaretur, cum eis non ignotum fore Sacerdotibus tanquam ſummi Dei miniſtris, quæ Dei ſunt diuinæ iuriſdictionis eſſe demandata, ità vt alijs conferre eadē poſſent, comprobatur reg.l.t.c.10. vbi à Sacerdote Samuel inungitur Saul in Regem Iſrael, & in eodem libro cap.16. inungitur Dauid. A Zael inungitur ſuper Syriam refert text. in cap.t. ver. vnde in veteri, ext. de ſac. vnct. Propterea Innoc. in cap. per venerabilem qui fil. ſint legitim. ait, Reges, & Principes Papæ eſſe ſuppoſitos, & hæc propterea ità ſe habent, quia Domini eſt terra, & plenitudo Pſalm. 22. cap. ſaltem, de maiorit. & obed. Matt. cap. vlt. ibi data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra. Prouerb. capit. 8. per me Reges regnant, Apocalip. cap.t. ibi, Princeps Regum terræ, ad Heb. conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, vbi ait gloſs. ecce poteſtas Chriſti oſtenditur, vt enim in opere Domini nihil excipitur, ità nec à Chriſti poteſtate, hactenus gloſs. Matthæi cap. vlt. & cùm exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum Ioann. cap. 10. Hic fideles exuti omni tepiditate mirabilia Domini præmiſſa intueantur. Romanorum enim Dominus ad ſeipſum traxit Imperium cum Sacerdotio; ſicut illud quoque Iudæorum traxit humanæ redemptionis opere expleto. Quia non ſecùs congruere videbatur, quandoquidem diuina conſtent virtute l.Deo nobis Cod. de ſum. Trinit. & fide Cathol. ibi ſic magna dona à Deo collata ſunt Sacerdotium, & Imperium præeſſet hactenus text. Nam apud Iudæos ſicut Sacerdotium erat in Aaron, & ſuis ſucceſſoribus, ità apud gentiles Sacerdotium ipſum, ſimulque Imperium apud Cæſarem, eiuſque ſucceſſores ſeruabatur, vſque adeò, vt Imperatores, ſimulque Pontifices Maximi appellarentur, vt ipſorum numiſmatum crebra lemantis inſcriptione declaratur, quod Sacerdotium de Aaron ad Dominum eſt translatum, & de Domino ad Petrum cap. in nouo 21. diſtinct. cap. tranſlato, ex de conſtitut. & ibi Panorm. col. 2. & cum Sacerdotio tranſtulit pariter facultatem legis condendæ, conſtat enim Petrum Summum fuiſſe Sacerdotem, & Apoſtolatus Principem capit. ſacroſancta 22. diſtinct. ſicuti Imperium, pariterque Sacerdotium à Romanis Imperatoribus ad Dominum, vt præfertur, & de Domino in Papam eius Vicarium, vt videmus, eſt translatum, vt ſanctum Hieremiæ vaticinium à Domino expletum redderetur cap. 1. ibi, ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

Et ex præmiſſis colligendum fore conſtat, vt ex illa Papæ collatione facta Cæſari ſacræ Vnctionis, quod non fiat omnimoda tranſlatio Imperij de Papa in Cæſarem, eo pacto, quo antè Domini aduentum de populo Romano, eſt tranſlata poteſtas eius Cæſari, adeò vt populus Imperialis poteſtatis expers euaſerit Regia lege data, §. ſed quod Principi, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. quia Cæſar ex illa Papæ vnctione nihil aliud ex Imperio nanciſcitur, niſi nudum illius exercitium, cùm directum Imperij dominium

penès

penès Deum remaneat, & conſequenter penès Papam, vt eius Vicarium, hæcque ita procedere patet tam ea ratione, quia Imperio vacante Papa in iura Imperij pleno dominio, cap. licèt, extr. de foro compet. & fit conſolidatio in teremptione dominij directi, & vtilis, non ſecùs quàm in reliquis Ciuitatibus, & Terris Eccleſiæ immediatè ſubiectis, vt in cap.licèt,extr.de elect. tùm etiam ratione habita, quia ipſius gladij poteſtatem Papa permittit, cui ſibi libeat in ſæcinoroſos, cap.auctoritatem, in fine, diſtin.15. quæſt.6. quam gladij poteſtatem, ſi in Cæſarem tranſtuliſſet, penès Papam non remaueret, inſtar translationis Romani Imperij de populoRomano in Cæſarem, quoniam fuit perfecta translatio, proptereà penès populum nulla Imperij faculras remanſit, §. ſed quod Principi, inſtit. de iur. natur. & ciuil. Vndè ſi ea forma Papæ translatio eſſet, non poſset permittere talem facultatem, vt in præallegato cap. auctoritatem, diſtinct.15. quæſt.6. quia nemo alteri permittit,quod ipſe non habeat, l.indebit. ſolut. ff. de condit.indeb. l. fundus, §.1. ff. de pignor. cap. commodo, de conſect. diſtinct. 3.

Proptereà his attentis, cùm diuo Auguſtino ignota non eſſent in libro 4. de Ciuit. Dei, dixit: Remota iuſtitia, Regna non ſunt aliud, niſi latrocinia magna; ſpectat ad Romanum Pontificem, ne iuſtitia pereat. Hæc Auguſtinus; qui non dixit ad Cæſarem pertinere, ſed ad eum, à quo Cæſar exercitium ſumit Imperij, quare Hoſtien. in ſumma, tit. qui filij ſint legitimi, §. qualiter, & à quo, & §.ergo ver.ſub auctoritatibus, ait, quod ſummus Dei Sacerdos perſonam Altiſſimi in terris referat, cap. ſceleratior, §. his auctoritatibus, de pœnit. diſtinct.3. Vndè præmiſſorum conſideratis iuribus perſpicuum eſt, quàm falſum fuerit dictum perditorum hominum Eccleſiæ Senatum eſſe otioſum, cùm Diuina, ſimulque temporalia, eo conſulto diſponantur, prout latiùs ſupra in verbo Papa deducitur, nàm cùm Senatus Eccleſiæ ſit Principem eligere, & ex eius gremio ſumatur Principis electio antiquæ, ac recentis legis ab eodem Senatu repræſentetur Sacerdotum aſſiſtentiū Moyſi, & Apoſtolorum, qui Domino prima obſequia inter homines præſtiterunt, necnon attento etiam, vt eiuſdem Senatus ſit dubia dictim in Eccleſia exorientia interpretari, dato tamen citrà veritatis præiudicium, vt ſingula terminare queat inconſulto Senatu alijs rationibus præmiſſis permanentibus, illa tantùm ceſſante non tamen otioſum Senatum ipſum nuncupari poſſe reperitur, argum. leg. ſi non lex, & ibi Bartol. ff. de hæred. inſtit. leg.libertorum, in princ. ff. de his, qui not. infam.

ARTICVLVS VIII.

Iuriſdictionem Sacerdotibus competere quomodò intelligatur.

Vlteriùs ex præmiſſis occaſione ſumpta, quæritur, an Sacerdotes æqua lance cauſas temporales definire queant, vt per Iudices temporales temporalia terminantur, quodque dubitare non contingat, poteſt reddi ratio. Quia, ſicut Iudex ſecularis ſe ſpiritualibus implicare nequit, cap.decernimus, extr.de Iud. ita Iudex ſpiritualis circa prophana partes ſuas interponere nequeat, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, l.1. §. videamus, ff. de his, qui ſunt ſui, vel aliæ iur. §.videamus, inſtit. eodem titulo. Quod nullatenùs verum comprobatur, quia Sacerdotium non eſt incapax temporalis iuriſdictionis, niſi quo ad exercitium gladij temporalis referatur, cùm id Petro à Domino vetitum certo modo fuiſſe conſtat, Panormit. in cap. nouit, extr. de Iud. quamuis quo ad habitum gladius temporalis, ſicut ſpiritualis Eccleſiæ collatus dignoſcitur, cùm ex translato Sacerdotio, vt in præcedenti articulo eſt dictum de Moyſe, & Aaron, tranſlatum quoque imperium à Domino intelligatur, gloſ. in cap. cauſam, quæ, extr. qui filij ſint legitimi, gloſſa, & Doctores in cap. translato, extr. de conſtit. quam Sacerdotij translationem cùm ceremonialibus effecit, ſicut Imperij idololattia expulſa, Archidiac. in cap.cùm ad verùm, diſt.96.

Conſtantinus enim cenſuit Romani Imperij iura non ſecùs ſibi fas eſſe exercere, niſi illis Romanæ Eccleſiæ reſtitutis quando ſalſus eſt, non aliàs ſe imperium exercere poſſe, niſi de manu Romani Pontificis illud recepiſſet, cap. quoniam diſtinct.10. & ita refert Hoſtien. in ſumm. qui filij ſint legit. §. quis, & à quo, Archidiac. in dicto cap. quoniam num. 5.

Hinc ad ipſum Conſtantinum imitandum, quo Fidelium ad iura Imperij poſteà ſunt protecti à Rom. ſunt Pontiſ. inſtituti, gloſ. in cap.1. diſtinct.22. in verb. Cœleſtis, & in cap. nouit, extr. de Iudic. verſ.cùm ipſe, & in dicto cap.cauſam,quæ, verb. ad Regem, extr. qui filij ſint legitimi, & in Extrauag. vnam ſanctam, & cap. licèt ex ſuſcepto, extr. de foro compet. & Luc.in cap.22. Vndè originaliter hæc ſumuntur,quo ad vtriuſque imperij translationem Cœleſtis, ſcilicet & terreni.

Vndè eſt, vt terreni imperij facta tranſlatione de Conſtantino in Eccleſiam Romanam, Vrbs Papæ dominio pleno ita remanſit, vt Cæſari nulla illius proprietatis ſuperfuerint iura, cap. ego Ludouicus, diſtinct. 63. cap.igitur, diſtinct.23. quæſt.vlt. Eccleſiæque Vrbs Romanæ ideò eſt reſeruata Cæſare,indè remoto, quia vt terrenus Imperator non decere conſtabat,vt vbi ab Imperatore Cœleſti, Sacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput fuerat collocatum,ibi terrenus Imperator haberet poteſtatem, cap. Conſtantinus, diſtinctione 96.

His igitur retentis, non eſt dubium vtriuſque gladij poteſtatem à Domino ſuæ Eccleſiæ fuiſſe collatam, & patet, quia ex cauſa etiam habet gladij temporalis exercitium, vt in articulo præcedenti præſefertur, per text. in cap. auctoritatem, in fine, diſt. 15. quæſt. 6. quando permittit Archiepiſcopum in facinoroſos gladium temporalem exercere, patentque prædicta attenta poteſtatis Eccleſiæ latitudine, vt Principes temporales inſtituat, eoſque iterùm deponat, vt ſupra in verbo Domine comprobatur; necnon inſtar Cæſaris, & aliorum Regum fiſcum retineat, cap. excommunicamus, in princip. extr. de Hæretic. Quia hæc Petri poteſtas à Deo peruenit, cap. omnes, diſtinct. 22. ibi: Romanam Eccleſiam ſolus ipſe, ſcilicet Chriſtus fundauit. Idem probat text. in capit. quis, diſtinctione 11.

Ex bis igitur dignoſcendum eſt, quantum aberrent, qui dixerunt Romanam vniuer-ſalem Eccleſiam à Conſtantino Cæſare donatione, & dotatione augmentum recepiſſe, quia nullibi de hac donatione conſtare fertur; etſi à ſcribentibus Iuriſtis pluribus in locis ſub dubio ponatur, an donatio ſubſiſtat, diſcutiaturque, ſicut à Valleuſi, non abſque impijs argumentis, ſitque penitùs denegata. Inter quos non deſierunt, qui Romanam Vrbem diuo Silueſtro Romano Pontifici elargitam aſtruere nitantur, per text. in leg. diui, C. de natur. liber. vbi nullum donationis habetur verbum; ſed quod Chriſtianorum fide Conſtantinus Cæſar Romanum auxerit imperium; ſed Chriſtiani dogmatis inſtitutionibus agnita tot comprobationum veritate Imperium terrenum à Cæſare, veluti Sacerdotum ab Aaron in Chriſtum Dominum fuiſſe translatum, nefas duxit, ſi illud de cætero, niſi à Vicario Chriſti ſibi collatum foret, exerceret, fortè perterritus ſuorum prædeceſſorum infœlici exitu, quorum paucos admodùm, & ſolum, quos virtus euexerat, laudabiliter imperaſſe conſtat, cùm cæteri multorum ſcelerum infames infœlici admodùm, breuique temporum interuallo Romanorum Imperio præfuiſſe conſtat, quaſi quod ſibi notum eſſet eos illud indebitè occupaſſe; & propterea à Domino in reprobum ſenſum ita inductos fuiſſe, vt præter id, quod tot flagitijs implicitos fuiſſe liquet, vt plurimum etiam infamè, violentaque nece peremptos eſſe legatur.

Similiter hanc Domiui poteſtatem ad Cœleſtia, terrenaque extendi declarauit diuus Cyrillus in libro theſaur. vbi ait: Sicut Chriſtus accepit à Patre Dux ſceptrum Eccleſiæ gentium, & Iſrael egrediens ſuper omnem Principatum, & poteſtatem, & ſuper omne quodcumque eſt, vt ei genua curuentur, & ſic Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit. Hæc ille.

Nec antiquioribus Dei placitis aduerſatur laicorum cauſas à Sacerdotibus terminari, cap. per venerabilem, extr. qui filij ſint legitimi; propterea non mirum, ſi tempore gratiæ, quo laicorum cœtus reguntur, à Deo prouenire dignoſcantur, leg. 1. Cod. de ver. iur. enucl. cap. quæſitum, diſtin. 23. qu. 4. cap. Imperatores, diſtinct. 11. quæſt. 2. cap. qui reſiſtit, & cap. Iuliani, & cap. ſolitæ, extr. de maior. & obedient. capit. omnis anima, extr. de cenſ. noc. Innocent. in dicto cap. ſolitæ; & aliàs patet in Eccleſia ab eiuſque cunabulis laicorum cauſas à Presbyteris terminarè conſueuiſſe, vt eorum Iudicibus, capit. Ecce, diſtinct. 96. Archidiac. capit. ſi quis Presbyter, diſtinct. 2. quæſt. 4.

Comprobat Apoſtolus 1. Corinth. cap. 6. vbi mandat, vt contemptibiles fiant Iudices laicorum, cùm iam notum eſſet iura Imperij ad Eccleſiam fuiſſe translata. Ideò conſtat Eccleſiæ eatenùs iura Imperij competere, vt Cæſarem Imperij iuribus inueſtiat, gloſſa in cap. 1. diſtinct. 22. verb. Cœleſtis, Doctor. in cap. nouit, de Iudic. verb. cùm ipſe, & capit. cauſam, quæ, in verb. ad Regem, extr. qui filij ſint legit. ſicuti etiam deponit, cap. ad Apoſtolicæ, extr. de re iudic. & ita Papæ, & Romanæ Eccleſiæ Prælatis ſubijciuntur, vt propterea Parocho, ipſorum inferiorì, obedientiam præſtet, & reuerentiam, cap. omnis, de pœnitent. & remiſs. & hoc pacto Sacerdotij, & Regiæ poteſtatis iura competentia Sacerdotibus, vſque ad Samuelem figuram extitiſſe conſtat Sacerdotij, & Imperij tempore gratiæ, quo Papa loco Samuelis ſummi Sacerdotis inungit Cœſarem ad iuriſdictionem temporalium exercendam, ſicuti Saul, & Dauid à Samuelem inuncti ſunt in Reges Iudææ, & Iſrael, lib. Reg. 2. Quam iuriſdictionem temporalium etiam Samueli competijſſe non dubitatur, cùm illam Deus voluit à Samuele in Saul conferri, vt expeditur Sacerdotij nobiliora iura tractarentur, temporalibus Sacerdote non implicito, & etiam quia populus Regem efflagitabat, non abſque ipſius ſummi Opificis indignatione, vt ex illis colligitur verbis, ibi: Non abiecerunt te, ſed me, ne regnem ſuper eos.

Nec illa Samuelis Regiæ poteſtatis collatio modo translatiuo in Saulem facta fuit, ita vt illa priuaretur, ſed quo ad nudum exercitium, vt patuit poſteà, quando Sacerdos Samuel in Regem inunxit Dauid, quem inungere non potuiſſet, ſi Regiæ poteſtatis iura ſemel in Regem Saulem tranſtuliſſet, eo pacto, quo Romanus populus Imperij iura in Cœſarem tranſtulerat. Ergo ſequitur Imperium à Domino eſſe inſtitutum, ſicutì & Sacerdotium, & ſicuti Papa Sacerdotij plenitudine poteſtatis fungitur, ita vt adiectione non indigeat, cap. ſi omnia, diſtinct. 6. qu. 1. cap penè quidem, diſtin. 96. Ita iura Imperij ad eum ſpectare conſtat, vt Cœſare Imperij iuribus perfuncto ſucceſſionis iura ad Eccleſiam penitùs ſpectare non dubitetur, cap. licèt, extr. de foro compet. vt ſuperiùs præfertur; & Conſtantinum, Domino diſponente, potiùs reſtituiſſe Imperium, quàm condonaſſe, quantumcumque ex aduerſo plurima circumferantur potiùs pauperum de Lugduno hæt. retinentia, quàm Catholicæ veritatis aliquid adſtruentia; quæ propterea hoc in loco non diſcutiuntur, cùm ſupra pleniùs fuerit relatum, & ita decuiſſe patet, vt quod præceſſerat in antiquo Sacerdotio in nouo eſſet reſtitutum, cùm de facili res ad ſui naturam reuertatur, leg. ſi vnus, §. in ſpecie, ff. de pact.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Differentia etiam in prima Eccleſia fuit inter Epiſcopos, & Presbyteros.

SEquitur tex. ibi presbyteris, hanc vocem presbyteri ab initio ſurgentis Eccleſiæ commune comprobatur fuiſſe, tam Epiſcopis, vt primi ordinis ſacerdotibus, quàm clericis in ſacerdotio conſtitutis, qui ſacerdotes ſecundi ordinis nuncupantur, quibus presbyterorum nomen remanſit poſt ſchiſma illud in Eccleſia exortum, quo ratione ſuſcepti Baptiſmatis, tamquam quod gratiam à perſonis baptizantium conſequerentur aliqui aiebant, ego ſum Cephæ, ego ſum Pauli, adeò vt opus fuerit, quod ad illud ſedandum ab Apoſtolo commonerentur ſub illis verbis; numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, 1. ad Corinth. cap.6. quod nomen à Græco Idiomate deſcendens idem importat, quod latinè ſenior. probat gloſ.diui Hieronymi in Canonica prima diui Petri, cap.5. ibi conſenior exponitur compresbyter, & in hoc ſenſu non refertur ad ſeniores ratione ætatis, ſed ob prudentiæ quæ frequentiùs in ſenioribus, quàm iunioribus reperitur, intuitum, cap. fin. 90. diſtinct. ibi, canities hominum prudentia eſt, & hac ratione conſtat, Abraam presbyterum nuncupatum eſſe, quia ſumma præditus fuit prudentia, refert Archidiac. in cap. porrò 74. diſtinctione, & hoc nomine presbyteros vocatos fuiſſe tam Epiſcopos, quàm ſecundi ordinis ſacerdotes, patet, ad Titum prima, cap.4. ibi. Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij. Quia iam promotus fuerat ad ſacerdotium eiuſdem Apoſtoli manuum impoſitione, qui eumdem in Epiſcopum conſecrauerat, quod manifeſtiùs demonſtrat, 1. ad Timoth. ibi. Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum mearum.

Vnde ſumitur Apoſtolum, quantumcunque Epiſcopum, ſe presbyterum nuncupaſſe, ſicut diuum Petrum Orbis Epiſcopum ſe conſeniorem, vt præfertur ideſt, compresbyterum appellauit, & ſicut præfertur, vt presbyterorum appellatione comprehendantur Epiſcopi, & Sacerdotes ſecundi ordinis, Apoſtolorum temporibus ita etiam commune fuiſſe nomen Epiſcopi, tam Ipſis ſacerdotibus ſecundi ordinis, quàm etiam Epiſcopis. Idque demonſtratur ad Philip. cap. 1. ibi, Epiſcopis, & Diaconibus, quia Philippus, cùm vnica eſſet ciuitas vnicus pariter Epiſcopus reſidebat, cap. in illis 80. diſtinctione. Idem patet Act. cap. 20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos, nam ibi, in Epheſina ciuitate habetur ſermo, in qua identidem vnicum conſediſſe Epiſcopum patet, confirmantur præmiſſa diui Hieronymi teſtimonio, vt eſt tex. in cap. olim 95. diſtinctione ibi poſtquam vero vnuſquiſque, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe non Chriſti in toto Orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponatur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Hæc ille.

Quæ quidem verba non eum habent ſenſum, vt Epiſcopi à ſacerdotibus ſecundi ordinis non differrent, quamuis communi nomine nuncuparentur, patet teſtimonio diui Clementis Papæ, & Martyris in capit. in illis 80. diſtinctione, vbi refertur diui Petri decreto ſingulis ciuitatibus vnicum Epiſcopum fuiſſe ſtatuendum, quo tempore, etſi non differenti nomine Epiſcopi à ſacerdotibus ſecundi ordinis ſint reperti, tamen reali auctoritatis diſcrimine Epiſcopos ab ipſis ſacerdotibus extitiſſe reperitur, teſte diuo Dionyſio, de cœleſt. Hierarch. cap.5. vbi dicitur; munus Epiſcopi eſſe perfectiuum, presbyteri verò illuminatiuum, Diaconi autem purgatiuum.

Idem aſſertum eſt à diuo Iſidoro in cap. cleros, 21. diſtinctione, cuius tantam eſſe auctoritatem diuus Auguſtinus in lib. Enchiridion præſenſit, vt ſecundus poſt Apoſtolos cenſeretur vbi ait, quòd presbyteri, licèt ſint ſacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent, quia nec Chriſmate ſignant, nec Spiritum paraclitum dant, quod dari debet ſolùm ab Epiſcopis, lectio Actuum demonſtrat. Hactenus ille.

Inconuincibilique ratione demonſtratur realem admodùm differentiam fuiſſe inter Epiſcopos, & ſecundi ordinis ſacerdotes, retento quod Apoſtoli in ſacerdotes ordinis prædicti inferioris fuerint à Domino in nouiſſima cœna promoti, vt ſuperiùs eſt declaratum auctoritate Euangeliſtarum.

Et Act. cap.8. nam patet ad illos de Sammaria, vt acciperent Spiritum ſanctum nullum alium Apoſtolorum fuiſſe tranſmiſſum, niſi Petrum, & Ioannem, quia tunc nullus Apoſtolici ordinis reperiebatur Epiſcopus præter Petrum, Ioannem, Iacobumque Zebædei, quorum interuentu facta conſecratio Iacobi Alphæi in Epiſcopum Hieroſolymitanum, cap. porrò, vbi nemo aliorum interfuit niſi Petrus primus Epiſcopus à Domino immediatè inſtitutus, & alij duo prænominati à diuo Petro conſecrati, cap. Iacobus, de conſecrat. diſt. 2. quos pariter à diuo Petro primitùs baptizatos fuiſſe comprobatur, & ab his reliquos Apoſtolos, vt ſup. in verbo culmen, vlt. art. Irenæi atteſtatione fuiſſe baptizatos oſtenditur, vnde ſicut conſtat diuum Petrum, Irenæo teſte, à Domino fuiſſe baptizatum, & ad munus Pontificale ab eo immediatè pariter receptum Ioann. cap. vlt. ſic diuum Petrum Domini Vicarium, eiuſque geſta ſequentem baptizaſſe Iacobum, & Ioannem, vt Domino ſanguine iunctos, præcipuoque amore dilectos, ſequitur priùſquam reliquos Apoſtolos ad munus Epiſcopale pariter à diuo Petro fuiſſe inſtitutos ad Domini imitationem, ex quo decuiſſe videtur, vt ſicut Dominus Petrum baptizauerat, & in Epiſcopum Orbis inſtituerat, ſic diuus Petrus norma ſibi à Domino tradita, quos baptizauerat pariter priùs, & ante alios in Epiſcopos conſecrare deberet.

Quare neceſſariò ſequitur, vt tres tantùm Epiſcopi ſcilicet Petrus, Ioannes, & Iacobus inter Apoſtolos tempore præmiſſo eo-

tum de Samaria reperirentur quorum duo, videlicet Petrus, & Ioannes opus fuit, vt Sacramentum Confirmationis, tamquam munus ab Epiſcopis explendum, Samaritanis conferrent, & Iacobus remaneret Hieroſolymis cum Apoſtolis ne abſente Petro, & Ioanne, cœtus Apoſtolicus, abſque epiſcopali munere cum eo interim permaneret, ſicque ipſos Zebædei filios à Petro ante alios Apoſtolos in Epiſcopos fuiſſe promotos demonſtratur, tam ea ratione, quòd Sacramentum Confirmationis Samaritanis conferret, quàm etiam, quia cum diuo Petro conſecrationi Iacobi Epiſcopi Hieroſolymitani interfuerint dd. Ioannes, & Iacobus. Neque vim facit, quod poteſtas epiſcopalis non competere poſſet tunc Ioanni, & Iacobo, ex quo eo tempore ante Apoſtolorum diſperſionem nulli Eccleſiæ legitur fuiſſe Epiſcopos conſecratos, quia diuus Petrus, vt etiam hodiè Papa poteſt aliquem in Epiſcopum conſecrare retenta in mente Eccleſia, ad quam conſecratum inſtituere decreuit.

Vnde comprobatum videtur, vt ſacerdotes ſecundi ordinis ab Epiſcopis differrent etiam ſuperuinentibus Apoſtolis, cùm cæteri Apoſtoli, tribus prænominatis exceptis, Epiſcopale munus non exercuerint, niſi in calculo ſuſcipiendæ diſpenſationis, in qua à diuo Petro in Epiſcopos promoti receſſerunt ad fidem in vniuerſo Orbe diſſeminandam, in quo diſperſionis actu conſtat Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Epiſcopum, & primum ante alias vrbes poſt Petrum, Iacobum, & Ioannem, fuiſſe inſtitutum Iacobum Alphæi, ne Hieroſolymitana Ciuitas, & Eccleſia meritis illuſtrata Epiſcopi ſolatio poſt alias vrbes, prouiſa de Epiſcopo videretur. Ideò cæteros Apoſtolos adhuc in Epiſcopos non promotos non legitur, vſque ad diſpenſationis tempora Sacramentum Confirmationis contuliſſe, vel aliquem Epiſcopum conſecraſſe, prout de Petro, ac Ioanne, & Iacobo, vt præfertur, quamuis, vt præmittitur in nouiſſima cœna in ſacerdotes ſecundi ordinis à Domino promoti eſſent.

Vltrà præmiſſa, quòd diui Hieronymi verba in d. cap. olim 96. diſt. dum non recipiant intellectum, vt Epiſcopi realiter non differrent à ſacerdotibus ſecundi ordinis, præſeferunt antiquioris legis figuratum diuerſitates, vt fuit illa, quando populus Iſrael applicuit in Selim, vbi duodecim fontes adinuenit figurantes duodecim Apoſtolos, & ſeptuaginta duas palmas, ſeptuaginta duos Diſcipulos deſignantes Exod. cap. 26. facit etiam, quod figura alia referre conſtat, quod ſummi Sacerdotes, vt hodiè Epiſcopi inungebantur in cap. quod eis tantùm conuenire cenſebatur, vt aliorum capiti, in Eccleſia miniſtrantium, cap. prælectis, 25. diſt.

Quare ſicut in figura eſt apparens diuerſitas inter Epiſcopos, & Sacerdotes ſecundi ordinis, cap. de erectis, 21. diſt. etiam re ipſa in lege noua differre conſtat Matth. c. 10. vbi deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, vbi ait gloſ. ſicut in Apoſtolis eſt forma Epiſcoporum, ſic in ſeptuaginta duobus Diſcipulis forma eſt ſacerdotum ſecundi ordinis, ad idem facit ratio promotionis Apoſtoli Matthiæ, quem conſtat ad Apoſtolatum ſumptum eſſe ex numero præmiſſo ſeptuaginta duorum Act. 1. Nam fruſtrà ad Apoſtolatum promotum diceretur, ſi iam in eo conſtitutus eſſet, declarat gloſ. Act. cap. 2. ibi, ſtatuerunt orantes, quis eorum eligeretur in opus miniſterii Apoſtolici, quare patet, vt ante Apoſtolatum illius iura minus exercere poſſet.

Quod de Paulo identidem oſtenditur, qui ante conſecrationem ex eodem num. 72. reperiebatur Act. cap. 13. ibi, ſegregate mihi Paulum, & Barnabam ad opus, quod aſſumpſi eos, tunc ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, ibi, ait gloſ. tunc Paulus, & Barnabas, vltrà diſcipulatum conſecrati ſunt Epiſcopi.

Prætereà diuinitùs patet Epiſcopos principes eſſe nuncupatos, quod ſi inter ſacerdotes ſecundi ordinis eſſe cenſerentur, eſſent pares, principeſque minùs nuncupari poſſent, cùm princeps eo dicatur, quaſi primum locum capiens, gloſ. in capit. fundamenta, 5. proindè, de electione in ſexto, principeſque diuinitùs nuncupari patet Pſal. 138. ibi, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Ratio etiam habetur, vt Apoſtoli, à quibus repræſentantur Epiſcopi, duodecim ſint & non 72. Apocal. cap. 21. ibi, muros ciuitatis habens fundamenta duodecim, in ipſos duodecim nomina Apoſtolorum, non dicitur ſeptuaginta duos.

Vlteriùs oſtenditur per gloſ. Matth. d. cap. 10. ibi, deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos Diſcipulos, vbi ait notanter alios, & eſt ratio, quia alterius extiterint gradus, & ordinis.

In verbis illis, vt prorsùs ille ſenſus ſumi non debeat, faciunt relata à diuo Hieronymo non ad Euandrum, ſed Euangelium ibi, quid eſt excepta ordinatione, quod Epiſcopus facit quod presbyter non facit, & infrà ibi, vt ſciamus traditiones Apoſtolicas ſumptas de veteri Teſtamento, quod Aaron, & filij, atque Leuitæ presbyteri in templo fuerunt, hoc ibi, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi non dicantur in Eccleſia. Hactenus ibi.

Quare patet ſenſum huiuſmodi alibi relatis, vt præfertur, à diuo Hieronymo non congruere, ſed ſatis diuerſum reperiri. Quod verum eſſe diui Auguſtini declarant verba in lib. de hæreſ. dum ait aſſertionem huiuſmodi, vt Epiſcopi à presbyteris non differant, eſſe commemorandam inter Arianas hæreſes, ſed Cardinalis de Turrecremata verba ipſa in dicto cap. olim 95. diſtinctione interpretatur de mente Archid. & Vgon. vt intelligi debeant non differre Epiſcopos à presbyteris ante paſſionem Domini, quia tunc Dominus per ſe ipſum Eccleſiam regens, non erat opus alijs ſacerdotibus, vt latiùs per eum in cap. 1. 22. diſtinctione, & ratio redditur, quia conſtat Dominum tunc curam Eccleſiæ diuo Petro delegaſſe, quando ad Cœlos aſcendere diſpoſuerat, vbi Petrum præfecit curæ omnium fidelium, cap. conſiderandum, 1. diſt. & ita poſſe interpretari cenſetur, cùm à veritate non diſtare conſtet, cap. ita Dominus 19. diſt. & c. omnes 22. diſt.

Hoc idem demonſtrat conſecrationis diuerſitas, quæ in Epiſcopo conſecrando requi-

ti-

Digitized by Google

ritur trium Epiſeoporum conſecrantium miniſterium, dicto cap. porrò 62.diſt. q... cap. Iacobus de conſec. diſt.2. cum in presbyrerio vnius tantùm Epiſcopi ſufficiat conſecratio; declaratue ad Timoth. eap.5. ibi, manus cirò nemini impoſueris, ideſt non præcedenti examine, vel indignum promoueas ad Ordinis Sacramentum, quod per manus impoſitionem ab Epiſeopo confertut, cap. quod autem 25. diſt. declarar gloſs. Act. cap.14. ibi, Ieiunantes, & otantes manus impoſuerunt, ait ibi gloſs. in modum ordinandorum, ſed vltrà ea, hactenus deducta, illuſtrius habetur teſtimonium, & fuit diui Ignatij Epiſeopi, & marcyris prima epiſt. lib.4. quæ recenſetur in cap. qui Eccleſiaſticis 36. diſtinctione ibi, ſi quis Epiſcopus eſſe meruerit primò hoſtiarius, deindè lector, poſt exorciſta, poſteà presbyter, eaindè ſi mereatur ordinetur Epiſcopus. Hactenùs ibi.

Quare videtur, vt diſtincta nomina, diſtincta quoque referre debeant munera, quia iuris eſt, vt carens effectu, nomine quoque carere habeat, l.cum preeibus, Cod. de probat. §. tutoces inſtitut.de tutel.& eò magis quando id iuatà nomen proprium contingit, Felin. in procem. decret. col.6.

ARTICVLVS II.

Epiſcopos Cardinales quomodo in cœtu Cardinalium reperiri conſtet, & alios Epiſcopos in Cardinales promoueri.

ATtentis, quæ in proaimo articulo ſunt eaplicata, non videtur, vt hodiè presbyterorum appellatione comprehendanrur Epiſcopi, quia ius correctum allrgari non decet, niſi ad alterius iuris declarationem, & non ad cauſarum deciſionem leg. prima in principio de lar. lib. tollen. §. finali inſtit. de libert. quare huius ſynodi tea. iurid. Eccleſiæ Senatus obſeruationi reſiſtere videtur, cùm in cętu Cardinalium complures Epiſeopos reperiri liqueat, qui poſt eorum ad Cardinalatus aſſumptionem ad Epiſcopatum promouentur, vt tractatu ſucceſſiue, quotidièque ad oculum patet, quod quidem eſſe non deberet contra hoc Coneilium, quo de presbyteris, & diacouis rantùm commemoeatur, & quod à lege permittitur aliquibus, vt in caſu huius canonis, quo presbyteris, & diaconis Cardinalibus permirtitur, tam ad Cardinalatum, quàm ad culmen Apoſtolicum aſſumi, alijs denegatum videtur, qui ſunt Epiſcopi argum. eorum, quæ refert Bald. in tract. ſchiſmatis columna nona, quod non procedit, quia relata per Bald. intelligantur in genere prohibitorum, hic autem agitur in permiſſis à iure, cùm omnia permiſſa cenſeantur, quæ à iure ſublata expreſsè non reperiuntur lege prima, ff. de procur. l. quod non, §. quod eis, ff. quibus eauſis maiores cap. primo, de procurat. in ſexto, quia quod non tollitur, ſublatum non cenſetur, l. ſancimus, C. de appellationibus, cap. secundo de translatione Prælatorum.

Sed adhuc reſiſtitur, quia Cardinalatus eſt dignitas in Eccleſia maior Epiſcopali, vt ſupra in verſ. Cardinalibus, articulo rertio explicarum fuir, eſt quoque textus cum gloſſa in capirulo quamquam, ſecunda diſt. quæſt. ſeptima, Panormiranus in capitulo per venerabilem, extrà qui filij ſint legitimi, §. rationibus. Hoſtien. in capitulo ſecundo, eatrà de electіon. norant ſcribentes in capitulo dilectus ſecundo extrà de presbyr. eaque eſt ratione, quia in Eccleſia datur aſceuſus, & non deſcenſus capitulo primo, extrà de clericis non reſiden. facir textus in capitulo benè extrà de poſtularione Prælarorum, vbi Cardinalis poſtulatus in Archiepiſcopatum non admittitur, quæ quidem ratio non militat, quia etſi Cardinalis ſit maior adminiſtratione, vel iurlſdictione, quàm ſit Epiſcopus, cùm maior ſit, qui iudicat, quàm qui iudicatur, eapitulo inferior, vigeſimaprima diſtinctione, maior tamen eſt Epiſcopus conſecratione & in eo, quia Dominum reptæſentat, quod oſtenditur ex relatis per Cardinalem de Turreeremata de mente diui Thomæ in capitulo decretis, vigeſimaquinta diſtinctione, columna quarta in fine vbi ait, quod ſicut omnium rerum perſectiones naturales præexiſtunt exemplariter in Dro, ita Chriſtus fuir exemplar omnium officiorum Eccleſiaſticorum, vnde omuis miniſter, quatenus aliquid gerit, typum Chriſti refert, & tamen ille eſt ſuperior, qui ſecundùm maiorem perfectionem Chriſtum repræſentat.

Nam vt ſacerdos ſecundi ordinis repræſentat Chriſtum celebrando, vt ille ſe ipſum obtulit pro humana redemptione, irà Epiſcopus celebrando, & ſingulos ordines conferendo inſtar ipſius Redemptoris, ſanctiùs, & perfectiùs ipſum Dominũ repræſentat, quàm ſacerdotes ſecundi ordinis, & ſi eo actu celebrationis, non minus, quàm Epiſcopus repreſentet. Ideo Epiſcopi prærordinatores omnium Eccleſiæ ſuppoſitorum nuncupari patet cap. nullus el primo cap. omnes Baſilicæ decimaſeata quæſt. ſeptima, & capit. perlectis vigeſimaquinta diſtinctione propterea dixit Bartol. in l. prima §. ſi quis ff. de appellat. Cardinalem maius officium habere, quàm habear Epiſcopus. Sed non maiorem dignitatem, quem ſequitur Panormitanus in capitulo Eccleſia veſtra colum. vltima extrà de electіon. & in capitulo de clericis non reſiden. & ibi Hoſtien. in dicto capitulo bonæ, latiùs declarat ponens eaemplum de Canonico in Cardinalem promoto firmans, vt canonicatus ea ea promotione non ſit vacans, capitulo Eccleſia el ſecundo eatrà de elect. quia canonicatus adminiſtratio animarum curam anneaam non habet, quod ſi ſecùs eſſet, vacaret vtique, quia duorum incompatibilium non datur concurſus capitulo ſanctorum, ſeptuageſima diſtinctione, capitulo dudum extrà de electіon. capitulo de multa eatra de præben. ſed dicendum de Cardinale ſecùs videtur, quia Cardinalis penès Papam reſidens, ſi fiat Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ inutiliſſimus erit capitulo fundamenta de electionibus in ſexto. Idem vt illud contingat, paria eſſe coniugem non habere, vel habere, & eſſe inutilem; quia ſuæ Eccleſiæ, ob eius abſentiam, in aſſiſtendo Papæ neceſſitatibus, præ-

eſſe

eſſe nequibit, capitulo tertio, extrà de tranſlatione Prælatorum facit gloſſa in lege finali. C. de plagiar. vbi ait, ſtaturum lo[c]ueus in vidua habere locum etiam in muliere inutili nupta, cuius incomparibiliratis augetur ratio, quia ex ſola ad Epiſcopatum promotione pænitus inſurgat impedimentum retineri alia minora bennefieia cap. eum cunctis, & ibi gloſſ. extra de electionibus.

Maioris hæſitationis ſumitur cauſa ex eo quoque, quod conſtat Cardinales eſſeità alligatos aſſiſtentiæ Papæ, vt exindè recedere nequeant abſque illius conſenſu Hoſt. in cap. Eccleſia veſtra el ſecundo extrà de præben. ſicut etiam Papæ mutare ſedem non licet cap. rogamus 24. q. 1. ibi iubente Domino, vt etiam per Innoc. in cap. expoſuit extrà de dilat. Panormit. in capitulo cura extrà de crim. falſ.

Quibus non obſtantibus conſtat, nedum Cardinales in Epiſcopos promoueri poſſe ad epiſcopales Eccleſias Cardinalatibus vnitas, ſed etiam ad epiſcopales, quas parct à Cardinalatibus eſſe ſeiunctas, firmat Barbatius in tractat de præ ſtant. Cardin. quæſt. Baſilien. 12. numero 52. quod dietim obſeruatum eſſe liquet, & ſi aliàs vſque ad Clementis Quinti Pontificatum hæc obſeruatio minus frequentaretur, vt refert Ioann. Andr. in cap. cùm Apoſtolus extrà de cenſ. ſubdens, quòd propterea Bonifacio Octauo Papa multos fuiſſe prætermiſſos Cardinalari, qui habebant epiſcopatus, quem ritum non promouendi Epiſcopos in Cardinales ideo non frequentari cenſebatur, cùm reſidentiam epiſcopalem iure diuino inſtitutam eſſe demonſtraretur Ezech. cap. 3. ibi Propheta fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & Eccleſiaſt. cap 32. ait ibi rectorem te poſuere, curam illorum habe. & Ioann. cap. vlt. ibi, paſce oues meas, & non dixit paſcere facias, vnde per te ipſum intelligitur, declarat text. in cap. Pontifices 7. quæſt. 1. vbi dicitur Epiſcopus qui Domini gregis curam ſuſcipiunt, atq; ſolicitudinem ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum, ſalubriter augeatur, & triplicetur fructua, hactenus ibi.

Quare in Cardinales Epiſcopos promoueri ante præmiſſa tempora Clementis Quinti non ſeruabatur, ea de cauſa cenſetur, quod Papa contrà diuinitùs inſtituta ſimpliciter non diſpenſaret cap. literas de reſtitut. ſpoliat. & ibi gloſ. & gloſ. ordinaria in cap. à vobis de decimis, & ibi Panormit., & in cap. ad monaſterium extra de ſtatu regul. in fin. & in cap. ſuper eo de bigamis ſeriben. in capit. ſunt quidam 25. quæſt. 1. & in capit. ſunt quidam 25. quæſt. 1. & in cap. ..., 13. quæſt. 1. & ibi Cardin. de Turrecrem. hanc prohibitionem Diuus Thom. 1. 2. 11. quæſt. 89. art. 10. declarat locum ſibi vendicare, quando ſine cauſa ad diſpenſationē deueniretur, & ſecus ſeruandum, quando ſubeſt cauſa, eſt autem diſpenſationis cauſa, quando bonum publicum inſurgit, vt in promotione Epiſcopi in Cardinalem, quia habetur ratio publicæ vtilitatis, quæ inſurgit, conſiderato quòd magis proficiat huiuſmodi promotio Eccleſię vniuerſali, quàm illi ſuæ particulari, aſſiſtendo Papæ, & ardua vniuerſalia Eccleſiæ tractando, cùm bonum publicum ſit priuato præferendum cap. ſcias 7 quæſt. 1. Not. in cap. bonę memoriæ extra de translat. epiſc. refert Archid. in cap. conſequens 11. diſtin. de mente Ariſt. 1. Ethicorum dicentis, diuinius, quàm vnius hominis, eſſe bonum gentis, ea igitur ratione Papa diſpenſaſſe non dicitur, diſpenſationem hanc eſſe iuris relaxationem, ſed ipſius Iuris diuini interpretationem oſtendit Caccialup. in tractat. de diſpenſat. de mente Raymun. vt ibi per eum num. 44. Quia ità interpretatur cauſam, vel factum, an ſit vtile, vel maioris boni inductiuum. Not. in cap. non eſt extra de vot. & voti redempt. & ſumitur exemplum in voto, ſolemnizato. capitulo ſemel Deo dicatum de reg. iur. lib. 6. vt ait Bald. in l. qui duos §. in arrogationibus, vbi ait. Cæleſtinum Tertium diſpenſaſſe cum Conſtantia filia Ruggerij Regis moniali profeſſa, vt nuberet Henrico VI. Federici Enobarbi filio, ſubdens, quòd ſi filius regis vnicus monaſterium ingreſſus fuerit, ne regnum pereat, vel ſubuertatur, Papam cum illo poſſe diſpenſare, vnde conſimilem diſpenſationem patet eſſe declaratiuam, & non iuris relaxatiuam, & ita ſenſit Diuus Thomas 1. 2. 11. quæſt. 89. articulo decimo, quamuis citra cauſam maioris vtilitatis veluti in caſu indifferentis boni, vel mali iuris relaxatio dici poſſe videatur Decius in capit. at ſi clerici §. de adulterij column. ſecunda in principio, extra de Iudic. Quam interpretatiuam diſpenſationem perſpicuum eſt, nedum à Papa fieri poſſe ob poteſtatis plenitudinem cap. decreto ſecunda quæſt ſexta, ſed etiam à magiſtratibus inferioribus, vt ponit exemplum Bartolus in lege ambitioſa ff. de decret. ab ordine faciendis, vbi ait, ſi in ciuitate non recognoſcenti ſuperiorem vigeat ſtatutum à generali Concilio edita, quod tamen ſuperuenienti caſu, ità poſſunt decernere, vt citrà mentem Concilij ipſius ſtatuentis deuenire videantur, factum ità modificando, quod ſi concilium conſideraſſet idem, quod à prioribus ipſis deciſum fuit, ſtatuiſſet l. ſi homines ff. mandati neque his vim facit, quod ratio huiuſmodi in diuinis non procedat, ex quo, Deo tam præſentia, quàm futura ſint nota. Quia vt ait Diuus Thomas in quarta diſtinct. vigeſima ſecunda, quæſt. decima. Quamuis præcepta Dei ſint impermutabilia, vt ſunt præcepta Decalogi, quoad eorum iuſtitiam, tamen ſunt quò ad aliquam determinationem mutabilia per applicationem, ſeu relaxatiuam, vel relatiuam diſpenſationem, interpretatiua quare ſi abſque cauſa diſpenſatio requiratur non eſt concedenda, vt habetur per gloſſ. in capitulo à nobis extrà de decimis, & ibi Panormitanus, & eſt textus in capitulo literas de reſtitutione ſpoliat., quia vt inquit Baldus in additione, ad Spec. titulo de diſpenſatione §. diſpenſatio eſt rigoris mitigatio, vel penalitaria moderatio facta per habentem auctoritatem ex publica auctoritate, vel vtilitate, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgentiam vocat, & ſic patet extra cauſam diſpenſationem interpretatiuam appellari non poſſe, vt præfertur, ſecunda, quæſt. ſeptima §. tertio. Stat ergo concluſio, vt citrà aliquam hæſitandi cauſam ſic Papæ interpretari, vt Epiſcopus

ad

ad Cardinalatum aſſumi expediat, eo quia hominis virtutum merita ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ prænoſceus, vt interpretatiua diſpenſatione peemittit, quaſi quòd conſtet, vt itá decernatut maioris vtiliratis, quæ in bono publico conſiſtit, quod bonum eſt priuaro præferend um, vt ſupra eſt deductum, & ita per Caccialupum in tractat. de diſpenſationibus habetur relatum numero quadrageſimoquarto. Nec prædictis obſtare videtur, quòd ex his reſidentiæ iura peruertaneur, quia diſpenſatus per Papam tenetur in altera earum reſidere, firmat Cardin. in Clemen. prima in principio colum. penultima de præben. dummodo diſpeuſationis cauſa, vt præfertur, ſubſiſtat, quia ſi ſine cauſa quis diſpenſetur, quamuis tutus fuerit in Eccleſia militanti, ſecùs erit in triumphanti, inquit Hoſtien. in capitulo dudum el ſecundo, exrra de elect. & Ioannes Andreas de mente Diui Thomæ in capitulo de multa extra de præben. & ibi Panormitanus; iura tamen reſidentiæ proprijs actionibus eſſe obeunda demonſtratur, declarat Decius in capitulo peruenit, extra de iudic., etiam quoad ſenſum iſtius vocis reſidentiæ firmans, vt beneficia ſingula, quæ dantue in titulum requirant reſidentiam, quamuis beneficia ſimplicia reſidentiam habree nou cenſeantur, niſi aliud ſpeciale ſit definitum, in capitulo dilectum, ſecundo, column. prima, extra de reſcripis. Quare cùm Cardinalatus detur in titulum, vt canonicis vniuerſalis Eccleſiæ, Clemen. ne Romani de electio. ſequitue neceſſariò, vt Epiſcopus, in Cardinalem promotus in Eccleſia ſua, vel modò Papæ aſſiſtere, vt alios decet Cardinales, ſi modò à Papa ſibi permittatur quamuis Apoſtolica diſpenſatione foueatur, vt per Cardin. in dicta clementina prima, de præbendis declarantem lucidiùs eſt deductum.

Quos Epiſcopos ad Cardinalatum aſſumptos Apoſtolicæ Sedis determinatione hodie conſtat magis in ſuis Eccleſijs reſidere, quàm Papæ aſſiſtere, neque huic determinationi, vt ceſſante aſſiſtentia Papæ ceſſare debeat diſpenſatio, qua ad Cardiualatum ſunt aſſumpti per regulam adigere §. quâmuis ff. de iure patronatus, capitulo cum ceſſante, extrà de priuilegijs. Quia Cardinales non ſola cauſa, vr Papæ aſſiſtant, inſtituuntur, cùm plures reddantur cauſæ, vt eſt illa quia poſſet eligi in Papam tamquam ex gremio Cardinalium vnus, nec non quia ſunt Papæ electores, vt in capitulo, vbi periculum de electiou. in ſexto, & Clementina ne Romani de electiou. Item vt eorum prudentia, doctrinaque regimini vniuerſalis Eccleſiæ ſit conſultum, quæ eſt oraculum totius Chriſtianæ Reipublicæ, vt Diui Hieronymi in libro Machabeorum eſt relatio ad Damaſum Papam ibi, idcireò ob ipſam Eccleſiæ ſanctitatem, rectique regiminis dogmata vera ab adulterinis decernimus, nouum, vetuſque teſtamentum recipimus, veroſque ſcripturarum intellectus, in grauioribus cauſis ad eam recurrimus, ab ea ſimiliter in hæreticos, ac rebelles cenſuris, ac pœnis Anathematis innehitur, ſacrique, ſanctique conduntur Canones, hæc ille. Conſtat enim miranda hæc opera non aliundè, niſi à Papa, & Cardinalibus procedere, Romanamque Eccleſiam diuinos hos fructus producere. Quare ſi hoc aſſiſtendi iure per Epiſcopos huiuſmodi in Cardin. promotos complures cauſas eſſe reperiiur, quibus mediantibus eum eis eſt diſpenſatum, remaneant, non poteſt diſpenſationis effectus ceſſare argumen in l. ſi verò lex ff. de hæredibus inſtituendis, l. ſi quis ad exhibendam, ff. de except. re. iudic. l. ſi neutri §. in bonis, & ibi Bartolus ff. de priuilegijs credit §. affinitatis inſtit. de nuptijs con. conſilio centeſimo vigeſimoſecundo, columna finali, ſecundo volum. quod impedimentum non ſolùm pluribus rationibus remanentibus ceſſat, ſed etiam ſi vnica tantùm ratio remaneat cæteris etiam pluribus ceſſantibus.

Quæ ipſa in Epiſcopo in Cardinalem aſſumpto procedentia videntur iuris identitate, vt etiam ſibi locum vendicent in Cardinali, vt in Epiſcopum. poſſit inſtitui argum. inſtitut de nuptijs §. cum autem, & §. qua ratione, quibus modis ius patron. poteſt. ſolui, lege illud ff. ad legem Aquiliam l. tertia, in principio ff. de iniuſt. rupt. teſtamen. Nec obſtat textus in capitulo bonæ memoriæ el primo extra de poſtulatione Prælat. vbi Cardinalis in Archiepiſcopum poſtulatus non fuit admiſſus, quia eo tempore id improbatum videbatur, nec dum modus diſpenſationis fuerat adinuentus, prout tempore Clementis Quinti, ſecus diſpenſatione Apoſtolica diſpoſitum reperitur. Ita refert Ioannes Andreas in capitulo, cùm Apoſtolus extrà de cenſ.

Sed maioris dubitationis cauſa vltrà ſuperiùs deducta præſefertur, vt in Cardinalium cætu, poſt eorum promotionem ad Cardinalium cætu, poſt eorum promotionem ad Cardinalatum ſex illorum, ad Epiſcopatum promoueantur, vt eſt Epiſcopatus Hoſtienſis, Portuenſis, & cæterorum quatuor Epiſcopatum, qui niſi Cardinalibus conferuntur, præſertim attentò eo, quia reſidere non compellantur, velut Cardinales, qui ad alios Epiſcopatus poſt Cardinalatum inſtituuntur.

Sed ceſſat dubitandi ratio, quia huiuſmodi epiſcopatus, ſiue Eccleſias conſtat vnitas eſſe, ſiue incorporatas, Cardinalatibus ad quos gradatim illi Cardinales perueniunt, qui Papæ diutueniori tempore in presbyterali ordine aſtiterunt. Declaratur lib. prouinciale nuncupato, de quo meminit Cardinalis, Clementina ne Romani §. veritas de electiou. Triumque huiuſmodi ſtatuum videlicet, Epiſcoporum, Presbyterorum, ac Diaconorum muneribus, ideò, à Diuo Petro, & ſucceſſoribus Eccleſiæ Senatum compoſitum eſſe videtur ad omnimodum Apoſtolicum ritum imitandum.

Quia Epiſcopis Cardinalibus ideò componitur ad repræſentandum Apoſtolos, qui primò aſtiterunt Domino, ac Diuo Petro, cùm in eorum locum Epiſcopos ſucceſſiſſe liqueat, capitulo quorum vices ſexageſimaoctaua diſtinctione. Presbyteris autem quia referuntur ſeptuagintaduo Diſcipuli, Luc. capitulo ſecundo. Diaconis verò, quia repræſentantur ſeptem Diaconi, quos Apoſtolos elegiſſe reperitur act. cap. ſexto. Vltra quam

ſini-

ſimilitudinem, patet quoque omnimodam conformitatem munere præmiſſorum fuiſſe in Cardinalibus inductam, vt ſatius conſimiles apparerent. argumen. l. creditor. ff. de verborum ſignificatione, vt patet primò in perſonis, vt præmittitur. Eſt quoque conformitas in munere eligendi, vt quemadmodum Apoſtoli Diuum Petrum in eorum Principem elegerunt, Cardinales Petri eligant ſucceſſores capitulo in nouo vigeſimaprima diſtinct. eſt argumen. textus in lege propemodum ff. de verborum ſignificatione: ibi ſimilibus rebus; ſumitur etiam ſimilitudo, ex configuratione argumen. l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verb. ſignificatione: ibi ſimul figuratione, quia quod de Cardin. configuratum in lege veteri repetitur, verborum obſcuritate, in lege noua explicatum reperitur, capitulo per venerabilem extra. qui fil. ſint legit. Neque præmiſſis aduerſari patet, vt Epiſcopis Cardinales reſidentiam in huiuſmodi eorum Eccleſijs Papæ aſſiſtendo non habeant, veluti habere ſtatuitur alios Cardinales, in Epiſcopos promotos, extra numerum præmiſſorum ſex poſt eorum Cardinalatum, quia hoc non reſidendi priuilegium, pluribus ex cauſis, ſex ipſis Cardinalibus Epiſcopis eſt conceſſum.

Primò eſt vnionis cauſa, decernitur autem vnio altera ex tribus cauſis videlicet, temporis perturbatione, Eccleſiæ paupertate, & vicinitatis ratione, vt de prima, iam liquet, capitulo, & temporis 16. quæſt. 1. & de alijs ead. qu.

Quod vnionis ius, vſque adeò ex præmiſſis canonum diſpoſitione cauſis eſt permiſſum, vt Prælatus vnionem decernere recuſans per ſuperiorem poſſit compelli. Archidiac. in d. cap. & temporis per text. in cap. nullus. ext. de iur. pat. cap. Arnaldus 8. qu. 3. adeo vt etiam tamquam negligens redargui poteſt, notatur in cap. fin. ext. de Eccl. ædific. In tantumque Papa ius vniendi decernit, vt de duabus Eccleſijs vnicam conficere queat. cap. præcipimus 26. quæſt. 1. ex quo ſupremam circa eccleſiaſtica beneficia poteſtatem habeat Clem. 1. in fin. vt lit. pend. cap. propoſuit, ex. de conceſſ. præben. in 6. adeoque circa hoc Ordinarij extenditur poteſtas, vt vnire queat Eccleſiam Parochialem canonicatui, vel præbendæ, etiam irrequiſitis canonicis cap. ſicut vnire, & ibi gloſ. ext. de exceſſ. prælat. ſed maiori ratione videtur, vt Papa vnire queat cathedralem canonicatui vniuerſalis Eccleſiæ, qui eſt Cardinalatus, cap. In nomine Domini, 23. diſt. arg. cap. ſi vna ext. de rebus Eccleſ. non alien. cap. extirpandæ §. quæro, &c. expoſuiſti, ex. de præb. & cap. ſuper. eod. dict. tit. lib. 6.

Inſigniorque dignitatis cenſetur Eccleſia, vel præbenda, cui alia Eccleſia vnitur, quàm Eccleſia, de qua ipſa fit vnio, declarat Archid. In cap. & temporis 16. qu. 1. vbi ait, quod cui fit vnio, cenſeatur mater, Eccleſia verò, quæ vnitur, filia cap. cùm dilectus, ex. quod met cauſ. & ità firmat Cardinalis in Clemen. ne Roman. §. veritas de elect.

Vndè ipſius vnionis cauſa Cardin. Epiſcopus ex aliqua huiuſmodi Eccleſiarum ſex, magis in ſuo Cardinalatu, vel loco inſigniori reſidere tenetur, quàm in aliqua ex Eccleſijs ſex præmiſſis, virtute vnionis prædictæ Cardinalatibus eiſdem, vt præfertur incorporatis.

Neque vnionibus dictarum ſex Eccleſiarum opponi poteſt, vt citrà cauſam vnitas fuiſſe pareat. Quia nec ratio vnitatis deſideratur, cùm ad Vrbe non diſtent, vltrà dietam, adeò, quod commodè viſitari poſſint, non ſit verendum, & quod commodè fieri poteſt, arduum reputari non debet. Archidiac. in cap. ſi Romanorum 19. diſt. quare facillimè præmiſſa vnionis ita Apoſtolica auctoritate affectum ſortita fuiſſe patet, tum ratione præpoſita, cùm etiam ratione abſentiæ Chriſtianæ Reipub. cauſa, quandoquidem dictarum ſex EccleſiarumEpiſcopi mancipati reperiantur obſequijs Lateranenſis Eccleſiæ, ſicut Cardin. Presbyteros Patriarchalium vrbis Eccleſiarum muneribus. Card. verò Diaconos Papæ perſonæ obſequentes refert Cardinalis ex ordine lib. prouinc. aliàs allegari in dict. Clem. ne Romani §. veritas, de elect. adeo, vt ipſorum abſentia excuſatione digna cenſeatur, arg. cap. ad monaſterium, ext. de relig. domi. quia Cardin. Epiſcopis, ipſi reperiantur eſſe coadiutores Papæ in executione ſacerdotalis officij cap. per venerabilem, extra qui fil. ſint legit. Hæc ipſa præſeferuntur iuribus vniendi Eccleſias pereque conuenientia cenſeri, vt ab ipſa vnionis deſcriptione ſumitur, quæ talis deſcribitur, videlicet, eſt autem vnio, coniunctio, ſeu congregatio duarum, aut plurium Eccleſiarum, vel per viam ſubiectionis, aut æqualitatis, vel acceſſionis, ſeu electionis, quo ad temporalia, vel ſpiritualia, vel quoad vtrumque, quandoquidem, quo ad Eccleſias tantùm, quandoque, quo ad Prælatos, quandoque, quoad vtroſque, vt latiùs per Caccialup. in tract. de vnion. in 2. artic. oſtenditur.

Vltrà præmiſſæ vicinitatis iura patet etiam vnionis præmiſſæ cauſam minus arduam eſſe ex cauſa abſentiæ, vt ſup. reipubl. cauſa contingentis, nam refert gloſſ. in l. fin. ff. de inter. actio. ex quinque abſentiarum generib. primam, & principalem eſſe comprobabilem, quæ fit reipub. cauſa, & neceſſariam, ſecundam tantùm probabilem eſſe, vt eſt, abſentia ſtudiorum cauſa, tertia eſt neceſſaria tantùm, quæ eſt ex legationis ratione. Quarta verò eſt, voluntaria, vt eſt, quæ contumacia caret; quinta eſt, quæ per contumaciam improbatur. Proptereà dixit Bart. in l. ſi maritus la 2. §. 1. ff. de adul. aliud eſſe, abſentem exiſtere, & aliud haberi pro abſente. Patet enim vt priuilegium à iure Ciuili inductum ius diuinum in aliquo limitans, vt militi armato conceditur, ità clerico etiam, vt cœleſtis militiæ militi competere intelligatur, gloſ. Bart. & Angel. in l. miles, ff. de iud. Non facit vim, quod ſumitur, ex. l. abſentia, vt ibi not. ff. de reg. iur. quod abſentia ad vniuerſitatem cauſatum, vniuerſalis Eccleſiæ, prout ipſi Card. Epiſcopi intereſſe cauſis huiuſmodi debent. Quia ratione vicinitatis abeſſe, non videntur, quam vicinitatem palàm eſt, ex iudicis arbitrio eſſe declarandam, Bald. in l. ſi vicinis, C. de nup. in fin. & in addit. ad Spe. tit. de expenſ. verſ. quis locus. Quæ cùm tot temporum lapſibus à Papa ſummo totius Orbis iudice, c. cuncta 9. q. 3. numquam fuerit improbata, ſequitur, vt ipſa

vnio-

vnionis cauſa nullatenus à Chriſtiana religione diſcrepans reperiatur, cap. in ſede 24. q.1. ibi, in Sede Apoſtolica, extra maculam Catholica ſemper ſeruata, vt religionis; eatenus textus.

Decuit enim Senatum Apoſtolicum exornari muneribus, illorum ſacerdotum, quos Dionyſius lib. cœleſtis hierarchiæ commemorat c.5. vel Diaconorum quorum eſt in Eccleſia munus purgatiuum exercere, arcendo indignos, & prophanos ab Eccleſia, ſicut Presbyterorum munus dicitur illuminatiuum, quia ſanctis Sacramentis cæcos, vel denios à fide illuminant, vt ad ſalutis ſemitas reducantur Epiſcoporum; verò munus eſſe perfectiuum, cùm Sacramenta ipſa perficiant, illaque adminiſtrent. Quæ quidem ſacramenta ſano modo intelligi oportet, quia in Domini virtute, non in propria miniſtrantium actione robur, ac vim accipiunt, eaque ſumere conſtat. Vndè ità palam eſt, nec aliàs ab ità adminiſtrantibus conferri, aut immutari poſſunt. Declarat diuus Thom. in 4. diſt.15, q.2. argum. ibi, miniſtri Eccleſiæ inſtituuntur in Eccleſia diuinitùs fundata, & ideò inſtitutio Eccleſiæ, præſupponitur ad operationem miniſtrorum, ſicut opus creationis ad opus naturæ. Quæ inſtitutio Eccleſiæ conſiſtit in Fide, & Sacramentis, & ideò ad miniſtros Eccleſiæ, nec nouos articulos fidei edere, nec editos remouere, nec noua Sacramenta inſtituere, nec inſtituta remouere pertinet, ſed hæc ve poteſtatis excellentia, quæ ſoli debetur Chriſto, qui eſt Eccleſiæ fundamentum; & ideò ſicuti Papa non poteſt diſpenſare, aliquis ſine Baptiſmo ſaluetur, ità nec quod ſaluetur ſine confeſſione, ſecundùm quod obligat ex vi Sacramenti. Hactenùs ille.

Epiſcoporum nomen idem referre, quod ſuper inſpectores, declarat Iuriſconſultus in l. munerum la 2. §.idem Epiſcopi, ff. de mun. & honor. eodem ſenſu ſumendum eſſe oſtendit, Cic. ad Attic. vbi ait, me Pomperius eſſe voluit, quem tota Campania, & ora maritima; habeat Epiſcopum, ad quem delectus, & ſumma negotij, deferatur, & hunc ſenſum, ſatis arguere videtur, vt Apoſtolorum temporibus magno iuriſdictionis diſcrimine à ſacerdotibus ſecundi ordinis differrent, cùm tale munus ſuper inſpectoris exercentes, nedum laicis, & Eccleſiæ inferioribus miniſtris eos præfuiſſe demonſtratur, ſed etiam ſecundi ordinis ſacerdotibus, quos presbyterorum nomen retinuiſſe conſtat, cum lege antiqua, id præſeferatur, vt figura legis nouæ ad Hebr. cap.7. patet enim Leuit. c. 8. vt ſolius maioris ſacerdotis caput inungeretur, vndè indicatum fuit Epiſcopos ſacerdotum ſecundi ordinis futuros Principes, eorumque ordinatores, & capita, c. decretis 21. diſt. Propterea Bart. in l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuer. no. dixiſe Epiſcopum eſſe caput cleri, ſicut poteſtas eſt caput laicorum, Epiſcopi etiam nomen, eſſe nomen oneris, ſentit Azor. in rub. C. de Epiſcop. & Cleric. & Epiſcoporum figuram præceſſiſſe fertur in Aaron ſacerdotem, Moyſis germanum fratrem, & ſecundi ordinis ſacerdotem in ipſius Aaron filijs num. cap. 10.

ARTICVLVS III.

Miniſterij Epiſcopi, & Presbyteri, quod ſit diſcrimen.

QVædam enim Epiſcopi miniſtrant quæ à Presbyteris miniſtrari non permittuntur, c. perlectis, §. ad Epiſcopum 25. diſt. in cap. quamuis 68. diſt. & in c. quanto, ext. de conſ. Realem hanc differentiam ab initio ſurgentis Eccleſiæ, inter Apoſtolos, & Presbyteros colligitur Act. c.1. vbi inter vndecim illos, Petrus, vt illorum Princeps demonſtratur eorum numero Epiſcopalia iura fore communicanda, & non extra eorum gremium, prout verba indicare patent. Nam loquens de Iuda ait, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius, & deinceps inducens Pſalm. ibi, & Epiſcopatum eius accipiat alter, eandem hanc ſententiam poſuit diuus Auguſtinus, in lib. de quæſt. nou. & veter. teſt. vbi inquit, Dominum omnes Apoſtolos, Epiſcopos inſtituiſſe, quoad auctoritatem intelligitur, Petri tamen miniſterio, & eſt text. in c.1. de ſum. Trinit. ibi, dum loquitur de Euchariſtiæ Sacramento ait, & vtique Sacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui rectè fuerit ordinatus ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, nam niſi illos Epiſcopus inſtituiſſet, Presbyteros, promouere non potuiſſent d. c. quanto, de conſuet. & hoc pacto oſtenditur Dominum Epiſcopalem ordinem in cœtu Apoſtolico inſtituiſſe, c. in nou. 21. diſt. & c. quorum vitea 63. diſt. Vndè colligitur Apoſtolos primùm vocatos ad religionem, & de religione ad Epiſcopatum. Propterea iure permittente eſſe liquet, vt regulares ad Epiſcopatum promoueantur citra virium apoſtatandi, licèt ab aliquibus imperitis ſecus definitum fuerit attenta ſtatus perfectione, in qua ſunt regulares ratione non habita etiam quod talis opinio ſit contra text. in c. ſtatutum 18. q. 1. & in §. his autem 16. q. 1. c. religioſus de elect. in 6. cum ſtatus Epiſcopalis ſit magis perfectus, quàm regularis, & in eo, ſub eoque ſtat, & comprehenditur vera religio, cùm cenſeatur etiam, quid magis dignum, ſitque de religione tranſire ad Epiſcopatum, eſt etiam de mente Auguſtini Geneſ. c. 12. Quod agens ſit perfectius patiente, ſtante quod in genere perfectionis Epiſcopi ſint, vt perfectiores, & potiores, & regulares, vt perfecti D. Thom. ſentent. 2. 2. q. 183. art.7. etiam habetur ſententia, quod ille perfectior ſtatus habeatur, in quo homo magis accedit ad dilectionem Dei, & proximi, ſed ſtatus Epiſcoporum eſt talis, quia eſt omnes iuuare, & ſingulos releuare, & ſollitudinem omnium portare, quæ Omnipotentis ſunt opera, cap. Clemens 8. q. 1. Hinc eſt, vt Epiſcopalis hic ſtatus commendetur. 1. Timoth. cap.3. Nec iſtis refragatur, quod quis Epiſcopus fiat regularis, c. temporis, §. iterum aliquis 7. q. 1. Quia hoc non ſimpliciter procedit, ſed cauſa cognita inhabilitatis reſignantis, vel ob inſignem eius humilitatem ad pœnitentiamque agendam, &

augendam ſtatus perfectionem, c. hoc 7. q. 1. & non ſit ad quietem conſeruandam, c. peruenit 7. q. 1. Nam aliàs Epiſcopi, qui non ſunt inhabiles, ad reſignandum non admittuntur, c. niſi cum pridem, de renunc. & cap. ſuggeſtum 7. q. 1 vbi Epiſcopi exhortantur ne labores fructuoſos fugiant, nec Epiſcopatum dimittant, vt in monaſterijs quietem inueniant. Non obſtat pariter, quod per Aret. in contrarium deueniatur ſententiam conſilio 59. dum inquit, Epiſcopari volentem, oportere ante fieri presbyterum, vt coniugatus ante copulam, nequit presbyterari, c. ex parte d. a. & c. ſane de conuerſ. coniugat. ergo nec poterit Epiſcopari, quia hoc non iure cautum eſt; vt presbyter tantùm ad Epiſcoparum promoueatur, quia licèt Epiſcopus non eligatur, niſi in ſacris conſtitutus, cap. à multis de ætat. & qualit. ord. non tamen intelligendum eſt, ità Papæ fuiſſe alligatas manus, vt de Cathedrali, vel Metropolitana Eccleſia in ſacris adhuc non conſtituto nequeat prouidere, ſtante iuris diſpoſitione, vt prouiſus de Cathedrali, neceſſarium infrà iuris terminum cogatur adire conſecrationem, & ſic presbyteratum, vt deinceps conſecrari debeat, ad hoc vt verus habeatur Epiſcopus, cùm ante conſecrationem, quis Epiſcopus cenſeri nequeat, quamuis de electione doceatur arg. cap. qualiter, & capitulo noſti, extra de election. ſicuti, nec Archiepiſcopus dicitur, niſi poſt ſuſceptum pallium, notatur in cap. ſuffraganeis, & in cap. quod ſicut, §. fin. ext. de elect. ſed quatenus auctoritate diui Hieronymi, dicitur in cap. legimus 93. diſt. inter Epiſcopos, & Presbyteros non fuiſſe diſcrimen intelligi debet, quoad Corpus Chriſti verum, fuiſſe paris conſecrationis, ſed ſecùs quoad Corpus Chriſti myſticum, vbi poteſtas Epiſcopi, & conſecratio non eſt eadem, ſed maior, vt eſt ſuper ſacramentis neceſſarijs, ſcilicet Ordinis Chriſmatis, & alijs in quibus liquet Presbyterorum, nullas eſſe partes, refert Cardin. de Turrecrem. cap. 21. lib. 1. in ſumm. n. 8.

ARTICVLVS IV.

Papa Epiſcopos, velut maiores Sacerdotes inſtituit, Moyſis figura ità indicante.

SOlius Papæ eſſe Epiſcopos inſtituere, & ab eo auctoritatem habentium præfiguratum antiquiori Lege fuiſſe conſtat, quando Moyſes in maiorem Sacerdotem Aaron germanum fratrem aſſumpſit, & illius filios in Sacerdotes ſecundi ordinis, cap. decretis 21. diſt. ideò reperitur, Papam omnium Epiſcopatuum inſtitutionem decernere, cap. 1. 22. diſt. cap. perlectis, 25. diſtinct. gloſſ. in cap. quamquam de electionibus in ſexto, facit etiam textus in cap. quoad tranſlationem, extr. de offic. leg. & in cap. ſicut vnire, ext. de exceſ. Prælat. Sed cùm Cathedralis Eccleſia ad imitandum Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ inſtitutum, quo Papæ electio annuentibus Cardinalibus efficitur, attento etiam, quod Papa nullum ſibi ius reſeruaſſe videretur, quo mediante Cathedralis electio non ſubſtinenda videretur ivatà temporum lapſus, quandoque à clero; quando à populo, ſimulque clero electiones Epiſcoporum procedebant 61. & 63. diſt. per totum, quamuis ab hoc, nulla contra ſupremum Papæ poteſtatem præſcriptio induceretur. Panorm. in cap. cum ad ſedem, ext. de reſt. ſpoliat. & c. cum inſtantia de cenſ. Nec in contrarium facit, quod ab Apoſtolis communi electione proceſſum fuerit ad electionem Apoſtoli Matthiæ, cùm ſufficeretur in locum Iudæ iam in Apoſtolatu degentis tunc præmortui, Act. cap. 1. & facit cap. cleros 21. diſt. & 26. q. 2. cap. non exemplo, tamen clarum eſt, tunc ad Papam pertinebat prouidere de dignitatibus Cathedralium, adeò vt electionum vſus pœnitus ab aula receſſiſſet, quod ius Papæ competens, ipſemet Canonicis Eccleſiarum, in vim legis conceſſit, cap. 1. cum ſimil. ext. de election. non tamen tantùm iuris ipſis eligentibus Papa conceſſit, quin ſibi maius reſeruauerit, cap. dudum de preb. & dignit. in 6. demonſtraturque id, quia in dignitatibus electiuis Papa præuentionem habet. Neque his reſiſtit, quòd Epiſcopatus inſtitutio ſit de iure diuino notatur in cap. 1. 80. diſt. quia intelligitur quoad originem, & inſtitutionis natiuitatem; ſed quoad electiones eorum ſunt de iure poſitiuo, quare Papa ad libitum diſponit. c. propoſuit, de conceſ. præb. cap. innotuit de elect. & iſtud apparens eſt, vt in praxi demonſtratur, quia ſi ſecus eſſet, nunquam vſu frequentatum foret, cùm contra diuinitùs diſpoſita Papa non diſponat, cap. ſunt quidam, 15. q. 1. tamen pro conſtanti habetur, Papam Epiſcopos inſtituiſſe abſque alia electione, & vſque ad tempora diui Petri, liquet Apoſtolum Matthiam ſolo Principis Apoſtolorum voto creatum Epiſcopum, cap. in illis 80. diſt. cuius text. virtute, Innoc. c. ex geſtis, de cler. non reſid. ſumit argumentum Papam eſſe ſup. Eccleſiam, & ſup. Concilium.

Verùm cùm in exordio præſentis articuli Papam referre Moyſen præmittatur, quia ipſum in conſecratione maiorum, & minoris ordinis ſacerdotum imitatur, prætereundum non eſt, non ſolùm in hoc Papam referre Moyſen, ſed immò Moyſen ſingulis ſacerdotibus præponi ad imitandum, & primò ſacerdotalis officij ratione, cùm id muneris ſit à Deo, ſuper quo à Deo, qui eſt veritas edoctus fuit, cùm ei Dominus inſtar amici, amico loquebatur, vt Exod. cap. 33.

Secundò quia conſtat Moyſen exemplar fuiſſe totius ſacerdotalis officij, quod accepit à Domino Exod. cap. 25. ibi ait Dominus, fac ſecundùm exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte.

Tertiò eſt alia apparens ratio, cur Moyſen & Aaron ſacerdotes imitari debeant, quia in ſacerdotibus eorum officium ſacerdotale optimè geſſerunt, ſunt autem hæc relata à Diuo Hieronymo ſuper Leuit. quæ Grat. recenſuit in cap. ſi quis 36. diſt. vbi Car. de Turrecrem. ſummando huiuſmodi textum ait, tria ibi eſſe ſacerdotibus indicta ad Moyſen, & Aaron imitandum, citrà quæ ſolum ſacerdo-

tia

Digitized by Google

tis nomen retinent, quæ ſunt legere, docere, & orare.

Neque his reſiſtit, quòd ſacerdotes Moyſen imitari non debent accedente cauſa, quod Moyſes non ſine bellatoris nomine extiterit Exod. cap. 17. vbi Moyſes contra Amalachitas decernit Ioſue virum bellicoſum ad dimicandum contra hoſtes populi Iſraelis, cùm de iure ſacerdotibus bellare ſit prohibitum, cap. conuenior, 23. qu. 8. cap. clerici. ext. de vit. & honeſt. cler. cap. quidam, cap. petitio, ext. de homicid.

Ratio autem quare ſacerdotibus bellare non permittatur eſt, quia vt refert D. Thomas ſecunda ſecundæ, qu. 91. art. 2. exercitium belli inquietudinem habet, & multum à contemplatione auertit, & à laude, & oratione pro populo. Eſt, & alia ratio, quia clerici mancipantur altaris ſacrificio, vbi Chriſti paſſio repræſentatur, ad Corin. c. 11. ibi, quotieſcumque hæc feceritis, ideò non decet eos, alios occidere, ſed magis eſſe paratos ſanguinem proprium effundere, pro Domino, vt opere expleatur, quod miniſterio geritur.

Sed ſoluitur difficultas ratione retenta, quod clericis non ſimpliciter prohibitum ſit bellum inire ad imitationem Moyſis, vt fuit pro populi ſibi commiſſi defenſione, pro qua defenſione conſtat Moyſen alterius officio, & non perſona partes ſuas interpoſuiſſe, & orationi intentus, ſuper montem manus furſùm eleuans, hoſtes deuincebat, & manibus laſſitudine demiſſis, populus vincebatur, quo agnito ab Aaron, & Hur. manus Moyſis ex vtraque parte ſuſtentabantur, cùm graues eſſent, ob orandi laborem, & ità parta eſt victoria.

Ideòque ceſſare difficultatem demonſtratur, dicto capitulo ſi quis vult, 36. diſt. vbi apparet ſacerdotes teneri ad imitationem Moyſis ad aſſiduè orandum. Nec in contrarium deducta reſiſtunt, quia viget prohibitio, quatenus clerici, propria reſiſtere intendunt perſona, licèt conſulere, & hortari valeant dummodò licitum ſit bellum, cap. ex multa, §. de clericis, ext. de vot. & vot. redemp. Velnti etiam in caſu, quod bellum non ſit licitum, non eſt irregularis, ſi citrà eius culpam incidenter ſequatur bellum, ac etiam ſi pro defenſione propriæ perſonæ arma ſubminiſtret, & mors alicuius ſequatur, ſecus eſſe, ſi pro defenſione rerum ſuarum, ext. perſonam, vt latiùs per Archid. in cap. ſi quis vult, 36. diſt.

ARTICVLVS V.

De origine iuriſdictionis, qua Epiſcopi funguntur,

FIguris antiquæ legis pater, quod ſolus Papa iuriſdictionem, & poteſtatem à Deo inſtar Moyſis receperit, & alijs vt Epiſcopis loco Centurionum, & tribunorum, & quinquagenariorum conuocatis conferat, quemadmodum illi à Moyſe ſupremo eorum Principe aſſumebant regiminis onus; comprobantur prædicta in Patriarchis, Archiepiſcopis, & inferioribus ſacerdotibus, Diui Gregorij auctoritate, cap. decreto 2. queſt. 6. ibi Sancta Rom. Eccleſia, ità vices ſuas alijs impartiuit Eccleſijs, vt in partem ſint vocati ſollicitudinis, & non in plenitudinem poteſtatis.

Neceſſariò etiam hoc probatur ex articulo vnitatis fidei. Cant. cap. 6. vna eſt columba mea, vna eſt perfecta, vbi gloſs. ait, ideſt, Eccleſia facit tex. in cap. loquitur, 24. qu. 1. nam ſi iuriſdictio in Eccleſia ſecus ſumeretur, & ſic extrà manum Papæ, eſſet ſanctiſſimæ vnitatis iura Eccleſiæ euertere, & in hæreſim procumbere, vt in Extrauagant. Ioann. 22. vnam, vnde Diuus Thomas contra gentiles lib. 4. cap. 76. ait ſoli Petro promiſit tibi dabo claues regni Cœlorum, vt oſtenderetur poteſtas clauium per eum ad alios deriuanda ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem.

Idem comprobare Cæſarem Iuſtinianum liquet, authen. vt Rom. Eccleſ. collat. 3. vbi ait, Romanam Vrbem ſortitam eſſe legum originem, & ſummi Pontificatus apicem, declaratur hoc actione Concilij Conſtantinopolitani in acclamatione Patrum dicentium ibi, veneramur ſecundùm ſcripturas, & canonum definitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum omnium Epiſcoporum.

Sunt eiuſdem virtutis acclamationes Patrum in Concilio Chalcedonenſi ad Leonem Papam ibi: Leo ſanctiſſimus, Apoſtolicus, & Oecumenicus, ideſt vniuerſalis Patriarcha, per multos annos viuat.

Ex præmiſſis igitur vera ſtat concluſio, vt corpus Eccleſiæ pro ſubſtentatione membrorum, quibus eſt compactum ab ipſo Eccleſiæ capite omnem ſumat ſubſtantiam, & virtutem, & ex eo capitis nomen retinet, quia ſenſus omnes, & nerui initium capiant, ac viuendi virtutem. Iſid. lib. ethimol. cap. 7. Rationique huiuſmodi conſona videntur relata à Diuo Chryſoſtomo ſuper Actibus Apoſtolorum, vbi ait Petrum, à Filio ſuper omnes, qui filij ſunt, accepiſſe poteſtatem, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe.

Alio præterea medio demonſtratur Epiſcopos, alioſque Prælatos Eccleſiæ à Papa recipere poteſtatem, & ſic ordinem Apoſtolorum ad Petrum in poteſtate iuriſdictionis, ſunt verba Diui Cyrilli lib. Theſaur. vbi ait, nulli alij, quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt, plenè commiſit, ſed ipſi ſoli dedit, cui adſtipulatus eſt Diuus Anacletus in cap. ſacroſancta, 22. diſt.

Eſt quoque auctoritas Diui Cypriani in cap. loquitur, 24. quæſt. 1. ibi, ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat Eccleſiam, quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem, parem, ideſt, communem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut me miſit Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem, ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, & Petrus pari conſortio, & honoris, & poteſtatis ibi gloſs. in ordine, & dignitate conſecrationis, non admini-

niſtrationis pienitudine,ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti eſſe vna demonſtretur, hæc ibi Cyprianus.

Vnde colligitur vni Petro eſſe poteſtatem collatam,& à Petro cæteris Apoſtolis impartitam eſſe, patetque ad oculum, vt ſi Eccleſiæ poteſtas cæteris Apoſtolis veluti Petro à Domino immediatè collata fuiſſet, non diceretur, Eccleſiam, quæ eſt Domini ouile, vnum habere paſtorem, cùm omnes Apoſtoli inſtituti paſtores cenſerentur,eſt quoque Diui Leonis Papæ ſententia in c. itâ Dominus 19. diſt.vbi de Petri prælatione cõmemorans ait ibi. Huius muneris Sacramentum itâ Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo, principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua, velut in corpus omne diffunderet; vt extorrem ſe miniſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus eſſet à Petri ſoliditate recedere hæc ille.

Inconuenientia quoque per quam maxima in Eccleſia contingentia eſſent, ſi iuriſdictionis æqualitas inter Papam, & Epiſcopos daretur Papæ ſuperioritate ſublata. Nam ſi iuriſdictio competens Epiſcopis, non à Papa, ſed à Deo eſſet illis immediatè, vt Diuo Petro, collata, ſequeretur, vt tam Epiſcopi electi, quàm ſacerdotes ſecundi ordinis ad aliquod beneficium electi, nulla indigerent confirmatione, cùm in eo ſtatu eſſe viderentur, quod à Deo dicerentur inſtituri, & confirmati ſicut Papa, qui nulla confirmatione, vel inſtitutione indiget, quia ab ipſo Deo confirmatur, & inſtituitur, quod eſſet inconueniens, permaximum, & euerteret ordinem Eccleſiaſticum, cùm ſit, vt Curati ab Epiſcopis debeant inſtitui, & ius Epiſcopis competens ad curam animarum eis committere, & eſſet illam iuriſdictionem per fruſta ſcindere, Epiſcopoſque iure ſuo, ſine culpa eorum ptiuare, contrà l. aliud eſt fraus, ff. de verborum ſignificatione: Sic igitur Epiſcopus, ab Archiepiſcopo, & ille à Papa, vel à Patriarcha, vnde ſequitur, vt Presbyter curam ab Epiſcopo aſſequatur, & Epiſcopus ab Archiepiſcopo, aut primate, vel Patriarcha, aſſequens, illi autem, vt alteri conferre valeant, poteſtatem à Papa recipiant. Patet etiam quia Epiſcopi ſacerdotium curæ annexum, vel Eccleſiam conferentes, vt de eorum circa id collata liqueat poteſtate,literas conficiunt, quarum virtute præſeferunt ſeſe collatores, quod ſi à Deo, vt Papa Eccleſias,vel ſacerdotia reciperent, omnes Eccleſiæ Prælati falsò atteſtarentur collationes ipſas conficere.

Vlteriùs,ſi quod præmittitur eſſet verum ſequeretur, quòd Papa Epiſcoporum iuriſdictionalia non poſſet dilatare, vel minuere, vel mutare, contra text. in capit. fælix, 16. qu. 1. & ead. qu. cap. præcipimus, ſimiliter, & alia quàm plura inconuenientia in quouis Eccleſiæ actu imaginationi ſubiecta, quibus illius iuſtitia, & decus conſetuatur, euerterentur, ſi Epiſcoporum, & Presbyterorum poteſtas intelligeretur eis immediatè collata à Deo, quia à Papa alterari non poſſent, quæ diuino Dei inſtituto ſunt geſta, capit. ſunt quidam vigeſimaquinta diſt. quæſt. prima, & capitulo, dixit Dominus, decimaquinta diſtinctione, cap. ſicuti ſancti.

Nec contra,quæ præmittuntur probationes virtute rationum reſiſtunt,quæ aliquorum impietate abijciuntur, vt fuit illud, quod ſicut Principes ſe habent ad regem, itâ Epiſcopi ſe habent ad Papam, ſed Principes non ſemper habent iuriſdictionem à Rege,itâ Epiſcopi non habent à Papa, quia Epiſcopos liquet eſſe Principes Pſal. quadrageſimoquartò, ibi, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

De iuriſdictione etiam probatur, quia Principes eligunt Regem, propria, & non regia auctoritate, vel iuriſdictione, cùm tempore electionis regia poteſtas iam in eſſe deducta non reperiatur, ergo quam habent primò iuriſdictionem antè electionem,à Rege illam non eſſe conſtat.

Reſponſio ad hoc habetur Diui Thomæ auctoritate in quarta, diſtinctione decimanona, vbi ait, quòd poteſtas Papæ ſe habet ad poteſtates Epiſcoporum, ſicut poteſtas Regis ad poteſtates iudicum, & ſingulis regni Vrbibus præfectorum, & ratio eſt, quoniam Eccleſiæ vniuerſalis cura ad Papam pertinet, ſicuti totius regni ad Regem,quia ſoli Petro eſt commiſſa Ioan. capitulo vltimo, ibi, paſce oues meas.

Indè idem Diuus Thomas libro de perfection. vit. ſpirit. ait ibi, Regimen Archidiaconorum rectè intuenti,& aliorum curam exercentium in Eccleſia erga Epiſcopos eſſe videtur, quod in temporali præpoſiti habent, vel baliui erga Regem, & ſic valere impugnatur.

Nihil quoque adminiculatur, vt dicatur Epiſcopos eſſe Vicarios Ieſu Chriſti, quia & ſi ſint Vicarij ſecundùm quid, cum ſucceſſerint Apoſtolis,qui Domini Vicarij particularium Vrbium, vel Prouinciarum fuerunt, non tamen immediatè à Domino inſtituti ſunt, nec generaliter, vt Petrus, à quo etſi Vicarij inſtituti fuerint, non repugnat, quia Chriſti Vicarios eſſe pateat, cùm ſit immediatè à generali Vicario inſtituti, quorum vices Epiſcopi repræſentant, capitulo quorum vices, ſexageſimaoctaua diſtinctione; cùm etiam ſacramentorum adminiſtratione dignoſcantur Domino myſterialiter cooperati inſtar ſacerdotis animarum curæ præfecti, qui illius adminiſtrationis ratione pariter Ieſu Chriſti Vicarium gerere aſſeritur. De pœnit. diſt. 4. 5. inter hæc.

Nec tergiuerſationi locus reperitur,quia Epiſcopi Papæ Vicarij cenſeantur canone itâ dictante Romanam Eccleſiam alijs Eccleſijs impartiri vices ſuas, capitulo decreto, cap. ſeq. ſecunda diſt. quæſt. ſexta, cùm quis illius eſſe Vicarius præſumatur, ad cuius auxilium eligitur.

Vnde Epiſcopus Sacerdotem promouens,finalem cauſam promotionis oſtendens, ait; Quantò fragiliores ſumus,tantò ampliùs neceſſarijs auxilijs indigemus.

Neque his reſiſtit, Epiſcopos iudices eſſe ordinarios, quia & Cardinales Legatos de latere oſtenditur eſſe pariter iudices ordinarios, quamuis ſint delegati.Spec.in tit.de Legat. & Vicarij Papæ dicantur.

Nullius eſt pariter virtutis, quod compin-

pingitur, ex ſumpta auctoritate act. cap. 20. ibi attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo poſuit uos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei; vbi ſumitur intellectus, quod tàm Epiſcopi, quàm Presbyteri ad curam præſecti à Spiritu ſancto, ita ſint inſtituti, vt Petrus, immediatè à Domino, quia intelligitur inſpiratione, & ſic inuiſibili ſuperioris diſpoſitione; qui ità ſuperiorem ad inſtituendum illos Prælatos canonica inſtitutione induxit, & hunc ſenſum competere inductæ auctoritati demonſtrat gloſſ. ad Heb. cap. 5. ibi Ne quis ſibi honorem aſſumat, ſed qui vocatur à Deo tamqnam Aaron. ibi ait, qui rectè eligitur, à Deo vocatur, ſicuti etiam dicitur, in alicuius ordinis ſacri, vel Prælationis collatione, quod ſuperior manum imponit, Deus autem confert gratiam, & poteſtatem; ſed ſuperioris actione mediante cap. dictum cap. multi 1. quæſt. 1. cap. cum deputati extrà de iud.

Præterea ratio quæ inter alias objicitur nullatenùs reſiſtit, quòd nobilius ſit regimen proueniens à Deo immediatè, ſingulis in Eccleſia miniſtrantibus, quàm ſi ab homine deriuaret, & confirmius videretur; Ideòque cùm tamquam diuinæ inſtitutioni, vt conuenientiùs eſt adſcribendum.

Reſpondetur, quòd ratio hæc perperam ſumitur cum Eccleſiæ ſentent. non denegatur poteſtatem diuinam, à ſummo illo deriuari auctore in Prælatos, & rectores illius, ſed mediante illo, cui patet, à Deo immediatè ad eius Eccleſiæ vnitatem aſſeruandam, poteſtatis plenitudinem eſſe collatam in Petri perſona, iuxtà, quod Diuus Leo Papa declarat, in cap. ità Dominus 19. diſt. vbi ait quemadmodum in Hierarchia Cœleſti, in qua exemplata eſt Eccleſiaſtica, licèt lumen reuelationis in quemcumque Angelum deſcendat, à Deo, patre luminum, deſcendat, nihilominus lex diuinitatis ità ſe habet, vt inferiores per medios, & medij per ſuperiores illud recipiant. Nàm ordo miniſtrorum. Regiam dignitatem illuſtriorem facit, quod Diuus Thomas admodum præclatè declarat in prima parte, quæſtione 103. articulo ſexto, vbi ait cùm per gubernationem res quæ gubernantur ſint ad perfectionem deducendæ, tantò erit melior gubernatio, quantò maior profectio à gubernante rebus gubernantis communicatur, maior autem perfectio eſt, quòd aliquid in ſe ſit bonum, & ideò Deus ſic gubernat res, vt quaſdam aliarum in gubernando cauſas inſtituat, in quibus eſt etiam ordo deriuationis poteſtatis ſuperiorum ad inferiores.

Illa quoque ratio ſumpta Act. cap. 15. quòd Iacobus Petro præſenti dixit ego iudico ſuper illa quæſtione legalium quòd minùs facere auſus eſſet ſi Petrus Princeps extitiſſet, quia reſpondetur, quòd eſt ratio non concludens, vt ex Diui Hieronymi verbis colligitur ad Aug. ep. 22. ait Petrum Principem huius decreti, ideſt inſtitutorem, Beatus verò Iacobus non definiens, ſed deffinitionem factam per Petrum promulgans, ſine pronuncians, quia ſpecialis illius loci erat Epiſcopus, vnde nec mirum, ſi verbo iudico vſus fuerit. Hact. ille.

In hunc ſenſum ſimiliter à Nicol. de Lyra, ibidem litera eadem exponitur, vbi inquit licèt Petrus eſſet principalis inter Apoſtolos, tamen detulit Iacobo in ſua Diœceſi, vt determinationem proferret, quòd eſt ſignanter dictum, cùm non definiret, aut determinaret, ſed determinationem à Petro iam factam coram Concilio proferret.

Nec dubitatio procederet retento etiam, quod non fuiſſet Petri determinatio pro vt re vera fuiſſe oſtenditur, quia ex quo dubitandi cauſa in Iacobi Diœceſi contingerat ab eodem terminanda erat, etiam Principe præſente, iuxtà quod Bartol. tenuit in Epiſcopo Peruſino, qui ſuperueniente Legato de latere, & ſic Principe non ceſſat à ſua iuriſdictione, & quod etiam litigantes, forum Epiſcopi, & non Legati adire debent, vt latiùs per eum in i. fin. ff. de offic. proconſul. facit gloſſ. in l. cunctos populos Cod. de metallar. lib. 12. & l. nihil Cod. de mall. ſact. larg. eodem lib. eſt gloſſ. in i. apud ff. de manumiſ. cuius auctoritate Ang. in dicta l. apud dixit, quemlibet magiſtrunculum in loco ſuo eſſe maiorem quocumque alio extraneo mag. licèt Papa totius Orbis ſit Parochus, & Diœceſanus.

Incompoſitè quoque ſumitur illa cauſa quam Diuus Bernard. commemorat, ad Eugenium Tertium ibi erras ſi vt ſummum, ità & ſolùm inſtitutam à Deo eſtimas tuam Apoſtolicam poteſtatem, ait enim Paulus ad Romanos cap. 13. omnis anima ſubdita ſit poteſtatibus ſublimioribus, non ſublimiori tanquam in vno, ſed ſublimioribus, tanquam in pluribus non tua ergo poteſtas ſola à Chriſto inſtituta, ſunt & mediocres poteſtates, ſunt & inferiores, & ſic patet à Chriſto plures poteſtates eſſe introductas.

Reſpondeo eſtque perpere obiectum, cùm huic rationi vnico verbo ſolutio tradatur, quia non negatur poteſtatem eſſe à Chriſto cum hoc, ſi ſecùs diceretur, eſſet delictum improbatiſſimum, & contra Apoſtolum ad Rom. cap. 13. ſupra allegato, ſed quod cœteræ poteſtates à Petri poteſtate citrà, immediatè à Deo quidem prouenientes non ſint, ſed medio alterius collatæ, vt eſt Petri medio, vel ſuorum ſucceſſorum, qui illas Petrus, & ſucceſſores immediatè à Deo ſumunt, & alij conferunt, vt ſæpiùs iam eſt dictum, & prout etiam D. Bernardi citata auctoritas de immediatè à Deo collata auctoritate Papæ non negat.

Poſt præmiſſa alia impugnans ratio objicitur nullius admodum virtutis, dum aiunt, Epiſcopi ſunt Eccleſiæ ſponſi, ſed hoc non niſi immediatè gerendo Vicem Chriſti veri ſponſi, & eſt improbatiſſ. ratio, quia non ſequitur ſunt ſponſi, & vicem repræſentant Chriſti, cùm poteſtas eis collata ſit à Papa, & non ſit immediatè à Chriſto, vt Diuo Petro, inſtatur, & iuriſdictionis poteſtatem nulli alteri à Domino immediatè traditam fuiſſe, quàm Petro, quia præſefertur exemplum de Paulo Apoſtolo act. cap. 9. vbi apparet, à Domino immediatè poteſtatem recepiſſe ibi, vas electionis factus eſt mihi; ad quod eſt reſponſio, quia ibi loquitur de poteſtate Euangelizandi, non autem de poteſtate iuriſdictionis declarat gloſſ. 2. ad Corinth. ibi de poteſtate noſtra, quam dedit, Dominus ait de poteſtate Apoſtolatus, quam dedit nobis Do-

Dominua, & non dixit illis, ſed nobis, & ſi aliàs quis reſpondere poſſet, Paulum prædicandi ab initio ſuam poteſtatem ſuſcepit, quam exercuiſſe non conſtat, niſi poſteà Petri recognitione ſecuta Pauli gratiæ à Domino conſecutæ, vbi Petrus Paulum, & Barnabam ad Euangelium diſſeminandum. tranſmiſit. Act. cap. 13. ità atteſtatur gloſs. cap. quis neſciat 91. diſt. Alio medio contra veritatem inſurgitur ſumpta auctoritate Act. c.1. de D. Apoſtoli Matthiæ ad Apoſtolatum promotione, quam viri perditi aiunt fuiſſe immediatè à Domino, cui tamen non reperitur, à Petro aliquam fuiſſe traditam auctoritatem, ergo ſimiliter, & alij Apoſtoli ſine Petri miniſterio idem ſunt conſecuti, & patet de electione, quod à Petro non proceſſerit, niſi quo ad Apoſtolatus receptionem.

Vnde Dionyſ. de Eccleſ. Hierarch. recitans illud Act. cap. 1. ibi oſtende, quem elegeris, ait quòd Petrus recepit Matthiam ad numerum Apoſtolorum diuina electione oſtenſum.

Beſpondetur. Quia non tamen ex hoc comprobatur, Matthiam aliquid iuriſdictionis citrà Petri miniſterium eſſe aſſecutum, cum non modica temporum interſtitia confluxerint, ab eo tempore quo ad Apoſtolatum ſunt vocati, ad eorum Epiſcopatum.

Sed quod Apoſtolus Matthias inſtar aliorum Epiſcoporum, à beato Petro poſt eius Apoſtolatum ad Epiſcopatum promotus fuerit, atteſtatur Diuus Papa, & Martyr Clemens in cap. in illis 80. diſt. ergo de manu Petri, & ſic mediatè, à Domino Matthias poteſtatem Epiſcopatus recepit Innoc. cap. ex geſtis de Cler. non reſid.

Nihil arctat contra hanc veram concluſionem ſumpta auctoritas Matthæi cap. 18. quodcumque alligaueritis ſuper terram, &c. Quia Dominus ibi nullam Apoſtolis contulit poteſtatem, ſed benè pollicitus eſt; cum quæ ipſe proprio mentis iudicio ſuam tunc regeret Eccleſiam non erat opus Vicarios conſtituere, ſicuti etiam nõ conſtituit Petrum tunc, quando eidem futuri temporis verbis eſt principatum pollicitus. Matth. cap. 16. ibi, tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcunque ſolueris, &c.

Neque his reſiſtunt verba D. Hieronymi ibi gloſs. dicentis, poteſtatem tribuit Apoſtolis, quia illud tribuit exponitur, ideſt tribuit promiſit; cùm Dei promiſſio ità certum quid retineat, vt ſequuta cenſeatur.

Minùs impiorum mentibus fauet, quę ex Ioann. cap. 20. ſumitur auctoritas, ibi quorum remiſeritis peccata, quia ibi de iuriſdictione nil agitur, ſed de Ordinis poteſtate, vt egregiè Diuus Thomas exponit in 4. diſt. 19. vbi ait ad abſolutionem peccatorum duplex requiritur poteſtas, ſcilicet Ordinis, & iuriſdictionis, prima quidem poteſtas eſt æqualiter omnibus Sacerdotibus tradita, non autem Eccleſiæ, & ideò vbi Ioann. cap. 20. Chriſtus dedit omnibus Apoſtolis communiter dimittendi peccata, intelligitur de poteſtate, quam conſequitur ordo; Vnde & Sacerdotes quando ordinantur, dicuntur eis illamet verba; hact. D. Thom.

Neque his reſiſtit, ſi dicatur hanc poteſtatem non eſſe poteſtatem ordinis, quia illam in nouiſſima Cœna ſunt aſſecuti, quia Diuus Thomas, in 4. diſt. 23. ait Dominum dediſſe poteſtatem Diſcipulis ſuis ſacerdotalem, quantum ad principalem actum ante paſſionem, quando dixit, accipite, & manducate, ſubdens, hoc facite in meam commemorationem, & poſt Reſurrectionem dedit eis poteſtatem ſacerdotalem, quantum ad actum ſecundarium ligandi, & ſoluendi, & ità manifeſtè infertur aſſumptam auctoritatem nullatenùs peruerſorſi intentionem releuare, quinimò proſternere magis dignoſcitur ex verbis D. Thomæ iur. 4. diſt. 22. vbi ait, quamuis omnibus Apoſtolis data fuerit poteſtas ligandi, atque ſoluendi; tamen in hac poteſtate vt aliquis ordo ſignificaretur, primò ſoli Petro data eſt, & oſtendatur, quòd ab eo in alios debeat deſcendere, propter quod ei ſingulariter dixit Chriſtus, confirma fratres tuos, & paſce oues meas, ideſt, loco mei aſſumentes vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent, & confirment.

Suffragij nihil ſumitur ad impietatem coadiuuandam ex verbis D. Leonis Papæ ſuper Matth. cap. 21. ibi tibi dabo claues Regni Cœlorum, vbi dixit, eam poteſtatem in alios Apoſtolos tranſitum feciſſe, quia reſpondetur, ità ſe veritas habeat, vt ab eodem ſanctiſſimo Pontifice quoque relatum eſt; in 3. ſermone ordinationis ſuæ vbi ait. Quicquid cæteria cum Petro, voluit eſſe commune, non niſi per Petrum dedit, quicquid alijs non negauit, & ità colligitur in vim illius verbi tranſitus, quod ratione extremorum non ſit alias, niſi per medium, vt etiam in fine citatæ auctoritatis liquet, vbi ſubditur, quòd Petro ſingulariter alijs diſpenſandum datur.

Diſpenſatorem enim illum fidelem Petrum fuiſſe conſpicitur, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam Luc. cap. 22. ibi ait gloſs. r. idem ſuper Eccleſiam, cuius poteſtatis collatio optimè à Card. de Turrecremata ſumm. de Eccl. lib. 2. cap. 62. exemplatur luminibus Solis, & Stellarum, vt ſoli immediatè, & abundantius luminum ſit facta diſpenſatio, quàm Sol Stellis ſingulis pro modo capacitatis diſpenſat.

Præterea debile admodum auxilium viri perditi perquirunt, ex auctoritate D. Ambroſij. Luc. cap. 6. vbi, vocauit Diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis quos Apoſtolos nominauit, vbi aiunt, quod cùm ad propagandum auxilium ſalutis humanæ per terrarum Orbem ſatores fidei deſtinaret, ergo ſequitur, quòd Apoſtoli immediatè ſunt à Chriſto ordinati, & ab eo poteſtatem iuriſdictionis acceperint.

Reſpondetur eſſe argumentum nihil aſtringens, ratio eſt, quia Ambroſius iuxtà tex. declarat prædicandi facultatem fuiſſe impertitã, nec aliquid de iuriſdictione commemorat cùm poteſtas prædicandi, à poteſtate iuriſdictionis differat, prout patet, quia ex ſola promotionis cauſa quis poteſtatem prædicandi conſequitur, cap. diaconis, 92. diſtinctione. Iuriſdictionis verò munera non aliàs acquiruntur, niſi collatione dignitatis, vt eſt Epiſcopatus, vel Prælaturæ cum iuriſdictione, vt declarat Archidiac. in capitulo primo de conſt. in ſexto; cùm iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta cum neceſſita-

ſita-

ſtate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, gloſ. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. ſumpta iuriſdictione eo ſenſu, quoad aliorum regimen requiritur.

Hacque eadem reſponſione, vt poteſtas aliquid operandi citra propoſitum ſenſum iuriſdictionis, à iuriſdictione ipſa diuerſum quid retineat, ſoluuntur ſingula oppoſita, vt eſt illud, Luc. cap. 9. ibi conuocatis duodecim Apoſtolis, dedit illis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores ſanarent, & miſit illos prædicare Regnum Dei, & ſanare infirmos: eiuſdem etiam eſt virtutis aliud obiectum ſumptum Luc. cap. 10. ibi poſtquam deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem Ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus, ibi diuus Cyrillus ait, poſtquam dixit, Rogate Dominum Meſſis, hoc fecit per ſeipſum, ità quod per ſeipſum miſit eos; ſed ipſa miſſio, aiunt impij, fuit collatio poteſtatis, quod nihil eſt, quia vt præmittitur, verba illa referuntur ad poteſtatem prædicandi, & infirmos ſanandi tantummodo, cum Dominus tunc in terris per ſe ipſum ſuam regeret Eccleſiam, vt ſuperiùs oſtenſum eſt, adeò quod minùs opus fuerat, vt iuriſdictionis poteſtatem alicui conferret, quam ante Reſurrectionem ſuam nemini contulit, niſi poſteà, & ſoli Petro immediatè Ioann. cap. vlt. ibi, paſce oues meas. Fruſtra pariter inducitur Anacleti auctoritas in capitulo in nouo 21. diſtinctione vbi ait, cæteri Apoſtoli cum eodem ſimul Petro, pari conſortio, honorem, & poteſtatem acceperunt, ergo ſequitur vt à Chriſto immediatè poteſtatem iuriſdictionis acceperint.

Reſpondetur, quòd falſiſſimum eſt gloſ. ibi declarat textum referri, quoad poteſtatem ordinis, vel conſecrationis, non autem ad poteſtatem iuriſdictionis parui fit etiam, quod ex auctoritate ſumitur diui Cypriani in capit. loquitur 24. quæſt. 1. vbi, conſimilis præcedentes gloſ. habetur declaratio, dum ait, quod paritas illa accipienda ſit, in ordine, & dignitate conſecrationis, & non iuriſdictionis adminiſtratione nempè in hoc Petrus ſuperior fuit, & maior. declarat text. in illis 80. diſtinct. vbi diuus Clemens Papa, & Martyr ait, quòd inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus. Impietatis liuor, rabieſque ità hominum mentes exterminant, vt videnda non videant, intelligenda paritèr non percipiant, nam poſt inſipida obiecta de Apoſtolis ad Petrum aiunt, niſi iuriſdictionis poteſtas à Papa ad Epiſcopos, & Prælatos Eccleſiæ procedant plura non conuenientia ſequerentur; Nam obitu Papæ contingeret, vt vniuerſa Eccleſiæ Catholicæ iuriſdictio pariter extingueretur, inſtar arborum, vt earum areſacta radice, ramorum quoque neceſſariò ſequitur ariditas, & ſuccedere effectus iuris, quod deficiente cauſa deficiat effectus leg. adigere §. quamuis ff. de iure patronat.

Quod quidem imperitia haud modica dictum, reperitur, quia conſiderarunt in omnibus duplex cauſa quarum altera eſt in fieri tantùm, neceſſariò non ceſſat effectus, vt eſt videre de Principe leges, vel iura ſtatuente, quia Principe ipſo deficiente, non pereunt leges, vel iura ab eo condita declarat tex. in cap. priuilegia 25. quæſt. 2. vbi diuus Anacletus ait priuilegia Eccleſiarum, & Sacerdotum intemerata, & inuiolata cunctis decernimus manere temporibus.

Vnde obiectio in huiuſmodi cauſa nullam vim habet, licèt ſecus eſſet, ſi ceſſaret cauſa in eſſe, quod quidem in Papa eſſe non poteſt, cum ratione perſonæ quæ corruptibilis eſt, dici nequeat cauſa in eſſe poteſtatis Eccleſiæ, quia ſi ita eſſet, obiectio procederet, ſed hoc modo, vt diſtinguitur, ſecus habetur, quia Sedes Papalis eſt incorruptibilis cap. ſi gratioſè extra de reſcript. in 6. & quæ Diuinitùs ſunt inſtituta, ſemper firma permanent §. fin. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Hinc comprobatum eſt, quod curatorum poteſtas, non ſit ab Epiſcopis, vel eorum ſedibus vt à cauſa in eſſe, quia Sede Epiſcopali alicui Vrbi ſublata, nihilominus Curatis poteſtas perpetua remanet, ſicuti remaneret Epiſcopis Sede Patriarchali, vel Archiepiſcopali ſuppreſſa.

Lethali ſomno correpti, aliud inquiunt, contingeret inconueniens, quia ſi poteſtas Epiſcopis, vel Curatis competens, à Papa procederet, poſſet Papa eam ad eius libitum reuocare ſicut Rex baliuum ſuum reuocat, & Papa Legatum.

Reſpondetur. Quod hoc ſequi non valeat, ſicuti etiam falſiſſimum eſt aſſumptum, & conſtat eadem reſponſione tolli aliud, quod ab inconuenienti opponitur, dum dicitur, quòd ſi poteſtas Epiſcopis collata, vel Curatis differat à poteſtate, quam Imperator confere iudicibus, ità quod eorum poteſtas ſit, à poteſtate Papæ; Talis poteſtas non differt, à poteſtate commiſſariorum, qui talis poteſtatis virtute committere non valent, & eſt falſum, quia ſecus exequi videntur, cùm altius liqueat eorum iuriſdictionem extendi; cùm ſit obiectum falſiſſimo aſſumpto collatum, & iuriſdictionis poteſtas ità à Papa Epiſcopis confertur, vt eam committere queant, non hæſitetur.

Nec vim inducit, quod obijcitur Ordinariorum facultate, quia dictio Ordinarius, magis ad rei extenuationem tendere videtur. Declarat Bud. in l. diuus ff. de offic. præſid. licèt inter ſeruos præſentes, & viciniores Vicarijs Ordinarij cenſeantur §. ſi quis ancillas inſtit. delegat. quandoquidem Ordinarius iudex reuera cenſendus ſit, qui iure magiſtratus iuriſdictionem habet in omnes, niſi eos, qui priuilegio, vel iure ſpeciali exempti ſunt, vt colligitur ex lege 1. de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. & ità refert Rebuf. in lege pupillus §. munus ff. de verb. ſignific. & ſi Spec. in titul. de offic. eius in princip. ſicuti cæteri ſcribentes definitrie, vt Ordinarius iudex ſit, qui iure ſuo, vel Principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt, per text. in lege more maiorum ff. de iuriſd. omn. iud. Quam diffinitionem in Epiſcuporum ordinaria iuriſdictione diui Thomæ relatæ ſententiæ eam ſatis conuenire conſtat in 4. diſtinction. 19. vbi ait poteſtatem Papæ ſe habere ad poteſtatem Epiſcoporum ſicut Regis poteſtas ad poteſtatem iudicum per Vrbes Regni conſtitutorum, adcò vt

tam

ram per ſe, quàm per alios queant ſubiectos ſibi populos regere, quare inducta ratio nihil vrget.

ARTICVLVS VI.

Epiſcoporum, quæ ſit iuriſdictio.

ORdinariam autem iuriſdictionem Epiſcopis competere eatenus verum eſt, vt propria Ordinarij ſint nuncupatio Cardin. in Clem. 18. ad hæc de ſtatu monachorum attenta eorum iuriſdictionis latitudine, veluti etiam idem ſenſit de inferioribus alicui vniuerſitati præfectis ſecutus Innocent. in capit. fin. extra de foro competenti, & Spec. de aſſ. ard. §. 1. & de compet. Iud. dicto §. 11. quibus Iuriſtas quoque conuenire paret. Nam Bartol. lege ambitioſa collat. vlt. ff. de decret. ab ordine faciendis, & Alexand. in lege omnes populi ff. de iuſ. & iur. vnanimis ſententia aiunt, quod Ordinarius is dicitur cui populus committitur, vnde iuriſdictionis appellatione de ordinaria intelligitur, Alexand. in rub. de iur. omnium iud. ordinaria autem iuriſdictio eſt, quæ datur à lege. vel à Principe, aut conſuetudine, vel populo, vel vniuerſitate Innocent. in cap. cum ab Eccleſiarum extra de offic. ordin. Bart. in l.more maiorum ff. de iuriſdict.omn. iud. num.9. vnde vt iuriſdictio Epiſcoporum ordinata ſit cenſenda, cùm ab Apoſtolorũ Principe in Apoſtolos deriuauerit cap. ſacroſancta 22. diſtinct. ibi inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt caput, & principium teneret Apoſtolorum, hæc ibi, cumque caput referatur ad principium, & originem poteſtatis, patet non poſſe tergiuerſari iuriſdictionem ab illo in cæteros Apoſtolos deriuari, cùm ſecus caput nuncupari non poteſt, & fuit diui Anacleti Papæ, & Martyris, ſicuti in eandem ſententiam ſonant verba Cypriani in capit. loquitur 24. quæſt.1. ibi, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna eſſe monſtretur, hæc eadem atteſtatur Diuus Leo Papa in cap. & Dominus 19. diſtinct. ibi loquendo de Petro, quaſi quædam dona ſua in corpus omne diffuderit, vt ex torrente miniſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus eſſet in Petri ſoliditate recedere.

Idem habetur in cap. audimus 24. quæſtione 1. demonſtraturque ibi per gloſs. latiùs, vbi ait diuum Petrum poteſtatem pro omnibus, & præ omnibus accepiſſe, vnde ſumitur ſenſus, quòd pro omnibus receperit, ad vnitatem Eccleſiæ præſeſerendam, & præ omnibus, vt prælationem oſtenderet, & veluti Sol à Summo motore lucem recepit, quam cæteris ſyderibus contribuit non eadem tamen menſura quam recipit, ſed præ omnibus ſtellis, & pro omnibus, ideſt pro Epiſcopis Papæ coadiutoribus diſtribuenda, & pro omnibus pro maioris poteſtatis quantitate, quæ in Petro, & eius ſucceſſoribus reſeruatur putat diuus Cyrillus in lib. theſaur. dum ait, nulli alij, quàm Petro Dominus, quod ſuum fuerat, plenè commiſit, quam auctoritatem iuriſdictionis Apoſtolis ſic à Diuo Petro traditam, hodie Epiſcopis, veluti Apoſtolorum ſucceſſoribus competere palàm eſt cap. quorum vices 68. diſtinct. Quare hæſitandum non eſt Epiſcopos palàm habere dignitatem ex iuriſdictionis ſummæ contributione, cùm tergiuerſari nequeat eos iuriſdictionem cum adminiſtratione habere Archid. in cap. 1. de conſuetud. lib. 6. Nec facit dubium, vt incompoſita ſit Epiſcoporum iuriſdictio cùm in eam Eccleſiæ decernant, & pronuncient, attento, quod Eccleſia cum Epiſcopo ſit vna & eadem perſona, ratione coniugij ſpiritualis cap. requiſiti, extra de teſt. & quod in cauſa Eccleſiæ Epiſcopus ius reddat, probat Bartol. in lege 1. Cod. ne quis in ſua cauſa iudic. & ibi Bald. & idem Bartol. in lege eſt receptum ff. de iuriſd. omn. iud. cap. ſi Clericus laicum extra de for. competent. Specul. in tit. de arbit. §. ſequitur, ſed nunquid Bald. & Panorm. in cap. cum olim extra de preſ. Hoſt. in ſum. de ſentent. & re iud. §. quis debet verſ. ſed numquid poteſt Epiſcopus, quoniam eſſe videtur iuriſdictio contra æquitatem, vt quis ſibi ius reddat, contra rubric. & text. Cod. ne quis in ſua cauſa.

Reſpondetur, quòd pater verum non eſſe, quia Epiſcopus non dicitur iudex in cauſa propria, & ſi inter Eccleſiam ſuam, & alium ius dicat refert Innoc. in cap. iure, irrefragabili, de offic. ordin. quamuis Epiſcopus, vt ſuſpectus poteſt in ſuis cauſis recuſari ſicut conſanguineus Epiſcopi gloſs. & ſcrib. cap. cum ſuper de offic. delegat. iudicium tamen non recognoſcentium ſuperiorem, in cauſa propria, vt eſt Papæ, Cæſaris, vel Regum indiſtinctè procedit, vt de Papa refert Bartol. in dicta lege eſt receptum ff. de iur. omn. iud. & in lege in antiquioribus Codic. de iur. deliber. & hoc idem in Cæſare l. proximè, & ibi Bartol. ff. de his quæ in teſtam. delen. & l. & hoc ità §. Tiberius de hæredibus inſtituend. ff. quæ iuris determinatio eadem ratione in Rege pariter verſati, & in ciuitate non recognoſcente ſuperiorem fertur, vt per Bartol. in lege proximè, & in dicto §. Tiberius, & in l.1. Cod. ne quis in ſua cauſa. Quod dictum non recognoſcentium ſuperiorem, ità ſimpliciter procedere non videtur, cùm in Eccleſia omnes fideles Papam in ſuperiorem recognoſcant, demonſtrat text. in cap. licet extra de for. competent. vbi cauetur, vt in defectum cuiuſcumque Principis iuſtitiam ſubditis non adminiſtrantis Papa ſupplere queat, ſicuti etiam Principatu ſuo Papa ex cauſa Principes priuare poteſt, & Imperium transfert cap. alius 15. d. 6. vt de regimine Imperij, per Papam, mortuo Cæſare etiam liquet Clement. Paſtoralis de re iud. & eius eſt ſingulos punire capit. nouit. ext. de iud. cùm Eccleſia omnes iudicet cap. cuncta 9. quæſt. 3. propterea impropria eſt locutio dicentium, reperiri Principes non recognoſcentes ſuperiorem, cùm nullus Principum, vel ciuitatum prædominantium, ſit intra Eccleſiam non recognoſcens in ſuperiorem Papam, ſi aliqui ſecus ſentient eſt, quia non pertinent ad Eccleſiam cùm ſint extra, de quibus nullum Eccleſiæ iudicium eſt cap. multum 2. quæſt.1. ſubiectionemque Eccleſiæ

de

Digitized by Google

de facto negant cum ex his, quæ de facto fiunt, non inſurgat iuris effectus lege ea quidem Cod. ſi mancip. ità fuerit alienat §. cum autem inſtit. de Ingen. l. quidam cum filium ff. de verb. oblig. Bart. in l. continuus §. cum quis, ff. eodem titulo, iudicandumque eſt ab Epiſcopo ſecundùm acta, non autem ſecundùm conſcientiam Innocent. in cap. venerabili extra de cenſ. Bald. in l. eam quam cap. de fideicomiſ. & in cap. Sacramentum in fin. extra de conſuet. ſed ſecus eſt in Papa eo reſpectu, quia eſt ſupra leges, & canones, & etiam in Cæſare quatenus eſt ſupra leges, quia iudicium ferre poſſunt conſcientia dictante, ait Bart. in l. 1. in fin. Cod. vt quæ deſunt ad voc. ſuppl. & ſic regula generalis eſt, vt inferiores iudices non ſecus decernant, quàm ex actis, & probatis colligatur, l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. Bald. in l. 2. in fin. Cod. de ſent. ex peric. recit. ſcribentes in l. apud Cod. de fid. inſtrum. limitatur tamen præmiſſa regula ſuper ferendo iudicio ætatis, quia ex aſpectu iudex inferior iudicabit conſcientiæ dictamine l. minor vigintiquinque annis ex aſpectu ff. de minor. & ibi Bartol. ſicuti etiam, ſi eſt iudicandum ſuper notorio non improbato actorum ſerie, etiam, quod probatio fieri non debuiſſet, firmat Innoc. in cap. cum Bertoldus ext. de re iud. vt etiam not. & ibi gloſſ. in l. 1. Cod. qui & aduer. quos ſimiliter conſcientia iudicatur in cauſa confinium, quia de iure eſt, vt in finalibus iudicijs oculata fides multum operetur l. penul. ff. fin. regum, & ita ſenſit Caſt. in conſ. 48. firmat Innoc. in cap. propoſuiſti ext. de probat. dummodo ad eam finium inſpectionem à iudice habendam, pars cuius intereſt, citetur ad intereſſendum. Refert Bart. in l. qui bona §. huic ſtipulationi ff. de damn. infect. quæ iudicis inſpectio quandocunque haberi poteſt ante ſententiam, etiam poſt concluſum in cauſa Baldus in lege prima Cod. quam prou. non eſt nec, pro quorum clariori confirmatione non videtur admittendum, quod ſenſit idem Baldus in l. illicitas §. veritas, vbi ſciendum eſſe inquit, quod iudex iudicat ſecundùm conſcientiam in his, quæ conſtat ſibi, vt iudici exactis, non autem vt priuato, vnde non puniet iudex delinquentem in conſpectu ſuo, ſi aliunde, quàm iudicis oculis non ſit ſumpta probatio gloſſ. in l. 1. Cod. qui, & aduerſ. quos Caſtr. conſ. 96. quamuis ſecus definierit Aug. in l. 2. ff. de ſer. & non bene, nec ſufficit illius clipei protectio videlicet, ne delicta remaneant impunita, quia huic clipeo præponderat tutela alterius illius oppoſiti in l. Arriani ff. de act. & oblig. ibi ſanctiùs eſt nocentem abſoluere, quàm inſontem condemnare, reperiuntur enim iudices, ità Dei monita parui pendentes, qui quotidie inſontes viros peruerſa eorum mente propemodum decoriarent, vnde præcludi magis, quam aperiri præſtat viam flagitijs: & iniuſtitiæ, cap. in fin. vt Eccleſ. benef. eſt quoque Epiſcopis permiſſum habere miniſtros non inermes, aiunt ſcribentes moderni in cap. ſignificaſti ext. de offic. delegat. Oldr. conſ. 89. Bald. in l. nam ſalutem §. fin. ff. de offic. præf. vigil. licet Siculus in d. cap. ſignificaſti ſecus dixerit, & malè, quia conceſſa iuriſdictione, conceſſa ea quoque cenſenda ſunt, ſine quibus iuriſdictio inutilis haberetur l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri ff. de verb. oblig. §. item inſtit. de vſu & habit.

Vnde conceſſo Caſtro, & ea conceſſa intelligantur, ſine quibus Caſtrum regi non poteſt Bartol. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. facit text. in l. ad rem legatam, ff. de procur. quod etiam verum eſſe demonſtrat generalis conſuetudo Epiſcoporum totius Orbis, optima legum interpres l. ſi de interpretatione ff. de iuſtit. & iur. iuriſdictio Epiſcopi etiam extenditur, vt ſi iudex laicus ſuſpectus ſit allegatus, debet eidem iudici in coauditorem Auth. ſi verò Cod. de Iud. Specul. in tit. de recuſar. §. 2. in princ. cùm Ordinarius tanquam ſuſpectus remouendus non ſit, ſed adiunctus ſit ei dandus de iuris ciuilis inſtituto, vt d. auth. licet ex cauſa poſſit in totum reuocari, vt ſi iniuriam parti inferre accingatur, quia tunc edita proteſtatione recuſatur omninò l. 1. Cod. ſi qua prædit. pot. Bart. in lege ſi quis Cod. de app. idem recuſationis remedium competit, ſi Ordinarius alteri partium ſit ſucceſſurus l. Iul. ff. de iud. erit idem obſeruandum quando ille iudex perpetua infirmitate detinetur, ſicuti etiam ſi, quandoque huiuſmodi iudex in cap. aduocatus fuerit Baldus in lege apertiſſimi Codic. de iur. ſcribend. in l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iud. & eadem circa hoc erit iuris obſeruatio, ſi ibi ſit contrarius l. omnes Cod. de app. Baldus in d. lege apertiſſimi 2. col. ſcribentes in l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iud. dummodo cauſa non ſit Epiſcopi genitoris, vel alterius ei coniuncti §. ſcimus, Auth. de Epiſcopi.

Prætereà Epiſcopi iuriſdictio in cauſa ſcholarium extenditur, vbi gymnaſia publica, vel vniuerſalia profitentium habentur. Auth. habita Cod. ne filius pro pat. & Bald. ibi col. 5. quod limitatur ſi conuenti fuerint, non autem ſi conueniant, & in cauſis ciuilibus non criminalibus, & etiam cum ſtudij moderatore, vrbiſque prætore, quibus Epiſcopum, vt maior eſt, interuenire intelligi debet, & ibidem Bald. col. 6. quod omnes vt prælatione adiunctum, tranſit ad ipſius Epiſcopi ſucceſſores not. in cap. quoniam Abbas extra de offic. delegat. extenditur quoque iuriſdictio Epiſcopi ad coertionem in flagitioſos, & ad eorum pecunias pro pœnis pauperibus erogandas, quod dubitare non contingit Ioann. And. in cap. irrefragabili, & cap. dilectus de offic. ord. Bald. in l. 2. Cod. de Epiſc. aud. vnde ſtat concluſum, pœnas ipſas pauperibus Chriſti ab Epiſcopo eſſe contribuendas.

Et poteſt etiam iudicandi partes ſuſcipere Epiſcopum ponere ſuper his, de quibus ipſe cum canonicis conueniat ante eius promotionem ad Epiſcopatum Bart. in l. 1. §. ſolent ff. quando appel. Bald. in cap. cum literis, de iureiur. Innoc. in cap. irrefragabili ext. de off. ordin. ſicuti etiam ſi ſit electus arbiter in cauſa ſuę Eccleſię, vt eligi poteſt Spec. inf. tit. de arb. §. ſequitur verſ. ſed nunquid Panorm. in capit. inſuper de teſt. non ceſſat iuriſdictio ſi de Epiſcopo in Archiepiſcopum eligatur Specul. in tit. de lege §. reſtat, quod aliàs non procedit, ſi Notarius creatus ſit do-

ctor, quia tabellionatus officium de cætero exercere non poteſt, licèt rogitus elapſo tempore editi in ſua permaneant virtute iux. quod notantur in l. ſi quis decurſor. Cod. de falſis & in terminis refert Bart. in l. vniuerſas Cod. de decur. lib. 10. & l. 2. Cod. de tab. eſt li. quod non ponenit ratione, quia deſinit eſſe notarius, ſed ex eo, quia ceſſauit notarij exercitium, ſicuti non ceſſat eſſe doctor, qui poſt doctoratum effectus eſt comes, vel miles, ſed ad priſtina dignitatum iura admittitur, Bart. in l. Alexandrinis, Cod. de dec. lib. 10. ſimiliter Epiſcopi laicorum prætoribus inbibere queunt cauſarum cognitionem ex cauſa, eoſdemque pariter Eccleſiaſticis cenſuris ſupponere eorum contumacia perſiſtente, vt ſi iudici laico præcipiat, ne exequatur teſtumentum, in quo filius inceſtuoſus eſt inſtitutus, vel alicuius fœneratori Bald. in l. conſult. Cod. de teſtam. & poteſt cenſuris ſupponi, quod limitatur in prætoribus immediatè à Papa inſtitutis ad regimen ſubditorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ virtute Extrauagan. in cap. cum Matthæus de hæret. quam autem habeat Epiſcopus iuriſdictionem in clericis, poteſt demonſtrari in eo, vt queat dare clericum in obſidem, quemadmodum Abbas poteſt dare Monachum, Roman. in ſingulari. Du. quem ſequitur Panor. in cap. ex reſcripto extra de iureiur. & ibi Felyn. Rip. in l. obligat. iul. 4. ff. de pig.

Quæ quidem iuriſdictionis iura, & ſi ab Epiſcopo nnn ità plenè exerceantur, in laicia tamen etiam in illos quoque non modica inſurgit Epiſcopalis iuriſdictin, tum ratione peccati, cùm etiam Sacramentorum, eiſque accedentium, quam in canonem incidentium, religionemque quoquomodo lædentium, & ſunt caſus centum quadraginta nouem, quos explicitè, eleganterque poſuit in tractatu ſuo de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicis Stephanus Aufrer. Thnloſ. ſunt præterea Epiſcopi magna reuerentia habendi, vt cannuum forma ſtatuitur. Nam Vrbs, quæ necem ſuo intulit Epiſcnpo Epiſcnpali Cathedra priuatur, cap. ità nns 15. quæſt. 2. ſummopere tamen opus eſt Epiſcopos nullatenus negligentes eſſe, quia ſic ſunt deponendi cap. cum dilectus, & ibi Panorm. ext. de accuſat. eſt autem negligentia defectus debitæ ſolicitudinis ſecundùm interiorem actum D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. art. 1.

SAcerdotum ſecundi ordinis poteſtas eſt, vt ſint in coadiutores Epiſcoporum, declarat Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 1. vbi ait: Alij ſunt gubernatores, ſeu gubernantes, alij opitulantes, ibi gloſ. opitulantes, interpretatur pro Sacerdotibus, qui opem maioribus Epiſcopis impendunt, vt ſunt Archidiaconi, vel Plebani, vt declarat text. in capit. quocumque, diſtinct. 10. quæſt. 1. vbi ait: Quæcumque res Eccleſiaſticæ ſunt, conuenit cum ſumma diligentia gubernari, & diſpenſari cùm iudicio Epiſcopi, cuius totius plebis videntur animæ; & clarè admodùm etiam habetur in cap. cunctis, diſtinct. 15. quæſt. 1. vbi ait: Cunctis verò Fidelibus, & ſummoperè omnibus Presbyteris, & Diaconibus, & reliquis Clericis attendendum eſt, vt nihil abſque proprij Epiſcopi licentia agant, non vtique Miſſas ſine eius iuſſione quiſquam Presbyterorum in ſua Parochia agat, non baptizet, nec quiſquam abſque eius permiſſione agat. Hactenus text.

Vndè eſſe videtur, vt ſi Curatores huiuſmodi poteſtatem haberent à Chriſto, & non à Papa, aut ab Epiſcopis ſuis, non poſſet ligari ab aliquo, quia ſine licentia ſpeciali, vel ſaltèm generali Epiſcoporum, non poſſent agere, quæ competunt eis iure Diuino; & licèt ſit ratio realis, & euidens, non deſunt tamen veritatis peruerſores eam pluribus iaculis falſitatum impetere.

Primò obijcitur, quòd Curatorum Preſbyterorum, auctoritas ſit eadem, quæ eſt in Epiſcopis, quia aiunt rationem reddi non poſſe; quare auctoritas collata Petro in Romanis Pontificibus perſeuerauerit, & data cæteris Apoſtolis, & Diſcipulis continuatum actum non habuerit, vt eſt in Epiſcopis Apoſtolos, & Curatis Diſcipulos referentibus.

Reſpondetur, quòd vndequaque falſiſſimum eſt, multiplexque ratio reddi poteſt, vt eſt ratio, quia poteſtas Petro collata non eſt proueniens ab homine, ſed immediatè à Domino, & propria in eius ſucceſſoribus continuatur immobilitate, & firmitate Diuina, argum. §. fin. inſtit. de iur. natur. gent. & ciu. Sed data cæteris Apoſtolis, tamquam limitata poteſtas, nec à Deo immediatè proueniens illa immutabilitatis iura minùs vendicare potuit; & etiam, quia Petri ſucceſſores in eadem Petri materiali Sede introniзantur; nàm datur diſcrimen, quia ſtatui Epiſcoporum, & Curatorum non eſt coniuncta iure Diuino iuriſdictionis poteſtas, vt Papatui, & ideò, vt opus Dei eſt à Papatu inſeparabilis, Matth. cap. 5. ibi: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vndè Papa poteſt verum Epiſcopum, vel Curatum inſtituere, nullam etiam habentem iuriſdictionem. cum Apoſtolica Sedes ſemper ſit eadem, quòd in alijs Sedibus fortaſſe non eſt idem, niſi habito reſpectu, vt quis alicui Apoſtolo ſuccedat, ita ſeriatim, velut in Eccleſia Hieroſolymitana rationem Patriarchatus cenſeretur ſuccedere Iacobo Alphæi, primo Hieroſolymarum Epiſcopo, capit. Iacobus, de conſecrat. diſtinct. . . . .

Præterea ad præferendum ſtatum Apoſtolorum, quo repræſentantur Epiſcopi, eſſe idem cum ſtatu, 72. Diſcipulorum, quo repræſentantur Presbyteri Curatos aiunt, qui ab Eccleſia deſciuerunt, quòd 72. Diſcipuli eodem continuato conſortio ita permanſerit cum 12. Apoſtolis, cum Domino, vt hæreticum ſit ſecùs ſentire.

Reſpondetur, eſſe dogma falſiſſimum, vt Euangelica ſerie ſecùs pluribus in locis conſpicitur, vt Ioann. cap. 4. vbi liquet in enarratione mulieris Samaritanæ Diſcipulos abijſſe in Ciuitatem, vt cibos emerent, deindè reuerſos admiratione affectus eſſe, quòd cum muliere ſolus loqueretur, vbi colligitur, quòd ſi Diſcipuli aliqui ſupermanſiſſent non fuiſſe cauſa, cur mirari deberent, cùm alià loqui præſentibus Diſcipulis cum extraneis etiam mulieribus, Dominum, abſque eorum admiratione contigiſſet, vt fuit Chananææ, Matth. cap. 15. & Magdalenæ, Lucæ cap. 7. & idem ibi, Nicolaus de Lyra adnotans cauſam,

ſam, quare Dominus à muliere illa petit ſibi dari bibere, inquit, quia remanſir ſolus, nec erant ibi Diſcipuli, qui ad Ciuitarem cibos empturi ſe acceſſerane, ve ei bibere dare poſſent; ſolus eriam ſuir Dominus, quando in orarione pernoctauit, Marth. c. 14. ſimilirer in ſuſcitanda Archiſynagogi filia; & eius Transfiguratione rrium ſola modò Apoſtolorum præſentia aſſociatur, Matt. cap. 7. & Marc. 13. Luc. 22. etſi ſecùs eſſet, fruſtrà nominarentur ſoli, quod nefas eſt dicere, & ita ſeruatum canit Eccleſia, ibi: Cibum turbæ duodenæ ſe dat ſuis maoibus.

Simile arguitur, quando poſt reſurrectionem, Domino Diſcipulos adeunte Thomas noo erat cum eis, Ioann. cap. vlt. pateat, quantum ſentientes Apoſtolos, & 72. Diſcipulos numquam fuiſse extrà Domini conſortium, aberrent, neque his reſiſtit, Act. cap. 1. ibi: Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregari omoi tempore, quo iotrauit, & exiuit Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioanois, vſque ad diem, qua aſſumptus eſt, & cap. non enim premiſſus intellectus, ſequitur ex deductis, vbi ex 72. vnus aſſumendus tantùm fuerat ad numerum duodenarium ſupplendum continua ſocietate, ita comitarentur, tam antè reſurrectionem, quàm poſteà, vt oumquam ab inuicem ſepararentur, cùm Euangelio repugnet, pluribuſque in locis, vt expreſſiùs, Matth. cap. 20. ibi: Aſcendens Ieſus Hieroſolymam aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſecretò, &c. ibi, Nicolaus de Lyra ait expoſit. ſecreta myſteria ſunt tanrummodò maioribus reuelanda, & deregenda, cuiuſmodi erant Apoſtoli, & ſic pater abſonum eſse illum intellectum, Euangelioque aduerſanrem, ex illiſque Petri verbis ſote reijciendum, & eiuſdem Nicolai de Lyra in illis Petri verbis habet expoſitio, ibi: Qui nobiſcum ſunt, congregati omni tempore, cap. qui per experientiam nouerunt coouerſationem Chriſri, & opera eius.

Aliud præterea ſaciunt fundamentum ad præmiſſam hæreſim corroborandam, quod ex Sctiprura conſtar ſtatum Presbyterorum Curarorum ab ipſo Domino inſtitutum immediatè, quod vndequaque ſalſum eſt, & cooerarium probabilis, quia Chriſtus niſi vnum inſtituit Curatum, qui ſuit Petrus, quando dixit: Paſce oues meas, Ioann. cap. vlrimo, & ita in citato loco ſingulariter eſt locutus, ſcilicet, paſce, & non paſcire, quàm etiam alio in loco, quando Dominus claues eſt pollicitus, Matth. cap. 17. vbi dicit, tibi, & noo vobis dabo claues Regni Cœlorum. Et Matthæi cap. 18. Si peccauerie in te frater tuus. & Lucæ cap. 22. Confitma fratres tuos; & omuia hæc ad Curatorem pertinentia Petro ſunt commiſſa, ſed cùm tanta meſſis vnico Meſſori reſecauda impoſſibile eſſet, ideò eſt permiſſum plutes conuocare, quod ad opus illud neceſſarios duceret inſtituere, ooo enim iuſſum eſt Petro, vt oues tantùm Vrbis paſceret, vel Ægyptiotum, ſed protsùs totius ouilis Dominici, vnicamque curam vnico Paſtori commiſit; Petrique ſolus poſteà cura fuie Patriarchas, atque Archiepiſcopos, Epiſcopoſque vniuerſum per Otbem conſtituere, cap. in illis, diſtioct. 80. nec de Curatis appatet Petrum ſe immiſcuiſſe, cùm illorum cura Epiſcopis reſeruatur, cap. omnis, de conſecr. diſtinct. 4. cap. regenda, diſtinct. 10. quæſt. 1. cap. ex frequenribus, exrrà, de inſtit. & ideò apparear minores à Domino non fuiſſe inſtituros myſterialiter, ſed ab ipſis Epiſcopis in eorum coadiutores, vt præmiſſum fuit, quamvis forent deſignatione Dominica inuenri, ve etiam Diuina pagina relatum eſr de Apoſtolo cum Barnaba, quod conſtituebat Presbyteros per ſingulas Eccleſias, & cap. 4.

Vlteriùs, quòd ad comprobationnem conſutatorum deducirur, quòd ſucceſsor alicuius in aliqua cura ab illomet inſtiruitur, à quo inſtitutus eſt anteceſsor.

Reſpoodetur, verum eſſe, quando inſtitutor prædeceſſoris ius ſibi reſeruat in inſritutione ſucceſſoris, quòd ſi non reſeruat, ſecùs eſt, vt patet, ſi Papa aliquam Carhedralem etigit, Epiſcopus ſecundo inſtirutus io primo ſucceſſorem, oon erit vr primo inſritutus à Papa, ſi electio poſt primum an Cathedrales Canonicos ſuerit conmiſſa, & ad Archiepiſcopum inſtitutio, cui Carhedralem ſupponit.

Vana paritet eſt illa propoſitio, vt noo cenſeeur eadem perſona ſucceſſor, cum prædeceſſore, niſi ab eodem inſrituatur, quoniam à quocumque inſtituarur, dùm tamen in idem ſuccedant, quanrum ad hoc reputarur; idem ve exemplum poni poteſt in Prælato Religionum, qui quamvis perſonarum diuerſitate ſuccedat inſtirutus ab aliquo alio, quàm à primo principali, cui maior vices ſuas demandauit, à maiore inſtirutus reputatur; patee etiam Epiſcopo alicui Archiepiſcopo ſuppoſito, quo etſi ab eo inſtituatur, à Papa tamen inſtitutus cenſetur, ex quo à Papa ius ioſtituendi Atchiepiſcopus ſuſcepie.

Parui fieri etiam poteſt ratió illa, qua more ſolito calumniati ſunt definientes, vt ſtatus Diſcipulorum 72. ſit conrinuatus in Curatis, ſicut ſtatus, poreſtas, & iuriſdictio Apoſtolorum, eſt continuarus in Epiſcopis. Quia id negari poteſt quoad Sacerdotes minores, eò quòd eorum nuda eſt iuriſdictio. & ſecùs eſſe, io quibus noo fuit nuda, ſed Sacerdotio in vltima Cœna aſſociata, & Eccleſiæ ſoluendi poteſtas, ligandique poſt reſurrectiooem ampliata.

Quæ quidem iura in Diſcipulis ſeptuaginta duobus tunc non ſunt adinuenra, & ratio eſt, quia Diſcipuli ipſi vſque ad Aſcenſionem non fuerunt Sacerdotes, nec Curati, quamvis poſt Aſceuſionem aliqui ſuerint Sacerdotes, aliqui Epiſcopi, aliqui Diaconi, & aliqui nec Sacerdotes, nec Curati, adeò ve quamvis Diſcipuli vocarenrur, Curatorum tamen ſtatnm non habuerunt, tùm quo ad otdinem, cùm etiam quo ad iura determinatæ Parochiæ, & ſic ipſotum ſtatus in Curatis continuatus non repetitur, niſi quo ad figuram, & quo ad prædicandum, & temporalia metendum, & in his Curatores Presbyteri eamdem habene poteſtatem 72. ſuccedant, ſimiliter de Apoſtolis ſentiendum eſt 72. Diſcipulorum antè Domini Cœnam Sacerdotes non fuiſſe patear, cùm Dominus in terris cohabitans per ſeipſum Eccleſiam tegere voluiſſe, vndè continuatio ſtatus Apoſtolorum in Epiſcopis intelligatur, quoad poteſtatem, &

& auctoritatem prædicandi, & dignit atem ſuper alios, & quo ad Apoſtolorum iura nouiſſima, cùm denique omnes Apoſtoli eſſent in Epiſcopos promouendi. Ex hiſque colligi poteſt, quod ſucceſſio Epiſcoporum ſtatui Apoſtolorum non ſit eadem, qua Epiſcopus alteri ſuccedat Epiſcopo, vel Curator alteri Curatori, qui antè iura Patriarchalia exercuit.

Vrget minùs, quòd pariter objicitur ad aſtruendam falſitatem, vt Presbyteri Curati ſucceſſerunt in ſtatu 72. Diſcipulorum, dùm aiunt, à quo inſtitutus eſt ſtatus Diſcipulorum, eſt inſtitutus etiam ſtatus Curatorum. Quia, vt antè dictum eſt, Diſcipuli 72. in ea inſtitutione primæua non fuerunt Sacerdotes, vt liquet de diuo Euangeliſta Marco, qui ob immenſam Sacerdotij munus exercendum perterritus, ne ad illud velut indignus aſſumeretur, pollicem ſibi abſcidit; atteſtatur diuus Hieronymus in prologo ſuper Marcum, vndè oſtenditur, vt ſi Marcus eſſet ex numero Apoſtolorum, & ſit in Sacerdotio promotus, non deuitaſſet ad illud promoueri, cùm iàm in Cœna promotus diceretur, nec etiam determinationes Parochialium erant inſtitutæ, adeò quod ius ligandi, & abſoluendi inſtar Curatorum exercere poſſet, licèt figuraliter Curatoribus ipſis ſint adæquandi, vt eſt in Apoſtolorum ſubiectione in facultate temporali admittendi, & poteſtatem prædicandi, & figuram Curatorum, fuiſſe Diſcipulos, in quos atteſtatur gloſſa, Luc. cap. 10. vbi ait, quòd Diſcipuli figuram, ſeu formam gerebant, Sacerdorum ſecundi ordinis.

In caſum etiam objicitur, quòd ab eodem inſtituti ſunt 72. Diſcipuli, à quo inſtituti ſunt Curati, quia eſto, quod eſſet verum, conſequentia non procedit, quòd Dominus, qui primos Diſcipulos inſtituit, dato quod primi eſſent Curati, ſequentes Curatos non reſeruauit ſibi inſtituendos, ſed illorum inſtitutionem Vicario ſuo generali committendam duxit, cùm eidem omnium ouium curam commiſiſſet, Ioann. cap. vlt. Quare cùm nullibi reperiatur Dominum claues iuriſdictionis dediſſe Apoſtolis, nec curam animarum alijs Diſcipulis commiſiſſe, ſicut Petro neceſſariò infertur, vt curam non habeant, ſicut Petrus, & Papa immediatè à Deo, quamvis Epiſcopi ſuccederent Apoſtoli, & Curatores 72. Diſcipulis.

Sicut ſuccedit Petrus, & Papa Domino immediatè, de ſola Petri paſtorali cura ſatis Domini verbis comprobatur, ratione habita, quòd quando pluribus dirigit ſermonem, non ergo genere loquendi ſingulari numero eſt vſus, prout Petro, paſce oues meas, prout eo ſenſu, dabo tibi claues Regni Cœlorum; ſed verbis ad ſingulos includendum, vt eſt ibi, ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis, Matth. capit. 21. & alibi quando eſt communiter locutus, vt ibi, dabo vobis ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aduerſarij veſtri, ſicut etiam quando innuit de miraculorum poteſtate dixit, dedi vobis virtutem, & poteſtatem, Lucæ capit. 10. nec aliquando dixit, dabo vobis claues Regni Cœlorum.

Non abſque hæreſis labe, etiam objicitur, quòd Epiſcopi, vt ſucceſſores Apoſtolorum, & Presbyteri Curatores, & 72. Diſcipulorum poteſtatem retineant iuriſdictionis, quam ipſi eorum præceſſores immediatè receperunt à Domino, & non à Petro, cùm iàm in verbo Petro oſtenſum ſit id eſſe erroneum. Aberrant quoque, quia eo conceſſo citrà veritatis offenſionem, vt primi prædeceſſores eſſent aſſecuti iuriſdictionem poſt aſcenſum Domini, cùm antè Dominus proprio ſuæ Diuinitatis myſterio Eccleſiam regeret, nec poſteà niſi ſoli Petro regimen committeret, non ex hoc poſſet dici poſt primos ſequentes à Domino immediatè accepiſſe, ſed ab ipſo eius Vicario, quia id ius non conſtat Dominum ſibi retinuiſſe, ſed Vicario ſuo, cui omnia pro Eccleſiæ regimine delegauit commiſiſſe.

Et quod dicitur Dominum in die Aſcenſionis prædicandi, & baptizandi conceſſiſſe facultatem, non arguit poteſtatem iuriſdictionis contuliſſe, quam etiamſi contuliſſet, non vt eorum ſucceſſoribus idem tradidiſſet, ſed eorum collationem Petro, vel eius ſucceſſoribus reſeruauerit. Nàm poteſt eſſe, vt ob meritum illis omninò perfectis indulſerit, quod alijs Domino non præſente, nec corda examinante concedendum, niſi ſui Vicarij præuia cognitione fuerat, vt eſt Principis poteſtati reſeruatum, cùm id in vim legis conceſſum non videat, §. ſed quòd Principi, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.

Vlteriùs Dominum dicitur in die Reſurrectionis ligandi, & ſoluendi poteſtatem Apoſtolis, ſimulque Diſcipulis tradidiſſe.

Reſpondetur, illa facultas primùm reſpicit ſpectantia ad forum conſcientiæ, & quatenus refertur ad Diſcipulos, non procedit, ex quo adhuc non erant Sacerdotes, vndè ad ſolos Apoſtolos demandata cenſetur.

Intentionem patis iuriſdictionis Epiſcoporum, & Curatorum non comprobat quoque ſumpta auctoritas Ioann. cap. final. ibi: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, intelligendo, quòd tunc prædicandi poteſtatem dederit Diſcipulis, prout Apoſtolis, quia iàm Apoſtoli in Cœna nouiſſima à Domino fuerunt Sacerdotes inſtituti, & ſic Ordinis Sacramentum promulgatum, quo ſuperueniente receptum eſt, vt niſi ad Ordinem promotus, ſaltèm Diaconatus prædicandi munus non obtinet, etiam poſt Spiritus ſancti miſſionem, qua mediante prudentiores, & doctiores euaſerant, vndè cùm Diſcipuli nondùm ad Ordines eſſent promoti, cenſendum non eſt Dominum eis prędicandi facultatem contuliſse Ordinis Sacramento reſeruatam, ex quo prior prædicandi poteſtas antè hoc promulgatum Sacramentum nouo Domini inſtituto expiraſset, & ita refert Cardin. de Turrecremata in ſumma de Eccleſ. libro 2. cap. 63. ver. vndecim, ad auctoritatem, quæ ſumitur ex Matth. cap. vlt. Quòd Diſcipuli vnà cum Apoſtolis receperunt prædicandi poteſtatem in monte Galilææ.

Reſpondetur, non eſse verum cùm nondùm eſsent promoti ad Ordinis Sacramentum, nec eſsent ob huiuſmodi defectum capaces, quod impedimentum etiam locum habuit in collatione Baptiſmatis, nàm cùm ſit ianua ad alia Sacramenta, perquirebatur,

vt

vt Ordine promotus illnd conferret, ſicuti etiamſi prædicare voluiſſent ad Ordinis Sacramentum Ordiuati dumtaxat, diſtinct. 13. cap. Diaconus ſedeat, & cap. adiſcimus, diſtinct. 16. quæſt. 1. quamvis ipſis iubenribus prædicent miniſtri, diceut miniſtri, vt Diaconi, quos patet Idoneos ad huiuſmodi explenda Sacramenta etiam ſuperſtiribus Apoſtolis, indè liquet Philippum Diaconum, alioſque cumplures baptizaſſe, Act. capit. 5. adeò, quòd etiam, vt Diſcipuli fuiſſent præſentes, nil virtutis illius collarionis fuiſſent aſſecuri, reſiſtente impedimento ob defectum Ordinis, iuxtà nouam Domini inſtitutionem: quia Marcus, & Matth. atteſtationibus, cap. vlt. de vndecim tautùm commemorantur, quem numerum ſolos Apoſtolos ſemper referre palàm eſt, ptout etiam, ibi à Nicolao de Lyra eſt explicatum; neque his vim facit, quod antè paſſionem prædicandi poteſtas erat collata eis à Domino, quia, vt prefertur, & à ſcribenribus de meute diui Anſelmi, quòd ex quo in paſſione Domini, tam Apoſtoli omnes, quàm Diſcipuli, Maria glotioſa Matre excepta, in fidem titubarunt, ob id receptam priùs poteſtatem prædicandi perdiderunt, & noua progrediendi in fide data eſt forma, nàm cùm priùs dictum eſſet: in viam gentium ne abieritis, & Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Poſt paſſionem eſt innouata, contrariaque eſt forma diſpoſitum; & eſt Matth. cap. vlt. ibi: Euntes in Mundum vniuerſum, predicate Euangelium omni creaturæ. Ait cap. 1. ibi: Eritis mihi teſtes in omni Iudæa, & Hieruſalem, & vſque ad vltimum terræ. Vudè Sacramenti Ordinis gratia oportuit prædicandi facultatem de cetero ſumere. Nullius virrutis eſse pater aſsumptum, quòd Curatores ſint veri Ordinarij, quia ſi hoc etiam quo ad forum conſcientiæ procederet, non ex hoc ſequitur, quòd eorum ſtatus, & iuriſdictio à Papa non procedat, qui ordinariam iuriſdictiouem tribuit, nedùm perſonæ videre eſt in legato; ſed etiam locu, vt Monaſterio, & Eccleſiæ, & etiam Cœnobijs mulierum, quibus promittitur habere Officialem, cui Papa Ordinariam confert iuriſdictionem, vt cæteris Prælatis, cap. ſicut, diſt. 5. quæſt. 2.

Non minùs abſunans eſt illud, quod ponunt Curatores Sacerdotes iuriſdictionem habere Immediatè à Domino, quòd nequaquàm eſse verum, patet, vt demonſtrat text. in cap. 2. extrà, de offic. Ordin. quia ſi aliquibus caſibus eſt permiſsum eos poſse excommunicationis ſententiam infligere, erit iure conſuetudinis, & ſic iure humano, & paucis admodùm caſibus, etiam in foro exteriori, & minùs in foro conſcientiæ, cùm Diſcipuli 72. quos aiunt referre Curatores ipſos, non fuerint eo tempore Sacerdotes, nec idonei ad eam recipiendam poteſtatem.

Improbanda pariter eſt ſententia illa, quæ perversè dicitur Dominum illos ſolos ordines inſtituiſſe, ſcilicèt Sacerdotum, & Epiſcoporum, intelligendo, quòd explicitè inſtituerit eos tùm quantùm ad propria corũ iura, iuxta tales poteſtates determinatos, tùm etiam quantùm ad caſus, & territoria, quãvis ex figura, & præordinatione secùs ſit intelligendum, vt conſpicuum eſt, quoad Ordinis poteſtatem, & videamus in Cœna nouiſſima, quando per ſe ipſum Apoſtolos Sacerdotes ordinauit, & ordinem quoque Epiſcopalem, quando Petrum Epiſcopum inſtituit, quia implicitè, & non explicitè Epiſcopos Dominus inſtituit, ſicut Sacerdotis etiam ſecundi ordinis. Nàm licèt Ordinis poteſtas, vt præfertur, & Epiſcopalis ordo ſit à Domino inſtitutus, non tamen intelligi debet eo modo, vt à Domino ipſis Curatis, & Epiſcopis ſit conceſſus, vt in ſucceſſoribus ſuis ita repræſentur eodem modo, vt à Domino ipſis Curatis, & Epiſcopis ſic conceſſus, vt in ſucceſſoribus ſuis id repræſentetur eodem modo, quo à Petri ſucceſſoribus repræſentatur, cùm Petrus à Domino immediatè poteſtatem ſuſceperit, iſti verò ab ipſo Petro, vel ſucceſſoribus ſuis, vel ab habentibus auctoritatem ab eo, quia Diuina, & immediata inſtitutione ſolus Petrus fuit Curator cuiuſlibet Parochiæ, vel Diœceſis, vt ex iam deductis liquidò præſefertur.

Non releuat, quod dicitur Papam non poſſe poteſtatem à Domino Epiſcopis conceſſam auferre, quia hoc verum eſt, quo ad poteſtatem ordinis à Domino præſtitam prævio diui Petri miniſterio, ſed quo ad poteſtatem iuriſdictionis ſecùs eſt.

Mæra dementiæ ſpecie etiam inſtatur, quòd ſi omnes totius Orbis poteſtates à Papa eſſent dependentes, ſequererur, vt Papa decedente omnes illæ poteſtates pariter perirent, quia auctoritas remanet in virtute ſua, & ſi perſona defecerit, demonſtrat text. in cap. priuilegio, & ſeq. diſtinct. 25. quæſt. 2. auctoritate diui Papæ, & martyris Anacleti ſupra allegati.

Proptereà diuus Auguſtinus in libro de hæreſi inquit: Hæreſi illaqueatum oportet cenſeri ſentientem Epiſcopos à Presbyteris non differre, & Arianorum dogma etiam confutatum; quam ſententiam etiam diuus Thomas in 2. 2. quæſt. cap. 84. ſecutus fuit, vt ſupra clariùs eſt deductum.

ARTICVLVS VIII.

Epiſcopos, vt Diuinitùs inſtitutos Diuinorum rationem habere oportet.

Opus eſt Epiſcoporum Prouincias eſſe ita diſcretas, diſtinctiſque limitibus ita apparentes, vt contegentium ditiones pateant, vt illud Gregorij non contingat, quod in cap. peruenit, diſtinct. 11. quæſt. 1. ponitur, vbi ait: Si ſua vnicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi, vt per nos Eccleſiaſticus Ordo, qui cuſtodiri debuerat, confundatur? In reliquo enim perſpicuum eſt Epiſcopos in ſuis Diœceſibus cunctorum eſse præordinatores, diſtinct. 25. cap. perlectis.

Idem atteſtatur Iſidor. in epiſt. ad Ludifrædum, & iuxta Aurelianenſe Concilium, diſt. 16. qu. 13. cap. omnes Baſilicæ, quæ per diuerſa loca poſitæ ſunt in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, in cuius territorium ſunt poſitæ, & eadem quæſt. capit. nullus, & fuit

Cali-

Caliſti, vbi ait: Nec Archidiaconus, nec Archipresbyter, nec Præpoſitus, nec Diaconus animarum curam, vel præbendas Eccleſiæ, ſine iudicio, vel conſenſu Epiſcopi alicui tribuatur, immò ſicut ſacris Canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & pecuniarum Eccleſiaſticarum diſpenſatio in Epiſcopi iudicio, & poteſtate permaneat; & ſi quis contra hæc fecerit, aut poteſtatem, quæ ad Epiſcopum pertinet, ſi quis vendicare præſumpſerit, ab Eccleſiæ limitibus arceatur, & etiam in idem eſt diui Gregorij ſententia, vbi ait: Eccleſiaſticum ordinem confundi, quia Eccleſiaſtica beneficia ad ipſorum Epiſcoporum collationem, & prouiſionem pertinentia per Sedem Apoſtolicam, per alioſque, etiam antequam vacent, conferuntur; non ſolùm in Curia Romana, ſed extrà, cùm ipſi Epiſcopi de cura, & Curatis, quorum conſcientia ignorant, quia ipſis non prouident, reddere habeant rationem, & ſanguis ſubditorum de eorum manibus requiratur, extra, de Regulari, & transfertur cap. 1. & vltimo, & cap. irrefragabili, extra, de offic. Ordinar. & ſicut ſub Epiſcoporum cenſura ſunt loca, & iura Eccleſiarum, vt præfertur, ità ſunt Sacerdotum, & Clericorum perſonæ, vſque adeò, vt pro Clericis, & Sacerdotibus non ſunt habendi, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur cap. nulla 93. diſt. nec de facili latratus contra Epiſcopos admittantur, nec debito honore defraudentur, contra Euangelij doctrinam, Matth. cap. 10. qui vos ſpernit, me ſpernit, cap. qui vt 8. quæſt. 5. quibus etiam D. Gregorius 86. diſt. reſiſtit, ibi, cap. ſi quid de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſtè poſſit offendere, non facilè credas, nec te ad vindictam res accendat incognita, ſed præſentibus Eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt veritas per ſe notanda, vt ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, ſimile habetur, extra de ſimon. cap. licet hel. Epiſcoporum pariter eſt poteſtas, vt abſoluendi, ligandique animas pœnitentiam infici non poſſunt, cap. quodcunque 24. quæſt. 1. & cap. manet, & quæſt. 2. cap. legatur Matth. c. 16. quæ facultas non ſimpliciter, indiſtinctèque procedit, ſed ità tamen ſi peccatum non fuerit impœnitentia, & ſic in Spiritum ſanctum, quam tam in hoc ſæculo, quàm in futuro, non remittitur, cap. poteſt, & cap. Dioſcorus, de pœn. diſt. 1. & ibi gloſs. & gloſs. in cap. qualis 25. diſt. Bartol. in lege qui ea mente ff. de furt. vt ſunt, qui delectatione peccati, vel deſperatione veniæ nunquam à peccato ceſſatur.

Vnde ſequitur, vt ſine fine puniatur, qui ſine fine peccauit. Hinc Hieron. in cap. Diaconi ſunt in fine, 96. diſt. ait: Voluiſſent iniqui, ſi potuiſſet ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare, oſtendunt, quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui numquàm peccare deſinunt, dùm viuunt; ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, vt numquàm careant ſupplicio, qui numquàm voluerunt carere peccato. Nàm aſſiduè peccantium non miſerebitur Deus. Hæc ibi.

Vulnus namque iteratum tardiùs ſanatur, cap. inanis, de pœnit. diſtinct. 3. & ratio præmiſſorum apparens eſt, quia in pœnitentibus venia non datur, cap. legatum, diſt. 24. qu. 2. De multiplici peccatorum in Spiritum ſanctum qualitate refert gloſſa in cap. poteſt, de pœnitent. diſtinct. 1. quæ citrà peccatum impœnitentiæ, & remiſſibilia, quamvis maiori difficultate, dicto cap. qualiter, diſt. 25. & ibi gloſs. Sed vt Epiſcopi abſolutio ſequatur opus eſt, vt in vita pœnitentis impendatur, diſtinct. 24. quæſt. 2. in ſumm. & cap. & ratio, de ſentent. excommun. & cap. à nobis il 2. vbi ait, verùm, niſi conſtitutus in extremis excommunicatus, qui per Papam viuus erat abſoluendus, antè mortem petierit pœnitentiam, quam non habuit morte præuentus, tunc poteſt per Epiſcopum abſolui mortuus d. capitulo à nobis & capitulo ſi aliquis 26. quæſt. 6. non reijcit Epiſcopus in articulo mortis conſtitutus, dummodo ſint pœnitentes, capitulo cognouimus 18. qu. 2. ad latronis in cruce pendentis pœnitentiam momento habitam imitandam, capitulo ſi Presbyter 26. quæſt. 6. quia non menſura temporis, ſed doloris attenditur, capitulo menſuram, de pœnitent. diſtinct. 1. quamuis ſera pœnitentia Patribus, non vſquequaque ſatisfacit, capitulo nemo, de pœnitent. diſtinctione 1. vbi Auguſt. ait, ſerò pœnitentibus pœnitentiam dare poſſumus, non ſecuritatem deinceps ait, ſe non dicere, quod damnabitur, ſed nec dicere, quod liberabitur.

Idem refert gloſſa in dicto capitulo ſi Presbyter. Quibus ſerò pœnitentibus pœnitentia ex arbitrio Epiſcopi, vel Sacerdotis imponitur, capitulo tempora plenitudinis, & cap. ſequent. & capitulo à pœnitentibus 26. quæſt. 7. quoniam ſi pœnitentia minùs ſufficiens imponitur, in Purgatorio erit ſupplenda, vbi pro quolibet lethali crimine ſeptem annorum pœnitentia eſt iniungenda capit. hoc ipſo 13. quæſtione 2. vbi huius ſeptem annorum declaratur figura illius Mariæ Moyſis ex patre Aaron nepotis, quæ cum in Moyſen maledicta iactaſſet, lepra fuit percuſſà, à qua Moyſis precibus cum liberaretur iuſſu Domini ſeptem dies, extra aliorum conſortium in pœnam eſt reiecta.

Vnde ſumpta eſt auctoritas, vt ſeptem dierum expulſio, extra caſtra, ſeptennij metam purgationis induceret à quolibet crimine, & de purgatione ſeptennij regularij modò intelligitur, ſi modò immanitate delicti, vel perſonæ dignitate aliud determinandum videretur, etſi Epiſcoporum, & Sacerdotum ſecundi ordinis ſit pœnitentes abſoluere, Epiſcopis maiora reſeruantur abſolutionis iura, iuxta maiores delictorum qualitates, prout latiſſimè explicat gloſs. Ordin. in capitulo 2. de pœnitent. & remiſ. lib. 6. diſpenſandi, iuriſque rigorem relaxandi, ſumma quoque auctoritas Epiſcopis reſeruatur, vt refert Specul. in titul. de diſpenſ. §. nunc de diſpenſatione Epiſcoporum per totum, vbi enumerantur centum, & ſeptuaginta caſus ſpirituali poteſtate diſpenſandi iure funguntur, caſus autem, in quibus Epiſcopi partes non interponunt ſuas, ſunt complures, quos enumerat Firm. in tract. de Epiſc. in ſecunda parte, quarto libro numero 144. ſed an diſpenſationem Epiſcopi denegare queant, libe-

liberè, vſque adeò, & à petentibus, quibus denegatur, non poſſit ad ſuperiores totum recurrere, eleganter declarat Panormit. in cap. final. extra, de Cler. pugnan. in duell. & clariùs in capit. atſi Clerici, §. de adulterijs, col. 11. nu. 20. extra, de Iudic. vbi concludenter definiuit, non eſſe locum alicui recurſui quotieſcumque coram Epiſcopo inſtatur pro diſpenſatione ſine cauſa, licèt ſecus ſentiat ſi cauſa ſubſiſtat.

Nàm cùm ſubſiſtenter excederet Epiſcopus, & à ſuperiori eſſet puniendus, ſi ad diſpenſandum procedere recuſaret, vt ibi latiùs per totum.

Et ſtetur Epiſcoporum ordinare ſuæ Diœceſis Clericos ſuperioribus irrequiſitis, & cauſas cognoſcere, cap. per ſingulos, il 2. diſtinct. 9. quæſt. 3. Similiter etiam Eccleſias, ſibi ſubditas, ordinare, capit. Sanctorum, diſtinct. 70. vt etiam anathematis pœna, inobedientes coercere, gloſs. in dicto cap. per ſingulas Eccleſias etiam vnire, cap. ſicut, extra, de exceſs. Prælat. Nec alius, quàm Epiſcopus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis collationes haber, niſi aliàs conſuetudo, vel priuilegium, capit. nullus omninò, diſtinct. 15. quæſt. 7. & ibi gloſsa. Poteſt quoque Epiſcopus Monachos delinquentes, Abbate negligente, punire, cap. quanto, de offic. Ordin. capit. primo, & ibi gloſſa, de ſtatu Monach. Abbatemque incautum, ſuperbum, ac negligentem deponere, capit. ſi quis Abbas, diſtinct. 18. quæſt. 2. conuicinis tamen Abbatibus conuocatis, nempè cum Monaſter. quo ad legem iuriſdictionis, videlicèt, quo ad Sacramentorum collationem, canonicamque ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam, inſtitutionem, & correctionem ſint Epiſcopis ſubiecta, cap. conquærente, verb. nos autem, extra, de offic. Ordin. & cap. dilectus, eodem titulo, not. diſtinct. 2. quæſt. 7. cap. peruenit. Et eo, quia ſine Epiſcopali licentia Monaſteria non poſſunt fundari, capit. quidam, §. Monaſterium; diſtinct. 16, quæſt. 1. capitulo de Monachis, & capitulo ſequent. diſtinct. 16. eadem quæſtione.

Virgines quoque ab Epiſcopo conſecrantur, capit. virgines, diſtinct. 20. quæſt. 1. Nàm comſecrationis iure ſtatutum eſt Epiſcopum conſecrandi Clericos, Eccleſias benedicendi, Virgines Chriſmate, Chriſmatis Oleum, ac Infirmorum, & Cathecumenorum conficiendi poteſtatem conſequi, & non priùs, gloſſa in cap. tranſmiſſa, de elect. & cap. ſicut, §. præterea, eodem titulo, capitulo inter corporalia, extra, de translatione Epiſcoporum.

ARTICVLVS IX.

Epiſcopos ad ſtatus perfectionis eſſe promotos conſtat.

EPiſcopus enim in ſtatus perfectione, vt liquet 1. ad Timotheum cap. 3. & ad Titum cap. 1. Nàm ad Timotheum commonetur, vt ille tamquam Epiſcopus ſumma exuberet probitate, iuxta quod importat verbum ibi, irreprehenſibile, iuxtà illud Ouidij de Triſtibus elegia 15.

Et tandem probitas irreprehenſa fuit.

Nam à probo probitatem deriuari patet, l. 1. ff. de decret. ab ord. facien. ibi, vt certi de probitate morum, & peritia eligantur, ſicuti eius contrarium eſt improbitas, qua malitia deſignatur, l. 2. §. ſed ſi tota, ff. Naut. caup. ſtab. ibi, niſi forte, ideò vt innoteſceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis in hoc genus hominum: Quæ probitatis munia Apoſtolis recepta Dominus Mundo innisa pluries Apoſtolis prędixerit, Ioann. cap. 16. vt ibi: Veniet tempus, in quo, qui vos perſequentur, putentur ſe obſequium præſtare Deo, quod pleniùs demonſtrant nonnulli, qui complura antiquorum Imperatorum geſta explicarunt, etſi dixerint eos flagitijs, quàm maximis fuiſſe detentos, hoc vnum, quod maius eſt flagitiorum bono adſcripſerunt, quia illi Chriſtianos cæde, & flammis ſunt perſecuti, vt Suetonium, & cum eo Cornelium Tacitum eſt videre in vita Neronis vniformiter ſcribentes vitia probitati ſemper aduerſaria, teſte Lampridio patent in Eliogabalo Romano Imperatore, etſi infinita exempla colligantur, qui ideò Alexand. Cæſari in filium ſibi adoptato infenſus legitur, eo quod impudicus non eſſet, eumdemq; tyrannum Vulpianum probatiſſimæ virtutis iuriſconſultum officio ſuo monuiſſe, quia vir bonus erat, & ſi huiuſmodi probitatis cumulatio in Epiſcopo perquiratur, non minori Patrum ſtudio deſideratum eſt, quoque vt aliarum virtutum concurſus Epiſcopalem exornet dignitatem, vt ab Hoſt. in ſum. de elect. §. quis eligitur, eleganter relatum fuit, vbi inquit, oportere Epiſcopum natura eſſe prudentem, docilem, moribus temperatum, vita caſtum, ſobrium ſuis negotijs, ſemper canentem, humilem, affabilem, miſericordem, peritum in lege Domini, inſtructum in Scripturarum ſenſibus, acutum, in dogmaticis eccleſiaſticis exercitatum, & antè omnia fidei documenta ſimplicibus verbis aſſerentem, 23. diſt. c. quod Epiſcopus, 50. diſt. cap. fin. Nec quod de caſtitatis iure permittitur, repugnat doctrinam Apoſt. ad Tim. l. 3. ibi: vnius vxoris virum. Quoniam quatenus ad carnale matrimonium referatur, intelligi debet de coniugio ab Apoſtolis contracto antè Apoſtolatum, cùm liqueat Apoſtolos coniuges antè Apoſtolatum ductos, poſt Apoſtolatum, non vt coniuges, ſed vt ſorores retinuiſſe, cap. omninò, 31. diſt. Quod quidem coniugium hodie Eccleſia, tam in Epiſcopis, quàm in Clericis deteſtatur, cap. Diaconus, 27. diſt. quia continentiæ votum ordini ſacro eſt iniunctum, cap. vouentibus, 27. diſt. ſed ſi de facto ad matrimonium deueniatur, tollitur, vel ſeparatur, quia graue eſt, vt quis contra fidem deueniat à ſe præſtitam Deo, l. 1. ff. de conſt. pecun. vndè Eccleſia duxit matrimonia magis expediens eſſe dirimi, tam Epiſcopis, quàm Clericis ad caſtimoniæ Apoſtolicæ iura ſeruanda, quã diuino inſtituto indixit, & non conſilio tantùm non confiſa de integritate ſubſequẽtium temporum, prout de Apoſtolica ſanctitate,

cap. ſi

cap. ſi quis Epiſcopus, &c. cùm omnibus, & per totam 81. diſtinctione, & catenus Eccleſia incontinentiam prohibens eſt progreſſa, vt qui ex Epiſcopali, vel Sacerdotali ordine vxorem, vel concubinam retinere auſus fuerit, eccleſiaſticis prouentibus ſpolietur, c. 1. & per totam extra de Cler. coniug. quamuis neceſſitatis cauſa cauſiſque remotis, &ſi ſecus aliquando toleratum ſit. cap. de Siracuſano, 28. diſtin. & ibi Archidiac. Deindè humilitatis virtus ſummopere in Epiſcopo deſideratur. Ità inquit canon, nil ſplendidius in ceruice Epiſcopi eſſe poteſt, cap. miramur, 61. diſt. Non enim ſe efferre Epiſcopus ex eo, quod ad Pontificiæ dignitatis apicem ſit euectus, quoniam Eccleſiæ honores potiùs ſpectant ad onus, quàm ad honorem, cap. illud 8. quæſt. 1. Archidiac. in capitulo Subdiaconus, 77. diſt. ſed præ cæteris virtutibus in Epiſcopo requiſitis potiſſimam eſſe Charitatem ſertur, ſine qua ad ſtatum perfectionis, in eius conſecratione non diceretur promotus, veluti ordinis Epiſcopalis eſt promoueri. Vndè ſtatus in præmiſſo ſenſu accipitur pro ſtabilitate quadam, illoque ſenſu, quo dicitur, quis eſſe in ſtatu libertatis, vel ſeruitutis, non autem pro illo ſtatu mobili, vt quis ſit in Senatoria dignitate, cùm talis dicatur motus à dignitate, & non à ſtatu, quia ille dignitatis honor ſit perpetuus, & per conſequens ſtatus dici nequeat; cùm ille ſtatus ſtabilitatem non importet. Nec refert, vt quis modò ſit ſui iuris, & cras fiat ſeruus, cùm idem ſuccedat, quod de conſtituto in dignitate Senatoria, quia in Senatore nulla viget obligatio, eum coarctans ad permanendum in illa dignitate, illa perpetuitate, qua quis eſt ſeruitutis annexus. Sic igitur ſtatus refertur ad immobilitatem, eo quod pertinet ad conditionem perſonæ, vt prima ad Corint. cap. 20. ibi: ſtabiles eſtote, & immobiles. Horum ſtatuum firmitate pręmiſſa tres in Eccleſia diſtinguuntur ſtatus, quorum vnus eſt Prælatorum, alius regularium, & tertius coniugatorum, iuxtà illud Matth. cap. 24. vbi ait, duos fuiſſe in agro, duos in lecto, & duos in molendino, quorum æmulationem Diuus Auguſtinus poſuit ſuper Pſal. 131. vbi ait, vide ſi non in agro erat, qui gubernat Eccleſiam, & ità Prælati. Vndè dicit Apoſtolus. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. In lecto autem eos intelligi voluit, qui amauerunt quietem, per lectum verò quietos intelligi voluit, non ſe immiſcentes turbis, non tumultui humani generis, in otioque Domino ſeruientes. In molendino autem exiſtentes, intelligi videtur coniugatorum plebem, qui in hoc Mundo verſantur, & eſſe molendinum intelligitur, quia mundus veluti mola vertitur. Vndè conuenire iſte triplex ſtatus videtur tribus illis viris ab Ezechiele relatis cap. 14. vt in Noe, Daniele, & Iob. In Noe, quia in diluuio arcam, Eccleſiam referentem rexit, vt hodie eſt Epiſcoporum munus. In Daniele autem regulares repræſentantur, qui ad eius imitationem vitam cœlibem ducunt, Deoque itidem ſeruiunt, fraterno conſortio ſimul viuentes, iuxtà Pſal. 132. ibi: ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. In Iob verò, qui coniugem habuit, tribulationum multarum turbine impetitus, coniugatorum ſtatus tertius in Eccleſia repræſentatur. Qui quidem tres ſtatus ſolemni quadam obligatione ad ipſorum ſtatuum ſeruanda iura obligantur, vt eſt Epiſcopi in ſolemni eius conſecratione, & regularium in ſolemni eorum voti emiſſione, & coniugatorum in ſolemni nuptiarum benedictione, ſolemnique etiam mutua vtriuſque ſponſione, cùm ſolemnitates huiuſmodi firmitatem perpetuam ipſis futuram inſinuare videantur, adeò vt concludi valeat, perfectionis ſtatum eſſe obligationem perpetuam ad exequendum, quæ ſunt diuinæ perfectionis alicuius ſolemnitatis interuentu: à perfectione enim charitatis ſimpliciter, quis cenſetur in vita ſpirituali perfectus, iuxtà illud Coloſ. cap. 3. ibi: ſuper omnia charitatem habere, quæ eſt vinculum perfectionis, quia amoris virtute amans in rem amatam transfertur, charitatem perfectè habens in Deum, ſe ipſum transformat, omniaque ob Deum poſtponit, quod Diuus Auguſtinus 13. de Ciuitate Dei atteſtatur, vbi ait. Quod ſicut Ciuitatem Babylonis fecit amor ſui vſque ad contemptum Dei, ità Ciuitatem Dei facit amor Dei, vſque ad contemptum ſui. Vndè verba Apoſtoli ad Philip. cap. 3. perfectionis ſtatum videntur exemplare, ibi: dum ait, quæ mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtus lucrifaciam. Hinc eſt, vt ſiue ſit Epiſcopus, ſiue cœlebs, aut coniugatus, aut diues, aut pauper, qui Apoſtolum in hoc imitetur, perfectus vndequaque erit. De coniugato, patet in Abraã Gen. cap. 17. ibi: ambula coram me, & eſto perfectus, vt etiam oſtenditur de diuite Eccleſ. cap. 31. ibi: Beatus diues, qui inuentus fuerit ſine macula, & qui poſt aurum non abierit, retento igitur perfectionis ſtatu, iuxtà Matth. cap. 24. exemplatum in Noe, qui rexit arcam in diluuio, prout eſt figura Epiſcoporum, ſuas Eccleſias regentium, & in Daniele, qui fuit cœlebs, ſanctus, ac Deo placens, figurans ſtatum regularium, & in Iob, qui fuit coniugatus, deſignans coniugatorum ſtatum, & quod ij tres ſtatus perpetua illa obligatione cum quadam ſolemnitate reperiantur eſſe, palàm eſt in vnoquoque iſtorum graduum, vt pręfertur. Nam perfectionis iura, tunc habentur, quando charitas non deſideratur, ad Coloſ. cap. 3. ibi: ſuper omnia charitatem habere, quæ eſt vinculum perfectionis, de qua Diuus Auguſtinus in 1. Ioannis Canonica, tres gradus ponit, vbi vltimo loco ſtatum perfectionis oſtendere videtur, dum ait, Charitas, cùm primò nata fuerit, nutritur; quod ad incipientes pertinet; cùm fuerit nutrita, roboratur, quod eſt proficientium, cùm fuerit roborata, perficitur, pertinet ad perfectos, ſed in ſtatu perfectionis, quis conſtitutus non diceretur, ex quo recta ſequatur, & quæ ſunt iuſtitiæ. Deoque ſit placens, ſi aliqua obligatione cum aliqua ſolemnitate ſe ad pręmiſſa non ſtrinxerit. Quamuis multi perfecti exiſtere queant, abſque eo, quod in ſtatum perfectionis perueniant, vt contigit ſorma præmiſſa verſantibus, ſicut viciſſim nonnulli ad ſtatum perfectionis, qui tamen non ſunt perfecti, vt contigit in imperfectis Epiſcopis,

pis, & in imperfectis regularibus, & in imperfectis coniugatis, hinc perfectionis fratum præmiſſa forma oſtenſum Epiſcopis competere declaratur, quia obligant ſe ad ea, quæ ſunt perfectionis charitatis, quando paſtorale officium aſſumunt, quo obligantur tanto charitatis vinculo, vt ponere debeant animam pro ouibus, Ioan. cap. 10. & hoc demonſtratur, quoad obligationem, quò autem ad ſolemnitatem demonſtratur virtute ſolemnitatis conſecrationis, vt videre eſt ad Tim. 1. cap. vlt. ibi: certamen bonum fidei apprehende, vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus, ibi gl. art. 1. in tua ordinatione, tua, nempè cùm in dicta profeſſione fidei conſecratio celebraretur, iuxtà illud 2. ad Timor. cap. 1. ibi: reſuſcita gratiam, quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum, quod à gloſ. exponitur, de gratia Epiſcopali, de regularibus ſimiliter patet auctoritate Diui Dionyſij, cap. 7. cæleſt. hierar. vbi ait: quòd religioſos, alij quidem famulos, alij quidem monachos Dei appellant, ex Dei ſeruitute, & famulatu, ideſt indiuiſibili, & ſingulari vita viuentes indiuiſibilium ſanctis conuolationibus ad Deiformem vnitatem, & amabilem Deo perfectionem, quia horum obligatio inſtar Epiſcoporum fit cum illa ſolemnitate profeſſionis, & benedictione propria à Diuo Dionyſio ibidem ſubditum legitur, propter quod & perfectam donans eis gratiam ſancta legislatio quadam ipſos dignata eſt ſanctificatiua ſanctificatione, ſuper quibus potiori gradu ad ſtatum perfectionis promoti cenſeantur Epiſcopi, quàm regulares, cùm Epiſcopi perfectiores cenſeantur: ipſi verò perfecti, cùm cauſa agens perfectior ſit ſuo actu, demonſtratur in cap. ſtatutum, 18. qu. 1. quod quis de monacho Epiſcopus conſecrari poteſt, quia ſi ſecus eſſet, vt monachus eſſet perfectior, non admitteretur, cùm in Eccleſia aſcenſus, & non deſcenſus admittatur, cap. 1. de Cler. non reſid. c. legimus, 93. diſt. & licèt hæc vera ſint, non tamen veritati aduerſantes ferre queant, qui eorum impugnationem ità admittunt. Vndè opponunt primò, vbi aiunt, ſi pro quia ſingulari ſunt in ſtatu perfectionis, vt probatum eſt, ergo ſatiùs in eo ſtatu eſſe cenſeri oporter Presbyteros curatores. Idque probatur ratione habita, quòd regulares ad curam animarum inſtituuntur, vt fiunt Epiſcopi, vt ſupra, quod fieri non permitteretur, ſi curatores ipſi in ſtatu perfectionis non verſarentur, cùm in Eccleſia de maiori ad minorem ſtatum non permittatur deſcenſus, d. cap. 1. & cap. legimuſque, quod & alio probatur medio, quia Curatores huiuſmodi magis Epiſcopis ob animarum curam poſſe adæquari, conſtat, quàm regularibus in eo ſtatu, vt perfectiores præſeferuntur. Reſpondetur, quod obiectum eſt falſiſſimum, quia nihil refert regularem ad curam animarum admitti, quia illud agit retento ſuo ſtatu, vt demonſtratur in habitus regularis delatione, velut ait tex. in cap. de monachis, 16. quæſt. 1. vbi ait de monacho, qui diu morantur in monaſterijs, ſi poſtea ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus non debere eos à priori propoſito diſcedere, hæc ibi: Sed Presbyteri Curati, vel Archidiaconi quando religionem ingrediuntur, animarum curam deponunt, vt perfectionem ſtatus adipiſcantur, & ſic patet regulares ipſos in hoc excedere Presbyteros Curatores. Nil releuat etiam, vt Curatores Epiſcopis conſimiles magis eſſe appareant, quia in ea parte, qua ſtatus perfectionis acquiritur, regularibus magis comparantur Epiſcopi, ob illam ſcilicet ſolemnitatem conſecrationis, & obligationis, quam regulares quadam ſolemnitate profeſſionis emiſſione ineunt, inſtar Epiſcoporum conſecrationem, cùm ſimilitudo Curatorum, quantum ad animarum curam ſolummodo exiſtat, & non quo ad perpetuam obligationem cum illa ſolemnitate inductam, tam in regularibus, quàm in Epiſcopis. Erronea eſt, quoque ratio, quòd in perfectiori ſtatu ſint regulares, quàm Epiſcopi, eò quod Epiſcopis dilectio charitatis referatur ad dilectionem proximi, quæ eſt inferior dilectione, qua regulares immediatè diligunt Deum, quia reſponſio eſt, quod potentioris virtutis quam cum Deo diligi proximi, quia ex hac non ſolùm, quis oſtendit Deum diligere, ipſique parere velle, ſed etiam proximum propter Deum amare, & quanti hanc dilectionem fecerit Dominus, atteſtatur Ioan. cap. vlt. vbi Petrus interrogatus, an eum diligeret, Petri reſponſione ſecuta, quia Domino de Petri erga ſe dilectione innoteſcebat, illicò gregis ſui curam commiſit, hanc dilectionem de qua quis in amorem proximi excitatur præponderare dilectionem, qua ſolùm Deus diligitur demonſtrauit, Apoſtolus ad Rom. cap. 8. ibi: optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis, quod dictum Chryſoſt. in lib. de compunctione, inducens ait, ità totam eius mentem deuinxit amor Chriſti, vt in hoc, quod eo præcæteris omnibus amabiliùs erat eſſe cum Chriſto ſurſum. Id ipſum, quia placeret Chriſto, vt contemneret ſeipſum. Vndè huius dilectionis virtute, qua Epiſcopali cura, tam ſibi, quàm ei ſubiectis eſt conſultum, patet contrarium eius, quod obijcitur, vt vita regularium contemplationi mancipata perfectioris ſit ſtatus Epiſcopalis, ex quo vita contemplatiua ſolis contemplantibus proſpiciat.

Præterea obijcitur regulares eſſe imperfectionis ſtatu magis quàm Epiſcopos, eo quia propria abrenunciant, iuxtà Domini præceptum Matth. cap. 19. quia ait: ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, habita ratione, quod Epiſcopi diuitias, lege permittente, retineant, cap. Epiſcopi, 12. quæſt. 1. quod eatenus procedit, vt de illis diſponere queant, etiam condito teſtamento, quod vanum eſſe argumentum probatur in Abraam, alijſque veteris, & recentis legis Patribus, qui quamuis ditiſſimi eſſent, tamen perfecti extiterunt, Geneſ. cap. 17. ibi loquitur Deus ad Abraam. Ambula coram me, & eſto perfectus, propterea dicitur, abrenunciationem illam non eſſe neceſſariam, quatenus ad actum referimus, quaſi ſit præambula ad perfectionem, ſed tunc eſt neceſſaria quatenus refertur ad animi diſpoſitionem, vt quis ſit paratus pio intuitu neceſſaria contingenti cauſa omnia dimittere, & pauperibus erogare, hocque eo-

dem ſenſu alias obſeruantias exteriores deſumendas declarant Domini actiones, Ioann. cap. 18. ibi: ſi malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? Nam contraria videtur rationi à Matt. relatæ, cap. 5. vbi dicit, ſi quis te percuſſerit in dexteram, præbe illi, & alteram, veluti etiam illi, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium, de quo ſenſu, vt præfertur, docuit Apoſtolus, quando apud act. cap. 13. percuſſus, non ſolùm maxillam præbuit, ſed percutienti maledixit, dicens, percutiat te Deus paries dealbate, facit tex. in cap. quod dicitur. 41. diſt. ibi. quod dicit Deus in Euangelio, iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis, oſtendit Dominus filios ſapientiæ intelligere non in abſtinendo, & in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam. Vndè ait Apoſtolus. Scio abundare, & penuriam pati, dummodo Epiſcopi eius ſint ſententiæ, non ità eſſe ad amandas diuitias, vt ſubiectis ſibi pauperibus ſubtrahantur.

Inaniter etiam reſiſtitur ea oppoſitione, quòd ſtatus Epiſcopalis non ſit perfectionis, quia deſiderant munus illud Epiſcopale delinquit, ergo cùm non ſit deſiderandus, non eſt perfectus, prout eſt ſtatus regularis, quia reſpondetur, & ſi Diuus Auguſtinus lib. 19. de Ciuit. Dei dixerit, locus ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, & ſi adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur, quoniam non ex hoc ſequitur, vt non ſit ſtatus perfectionis, & ſi illius dignitas deſiderari non liceat, immò ſit à Domino, vt ambitus improbatus, Matth. cap. 22. ibi: Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, vbi ait Diuus Chryſoſtomus oſtenditur, quod gentile eſt cupere primatus, & ſic gentium comparatione eorum animum æſtuantem conuertit, vndè Diui Thomæ tenenda eſt ſententia c. 11. diſt. 11. q. 185. vbi ait, ad ſtatum Epiſcopalem exigi vitæ perfectionem, ex eoque liquet, quia Dominus perquiſiuit à Petro ſi plus eum cæteris diligeret, antequam ei paſtorale munus committeret, ſed ad ſtatum regularium non præexigitur perfectio, ſed via ad perfectionem, hocque eſſe verum colligitur ex verbis Matth. cap. 19. vbi Dominus non dicit: Si es perfectus, vade & vende, ſed ſi vis eſſe perfectus, & ità patet Epiſcopum actiuè ad ſtatum perfectionis referre, vt perfectorem aliorum, regulares verò, vt quærentes, perfectos fieri, & ſic paſſiuè. Vndè contrarium probabiliùs concluditur, quòd immò ſit laudabile, ſtatum perfectionis appetere, quandoquidem ille ſublimitatis deſiderio nequeat circumferri, Iàm diuino amore, & proximi zelo cor ſuum habere cenſeatur.

Non procedit illa adæquatio Inſtitutionis, obligationis, & conſecrationis Presbyteri Curati ad Epiſcopalem conſecrationem, vt concluſio ſumatur, quòd identitate conſecrationis, & promotionis vtriuſque ad eorum Eccleſias, videlicèt, Epiſcopi, & Curati, vt æquanimiter ambo in eodem perfectionis ſtatu promoti cenſeantur. Quamuis hoc comprobare nitantur. Act. cap. 5. ibi: conſiderate fratres viros boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu Sancto: **ibi venerabilis Bedæ**, ait gloſ. hic diſcurrebant Apoſtoli per Eccleſiam conſtituti ſeptem Diaconos, qui eſſent ſublimioris gradus, & quaſi columnæ proximæ circà aram: hæc ibi. Et etiam ratione retenta, quod eadem verba in conſecratione Epiſcopi habentur, prout ſunt in conſecratione manuum ipſius curati: ibi vt conſecrentur, & ſanctificentur manus iſtæ. Vlteriùs quia Presbyteri ipſi Curati eodem obligationis vinculo obnoxij erga populum ſibi commiſſum exiſtunt, quo ſunt Epiſcopi, vt animam ſuam ponant pro ouibus ſuis, quod ad charitatis attinet perfectionem, Io. cap. 10. ibi: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat, quis pro amicis ſuis, ergo ſequitur, vt Curati in pari ſtatu ſint cùm Epiſcopis. Reſpondetur, quod aſſumptum non eſt verum, vt conſecratio Epiſcopi ſit eadem, quæ eſt Præsbyteri: tum quia animarum cura non eo principali Presbyteris modo competit, quo Epiſcopis; immò quòd inter eas ſit diſcrimen oſtentat text. in cap. quæcumque 10. quæſt. 1. ibi: Quæcumque res eccleſiaſticæ ſunt, conuenit cum omni diligentia, & fide gubernari, & diſpenſari cum iudicio, & poteſtate Epiſcopi, cui totius plebis animæ videntur commiſſæ: ſubdens: Preſbyteri autem Curati, & Archidiaconi habent aliquas ſubminiſtrationes, & eſt Canon Concilij Antiocheni, cui adſtipulatur gloſ. ad Corint. cap. 12. ibi: Alij opitulationes, alij gubernationes: Vbi ait: ad opitulationes, id eſt, qui maioribus opem ferunt, velut Titus Apoſtolo Paulo, vel Archidiaconi Epiſcopis, cap. in cunctis, 16. quæſt. 1. vbi Clemens Papa ſingulis Presbyteris, & Diaconis, ait, attendendum eſt, vt nihil abſque proprij Epiſcopi licentia agant: Tum etiam quia etſi Epiſcopi ſint pares Sacerdotibus Curatis ratione ad Presbyteratum, cuius virtute Curatus, quo ad Corpus Chriſti verum non differt ab Epiſcopo, differt tamen, magnoque diſcrimine à Corpore Chriſti miſtico, in maiorique ſtatu reperitur Epiſcopus, Card. de Turrecrem. cap. ius publicum, 1. diſt. Facit etiam ratio, vt promotio ad Presbyteratum non ſufficiat, nec tantæ ſit virtutis, vt ad illam promotus, conſecratus in Epiſcopum cenſeri queat: quia quamuis Presbyter in Epiſcopum eligatur: non tamen Epiſcopus nuncupatur, quouſque conſecratione ipſa non ſit inſignitus cap. 2. de translat. Epiſc. cap. Niſi de vſu pall. Demonſtratur etiam Epiſcopi conſecrationem eſſe quid diuerſum ab ordine Presbyterali: quia Epiſcopus electus quantumcumque iam in Presbyterum promotus fuerit, infra tres menſes, poſt eius confirmationem eſt conſecrandus, cap. quoniam quidam, diſt. 100. & cap. quoniam 75. diſt. gloſſ. In cap. cùm in cunctis, & in cap. pro defectu de elect. Conſtat etiam Epiſcoporum conſecrationem à tribus Epiſcopis eſſe celebrandam apoſtolicis inſtitutis, vt liquet de conſecratione Diui Iacobi Epiſcopi Hieroſolymitani, quia Diuo Petro, & Iacobo Zebedei, & Ioanne eius germano conſecratus fuit, cap. porrò, 66. diſt. Prætetea Curatorum matrimonium cum eorum Eccleſijs non ita ſignanter firmitatem ſubſequitur, prout in Epiſcopis: Innoc. in cap. 1. extra de

trans-

Digitized by Google

tranſlat. Epiſc. Nam pater matrimonium huiuſmodi ipſa electione initiari, in confirmatione verò ratificari, in conſecratione autem conſummari. Quare Epiſcopi ſecuto obitu, Eccleſia eius vidua fieri dicitur. argum. cap. vidua, 34. diſt. cap. 1. & ibi not. de conſan. & affin. Bald. in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler. Præmiſſorum ratio augetur: quia conſtat Epiſcopos nuncupari ſanctiſſimos nedum iure nouiſſimo, Clemen. 1. §. ſuper, de Pœnit. Auten. de ſanctiſs. Epiſc. collat. 3. ſed etiam lege antiqua, vndè conſtar ipſos originem ducere, Exod. cap. 30. ibi: Aaron, & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt Sacerdotio fungatur mihi, & Eſdras 2. cap. 2. Eſdras Miniſtris Domus Domini: Vos Sancti eſtis Domino: quibus, ſicuti diſtincta erant munera diſtinctas quoque voluit eſſe veſtes. Nam veſtem Aaronis, vt maioris Sacerdotis cùm thiara præſtantiori forma fore Deus inſtituit, Exod. cap. 29.

ARTICVLVS XII.

Ordinem Epiſcopalem diuidi in Patriarchalem, vel Primatialem, ſeù Archiepiſcopalem, aut Metropolitanum Diui Petri inſtitutione.

PAtet Epiſcoporum ordinem eſſe in plures gradus diſtinctum, quam graduum diſtinctionem perſpicuum eſt relatam eſſe. Pſalm. 47. ibi: diſtribuire gradus eius, vt enarretis in progenie altera. Daniel idem inquit cap. 10. ibi: ſta in gradu tuo, cùm octo gradibus ad diuinitatis templum perueniatur, Ezech. c. 40. ibi & octo gradus aſcenſus eius, qui octo gradus ſunt nimirùm Paparus, ſiue Patriarcharus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatis munus, Præpoſitura, Decanatus, & Curatus, qui præeſt curæ, qui ſub Decanorum, vel Præpoſitorum cura comprehenduntur regimine. Conſtat præterea, vt Eccleſiæ commoditati conſultum eſſet ex ordine Epiſcopali, Patriarchas quatuor inſtitutos fuiſſe, videlicèt. Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum, cap. antiqua. extra de priuil. c. graue, de præbend. cap. 2. 22. diſtin. Qui quidem Patriarchæ de manu Papæ pallium ſumunt in ſignum plenitudinis auctoritatis Patriarchalis, Card. de Turrcrem. diſt. 100. c. 1. num. 2. ad cuius inſtituti Patriarcharum memoriam. Archid. in cap. in nomine Domini 23. diſt. refert in Romana Vrbe quinque Sedes Patriarchales fuiſſe inſtitutas, quarum prima eſt Eccleſia Lateranenſis. Deinceps diui Petri Baſilica. Poſteà ſancti Pauli, & exindè ſanctæ Mariæ ad Præſepe, & poſteà ſancti Laurentij extra muros, quas inquit ideò Patriarchales nuncupari, quia ibi ſummus Patriarcharum, qui eſt Papa frequentiùs munus ſacerdotale exercere ſoleat, cap. fundamenta de elect. in 6. & notatur in d. cap. in nomine Domini, circa quod Patriarcharum inſtitutum eſt aduertendum, quia non ſine hæreſis ſuſpitione eſſet dicere Patriarcham Conſtantinopolitanum adæquatum eſſe Papæ, quinimmò tertium locum habet, niſi ſecus quod etiam eſt imperitè geſtum conſuetudo habeat, cap. Conſtantinopolitanus, & cap. de Conſtantinopolitana 22. diſt. vt demonſtratur tunc depoſitionibus antiquorum Patriarcharum à Papa habitis, vt fuit à diuo Martino Papa, & Martyre depoſitio Pauli Patriarchæ Conſtantinopolitani ob damnatam hæreſim tempore Conſtantis Cæſaris, & à diuo Silucrio Papa, & Martyre eadem hæreſis tamen Eutichianæ cauſa depoſitus fuit Agapitus Patriarcha pariter Conſtantinopolitanus, & eſt notat. in allegat. capituli 22. diſt. dicitur autem Patriarcha à patre, & archos, quod idem importat, quod Patrum Princeps, cap. Cleros 21. diſt. & eſt Patriarchalis dignitas eadem cum Primatiali, cap. duo ſimul, & de offic. ord. cap. 1. & 2. 99. diſt. & gradatim ad Patriarchale iudicium peruenitur, vt appellatio ab Epiſcopo, vel Metropolitano ad Patriarcham, cap. dilectus, extra de appellat. & ſic ordine à minori ad maiorem arg. l. Imperatores, ff. de app. l. præcipimus, C. eod. tit. humilis doctrina magiſtri, extra de maior. & obed.

Ab eadem Græca dictione archos Archiepiſcopi ſunt dicti, vt Epiſcoporum Principes, dict. cap. cleros 21. diſt. vt etiam dicti ſunt Metropolitani à numero Ciuitatum, videlicèt, quia decem, vel vndecim Ciuitatibus præſunt d. cap. cleros, & not. in cap. ſcitote 6. quæſt. 3. Vrbs Metropolitana dicitur, cui Patriarchæ, vel Archiepiſcopi iuriſdictio, reſeruatur, refert Bart. in l. 1. C. de Metropol. lib. 10. quid conſonum eſſe videtur, c. 1. & 2. 70. diſt. vbi ab Apoſtolico inſtituto fuiſſe patet, vt curis prouincialibus, vbi complures ſunt Ciuitates, Archiepiſcopi præſſent, vt cuique Ciuitati vnicus Epiſcopus, cap. 1. 99. diſt. Nec inter Archiepiſcopum, & Primatem aliud eſt diſcriminis, quàm nominis, not. gloſſ. in cap. 1. 99. diſt. refereque nihil Archiepiſcopum paucioribus Ciuitatibus eſſe præfectum, quàm Metropolitanæ Vrbi præeſſe ſoleat, cùm eamdem iuriſdictionem Archiepiſcopalem exerceat, ſi vnico Epiſcopo præſideat, quàm ſi centum eidem ſubeſſent, firmat Card. Iacobus, in tract. de Concil. cat. 56. col. 1. lit. A. inſiguioris tamen magiſtratus iura ſunt Patriarchalia, quia Patriarchæ poſt Papam ſingulorum Regnorum ſui Patriarchatus Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſunt præfecti. Magnoque Romanæ Eccleſiæ vſui foret, vt ſingulis Regnis, vbi hactenus Patriarchatus Sedes non ſunt erectæ erigerentur;ità refert Durand. de mod. gen. Concil. rub. 11. num. 8. nec Patriarchali iuriſdictioni Archiepiſcopos ſubeſſe, aliquid hæſitationis inducit, vt par magiſtratus imparem Imperium non habeat, l. nam & magiſtratus, ff. de recepr. arbit. ſumpta cauſa, quòd Archiepiſcopi, vt patet perpetua Romanæ Eccleſiæ legatione fungantur, quia ratio illa ceſſat quotieſcumque magiſtratus, cui præcipitur ab ipſo præcipiente iuriſdictionem capit, vt Archiepiſcopus, qui ab ipſo Patriarcha nedum confirmatur, ſed etiam inſti-

tbitur, & huius ſententiæ fuit Bart. in l. ſepulchri, ff. de ſepulcr. viol. & Bald. in cap. r. 5. ad hoc, ext. de pac. iur. fir. liquet enim Archiepiſcopum à Patriarcha confirmari, vt atteſtatur gloſſ. in cap. quia igitur 63. diſt. dummodò ex conſuetudine ſecus non diſponatur, quod pro confirmatione ſit ad Papam recurrendum. Gemin. in cap. quamuis c. 21. diſt. Nam ſolus confirmationis actus ſufficit ad docendum de prælatione confirmantis, ſeu Patriarchæ, vel Archiepiſcopi, Bald. in l. fin. C. de legib. verb. vlterius notat Panorm. in cap. 1. in 2. not. ext. de locat. Not. Decius, in rubr. de confir. vtil. vel inutil. circa quæ prætereundum non eſt Patriarcham hoc in loco diuerſimodè intelligi ab illo, de quo aiunt ſcribentes in 5. filiusfamiliç inſtit. quib. mod. ius par. pot. ſolu. & l. nemine, de conſul. quia illi intelligunt eſſe de iure poſitiuo. Cùm hic ſumitur Patriarcha prout ex ordine Epiſcopali ſumptus, & repræſentans Apoſtolicam inſtitutionem, cap. in nouo 21. diſt. patet enim Epiſcopos ab Archiepiſcopis, & Patriarchis non differre, niſi iuriſdictionis præeminentia, non autem ordinis, vel conſecrationis prærogatiua, cap. per ſingulas prouincias 9. q. 3. perpetuò prætereà matrimonio ſpirituali Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ipſis rorum Eccleſijs ſunt coniuncti, vt aliàs eſt dictum, cap. ſicut 7. quæſt. 1. & cap. ne pro defectu, extrà de elect. & quamuis inter inferiores ſacerdotes matrimonium hoc contrahatur, non tamen ità arcto Epiſcoporum vinculo eorum Eccleſijs colligantur, cap. ſicut in vna 21. q. 2. diciturque Eccleſia viduata rectore eius præmoriente dict. cap. ne pro defectu, extrà de elect. Vndè eſt, vt Eccleſia, quæ eſt Epiſcopi ſponſa ab alio deſponſari nequeat, ſponſo ſuperuiuente, cap. quanto de tranſlat. Prælat. cap. vlt. de condit. apposit. cap. ſicut 3. q. 2. licèt auctoritate Papæ id permittatur vtilitatis cauſa ſuadente capitulo ſi is, 9. quæſt. 3. Quare Innoc. in cap. cùm inter P. de renunc. ait, ſi vinculum ſpiritualis coniugij ex ſola voluntate diſſolueretur eſſet contra diſpoſitionem diuinam, & ordinationem Apoſtolicam, & ſanctorum inſtituta Patrum, auctoritatem Romanorum Pontificum, & iuris naturalis rationem euertere, contraque diuinam diſpoſitionem, quia Dominus in perſonas Apoſtolorum miſit Epiſcopos, omneſque ſacerdotes ad prædicandum, & Sacramenta adminiſtrandum, quare ſine cauſa, cùm ſemel fuerint vocati, non videntur reuocandi, quia quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, cap. cum in cunctis, extrà de hæret. cap. licèt de regul. cap. duæ 19. q. 2. ſignanterque præmiſſum eſt non ità arctiori vinculo matrimonium ſpirituale haberi inter Sacerdotes ſecundi ordinis, eorumque Eccleſias, quia quamuis Epiſcopi pares cum Presbyteris ipſis quoad conſecrationem Corporis Chriſti veri ſunt, tamen Epiſcopi longè maiores Presbyteris, quoad ſacramenta Corporis Chriſti myſtici, quia Presbyteri alios ſacerdotes creare, nec chryſma condere, vel illud conferre, vel alia conſecrare, vt Epiſcopi, nequeunt, cap. cleros diſt. 21. vbi ait Iſid. quia licèt Presbyteri ſint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent, quia nec chryſmate frontem ſignant, nec Paraclitum Spiritũ dant, quod ſolis deberi Epiſcopis actuum lectio Apoſtolorum demonſtrat. hactenùs Iſid. quæ quidem conſecrationis virtute eis perpetuò competunt, adeoque ſuis Eccleſijs Epiſcopi mancipantur, vt arctiori admodum nexum, quàm inferiores ſacerdotes illarum curis teneantur, quod Presbyteris non contingit, qui nulla ſtatus perfectione promouentur, propterea eorum Eccleſijs non ità arctantur, vt videre eſt, cùm illas de facili dimittant, de Epiſcopi conſenſu, cùm præbendæ, vel beneficio præficiuntur. Verùm quia dignitates Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopaleſque curam populorum ſubeunt ipſorum, qui patres ſunt, & magiſtri fidelium, cap. quis 96. diſtinctione, & ab ipſis ſunt regendi, non autem ſequendi, cap. docendus 62. diſt. Magiſtratuum poteſtatem, iuraque eis competere non dubitatur intelligendo de magiſtratu, qui auctoritate, vel officio aliorum curam gerit, aut exercet. l. enim qui, ff. de iuriſdict. omn. iudic. vndè magiſtratus à magiſtris dictos eſſe videtur, eò quod eis maior cura incumbat, quàm cæteris: Vndè Pſalm. cap. 22. ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael, cui dct. adhæret Tull. lib. de legib. Ibi, magiſtratus, hæc eſt ius, vt præſit, præſcribatque recta, & vtilia, & coniuncta, cum legibus, & vt magiſtratibus leges, ità populo magiſtratus præſunt; hinc eſſe videtur, vt horum Præſulum ſit iuriſdictio, vt regijs dignitatibus pollere videantur; ex quo etiam ſereniſſimi nuncupantur, clement. in pleriſque de elect. igitur, quia Dei legatione funguntur dictum eſt nihil clarius, nihil bratius Epiſcopo, cap. ante omnia 40. diſt. cap. qualis condemnatio 2. q 7. præſuntque Epiſcopi Sacerdotibus ſecundi ordinis eodem pacto, quo Papa præeſt Epiſcopis, quia ſicut Epiſcopi à Papa ſunt vocati in partem ſollicitudinis, & non in plenitudinem poteſtatis, C. decreto 2. q. 7. ſicut Sacerdotes inferiores ab Epiſcopis liquet inſtitui, ſic Epiſcopos iuriſdictionem ſuos regendi populos à Papa, cui à Domino vniuerſorum regimen eſt demandatum patet, vt eleganter atteſtatur diuus Papa, & Martyr Anacletus in cap. ſacroſancta c. 22. diſt. vbi ait, inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licèt Apoſtoli eſſent omnes, Petro tamen à Domino conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, Caput, & principium teneret Apoſtolatus. Diui Cypriani Martyris conſimilem conſtat eſſe ſententiam in cap. loquitur, 24. q. 1. vbi ait, ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem, ideſt communem poteſtatem tribuat, dicens, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatem eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quo Petrus pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis, vbi ait, gloſſ. in ordine, & dignitate conſecrationis, non adminiſtrationis, & plenitudine poteſtatis, ſed vt exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe dicatur, & monſtretur,

tur, hactenus ille, de qua vnitate latiùs ſuo loco dictum eſt. In hoc articulo, etſi ſua parte poſſent obijci nonnulla ab improbis oppoſita contra iuriſdictionem coactiuam Epiſcoporum viſum fuit miſſa facere, ex quo in verbo Papa explicata perperam hic venirent nunc repetenda, horum maiorum ſacerdotum, vt quis alteri præſit, figuram pariter in l. veteri præceſſiſſe patet gloſſ. in cap. 2. 22. diſt. per text. in cap. inter hæc de pœnit. diſt. t. ait Moyſen maiorem ſacerdotem germanum fratrem Aaron, quem Sacerdotem inſtituerat, vt alios minores ſacerdotes crearet inſtruxiſſe, ac redarguiſſe, cùm turpe cenſeretur, vt qui aliorum geſta eſt correcturus ſit corrigendus, cap. qui ſine, cap. in grauibus, 3. q. 7. & ſicut Epiſcopi conſecratio trium Epiſcoporum requirit miuiſterium, patet ità diuerſam eſſe formam, adeò vt, hac non ſuppreſſa, etiam à Papa ſeruandam eſſe conſtat, cap. porrò 71. diſtinct. cap. detrahe 1. quæſt. 1. cap. cor Epiſcopi, 68. diſt. quamuis Sacrificij altaris pani, & vini formam iure diuino inſtitutam, innouare non valeat Archidiac. in d. cap. porrò per text. in cap. liquidò de conſect. diſt. 2. & Innoc. in cap. fin. ext. de Sacramen. non iter. eſt forma, vt Archiepiſcopi conſecratio habeatur in præſentia ſuffraganeorum, qui omnes debent intereſſe, cap. Archiepiſcopus, 66. diſt. dummodò Ordinis Sacerdotalis primò promotionem reportauerit, gloſ. in cap. Diaconi 93. diſt. & ibi Archidiac. nec promotioni, vel conſecrationi promouentium reſiſtat impedimentum, quia ordinis, vel conſecrationis executio taliter ſic promotis impeditur, cap. 1. 1. q. 1. vbi Leo Papa ait, ſi qui ſymoniacè conſecrati ſunt, licèt Sacramenta ordinum, quæ ab alijs habuerunt, dare poſſint, tamen virtutes Sacramenti ſicut in ſuis ordinibus receperunt, ità nec illis, quos ordinant, dare poſſunt, ſed loco ipſius virtutis ſpiritum mendacis, quem aſſecuti ſunt, dare ſuis ordinatis poſſunt. Hæc ibi.

Iuriſdictionis limitatos fines, iuxtà graduum præmiſſorum prærogatiuam, Eccleſiam introducere valuiſſe hæſitare non contingit, quandoquidem in Eccleſia, vſque adeò iuriſdictio reſeruetur, vt extrà illam permanere nequeat. Innoc. in cap. quod ſuper his, ext. de vot. ſcribentes in cap. cui eſt, 12. q. 3. idem cenſetur de mente Azonis refert Gemin. in cap. ſi quis viduam in fine, l. diſt. & in cap. ſi à ſubdelegato de offic. deleg. lib. 6. vlt. col. vndè cùm Eccleſia ſit iuriſdictionis Domina, non eſt dubium eam poſſe pro arbitrij ſui modo diſpenſare, arg. l. ſancimus, C. de donat. & ext. Eccleſiam iuriſdictionem eſſe permanſuram, liquet iuxtà illud Matth. cap. 21. ibi, auferetur vobis regnum, quod eatenus verum eſt, vt ſententia lata ab hæreticis, & permanentibus, ext. Eccleſiam iurib. ſubſiſtat, cap. apertè 34. q. 1. cap. vbi ſan. in principio in ſumma. vndè eſt, vt in Eccleſia à iure diuino iuriſdictionem exortam eſſe conuinci poteſt, cap. per venerabilem, ext. qui fil. ſint legit. & etiam de iur. nat. quod dicitur exortam eſſe à patrefamilias, qui ab initio ſuper familiam ſuam omnem exercebat iuriſdictionem, argum. 23. cap. duo iſta, attento quod Eccleſiæ Prælati ſint patres, & Eccleſiæ filios regenerant ſcribentes in cap. præſens, 20. q. 4. & quod iuriſdictio naturali diſpoſitione apud ſingulas nationes ſemper in ſacerdotibus conſtituere eleganter demonſtrat M. Anton. Marſ. in tract. de Eccleſiaſt. redit. in ſecunda parte cap. 17. vbi refert verba Platonis in libro de regno, vbi ait, figura namque ſacerdorum magnanimitate, intelligentiaque, & claritate abundat, propter eorum; quæ aggrediuntur, tractantque magnificentiam, qua propter apud Ægyptios non licet Regem, abſque Sacerdotio imperare, quinimmò ſi ex alio genere quiſpiam regnum vſurpat, poſt regni aſſumptionem debet ſacris initiari, vt Rex denique ſit, & ſacerdos, propterèà in plurimis Græcorum Ciuitatibus reperies præcipuè ſacra à magiſtratibus inſtitui; hactenùs ille; de Romanis Principibus non eſt explicandum, cùm vnicuique innoteſcat omnes ante Domini Aduentum cum Romano Imperio etiam Pontificis Maximi iura exercuiſſe, cap. Cleros 21. diſt.

ARTICVLVS XI.

Epiſcoporum eſt diuina exequi iuſſa, illuſtrique innocentia pollere.

QVæ ſequi, & quæ vitare oporteat Epiſcopos eorum diuina indicant inſtituta, adducitur Malachiæ in cap. 1. acclamatio ibi, ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? etſi offeratis claudum, & languidum? ibi, D. Hieron. exponit, quòd cæcum animal offert, qui indoctum ordinat in locum docti, magiſtrumque facit, qui vix Diſcipulus eſſe poterat: claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate, vtpotè pedem in diuerſa ponentem vnum in diuinis, alterum in carnalibus, cui poteſt inferri illud, 3. lib. Reg. c. 3. vſquequo claudicatis in duas partes; languidum offert, qui vitioſum habet pro religioſo, quique tardum, & pigrum probat patientem non agnoſcens illum negligentia eſſe redarguendum non penſans, quod indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo, c. fin. 49. diſt. tradit idem D. Hier. in c. non eſt facilè, 40. diſt. ibi, non enim ſunt ſanctorum filij, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum, itaque qui Eccleſiæ ab Epiſcopis tamquam omnium ſacrorum præordinatoribus præficiuntur non ſine delectu, & conniuentibus oculis ex omni populo ſunt eligendi, arg. c. perlectis, 25. diſt. & 16. q. 7. c. omnes baſilicæ, & c. nullus: omni enim vitio immunes eſſe de bene ratione, quia cæteris præſunt, cùm nobilius eſſe debeat regens ſuo tecto, priuſquam de regentis habenda ſit ratio, quàm de eo, qui regitur, l. in conditionib. in princ. ff. de condit. & demonſt. l. cum multa, C. de bonis libertorum l. quætis, ff. de natal. reſtit. l. iubemus, in fine, C. de Epiſcop. & Cler.

Verùm, quia Epiſcopi canonum cuſtodes cenſentur, c. cum quibus, in fine 24. q. 3.

&

& c. cum ſimus, 9. q. 3. proptereà omni conatu eſt ſatagendum, ne ſecus quàm canonũ iuſtituris diſponatur regimen eccleſiarũ ſubſrquatur, necnon, vr in canonum tranſgreſſores incuſandi veniant, cùm tranſgreſſio canonum non ſequarur abſque rrauſgredientis coertione, vr vidrre eſt, ſi Epiſcopus citra tempora quem duxerit promouendum ad ſacros ordines, eſt à collatione illius ordinis ſuſpendendus, c. cum quidam extr. de temp. ordin. quæ quidem ſuſpenſionis cenſura non ſimpliciter procedit, quia ſi ſuſpenſio ratione minoeis ordinis prouenerit etiam mainres conferre nequibir arg. leg. cui pacto, ff. de ſeruis exportandis, facit rext. in c. 1. §. ſanè, ext. de eo qund recep. ord. ab Epiſcnp. referr Cardin. de Turrecremata in cap. ordinatione, el a. 75. diſtinct. num. 3. prætereà Epiſcoporum eſt pro virili cauere, ne eotum culpa Eccleſijs ſuis pręiudicium inferarur, & hoc vſque adeò procedir, vt Epiſcopus vouere nequeat in præmiſſo caſu ſine Papæ licentia, ſi quid præiudicium occaſione præmiſſa Eccleſiæ pararetur, vr rrfert texr. cap. magnę, extr. de vor. & voti redempr. ſed non ità ſi citra huiuſmodi periculum vorum emiıratur, vr eſt de pœniteutia peragenda, vel eleemoſyuis erogandis, cap. clemrns, 8. q. 1. cap. relat. §. licet autem, exr. de teſtam.

Repugnar etiam diuino Epiſcoporum inſtituro ſcientiarum imperitia, nam ſi tanra ſit, vr officium ad quod aſſumitur explete nequeat, deponendus cenſetur, cap. fin. de ætar. & qualit. ord. cap. ſi in laicis 38. diſt. licèt in bnc ſumma ratio habenda ſit, vr non ſimpliciter depoſitio ſequatur, ſi modò Eccleſiæ aliàs vtilis haberetur, cap. ſedulò eadem diſt. & vim accipir huiuſmodi reſetuatio, quia vices gerenres habere poſſir ſcientiæ defectum ſupplete valenres, cap. inter cætera, exr. de offic. ordin. vr alias ſuffragio coadiurotis ſit Eccleſiæ conſultum, cap. nnu autem 7. q. 1. licèt imperitiæ excepрio Papæ opponi nonqurat, c. 1. ext. de rennnc. lib. 6. facir eex. in cap. ſi Papa 40. diſt. vbi habetur contra Papam ſolam hæreſis exceptionem admirti.

Vlretius diuinæ Epiſcoporum inſtitutioni aduerſatur ſi ſordirie paupertatis clericos grauari permitrat; proptereà ex forma cannnum cauendum eſt, ne quis ad ſacrns ordines niſi proprijs facultatibus beneficij, vel patrimonio ſe alere queat, quod ſi ſecus ſeruatum ſit, Epiſcopns promouens pauperi ſic promoro de beneficio, vel alimentis pronidere tenetur.

Diuinitùs quoque inſtitutum videtur, vt qui alijs innocentis vitæ præſtantia eſt præferendus uullis flagitijs, tam proprijs, quàm alienis obnnxius reperiatur, cap. non eſt ſaris 86. diſt. & idem erir, ſi delictum aliquod eius negligenria eiuſdem Epiſcopi exoriatur, iuxtà tamen, quòd à ſcribentibus in d. cap. non eſt ſatis, diſtinguitur, vt ibi per Card. de Turrecremara quia ſi conſenſu ad præmiſſa præſtito ita excedatur veluri, quando prerio, vel precibus delinqui permittitur, vel aliàs adeò, vt nrgligentiæ adſcribatur, vt in clericorum coercendis exceſſibus, quia perpetua ſuſpenſione, aur depoſirione Epiſcopus punitur indicat rex. in cap. ſi quis Epiſcopus, 83. diſt. diuinoque exemplo id pręſefertur.

Nam conſtat Heli ſacerdotem, qui cùm delicta filiorum coercere neglexiſſet, vitam ſibi erepram fuiſſe, 1. Reg. cap. 3. ſicuti etiam ſplendori Epiſcoporum non modicnm reſiſtit malnrum conſortium, quia à communi actu mores fotmantur, & à conſortio malè operantium bona corrumpuntur, 28. quæſt. 1. & quamuis conſtet Epiſcopos eſſe ordinarios iudices in eorum Diœceſi, & omnes eiſdem ſubiectos diuinorum cauſa conueniri poſſe, cap. ſi quis Epiſcopus, 92. diſt. arg. l. cùm vnus, §. penulr. ff. de bon. aut. iud. poſſid. tamen ſi à Religione, vel fide deſeiſcat à ſingulis vitati, & vilipendi poteſt, etiam ante ſententiam, licèt ab eius ſuperiore ſir toleratus, arg. cap. ſanè 16. qu. 2. & cap. ait Cœleſtinus, 24. qu. 1. & cap. Anaſtaſius, 19. diſt. etſi in nulln alio caſu à Prælato criminoſo anre ſententiam declinare, aut recedere non ſit prrmiſſum, cap. nounè, 8. quæſt. 4. & cap. vlr. 15. qu. vlt. & rario differentiæ redditur ab Innocentio in cap. nihil, ext. de elect. quia incidens in defectum fidei, vel in hæreſim incidens ipſo iure eſt ante ſententiam damnarus, quia iam à canone eſt ſententria prolata, cap. 1. & 2. 24. qu. 1. & ibi notatur in ſumma non ſecùs, quòd contra alins incidenres in canonem latæ ſententriæ, cap. oues, & ibi notatur, 2. quęſt. 6. dummodò crimina non ſint occulra, cap. veſtra, de cohabit. cleric. & mul. & cap. non prohibear, de conſecr. diſt. 2. & ſingula alia ex forma cannnum improbata ab Epiſcopis ſunt vitanda, vt eſt venationis delectatio, vel rurpia alia exrrcitia, & etiam auaritiam, adeò, vr nullas improbatas exactiones inrant præſertim quæ tyrannidem ſapete videantur, quæ ſummoperè ex forma cannnicę, 1. diui Petri cap. 5. diſponitur, vt ibi non dominantes in cleto, quamuis rationabili cauſa aliqua modica exigi ab Epiſcopis permittatnr, cap. Apoſtolus, ext. de cenſ. quia ex notabili ſumma exactio improbatur, cap. telatn, 10. q. 3. & c. illud, 8. q. 2. & c. conquæſtus, 9. q. 3.

Greges ſuos prætereà ex diuini iuris præcepto, ita cuſtodiri oportet ab Epiſcopis, vt nulla eius incuſetur negligentia, vnde diuus Thomas quæſtione 184. arric. 6. ait, quòd Epiſcopi habent curam animarum omnium ſuæ Diœceſis, presbyteri autem Curati, & Arcbidiaconi aliquas ſub Epiſcopis exercent adminiſtrationes, cùm non pertineat ad eos principaliter paſtorale officium. Hæc ille.

Humilitatis, vt cœleſtis virtutis Epiſcoporum eſt munera ſequi quare Papæ obedientiam præſtare præ cæteris Principibus, vel Superioribus præcisè oportet, argum. cap. ſi quis dogmata, 25. quæſt. 2. & cap. in memoriam, & cap. nulli, 19. diſtinct. nam ad obſequia Papæ ita alligantur Epiſcopi, vt ſi ex cauſa obedire nequeant, reſcribere tenentur, cap. ſi quem, extrà de teſtibns. Archid. in cap. fin. 12. diſtinct. & cap. violatores, & cap. generali, 15. qu. 1. cùm ita Papæ patear Epiſcopos eſſe obnoxios, vt ex Romana Curia ad ſuas Eccleſias abſque literis Apoſtolicis redire nequear, c. 1. 8. q. vlt.

Dininis quoque inſtitutis conſonum videtur, vr Epiſcopi bona Eccleſiarum, ita conſeruent, vt eorum dilapidationem effugiant,

quia

quia ſecùs agentes ſpiritualium adminiſtratione priuari oportet, quamuis in futurum rectiùs ſe adminiſtraturos cauere parati eſſent. Archid. in cap. multorum, 12. quæſt. 2. num. 2.

Tenentur quoque Epiſcopi adminiſtrationem Domini pauperibus comparatis, publiciſque eleemoſynis eos coadiuuare, etſi laicis bona opera in publico exercere fuerit improbatum, Matth. cap. 5. ibi, quando facis eleemoſynam, noli tuba canere, cùm Apoſtolis ſecùs mandatum fuerit, velut Epiſcopis, vt ibi, videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, vt perſcribentes in cap. quatuor, 12. qu. 2. facit etiam rex. in cap. 1. 41. diſt. munificentiam enim, & liberalitatem in Epiſcopo expoſcere conſtat ſanctorum inſtituta Patrum, vt ſi liberalis non exiſtat, Epiſcopi nomen retinere nequeat, c. cùm multa, c. fratrem cum ſeq. 86. diſt. dummodò munificus Epiſcopus non prædicetur erga hiſtriones, & turpes perſonas, c. donare, c. qui venatoribus, eadem diſt.

Non conſonum iuri eſt Epiſcopos vagari, ſed in ſuis Eccleſijs reſidere præſtat, vſque adeò, vt ſi ſecùs eueniat, ad nouam electionem ſit deueniendum, cap. qualiter, de cler. non reſid. Archid. de mente Innocentij in cap. peruenit, 7. qu. 1. vbi ait, quòd reſidere eſt Eccleſiæ deſeruire, cap. conquærentem, extrà de cler. non reſid. vbi ſubdit, verbum reſidentiæ non eſſe amarè intelligendum, vt ibi ſemper moram ducat, & diſcedere nequeat, argum. l. ſi quid venditori, ff. de ædil. edict. Et quod notatur de conſecratione, diſt. 5. cap. ſint ſibi el 2. ibi, & iſtud concedo præcipuè in conſtitutis in dignitatibus, extrà de offic. Archid. cap. 1. & 3. item in his qui habent beneficia curam anneꝗam habentia, vel reſidentiam requirentia, cap. extirpandæ, ext. de præben. licet ſtrictiùs de præbenda ſit accipiendum, quando onus annexum habet, cap. ſignificatum, ext. de præb. ſicuti etiam, vbi Eccleſiæ vnicus tantùm reſidet ſacerdos, cap. teſtamentum, 6. diſt. & dicto capitulo extirpandæ, quia tunc initiùs agitur, vbi ſunt miniſtri per hebdomadam ſeruientes, capit. propoſuiſti, 82. diſtinctione, & cap. conſuluit, 74. diſt.

Noua aliqua in Eccleſia vltrà canones introducta non decet per Epiſcopos ſuper induci, quare nouas ceremonias ſupprimere, nec nouas permittere, vel traditiones Apoſtolicas, vel ſanctorum Patrum inſtituta dirimere, c. Eleutherius, 91. diſt.

Et ſicut in Epiſcopis lux omnium ſumenda eſt, ita etiam vitio tradenda ſunt, ſi qui tollerentur nefaria, cùm ſit, vt depoſitione dignus exiſtat clericus, vel ſacerdos incontinentia ſua ſcandalum porrigens, vt in concubinario clerico contingit, capit. 2. 82. diſtinct. notatur in cap. eos, 32. diſtinctione. nam Epiſcoporum eſt puniendos punire, nec non ab Eccleſia excommunicandos expellere, quæ ipſa ſi omittantur, & mora interueniat, eſt ab Archiepiſcopo ſupplendum citrà appellationis cauſam, cap. Archiepiſcopus, 9. quæſt. 3. nam ordinariam iuriſdictionem Archiepiſcopus ita habet, vt iſta exequi valeat, etſi ordinariam Epiſcopalem habere non cenſeatur, Archidiac. in cap. per ſingulas, de mente Innocentij, & Hoſtienſis, 9. quæſtione 3.

Etſi multa ſint, quæ præſtat Epiſcopum euitare, ſummum illud videtur, vt ab iniuſtitia ſe in maiorem præſtet; nam eſt ſcelus muneri Epiſcopali, ita aduerſans, vt contra Dei præceptum eſſe non hæſitetur. Sapient. cap. 1. ibi: Diligite Iuſtitiam, qui iudicatis terram.

Demùm in Epiſcopis omnia earum virtutum merita requiruntur, quibus meritò potiores Eccleſiæ Magiſtratus referre pateat, vt eis ſubiecti ad ipſarum virtutum ſplendorem alliciantur, adeò vt in clericis continentia non deſideretur, vt Luc. capit. 12. ibi: Sine lumbi veſtri præcincti; in Regularibus verò obedientia, cap. ſciendum, 8. quæſtione 1. in laicis verò ſancta ſimplicitas Petri Canonica prima, ibi: quaſi modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo; quia non ſolùm prædicationis intuitu Epiſcopi fidelium Patres eſſe cenſentur, ſed etiam exemplo, Cardinalis de Turrecremata in cap. quorum vices, 68. diſtinctione, numero quarto, quia filios in Eccleſia concipere demonſtratur, nedùm doctrina, ſed etiam vitæ ſanctitate, & exemplo eatenus, vt Apoſtolorum Vicarij Epiſcopi dignoſcantur, cap. non quales, 1. quæſt. 1. cap. mulier, 1. qu. 6. vnde à quauis etiam leui criminum culpa immunes Epiſcopi eſſe debeant.

Sæuitiam penitùs effugiant, adeò vt nec Principis conſilio aſſiſtentes ſuper alicuius necem reſponſum præbere queant. Card. de Turrecremata in cap. peſſimam, 34. quæſt. 8. num. 3.

Contra pietatis inſtitutum eſſet, ſi Epiſcopi Eccleſiæ eorum ſanctiſſimæ Matri euaderent contumaces, quare vrgenti iuſſu proprij Regis, Papæque in diuerſa, magis Papæ, quàm Regi eſt obſequendum, cap. reprehenſibile, 23. quæſt. 8. nec obſtat, cap. ſi Epiſcopus, 18. diſtinctione, vbi traditur, magis Regi, quàm Metropolitano eſſe obediendum; quia ſecùs eſt in Papa. Cardinalis de Turrecremata.

Auaritiæ ſordida ſpecies eatenus diuina Epiſcoporum munera inficit, vt eis interdicatur, vt nullis huiuſmodi vacationibus queant adhærere, cap. ſanctorum, 10. quæſtione prima, & præſertim in his, quæ à iure improbantur, nam Archiepiſcopus, vt ſuperior partes ſuas, ve interponat, adiri per viam querelæ poſſe videtur, capit. ad reprimendum, extrà de offic. Ordinarij, etſi à nonnullis ſecùs definitum ſit, vt per arbitros id dignoſcatur, quo caſu ſi ſubditus recuſet cauſam, cognoſci poteſt per Epiſcopum compelli, vt ext. de offic. Ordin. c. irreſragabili, §. Cæterum.

Mulierum quoque conuerſationes Epiſcopis eſſe interdictas, ne vlli ſubiectorum ſcandalum porrigatur, cap. interdicitur, 81. diſt. & cap. cùm oportet, & cap. in omnibus, & l. cùm qui, & ibi ſcribentes, C. de Epiſc. & Cleric. quod vndequaque, ita verum eſt, vt diuus Auguſtinus cum ſorore habitare recuſauerit, cap. interdixit, 32. diſtinct. quod verum intelligitur ſi modò nimia ſit conuerſatio, quamuis cum matre, & ſorore, vel amita naturale fœdus conſimilem non permittat

ſu-

ſuſpicionem inducere, 81. diſtinct. & cap. à nobis, de cohabit. cler. & mulier. & ſicut conuerſario præmiſſa eſt Epiſcopis denegara tamquam vt diuinitùs exprobretur; à ludis quoque Epiſcopis abſtinere oportet, 35. diſtinct. cap. Epiſcopus adeò, vt ſi abſtinere non duxerit, Epiſcopus ſit deponendus, capitulo clerici, extrà de vit. & honeſt. cleric. licèt ludus ingenio ſubſiſtens non prohibeatur, vt per ſcribentes, & ibi gloſſa in Authen. interdicimus, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, quæ pœna extenditur non ſolùm ſi opere quis exerceat, ſed etiam ſi interſit, vt etiam hiſtrionum ſpectaculis, cap. clerici, de vit. & honeſt. cleric.

Et quia nil aliud, quàm grauitatem in ſingulis eſt Epiſcoporum præſeferre prohibitum eis eſt fulgidis vti veſtibus, cap. omnis iactura, 21. quæſtione 4. & ibi gloſſa adeò, vt in veſtitu vſum Regionis non excedat, nec extrà ædes habitum Epiſcopalem non habere reperiatur, capit. Epiſcopi, 21. diſtinctione, quæſt. 4. cap. ſanè, & cap. ſequente, adeò, vt ſi Monachus fuerit linoſticis, ſeu Rocchetto vti nequeat, cap. clerici, extrà de vit. & honeſt. cleric.

Arma quoque Epiſcopis ſunt prohibita, 33. quæſt. 3. in princip. & per totum, niſi pro fidei defenſione, cap. Maximianus, 23. qu. 3. vbi traditur, Paulum Apoſtolum bello ſe immiſcuiſſe contra hoſtes fidei, & idem procedit pro defenſione Eccleſiæ, cap. fortitudo, 23. qu. 3. quamuis ſi iuriſdictionem temporalem Epiſcopus retineat, poſſit contra hoſtes indicere bellum etiam extrà irregularitatis impedimentum, ſi exindè homicidium ſequatur, dummodò non manu Epiſcopi. Innoc. in cap. quod in dubijs, extrà de pœna; ad principemque ſe conferre Epiſcopum non aliàs eſt permiſſum, quàm cùm Metropolitani ſui conſil. cap. ſi quis Epiſcopus, 23. quæſt. 8. & in cap. omnes de maior. & obed. & capit. dico, 96. diſt.

Vigili inſuper cura Epiſcopos ſuper gregem ſibi commiſſum eſt perſiſtere non ſecùs, quàm Ezechiæ documento innuitur ibi, capit. 3. Propheta fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, vt oſtenditur, cap. illud, 10. quæſt. 3. propterea forma regendi tradita eſt, vt in cap. illud, 10. quæſt. 3. vbi Archid. ſecutus Innocentium dixit Epiſcopum teneri ſubijcere ſibi oculis loca Eccleſiarum, & commodo populi ad prædicationem conueniant, huiuſmodi curam Epiſcopis aſſiduè inhærere erga populos ſibi ſubiectos oportet, non ſecùs quàm extrinſecus demonſtratur per delationem anuli quarto digito, cùm ibi ſit vena à corde procedens, vt ſciant Eccleſijs ſuis teneri corde, & animo inſeruire, capit. fœminæ, 30. quæſt. 5. Imol. in cap. clerici, col. vlt. num. 1. extrà de vit. & honeſt. cler. vbi firmat ſacerdotes Epiſcopis inferiores anulos deferre non poſſe, nec à iure permitti, niſi ex priuilegio, idem ait Panorm. in cap. penul. extrà de vit. & honeſt. cleric. circaque iura reſidendi, non deſunt, complura excipi, quò minùs ad reſidentiam quis cogatur, vt eſt inter alia ſtudiorum cauſa, ſuper qua videtur non eſſe permittendum lædi reſidentiam præſertim excedentibus ætatem 25. annorum, ait text. & ibi Bart. in l. 1. Cod. qui ætat. lib. 10. vbi habetur, maiores vigintiquinque annorum non eſſe præſumendum amplius addiſcere poſſe, & propterea conſimiles priuilegijs huiuſmodi conceſſis ſtudia ſequentibus, quod iuri conſonum videtur, vt ceſſante cauſa priuilegij, ceſſet & priuilegium, cap. cum ceſſante, extrà de appellat. l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatr. Iaſon in l. vlt. ff. de offic. eius, & in l. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, penult. colum. nec ſine fraude hæc multotiès geruntur, ſumpta fraude, vt per Bald. & ſequentes in titul. ſi de iud. fuer. inter Dominum, & vaſallum, vt fraus ſit, quando ſimulatur permiſſum, & prohibitum reuera agatur, vt in ſimili contingeret, ſi indiſtinctè recedere permitteretur.

ARTICVLVS XII.

Inſigni dignitatum culmine conſtet exornari.

ETiam à ſcribentibus multiplici dignitatum ordine Epiſcopo inſignes reddi liquet, nam vt refertur in cap. generaliter 16. quæſt. 1. in addit. appellantur Reuerendiſſimi, aliquando Summi Sacerdotes, ſicuti etiam Sereniſſimi, quandoque Duces illuſtres, Dei ſanctiſſimi Legati, Spectabiles Præſules, Antiſtites patres animarum, & egregiæ perſonæ, Reuerendiſſimos autem Epiſcopos appellari, ideò patet, quia præter id quod in dignitate Eccleſiaſtica, quam omnium fidelium, vt teneteri conſtituti ſunt, ea vt etiam illius ſuperlatiui nominis denoratur, dignitate iuriſdictioni conſociatam eis competere l. nulli verſ. Reuerendiſſimus Cod. de Epiſcop. & Cleric. cap. in nomine Domini 23. diſt. licèt Zaſius ſimpliciter referat; quòd Reuerendiſſimi dicantur, quibus reuerentia, & honor debetur l. generaliter ff. de in ius vocan. liquet enim reuerentiam honorem eſſe, quem tàm verbis, quàm factis exhibemus l. patantes ff. de in ius vocan. & additur etiam cum pauore cap. 11. de offic. deleg. in 6. Archid. in cap. decet, de immunitate Eccleſiaſtica lib. 6. quam reuerentiam conſtat tum viuis, cùm mortuis eſſe exhibendam arg. l. apud Celſum §. aduerſus ff. de dol. excep.

Summos etiam Sacerdotes nuncupari Epiſcopos conſtat, quia ſupra Pontificiam dignitatem nulla ſit maior, argument. leg. qui venenum, vbi ſummus Poetarum Homerus ff. de verborum ſignific. etſi etiam conſenſu recipi queat, quod præcipuum importet l. 3. ff. de ſtat. homin. & inſtit. de iur. perſon. in princ.

Sereniſſimos ideò Epiſcopos nuncupari cenſendum eſt, Clem. plerique de elect. & ibi Card. in 4. notab. quia eodem adiuncto nomine appellantur Reges; refert Pan. in cap. ea quæ in Eccleſiarum, extrà de conſtit. Doctores in l. infames ff. de pub. iud. ex eo quoniam Epiſcopi Regio more Vrbem, ac Prouinciam perpetuò iure regant.

Idem Pan. in cap. ſolitæ, de maiorit. & obed. præſtantiorique etiam dominio, cùm

illi

ſſli temporalia, Epiſcopi autem ſpiritualia, ac diuina adminiſtrent.

Ideò Diuus Petrus ſua prima Canonica Sacerdotum ordinem appellat regale Sacerdotium. Duces ideò à Canone Epiſcopos nominari credendum eſt cap. ſi officiat. 59. diſt. quod nomen à ducendo ſumitur, pariterque verè ſumptum, tàm in duce belli, quàm in duce, à quo populus regitur, vt Mediolani, vel Sabandiæ, & alios in cap. vnico, de fœud. Marchiæ, vt de duce militum videre eſt in l. conuentionum in fin. ff. de pact. & leg. fin. Cod. de offic. milit. iud. Ducatus inſuper dignitatem annexam habet, not. in rubrica quis dicatur Dux, vel Marchio de iure fœud. de cuius Ducatus territorio Gregorius Turonenſis, lib. ſuo 9. cap. 7. ait, Duces eſſe totius regionis præſectos, Comites verò vnius Vrbis tantùm.

Amn. in ſua hiſt. lib. 4. cap. 69. refert Duces duodecim Ciuitatibus præeſſe. Sanctiſſimos quoque Epiſcopos à iure conuocari conſpicitur.

Clem. 1. §. ne ſuper de pen. & auth. de ſanct. Epiſc. colum. 3. quod indè proueniſſe creditur, quia diuinis exequendis obſequijs applicantur, vt habetur. Exod. cap. 30. ibi: Aaron, & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt Sacerdotio fungantur mihi, & Eſdre 1. cap. 7. ibi: Eſdræ miniſtris domus Domini; vos ſancti eſtis Domino, & vaſa.

Vnde videtur, vt Epiſcopi ſic ſanctificationem recipiant, ex ipſa eorum conſecratione, vt eadem conſecrationis ratione dicantur templa ſancta, vaſa, veſtes, & etiam dies ſancti, vt ſunt conſecrati Domino dies Reſurrectionis, Aſcenſionis, & huiuſmodi, vt ſupra expoſitum in explicatione ſanctitatis Eccleſiæ in verbo, ſancta, latiùs eſt prædictum.

Præterea illuſtres canonum forma Epiſcopi cenſentur cap. fin. de re iud. lib. 6. Card. in cap. cum oportet, extrà de accuſat. magiſque Epiſcopis id nominis conuenire perſpicuum eſt, quàm Præfecti prætorio magiſtratui, quia ille Cæſari ſubeſt, Epiſcopi autem Cæſari præſunt, ille triennali mera magiſtratu fungebatur, Epiſcopi autem perpetuò, ſi pro quia illi magiſtratus huiuſmodi functione cenſentur illuſtres, vt toto tit. de offic. præt. ff. & Cod. Domini Iuſtinian. & authent. de appell. §. illo, collat. 4. à fortiori videtur Epiſcopis, tamquam in præſtantiori gradu poſitis illuſtre hoc nomen conuenire, quod & Cardinalibus, & Regibus pariter competere refert Purpuratus in rubrica; de iuriſd. omn. iud. & Barbat. de præſtant. Card. in 1. quæſ. 4. Baſil. & ideò iure ità per Epiſcopos definitum eſt, tamquam inſigniori loco poſitis, quod ſint inſigniores quoque clariſſimis magiſtratibus, ratio eſt, quia illuſtris eſt quoque Clariſs. illuſtris patet de hoc in Senatore, qui eſt illuſtris l. quiſquis Cod. ad leg. Iul. maieſt. & leg. fin. ff. de Senat. & etiam in eo quod dictum eſt de præſer. prætor. qui ambo, etſi illuſtres ſint, tamen clariſſimi appellantur l. 2. Cod. de his qui veni. ætat. impetr. l. 2. §. ſi publico ff. de adult. leg. 1. Cod. de tutor. illuſ. l. 1. Cod. de aduoc. diuerſ. iud. quod etiam in Proconſule procedit leg. etſi ſenetior Cod. de his qui notat. infrà, vt ſumi poteſt exemplum in Presbytero, & Diacono. Nàm, qui eſt Presbyter, eſt & Diaconus: ſed qui etiam Diaconus, ſolius Diaconatus, & non Presbyteratus iure fungitur, iuxtà notat. in Clement. final. de ætat. & qualitat. ordinat. & ità colligitur, vt maiori inſignitus gradu retineat pariter inferiorem, & viciſſim quod inferiori conſtitutus maioris iuribus perfrui non valeat l. qui indiguus ff. de ſenat.

Et quamquam ſpectabilium quoque magiſtratuum Epiſcopos iura retinere conſtat, iuxtà not. per Specul. inſtit. de iuriſd. omn. iud. §. quia ſpectabiles quoque appellantur, vt etiam ait Bald. in leg. 1. §. 1. ff. de offic. præſc. præt. & in cap. cùm acceſſiſſent extrà de conſtit.

Non tamen aduerſatur, quin reuera illuſtrium iura retineant ex præmiſſis, idque verum eſſe patet: quia Duces quoque, vt prefertur, ſunt illuſtres, & ſi ipſi pariter ſpectabiles dicantur leg. 3. Cod. de offic. milit. iud. l. fin. Cod. de offic. præfect. præt. ſpectabilem quoque magiſtratuum nomine, nuncupati ſunt præfecti Auguſtales, Comites Orientis, nec non Proconſules, & Vicarij l. vnica Cod. de ratiocin. ſerm. public. l. vnam Cod. vt omn. iud. l. 3. Cod. de appellat.

Et ſi Epiſcopi, tùm diuinorum intuitu, tùm iuriſdictione perpetua, quæ illis niſi triennio, Senatuſconſulto competebat, omnibus illis præſtantiores cenſendi ſint, licèt præfectus Auguſtalis ſummum Imperium à Cæſare, vel Proconſul in Ægyptum reciperet l. 1. ff. de offic. præſec. Aug. & in leg. 1. Cod. eodem tit.

Præmiſſaque eſſe vera oſtendit Iaſ. & cum eo ſcribentes nonnulli in leg. 2. Cod. de offic. præſec. Aug vbi idem fertur de Archiepiſcopis, & alijs Epiſcopalis ordinis.

Patres ſimiliter Epiſcopos à canonum diſpoſitione appellari conſpicitur capit. eſto 95. diſt. quia prædicatione, Baptiſmate. & Sacramentis regenerant homines Chriſto cap. quorum, & ibi Archid. 63. diſt. nec refert, vt iſta actualiter multoties non exerceant cum aliorum fiat ope, tamen ipſorum auctoritate ſit expletum not. Bart. in l. abſenti, circà finem ff. de douat. l. ambitioſa ff. de decret. ord. ſaciend. & eſt text. in leg. 2. §. poſteà ne diutiùs, de orig. iur. licèt pater quis etiam dicatur ratione ſanctitatis doctrinæ, ac generoſitatis ſcribentes in cap. præſens 20. q. 4.

Dicti ſunt quoque Epiſcopi Legati Dei, Clement. ſuadente, de pœnit. verſic. Epiſcopi enim dicuntur, quod tamen intelligi debet quo ad ſuam Diœceſim, cùm Papa ſit generalis, vniuerſaliſque Legatus Dei, Eccleſiæque vniuerſalis Epiſcopus, cap. nomine Domini 23. diſt. cap. ſuſpectos 3. quæſt. 5. immò eſt ipſorum culmen. Bald. in prœm. Greg. in fin. 3. colum. vbi deinceps in 3. colum. ait, Papam eſſe Dominum dominorum, ſingulaſque poteſtates ſub Cœlo poſitas Papæ eſſe ſubiectas, in eoque conſiſtere.

Antiſtites quoque Epiſcopi nuncupantur, ſic dicti à verbo illo antiquo, anteſto, quaſi ante alios ſtantes, quod antiquitatis, maioribus Sacerdotibus inſitum legitur, vt apud Ouid. de Pont. ibi in 4.

Non ſinit illa ſui, vanas Antiſtitis vnquam
Eſſe preces.

Idem Valer. Max. lib. 1. ibi, ne Dea veruſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes.

Sicuti etiam Præſules Epiſcopos nuncupari reperitur, quod ab antiquitatis obſeruantia pariter deriuari conſtar, vt alijs quibuſcumque in ſacris præferantur, ſicuti mos erat antiquorum, vt eorum Præſules ſalientes per Vrbem in exequendis eorum ritibus Præſules proferebantur, vnde ſic dicti, quaſi à præſilendo.

Indè huius lib. 1. eo die Præſulis nomine quemuis intelligi Antiſtitem, quamuis ab initio Pręſul primus inter Salios Martis Sacerdotes diceretur.

Vnde ex præmiſſis inferendum eſſe patet Epiſcopum in ſua Diœceſi Principem eſſe, cùm Princeps ſui nomine ethimologia id ſonet, quod primum locum capiens, gloſſ. t. in cap. fundamenta 5. proindè de elect. in 6. Luc. de Pen. in leg. t. Cod. de princ. agend. in re lib. 12. non enim ignoratur, eatenus Epiſcopum ſui principatus iura extendere poſſe, vt in ſua Diœceſi Cæſarem punire, in eumque Eccleſiæ mucrone vti queat, vt habetur de diuo Ambroſio, aduersùs Cæſarem Theodoſium, in quem ſententiam anathematis protulit, ac ſimul ſic anathemate illaqueatum ab Eccleſiæ ingreſſu repellere non hæſitauit, cap. duo quippè 96. diſt.

Proptereà ſumma animi virtute promotos ad Epiſcopatum exornari præſtat, nec ſola ſimplicitate, quæ ſi aliarum virtutum condiatur interuentu, quamuis ad Epiſcopatum promotos eſſe reijciendos D. Gregorij præſetulit ſententia cap. 1. 39. diſt.

ARTICVLVS I.

Declaratur Presbyterij inſtitutum eſſe diuinum.

Presbyteri autem ſunt Sacerdotes nouæ legis à Græca dictione dicti, quæ Latina ſignificatione ſumpta, idem importat, quòd ſeniores. Quia Archidiaconus refert in capit. Porrò Moyſi 84. diſtinctione. Iuſſu Domini in antiqua lege inſtitutos fuiſſe, in coadiutores Moyſi, ad populi regimen, & Presbyterium nomen eſſe dignitatis, & honoris.

Idem Archid. in cap. Accedens 50. diſt. ait; in Chriſtiana Repub. ſeniorum nomen non ratione ætatis, ſed prudentiæ, & ſingularum virtutum in ſenioribus verſantium frequentatur eatenus, vt ipſi Sacerdotes quantumcumque iuniores, eo tamen Presbyterorum nomine cenſeantur, vt intuitu prudentiæ, & virtutum ſingularitate, Abraham quoque, quia inſigni prudentia ornatum, Presbyterum nuncupatum fuiſſe patet C. porrò, & ibi Archid. 84. diſt. ſicuti eſſe Presbyterorum nomine conuocatos eſſe conſtat iudices illus, ad quorum cognitionem, omnes cauſas ſpectaſſe dignoſcitur cap. ecce 90. diſt. Archid. in cap. ſi quis Presbyter 2. quæſ. 4.

Quo nomine in lege noua primùm appellatum fuiſſe reperitur diuum Apoſtolum Matthiam Cod. Cleros, vt ibi gloſſa 21. diſt. Sacerdotium autem, vt à diuo Martyre Ignatio deſcribitur in epiſtola ad Smirnenſes, eſt ſumma omnium honorum, quæ in hominibus conſiſtunt. Quod qui inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum noſtrum Ieſum primogenitum omnia creaturæ, & ſolum natum Principem Sacerdotum Dei.

Fit autem Presbyteri conſecratio ieiuniorum tempore, vt tunc fidelium ieiunantium, & orantium meritis Sacerdotum conſecratio in eorum tranſeat ſalutem, cùm manuum impoſitio, tàm Epiſcopi, quàm Clericorum aſſiſtentium ſuper promouendum fiat, ſtolam ei Epiſcopo ante pectus in modum crucis imponente, oleo deindè ordinandi, manus inungenti, & preces effundenti pro manuum illius conſecratione, deindè calicem cum hoſtia, vinoque & patena ab Epiſcopo traditur additis verbis, videlicet, Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrandi, tàm pro viuis, quàm pro defunctis, deinceps reiterata manuum impoſitione eius capiti, ait: Accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt; hocque ritu Cœleſtem illam poteſtatem Epiſcopis iam Apoſtolis collatam promoto impartitur.

Sacerdotium enim poſt diluuium indè originem traxit, vnde & imperium pariter prouenit à Noe filijs, ſcilicet Sem, Iaphet, & Cham, & ſi antè diluuium in iuſto Abel. Gen. capit. 4. poſt diluuium cum Noe in tugurio ſuo obdormiſſet, nuduſque, vt verenda Cham patris proſpiciens, eumdemque deriſiſſet. Quod ſecus Sem, & Iaphet, factum id duxerint, pallijs ex humero ſublatis prædictum contexerunt, auertentes faciem, ne patris virilia cernerent, retrorsùm abeuntes. Expergefacta indè Noe vbi factum Cham reſciuit, cum maledixit, Semque benedixit, dicens, Benedic Deus Sem, ſit Cham ſeruus eius, & & ſic in ipſum tranſtulit imperium, ſed ſacerdotium ſimiliter Iaphet, quem benedicens dixit. Habitabit in Tabernaculo Sem, ſit Cham, ſeruus eius. Vt eſt Geneſ. capit. 9. Sicque vt vnum principium ſacerdotij, & imperij fuerit, cenſuit gloſſ. in cap. conſtitutiones, 10. diſt. Quia Sem ipſe, vt Hebraica habet tranſlatio Melchiſedech eſt appellatus, qui fuit ſacerdos Altiſſimi, & Vrbem Salem condidit, quæ poſteà Hieruſalem nuncupata fuit. Geneſ. cap. 14. & vt primogenitus habuit Sacerdotium, habuit etiam, & imperium. Quod nedum apud Hebræos, ſed etiam antiquiores Romanos ſeruatum conſtat, vt vbi eſſet imperium, ibi pariter eſſet ſacerdotium. Conſtat apud Cæſarem Pontif. Max. Iura retineret ſimul, & imperium, cap. electos, c. Nam vt maiorum, 21. diſt.

Quare vniuerſale cui regimen totius Orbis ſacerdotali, Regiaque poteſtate conſtit. cap. duo, 96. diſt. ſed cum interiectis temporibus, ius primogenituræ ad Iſrael immutaretur, vt de cætero imperium ad primogenitos, vnà cum ſacerdotio non deferretur, cùm ipſe tranſtuliſſet Imperium de Ruben primogenito, ad Tribum Iuda. Geneſ. capit. 49. Sacerdotium poſtea translatum eſt ad Tribũ Leui Iſraelitico populo adhuc in Ægypto moram habenti. Vt ibi Reg. cap. 2. videre eſt. Dominus ſuperueniens ex Tribuque Iuda ſecun-

cundùm carnem ortus, ad eandem quoque ſacerdotium tranſtulit, ad Heb. cap. 5. probatur extrà, de conſtit. cap. translato, vt ipſe Dominus in ſeipſum, ſicut tranſtulit ſacerdotium, ſimiliter tranſtulit imperium quod indicauit, quando flagellis negociatores ex templo reiecit, & vendentium, & nummulariorum menſas euertit. Matth. cap. 21. & c. ex multis.

Vbi transfertur, 1. qu. 3. ſicut Sacerdotium mira ſui erga mortales dilectione, etiam tranſtulit in ſe ipſum, quando corpus ſuum obtulit Diſcipulis, dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, de quo Deo Patri ſanctiſſimam oblationem fecit in ſacrificium, ob præuaricationes quæ erant ſub priori teſtamento, cap. ſacerdos, de conſecr. diſt. 2.

Sicque patet ſacerdotij Aaron vnius virtute victimas Deo obtulerat in Dominum, ità propria ſui oblatione fuiſſe translatus, victimarum illa oblatio ceſſaret noua Domini victima oblata. Heb. cap. 5. & cap. in ſcripturis, 8. qu. 1. C. in nouo, 21. diſt. Quia conſtat ſacerdotium, quod mandante Domino Moyſes Aaron inunxerat, lib. Exod. cap. 40. configuraſſe maiorem nouæ legis ſacerdotem, & ſic Christum Dominum, & eius ſucceſſores, ſicut inunctio filiorum Aaron, figuram præſtitit inferiorum ſacerdotum, quos Dominus vltimo loco inſtituit illius num. 72. Diſcipulos Matth. cap. 10. vbi gloſs. ait, ſicut in Apoſtolis eſt forma Epiſcoporum, ſic in ſeptuaginta duobus eſt forma ſacerdotum ſecundi ordinis;

Quibus hodiè ſacerdotes ab Epiſcopis inſtitutos ſucceſſiſſe liquet, ſicut Apoſtolis ſucceſſerunt Epiſcopi, cap. quorum vices, 88. diſt. Quorum nomina, & ſi communia viciſſim fuerunt tam Epiſcopis, quàm ſacerdotibus ſecundi ordinis, vt in præcedentibus viſum fuit, & etiam, quia eo tempore ob ſacerdotum ſecundi ordinis raritatem Epiſcopi ambas partes, ſcilicet, Epiſcopales, & Preſbyterales colerent, rectè Diuus Thom. 2. 2 qu. 169. 23. art. Quos à Deo conſtitutos ſcriptum arreſtatur eſſe, vt portent ſanctuarij iniquitates, & deleant peccata populi, numero 118.

Eſtque Presbyter dignitatis nomen, cap. denique, iuncta gloſs. diſt. 4. cap. Accedens, & Ibi. 50. diſt. Archid. gloſs. cap. ſi offic. 59. diſt. gloſs. in cap. ſedes, de reſcrip. Sed an ſacerdotium nouæ legis differat à ſacerdotio legis antiquæ, quæri ſolet; vbi demonſtratur antiquum ſacerdotium eſſe carnalium, & carnaliter viuentium, ideò in concurſu poteſtatis temporalis, & ſacerdotalis plenior erat temporalis poteſtas, & propterea Regnum ſacerdotale dicebatur, cum ſacerdotium penderet ex Regno.

Hoc diſcrimen Diuus Petrus prænoſcens, & quod ſecùs in lege noua ſucceſſerat, vt ſacerdotium principalius euaſiſſet, poteſtate temporali, & ſic quod Regnum à ſacerdotio penderet. Ideò ſua prima Canonica cap. 2. dixit, Regale Sacerdotium, & ità de hoc articulo eleganter explicauit D. Thom. in lib. de Reg. ad Regem Cypr. cap. 16. Nouæque legis ſacerdotum inſtitutionem tunc Dominum introduxiſſe atteſtatur, Matth. Euangeliſta ſub illis verbis. cap. 26. Hoc facite in meam commemorationem.

Verùm tanti Sacramenti miniſterium non cuique contrectandum, niſi manuum impoſitione approbati, ideſt, ſacrorum ordinum promotione diuino tantum eſt inſtituto. Act. cap. 6. & ad Timoth. cap. 4. vbi ait, noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum Presbyteri, & 2. ad Timoth. cap. 1.

Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum, & hac manuum impoſitione reperitur Apoſtolum Matthiam primum Presbyterum fuiſſe inſtitutum, cap. cleros, in principio, & ibi, gloſs. 21. diſt. declarat Dominus, qua in Eccleſia alijs ſacerdotes præſtent auctoritate. Luc. c. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit, & Matth. cap. 18. ibi: Si non audierit, dic Eccleſiæ, gloſs. ibi, ideſt ſacerdoti, vt ait, cap. 13. colligitur, quanto ſollicitudinis affectu Paulus, & Barnabas ſacerdotum inſtitutionibus ſatagerent. Patet ab ipſis Eccleſiæ cunabulis ſacerdotes magno habitos fuiſſe honore, cùm ſacerdos, & Rex idem cenſerentur. Card. de Turrecremat. in capit. Moyſes, 8. diſt. refertur in cap. per venerabilem, §. rationibus, ſacerdotes liquet qui ſil. ſint diuino iuſſu minus fieri.

Neque etiam & Deuteron. cap. 17. Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſter Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

ARTICVLVS II.

Diuinum Munus Presbyterale eſſe arguitur, quia diuina exercitat.

PResbyterorum officium eſſe de iure diuino ſicuti dicuntur eſſe Presbyteri in omnibus clericis oſtenditur, & præſertim ad ſacerdotium exercendum promotis, cap. ex eo, de elect. in 6. gloſs. in cap. omnis extrà de pœniten. & remiſ. Quare etiam ſacerdotis, ſeu beneficia, quibus Presbyteri præſunt, eſſe de iure diuino, patet, capit. 1. 99. diſt. Apoſtolica namque promulgatione inſtitura demonſtrantur Act. cap. 14. vbi habetur Paulum, & Barnabam conſtituiſſe per ſingulas Eccleſias Presbyteros, ad hæc congruit tex. in cap. in illis, 80. diſt. cap. Videntes, 12. qu. Idem probatur ad Corinth. 2. capit. 12. vbi Apoſtolus ſacerdotes ipſos commonefacit vt corum cutis ſint ſtabiles, ibi. Manere in vocatione, qua vocati eſtis.

Oſtendens, quod inter Presbyterum, & Eccleſiam ſibi collatam contrahitur matrimonium, ſpiritualeinculuum, indiſſolubileque retinens, ſicut in vna cap. 21. qu. 2. & capit. ſicut, 7. qu. 1. & cap. ne pro defectu, de elect. Vbi Eccleſia per Abbatis obitum dicitur Eccleſia viduata, quamuiſcumque non ità arcto modo contrahatur inter inferiores ſacerdotes, ſicuti inter Epiſcopum, & eius Eccle-

ſiam, ad cuius arctum ligamen, ſolus Epiſcopus annulum iure dictante defert, vt habetur in cap. cleric. cap. 10. de vita, & honeſt. clericorum, cùm non deceat temporales habere filios, l. quæcumque, ff. de adopt. in cap. actus legitimi, de regul. iuris in 6. diffuſiùs de præmiſſis explicuit Ioan. de Sylua, in tract. de benefic. in præc. cap. 1, cuius ſacerdotio eatenus ineſt iuriſdictio, vt ſi Preſbyter, quæ iure ordinis competunt, exercere voluerit, præter Chriſti corporis conſecrationem, alia exercere, citrà iniunctæ iuriſdictionis facultatem, non poterit in d. cap. omnis, ext. de pæn. & in cap. nec reſiſtit dicere ordinem afferre iuriſdictionem, quia illud procedit, quoad habitum, & non quoad potentiam: Quia oportet, vt habeat beneficium, cui aliqui pro animarum cura ſint ſuppoſiti, quia, vt inquit Diuus Thomas, in 4. contra gentiles. Miniſter Eccleſiæ in vſu clauium iudicium quoddam exercet, nulli autem iudicium committitur, niſi in ſibi ſubiectos, quod fit per iuriſdictionem.

Propterea opus fuit, Eccleſiarum iuriſdictiones diſtingui. Ne ſi ſecus geſtum foret, confuſio ità excreuiſſet, vt quod ab vno alligaretur, ab alio ſolutum eſſet, vt ait Innoc. & ibi Abb. in cap. cum cauſa, in fine, ext. de probat. Nam Eccleſiæ cui aliqui ſunt ſubiecti, iuribus, ac poſſeſſione adeptis, tunc omnium Sacramentorum adminiſtrationem iure diuino, Presbyter nanciſcitur, vt not. in d. cap. omnis, ext. de pænit. & remiſs. Sic Presbyteri, paſtores, doctores, ità neceſſariò ſunt, vt qui imbscilles ſunt, cum paſtorali, firmiores reddantur, ne omni vento hominum nequitia circumferantur. Ad Epheſ. cap. 5. ſic etiam magiſtri fidelium euadunt, capit. quis dubitet, 96. conſtat, enim populum eſſe docendum, & non ſequendum, cap. docendus, 62. diſt. Idque eatenus procedit, vt Cæſar iura imperij regens;

Quia Eccleſiæ eſt filius, & non præſul, ſit ab illa docendus, & non docturus, cap. ſi Imperator, 96. diſt. cùm Eccleſia principatum à Domino retineat, cap. ſacroſancta, 22. diſtinct. tam virtute figuræ, quàm figurati. Patet, enim S. Moyſen temporalem principatum retinuiſſe, etſi ſacerdotalem pariter exercuerit, quando Aaron germanum fratrem in maiorem ſacerdotem, & eius Apoſtolos in ſacerdotes ſecundi ordinis inſtituit. Num. c. 11. & Exod. cap. 18. Presbytero igitur ſacerdotij, ſeu beneficij, cui fideles ſupponuntur iuribus inſtituto, eſt ità animarum ipſorum demandatum regimen, vt iure diuino obnoxius ſiet ad earum conſeruationem, rationemque earum reddendam. Ezechias, cap. 34. Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, vt ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem meum, quod regimen cura appellatur, de qua Archidiac. loquutus fuit vniformiter in cap. cognouimus, 18. qu. 2. vbi dixit, quod cura eſt vigil, ac oneroſa ſollicitaque cuſtodia animarum alicui commiſſa, vt curet, ne pereant, ſed ſaluentur, quæ competit ex lege, vel commiſſione canonica, vel conſuetudine, ſeu præſcriptione per Sedem Apoſtolicam, non improbata, quam definitionem, ſeu mauis deſcriptionem ex varijs ſumptam iuribus fuiſſe, refert Hoſtien. in cap. omnis vtriuſque ſexus, ex. de pænit. in verbo propriè, eandemque deſcriptionem idem Archid. poſuit in capit. qui Epiſcopatum, 8. qu. 1. Vnde virtutem huius curæ animarum breuiori oratione complectens, in cap. Clemens, eadem qu. & cum dixit, prout ibi, releua, ideſt, erige, adiuua, ſolue.

Quare Oldrad. de hac animarum cura ſentiens quantum referat, tum ex parte curantis, tum ipſius curati, conſ. 80. dixit, curare in hoc ſenſu non diſtat ab eo, quod dicitur de ægrotantium curatione, l. penul. ff. ad exhib.

Nec videtur longiùs ſe habere, vt curantes huiuſmodi ſaltim largo modo in aliqua dignitate poſitos intelligi, vel etiam propriè ratione habita, curatorem ipſum aliquam iuriſdictione fungi intelligantur, vt eſt abſoluendi, ſalutaremque pœnitentiam iungendi, illaqueatoſque Eccleſiæ cenſuris, ab Eccleſia expellendi, Sacramenta conferendi, ſignificatione ſumpta illius dignitatis, iuriſdictione iudicentis, vel nomen expreſſum à iure habentis, cap. 1. de ætat. & qualitat. ordinan. etſi hoc magis officium, quàm dignitatem eſſe aliquos definiſſe liqueat, capit. dudum, el. 2. ext. de elect. & cap. quod Dei timorem, ex. de ſtat. monach. vt etiam dicitur de vice Domini, quę etſi ſatis iuriſdictionis defectum oſtendant: nihilominus ſecùs eſſe demonſtratur, in cap. decernimus, ext. de iudic. & c. 1. 15. qu. 4.

Quia huiuſmodi iuribus comprobatur, hanc curam habentibus competere facultatem excommunicandi, etſi hodie paſſim non permittatur, & ſicuti eſt ſacerdotis curam habentis, populum ſibi commiſſum, legem inſtruere, & à malis commonere pro eiſque tam viuis, quàm defunctis altaris ſacrificia offerre iuxta Eccleſiæ præſcriptum, de conſt. diſt. 3. cap. 1. Ipſius quoque curantis eſt, ſuper populum ſuum benedictionem impartire, non tamen ſolemni ritu epiſcopali, cùm ſolemnis hęc benedictio ordini ſimplicis Sacerdotis, non ſint adiuncta cap. miniſtrare 26. quæſt. 6. & c. conuenit de conſecr. diſt. 5. Nempè cum Epiſcopo id benedictionis genus ratione iuriſdictionis competere dignoſcatur. Quod clariùs demonſtratur, quia inferioribus Epiſcopo Sacerdotibus non aliàs, quàm ex priuilegio ſolemnem benedictionem liceat cap. Abbates, de priuilegijs, in 6. Nam qui curam gerit ſimplex Sacerdos, ſi benedicat eo pacto, vel Epiſcopos benedicentes imitatus, irregularis euadit Innoc. in cap. 1. de exceſſ. Prælator. benedictiones, præterea complures curam animarum gerens impertitur, in plures enim ſenſus iſta benedictionis vox ſumetur.

Nam, vt liquet, benedicere, eſt inter alios eius intellectus, vt colligitur in cap. 1. de ſupplen. neg. prælat. in ordine ſuo, aliquem cooptare, probare, conſeciare, & ordinare, refert Panormit. in dict. cap. 1. ver. quæro, an alium, & ver. præceden. liquet dict. Panor. in nuptiarum benedictione, quæ earum probationem Eccleſiæ inducit cap. ſeriatim 32. diſt. ſicuti, quandoque etiam importat hæredis inſtitutionem, vt in teſtamento veteri Gen. cap. 27. de benedictione Iacob. de qua latiùs

per

per Bald. in prohemio decretalium. Patent prædicta, quia benedicendi, & ſacramenta adminiſtrandi ſunt de iuriſdictione, vt præfertur iuncta ipſis ſacerdotij, ſeu beneficijs. Lap. de canon. vt Iſa. 105. Panor. in cap. veniens 2. columm. & cap. paſtorale. §. præterea, ex. de off. de legat. præsbyterio conſtat, ſacerdotium eſſe iniunctum, quod Dominus in vltima inſtituit cœna Ioan. cap. 22. ibi. Hoc facite in meam commemorationem, cuius eſt Corpus Chriſti conſecrare, benedicere, tamen Parochus, vel Sacerdos non debet Epiſcopo præſente, niſi ipſo aſſentiente cap. ecce 99. diſt. einſdem quoque eſt pro populo orare cap. perlectis 25. diſtinctione, nec non prædicare, niſi impeditus imperitia r. cap. adijcimus 16. quæſt. 1. & ibi gloſs. quæ à ſacerdote explenda intelliguntur, ſi modò populum ſibi ſubiectum eſſe liqueat. gloſſ. & ſcrib. 1. capit. omnia, ext. de pœnit. & remiſſ. Nec vt Sacerdotum munus in Republ. Chriſtiana magnæ habeatur virtutis, reſiſtit, quod pleriq; innocentia ſacerdotali minus polleant: quia ſacramenta in virtute Chriſti operantur, non in meritis illa adminiſtrantium cap. quomodo, de conſecr. diſt. 4. gloſſ. in capit. etiam 1. quæſt. 1.

ARTICVLVS III.

Arguit quoque Sacerdotum ſecundi ordinis diuinum inſtitutum, quod exornentur ſcientia, & prudentia, vt vitæ ſanctitate.

NObilitas autem presbyteratus non conſideratur nobilitate generis, vel loci, refert Cardin. de Turrecrem. de mente D. Gregorij in cap. nos qui 40. diſtinctione, ſed ratione fidei deuotionis, & vitæ ſanctitatis. Non enim in Eccleſiæ rectorem cui animarum eſt regimen, quemlibet aſſumi decet, ſed virtutibus ornatum c. recedite. 45. diſt. quem ornatum Diuus declarat Hieron. ad Nepotianum, vbi ait, vis ſcire quales Deus quærat ornatus, habeto iuſtitiam, temperantiam, prudentiam, & fortitudinem. Nihil enim homine eſt pretioſius gemmarum harum varietate. Hæc ille. Hæcque vera eſſe arguit lex in cap. Petrus 39. diſt. Vbi Epiſcopus, ob eius imprudentiam, ab Eccleſiæ regimine eſt remotus tanquam neſciens ſe cauere ab alijs. Cùm talis imprudentia impediat promouendum, quæ ſi non eſſet tanta, ſed vt ſimplicitas, non tantum induceret effectum remotionis, ſed de coadiutoris medio eſſet prouidendum 7. quæſt. 1. cap. quia frater licèt in caſu repulſionis dict. capitulo Petrus ille Epiſcopus non tantùm ratione ſimplicitatis, & imprudentiæ fuerit ab Eccleſia remotus, ſed etiam quia vſuras contraxerat. Quia fortè medio coadiutoris, vt præmiſſum eſt, citrà vſurarum cauſam, tollerandus videretur, etſi Euangelicis mandatis reſiſtere comprobetur. Matth. cap. 11. ibi. eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ, cap. ſi cupis 16. quæſt. 1 ſed quo pacto Domini præceptum expliceru Matth. cap. vlt. ibi. Docete omnes gentes: ſ hæc ſimplicitas ſupina, vel mauis imprudentia, Sacerdotem labefactauerint. Imprudentia enim ſcientiæ aduerſatur. Vnde Sacerdo imperitus à ſacerdotio eſſet depellendus, iu xtà illud Oſeæ cap. 4. ibi. Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi cap. niſi cum pridem, ext. de renun cum quibus tamen, ſi alia virtute, vt pura charitatis, vel iuſtitiæ ſit ornamentum, diſ penſatur Innoc. in cap. cum in cunctis, de elect. ſenſit idem Archidiaconus, dummodo Sacerdotis, vel Epiſcopi, non ſit omnimoda ignorantia, per tex. in capitulo ſi in laicis. 38. diſtinctione, ex his igitur, ſum poteſt argumentum, vt imperitiæ cauſa ſacerdotio reſiſtit. Idem ſequitur natalium defectu, vt l. Antiqua de manſeribus liquet prohibitio, ad ſacerdotis promotionem poſt decimam generationem, cuius antiquæ legis impedimenta in lege noua, ſublata eſſe cenſeri potuit, auctoritate ſumpta quod in perſona Timothæi Apoſtoli, Pauli Diſcipuli. Quem idem paruulus in Epiſcopum Epheſinum promouerat, quamuis natalium defectum paterent cùm ex gentili, & Iudæa matre, exortus eſſet. Act. cap. 6. Hunc natalium defectum idem Apoſtolus ad Titum capit. 1. conſcribens, non repellere ſenſit, quæ Epiſcopalis dignitatis partes concernunt, ſicuti nec legitima natalium iura includit. Nec quod ſupra inducitur facere in contrarium, hodie videtur ex præmiſſis, cum id ex cauſa fuerit Quia prohibitio illa ad tempus extitit, vt videre eſt, quia prioribus illis temporum lapſibus fuerat ex cauſa permiſſum fratrem ducere ſororem in coniugem, quod poſtea ante populo, prohibitum fuit, Leu. cap. 18. ſic in præmiſſo caſu nouæ legis inſtitutione lata; Hoc idem indicant D. Greg. verba in cap. illud 8. quæſt. 2. in fin. vbi ait, vti ſciant, & certi ſint, quod qui præſtantior eſt ex omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, hactenus ibi, nec de natalibus ibidem fit verbum, ſed de perſona, vita, & moribus ornata tanto ordine valeat inueniri cap. qui Epiſcopus 23. diſt. & cap. quod aliquo crimine 62. diſt. contra quos hodie defectu natalium laborantes conſtat non reſiſtere eatenus iuris prohibitionem, vt benignitate Apoſtolicę ſedis præuia diſpenſatione eis non ſit conſultum, dummodo aliàs nefanda aliqua non reſiſtant, & etiam ad beneficia, dummodo ritè fuerit expreſſum Ioan. de Syl. in tractat. de benef. quæſt. 3. num. 12. & ſic palam fit, vt maius Eccleſiæ præiudicium inferatur, ob imperitiæ defectum, quàm natalium, cum ſupina ignorantia præfectis temporalium, curæ non tolleretur arg. l. quia actione §. fin. ff. ad leg. aquil. c. ſi off. 69. diſt. etſi minus tollerabilis diſt. in præfectis, curæ ſpiritualium. Innoc. in c. cum in cunctis, ext. de elect. dummodo ignorantia huiuſmodi non ſit excluſiua competentis vitæ, vel intellectus cap. omnes 38. diſt. & cap. ſi quis Abb. 18. quæſt. 2. Quia cum ſacerdotes inſtitutione diuina ſint conditi, diuina enim ſcire, & docere præ cæteris. debent cap. qui ea 31. diſt. cum. nefas ſit ignorare neceſſaria ad ſalutem 1. ad Corinth.

cap.

cap.14.quas neſcire ſacerdotem turpiſſimum eſt, vt ſi ad plures eſſe vias præſefertur, vt ſeptennio colligantur, vt eſt à via innocentiæ Pſal.ibi, non priuabis, qui ambulant in innocentia. Secunda, eſt penitentia Matt.cap.16. Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, ideſt, pœnitentiam, & ſequatur. Tertia, eſt Miſericordia. Pſal.... ibi vniuerſæ viæ Domini Miſericordia. Quarta, eſt iuſtitiæ,& Pſal.... ibi, quoniam nouit Dominus viam iuſtorum. Quinta, patientia eſt tribulationum. Io.cap.21.ibi, dicit Dominus Petro, tu me ſequere, & Pſal.76.ibi,in mari viæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis multis, Sexta, ſtudium ſapientiæ Dei, Sap.cap.3.& ibi, viæ ſapientiæ, viæ pulchræ, & omnes ſemitę eius pacificæ. Septima, eſt charitatis medio 1.Cor. cap.14.ibi, adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

ARTICVLVS IV.

Diuinam Sacerdotum eſſe inſtitutionem arguunt, quæ ſequi, non vitare eos oporteat,

Diuinis enim virtutibus conſtat ſacerdotium conſociari, adeo vt ad illud promoti, ſanctorum geniti, cenſeantur; Nam, vt habetur 40. diſt, in principio,& in eadem capitulo non nos, cum tribus ſequentibus ibi, ſunt enim filij ſanctorum, qui geſta exercent eorum, & morum nobilitas, non loci, vel generis Sacerdotes nobilitat, nam merita nos Deo coniungunt, non loca, vel ordines, circa quæ etiam culpæ periculum verſatur, ſi temperatio virtutis non adhibeatur medium,ſine quo aliquoties ſub virtutum ſpecie, vitia ſuggerant. Vt eſt pro parſimonia tenacitas, pro largitate effuſio, pro zelo iuſtitiæ crudelitas,pro pietate remiſſio, parſimoniam, & c. ſemper vitia, 41.diſt. Quare ſinceris mentibus eorum geſta componi oportet, nam ſecus vitio dantur, Diuo Auguſtino teſte in cap.ante omnia 40.diſt.ibi ais omnia peto cogit prudentia tua, nihil in hac vita eſt maximè hoc tempore faciliùs, & leuius, & hominibus acceptabiliùs Epiſcopi, aut presbyteri officio, ſi perfunctoriè, aut adulatoriè res agatur, ſed nihil apud Deum miſerabiliùs, & triſtiùs, & damnabiliùs, hactenus ibi.

Retento igitur, vt tam miniſtri, quàm Sacerdotes ex ſola ad ſacros ordines promotione, caſtitatis votum emittere debeant cap. nullum, & capitulo, quando 28.diſt.Non eſt, cur ſit dubitandum, quin Sacerdos peccato carere debeat, capiendo crimen pro peccato, accuſatione, vel damnatione digno capitul. Apoſtolus 81.diſt.Vt ad ea legis ſeruanda inſtituta teneatur, ad quę maiores Sacerdotes Apoſtolica obligat doctrina ad Timoth.capitulo 1.quia, qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt cap.Maximianus, eadem diſt.nec ſi ext innocentis vitę promotos,quam plures eſſe innoteſcat, ſiue promouentium id ſit incuria. Cùm Sanctorum cenſeantur inſtituta Patrum, vt qualis quiſque ſit Epiſcopus,tales ordinat clericos cap. tantis 81.diſt. Propterea Apoſtolus citato loco, tantopere vitam Epiſcopi formæ ibi, à ſe traditæ, reddere nititur. Nam ſumitur ex Leuit.ibi, ſi Sacerdos, qui eſt vnctus peccauerit, facier delinquere populum capitulo magnæ ex. de voto. Quia Prælati ſunt tamquam ſignum ad ſagittam, & in hiſtrionis vitam inſpiciunt, capit. qualiter, & quando ext.de accuſ.vndè Diuus Gregorius in capit.præcipuè.11.qu.3. ait, quod plures occidimus exemplo, quàm gladio, & tot mortibus digni ſumus, quot proximis noſtris mala exempla monſtramus, etſi, vt eſt Sacerdotis crimine carere, vt præfertur, eiuſdem eſt quoque compoſitus ita incedere,vt grauitate itineris, mentis quoque maturitatem oſtendat. Auguſtinus Incompoſitio corporis, qualitatem indicat mentis, ait; vitandæ pariter à Sacerdotibus ebrietates. Vnde Diuus Hieronymus 44.diſt. in princip.dum ab Auguſtino ad Aurelium ſcribenti refertur, ait ibi, Sacerdos de Altare viuere debet, non luxuriari, vt ibidem in comeſſatione, ait, quia comeſſationes etiam laicis moribus, qui feſtiuos,& ſolemnes dies, aliter dignè ſe celebrare non putant, niſi comeſſationibus deſeruiant doctorem, ſe quoq; Sacerdos exhibeat, pudicitijs, verbis,corporiſque moribus, ne in canis muti adagium incidat, iuxta Diuus Hieronymus ſent.in c. ſit rector 43.diſt. ibi Innocen.abſque ſermone conuerſatio quantùm exemplo prodeſt, tantùm ſilentio nocet. Nam latratu canum, & baculo paſtorum, lupi ſunt arcendi, in ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Vnde eſt attendendum, quod ſicut incauta locutio ad crimen pertrahit, ità indiſcretum ſilentium eos,qui erudire poterant, in errorem dereliquit; ſæpè namque rectores improuidi humanam perdere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis cuſtodia paſtoris ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt, quia veniente lupo, ideſt, diabolo fugiunt; dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Quos per Prophetam Dominus increpat dicens in Iſaia, ibi, canes muti non valentes latrare, hactenus ille. Diuinarum inſtitutionum diſſeminationem habere Sacerdotem non pigeat, quam ità præferre inuigilet, vt audientium mentibus prodeſſe ſtudeat ſedula ſollicitudine. Non autem, vt ſcientiæ ſuæ iactationi inuigilet, ſeque indignum Sacerdotio ob animi leuitatem eſſe præſeferat, & pariter. in fin. 40. diſt. eorundem quoque Sacerdotum eſſe, ſicuti, & Epiſcoporum patet. Vt ab ita ità ſe contineat,vt neminem percutere quoque contingat capit, quod autem, & cap.qui ſincera cum ſeq. 10. diſt.Vbi D.Gregor.ait, verborum correctione, & non verberibus Epiſcopos timere debemus, nec aſperis, ſed blandis ad fidem verbis aliquos prouocandos. Nec ſeueritate,ſed beneuolentia ſubditos corripiendos, & ſicut non vult quiſquam Patrum noſtrorum, ſe iudicio præ grauari, ita non audeat alijs inferre, quod ſibi non vult fieri, Corrigere quoque errānteſque in viam ſalutis reducere ſacerdotum quoque veluti Epiſcoporum eſt. Vnde D.Hieronym. in cap. ſed illud 45. diſt. ait.

Quæ

Quæ Miſericordia, quę benignitas vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere, nam ſæpè polluitur ex vno peccatore populus, ſicut ex vna pecude morbida, totus grex inficitur. Hinc dicitur rectorem ſubditus, pietas matrem, diſciplina verò patrem exhibeat. Non ſolùm autem Sacerdos percuſſoris nomen incidit ſi percutiat, ſed etiã qui inutili ſermone infirmorum conſcientias perturbat cap. ſed illud, & cap. ſeq. Aſſentatorum quoque, & maledicentium partes Sacerdotum eſt ſummopere vitare, ſicut, & proditorum, & ſcurras agentium, ioculatorumque, & fœnerantium, Nempè, cum huiuſmodi exceſſibus Sacerdotes ſint implicati, degradationis pęna Synodus Chartaginenſis mandat coercendos cap. clericus, el primo cum ſeq. 46. diſt. & quia auari hominis eſt omnium bona inuadere, quorum neceſſitatibus conſulere non quit. cap. ſicut 46. diſt. Propterea omni cura, seduloque ſtudio eſt à Sacerdotibus cauendum, ne obſcænis huiuſmodi flagitijs illaqueare ſe permittat.

Vlterius cauendum eſt, Sacerdotibus curæ præfectis, omnia Sacramenta per eoſdem ſuæ curæ ſuppoſitis, eſſe conferenda, ſicuti alienis abſtinendum ſit, cùm iuriſdictionis cauſam Sacramentorum collatio reſpiciat cap. interdicimus 16. quæſt. 1. Lap. de can. port. quià num 2. dummodo pleno fungi queat Sacerdotio cap. tabernaculum de conſecr. diſt. 1. Poſtremò cauendum, ne ad Sacerdotij miniſterium quis momentanea promotione aſcendat, ne propere in magiſtrum ſe exhibeat qui numquam ſe Diſcipulum exhibuerit. Innoc. in cap. cum in magiſtrum, ext. de elect. Nam culpis proprijs irretitus aliorum flagitijs, veniam præſtari, & poſtulare, ſeque ideo in Sacerdotem gerere commodè non videtur, cùm vt culpis proprijs indulgere, poſtulari indigeat 48. diſt. per totam. Triuiali nos lex antiqua prædocet, inſtituto corpore vitiatos à Sacerdotio repellenti 48. diſt. per totam. Poteſtas Sacerdotum à Deo collata, ità euidenter eſt, vt pretermiſſa quæ à Sacerdotali ordine, poteſtatis aſſequuntur. Demonſtratur etiam qualis, quantaque ſit in remittendis fidelium culpis, ac omnimoda remiſſione peccatorum, de qua Sacerdotum facultate Diuus Auguſtinus in lib. q. vet. & nou. Teſtam. ait. Quod inſufflaſſe in Diſcipulos Dominus legitur poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe, Accipite Spiritum Sanctum, Eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe. Quia enim omnia in traditione Dominica per Spir. Sanctum aguntur, idcirco cum eis regula, & forma traditur huius diſciplinæ, cum dicitur eis, accipite Spiritum Sanctum, & quia iure ad ius Eccleſiaſticum pertinet, ſtatim ſubiecit dicens, cui retinueritis peccata, tenebuntur, & cui remiſeritis remittentur ei. Inſpiratio hæc gratia quædam eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vndè ad Tim. cap. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum Presbyteri, ſemel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio iſta ordinis dono Spiritus Sancti eſſe crederent. Hucuſque Auguſtinus. Magna quippe ſunt omnia, quæ Sacerdotum opere ſunt fidelibus collata, ſed prę omnibus maximum tremendumque eſt illud, ſanctiſſimæ Eucharistiæ Sacramentum, cuius intuitu, Manus Sacerdotis inunguntur, vt dignius illud contingere quæ ant. Cardinal. de Turrecrem. in cap. præterea 23. diſt. in cuius promotione, etſi ab Epiſcopo, & alijs Presbyteris aſſiſtentibus fiat manuum impoſitio ſuper illus caput, & licèt Presbyterorum nomen, etiam fœminis competijſſe liqueat capit. fin. 32. diſt. cum id nominis intuitu ætatis, quæ ſeniores fœminas, tam vni viras, quàm matri viras, presbyteras inter fideles nuncupari placuit. Non tamen annus has presbyteras aliquod permiſſum eſt ſacrorum ſubminiſtrare, ſicuti nec permiſſum fuiſſe oſtenſum eſt diaconiſſis quando de diaconis dicetur, cùm munus ſacerdotale, tum quia eſt publicum, not. 5. Huius ſtudij de iuſ. & iur. denegatum eſt ſœminis, l. fœminæ ff. de reg. iur. tum etiam eſt illis denegatum, quia ſacrum cap. noua ex. de pœnit. & remiſſ. cap. licèt, canon de elect. in 6. cap. ſi quis de reb. Eccl. non alien. Soc. conſ. 36. rectè column. 3. 1. vol. eſtque conſecrandus presbyter, ſtola indutus, qua inſuper vti debet, etiam tempore, quo Euchariſtiam ſumit in infirmitate 23. diſt. 5. ſicut, & cap. Eccl. & ſecus agens excommunicationis nexui ſupponitur. Et ſicut reuerentia huiuſmodi à Sacerdotibus conſtat eſſe ſumendum, non minori quoque acceditur ad illud conſecrandum, adeo, vt formæ traditæ nil addi, vel detrahi præſumatur, cui formè in Concilio Carraginenſi, vbi D. Aug. interfuit, ſancitum eſt, de cætero nihil addendum, niſi Generali Concilio diſponente, vt latius ab Arch. in cap. Iacob. Et ſicut hoc Sacramentum ab Eccleſiæ Sacerdotalis ordinis proceribus, cultu, venerationeque præmiſſa eſt habitum, non minori reuerentia patet illud proſecutum fuiſſe alios Principes, qui Cęſaris ad Imperij iura ſunt prouecti, inter quos conſtat Cæſarem Iuſtini. in auth. & res Eccl. alien. 5. cultum, vbi inquit, cultum Dei in Eccleſijs Chriſtianorum duabus rebus conſtitituiſſe, recitatione ſcilicet ſacrarum literarum, & communicatione cœnæ Dominicæ, hæc ibi. Palam eſt enim omnia Sacramenta, ità à iure diuino inſtitutionem ducere, vt eſt Eccl. inſiſtenti pro priuatione iuris diuini, quod quatenus Sacramentorum virtute, eſt aſſecutus, illo iure non poſſit priuari, quantumcumque expreſſa ea auct. ratione ius illud auferre nicatur, præſertim, vbi ſit characteris impreſſio, vt liquet in presbytero defraudato, qui, degradatione non obſtante, ſi tamen altaris myſteria de facto celebrauerit, corpus Chriſti conficit. Vt eſt ordinis poreſtas gloſ. in capitulo degradatio, de pæn. in 6. Quia retinet illud ius diuinum. Huicque ſententiæ conuenit Panormit. in c. 1. & 2. ex. de ele. exc. Virtus Sacerdotalis, etſi ratione ordinis maxima, & admiranda ſit, celeberrima tamen ſuper omnia, ineffabili laude digna extitit. Quia corpus Chriſti, Sacerdotali conſecratione ſua conficit, & offert, quod eſt Sacramentum omnibus, alijs maius digniuſque, ac ſublimius, cap. nihil in ſacrificijs de conſecr. diſt. 2.

Quandoquidem huius Sacramenti oblatio omnia alia ſacrificia ſuperauerit. Cùm in illis carnes taurorum, & vitulorum, ablatas

tas

tas eſſe conſtat, in hoc verò corpus Chriſti, ad Hebr. cap.9. tum etiam ratione habita, quod nullum Deo fuerit hoc ſacrificio acceptius, Malach. cap.3. ibi: Placebit Deo ſacrificium Iuda. Alia inſuper eſt ratio ad ſublimitatem huius ſacramenti præferendam, quia omnia alia ſacrificia hoc præcedentia, huius veri fuerunt figuræ, vt fuit illud ab Abel, & quod ab Abraham, & Melchiſedech oblatum fuit, quia vt ait Card. de Turrecremata in dicto cap. nihil de conſecr. diſt.11. Iſtorum ſacrificia accepta Deo minùs fuerunt, niſi in fidem iſtius veri ſacrificij.

Admirabile igitur hoc Sacramentum alijs ſacramentis inſignius, quæ Sacerdotis conſecratum plenè admodum oſtendit, quanta ſit Sacerdotalis virtus, quantaque præſtet cæteris mortalium auctoritate, Ordo ipſe Presbyteralis declaratur quoque, quia Presbyteris, & non Laicis, vt impij allucinantur claues Eccleſiæ, ſunt traditæ, cap. benè, diſt.96. & diſt.31. cap.12. quæſt.1. cap. quodcunque, propterea diſtinctis moribus à Laicis, Sacerdotes differre oportet pariter, & habitus diſtinctos de facie. Nam talaribus veſtibus eſt Clericorum indui, 24. diſt. cap. pen. gloſs. in Clem. quoniam de vita, & honeſtate Clericor. quoniam indumentum inhoneſti coloris eſſe non debet, cap. perpendimus, 21. quæſt.4. & honeſtæ formæ, vt in dicta Clement. quoniam, & talis debet eſſe, vt Clerici etiam deferentis qualitas innoteſcat inter Laicos, cap. nullus eorum, & cap. Epiſcopi, 21. quæſt.4.

ARTICVLVS I.

Diaconatus inſtitutum iure eſt diuino in Eccleſia introductum, diuinorumque propterea exercitium habet.

SEquitur textus ibi: Diaconibus; Horum inſtitutio ſatis explicatur, in cap. Diaconis el 4. diſt. 93. fuit edictio D. Hieronymi in epiſtola ad Ruſticum Epiſcopum Narbonenſem. Vnde quemadmodum ibi plenè à viro ſanctiſſimo, ac doctiſſimo, de ipſorum ſtatu diſſeratur, vt ſumendum eſt, quod hìc minus plenè forſan ſit relatum. Diaconorum inſtitutio antiquioris legis figura ſumitur, quando Moyſes Dei præcepto Leuitas inſtituit Num. , , . cap.3. vbi Eleazar, & Athamar coram Aaron eorum genitore obſequio ſacerdotali functi ſunt, vrgenti enim diuino iuſſu, vt ex tribu Leui, vnde Leuitæ dicti ſunt, Miniſtri eligerentur inde ab Apoſtolico cætu conſtat Diaconos inſtitutos eſſe. Act. cap. 6. ne Sacerdotium Nouæ Legis minori obſequio conſtare inſeruientium reperiretur, quàm antiqua Lege diſpoſitum eſſet. Quorum munus Domini propterea actione obire placuit, quãdo in vltima eius cœna proprijs manibus Sacramentum ſanctiſſimi Corporis, ſuique Sanguinis ſingulis Apoſtolis diſtribuit, Matth. cap. 18. tum etiam quandò commonefaciens ad orandum Apoſtolos, dixit: Vigilate, & orate, vt non, &c. hoc munus pariter exercuit, quando prædicandi partes ſuſcepit. Ioann. cap.1.

Ideò in Eccleſia Diaconorum eſt Euangelium recenſere, Sacerdotibuſque aſſiſtere, perquiſitaque ad Sacramenta peragenda, præparare calicem, patenamque ſimùl ſuper Altaria deferre, oblationis ſacrorum hoſtias ſubminiſtrare, Altaria inducere, Crucem ferre, Subdiacono abſente, Miſſarum lectiones pro tempore currentes, vel epiſtolas recenſere, vel prædicare, cap. perlectis, & ibi gloſs. diſt. 25. Vſque adeo Diaconorum in Eccleſia ſtatus nobiliſſimus eſt, tum antiqua diuinæ legis inſtitutione, tum recenti Domini Saluatoris, vt ab Apoſtolorum ſenatu Protomartyrem Stephanum acquiſierint, qui ſua oratione pro perſecutoribus ſuis, ità Domino placuit, vt perſecutorem Paulum Eccleſiæ lucraretur, Act. cap.6. quod ſanctiſſimus Doctor Auguſtinus præmeditans in lib. chriſtianę veritatis, inquit, Si Stephanus non oraſſet, Eccleſia Paulo caruiſſet.

Sublimi, ac Illuſtri diui Leuitæ Laurentij martyrio, Diaconorum ordo illuſtriſſimus euaſit, necnon complurimorum Leuitarum ſanguine ſanctiſſimo, vt iugis eorum memoria, & præſentium reali adminiſtratione Eccleſia non deficeret, ſtatutum fuit, vt vnaquæque Ciuitas ad Apoſtolorum imitationem hanc Diaconorum inſtitutionem, ſeptem Diaconi iugi inſtitutione haberentur, cap. Diaconi el 3. diſt.93. Quòd vbi non ſeruatur, non modicum tepiditatis inducit argumentum, & contra Eccleſiaſticos ritus deueniatur, cap. quia per ampliationem, de teſt. in 6. Eſt etiam Diaconorum iuriſdictio, vt in Eccleſia populus compoſitè permaneat, commonere genuflectendum, ſurgendum temporibus ſuis, iuxtà inſtitutionem Eccleſiæ diſponentem, nedum Euangelium recenſetur ſedeat, vel genuflectatur, ſed erectus aſſiſtat, cap. Apoſtolica de conſecr. diſt.1. & gloſs. in Clement. ad noſtram. de hæret. verſic.8. fit autem Diaconorum promotio manuum impoſitione, diuerſa tamen ab ea, qua promouentur Presbyteri ad Apoſtolicas Diaconorum promotiones imitandas, Act. cap. 6. ibi hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt manus ſuper eos. In Diaconorum autem promotione verborum quædam præſcripta forma traditur eis Itala, Euangeliorumque codex, quæ verba, & præmiſſorum traditione de huius promotionis ſubſtantia eſſe non eſt dubium, ſicut manuum impoſitionem, vt ad Tit.1. cap.1. ibi: Moneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum; nec paſſim, & ſine delectu ad Diaconatus iura quis eſt aſſumendus, ad Apoſtolorum enim imitationem, deligendi ſunt viri, boni teſtimonij, & pleni Spiritu ſancto, Actor. cap. 6. conſtat enim inſigni viros probitate eſſe promouendos, cùm in Apocalypſis cap. 10. ſeptem Angeli, ſeptem Diaconi appellentur, & lib. eod. cap.1. ſeptem candelabra aurea nuncupentur ob Chriſti Euangelij lucem, per eos cæteris propalandam, & eod. lib. cap.1. ſeptem dicuntur toni ruere ad terrorem, quæ non facientibus fructum incurere debent, eorum monitis, & Euangelij prædicatione, vt ibi: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, &c.

cap.

cap. quamuis Eccłſia, de decim. Propterea tubas Angelorum Diaconos repræſentare fertur, dicto cap.10. quia ad imitationem præconis diuina monita promulgantur, & reuerentiam in templis Domini orandi, & genuflectendi.

Quare non fruſtrà, ſed neceſſariò eaurum ſanctorum ſtatutis Patrum eſt matricibus Eccleſijs, vt præmittitur ſepteno numero Diaconos fore inſtituendos, cap. Diaconi, & cap. ſeq. 93. diſt. horumque miniſterium in chriſtiana republica catenus inualuit, vt mulieribus quoque innumera Diaconorum pietatis opera Diaconos imitari placuit, catenuſque Diaconis adæquari, vt diaconiſſæ nuncuparentur, quas ad pauperes alendos, captiuoſque redimendos, compluraque pia exercenda intentas cùm fideles pernoſcerent, præter id, vt Diacoοorum, nomen ſibi vendicaſſent, magna ſunt reuerentia habitæ.

Quas liquet fuiſſe anus, ſuæque ætatis quinquagenarias, text. in l. nulla, C. de Epiſc. & Cleric. nec minoris ætatis ex Apoſtoli præcepto ad id muneris aſſumebantur, quas inſuper ſi de facto ad illius ordinis munus promotas diceretur, nulla characteris fiebat impreſſio, gloſs. in cap. diaconiſſam, 27. qu.1. facit text. in cap. ſacratas, & cap. mulier, 23. diſtinct. nam quantumcumque eſſent virgines, & ſacro velamine conſecratæ, tamen incenſum ad Altare, pallas, aut ſacra vaſa contingere nequeunt, cap noua, ext. de pœnit. & remiſs. nec aliquam ſacri ordinis exequi actionem, vel quod Abbatiſſæ munus gerant, vel pro Sanctis habeantur, & ratio ibi, redditur in textu, quia licèt ſanctiſſima Mater Domini ſanctitate Apoſtolos excederet, ac fide, claues tamen Eccleſiæ, ei non ſunt demandatæ, proue Apoſtolis traditas fuiſſe conſtat, quia, vt aiunt ſcribentes, in dicto cap. noua, in ſacramento requiritur res, & ſignum, cap. cùm Marthæ, ext. de celeb. miſs.

Nam Clericus quando promouetur, coniungitur Eccleſiæ, tamquam ſponſus ſponſæ, quod myſticum non procedit in ſœmina, cùm ipſa in ſtatu ſubiectionis, & non præeminentiæ verſetur, ad Timot. 1. cap. 2. ibi: Mulierem docere non permittas, nec dominari in virum, & huius dicti eſt perſpicua ratio, quia cum viro malè parilitate vſa eſt, vt Euæ eſt exemplum, ideò viri eſt ſubiecta poteſtati. Geneſ. cap. 3. ibi: & ſub viri poteſtate eris, cùm caput mulieris ſit vir, 33. quæſt. cap. mulierem.

Aliaque inſuper redditur ratio, quia diuini præcepti præuaricatio ab Eua incepit, ne iterum ſœminæ earum facilitate labantur iterata præuaricatione. Vnde in ſignum earum ſubiectionis, introductum eſt, vt comam intonſuratæ capillationis deferant, cap. quæcunque, diſt. 30. idque ità verum eſt, vt ſi quæ mulier ſibi comam dempſerit, vt in dicto text. ponitur, anathematis pœna puniatur, Rom. in ſingulari ſuo 600. Pan. in cap. ſi quis ex Clericis, de vita, & honeſt. eademque in ſignum ſuppoſitionis cauſa, debent quoque velato capite incedere, 15. quæſt. 3. §. his ità, & eo magis etiam Sacerdotij incapax mulier cenſetur, quia de imagine non retinet, proue homo, quia vir eſt imago, & gloria Dei, ad eiuſque ſimilitudinem conditus, cap. hæc imago, 33. quæſt. vlt. quantumcumque quo ad animam conſimilitudinem aliquam cum illo retineat, iuxtà Doctor. in dicto cap. hæc imago, vt dicto cap. nona, & propterea his attentis non permittitur mulier prędicare, vel docere gloſs. in dicto cap. noua, & ſcribent, in dicto cap. mulieres, 33. qu. vlt. ſicut etiam. Iudicis munere fungi prohibitum eſt, 15. quęſtione 3. §. ècontra, & §. ſœminæ, ff. de reg. iur.

Diaconorum ætas etiam conſideratur Archid. in cap. cleros, 21. diſt. num. 9. vbi ait in 25. annis, & ſupra iuſſi ſunt in tabernaculo deſeruire tamquam ætatis robuſtæ aptiores ſint ad onera vtenſilium deferenda, veluti ad Arcam Fęderis deportandam, menſamque propoſitionis, & Tabernaculi vaſa, cap. in vereri, 77. diſt. & ità Dominus inſtituiſſe atteſtatur text. in cap. 3. Numer. ibi locutus eſt Dominus ad Moyſem, applica tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron Sacerdotis, vt miniſtrent ei: & excubent, & obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiant vaſa ſeruientes in miniſterio eius: Dabiſque dono Leuitas Aaron, & filij eius, quibus traditi ſunt à filijs Iſrael. Aaron autem, & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij, externus, qui ad miniſtrandum venerit, morietur, Vnde eſt, vt in memoriam eorum arcam deferentium recolitur, vt ſtola ſuper ſiniſtrum humerum Diacoois præponatur, cap. vnum, 25. diſt. & ieiunij diebus in ſignum maioris oneris caſula complicatur, quia quicquid laboris in hac vita ſuffcrimus, tamquam in ſiniſtro portamus, donec à ſiniſtro tranſeamus ad dexterum, vt requiem habeamus, hactenus text. alleg.

Diacoοorum eſt etiam laus, quia vltrà mira, quæ eorum inſtituto deſignantur, videlicet, de candelabris aureis, quia inſigni virtute pollere debent, tum etiam, quia Epiſcopi pontificalia non aliàs exercent, niſi Diaconis aſſiſtentibus, & etiam, quia à Domino eorum, vt præmittitur, proceſſit inſtitutio, in eiſdemque Apoſtolorum proceſſit obſeruatio, vt latiùs ab Archidiac. de mente diui Hieronymi fertur in cap. Diaconi, diſt. 93. Diaconorum eſt quoque, vt mentis oculo ſint præditi, purique corporis acie, & oculo adminiſtrationis prouidi, ac vitæ moribus pudici, cap. Diaconi el 2. & ibi Archid. 93. diſt. Epiſcopis, vel Presbyteris veniam præbentibus, prædicare, baptizare, Euchariſtiam ſubminiſtrare queunt, cap. nonnulli, vbi Archid. diſt. 93. Morum indicta probitas à diuo Apoſtolo, quæ requiratur oſtenditur àd Timot. 1. cap. 3. ibi Diaconos ſimiliter pudicos non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes miſterium fidei in conſcientia, &c.

Sacerdotum tamen tunc vrgente iuſſu cùm alias nequeant, ſacratas, adhuc manus non habentes Sacramenta illa tangere, inquit diuus Thom. in 4. diſt. 13. Sacerdotibus debent eſſe ſubiecti, nec eis ſe præferre, cap. Diaconi, el 3. & Archidiac. in dicto cap. Diaconi, el 4. diſt. 93. quia humilitate inſignes ſiunt, quæ ibi eſſe non poteſt, vbi eſt hypocriſis dominium, cap. tolle Trinitatem, de pœnit. diſt. 2. quæ ea ratione Diaconis licere

palàm eſt, quia à Domino ità cautum eſt, vt Sacerdoribus adſiſtant a prima eorum inſtitutione, dictu cap.3. Numer. duplicique nomine Leuitarum, videlicet, & Diaconorum, ideò cenſentur, quia Leuitæ ſunt dicti ratione originis, Diaconi verò ratione miniſtrarionis, iterum namque inſtar illorum Sacerdotibus in templo aſſiſtunt, eiſque miniſtrant, notat. in cap. Diaconi Eccleſiæ, diſt.93. de quibus loquens Archidiac. in cap. oec is, 15. quæſt.1. ait, Leuita, ideſt Sacerdos. Leuitę ſimiliter erant in Ciuitatibus reſugijque miniſtri teniſſionis, & ſeueritaris dicrbantur, quia eorum erat tueri confugientes ad Ciuitates ipſas, cap.fin. 23.quæſt.5. dignitas quoque Diaconatus cenſetur, cap.ſi quis poſt acceptum diſt.51.

Præterea tenentur Diaconi ad caſtitatem ſeruandam, cap.omnino, diſt.31. cùm à promotione Subdiaconatus quis caſtimoniæ fiat obnoxius, cap. lex, diſt. 31. non ſecus, quàm conſtituti in ordine Epiſcopatus, & Presbyteratus, in quibus vſque adeo ea caſtitatis requiritur virtus, vt bigamus ad huiuſmodi ordines promoueri queat, vnde facto promotus diſpenſationem, an aſſequatur eſt dubitatum quantumcumque Papa poſſit poſt factum diſpenſare, gloſs. in dicto cap. lector, diſt.34. refert Archidiac.in cap. quicumque, diſt.50. Confertur Diaconatus cum Epiſcopi benedictione, cap. Diaconis, diſt. 13. dummodò morum grauitate polleant, vt Sacerdotes corporis inceſſu, amictu, riſuque dentes non detegant, refert Archidiac. de mente Euſeb.Cęſarienſ. in cap.Clericus, diſt.41. Ne autem ſuarum dignitatum eminentia limitetur, oportet clericaliter vitam degere, quoniam ſi incompoſitam ducant vitam, priuilegijs ſuarum promotionum nudantur, nec illis ſtui permittitur, cap. ſi apud, 23. qu. 5. exceptis tamen priuilegijs ſoti, & in canonem incidentiæ, cap.3. 3. quæſt. 1. cap. Dominus, diſt. 93. cap. in audientia, extra de ſent.excomm.

Promouetur Diaconus ab Epiſcopo, iuxtà ritum Apoſtolicum, Act. capit. 5. manuum Epiſcopi impoſitione, traditoq; Euangeliorum, lib. Epiſcopus ſuperaddit; accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia, tam pro viuis, quàm pro defunctis, iam præmiſſum eſt, diaconorum eſſe Euangeliorum lectione, vel cantu in Ecelesia recenſere, tamen non vbilibet, ſed in loco eminentiori pluribus id exigentibus, tum vt ab omnibus audiatur iuxtà illud Eſaiæ ibi, ſuper montem excelſum aſcende, tu qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam; Tum etiam vt detur intelligi Euangelicam veritatem, non in cauernis, & ſecretis locis eſſe denunciandam, Matth. cap.10. ibi, quod dico vobis in tenebris, prædicate ſuper tecta, ibi, gloſſa ait, ideſt publicè, & palàm, & etiam vt referatur actus operationis diuinæ in monte peractæ, Matth. cap. 5. ibi, videns Ieſus turbas, aſcendit in montem, cùm etiam vt ſitus altitudine ſpiritus proferentis pariter extollatur de vitio ad virtutem, cap. infames, 3. qu.7. ibi, cuius vita deſpicitur, teſtat, vt eius prædicatio contemnatur.

Alia quoque ratio eſt, vt altitudo Euangelij, eiuſque ſapientiæ, de qua in Cantica, vbi dicitur eſſe puteum aquarum viuentium, quæ fluunt de Libano, demonſtretur, puteum enim eſſe cenſetur ob myſterij profunditatem, & aquarum viuentium refertur ad veritatis limpiditatem ob ſpiritus viuificationem, vt ad Rom. cap. 1. ibi, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum; ita quod in me promptum eſt, vobis qui Romæ eſtis euangelizare, & illud, fluunt de Libano, refertur ad ornamentum inſtitutionis, iuxtà Pſalm. 49. ibi, peccatori autem dicit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum, per os tuum, & hæc ſunt reſpicientia munus reuerentiæ, cum alijs quinque adhibenda à Diacono in cantu Euangelij.

Secunda circumſtantia eſt, quia Euangelium recenſendo facies ad Aquilonem vertitur ad arcendas tenebras ex fidelium cordibus, luce Euangelica prouenientes à frigiditate charitatis, vt frigus Aquilonis Euangelicæ charitatis, caliditate expellatur, iuxtà illud Cantic. cap.4. Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius, quia proprium eſt Euangelicæ veritatis tenebras reijcere. Ioan. cap.1. ibi, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Tertia, alia Diaconi Euangelium decantantis, eſt obſeruatio, quia ſalutat populum exorando Deum, populo adeſſe, vt poſſit ei opus contribuere Euangelij illicò recenſendi, quando ait: Dominus vobiſcum; populo reſpondenti: Et cum ſpiritu tuo, vt eius ſpiritui Deus ſuffragium porrigat. Eſa. 148. ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia, vbi gloſſa art. 1. Euangelium ideſt quæ doctrina niſi Domino aſſiſtenti non ſuſcipitur.

Aliam, & ſic quartam Diaconus init obſeruationem, quia ſigno Crucis Euangelij codicem conſignat ea ratione, quia Saluatoris crucifixi doctrinam continet, ac opera, ſeque ipſum deindè conſignat in fronte, ac in pectore in fronte, quia eſt Sedes verecundiæ, & gloriæ ad denotandum ſe non erubeſcere ob Euangelium, ſed magis in Cruce gloriari Apoſtolum imitando ad Rom. cap. primo, non erubeſco Euangelium; virtus enim Dei eſt omni credenti, Iudæo primùm, & Græco. Deinceps ſe in ore conſignat, vt confiteatur virtutem in ſalutem, iuxtà Pſalm.50. ibi: Domine labia mea aperies, & os meum, &c. In pectore ſignum pariter ponit, vt indicet ſe corde credere ad ſalutem, vt ad Rom. cap.10. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.

Obſeruat Diaconus, & quintò, quia prolata Euangelij ſequentia, ſe vt præmittitur conſignans ad Orientem faciem vertit, quaſique ad Hieruſalem, quia exindè prodije Euangelium, vt habetur Eſa. cap. 2. ibi: de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

Sextò, & aliud Diaconus obſeruat, quia abſoluto Euangelio illud oſculatur, & oſculandum præbet ſacerdoti, ad indicandum eum eſſe librum Saluatoris, qui populo ſuo reconciliationem pariter, & pacem attulit, ipſe pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, ad Ephel. cap. 2. videant impij, hæc reputantes

ſu-

Digitized by Google

ſuperſtitioſa, quàm impias proferant blaſphemias.

Huiuſque promotionis virtnte conſtat, vt quis ad Archidiaconatus officium promoueri queat, cap. cùm in cunctis, §. inferiora, extrà de elect. Card. in Clement. 1. de offic, vic. 20. q. In caſu etiam neceſſitatis baptizare poteſt, & confeſſionem auricularem audire. Idem Card. in Clement. 1. de Bapt. 1. q. Verùm quia ſuſcipientes ſacra munera, ſanctè decet vitam ducere.

Ideò Diaconi, vel Subdiacoui, notoriè fornicantes Eccleſiæ priuantur ingreſſu; ſicut etiam ſi prauitatis ſimoniacæ crimine fædantur. Vnde ſi presbyteri euaſerint ab eorum ſubditis euitari poſſunt, in eorum officijs, cùm eorum benedictio in maledictionem verti dignoſcatur. Archid. in cap. ſi qui. 81. diſtinctione.

Etſi ætatis ſint legitimæ adeò, vt breui ad ſacerdotium promoueri queant, ad animarum curam eligi valent, cap. quando, vbi gloſſa 28. diſt. Et quia horum iam fuit in Epiſcoporum tutelam ſe præſtare, ne non infidelium impetu Epiſcopi prædicantes impedirentur, & etiam Epiſcopis cleri culpas detegere; Oculi Epiſcopi, propterea Diaconi iure canonum appellantur, cap. Epiſcopus, & ibi Archid. de conſecr. diſt. 1. cauſa autem, qua Diaconi in ſeptennario numero Epiſcopo celebranti aſtare debeant, non ignoratur, cùm id fiat ad imitationem de ſeptennario numero diaconorum, ab Apoſtolis inſtituto. Act. cap. 6. Tum etiam, quia ſeptennario numero vniuerſitatis perfectio deſignatur, & etiam quia robur Eccleſiæ ſeptiformi gratia Spiritus ſancti confirmatur, & in charitate corda fidelium adunentur, Cardinalis de Turrecremata in cap. Diacoui, 93. diſtinctione. Vbi conſtat diaconorum ordinem, vt ſacerdotum miniſtros, presbyteris referre non poſſe. Reprehenſioneque tunc dignos euaſiſſe, cap. legimus, 93. diſtinctione, quod locum non habere videtur in Card. diaconis, qui presbyteris non Card. ſunt præferendi, argum. cap. præcipimus, 93. diſtinct. & etiam, quia eis præſunt, vt latiùs ſupra in verb. Card. oſtenſum fuit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Subdiaconatus ordinem diuinitùs inſtitutum eſſe.

NVnc Subdiaconatus ordinem in antiqua pagina in figura Narineorum proceſſiſſe. Eſd. lib. 1. cap. 8. reperitur, Scriptura enim ſatis inſinuatum eſt, Dauid Regem hunc ordinem inſtituiſſe, vt ab eo Leuitis ſubminiſtraretur. Vnde eſt, vt illi humilitatis cauſa in l. noua Subdiaconi nuncuparentur, quia Leuitis diaconis hodiè nuncupatis ſubminiſtrent, cuius figuræ complementum, ipſe Dominus proprio miniſtrandi modo compleuit, quando ad nuptias aquam in vinum commutauit. Ioan. cap. 1. necnon quando Diſcipulis in Cœna nouiſſima pedes lauauit. Ioan. cap. 13. cui ordini continentiæ votum eſt iunctum, cap. lex, 31. diſt. & cap. omnium, 32. diſt. & cap. multis, extrà de ætat. & qualit. ordin. Horumque Natineorum inſtitutum apud Hebr. vſque poſt aduentum Domini, eſt frequentatum. Ioan. cap. 1. vbi Dominus ipſum Natanaelem commendatione proſequitur, ibi, ecce verus Iſraelita, in quo dolus non eſt, linguaque Hebræorum, Natinei dicti ſunt, quòd lingua noſtra importat Idem, quod Deo ſeruientes, ſiue oblatos.

Munuſque ipſorum, huius ordinis eſt oblata Eccleſiæ recipere, Altarique ſiſtenda diaconis deferre, ſicuti etiam Patenam, & Calicem, vrceolum cum vino, aliumque cum aqua, mantileque, & manutergium Epiſcopo, vel ſacerdoti litanti porrigere, aquam eis, manus ſibi lauanti præbere, corporaliaque inſuper, & ſubſtratoria munda reddere: Propterea in Lege vereri immundis veritum ſit, ſacra vaſa tangere. Eſa. cap. 52. ibi, mundamini, qui fertis vaſa Domini. Ideò huiuſmodi promotis continentiæ lex imponitur, 31. diſt. cap. lex, & cap. omninò ab Epiſcopo in Eccleſia matrice promouetur Subdiaconus eo ſibi Patenam vacuam, vacuumque Calicem porrigenti, hiſque prolatis verbis, videlicet. Vide cuius miniſterium tibi traditur, & illud impleas, eodemque contextu de manu Archidiaconi coadiuuantis, accipit, vrceum cum vino, & alium cum aqua, mantileque, & manutergium.

Prætereà dat hæſitandi cauſam, quod hodiè ex recepto vſu, vt Subdiaconus lectiones in Eccleſia perlegens, ad publica Altaris myſteria Lectoris officium vſurpare videatur, & eò magis, quia tex. in cap. diaconi, 93. diſt. refert, Diaconi partes fore Euangelium legere, de ſubdiacono nullo habito verbo. Sed non reſiſtit difficultas, quia tempore quo ſanctiſſimum Altaris Sacramentum, ſeu Sacrificium cœpit offerri, ſola Dominicali Oratione, & collecta oblatum reperitur, ſed poſteà reformatis celebrationis ritibus, additiſque Euangelij, & ſanctæ Scripturæ lectionibus, ſicut diacono tamquam digniori inſignioris lectionis, & ſic Euangelij, ſeriem in Eccleſia recenſere iniunctum fuit, vt in ſubdiacono ſtatutum eſt minùs digna recenſere, quadam ſolemnitate addita, quod ſi lector, vel alius eo ornatu, quo à ſubdiacono recenſetur, perlegeret, ita graui illaquearetur culpa, vt niſi à Papa ſecum diſpenſaretur, irregularis permaneret, nec ad ſuperiores ordines promoueri poſſet, capitulo primo, & ſecundo, extrà de cler. excommun. ſed citrà ornatum illum, poſſunt lectiones huiuſmodi decantari à quocumque laico, canonico tamen in impedimento non detento; ſcribentes in capitulo vt quiſque, extrà de vita, & honeſtate cleric.

Subdiaconi inter Miſſarum ſolemnia promouentur. Speculator in lib. rat. diuin. offic. lib. ſecundo, in rubrica de ſubdiacon. Sed an cum ſubdiacono poſſit à Papa diſpenſari, adeò, vt matrimonium contrahere queat. Archid. valdè ſubſtetiſſe oſtenditur, in capitulo ſicut quidam, 25. quæſt. prima, vbi Domini Vgonis Card. partem affirmatiuam tenentis, ſententiæ adhæſiſſe conſtat, qui non ſolùm in ſubdiaconis cenſuit Papam poſſe diſpenſare, ſed etiam cum in Monachatu conſti-

ſtentis, quàm diſpenſationem, idem Card. permittendum eſſe cenſuit, ſi hominum magna ſtrages, aut bellorum incendia ſupereminent, ne quod charitatis ſtudio ſtatutum eſt, vt vouere Domino, & reddere oporteat, contra charitatem obſeruaretur diſpenſatione denegata Eccleſiæ illud membrum periclitaretur, contra text. C. magnæ, extrà de voto. Quod diſpenſationis ſuffragium, ſi habuit locum in voto, quod iure diuino conſiſtit, à fortiori etiam ſequendum eſt in diſpenſatione ſubdiaconatus.

ARTICVLVS II.

Acolythos iure diuino inſtitutos eſſe reperitur.

COnſtat enim hanc vocem Acolythi à Græca dictione deriuari, quæ Latinè, idem quod Ceroferarium denotat, eſtque officium hoc antiquioris legis inſtituto figuratum. Exod. cap. 17. ibi præcipe filiis Aaron, vt offerant oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum, vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij, & collocabunt eum Aaron, & filij eius, vt vſque mane luceat coram Domino. Nec refrrre videtur, quod à ſacerdotibus antiquioribus exrrcebatur iuxtà text. in cap. non debet, extrà de conſang. & affin. quia multa in lege veteri immutata ſunt, & alia ſuper addita leguntur, ſicuti etiam in lege noua, vt eſt Paralipomen. 1. cap. 23. vbi inquit Dauid, non erit officium Leuitarum, vt portent vltra tabernaculum, & omnia vaſa eius adminiſtrandum.

Manus hoc Acolythorum luminaria deferentium, quando Euangelium recenſetur, & ſacrificij fit oblatio, myſtico iudicat ſenſu aduenîſſe lucem illam, quæ illuminat omnem hominem in hunc Mundum venientem. Ioan. capitulo primo, & eorumdem quoque Acolythorum eſt præparare requiſita vaſa ad ſacrorum myſteria exequenda.

Huiuſque ordinis figuram luminaria reſpicientem Dominum ſuæ diuinitatis opem tunc expleuiſſe cernitur, quando Ioan. cap. 7. inquit, ego ſum lux Mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Quam diuini luminis lucem Eccleſia mater ſub corporalis luminis ſigno ita repræſentat, ad indicandum hoc lumine prædicantium verbo quouſque fidelium poſſe illuſtrari mentis cæcitate, & tenebris depulſis.

Seruiunt inſuper ſubdiaconis Acolythi, dum præparant vaſa, vinum, & aquam, capitulo Acolythus, 23. diſt. cap. prrlectis, 25. diſt. Acolythos præterea in ſortem Domini eſſe aſſumptos, clericalique ordini aſcriptos, patet ita Eccleſiæ eſſe alligatos, vt clericorum nomine, veluti alij miniſtri nuncupari queant, capitulo cleros, 21. diſtinct. adeòque hoc verum eſſe videtur, vt Nicol. Plou. in tract. de mod. dicen. hor. canon. quæſt. 4. ſic pariter ſenſerit de mente Alber. Ratiſponen. opus: eſſe obligatos clericorum aliorum munus obire, & ſic ad orationem, & ſi non ad horas canonicas, ſaltim ad ſeptem Pſalmos ſingulis diebus, vel feſtis ſaltim, iuxtà receptum vſum loci, dummodò aliàs ſtudijs literatum non ſint mancipati.

Quod nimium limitatè videtur, cùm homines non eſſe liqueat, & aſſiduè à peccato inuadimur, aſſiduè quoque medicinam paratam, nos habere expediat, cap. fin. 4. diſt. Myſticum ergo munus eſt Acolythorum ex illa materiali luminum delatione, refert Archid. in cap. Acolythus, 20. diſt. ibi Acolythi ferant cereos accenſos, dum legitur Euangelium, non vt tenebras aeris illuminent, ſed vt proximis opera lucis oſtendant. Idem ait, in cap. perlectis, 25. diſt.

Huius ordinis promotio ab Epiſcopo conficitur porrectis vrceolis, & vinum cum aqua ad myſterium Altaris exercendum; Dumque huiuſmodi inſtrumenta Epiſcopus porrigit, hæc inſuper addit verba, videlicet, accipe vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in Calice pro Euchariſtia, qua etiam ad abluendas manus ſacerdos vtitur, vt per Archid. in d. cap. perlectis, 25. diſt.

ARTICVLVS I.

De Exorciſtis, & eorum munere.

EXorciſtarum nomen à Græca quoque voce prouenit, quod idem importat, quod adiurans, de quo habetur per Luc. apud Act. Apoſt. cap. 18. vt etiam text. cap. 1. 25. diſt. & cap. Exorciſta, 23. diſt. de hoc ſimiliter à iure diuino habetur inſtitutio vtpotè ex legis veteris figura, de qua Ioſephi narrat hiſtoria de Eleazare ſacerdote à Salamone edocto modum exorcizandi inmundo ſpiritu obſeſſos, vnde Exorciſtæ nomen ſumpſiſſe dignoſcitur, quod noua lege Dominus noſter pleniſſimè expleuit Ioan. cap. 7. quando à Maria Magdalena ſeptem dæmonia eiecit, ideſt, ſeptem lætalia peccata, ſua prædicationeque eam liberauit, Marc. capit. 16. & Luc. cap. 7. Hoc munere præfefertur in Eccleſia vigere hominum ſtudia, quorum adiurationibus, ideſt, bonis conſilijs inſtar Exorciſtarum liberantium à malignis ſpiritibus obſeſſos, arceantur homines à malis operibus, & nequitijs, iuxtà quod huic ordini à Toloſano eſt iniunctum Concilio, cap. perlectis, 25. diſt. & gl. 1. cap. Exorciſtæ, 23. diſt.

Huiuſque ordinis ſubſtantialia conſiſtere liquet ea verborum forma ab ore Epiſcopi ad promotum directa, abiurationum codice ſibi porrecto, dum Pontifex ait. Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue cathecumenum, cap. Exorciſtæ, 23. diſt. vbi Archid. inquit, & nota, quod Eſdras auctores templi hos nominat, ibi inuenimus nunc Exorciſtas in templo Dei, quorum exorciſmus conſtat à dæmone obſeſſos liberari, virtuteque diuina magis, quàm naturali, quicquid ſecùs, & malè nonnulli ſentiant, refert Cardinalis de Turrecremata in cap. ſacerdotis, de conſecr. diſtinctione 4.

Nec ab alio poteſt Exorciſta promoueri, quàm ab Epiſcopo, capitulo non oportet,

69. di-

69. diſtinctione, & in exorciſmi executiones, ſex obſeruantur, cap. poſteà, el ſecundo de conſecr. diſtinctione 4. Maiotiſque virtutis in nouo Teſtamento Exotciſtas fuiſſe, quàm in veteri demonſtrat idem Card. in capit. 1. 75. diſt. 3.

ARTICVLVS I.

De ordine Lectoris.

SVbindè eſt ordo Lectoris huius figuræ; Eſdræ habentur geſta, capit. 3. quia quod ab eo legebatur, ita diſtinctè, & clarè, vt à ſingulis apertè perciperetur, vt eſt huius ordinis partes conſimiles imitari, cap. cleros, 21. diſtinctione, inter hunc Lectorem, & Pſalmiſtam aliqua verſatur differeutia, quia Pſalmiſtarum eſt canere, vt audientes ad deuotionem excitentur, ac perſonoram vocem compellat aliquos ad ſalutatis luctus præmia promerenda. Lectorum verò eſt panem, fructuſque nouos benedicere.

Quorum munia legendi, aut pſallendi aſſumit nemo, qui ab Epiſcopo promotus non fuerit ſub illa verborum forma, videlicet. Accipe, & eſto relaxator verborum Dei, habiturus ſi fideliter, & vtiliter officium impleueris, partem cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerunt, codice cum ſerie legendorum porrecto, quam verborum formam cùm codicis porrectione, & promoti receptione huius ordinis ſubſtantialia eſſe paret.

Conſtatque hoc munus proprio actu à Domino expletum quando in medio ſeniorum librum Eſaiæ cap. 41. perlegit, ibi, ſpiritus Domini ſuper me, eo quod miſerit me cap. vnic. extrà de Sacram. vnit. etiam atteſtatur Lucas cap. 3. habetque ordinis huius ſignificatum, vt legendi myſterium eatenus Eccleſiæ eſſent vſui, vt præuia lectione ab improbatis motibus fiat receſſio, & per iuſtitiæ ſemitas incedatur. Nec motu ſolius promoti munus hoc additur, ſed vocatus accedit, vt verbum illud accipe, declarat, quia aliena manu accipitur, propria verò ſumitur cap. ſi ergo 8. quæſt. 1.

In ipſa promotione dicitur relator, non prædicator, quia non eſt lectoris prædicandi munus exequi, ſed Sacerdotis cap. adijcimus 16. quæſt. 1. & ità refert Archid. in cap. elect. 23. diſt.

Huius ordinis profeſſoribus ad annos pubertatis peruenientibus, ne patrimonium Chriſti pauperibus ſumant, deindè ad nuptias conuolent; eſt intimandum, vt vel continentiam voueant, vel modò vxores ducant, iuxtà tertium Carthaginenſe Concilium 21. q. 3. cap. 1. quod iuri conſonum videtur præſertim ad Tit. beneficij non volentibus ad vlteriora promoueri cum non tuta conſcientia id agere queant iuris diſpoſitione, qua ad fructuum reſtitutionem tenentur cap. commiſſa ext. de elect. lib. 6. etſi præmiſſa non ſint in vſu, tamen frequentanda eſſet, quia præter id, quod ex parte conſimilia perpetrantium deliuquitur, infertur etiam præiudicium deſiderantibus promoueri, qui magis proficerent, & ità ſentit Durand. in tract. de mod. gen. Conc. celeb. rub. 34.

Stolæ tamen vſus lectori non permittitur, ſicuti nec Pſalmiſtæ, & etiam Subdiacono, quamuis pſallentes reperiantur, quibus nec ſolùm ſtola denegatur, ſed etiam alia Diaconorum, vel Sacerdotum ornamenta. Cardin. de Turrecrem. in cap. miniſtrum 24. diſt. nec pueris ordo huiuſmodi conſertur, niſi neceſſitatis cauſa, & tunc recipient poteſtatis ordinem, quando in ætate erunt, quemadmodum promoti ad Presbyterium ſine beneficio, qui claues exercere non poſſunt propter defectum materiæ, ſicuti in pueris ob defectum ſcientiæ, & ætatis. Card. de Turrecrem. in cap. perlectis 25. diſtinct. num. 15. & etiam conſtat lectorem notarium nuncupari à notis ideſt legendis.

Idem Card. in cap. Monachis 77. diſt. vbi ſubdit, vt in quibuſdam notarius dicatur lector.

ARTICVLVS I.

De ordine Oſtiarij.

AD ordines enim ſacros non peruenitur niſi per tranſitum ad inferiores ordines, vt eſt inter alios Oſtiariatus, & & cæterorum gradatim, quorum ordinum Archid. in cap. Cleros 21. diſt. de mente diui Dionyſij refert eſſe triplicem qualitatem, alium videlicet, eſſe purgatiuum, alium illuminatiuum, alium verò perfectiuum, adeò, vt ordines ſecundùm tres huiuſmodi actus diſtinguatur, vt patet; Nàm purgandi triplex modus eſt. & Oſtiarius, quia templi materialis claues retinet, eſt ſuum hanc purgationem perficere, quia bonos ingredi permittit, malos verò expellit; eſt quoque purgario templi ſpiritualis, quæ eſt, duplex, nam quatenùs refertur ad corpus, pertinet ad Exorciſtam, qui purgat corpus à dæmone obſeſſum, vel refertur ad animam, & hæc pertinet ad Acholytum, qui luminaribus fugat, ne dum tenebras materiales, ſed tenebras ſpiritus, cùm referatur ad lumen, quo omnis anima credens illuſtratur, vt ibi, Ioann. erat lux vera: eſt & ſecundus actus illuminatiuus, de quo tripliciter dicitur, cùm illuminatur quis eruditione veteris Teſtamenti, quæ ad Lectorem pertinet, cùm ad eum pertineat Teſtamentum vetus legere, vel refertur ad ſplendorem gratiæ, & hoc pertinet ad Subdiaconum, cuius eſt epiſtolam legere, vel refertur ad ipſius ſplendoris fontem, & hoc ad Diaconum pertioere conſtat, & ſi referatur ad ordinem perfectionis, pertinet ad Sacerdotium, ſiue Presbyterium.

Neque his reſiſtitur, vt ibi. Archid. ſubdit, quod iuxtà relata exorciſta deberet præcedere lectorem, cùm ſumatur ab actu purgandi, qui eſt minùs dignus, quàm actus illuminandi, ſecundùm quem ſumitur lector, quin reuera ordines ordinantur ratione actus, ſiue executionis, & licèt poteſtas illuminandi ſit dignior, quàm poteſtas purgandi, non tamen quilibet actus poteſtatis, maioria, vel dignioris dignior eſt, quàm quilibet actus mino-

no-

Digitized by Google

noris. Vnde cùm illuminandi poteſtas ſit erudimentis propherarum, quæ eſt per modum obſcuritatis minùs digna eſt, quàm purgatio, quæ fit à dæmonibus per exorciſtam, & exorciſta tanquam dignior, ſequitur lectorem.

Vnde hìc ſumi poteſt quantus ſit impiorum error, qui præter id, quòd falsò prædicant ordines præmiſſos ab Eccleſia non fuiſſe reperros, aiunt etiam munera eſſe otioſa, de recentique adinuenta, etſi ſecùs ab Imperatore in l. Presbyteris Cod.de Epiſc.& Cleric. præſeferarnt, dum aie. Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorciſtas, Lectores,& Oſtiarios perſonalium munerum experces eſſe præcipimus. Hoſtiariorum ordo, quid ſit, & vnde dicatur, & an inter ſacros ordines connumeretur, videndum eſt.

Quare primò quæritur tetenta ordinis Sacramenti definitione ſupra in verbo ſacroſancta explicata, quæ ordinem Presbyteratus præcedant, circà quæ non eſt prætereundum, quòd ordines inferiores, quibus ad Presbyterium peruenitur, nulli à ſemetipſo aſſumere licet, ſed auctoritate alterius, & ſic Epiſcopi, iuxtà Apoſtolum ad Heb. cap.5. ibi. Nemo ſibi ſumat honorem, niſi vocatus à Domino tanquam Aaron cap. 10. Marc. vlr. & miſſus ſit ad opus cerri miniſterij. Ioann. capit. 20. quos omnes de iure diuino inſtitutos eſſe liquet.

Ad Presbyteratus ordinem non peruenitur, niſi præuia conſura, deindè Oſtiarij priùs ordine aſſumpto, & alijs ſupra explicatis, ſunt autem Oſtiarij, qui in lege antiqua Ianitores dicebantur, qui ad portam templi ad eius cuſtodiam præpoſiti fuerant. Paralypomen. in lib. 2. cap. 4. huius oſtiarij magnus Dominus, propterea actione obiuit, quando vendentes, & ementes de templo expulit, & quando dixit, ego ſum oſtium, ab Epiſcopo promouetur clauibus Eccleſiæ porrectis, hiſque ſuper additis verbis, ſic age, ſic viue, quaſi Deo redditurus rationem de his rebus, quæ clauibus his reconduntur cap. & hoc diximus 16. quæſt. 7. hoc idem Pſal. 23. indicitur, ibi, tollite portas. Oſtiariatus munere, ità collato, vt præfertur cap. oſtiarius 23. diſt. commonentur fideles in Eccleſia eſſe, & verſari, qui appetunt communionem fidelium, & Eccleſiam volentibus ingredi, aperiant, & quaſi patres filios Eccleſiæ regenerant, qua ratione Eccleſiæ Prælati patres appellantur, vt iſtius dictionis eſt, multiplici ratione,hominum benemerita huiuſmodi prælatione compenſare l.1. C. de his, qui ſpont. exer. indè eſt quis pater patriæ dictus, vt eſt ſent. Archid. in cap. præſens 20. quæſt. 3. & Eccleſiæ aperit gremium pœnitentibus l. ſi quis in hoc Cod.de Epiſcop.& Cler. Archid. in cap. frater 18.quæſt.4.Ioann.cap.10.Oſtiariorum officium diuus Ignatius in epiſt. ad Antiochenſes,commemorat extitiſſe officium antiquiſſimum in Eccleſia, oſtiarijque nuncupari, eò quod oſtijs templi præeſſent, non ſine malorum habito diſcrimine. Iſidor. lib. ethimolog. 8. cap. 12.

Quare autem in Eccleſia ordinum hæc diſcretio habeatur, diuus Gregorius eleganter admodum poſuit in cap. ad hoc 89. diſt. ibi, dum aie. Ad hoc diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos,& ordines conſtituit eſſe, vt dum reuerentiam minores exhiberent potioribus & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum, nec enim diuerſitas alia poterit ratione conſiſtere, niſi huiuſmodi eum magnus differentiæ ordo ſeruaret; hæc ille.

Quibus Apoſtoli ad Roman. conſonant verba; quibus ſimul comprobatur hos Eccleſiæ ordines Dei mirabili inſtituto introductos, vt ibi aie, quæ à Deo ſunt ordinata, confuſa eſſe non poſſunt.

Indè Origen. lib. 2. ſuper Cant. inquit, per hoc puto ordinem Eccleſiaſticum dici, qui in Epiſcoparus, vel Presbyterij ſedibus habetur, ſed iſta non abſque impiorum blaſphemia, ità habentur dicentium ſuperfluam eſſe inſtitutionem, miniſtroſque Eccleſiæ æquali poteſtate præditos contra quorum impieratem diſponit quoque Cant.cap.4.ibi, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata:

Nàm ex præmiſſis ſatis liquet Eccleſiam antiquiori inſtitutione ſemper differentium munerum ordines, vt exemplata Cœleſti Hierarchiæ Dionyſ. lib. Cœleſt.Hierarch. cap.3. retinuiſſe. Differunt tamen inferiores ordines à Subdiaconatu citrà, quia ordo Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, ſunt ſacri,& propterea eminentiori ſunt gradu, quàm ſint Oſtiarij, Exorciſtæ, Lectores, & Acolythi: Quod dicendum non videbatur, cùm ſacros quoque ordines, his inferiores fuiſſe videretur definitionis ſerie ipſa dictante, ibi 23.diſtinctione in princ. quia ordo eſt ſacrum ſignaculum, per quod traditur ordinato ſpiritualis poteſtas, & officium, & hoc intuitu ordo quilibet dicitur ſacer, quod tamen impropriè intelligitur, & ſic largo modo dicitur ſacer, ſi tamen à Subdiaconatu infrà ſumatur capitulo quicunque 50. diſtinctione.

Nàm ſacros ordines intelligi oportet propriè à Subdiaconatu ſupra cap. erubeſcant 32. diſt. & ità refert Card. Zab. in Clement. vt hi de ætat. qualit. ordinant. num.7. Sed impiam, falſamque hæreticorum eſſe præmiſſam propoſitionem colligitur 1. Actorum cap. 13. vbi ſumitur, per ieiunium, vel manuum impoſitionem, Paulum, & Barnabam ad ordinis Sacramentum promotos fuiſſe.

Item ad Timoth. cap. 5. commonetur Titus,ne leniter ad ordines ſacros quempiam promoueat, & act. cap. 6. ab Apoſtolis Diaconos fuiſſe promotos, & ad Timoth. 2. c.1. ſunt hæc verba ibi, admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum.

Vnde Leo Papa epiſtola 9. ad Dioſcor. Alexandrinum Epiſcopum ait. Ordinem debere conferri, & ſuſcipi à ieiunis ſub his verbis. Nàm præter auctoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctina, etiam ſacra Scriptura manifeſtat, quod cùm Apoſtolum Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus ſancti, ad Euangelium mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, vt intelligamus quanta daurium, recipientium deuotione curandum ſit,ne tantæ benedictionis Sacramentum

tum negligenter vide atur i mpletum, hactenùs ille.

Sed quare ordinum ipſorum eres tantùm dicantur ſacri. Card. de Turrecrem. de mente Vgonis Card. refert triplici de cauſa 32. diſt. cap. erubeſcant, prima eſt ratio, quia eſt deputatus ſacro officio clericali, vel Eccleſiaſtico, & ità quilibet ordo dicendus eſt ſacer.

Secundo modo, cui continentia eſt indicta, & cuilibet ſacra contingere miniſtrando, & ſecundùm hoc Presbyter, Diaconus, & ſubdiaconus ſacri ſunt dicti.

Tertio ſacri ſunt dicti, quibus manus imponuntur. Vnde tempore, quo Subdiacono non fiebat manus impoſitio ſacer non dicebatur, vt poſtcà dictus eſt, quo manuum impoſitio facta eſt.

ARTICVLVS I.

Tonſuram, ſeu Pſalmiſtam, inter ordines non computari.

TOnſuræ ordinem in Eccleſiam deueniſſe refert Archid. ab eo, quod gentiles diuo Petro capitis verticem in eius deriſionem, & vilipendium abraſerint in modum ſphæræ, quod à ſanctiſſimo Apoſtolorum Principe libenti eſt animo receptum in memoria, quòd Dominus ſpinea corona eadem capitis parte infigi ſibi pertulerit, & in Eccleſia ſingulos mox deferre inſtituit c. duo 12. quæſt. 1. cuius coronæ myſterium ſummo eſt deuotionis feruore, ac veneratione habendum, & quia corona illa eſt ſphærica, perfectionem in homine deſignato indicat, tamquam corona æterni Regni, quod nobis promittitur in ſignum, quòd niſi præſtantibus virtute, & morum probitate hominibus elargitur.

Ex capillorum verò ſubtractione deſignatur, vt temporalibus non ita implicemur, vt diuina contemplatione deficiamus, differreque ab inferiori raſura, quæ Regularibus conuerſis permittitur, quia illam, etſi propria abrenunciare demonſtretur, non tamen inſtar ſacerdotum à diuinis myſterijs occupantur, propterea latiorem Dei ferrent, vt propriorum abrenunciationem, & ſacerdotij ſignum ſimul importet, vt latiùs ab Archid. relatum eſt, in cap. primo de Bigam. in ſexto.

Attamen etſi tonſura tanto ſit habita pretio, in dubium reuocatur, an ſit ordo: Tonſuramque non eſſe ordinem pluribus comprobatur rationibus, vt ea eſt, quia ordo ab Epiſcopo procedit, ſed cùm tonſura à quolibet ſacerdote conferri queat, & ex priuilegio etiam ab Abbatibus intrà eorum Monaſteria, Monachiſque ſibi ſubiectis, vt alios quoſdam conferri permittatur non ſacros, ſi modò benedicti extiterint, propterea ordinem eſſe non cenſeatur, quia tonſuræ collatione Abbatis, etſi nullum promotus aſſequatur officium, ſecùs cenſetur, ſi ab Epiſcopo conferatur, quia tunc clericali militiæ dicitur adſcriptus, capitulo denique, 21. diſtinctione.

Conuocaturque tam Pſalmiſta, quàm tonſuratus, capit. cum inter, ext de re iud. Alio pariter medio, hoc idem probatur, cap. à ſubdiacono, 93. diſt. vbi ordines enumerantur, quia ibi, nec Epiſcopus, neque Pſalmiſta numeratur, ſicuti in cap. illud, 77. diſtinct.

Probatur, & alio medio ab Arch. in c. Pſalmiſta, 23. diſt. num. 5. vbi ponitur, non videri eſſe ordinem, quia ſi obmittatur, non eſt opus reiterari, quemadmodum reiterari oportet, ſi obmitteretur aliquis ordo, ratioque diuerſitatis eſſe videtur, quia reliqui ordines ſuum ſecus portant officium. Archid. in d. c. pſalmiſta, in fin. & ità concluditur à canoniſtis, vt Innoc. & commun. Doct. in cap. cum contingat, ext. de ætat. & qualitat. ordinand. quantumcumque ipſius pſalmiſtæ percuſſor in canonem incidere videatur, nec à iudice ſeculari diſtringi poteſt, not. in capit. 2. ex. de form. comp. & d. cap. cleros, in princ. in gloſs. in ver. hic patet.

Arguit etiam prædicta ea ratio, quod à ſimplici ſacerdote pſalmiſtatus conferri poſſit, etiam, quod talis ſacerdos beneficium non habeat, quod eidem conferre in promotione, vt iuris eſt, queat, promouendo illum ad ſuum patrimonium, cap. tuis, ext. de præb.

Non obſtat, quod Pſalmiſta aſſequatur nomen clericatus, & priuilegium, cap. ſeriatim, 32. diſt. & qui nomine clericorum pſalmiſtæ etiam concurrat. cap. cum contingat, ex. de ætat. & qualit. quia, & ſi nomen clericale, & priuilegium Pſalmiſta acquirat, illud non prouenit ratione officij alicui ordini coniuncti, ſed intuitu aliorum ordinum primæ tonſuræ coniunctorum cum omnia iura de prima tonſura loquentia nullatenus annuant, vt primæ tonſuræ ſolius intuitu, quis ordinem acquirat, vt videre eſt de alijs ordinibus, quantumcumque non ſacris, vt eſt Acolythorum, & aliorum cap. Acolythus, 23. diſt. in hanc quoque ſententiam concurriſſe D. Thom. in 3. par. qu. 35. Act. 2. nec non D. Hieron. in capit. duo ſunt, 12. qu. 1. vbi ait, corona in capite ab Eccleſiæ inſtituto, prouenit, vt ſit clericatus ſignum in eandem verborum ſeriem ſententiarum magiſter inclinant, in 3. diſput. vbi ait, corona, enim ſignaculum eſt, quoquis ſignatur in partem ſortis, miniſterij diuini.

Vnde eſſe videtur, vt corona, ſignum tantùm, & non aliquid aliud, inducat officium, vel modò ſit ianua ad alios ordines, cap. 1. 25. diſt. vbi à D. Iſid. Epiſcopo aliorum ſacerdotum ordinibus recenſitis ſolius Oſtiarij, Exorciſtæ, Lectoris, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi, per diſtinctos ordines, & officia commemoratos eſſe patet.

Propterea Archid. in capit. cleros, 21. diſtinct. num. 17. ait, quia oportet aliquem eligere in ſortem Domini, & poſtmodum eligere ipſum in militiam, per tonſuram ſignificatur electio in ſortem Domini, ſed per ordines deſignatur electio in militia: Vnde alij verſantur proprij in militia Dominica, & quia militibus debentur ſtipendia, ideò illis ſunt ſigna ſtipendij, ſcilicet ordinum ſuſceptorum characteres.

Sed

Sed tonſuratus cùm non ſit electus ad militiam, propterea character non imprimitur, cùm nulla ſpiritualis ſtipendij ſigna retineat, quia ordine, & ex conſequenti etiam charactere careat, quicquid dixerit Innocen. & malè, vt traditur in cap. cum contiugat, ex. de ætat. & qualit. ordin.

Et ſicut tonſuratus à tonſura dicitur, ità Pſalmiſta à recenſendis, vel canendis Pſalmis cùm ipſius ſit recenſere, & canere pſalmodiam, & ideò etiam cantoris partes ferre dicitur, cap. perlectis, 25. diſt. ipſius, enim eſt canora voce eas Eccleſiæ benedictiones, vt eſt, benedicamus Domino, illaſque pariter lætitiæ laudes, vt alleluia canere, nec non offerrorium, introitus, & præfationes, cum alijs, quæ ad Miſſæ publicæ explicationem perquiruntur, ad imitandum tum Angelos in Domini natiuitate canentes, tum Dauid, alioſque ſanctiſſimos tempore ſurgentis Eccleſiæ numquam à Dei laudibus canoris vocibus ceſſantibus, vt habetur ad Epheſ. c. 5. ibi, cantantes in cordibus veſtris Domino, quibus geſtis gentilium poteſt adiungi teſtimonium Plinij ſecundi iunioris in epiſ.... ad Cæſarem Traianum, quem certiorem reddens, vt nil profiteretur ea contra Chriſtianos perſecutione inquirendi modo ſumpta, ſed potiùs illorum ſanctiſſimi cætus numerum vrgeri ſuperaddit. Nocturnis horis matutinas laudes canunt Chriſto, tamquam Deo. Quę recenſita ſint ad impiorum flagitia exprobranda, qui Eccleſiaſtica officia, Pſalmodiamque & diuinarum laudum cantica in diſſuetudinem proiecerunt. Oratoria inſuper, & Eccleſias euertentes ſolo æquatunt, vel modo ſordidis operibus applicarunt.

Verùm non omne canendi genus permiſit Eccleſia. ſed quòd honeſtis modulis ſeruandum duxit, & vſu pattrum eſt receptum: Vnde D. Hier. in cap. 1. 91. diſt. ait. Non audiant adoleſcentuli. Audiant hi, quibus in Eccleſia eſt officium pſallendi Deo, non voce tantùm, ſed corde eſſe cantandum, nec in tragicorum modum guttur, & fauces liniendæ ſunt, vt in Eccleſia theatrales moduli, cantica audiantur. Cantantes igitur in corde, & charitate cantent in choro, quoniam magis deuotione cordis, quàm iubilatione vocis cantandum eſt; hactenus Hieron. in idem D. Gregor. conſtant verba, cap. in ſanta, 91. diſt. vbi ait. Plerumque in ſacro miniſterio, dum blanda vox quæritur, congrua vita negligitur, & cantor Deum vocibus ſimulat, cum vocibus populum delectat. Ad quæ Auguſt. lib. de confeſs. ait, ſumc magis moueat cantus, quàm res, quæ canitur, pænaliter peccare confiteor, & tunc me audire cantantem, hæc Aug.

Vnde ad hæc euitanda, quibus mens ſecus diſponitur, quàm fuerit intentionis auctorum, qui in templis cantus introduxerunt. Conſtat à fidelibus antiquioribus patribus vſum illum cimbalis canentium ſuppreſſum fuiſſe, cap. ſedulo, 38. diſt. quaſi, quod ille affectatus canendi modus deuotionis feruorem audientium compeſceret, quamuis aliàs compoſiti cantus virtute nouellos in fide, ac imbecilles, firmiores, ac conſtantiores efficere crederetur. Refert D. Aug. in lib. confeſ. vbi ait, conſuetudinem canentium probat Eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus ad effectum pietaris inſurgat, hactenus ille.

Vnde eſſe videtur, vt ad hoc Eccleſia cantores ſacris veſtibus exornatos retineat, qui baculos præ manibus tenentes in ſignum comedentium agnum antiquæ legis, qui baculos geſtant, vt feſtinantes ad cæleſtem patriam baculis, ideſt Scripturæ ſanctæ ſententijs, quas canentes referre iuuat, contra dæmonum inſidias palam eſt.

Quos baculos deponunt, dum Euangelium recenſentur, in ſignum, quòd virtute Euangelij, legales obſeruantias deponere conueniat. Cantores autem huiuſmodi diuinorum à Rege ipſo Dauid exordium duxiſſe, 1. Paral. 1. cap. 6. atteſtatur, inter quos præcipuos habuiſſe legitur Eman, Aſaph., & Idithun, vt ibi, ait tex. Iſti ſunt, quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini ſtantes, iuxtà ordinem ſuum in miniſterio de filijs Chore Eman cantor filius Ioel, & à dextris ſuis Aſaph, filius Barachiæ, ad ſiniſtram autem Etham, filius Cuſi.

Horum erat coram arca fœderis Domini muſicis inſtrumentis, & modulatis vocibus decantare, quorum officium demptis cimbalis, organiſque tamen retentis, admiſit, vt præmiſſum eſt, pro his tamen, qui ſolido cibo adhuc ali non poterant. Habentque hæc canora, vt referant Dei prædicatores, qui eius compoſita doctrina, fideique vnitate eorum harmonia, populum admoneat, in vnitate vnius cultus Dei perſeuerare.

Vrget quoque ratio, vt tonſurato non aſſignetur cauſa, qua liqueat, vt cæteris alijs ordinis eſſe munus iniunctum, quia hanc primam tonſuram Dominum, propterea corporis ſui actione non inſtituiſſe oſtendatur, vt ſingulis alijs demonſtratur ordinibus adeò, quod patens eſt, quamuis veteri lege oſtenderetur, primæ tonſuræ figura, ex quo tamen in lege noua non liquent de eius receptione, noui inſtituti eſſe ordinem, & de iure diuino inſtitutum nullatenus cenſeri queat, c. humanum genus diſt. 1.

ARTICVLVS I.

Ex conſecrationis ſerie arguitur eorum, qui conſecrantur diuinum inſtitutum.

REſtat modò ad explendam huius Canonis examinationem, quòd finale eius eſt verbum, ibi, conſecraretur, ſumamus. Conſecraretur, hoc verbum compoſitum, ſiquidem dignoſcitur ex prolatione illa, qua vſus eſt Imperator, in §. ſacræ, inſt. de rerum diuiſ. adeo quòd ex illo compoſito con, & verbo ſacro, intelligatur, quòd plurimum myſterio ſacrum redditur, ſicut in electione communi, vt quod à capitulo fit, non dicitur propriè electio, ſed coelectio. Innoc. in cap. irrefragabili, ext. de elect. ſicut eadem ratione inſtituti ad iudicandam in Concilio, quia plures ſunt, non dicuntur propriè iudices, ſed coniudices eſtque argumento te. in l. ſed ſi qui, §. manumittitur, ff. de in ius

voc.

voc. ſicut etiam dicitur, connicium, quaſi, plurium vicium, l. item apud, §. connicium, ff. de iniur. exemplum patet in conſecratione D. Apoſtoli Iacobi: Quia interuentu Petri, Ioannis,& Iacobi Zebedei conſecratio,vt non ſacratio dicitur in Epiſcopum Hieroſolymitanum, cap. Epiſcopi,& cap. Comprouinciales, 64. diſt. & iu cap. 1. 68. diſt. §. quod verò, vbi diſponitur, ſi ſecùs fiat non fit conſecratus, 80. diſt. cap. Epiſcopi, cap. fin. 51. diſt. 50. & 80. diſt. cap. fraternitatem,& hoc ſenſu conſecrationem ſumi deberi plurium ſimul conſecrantium actu oſtendit in cap. 1. in cap. pudenda, 24. qu. 1. gloſs. pen. cap. priuilegium, de elect. in 6. & cap. Epiſcopis, 24. diſt. adeò, vt non vnius ſtatum Epiſcopi interuentu alterius Epiſcopi conſecratio minùs baberi poteſt, capitulo porrò, 63. diſtinct.

Hunc ritum conſecrandi Reges lege antiquiori frequentatum eſſe conſtat, ſed hodiè licèt Regibus Eccleſia conſecrationem ſacræ vnctionis non deneget: diuerſo ramen modo vſa eſt in conſecratione Epiſcoporum à forma illa in lege veteri ad inungendos Reges forma antiquiori, quandoquidem Epiſcopi in Eccleſia, hodiè cenſeantur capita magis, quam Reges, & Principes, propterea rectè inunguntur veluti antiquitus conſtat pariter capite maiores ſacerdotes iuungi introductum fuiſſe, vnde D. Gregorius in expoſitione libr. Reg. r. cap. ro. in lib. expoſitionis prædictæ, 4. cap. 41. commemorat ſub his verbis de antiquorum regum inunctione, ibi, tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saul; hac profectò vnctione exprimitur, quod ſancta Eccleſia nunc etiam materialiter exhibetur, quia, qui in culmine ponitur, Sacramenta ſuſcipit vnctionis, quia verè ipſa vnctio Sacramentum eſt, his, qui promouetur, benè foris vngitur, ſi intus virtute Sacramenti roboretur,ipſas ergo olei virtutes videamus attentiùs: oleum quippè liquoribus alijs præfertur, oleum ignem fouet, oleum vulnera curare conſueuit, hactenus ille.

Sed cùm ſacerdotium regiæ dignitati præferatur cum ſacerdotes ſint regum, & populorum magiſtri, non ſecùs, quàm à D. Petro ſua Can. 1. cap. 2. . . . definitum reperitur ibi: regale ſacerdotium,propterea Reges, & Principes non in capite ampliùs inunguntur, ſed in armo, ſiue humero ipſorum,iuxtà illud Eſaiæ, cap. 9. ibi, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, ex quo etiam vnctio illa capitis regum hodiè tamen Pontificiæ dignitati reſeruetur in ſignum etiam translationis ſacerdotij de Aaron in Dominum ſummum, & vniuerſorum Regem caput, qui repræſentatur in ſummo Pontifice,& alijs ab eo deriuantibus.

Fit autem Papæ conſecratio interuentu Card. Epiſcoporum illi actui velut Metropolytani intereſſentium, cap. in nomine Domini, 23. diſt. quamuis reuera Metropolytani non ſint, cùm Papa ſuperiorem non habeat, licèt conſecrationis actus non ſemper inter promotos ad Pontificalia, ſuperioritatem non referat, vt videre eſt in Epiſcopis Metropolitanum conſecrantibus, qui tamen ipſo ſunt inferiores, c. 1, 66. diſt.

Sed ſubſiſtitur an ſummi Apoſtolatus iura, ante illius conſecrationem in ſuſpenſo eſſe cenſeantur, quod quidem Archid. in dicto capitulo in nomine Domini, ſenſit, quoad ſpiritualia iura ſuſpendi, ita locutus in verb. facultates ibi, quod fit ſpecialiter in incoronatione, & hæc poteſt eſſe cauſa, quare Papa ante Coronationem tunc media tantùm Bulla vtitur, videlicet cum capitibus Apoſtolorum duntaxàt ſine nomine proprio, licèt ſtatim poſt electionem, & immutationem nomen ſuum deſignet, ſed audio, quod de facto plura ſpectantia ad iuriſdictionem ſpiritualem ante Coronationem exercet, proùt not. Spec. in rub. de reſcrip. §. ratione cauſæ, verſ. item, quod aduertendum eſt. Hactenùs ille.

Locus autem, vbi Papa conſecrandus eſt, Eccleſia cenſetur, vbi reſidet, videlicet Lateranenſis, vel Baſilica Principis Apoſtolorum, aut alia, proùt commoditati contigerit. Ioan. de Capiſt. in tractatu de auctoritate Papæ, par. 3. art. 4. num. 5. Prætermittendum pariter non eſt, illa verba in hoc textu poſita, videlicet in Apoſtolicum culmen conſecraretur cùm referre ſenſum, quem habet text. in dicto capitulo in nomine Domini, ibi, ad Apoſtolici culminis apicem, prouocent declarant ſcribentes ibi, apicem, idem, conſecrationem Epiſcopalem interpretautur.

Sed ſi iam ante promotionem ad Papatum in Epiſcopum fuit conſecratum, apicem ibi, interpretantur, ideſt intronizationem, vel amantationem, vel quandam benedictionem, & ſolemnitatem orationis, vel fortè vnctionis, quæ adhibetur Epiſcopo, quando conſecratur in Papam, ſicut adhibetur in benedictione Abbatis, quando ex presbytero ſumitur in Abbatem, 12. quæſtione 3. capit. alienationes, cap. quoniam multos, 63. diſt. extrà de ætat. & qualit. ord. cap. cùm contingat.

Propterea diuerſimodè ſumitur vox iſta conſectandi,nam quatenùs refertur ad inanimata idem importat, quod mancipare, vel adijcere, l. ſi quando, la 3. C. de bon. vocan. & quatenùs ad perſonas refertur,vt in hoc canone, idem denotat, quod Deo dicare, 24. quæſt. 1. cap. pudenda, in princip. verſ. ſed nemo inuitus eſt, conſecrandus, & ſi de facto proceſſerit conſecratio, character non imprimitur, Card. in Clem. plerique, 1. qu. verſic. fin. extrà de elect.

Pondus, ſiue ipſius conſecrationis effectus in eo conſiſtit, vt conſecrantis, nulla ſui actus ibi incertitudo verſetur, aliàs inualida dicitur conſecratio, adeò vt ſi ſacerdos conſecrare intendens Hoſtias decem in conſpectu ſuo aſſiſtentes, quas conſecratione peracta vndecim eſſe adinuenit, nulla erit ſacrata. Cardinalis in cap. ſi ſacerdos de officio Ordinarij, nam in conſecratione certa, & determinata intentio requiritur, capitulo retulerunt, & capitulo ſolet, de conſecratione, diſtinct. 4. gloſs. & Panor. in dicto cap. ſi ſacerdos.

Sed his, quæ ſupra dicuntur de pluribus Epiſcopis, videtur reſiſtere, quia Presbyteri etiam conſecrati dicuntur, & tamen ab vnico Epiſcopo conſecrantur.

Digitized by Google

Reſponſio eſt, quoniam non ſolius Epiſcupi myſterio manuum impoſitio ſuper caput conſectandi cooficitur, inſurgit conſecratio; ſed plurium Presbyterorum Epiſcopo aſſiſtentium illa manuum impoſitio, ſimùl cum Epiſcopo celebratur, capit. Epiſcopus ſine, diſtinct. 24. & in t. gloſs. cap. fin. diſt. 15. quæſt. 7. vbi declaratur, quod ſulus intelligitur, quo ad alios Epiſeopos; ſed non ſolus, quo ad Clericos, ſibi coadiuuando aſtantes, & quod hac manuum impoſitione Presbyterorum fiat conſecratio, declarat Apoſtolus 1. ad Timoth. cap. 4. ibi: Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, impoſitionem manuum Presbyteri. Et 2. ad Timoth. cap. 1. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſirlonem manuum mearum, quare non ſine delectu, vel conniuentibus oculis hæc Presbyterorum conſectatio fieri decernit. Ad Timoth. cap. 5. ibi: Manus nemini citò ferrè imponas. Quamvis ſacrum, quid fieri ſolo miniſterio Epiſcopi conſtet, inſtit. de rer. diuiſ. §. ſacræ dummodò Deo ſoli dicatum extiterit, eademque ratione ſacra dicta ſunt omnia ad diuinorum vſum dicata, ve apud antiquiores dicebantur ſacra vaſa, ſacraque certamina Dijs dicata l. 4. ff. de his, qui notat. infam.

Vnde Quintilianus lib. 3. cap. 7. aie, an laudes Capiroliui Iouis perpetuæ ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel in oratorio genete. Nec ſolùm quæ Deo dicantur, vt præfertur ſacra dicimus, ſed ea quoque, à Deo ipſo prouenientia, vt ſingula ſunt Sacramenta, quæ ſacra munera dicuntur, vel ſacra munia à ſacrando verbo detiuantia, vt à verbo ornando, dicuntur ornamenta. Archid. in cap. ſacrificium de conſ. 2. diſt. Eodem intuitu Imperatores, Regeſque ſacros, ob attributam à Deo eis maiorem, Regiamque poteſtatem. Quia Domini eſt terra, Pſ. 23. Et ad Roman. cap. 2. 13. & cap. 1. extra, de homicid. Luc. de Pen. in lege prima, Cod. de palat. & dom. lib. 11.

Sed an Imperatores, & Reges dicantur ſacri ratione præmiſſa, vel modò, quia ex diuinæ legis inſtituto, hodie in noua lege à ſacris Sacerdotibus, ſacroque Oleo inunguntur 3. Reg. cap. 19. ibi, Dominus inunges Azahel in Regem Syriæ, & Ieſum filium nam ſi vnges in Regem ſuper Iſrael; Dominus verò Saluator iunctus eſt Spiritus ſanctl virtute ex alto Act. cap. 10. 1. §. vnde extra de ſacr. vnct. hlc Samuel inunxit Saul, & Dauid, inde Pſalm. 88. ibi, inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi; & Pſalm. 44. ibi, propterea, vnxit te Deus oleo lętitiæ præ conſortibus tuis. Fuit dubium, quia gentilitate ſuis erroribus, Deoque non agnito conſiſtenti eorum Principes, nihilominus legitur, ſactoque hoc nomine inſignes fuiſſe l. 1. §. item ff. de iur. fiſc. l. 4. ff. quæ ſent. ſine appellat. Dirimitur hæc difficultas habita ratione, quod eo tempore, qui Imperium inuadebat, etiam Pont. Max. iura occupabat Atteſtantur hoc antiqua numiſmata Senatuſconſulti excuſa ipſorum Imperatorum lemmate, in eiſdem conſcripto, præclara eorum facinora atteſtantia, vbi ſemper eum Imperij expreſſo nomine Pontificis quoque Maximi habetur mentio; vt illud Tyberij Cæſaris ex ære Corinthio cum lemmate 1. facie, ibi: *Tyberius Cæſar Imperator Pontif. Maxim.* Vbi à tergo inquit: *Ob 12. Ciuitates Aſiæ reſtitutas.*

Quas fertur funditus collapſas eo terræmotu permaximo, de quo in morte Domini Euangelica atteſtatur hiſtoria; quod illius Numiſmatis virtute plenum inducit teſtimonium, & ſatiùs, quàm hiſtoria iuxta Politiani ſententiam in lib. Miſcellan. vbi inquit, relatum à Numiſmate hiſtoriæ pręualere, cùm hiſtoria vnius conſcribentis cantùm edatur arbitrio.

Numiſma autem centum Senatorum decreto eudebatur, quos difficilius erat decipi, quàm vnicum ſcribentem, cùm manifeſta veritas ampliori hominum cœtu reneletor l. vlt. Cod. de fideicommiſ. & l. 3. Cod. de ingenu. & manumiſs. Idque ità in Roman. Imperatoribus ſucceſſiſſe atteſtatur pariter text. in cap. Cleros §. Pontifex 21. diſt. Sed Pontificis Maximi auctoritas illa tranſlata eſt, ſicut Domino Saluatore auctore translatum eſt Sacerdotium de Aaron in perſonam Chriſti, ſic Pontificium Maximum ab Imperio Romano eſt translatum per Chriſti verum Sacerdotium, quod perſpicuum eſt.

Quia Eccleſiæ fluctuanti pace reſtituta, Sacerdotium morte Domini reformauit Imperium, adeò vt in manu Domini Papæ poſito Imperio, vt ſupra præmiſſum eſt, ità fuit reformatum, vt quoad Sacerdotium ſpectat Imperio nil Sacerdotij penitus remaneret, quamuis hodie Cæſar à Papa ſacra Vnctione inungatur cap. venerabilem extra de elect. Neque præmiſſis refragatur, quòd tempore Cæſaris Iuſtiniani, cùm Eccleſiæ eſſet reddita pax, & tamen ipſe Iuſtinianus ſacer Imperator diceretur, ſicuti etiam ſacra ſingula ad eius Imperium ſpectantia dicta ſunt, vt ſacra ſcrinia, ſacrum ærarium, ſacræ largitiones, ſacræ conſtitutiones l. ità autem §. tutor ff. de adminiſtr. tutor. quia non contingunt iſta ſacræ inunctionis intuitu capie. tua nobis extra de decim. Hoſtienſ. in ſum. extra de relig. dom. §. quid, ſed ea ratione ob attributam diuinitùs Imperialem poteſtatem, vt dicuntur Sacramenta, & alia mortalibus ſacra, quæ ſunt cælitùs emiſſa, iuxta illud, quod à Luca de Penna ſupra eſt citato loco relatum.

Non ex hoc etiam, quod ad Cæſarem, nihil de ſacris pertineat, ſequitur vt ocioſè ſacra illa inunctione ipſe liniatur à Papa, vel eius loco à Cardin. Hoſtienſi, iuxta text. in Clementina vnic. de iur. iuran. Panorm. in cap. venerabilem de elect. col. 3. Quia de iure diuino eſt, vt omnium Eccleſiæ miniſtrantium inſtitutio, non aliàs eſſe cenſeatur, niſi quæ in veteri lege non fuerint figurata, & in noua lege pleno vſui redacta capitulo decretis 21. diſtinct. Ideò cùm in Veteri Teſtamento Reges particularium populorum aſſumerentur, illam ſacram inunctionem, vt præmittitur, figuram extitiſſe patet Imperatorum, & Regum nouæ legis, qui ad eorum imitationem inunguntur, & ſanctificantur tanquam à Deo adita opera, oleoque exorcizato, vt lib. ſacr. cerimon. inſinuatum habetur ſect. 5. cap. 6. col. 4. refert Caſtald. in

tract.

tract. de Imperat. quæſt. 8. vbi enumerantur Reges totius Chriſtiani Orbis, inter quos fertur Francorum Regem inungi debere illius olei liquore in pixide ſeruari ſolito intra templum, in Vrbe Remenſi, quod è Cœlo eſt emiſſum, quo diuus Remigius inunxit primum illorum Regem, qui ſe ad Baptiſmatis gratiam primò contulit Ioann. And. in cap. 1. de ſacr. Vnct. Mat Lauden. io tract. de princ. quæſt. 434. Quam inunctionem tantum virtutis afferre videtur, vt Reges qui illa liniuntur ſint Eccleſiæ ipſius, quaſi vaſalli cap. intellecto extra de iure iuran. Bald. in cap. Paſtorali extra de reſcript. etiamque mira nitent virtute, in quibuſdam mortalium ſanandis langnoribus.

Nec diuinatiua ratio videtur, Luc. de Peona, vt ſupra relata, vt Reges ſacri dicantur, ob tributam multiplicem eis Diuinitùs poteſtatem, cum longiori diſcrimine non diſtet ab illa alia, quàm refert Dionyſius in libro primo de Regno, vbi inquit: Propterea Homerus ait veros Reges, ac Principes à Deo educatos ſimilem Minoa, qui magnam iuſtitiæ famam fert immortali Deo familiarem appellat, ac iure quicunque Reges, ſiue apud Barbaros extiterint, hac appellatione, hac dignitate, eos Dei diſcipulos, & emulatores fuiſſe ipſe ſermo declarat ſolus, nomenque Deus Rex, & Pater omnium nominatur. Hactenus Dionyſius.

Quam regiam poteſtatem commendare, Tullianam quoque videmus ſententiam lib 3. de legibus omnes vtique gentes Regibus quondam paruerunt, quod genus Imperij primùm ad homines iuſtiſſimos, & ſapientiſſimos plurimum valuit, deferebatur, idque in Republica noſtra, maximè quando ei regalis præfuit poteſtas. Hactenus ille.

Difficultatem inducit ſuper expoſitione huius verbi conſecraretur, contra ſuperiùs poſita, vt conſecratio plurium interuentu ab Epiſcopis conficiatur conſtit. quod à Sacerdote ſecundi ordinis conſecretur Domini ſanctiſſimum Corpus, qui tamen non eſt Epiſcopus, conſecrationemque ipſam peragit, nullo alio eidem Sacerdoti aſſiſtente, adeo vt conſecratio illa, quaſi ſimul ſacratio non videatur.

Quia reſpondetur, quòd immò maiori aſſociatione, quàm hominum aſſiſtentia, ſanctiſſima illa efficitur conſecratio, nam & ſi ſolo Sacerdotis verbo, & myſterio fiat, Domini tamen interuentu, corporalique præſentia perficitur ſuper Altare, realiterque Domino aſſiſtente, cap. in quibus, de conſecrat. diſt. 2.

Sed ſacras vnctiones, quatuòr tantùm fuiſſe antiquæ legis inſtituto, diuus Thomas commemorat. 4. diſtinct. 24. quarum vna inungebantur vates, alia Reges, alia Sacerdotes, & alia vaſa templi, & ipſa templa, & cimiterio cap. conſuluiſti, extra de conſecr. Eccl. vel alt.

Inde conſtat ſacras Vnctiones ab Eccleſia ſuſceptas deriuare, vt alia quamplura Chriſtiana inſtituta, quibus illa antiquæ legis in figura extitiſſe patet, ipſiſque nonnulla pariter Sacramenta conſiſtunt, vt in oleo Chriſmatis, Confirmationis, Sacramentum celebratur, vt in oleo infirmantium, extremæ Vnctionis Sacramentum adeſt, & oleum Cathecumenorum, quo ante Baptiſmum in vertice inunguntur, Chriſmate in pectore, & inter ſcapulas, & peracto Baptiſmo in fronte de conſecr. diſt. 4. cap. deinde. Inunguntur quoque manus Sacerdotis, quando Ordinis confertur Sacramentum cap. 1. ex de ſacr. Vnct. In conſecrationeque Altaris, vel Eccleſiæ inungitur menſa Altaris in capite, & balſamo, poſtremò Papa, & Epiſcopi, ſed Imperator, & Reges, vt præfertur, inungitur, non balſamo, nec in capite, vt latiùs à Durand. in tit. de ſacr. Vnct. lib. rat. diuin. offic. Quas diſtinctas olei conſecrationes concelebrat Epiſcopus in offic. 5. feriæ maior. hebdom. Haſque ſacras inunctiones exorcizatio comitatur ad Dæmonem, & ea quæ eius ſunt effuganda, vt qui inungitur omni expiatus impedimento, quæ Dei ſunt liberius exequatur, diuinaque virtute repleatur, not. in cap. ſiue paruuli, ſiue iuuenes, de conſecr. diſt. 4. ibi exorciſmis, ideſt adiuratione, adiurare, & exorcizare.

Circa quæ conſecrationis iura, non prætereundum eſt, quod ſunt minùs valida, ſi modò legitima non præceſſerit electio, Ioann. Andr. in cap. licet, de translat. Epiſc. Bald. in cap. 1. in fin. qui feud. dar. poſs. de vſibus feud. ſicuti etiam ſi inuitis conſecratur, nulla eſt conſecratio. Card. in Clement. in plerique ver. fin. de elect. & ratio eſt, quia non imprimitur character; vnde opponi poteſt. exceptio, vt ibidem per eum in 2. quæſt. quamuis ſecus ſit, ſi reo alienæ fiat conſecratio, quandoquidem execrari non queat, & ſic, qui conſecrationi cauſam dederit ad intereſſe tenetur. Panorm. in cap. verum num. 27. de for. compet. per text. in c. comperimus 14. quæſt. 6. facit text. in cap. ex antiquis 53. diſtinct. Et ſicut actus eſt, iuriſdictionis Sacramenta conferre 15. quæſt. 1. cap. interdimus, ità conſtat eſſe conſecrationis ius, in tantùm vt conſecrandi facultas, meri Imperij eſſe cenſeatur, vt videre eſt Virginum conſecratione, & Eccleſiarum, & illarum reconciliatione, Spec. in tit. de iuriſd. omn. Iud. verſ. ſecundùm canones, & quamuis ob incertitudinem conſecratio vitietur, Panor. in c. ſi Sacerdos in fin. extra, de off. Ordin. Tamen certa conſecratio reiterari non poteſt 68. diſt. c. 1. & per totum; Vnde Archidiac. in capitulo veſtimenta de conſecr. diſtinct. 1. ſubſiſtit, in ſtola facta ex planeta reiterato ſit benedicenda.

ARTICVLVS II.

De Epiſcoporum conſecratione.

CONſecrantur etiam Epiſcopi, trium Epiſcoporum miniſterio capit. porrò diſtinct. 16. electione, & confirmatione ſecuta, peractoque eorum examine, cap. qui Epiſcopus 23. diſtinct. & ibi gloſs. & gloſs. in capit. Petro 46. diſtinct. quæ quidem electio, ſi citra Papæ decretum, ſeu confirmationem præceſſerit nullius eſt virtutis, gloſs. & ſcribent. in cap. cum olim de dolo, & contumacia, & eatenus eſt neceſſaria con-

ſecratio ; vt vltra tres menſes, poſt confirmationem differri non poſſit cap. quoniam quidam 100. diſtinct. cap. quoniam 75. diſtinct. gloſs. in cap. cum in cunctis, & in cap. ne pro defectu, de elect. dummodo legitimè non fuerit impeditus ; nam ſi conſecrandus eſſet in mora Metropolitani culpa, qui adhuc pallium non fuerit aſſecutus, excuſabilis redditur, firmat gloſs. in cap. ſuffraganeis de elect. Quia etiam, quod conſecratus eſſet Archiepiſcopus, attamen ante ſuſceptum pallium iura Epiſcopalia minùs exercere poteſt, ait gloſs. in cap. quoniam quidam diſtinct. cap. per text. in cap. quod ſicut in fin. de elect. & cap. ſignificaſti eodem titulo, & gloſs. in cap. pallium, eadem diſtinct. & ità eſt verum vt eo tempore Eccleſia viduata dicatur, cap. inter corporalia de translat. Epiſc. & gloſs. in dicto cap. quod ſicut §. Præterea de elect. & ſic illa conſecratio inter Miſſarum ſolemnia cap. quod ſicut §. ſuper eod. de elect. quam celebrari ſtatuitur circa horam tertiam gloſs. in cap. fin. l.1. diſtinct. cap. tempus, & cap. ordinationes, & ibi ſcribent. 75. diſtinct. quia eadem hora Dominus eſt Cruci affixus, & Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos, fuit deſcenſus, de conſecr. diſt. 1. cap. nocte, tum etiam, quia eadem hora conſtat in Epiſcopos fuiſſe conſecratos Paulum, & Barnabam, eodem cap. diſtinct. 75. quod die Dominico, quamuis hora non ſi ità de ſubſtantia, quin parum ante, vel poſteà fieri poſſit cap. ſanè de temp. ord. gloſs. in cap. ordinationes 75. diſtinct. dummodo conſecrandus, & conſecrantes ſint ieiuni, diſtinct. 75. in ſum. & fiat. Qua conſecratione indignus redditur, ſi regio fauore ad Epiſcopatum ſit promotus, quia immò deponi debet capit. omnis electio §. ſi quis deinceps 63. diſtinct. Fitque conſecratio Epiſcopi, in propria Eccleſia Vrbis Metropolitanæ 62. diſtinct. cap. 1. & eſt conſecrandus Epiſcopus præmiſſo examine cap. qui Epiſcopus, & ibi gloſs. 23. diſtinct. & gloſs. in cap. de Petro 47. diſtinct. & non vnius tantùm Epiſcopi actione fit conſecratio, vt verbo hoc conſecro declaratur, cùm conſecrare dicatur, quod ſimul ſacrare 24. quæſt. 1. cap. pudenda, quia ſaltem trium Epiſcoporum interuentu cap. porro 63. diſtinct. & cap. Epiſcopi 64. diſtinct. vbi apparet Petrum, Iacobum, & Ioannem, conſecraſſe Iacobum Alphei in Epiſcopum Hieroſolymitanum, conſecratur enim Ioannes duobus Epiſcopis Euangeliorum volumen ſuper eius caput detinentibus, & cùm alius benedictiones effundit, verùm ſi alij Epiſcopi interſint manibus proprijs illius conſecrandi caput contegunt, cap. ordinationes, & ibi gloſs. 75. diſt & cap. Epiſcopus 23. diſtinct. Vnctione etiam caput Epiſcopi illinitur, quamuis gloſs. in dicto cap. ordinationes 75. diſtinct. referat de ſubſtantia, id non eſſe.

Nec conſecratione eſt dignus, qui in Epiſcopum non fuerit legitimè electus capit. nulla ratio 62. diſtinct. & gloſs. in cap. ſi quid. 1. quæſt. 1. conſecrationiſque huiuſmodi imprimitur character, quod indicare videtur, quia ſemel conſecratus, iterùm conſecrari non debet 68. diſtinct. in cap. inſtarque illius cenſetur, qui ſemel eſt baptizatus, quia aliàs impune baptizari non poteſt, eadem diſt. & cap. Cod. ne ſanc. bapt. reit. cap. oſtenditur, de conſecr. diſt. 4. Licèt pœnam euadat, qui certus non exiſtens, aut penitus ignorans rebaptizaretur, de conſecr. diſt. 4. cap. qui bis ignoranter.

In conſecratione tamen aduertitur, quia Epiſcopus à Papa electus, ab alijs, quàm à Papa, vel delegatis ab eo non debet conſecrari gloſs. in cap. ſi eo tempore in fin. de elect. in 6. & eſt argum. cap. meminimus extra de accuſat. quamuis electus à capitulo poſſit à Metropolitano conſecrari cap. inter corporalia, in princ. extra de translat. Epiſc. diſt. 64. cap. 2. & 3.

Conſecratioque inchoata ab eo Epiſcopo, qui impeditus perficere non poteſt, ab alio ſuppletur, quemadmodum in Altaris Sacramento cautum reperitur, cap. quorundam 23. diſt. dummodo conſecratio fiat ab Epiſcopo communionem Apoſtolicæ Sedis habente cap. Daybertum 1. quæſt. 7. elect. 9. quæſt. 1. cap. 1. & ibi, gloſs. quod intelligi debet, ſi conſecrationis tempore in excommunicatione non verſetur, ſecus erit ante excommunicationem.

Nec à Metropolitano conſecratio eſt deneganda, quia conſecrandus poteſt recurrere ad Papam 9. quæſt. 3. cap. nunc verò, quia Papa Epiſcopos cuiuslibet Eccleſiæ promouere, & conſecrare poteſt, vt ibi per gloſs. tantique refert electum conſecrationis iura adire, vt nequeat Epiſcopus nuncupari, niſi poſt conſecrationem, c. 2. de translat. Epiſc. cap. niſi de auctor. & vſu pallij, ſicuti etiam ſtat impeditus, vt ne Clericos ordinare, Eccleſiaſque, aut Virgines conſecrare, Synodum celebrare queat, aut etiam Chriſmate, cum huiuſmodi iura à conſecratione proueniant gloſs. in cap. tranſmiſſam, de elect. Quare cùm has ſalutis operationes ſolùm Epiſcoporum ſit exequi, inde eſt, vt Epiſcopi Pontificum veniant appellatione, Card. in Clement. de celebr. Miſs. quia inter hominem, & Deum pontem faciunt cap. clerus diſt. 11. Card. in Clement. 1. in princ. de pœnit. Archid. in cap. 1. de conſtit. in 6. & ſicut eadem ratione conſtat nuncupatum Pontificem extitiſſe, quia diuina eius operatione pontem inter Deum, & hominem conſtruxit ad Hebr. cap. 4. cùm priùs ad Cœlum aditus non haberetur ob prioris parentia prænaricationem, ad Hebr. cap. 9. ibi omnis Pontifex.

ARTICVLVS III.

De Papæ conſecratione, & vndè conſecrationis iſtius proceſſerit origo.

AD Papæ autem conſecrationem deuenitur, non abſque ſedulo mentis Fidelium affectu, ſuper qua cauſa, ſicut ſuper Diuinis alijs inſtitutis habetur antiquæ legis figura, tùm quoad ſacram inunctionem, tùm etiam Coronæ, ſeu Thiaræ ornamentum, refert Euſebius Cæſarien. de demonſtrat. Euangel. libro 4. cap. 15. vbi ait: Sanctum Moyſem poſt innunctiones Diuino iuſſu introductas ſingulis, qui inungerentur Chri-

Chriſti nomen impoſuiſſe, ex quo Vnctione illa Chriſmatis vteretur, eam in Prophetis, & Regibus, quàm etiam Sacerdotibus, & Templi vtenſilibus.

Nàm illius Chriſmatis fragrantia, ſanctitatis honor deſignatur vitæ, ac morum deinceps, refert eodem libro 7. cap. 3. apud Hebr. aliud Oleum ſanctum vſu receptum, quod Nazer appellabatur, quo Sacerdotum Princeps inungebatur, & ab ea Vnctione, qui inuncti ſunt, Nazaræi dicti ſunt, Leuit. c.21. ibi: Dominus ait, Pontifex, ideſt, Sacerdos maximus inter fratres ſuos, & ſuper caput eius effuſum eſt vnctionis oleum.

Vndè colligitur, dominium configuratum, quoad nominis, agnominiſque iura, & vnctionis, quia Chriſtus à Chriſmate, Nazaræus à patria, & vnctus ex alto, Act. cap.10.

Nec præmiſſa ſola Chriſmatis vnctione Papæ conficitur conſecratio, qua à Cardinali Epiſcopo Hoſtienſi inungitur Papa, ſub illa verborum prolatione, videlicèt:

Ego te inungo in Pontificem Vrbis, & Orbis.

Sed conformiter in conſecratione Sacerdotis maximi antiquæ legis, de cuius conſecrationis forma, & ſacra Vnctione, & Thiaræ ſacræ capiti impoſitione, habetur Exod. cap. 19. ibi: Pones Thiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper Thiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, hoc ritu conſecrabis.

Ecce, quod non pompa, nec inani iactantia fit Papæ ſolemnis conſecratio, ferè Dei mandato ad deſignandam Sacerdotij translationem à populo Hebræo in Dominum Redemptorem, quicquid perditi homines ſecùs blaterentur.

Eſtque hæc conſecratio in ſignum inueſtituræ, vt oſtenditur viſibiliter, in Papam, vt Vicarium Ieſu Chriſti, eiuſque vices in terra referentis, cap. 2. extra, de translat. Epiſcop.

Hinc eſt igitur, vt legis antiquæ inſtituto Papa, iuxtà quòd præfertur in cap. inungitur, ac differenter à Cæſare Butrig. & ſcribentes, in cap.1. in §. vndè in veteri, extra, de ſacra Vnctione; quòd ideò fieri dicitur ad Dominum imitandum, vt caput Eccleſię Spiritu ſancto inunctum, Act. cap.10. tùm etiam ad præſeferendum, quod Cæſar in Eccleſia non ſit caput, vt eſt Papa.

Propterea ille non in capite inungitur, ſed in armo, aut humero, vel brachio, iuxta illud Iſai. cap.8. ibi: Factus eſt Principatus ſuper humerum eius, nec Chriſmate iungitur Cæſar, vt Papa, ſed Oleo exorcizato, vt ab ipſo capite differre videatur, eiuſque membrum eſſe innoteſcat, licèt inunctionis huiuſmodi actu Papæ ab Epiſcopo Cardinale Hoſtienſi, à quo itidem iubente Papa Cæſar inungi ſolet, Panormit. in cap. per venerabilem, de elect. Cardin. in Clementina vnica, de iure iuran.

Non ex hoc, quid præeminentiæ obuenit ipſi Hoſtienſi Epiſcopo Cardinali, ſicuti Eccleſiæ, cuius Reges ab ea inunctionem recipientes dicuntur, vt præmiſſum eſt, Eccleſiæ vaſſalli, cap. intellecto, extra, de iure iurand. Baldus in capit. Paſtoralis, extra, de reſcript. quia Papa ſupereminet Cardinalibus, & Epiſcopis, & ſi non Ordine, tamen iuriſdictione, & poteſtate; non ſecus, quàm ex figura Moyſis, & Aaaron in Papa ſumitur. Nàm licèt quoad Ordinem Moyſes cum fratre Aaron eſſet paris conditionis, quia ambo erant Sacerdotes, Moyſes tamen præponebatur fratri Aaron principatu, & iuriſdictione, Felin. in rubrica, extra, de maior. & obedient. col.6. Secus ergo eſt Epiſcoporum auctoritas erga Reges, quia ipſi ſunt Regum, & Principum patres, capit. quis dubitet. diſtinct.96. cùm Papa in Sede ſua, ideſt, in vniuerſa Eccleſia, ſit maior quocumque alio, cap. conſiderandum, diſtinct.50.

Et ſicut eſt Papæ iubere, & Dei vocem, legemque exequi mandare, ſic fuit Moyſis fratri Aaron Sacerdoti præcipere, vt Dei iuſſa executioni demandare, vt patet in conſecratione loci, vbi Domino orandum erat, quem Aaron Moyſis præcepto conſecrauit. Vndè inſtitutum conſecrationis Eccleſiarum in republica Chriſtiana, duxiſſe originem comprobatur, §.1. de conſecrat. diſt.1.

Nàm mirabile admodùm videtur, vt ſacroſanctæ huiuſmodi, cùm hominum, tùm locorum conſecrationes operentur, cùm etſi mortalium opere celebrentur, Diuinam tribui virtutem non ſit verendum, cap. dictum, cap. multi, diſtinct. 2. quæſt. 1. cap. cùm deputati, extra, de iudic. quam Cœlitùs tributam virtutem, Valentinianus Cæſar admirans, & quantæ molis Papæ inſtitutio foret. Propterea Prælatis conuenientibus, Sede vacante, ad nouum eligendum Pontificem, dixit talem in Pontificali conſtituo Sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincerè noſtra capita ſubmittimus, & eius monita, dùm tamquam homines deliquimus, neceſſariò veluti iurantis medicinam, ſuſcipimus, capit. Valentinianus, diſtinct.63. eſtque effectus conſecrationis, idem quod dedicationis, cap. pudenda, diſtinct.24. quæſt.1. licèt ſecùs inanimatis, argum. text. in leg. ſi quando la 3. ff. de emancip. innuere videntur, vt ſit dicendum potiùs mancipatio, quàm dicatio, quòd conuenit relatis ab Imperatore, in authent. quomodò oportet Epiſcop. vbi ait: Epiſcoporum dedicationem fieri Deo manuũ impoſitione; prout diuus Apoſtolus 1. Timoth. cap. 4. ibi: Noli negligere gratiam, quæ eſt in te per impoſitionem manuum Presbyteri, ideſt, Epiſcopi, qui eo tempore Seniorum nomine comprehendebantur, quòd idem, quod Presbyteros indicat, gloſs. in 1. diui Petri canon. vnica cap.5. ibi, in verb. Conſenior, ait, ideſt, Conpresbyter.

Quòd conſecratio rei inanimatæ, prout eſt Eccleſiæ referatur ad dedicationem, & idem importet, colligitur ex lege vnica, C. de palat. & domi. lib. 11. Quia ibi ædes Imperatoris dicuntur Cæſari dicatæ, licèt, ibi, dictio, conſecratæ, impropriè ponatur, cùm ſacrorum ad Cæſarem nihil pertineat; & Clement. ne Romani, de iure iuran. quia, vt ait gloſs. in cap. venerabilem, extra, de elect. Illa Cæſaris eſt impropria, & non vera conſecratio, quam gloſs. ſequitur Hoſtien. in c.1. §. quia, extra, de Relig. domib.

Verùm ne ſupra relata de inunctione Cæſaris manu Cardinalis Epiſcopi Hoſtienſis referenda reſiſtere videantur, text. in Clem.

vnica,

vnita, de iure iuran. §. nos itaque, vbi habetur Cœſarem, manu Rom. Pontif. inungendum, conſecrandum, & coronandum fore, vt eſt ibi Romanus noſter. Quia ita intelligi oportet, iuxta Cardin. Zabarell. ibi col. 2. quando Hoſtienſis actum illum inungendi Cæſarem exequitur, nomine, & iuſſu Papæ, adeò, quòd ſi ſecus actum ſit, perperam, & incaſſum geſtum cenſeretur, concordat gloſ. in Clem. 1. in verb. pud. de vit. & honeſt. Cler. per text. in leg. 1. in princip. ff. de eo, per quem fact. erit, & in leg. 1. §. geſſiſſe, ff. de vi, & vi arm.

Sed propriam non eſſe conſecrationem huiuſmodi Cœſaris inunctionem demonſtrat ratio, quin ad nullius Ordinis deuenitur promotionem, Cardin. in Clement. 1. de iure iur. Panormit. in cap. venerabilem, de elect. Facit text. in cap. Valentinianus, diſt. 63.

Propterea, vt præfertur, conſtat Papæ caput inungendum, quia vera capitis iura retinet, muneraque ſplendidiora, quàm cætera Eccleſiæ membra exercet, ideò præ cæteris membris conſtat Dominum præferre, Matth. cap. 18. vbi liquet caput non eſſe ſuppoſitum præciſioni, quemadmodùm oculum, manum, & pedem ita demonſtrat, diuus Thom. tract. de auctor. Papæ cap. 17. in fin. ibi: Non caſu Dominum, manum, vel pedem nominaſſe membra ſummè neceſſaria, & caput tacuiſſe, ſed id eo non eſſe mandatam præciſionem capitis ſcandalizantis, quia non propter ſcandalum caput ſimpliciter præſcindendum eſt.

Dico autem ſimpliciter ad differentiam capitis in hac, vel in illa Eccleſia, quia quantumcumque caput huius, vel illius Eccleſiæ præcidatur, ſemper manet in terris caput Eccleſiæ, quod eſt Papa.

ARTICVLVS IV.

Admirandas eſſe conſecrationum virtutes.

SEd quare in textu huius Canonis interponatur tempus præteritum, ibi, conſecraretur, cùm magis futurum ſituari oporteret, cùm legis natura ſit reſpicere caſus futuros, cap. final. extra, de conſtit. leg. leges, & conſtitutiones, C. de legibus; & ea pariter ratione, quia lex ſemper loquitur, lege illicitas, in princip. ff. de offic. Præſid. lege Ariani, C. de Hæret. Quoniam de iure eſſe conſpicitur; ideò eſt, quia hoc tempus eſt pro parte finitum, & pro parte non finitum, & in parte, quæ eſt finitum, videtur importare præteritum imperfectum; & ad illud, quod non eſt finitum, extenditur tempus futurum, lege penult. C. de vſur. lege vnica, C. de condit. ex leg. Alexand. in conſ. 199. perfectis his, vol. 6. quæ regula non procedit in præteritis, vndique finitis, & vbi delictorum ſit remiſſio, cùm legis eſſe videatur, vt ſi quid in præteritum remiſſum ſit, ad futura non extendatur, lege 5. C. de gener. abolit. Baldus in lege leges, Cod. de legibus, ne delictis auſa præbeatur, lege iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. lege conuenire, ff. de pact. dotal. Quamvis ſecus determinandum videretur, cùm tempus præteritum ſit abnegatiuum temporis, nedùm futuri, ſed etiam præſentis, §. affinitatis, inſtit. de nupt. quia illud procedit in terminis præteriti perfecti, cùm dictio, per perfectionem abſoluti, & perfecti temporis importet, leg. vrbana, §. pernoctare, ff. de verb. ſignificat. ſicuti ex præmiſſis ſecus liquet in præteritis imperfectis, vbi tempus pro parte eſſe finitum, & pro parte non eſſe finitum ſumitur, & ſic extenditur ad futurum, l. penult. C. de vſur. Hinc pariter ſenſum importare præteritum imperfectum refert Bald. in leg. 1. §. ſi quia agere, nu. 23. C. de condict. illicit.

Huius autem conſecrationis Papæ, quàm ſit maxima virtus, declarat textus in cap. loquitur Dominus, diſtinct. 24. quæſt. 1. cap. Dominus, diſtinct. 94. vbi traditur Diuinam indè confluere virtutem, vndè omnia Eccleſiæ membra vitam ſumere videntur, ſicuti flagitijs mortem tribuit, & damnationem, cap. 5. ait, vt ibi de Anania, & Saphira traditur, quos ſolo verbo furti culpa Petrus morti condemnauit, quæ Apoſtolo Paulo, ſimiliter tributa conſtat, cùm quos anathemate illaqueauit, illicò à Dæmone correptus eius virtute meritorum referatur, Archidiac. in cap. cùm Beatus, diſtinct. 45. Diuinaque hac eadem virtute Petrus tot hominum millia vna prędicatione Chriſto lucratus fuit, Act. cap. 2. Ipſius quoque vmbra ægri ad ſanitatem ſunt reſtituti. Huius ſucceſſorum pariter Reges, & Principes eſt deponere, & inſtituere. Nec ſolus Papæ eſſe conſtat hæc exequi, ſed etiam ipſorum, quos conſtat eſſe opus manuum ſuarum, tanta pollent virtute, vt Cœſari, ac Regibus abſiſtere, eoſque pœnis afficere non vereantur, cùm in ſpiritualibus eis præeſſe, ſimulque eoſdem corrigere poſse vnicuique innoteſcat, diſtinct. 63. cap. 1. & cap. Valentinianus, & ibi gloſſa capit. duo ſunt, diſtin. 96. vt videre quoque eſt de diuo Ambroſio Mediolanenſium Antiſtite, qui Theodoſium Cœſarem anathemate damnatum ob cædem Theſſalonicæ habitam, ab Eccleſiæ ingreſſu expellere non eſt veritus, gloſſa capit. quodcumque ſuper his, extra, de not. Nec eſt verum Sacerdotes, laicorum cauſas iudicio terminare in lege antiqua, Deo ſic diſponente, Deuteronom. cap. 18. & eſt textus in cap. per venerabilem, extra, qui filij ſint legitimi, cùm res de facili ad ſui naturam reuertatur, lege ſi vnus, §. ſi in ſpecie, ff. de pact. cap. ab exordio, diſtinct. 13. Vndè eſſe videtur, vt à diuo Petro Sacerdotes Regio nomine nuncupatos conſpiciamus, ſua quandoque canon. cap. 1. ibi, Regale Sacerdotium, quibus liquet adhærere etiam, quod ſenſit diuus Gregorius, vt ideò Reges Sacerdotes dicantur, quia Deo ſeruiunt, cui ſeruire regnare eſt, refert Card. de Turrecremata in ſumm. de Eccleſia libro 1. cap. 96. concl. 1. Hancque dignitatis pręrogatiuam Sacerdotes legitima conſecratione aſſequi, non eſt dubium ex pręmiſſis, dummodò canonico non reſiſtenti impedimento ad conſecrationem deueniatur, quandoquidem ab Eccleſia præciſis, extraque ipſam permanentibus, nulla conferri Sacramenta queant, cùm ità impoſitis, nulla clauium ad hæc competat facultas, cap. audiuimus, diſtinct. 24. quæſt. 1.

Cùm

Cùm Sacerdotibus, nullum grauius onus obeſſe queat, quàm ab Eccleſia præciſionis vitium, capit. quotidiè, de conſecratione, diſtinct. 2. cap. quid in omnibus, diſtinct. 12. quæſt. 1. Vndè nimirum, ſi tantopere in lege Chriſtiana falſum huiuſmodi exageretur conſecrationis munus, quando non minus à lege veteri deſpiceretur, vt eſt Deuteronom. cap. 17. Alterius hominem ibi, non poteris Regem facere, qui non ſit ex fratribus tuis.

Vndè ſi à diuo Petro in prææallegata canonica, & etiam à diuo Gregorio, iuxta ſuperiùs relata, Regium eſt ipſis nomen attributum, ratione id eis contigiſſe videtur, quia nobiliori Principatus iure regere Sacerdotes videantur, cùm à laicorum Regibus regantur corpora admodùm fragilis, & caduca, à Sacerdotibus verò animæ, quarum interitus damnum eſt ineſtimabile, & nullis modis compenſandum, lege ſancimus, Codice de ſacroſancta Eccleſia, Speculat. de depoſit. §. nono, verſic. tangendum, Soccin. in conſilio 191. licèt difficultate, vol. 2. Felin, in cap. in præſentia, extra, de probat.

Nec ſufficit, conſecrationes procedere à Sacerdotibus, aliàs non præciſis ab Eccleſia, cùm etiam opus ſit, vt conſecrationē conficiens, ſua, & non aliena iuriſdictione vtatur, refert Lapus de Caſtillion. in tract. de canon. por. §. 2. num. 2. & ſicut non alios, quàm ſuos Clericos ſibi ſubiectos conſecrare non debent, ità non cæteris, ſed ſuis Sacerdotia, vel Eccleſiaſtica beneficia conferre tenentur, dummodo imperitia non recuſandis cap. obitum 61. diſtinctione capitulo Cataneη. & capitulo cum inter Canonicos, extra de electione.

Præterea conſecrationes tam Epiſcoporum, quàm inferiorum Sacerdotum ſtatutis à iure temporibus fieri oportet, nec eadem dic ſacras functiones complures eidem conferendas fore permittitur, capitulo literas, extra de tempor. Ordin. & contra ſas eſt, vt quid fiat iure reſiſtente cap. Dayberṭum 1. quæſt. 7. & cap. quod autem, extra de iure patronat.

Vt inde ſequatur, quod ſacra, ſactoque tempore à ſacris collata viris exiſtant. Exod. cap. 28. & de conſecrat. diſtinct. 1. cap. tabernaculum, diuino quodam conſociantur inſtituto.

Aduerſuſque omnia his commentarijs, vſque ad hanc exarationem explicata, videlicet, vt Eccleſia eiuſque Sacramenta, Principatus, Concilia, magiſtratus, & miniſtri ſint de iure Diuino, non reſiſtunt impiorum obiecta vltimo loco, dum aiunt, omnes Eccleſiæ Principes, magiſtratus, & miniſtros non videri de iure Diuino inſtitutos, cùm per hominum electionem eos creari conſpiciatur: Quoniam, etſi hominum electione ad eorum dignitatum faſtigia promoueantur, poteſtatem tamen iure Diuino recipiunt, cap. quanquam, de elect. in 6. quod patet, quia poteſtatem, & gratiam à Deo Optimo Maximo recipiunt, capitulo dictum, capitulo multi 1. quæſt. 1. capitulo cum deputati, extra de iudic. & ſumi poteſt exemplum in Papa, cuius electio, quamquis à Cardinalium pendeat cœtu, eius tamen electio Deo reſeruatur, capit. electione 69. diſtinct. & cap. nemo 9. quæſt. 3.

Propterea Theodorico Rege coram generali Synodo inſtante pro cauſa Symmachi Papæ determinatione reſponſum fuit ab eadem Synodo cauſam ipſam minorum iudicio non eſſe definiendam, quaſi quod ab illa Synodo exprimeretur Dei iudicio eſſe reſeruatam.

Idque etiam non ſolius Papæ, qui in Eccleſia Principis iure, ità fungitur, vt eius electio ab ipſo Omnipotenti Deo, ità confirmata intelligatur, vt alia confirmatione non indigeat, cap. licet extra de elect. Panot. io cap. nihil eod. tit.

Sed etiam in inferioribus miniſtris, quod demonſtratur in capitulo Sacerdotibus 11. quæſt. 1. & capitulo ſatis 96. diſtinctione, vbi Conſtantinus Cæſar ſuo reſcripto fatetur ſe indignum Clericorum cauſas cognoſcere.

Nam illa Sacerdotalis auctoritas Diuinitùs lata eidem Conſtantino innoteſcebat, ac quanti Sacerdotes ipſos fideles Chriſti facere oporteat, velut, qui ſunt opus Dei, iuxta illud Hierem. capitulo 23. & ſuſcitabo ſuper eos Paſtores, vt paſcant eos, non formidabunt vltra, quibus iu lege noua Dominus vltra omnes inhabitantes terram, tantùm auctoritatis contuliſſe patet, vt ſuper omnes de Eccleſia ſua excellere conſtet, quando Matthæus capitulo 18. ait, ſi non audierit, dic Eccleſiæ, vbi gloſs. inquit, ideſt, Sacerdoti.

Vnde in Eccleſia inde cautum habetur, vt niſi Sereniſſimorum Epiſcoporum tractatibus Eccleſiaſticorum ratio habeatur, capitulo ſatis 96. quandoquidem Sacerdotis nomen ſit honoris, & dignitatis, Panorm. in capitulo ſi Sacerdos, extra de offic. Ordin. quarè, cùm Sacerdotium homini iniunctum, vt munus diuinum, ità ipſum nobilitate auget, vt noua cenſeatur creatura, quod manifeſtè patet Apoſtoli ſententia 2. ad Corinth. cap. 3. ea ratione, quia ſi ſactificabantur antiquæ legis Sacerdotes, qui in figuram nouæ legis Sacerdotum præceſſerunt, ſatius quippè ipſos figuratos ſactificari oportet.

Hinc eſſe videtur, vt impiorum præmiſſa obiecta nullatenus obſtent, etiam gentilium falſa religione id comprobatur, cum eorum Sacerdotibus eos detuliſſe magis conſtet, quàm hæreticos veris, ac Diuinitùs inſtitutis Sacerdotibus detuliſſe reperiatur, quod Iuriſconſulti auctoritate comprobatur in lege non diſtinguimus in §. Sacerdotio ff. de arbitrar. ibi, Sacerdotio obueniente videamus, an cogatur arbiter ſententiam dicere, id enim non tantùm honori Sacerdotum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare oportet Sacerdotes. Hactenus ibi.

Vnde ſi hæc falſis Dijs ſacrificantibus, Deumque non agnoſcentibus condonabantur, habeatur ratio, quam impiè geſſiſſe hæreticos oſtendatur, qui verum Sacerdotium contemnunt, quantumcumque Diuinitùs inſtitutum, atque tale, ab vniuerſali Eccleſia excolatur, in qua omnium eſt ſacro-

crorum veritate, extra vllum eſt ſacrificium, vt diui Auguſtini eſt ſententia, & habetur in capitulo extra t. quæſtione prima, vt ibi, extra Eccleſiam, non eſt locus veri ſacrificij.

Et ex his ſummo Opifice collaudato expedita remaneant, quæ examinanda duxi ſuper huius decreti ſeric, vbi ſi quid dictum non conſonum habeatur Apoſtolicæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinæ, imperitiæ magis, quàm perfidiæ meæ adſcribatur, cùm omnia à me prodeuntia velim moderationi, & diſciplinę ipſius ſanctiſs. Eccleſię eſſe ſubiecta, non aliàs, quàm me ipſum illius famulum, ac mancipium ab incunte ætate exiſterc decreui, & hactenus, quoad vixero futurum me diſpoſui, non ignorans, haud poſſe habere me Deum Patrem, ſi ſanctam vniuerſalem Romanam Eccleſiam non habuero matrem, iuxta dictum illuſtris martyris Cypriani in ſymbolo Apoſtolico.

SILVE-

SILVESTRI
PRIERATIS
Magiſtri Sacri Palatij.

ERRATA, ET ARGVMENTA
Martini Lutheri recitata, detecta, repulſa, & copioſiſſimè trita.

LIBRI TRES.

Siluester Mazulenſis, ſeu Mazolinus vulgò coguominatus Prieras à vico feudi Aſtenſis Prierio dicto in ſubalpinis, ideòque rectè à Xixto Senenſi Poſſeuino, Bellarmino, Miræo, alijſque patria Pedemontanus vocatus, non verò Bononienſis, vt legitur in Epitome Simleri, & in calce additionum ad Trithemij Catalogum Ordinis Prædicatorum extitit celeberrimus. Poſt Theologiæ longa ſtudia, & illius Magiſterium Sacri Palatij Magiſter, & totius Ordinis Prior Generalis eſt electus. Antonius Senenſis multa de eius laudibus, atque ex eo Poſſeuinus alijque multa collegerunt, ſed parum ordinatè, adeòque negligenter, vt nec diem mortis eius, aut annum annotauerint, contenti dixiſſe eum circa annum 1520. floruiſſe vt queritur Philippus Labbæus. Alij aſſerunt obijſſe Rhedonibus in Vrbe minoris Britanniæ primaria, die 20. Octobris illius anni 1520. ſepultumque fuiſſe in Conuentu Dominicanorum Patrum. Habuit autem primus hauc gloriam, quamuis aliqui eam illi contendant, vt teſtatur Onuphrius Panuinus in Chronico Eccleſiaſtico, & Antonius Poſſeuinus, alijque, quod primus contra Lutheri hæreſes ſcripſerit, quaſi vocalis tuba alios omnes excitans ad ſcribendum, & quaſi dux contra illum ſuperbum Goliath in nomine Domini ſe armauit. Bibliotheca deindè Dominicana edita ab Ambroſio Altamura ipſum defendit à quadam inſimulatione his, quamuis aliquantulum prolixis verbis, tamen ijſdem, inſimulatur nempe Siluester figmenti circa liberationem Comitis Prouinciæ à captiuitate, qua apud Aragonios detinebatur factam interuentu Beatæ Mariæ Magdalenæ. Narrat Prierius in Roſa Aurea tract. 2. Sermone in feriam 5. octauæ Paſchatis hoc modo. Carolus nauali pugna cum Rege Aragonum congreſſus ſub annum 1179. vincente Aragonio captiuus Barchinonem ductus eſt, & duro carceri mancipatus, dumque indubitatam mortem opperiretur monitus eſt à F. Gulielmo de Tonais Ordinis Prædicatorum, qui ei à ſacris erat confeſſionibus, vt Beatam Mariam Magdalenam, quæ in Prouincia Salyum ipſi Carolo ſubdita prædicauerat, & in ſpem ad S. Maximinum trigenariæ pœnitentiæ ſolitaria perfuncta labore obierat, in Patronam aſſumeret, eique cauſam ſuam, & libertatem commendaret. Dictum factum. Et ecce pridie feſti S. Mariæ Magdalenæ apparens Carolo per viſionem beata, vt ſe ſequeretur admonuit, cumque aliquantulum progreſſus ſibi Carolus videretur, audiuit ab eo ſciſcitan-

Digitized by Google

tem ductricem ſuam, vbi ſe eſſe crederet, eoque reſpondente intra muros Barchinonenſes. Falleris, inquit, nonniſi vna leuca abes Narbone, & ſupra triginta leucas iam emenſus, calcas terram tibi ſubiectam. Reſpondenti Carolo, & quid pro tanto beneficio rependere poſſet, inquit Beata. Latent in ora S. Maximini reliquiæ meæ. Tu eas honorificè colloca, & Fratribus meis Ordinis Prædicatorum religioſis aſeruandas committe, aſſignato cenſu annuo pro centum Fratribus, vt ibi ſemper vigeat ſtudium Generale. Sic fata Magdalena diſparuit. Et Carolus eo ipſo loco crucem figi iuſſit, cui hodie quoque nomen eſt crux de Leuca; moxque ſuper vectigalia Niuienſis Ciuitatis, & aliarum præſcriptum annum cenſum fratribus S. Maximini conſtituit, & duodecim Cænobia Ordinis Dominicani in Neapolitano Regno conſtituit. Multi de Carolo per Magdalenam liberato narrationem, & tranſlationem Caroli adeò ſubitam, & commendationem Fratrum, vt pinguis redditus præſcriptam à Magdalena aſſignationem negant; Carolum autem ad ſuos inita pace cum Aragonio liberum remeaſſe abſque miraculo pro certo habent. Nihilominus, Silueſter anno 1497. dum deuotionis cauſa ſacras D. Magdalenæ reliquias veneraturus ad S. Maximinum acceſſit ſibi hoc narratum refert, & fatetur Chronicam ſe huius hiſtoriæ reperiſſe. Carolus Rex Siciliæ Secundus, & Comes Prouinciæ &c. Totumque miraculum vulgò narratum deſcribit ex illa Chronica, vt ipſe fatetur, quæ adhuc aſſeruatur in Archiuis S. Maximini manuſcripta, & incipit, Mirabilis Deus. Hæc retulit Silueſter, & eius narratio eſt veriſſima. Quod non ſolùm confirmat Chronicum ſupradictum, ſed præter rationes, & Auctores pro miraculo militantes præualet pius, communiſque populorum conſenſus. Extant & duodecim Conuentus ædificati, qui præualent mille hiſtoricis. Primum Cœnobium conſtructum fuit Brunduſij iuxta plateam Principem ſub titulo S. Mariæ Magdalenæ in cuius porta maiori Carolo II. Andegauenſi extat, hoc Cœnobium &c. Ad ſimilem formam elaboratum eſt templum Sipontinum ſub eodem titulo S. Mariæ Magdalenæ, & cum eadem inſcriptione. Item Barolitanum, at hoc deinde ſub eodem titulo eiuſdem Sanctæ bellorum cauſa foris tranſlatum fuit in Vrbem juxta plateam, cum eiſdem gratijs, redditibus, ac priuilegijs. In reliquo Regni ambitu erecta fuerunt alia nouem Monaſteria, in quibus ſingulis aſſeruantur relationes huius rei. Extat & P. Ribadeneira eruditus Scriptor Societatis Ieſu, qui vitam Sanctiſſimæ Pœnitentis ſcribens, vbi attingit hanc hiſtoriam de liberatione miraculoſa ijſdem planè circumſtantiis deſcribit, quæ etiam veritas enarratur à Cauſino Scriptore elegantiſſimo eiuſdem Societatis. Hæc fusè attinguntur à Scriptore Dominicanæ familiæ. Index autem operum, quæ reliquit Silueſter eſt huiuſmodi. Primus, quem ſcripſit contra Lutherum ſic inſcribitur; Errata, & argumenta Lutheri, detecta, & repulſa, vbi agit per varios libros de Primatu Papæ, de Indulgentijs, & de ijs omnibus, quæ pertinaciter negabat Lutherus. Eum dicauit Leoni X. Pontifice Maximo edituſque fuit in Vrbe anno 1520. ex quo multa in noſtram Bibliothecam transferimus. Præter commentaria ſuper 4. libros ſententiarum redegit etiam quatuor Capreoli libros in Compendium, illudque emiſit in lucem. Item ſcripſit ad quatuor eiuſdem Capreoli libros additiones, quibus præcipuè docet, quid de vnaquaque concluſione alij ſenſerint. Edidit vulgatiſſimam Summam Sylueſtrinam, vbi ordine Alphabetico digerit omnia compendiosè, & dilucidè ad moralem Theologiam ſpectantia. Edidit libellum Exorciſmorum, qui prodijt Bononiæ anno 1573. apud Simonem Rubeum, ſiue Roſſium, ſummam de peccatis, quæ recognita iterum prodijt Antuerpiæ anno 1580. & 1583. Venetijs apud Alexandrum Gryphium anno 1584. Librum de Immolatione agni Paſchalis, qui excuſus fuit Mediolani anno 1509. Auream roſam, quæ eſt volumen è roſis, & floribus Patrum, atque Doctorum concinnatum, primo excuſum Venetijs 1524. apud Melchiorem Seſſam. Deindè ibidem anno 1596. apud Iacobum Sauſouinum; Præter hos Sermones ſcripſit, & alios tres libros Sermonum, ſcilicet librum quæſtionum ſexaginta nouem ad Euangelia Dominicalia totius annis. Alterum quæſtionum ſiue caſuum impertinentium, Sermones de Sanctis, & dicti quatuor libri ſimul prolati ſunt Bononiæ anno 1503. Opus de Strigibus, & de Dæmonum mirandis Romæ primum apud Antonium Blandum anno 1521. Conflatum in quo decennium, vt ipſe teſtatur inſumpſit in duo volumina, aliqui vt Auctor Bibliothecæ Dominicanæ partitum vidit, alij vt Antonius Poſſeuinus in quatuor: La Somma per li Confeſſori, ſiue melius, Il Sommario per Confeſſarſi.

LIBER

LIBER PRIMVS.

DE IVRIDICA, ET IRREFRAGABILI veritate Romanæ Eccleſiæ, Romanique Pontificis.

CAPVT PRIMVM.

Quæ ſit Auctoris intentio.

VEritatem meditabitur guttur meum: & labia mea deteſtabuntur impium, Prouerb. 8. Et ſi verba hæc diuinæ ſunt Sapientiæ, quæ & veritas increata eſt, ſecundùm illud Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita: non ab re tamen ex perſona Romanæ Eccleſiæ, Romanique Pontificis dicta intelliguntur, quandoquidem, & veritatem irreprehenſibiliter ſemper docuerit, 24. quæſt. 1. hæc eſt fides, & impietates errores, ſcilicet ſemper pro viribus eliminarit. Qua iuridica, ſeu certè affectiua, & coactiua Romana veritate, diuinoque præſidio fretus, (ſiue quod ex Ordine ſim diui Patris Dominici, qui hæreticos viros, & nouitatum amatores ſternere conſueuit, ſiue quod Romanæ ſim veritatis Profeſſor, & ſi dixiſſe liceat Miniſter:) rursùs ſtudijs proprijs, immò communibus, ſed gratioribus miſſis, cogor armis correptis in arenam deſcendere pugnaturus, & inſurgentes nouos errores, irruenteſque in diuinum gregem ſub ouina pelle rapaciſſimos lupos, & detegere, & profligare. Quod equidem diuinitate ſuffragante, tribus voluminibus efficiam: vnoque eorum de ipſa Romanæ Sedis auctoratiua, ac poteſtatiua, item & irrefragabili veritate in ſe, vel vt aiunt abſolutè, attingendo de ea non quantum res ipſa exegiſſet, ſed quantum opportunum fuerit ad Fratris Martini Lutheri Ordinis Eremitarum Profeſſoris, Dogmata euertenda, atque damnanda.

Quo etiam volumine primo illud potiſſimùm demonſtrabo, quod Romanus Præſul, de fide, & moribus irrefragabile iudicium ferat, modo ex officio ſuo, & iudicialiter ferat.

Alio verò de Romanæ veritatis efficaciſſima virtute, in dictos errores eliminandos: quo etiam ſecundo volumine ex dictis oſtendam, aduerſarij maledicta falſa, & explodenda fore, vana quoque eius eſſe argumenta.

Vltimo verò pro eruditis, qui ex paucis

multa comprehendunt, quaſi indice, & dictorum omnium breui epithomare.

Si verò aut Martinus ipſe, aut alius, aduersùs ea, quæ dictis voluminibus conſcribemus, ſcribere inſtituerit, ſiquidem doctrinaliter, & ad rem ipſam docuerit, in æuum meum reſponſurum me polliceor; Nec mihi, cùm veritas non deſit, poterit deeſſe Deus, aut catholica reſponſio, alioquin ſi ratione, & veritate deſtitutus, agendum putarit rethoricis fictionibus, ſuaſionibus, inuectiuis, aut verbis temerarijs, mordacibus, & ampulloſis, iurgijs, ac vaniloquio cedam; ratus quæ ſcripturus ſum ſat eſſe bonis, malis autem, & obaudientibus nulla ſcripta ſufficere: & libentiùs ad ea ſcribenda ſtylum vertam, quæ vel maximè ante mortem iam, & inſtantem, & vrgentem explere cupio, eo vel maximè, quod virum iſtum ex malitia, non ex inſcitia delinquere vereor.

Si enim ea omnia, quæ ſcribit, etiam credit, omnium penè ignorantiſſimus credi poſſet. Multis verò, quæ dici de re hac potuiſſent reſecatis, ac poſtergatis, ea tantùm aſſequar, quæ præſens meum inſtitutum exegerit: quo in dictos errores feror, non equidem omnes, prolixæ enim valdè forent ambages, ſed in præcipuos, & quantum opportunum duxero ad impia dogmata eius euertenda, atque damnanda.

CAP. II.

Eccleſiam Militantem eſſe Cæli Regnum, & Chriſti Monarchiam, item & Hierarchiam.

IGitur Eccleſiam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam, adhuc in corpore mortali Militantem, eſſe prædicta omnia, ex diuinis literis, & punctis ſequentibus pateat.

Punctum primum. Eccleſia ſancta Catholica Militans, regnum eſt. Nam diuinæ literę Eccleſiam Chriſti Regnum appellarunt. Iſaiæ enim 9. de Chriſto Rege, & Regno hoc, dicitur: Super ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, Gloſ. Ideſt ſuper Eccleſiam, quæ ſignificata eſt per Regnum Dauid.

Er rurſùs Daniel.3. In diebus illis (ideſt poſt Romanorum Monarchiam) ſuſcitabie Deus Regnum Cęli, Gregor.in homil.de Virgin. Sæpè in ſacro eloquio Regnum Cœlorum, præſentis temporis Eccleſia dicitur. Item eiuſdem Daniel. 7. vbi quatuor principsles mundanæ Monarchiæ deſcribuntur, (prout infrà tractabitur) poſt Romanorum terrenam Monarchiam, de Regno hoc Chriſti multa afferuntur. Rurſùs Lucæ 2. Angelus Dei Gabriel intemeratam Virginem alloquens ſuper paruulo Ieſu naſcituro, regnabit, inquit, in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis, Gloſs. In domo Iacob, inquit, ideſt in tota Eccleſia, quæ per fidem, & confeſſionem Chriſti ad Patriarcharum pertinet ſortem.

Nec tamen prædictis obſtare poteſt, quod obijcit impius Antonius Roſelli, aliàs quidem vir argutus ingenio, ſed tamen adeo malus, vt pro voto, non pro ratione docuerit, Regnum, ſcilicet, Chriſti non eſſe Eccleſiam præſentem, immò, neque de hoc Mundo, ſecundùm illud Ioann.18. Regnum meum non eſt de hoc Mundo. Non obſtat inquam, proptereà, quod non dixerit Dominus: Regnum meum non eſt in hoc Mundo, ſed de hoc Mundo potiùs. Eſt enim Chriſti Regnum in hoc Mundo quidem, etſi non de hoc Mundo, dicente Ioann. Apoc. 11. Factum eſt omne Regnum huius Mundi, Domini noſtri Ieſu Chriſti, & regnabimus ſuper terram. Et Dan. 7. Et dedit ei, ſcilicet, Deus filio hominis, ideſt Chriſto, poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient.

Et infrà. Et iudicium ſedit, vt auferatur potentia (ſcilicet antiquorum Romanorum idolatrantium, & trucidantium Chriſtianos:) & conteratur, & diſpereat vſque in finem: regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne Cęlum, detur populo Sanctorum altiſſimi (ideſt populo Chriſtianorum) cuius regnum, regnum ſempiternum eſt, & omnes reges ſeruient ei, & obedient. Hæc ibi.

Eſt etiam Regnum Chriſti in mundo alio, iuxtà illud Matthæi 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo & in terra. Et rurſùs Apoſtolus 1.Cor.15. Cùm tradiderit, inquit, Regnum Deo, & Patri, adducendo, ſcilicet fideles ad viſionem, & obedientiam paternam. Et rurſùs idem ad Philippenſ. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. Et ſequitur. Propter quod & Deus exaltauit illum; & dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cęleſtium, terreſtrium, & infernorum.

De hoc mundo ergo negauit Dominus regnum ſuum eſſe, non autem in hoc mundo. Quod idem eſt dictum, quod regnum meum non eſt ad inſtar regnorum huius mundi, quod videlicet ab his mundialibus regnis differat Regnum Chriſti, vel Cœli, ideſt præſens Eccleſia (qua itratur ad Cęlum) in primis fine ipſo, & vt aiunt gratia cuius. Illorum enim finis modò intentio non degeneret, & ſcopos rectus ſit, eſt bonum humanum ciuile huius, aut illius Prouinciæ, huius verò Chriſtiani regni finis, bonum eſt humanum ſupernaturale, quod teſte Iſaia: Oculus non vidit, nec aures audiuit, & non vnius, aut centum viginti Prouinciarum, inſtar regni Aſſueri, ſed vniuerſi Orbis terrarum, quoniam Deus vult omnes homines ſaluos fieri, vt diuus Paulus aſtruit, 1.Thimot.2. quod non aliter fieri poſſet, quàm per fidem, & Baptiſmum Ieſu Chriſti, qui in hoc Regno confertur, ſecundùm illud Ioann.9. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c. & Marc. vlt. Euntes, inquit, Dominus in Mundum vniuerſum, &c.

Differt quoque hoc Chriſti Cœleſte Regnum à mundanis, ipſa ſui inſtitutione, quandoquidem hoc à Deo inſtitutum eſt: dabit enim, inquit, ei Angelus, Dominus Regnum Dauid Patris ſui, Lucæ 2. & poteſtas primi, & vniuerſalis Hierarche hoc Regnum gubernantis, ideſt Præſulis Romani, adeo eſt immediatè tradita, vt in ſequentibus deducetur, mundana autem regna præſertim extra populum Dei, non fuerunt à Deo immediatè tradita, quin potiùs à violentia cępere.

Immò vir, & Inquiſitor eruditiſſimus, Magiſter Henric. inſtit. præter lineam Chriſti per Abel & Seth deſcendentem ad Chriſtum vſque, & per Chriſtum ad Rectores populi Chriſtiani, probat non fuiſſe iuſtos principatus, ſed omnia alia regna monarchica fuiſſe tyrannica, nec quemquam toti mundo iure imperaſſe, præter Imperatores Chriſtianos.

Differunt quoque inuicem hæc regna iuriſdictione, & poteſtate, quandoquidem in hoc regno, & corporea, & ſpiritus gubernantur; vnde & in eo ſunt claues inducentes ad illud regnum, quod in Cœlis eſt, Matth. 16. vt videlicet animæ à fide ducantur ad ſpiritualem, ideſt claram Dei conſpectionem. Inſuper Regis principalis in hoc regno, ideſt Chriſti poteſtas, & æterna, & incorruptibilis eſt, ſecundùm illud Daniel. 3. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur.

Differunt itidem regimine ipſo. Illa quippe ſeculari brachio ad ſui tuitionem principaliter vtuntur, iſtud verò innititur diuinæ virtuti regno, & regentibus aſſiſtenti, quam & Eccleſiæ Dominus, & Rex noſter ſpopondit, dicens Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum, &c. Vnde & ipſe Regum omnium Rex, Ioann. vlt. dixit: Si regnum meum eſſet ex hoc mundo, miniſtri mei vtique decertaſſent, &c.

Punctum ſecundum. Regnum Chriſti, ideſt Eccleſia Militans, etiam imperium eſt. Sed illud aduertendum in primis dixerim, quod imperium ab imperando dictum, omni conuenit principatui, Eccleſiam verò Militantem ideo imperium dicimus, quod regnum ſit eius, qui eſt rerum Dominus, ideſt Chriſti, de quo ſub typo Salomonis dictum eſt, quod à mari, vſque ad mare dominaretur, & à flumine Paradiſi, ſcilicet, vel alias Euphrate, vſque ad terminos Orbis terrarum, & quem omnes reges terræ eſſent adoraturi. Sic enim dicitur Iſaiæ 9. de Chriſto, & eius imperio. Cuius imperium ſuper humerum eius, intellige autem virtute, & merito. Cruce enim, quam humeris ad montem tulit, non terrarum modò, verùm etiam Cœlorum, & inferorum imperium quæſiuit, vt Apoſtolus Philippenſ. 2. profitetur, propter obedientiam vſque ad mortem crucis, donatum illi aſtruens no-

Digitized by Google

nomen ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, &c. Vnde & ipſe Dominus poſt ſuę Crucis, & mortis humilitatem, dicit Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra.

Quam equidem poteſtatem Chriſtus in quantum homo quæſiuit, quippè quia in quantum Deus nihil poſſit ex mortis humilitate nanciſci. Vnde non minùs ignoranter, quam impiè dixit Anton. Roſelli Chriſtum habuiſſe temporale Regnum gratia diuinitatis, quantum ad humanitatem autem attinet, impijſſimo idoiatrę Cœſari fuiſſe ſubiectum. Hoc autem imperium Chriſti, paulatim Mundo innotuit, paulatimque ſibi Mundum ſtrauit. Secundùm illud Iſaię 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Et ad Titum 6. Cui, ſcilicet Chriſto honor, & imperium ſempiternum; Amen. Et 1. Pet. vlt. Ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum; Amen.

Punctum 3. Eccleſia Catholica eſt Regnum, & Imperium Monarchicum. Pro quo illud in primis conſiderandum eſt: quod Monarchicum nomen, vnitatem Principis in ſuo Principatu præſefere: quod etſi Regibus, immò cunctis Principibus congruit: qui Rempublicam ſoli adminiſtrant: ipſo tamen loquentium vſu Monarcham dicimus eum, qui totius, aut magnæ partis huius noſtræ habitabilis terræ Imperium iure tenet, aut facto, & habenas moderatur: quaſi videlicèt vnicus terrarum Princeps, non habens parem: eo videlicèt modo, quo diuinæ litteræ quatuor mundanas monarchias, & quintam Chriſti aſtruxere: de quibus infrà. In quo etiam ſenſu Eccleſiam Monarchicum Regnum probamus. Et quidem, quod ea ratione ſit Monarchia, quia vnicum habeat Principem, ſic liqueat.

Primò. Nam Imperium, aut Regnum omnium optimum, & ordinatiſſimum, Monarchia eſt: quia profitente. Ariſt. 4. polit. omnium vrbanitatum perfectiſſima eſt Regnum: quod conſiſtit ex ordine ad vnum: non enim eſt bona Principatuum pluralitas: vt idem aſtruxit, 12. primæ philoſophiæ. Regnum autem Eccleſiæ optimum, & ordinatiſſimum eſt: quippè à Deo inſtitutum, & ordinatum. cuius opera perfecta ſunt, Deut. 4. nam cùm ſint tria agentia ſubinuicem ordinata Deus, natura, & ars: ſicut ars naturam, ità ars, & natura Deum, in operando non equane. Igitur Regnum Eccleſiæ Monarchia ſit oportet.

Secundò. Eccleſiaſtica Hierarchia à diuina, ſeù cœleſti exemplariter deducta eſt: vt Greg. aſtruxit ſuper Iob. 38. numquid noſti ordinem Cœli? & eſt cœleſtibus Hierarchijs conformis in ordinibus: vt Dio. placuit, 6. cap. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Cœleſtis autem Hierarchia, Monarchia eſt: Deo vno ordinibus cunctis præſidente, vt liquet. Igitur Regnum Eccleſiæ neceſſariò Monarchia eſt.

Tertiò. Nam Regnum in quo debet eſſe maxima vnitas, debet eſſe monarchicum: vnus enim omnium Rector vnam facie per ſe, & ſuaptè: plures verò in eo, quod plures, vnum per ſe non efficiunt: ſed in quantum vnum ipſi fiunt, aut ſenſu, aut affectu, ſeù certè amore. In Regno autem Eccleſiæ debet eſſe vnitas maxima: quoniam figuratur, & ſignatur per inconſutilem tunicam Chriſti, in qua nulla, aut ſciſſio, aut diuiſio fuit: ſed conglutinatio, & concathenatio maxima: vndè & ſignum diſcipulatus Chriſti eſt charitatis amor, vnitiuam habens virtutem: ſecundùm illud Io. 13. in hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem: vndè vna eſt Eccleſia vnitate fidei, ſpei, & charitatis, legis diuinæ, & naturalis, ac Sacramentorum, & finis vltimi: propter quod Apoſtolus, Cor. 12. ad vnum, inquit, corpus ſumus: & in primo cap. eiuſdem, idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Igitur Regnum Eccleſiæ Monarchia eſt: vnum habens Caput, ac Principem: cui cœteri ſubſint.

Quod etiam Monarchia ſit in ſecundo ſenſu, prophetico teſtimonio conſtat. Nam Daniel, 3. capite, enumeratis quatuor mundanis Monarchijs, de quibus pene ſtatim: de Regno Cœli tunc ſuſcitando, ideſt, de Regno Eccleſiæ noui teſtamenti, ſubjunxit: quod ipſum futurum eſſet maius omnibus alijs Regnis.

Et præterea probatum eſt, quod hoc Regnum ſit Imperium Chriſti: quod vſque ad terminos Orbis protenditur.

Et præterea Dan. 7. dicitur, quod principali Regi huius Regni, omnes Reges obedient: & quod omne Regnum, & omnis poteſtas, quæ ſub Cœlo eſt, data ſit populo Sanctorum, ideſt, Chriſtianorum.

Punctum quartum. Eccleſiaſtica Monarchia, in Monarchiarum ordine quinta eſt. Hoc punctum probatur Daniel 3. vbi Daniel Regi Babilonis, & ſomnium, quod Regis memoria exciderat, & eius interpretationem ſub his verbis reſerauit.

Tu Rex cœpiſti cogitare in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi, quæ ventura ſunt. Mihi quoq; non in ſapientia, quæ eſt in me, pluſquam in cunctis viuentibus, Sacramentum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio Regi manifeſta fieret: & cogitationis mentis tuæ ſcires. Tu Rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem, & brachia de argento: porrò venter, & fœmora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas itàque donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, Argentum, & Aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſque locus inuentus eſt eis. Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Hoc eſt ſomnium, interpretationem quoque eius dicemus coram te Rex. Tu Rex Regum es, & Deus Cœli Regnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & beſtiæ agri, volucreſq; Cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua

vni-

Digitized by Google

vniuerſa conſtituit. Tu ergo es caput aureum. Et poſt te conſurget Regnum aliud minùs te, & Regnum tertium aliud æreum, quod impetabie vniuerſæ tertæ, & Regnum quarrum erit velut ferreum. Quomodò ferrum comminuit, & domat omnia: ſic comminuet omnia hæc, & conteret. Porrò quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſte figuli, & partem ferream, Regnum diuiſum erit, quod tamen de plantatio ferri orietur: ſecundùm quod vidiſti ferrum commixtum teſte ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte Regnum erit ſolidum, & ex parte contritum. Qnod autem vidiſti ferrum mixtum teſte ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhetebunt ſibi, ſicut ferrum non poteſt commiſceri teſte. In diebus autem Regnorum illorum ſuſcitabit Deus Regnum Cœli, quod in æternum non diſſipabitur, & Regnum eius populo alteri non tradetur. Comminuet autem, & conſumet vniuerſa Regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum, ſecundum quod vidiſti, quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & Argentum, & Aurum. Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſteà, & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. Hæc ibi de verbo in verbum. Ex quibus pater quatuor fuiſſe temporales Monarchias, quibus ſucceſſit quinta Chriſti, temporalis pariter, ac ſpiritualis, terreſtris, atque Cœleſtis, prima, ſcilicèt, Aſſiriorum, ſecunda Perſarum, Medorumq; tertia Græcorum, & quarta Romanorum. Nam prædictam Regis Aſſiriorum viſionem (vt pater ex textu, & Aug. ac Hier. aſtruunt) Daniel vates ad quatuor mundanas Monarchias adaptat: Aſſiriorum, videlicèt, in qua Auri fuere infinitæ diuitiæ, pro aureo capite: Medorum, & Perſarum, pro pectore argenteo, brachijſque eo, quod ibi fuerit claritas ſcientiæ, & eloquentiæ ſonus, & à principio duo fuere Regna, quaſi brachia duo, quæ deindè in vno Regno ſub Ciro, quaſi in vno pectore coierunt: Græcorum pro æreo ventre, ac ſœmore, eo quod Græcia magno, velut æs ſono ſtrepitet eloquentiæ, & vltimo Romanorum pro ferreis tibijs, & pedibus ferreis quidem partim, partim verò fictilibus. Lapis autem prædicta confringens, Mundũ, que ſiuè terram cõplens Chriſtus eſt, cuius Regnum hactenùs repleuit, & pleniùs (vt dicetur) in poſterum repleturum eſt terram vniuerſam. Vndè ibi in textu Daniel ſubiungit. Poſt hæc, ideſt, poſt quatuor prædictas Monarchias, ſuſcitabit Deus Regnum Cœli, quod in æternum non diſſipabitur, & Regnum eius, ſcilicèt Chriſti lapidis, populo alteri non tradetur: comminuetque vniuerſa Regna, & ipſum ſtabit in æternum. Patet ergo Regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia, quintum eſſe in ordine Monarchiarum.

Præterea hoc idem patet Danielis, c. 7. vbi dictæ quatuor Monarchiæ, ſub figura quatuor beſtiarum memorantur: Monarchia videlicèt Aſſiriorum, ſub forma Leenæ habentis alas Aquilæ, propter ferocitatem, ac luxuriam, & diuitias, ac peritiam armorum, quæ erant quaſi alæ duæ: Perſarum verò, & Medorum, ſub forma Vrſi, quia hoc Regnum fuerit mitius priore, ſicut Leone Vrſus, habentis dentium ordines tres, propter tria Regna iuncta, Aſſiriorum, ſcilicèt, Perſarum, & Medorum: Græcorum verò ſub forma beſtiæ ſimilis Pardo, propter velocitatem primi Regis, ideſt, Alexandri, habentis alas auis, & capita quatuor, propter quatuor ſucceſſores Alexandri, de quibus primi Mac. Prim. Romanorum verò ſub forma beſtiæ diſſimilis cæteris, & vt nonnullis placet, aper erat; terribilis aſpectu, & dentes ferreos habens, comedens, & cuncta vaſtans, & reliqua pedibus conculcans. Ibi autem poſt harum beſtiarum mortem, & deſtructionem fit mentio de Monarchia Chriſti, ſub hæc verba: quæ Angeli ſunt. Hæ quatuor magnæ beſtiæ, quatuor Regna de terra conſurgent. Accipient autem Regni Sancti Dei altiſſimi, & obtinebunt Regnum in ſeculum, & vſque in ſeculum ſeculorum. Hæc ibi. Et ſic patet punctum quartum.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd omnis Mundi Monarchia fuit Danieli, ibi oſtenſa ſub forma, & figura alicuius beſtiæ; nulla autem videtur præceſſiſſe Monarchiæ Chriſtianæ figura, & conſeqnenter nec Monarchia videtur. Non obſtat, inquam, quia dictæ quatuor Monarchiæ à violentia cœpere, & fuere beſtiales: propter idololatriam, & vitia brutalia: ideòque meritò figuratas dixeris per atroces, ac ſęuas beſtias, atque cruentas; Monarchia autem Chriſti, quæ per Abel, & Seth, & alios iuſtos deducta eſt, non eſt inducta violenter, ſed per inclinationem naturalem, & Dei directionem, & de iure ſemper fuit, de facto aut incepit, quando lapis præciſus de monte ſtatuam attriuit, ideſt, quando Chriſtus Romanæ Monarchiæ ſublimitatem, ſibi ſuiſque Apoſtolis ſtrauit, euerſo dęmonum cultu, iuxtà vaticinium Iſa. 26. Ciuitatem inquit ſublimem, ideſt, Romam, vt exponit Rabbi Salo. humiliabit. Conculcabit eam pes pauperis, ideſt, humilitas Chriſti, greſſus egenorum, ideſt, Apoſtolorum. Hæc igitur Monarchia maximè vnitatis, & pacis, non per cruentas beſtias, ſed per Regnum Salomonis, ideſt, pacifici, figurata eſe, ſicut & Salomon ipſe Chriſti figura fuit, de quo etiam ſub Chriſti typo dicitur in eo Pſalmo, qui incipit, Deus iudicium, & dominabitur à mari, vſque ad mare, & à flumine, vſque ad terminos Orbis terrarum. Ratione autem ſuæ virtutis, & efficaciæ, quæ à Chriſto Eccleſiæ ineſt, ſignificata eſt per lapidem pręciſum de monte ſine manibus, ideſt per tam Chriſtum è Cœlo ſine humano ſemine gentium, qui ſtatuam contriuit, pro quanto omnes Monarchias mundanas euertit in Romana, quæ euerterat Græcam, ſicut & illa aliam, & alia primam. Vndè Daniel vates dixit, quod lapis factus eſt mons magnus, implens omnem terram, vbi etiam Monarchiam Chriſtianam, quam Regnum Cœli appellarat, aſtruxit ſurrectutam in Regnum maius cunctis prioribus Regnis, quod intellige ſemper verum fuiſſe de iure, & aliquando etiam de facto, quando Chriſtum colebat Aſia, Africa, & Europa, & itidem aliquando erit in poſterum, vt videre licet ex his, quæ infrà dicturi ſumus, vbi de huius Monarchiæ perpetuitatè tractabitur.

Pun-

Digitized by Google

Punctum quintum. Chriſtiana, vel Eccleſiaſtica Monarchia, eſt omnium, quæ fuere præſtantiſſima. Nam hoc ex verbis Domini licet accipere; cùm Petrum Apoſtolum huius Monarchiæ caput effecit: dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. In his enim verbis clauſulę ſunt quatuor nobilitatem huius Regni, ac regiminis, præſeferentes.

Harum prima inſinuatur ex impoſiti nominis magnitudine, ibi: Tu es Petrus. In hoc enim nomine (vt Auguſt. & Hilar. exponunt) notauit Dominus potentiam Petri, quia à petra Chriſto, cuius confeſſionem profeſſus fuerat, Petrus appellatus eſt, & ſecundùm quandam participationem nomen acquiſiuit, & poteſtatem, vt audire meruerit, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, quaſi tota ſacra iuriſdictio inter fideles, ex Petro, vel ſucceſſore dependeat, quod etiam in ſequentibus abundantiùs aſtruetur.

Secunda verò inſinuatur ex Dominij fortitudine, ac ſtabilitate: quod illud verbum prætendit, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Quæ equidem portæ ſanctis Doctoribus interpretantibus, curiæ ſunt Principum iniquorum, & Eccleſiæ ſanctæ inſequutorum, ſic dictæ, quia cauſæ ſint pęne omnium flagitiorum in Eccleſia militante, quibus ad inferni portas excurritur. Ad eiuſmodi enim Principes flagitioſi homines confluunt, vt olim (ſi annalibus creditur) euenit in Curia Federici Conradini, & Manſredi, qui Principes perditiſſimi contra Sanctam Dei Eccleſiam nequaquam præualuere, quia potius iniquorum morte è medio ſublati, indicia manifeſta perſequutionis iniuſtè reliquerunt. Nàm vt dicitur Sap. 3. nationes iniquæ, diræ ſunt conſummationis. Et quemadmodum ſemper olim fuit, ità quoque etiam Deo volente erit in poſterum, etiam modò quando multi hæreticuli canino dente, contra eam paſſim emergunt. Vtinam reſipiſcant, ne malè intereant.

Tertia verò ex dominij amplitudine: ibi, & tibi dabo claues Regni Cœlorum: vbi poteſtas Petri ſummi Hierarchæ, etiam in Cœleſte Regnum protenditur: illud vel claudendo, vel etiam reſerando.

Quarta verò ex dominij plenitudine, ibi, & quodcumque ligaueris ſuper terram, & reliqua.

Punctum vltimum. Chriſtiana Monarchia, eadem eſt Eccleſiaſtica Hierarchia. Nàm hoc ex verbis Dionyſ. liquet: per totum eum librum, quem de Eccleſiaſtica Hierarchia edidit.

Patet etiam hoc pacto. Nam Hierarchia dicitur ſacer Principatus. Quod enim Græcè, *iera* Latinè ſacrum, quod etiam Græcè *archi* Latinè Principatus dicitur. Monarchiam autem Chriſtianam eſſe Principatum iam liquet: eſſe verò ſacram, vel Principatum ſacrum etiam liquet: quia ſi ſacrum dicatur, quod in cultum diuinum ordinatur, tota Eccleſia ſacra eſt, cum ſit hominum in diuinum cultum ordinata multitudo, vt infrà patebit: ſi verò dicatur ſactum, id quod ſanctum eſt, ea ſcilicet ratione, qua Sacramenta nouæ legis dicimus ſacrantia, ideſt ſanctificantia per gratiam, etiam ſic Eccleſia ſacra eſt, cùm in ea numquam deficiat Fides, Spes, & Charitas, àc gratia diuina. Et prætereà primus huius multitudinis Gubernator, & Rector, & Deo ſacratus eſt, & reliquos Hierarchas, & omnes Deo ſacrat, & adducit. Patet ergo Eccleſiam Catholicam omnia eſſe, quæ diximus.

CAP. III.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham, primum dignitate, ac iuriſdictione.

Ex dictis iam haberi poteſt in Hierarchia Chriſti eſſe vnum primum Hierarcham: ideſt ſacrum Principem, cùm eadem ſit etiam Monarchia; ideſt Principatus per vnum primum gubernatus, hunc verò eſſe Romanum Præſulem, ex ſequentibus punctis quiſque perdiſcet.

Punctum primum. Errorem quorumdam reijci, quòd beatus Petrus Apoſtolus non fuerit Romæ. Nàm Okam errorem retulit dicentium, Apoſtolorum, & Eccleſiæ Principem Petrum Romanam Vrbem numquam vidiſſe, ac perindè etiam in ea non præfuiſſe: proptereà, quod illud ex ſacris literis non habeatur, ex quo etiam concludere moliuntur Romanum Præſulem non eſſe Petri Apoſtoli Succeſſorem. Sed hi etſi emulum Romanæ laudis, rude tamen præſeferunt ingenium: quippè quæ à ſcripturarum auctoritate, negatiuè coarguant, quaſi nihil verum ſit, quod ex ſacris literis non habetur: ac pro hoc iſti ipſi qui loquuntur, numquam, aut viui, aut mortui fuiſſent, quod hoc literæ diuinæ non aſtruant. Aliàs autem multipliciter error iſte colliditur, & oſtenditur ad æternam ſalutem neceſſarium, credere Petrum Apoſtolum Romanam Vrbem adiuiſſe, & incoluiſſe. Et quidem in primis: quoniam illud literæ diuinæ firmarunt. Nàm is ſuam primam canonicam Epiſtolam ex Vrbe Roma conſcripſit, in cuius capitis quinti calce habet. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone: Romam videlicet per Babylonem intendens, propter idolorum culturam, vt ibidem Venerabilis Bedæ gloſa edocet.

Et hoc idem canonica iura docuere: quod liquet diſt. 21. quamuis diſt 22. ſacroſancta diſt. 96. Conſtantinus 2. quæſt. 7. beati 24. quæſt. 1. rogamus qui filij ſint legit. per venerabilem de elect. in 6. fundamenta. Idem quoque Hieron. tenuit in eo libro, quem de viris illuſtribus effecit, & Ambroſ. contrà Auxentium de Baſilicis tradendis, & Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria capite 13. & idem habet totius Orbis fama, & credulitas. Fuit ergo Petrus Romanus Antiſtes.

Punctum ſecundum: Romanum Præſulem deſcribi. Quia verò perneceſſarium eſt fundamentum, quem Romanum Præſulem dicamus agnoſcere; eum intelligo, eumque profiteor Romanum dici, & eſſe Pontificem, qui eſt Vicarius Chriſti Regis in terra, quique aut Petrus fuit, aut in loco, & Sede Petri reſidet, ſiue Romanæ præſit Eccleſiæ, vt modò;

ſiue

ſiuè Antiochenæ, vt poſſibiliter olim, ſiue aliæ, quod vtiq; fieri poſſet, ſed tamen Deo volente dumtaxat, vt docuit Per. de Pal. illud dixiſſe. & ex dictis haberi velim, quod Romana Sedes, aut Eccleſia, prima ſit ratione, & gratia ſedentis, non autem ſedens primus ratione Sedis, vel Eccleſiæ, ſed ex eo, quod vice primi Paſtoris Chriſti ſedeat. Ità ſenſit Cameta: in veſperijs, & patet in cap. ſacroſancta diſt. 22. vbi Beatus Anacletus Papa, ac Martyr, ex primitate Petri infert Romanæ Eccleſiæ primitatem. Et idem patet 3. quæſt. 6. in capit. dudum, & per innumera alia iura. Sed de his in poſterum abundantiùs.

Punctum tertium Beatus Petrus Chriſto viuente fuit Apoſtolorum primus inſtitutus. Nàm verborum ordo, quaſi aliquid præſeferens, obſeruandus eſt: Domin. in cap. quia Pontificali de offic. deleg. lib. 6. gloſ. in Clementin. 1. de bapt. & in cap. quotundam de elect. in 6. & Panor. in cap. ſedes de reſcript. Conſtat autem Petrū inter Apoſtolos à Chriſto, & ab Euangeliſtis ſemper fuiſſe nominatum primò, vndè Matth. 10. duodecim, inquit Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andræas frater eius, &c. vbi aduertendum eſt illud in primis, quòd Petrus fuit primus, non vocatione, prius enim fuit vocatus Andræas, vt patet Ioann. 1. ſed primus fuit dignitate, vt exponit Albertus Magnus. Deindè verò etiam illud aduertere oportet, quod Andreas non dicitur ibi ſecundus, nec ſequens tertius, & ſic de reliquis, quia omnes quidem erant ſub Petro: non autem aliquis aliorum ſub alio: cuius exemplum eſt in Papa, & Epiſcopis, quamquam Metropolitano ſuffraganei ſubijciuntur quoquo modo, non autem ſimpliciter, & humano quidem, non autem diuino iure.

Præterea primitas Petri oſtenditur ex eo per totum Euangelium, quod ſemper Petrum inſpectantibus ad totum Collegium primo loco pro omnibus inducit, aut dicentem, aut audientem, aut exequentem, vt liquet Matt. 17. in ſolutione tributi, & Matth. 18. in traditione doctrinę de fraterna correctione, & Matth. 19. in interrogatione de futura mercede relinquentium omnia pro Chriſto: & Luc. 12. interrogando, an illa verba: eſtote parati, ad ſolos Apoſtolos, an ad omnes ſimpliciter pertinerent, & Luc. 22. in exhortatione de fratribus confirmandis, & Ioann. 13. vbi Chriſtus Diſcipulorum pedes loturus cæpit à Petro, vbi dicit gloſſ. cum veniſſe primò ad primum Apoſtolorum.

Punctum quartum: Non fuit autem Petrus Apoſtolorum primus dignitate dumtaxat, ſed etiam Princeps auctoritate ſcilicet, & iuriſdictione à Chriſto alijs Prælatus.

Hoc enim primò conſtare dixeris auctoritate Eccleſiæ, ne dum Romanæ, ſed etiam vniuerſalis, quæ per totum Mundum cantando aſtruit Petrum Apoſtolorum Principem, eique omnia Mundi Regna contradita, & Chriſtum introducit dicentem ſuper plebem meam Principem te conſtitui.

Secundò, nam Ioann. 10. Chriſtus omnium ſuarum ouium vnum futurum Paſtorem prænunciauit dicens, erit vnum Ouile, & vnus Paſtor, quem deindè Ioan. vlt. docuit eſſe Petrum dicens paſce oues meas, vt patet de elect. ſignificaſti, & capitulis alijs innumeris. Eſt ergo Petrus omnium Chriſti ouium Paſtor inſtitutus à Chriſto, ergo etiam Apoſtolorum, cùm oues fuerint Chriſti ſicut, & de ouili eius. Et ſi Paſtor: ergo auctoritatem habuit paſcendi per doctrinam, & corripiendi per pedum iuriſdictionis. Non enim merus Doctor dicitur Paſtor, quantum ad illud, ad quod nomen impoſitum eſt, quicquid de eo ſit à quo impoſitum dicitur, tum quia Apoſtolus ſcribens ad Philip. Paſtorem condiuidit Doctori dicens, quoſdam Paſtores, & Doctores, tum quia ſecundùm hoc non eſſet vnus Paſtor ouium Chriſti, contrà dictum Chriſti Ioann. 19. cùm omnibus Apoſtolis æquè dictum ſit Matth. vlt. docete omnes gentes. Et quia hunc Scripturæ Diuinæ textum, paſce: omnia iura, & omnes Sancti concorditer ſic intelligunt, vt Petro non doctrina modò, verum etiā, & cura commiſſa ſit ouium, erroneum, immò hæreticum eſt aliter exponere, vt patet per ea, quæ dicuntur 24. quæſt. 3. hæreſis, & not. Paul. in Clem. vnica de hæret. & gloſ. in Clementin. 1. de vſuris, & tantò ampliùs, quantò eſt contrà deciſionem Concilij Oecumenici Florentini, vt patebit.

Tertiò. Nàm idem oſtendunt Verba Domini Matth. 16. Ego, inquit, dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque &c. quæ ſequuntur. Gloſ. Particulariter claues Petro conceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret: Ideò enim ipſum Principem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia vnum haberet principalem Chriſti Vicarium, àd quem diuerſa Eccleſiaſtica membra recurrerent, ſi fortè inter ſe diſſentirent. Quod ſi diuerſa forent in Eccleſia capita, vnitatis vinculum rumperetur. Hæc gloſ. cuius verba memoriæ commendanda ſunt, quia non ſolùm auctoritate vigent, verùm etiam rationem complectuntur. Et ſi dicatur, quòd Claues Petro ſunt ſolùm tunc promiſſæ, verum quidem eſt, ſed blaſphemum eſt dicere, quòd Chriſtus mentitus eas non tradiderit aliquandò, tradidit autem, ſecundùm omnia iura, & præcipuè ſecundùm dictum cap. ſignificaſti, quandò dixit, paſce; vndè dicere, quòd tunc ſolam doctrinam commiſit, eſt negare ius canonicum, & dicta Sanctorum, & Concilium Florentinum, & quædam alia Concilia vniuerſalia.

Quartò etiam idem ex eius nomine conijcitur, dicente Domino Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, quod Græcè ſonat Caput. Indè beatus Anacletus 22. diſt. cap. Sacroſancta: inter beatos Apoſtolos inquit, quædam fuit diſcretio poteſtatis, & licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino conceſſum eſt, & ipſi inter ſe voluerunt id ipſum, vt Petrus reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, Caput, & principium teneret Apoſtolatus. Hæc ibi. Pro his aduerte, quòd Cephas Hebraicè, vel potiùs Siriacè, eſt idem, quòd Petrus, vt patet Ioan. 1. Petrus autem aliquandò etiam interpretatur Caput Domus. Quia ergo Cephas Siriacè eſt Petrus, qui eſt Caput Domus, & à Petra dicitur, quæ Caput

eſt

Digitized by Google

eſt Eccleſiaſticæ ſtructuræ, & Græcè eſt Cephas ſonat Caput, nam *Kephali* dicitur Caput, ideo Anacletus per Cephas interprætatus eſt Caput, magis mentem Chriſti interprætatus, quàm vocem.

• Quintò etiam idem infertur ex ipſa quam probauimus in puncto, 4. Petri primitate iuncta ineſtimabili ſapientia Chriſti, verbi Dei, & ſapientiæ genitæ. Quis enim ſapiens præſentiam ſuam à ſua familia, vel reguo ſubtracturus, vni primo non deferret vicariam in omnes, non enim eſt bona principatuum plùralitas: profitente Ariſtot. diuinæ Sapientiæ lib. s 2. vndè dicere Petrum habuiſſe primitatem bonoris dumtaxat, non autem regiminis, eſt blaſphemate Chriſtum, quaſi Eccleſiæ ſuæ regimen bonum non intulerit, qui illud intulit Synagogæ, in qua ſemper fuit Sacerdos Summus non honore modò, verùm etiã, & iuriſdictione: cùm eius deciſionibus in omni cauſa dubia ſtandum, & obedieudum mandarit Deus ſub pœna mortis Deut. 17. Vndè, in Oecumenico Concilio Florentino, in quo & Græci, & Armeni conuenerunt, & concordarunt: ſic ſcribitur in forma. Definimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem, in vniuerſum Orbem tenere principatum: & ipſum Romanum Pontificem, Succeſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum. & verum Chriſti Vicarium, totiuſq; Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum, & in geſtis Conciliorum Oecumenicorum, & in Sacris Canonibus continetur. Hæc ibi.

Vltimò idem à Sanctis Doctoribus habetur. Nam hoc tenuit Diuus Auguſtinus in lib. de. qu. noui, & veteris Teſtamenti qu. 79. & Chriſoſt. cum gloſ. interlineari ſuper illud Matth. 19. quis putas eſt fidelis ſeruus &c. & gloſ. Theophil. ſuper illud Luc. 12. Domine ad nos dicis hanc parabolam, & iterum Chryſoſt. ſuper illud Ioann. vlt. paſce oues meas dicens ideſt loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum: & Leo Papa in quodam ſermone ſic dicit. Comune erat omnibus Apoſtolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen ſpecialis cura à Domino Petri ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur: ſcilicet iuxtà illud rogaui pro te Petre, tamquam aliorum ſtatus certior ſit futurus ſi mens Principis victa non fuerit.

Vndè, & poſt Chriſti mortem, ex actibus Apoſtolorum idem euidenter apparuit, primò quidem, quia perfidis Iudæis irridentibus Apoſtolos, quia varijs linguis, quaſi temulenti loquerentur, Petrus occurrit teſtimonio Ioelis, quòd non muſti, ſed Spiritus Sancti plenitudine agerentur. Gloſ. loquitur paſtor pro omnibus.

Secundò, quia aduersùs Ananiam, & Saphiram Spiritui Sancto mentitos, ſententiam mortis primus tulit: actuum. 5.

Tertiò, quia Simonem Magum offerentem pecuniam, pro dono Sp. Sancti aſſequendo, repulit dicens: pecunia tua tecum ſit in perditionem, actuum 8. Vbi dicit gloſ. quòd Petrus, quaſi Princeps loquitur primus.

Quartò: quia in Concilio inito ſuper obſeruatione legalium actuum 15. Petrus exurgens ſententiam tulit: vbi gloſ. in verbo ſurgens, Petrus inquit præ omnibus, quaſi Princeps loquitur.

Nec tamen prædictis obſtare poteſt primò, quod dicit Anacletus in cap. in nouo diſt. 25, quòd cæteri Apoſtoli cum Beato Petro, pari præditi conſortio, & honorem, & poteſtatem acceperunt, & quod dicit Beatus Cyprianus Papa in c. loquitur Dominus 24. quæſt. 1. quod ſcilicet cæteri Apoſtoli erant, quod Petrus fuit, pari conſortio, & honoris, & poteſtatis, & quod eis omnibus ſimul data eſt poteſtas à Domino Matth. 18. quæcumque ligaueritis &c. Non obſtat inquam, quia intelligendum eſt quod omnes fuerunt pares in Sacramento in poteſtate ordinis Sacerdotalis, & Epiſcopalis, & dignitate Apoſtolatus, non autem in poteſtate iuriſdictionis, vel adminiſtrationis, quod equidem paret per gloſ. in dicto capitulo in nouo quæ adducit capit. puto 2. qu. 7. vbi hoc colligitur; patet etiam hoc in dict. cap. loquitur Dominus 24. quæſt. 1. vbi dicitur loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; Super vnum ædificat Eccleſiam, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat, & dicat ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum Sanctum, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem auctoritate ſua diſpoſuit. Hoc ergo vtique erant cœteri, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtretur: hæc ibi: vbi habetur, quòd omnes fuerunt pares dignitate, & poteſtate ordinis, non autem iuriſdictionis, quæ erat pænès primum ſuper quem fundabatur Eccleſia: alioquin non fuiſſet vnitas. Vnde gloſs. ibi dicit pares fuerunt in ordine, & dignitate conſecrationis: ſecùs in adminiſtrationis plenitudine, quod liquet ex illo cap. 23. diſt. perlectis, & diſt. 80. in illis: hæc gloſs. Idem quoque ſenſus patet ex dicto cap. in nouo: quod in oppoſitum adducebatur: vbi dicitur, quòd poſt Chriſtum à Petro ſacerdotalis cepit ordo: & infrà dicitur, quòd cæteri Apoſtoli eodem pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt: hæc ibi: vbi cum paritate poteſtatis ponitur principatus, quem in paritatem poteſtatis exquirit: ex quo manifeſtè liquet, quòd in vna poteſtate fuerunt pares, ſcilicet Ordinis, in alia impares, ſcilicet iuriſdictionis, quam omnes habebant à Petro: quod Cyprian. intendebat, cùm dixit: ſed ab vnitate exordium, proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtretur: quaſi vellet dicere, quòd primò Petro ſoli promiſſa eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi Matth. 16. tibi dabo claues, inquit, Regni Cœlorum: & quòd eſſet Cephas. Ioan. 1. deindè data eſt etiam alijs poſt reſurrectionem Ioan. vlt. & ante reſurrectionem promiſſa, Matth. 18. vbi ſermo erat de futu-

ris iu Eccleſia: & hoc in ſiguum, quòd à Petro, vel eius ſucceſſore ſicut à capite auctoritas iuriſdictiouis iu alios fluertt: quod etiam in ſequentibns demonſtrandum eſt.

Non obſtat, 2. quòd Chriſtus Apoſtolis videtnr interdixiſſe principatum: diceus Matthæi 20. ſcitis, quia Priucipes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſuut poteſtatem exetcent in eos: & idem Marc. 10. & Lucæ 22. & deiudè prohibet ità fitri intet Apoſtolos. Nou obſtat, inquam, quia Chriſtus non interdixit priucipatum ſimpliciter: ſed tyrannicum, & violentum: vt patet ex textu prædicto: & ex eo qui ſequitur in hunc modum. Non ſic, inquit, erit intet vos: ſed qui volutrit intet vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Vnde Chryſoſt. hoc exponens ait. Principes Mundi ideò fiunt, vt dominentur minoribus ſuis: & abutantur vita eorum ad ſuas vtilitates, & glorias: Principes autem Eccleſiæ, vt ſetuiant minotibus ſuis: & miniſtreut eis quæcumque acceperuut à Chriſto: & ſuas vtilitates negligant, vt aliorum procurent, hæc ibi.

Non obſtat, 3. quòd beatus Petrus poſt mortem, & Aſcenſionem, non ſeruauit intet Apoſtolos principatus dignitatem, & auctoritatem: vt pxtet in elect. Matthiæ act. 1. & in electione ſeptem Diaconorum, actuum, 6. vbi ſe habuit quaſi vnus ex Electoribus: non quaſi Electorum Princeps: & in eo etiam, quòd ipſe ad Samaritas ab alijs Apoſtolis miſſus eſt act. 8. Non obſtat, inquam, quippè ipſe ſolus eligere potuit: dicente Chryſoſt. ſuper actus Apoſtolotum. Eligere Pettus vtique poterat: ſed ne videretur ipſe gratiam dare, ideò non fecit. Fecit ergo eo modo Petrus, primò gratia humilitatis: vt innuit Chryſoſt. quod etiam patet in ſimili, 10. qu. 7. Petrus: vbi dicitur, quòd potuit ex officio ſuo fidelium quærelas refellere, murmurantium de eo, quòd ad gentes diuertiſſet: ſed noluit ex humilitatis diſpenſatione.

Secundò vnitatis gratia paciſque ſernandæ: vt etiam ibi dicit beatus Chryſoſtomus.

Tertiò, vt in Petro magis fulgeret illa Chriſti doctrina; qui maior eſt veſtrum fiat ſicut miniſtrator.

Quartò, vt Eccleſiaſtico cœtui honorem ferret: cui Chriſtus iam dudum promiſerat ſe non defuturum, nec Spiritum ſanctum; vnde & Petri ſucceſſores ſemper hactenus, & vſque in pręſens cętui Cardinalium detulere, etiam in his, quæ per ſeipſos iure potuiſſent expedire. Sicut enim Epiſcopi ſucceduut Apoſtolis diſt. 21. iu nouo diſt. 36. Eccleſiæ diſtin. 58. quorum vices; quod intelligo de Apoſtolis ad prædicationem, & animarum curam diſperſis; ità congregatis Apoſtolis, & aſſidentibus Chriſto, ſuccedit Cardinalium cœtus aſſidens Papæ; qui Chriſtum Domiuum præſefert; inimò cenſentur vnum corpus cum eo: ſicut Canonici cum Epiſcopo Panorm. de poteſt. Prælat. bonæ memoriæ, el 2. Miſſio autem illa in Petro miſſo inferioritatem non arguit neceſſariò: mittuntur enim in diuinia duæ perſonæ, vt Theologis, & diuinis literis placet; Filius videlicet, & Spiritus ſanctus, quę tamen Patre minores non ſunt: conſiliarius quoque, vt Auic. placuit, regem in arma mittit; & ſic Apoſtoli communi conſilio habita ratione de pręclara gratia miraculorum in Petro: eum ſuo conſilio, & hortatu miſerunt, ex humilitate & doctrina magiſtri ſe habentem, vt vnum ex illis.

Punctum 5. Cum Apoſtoli vniuerſi, & Sacerdotes, & Antiſtites, ideſt Epiſcopi, vel ſuperintendentes extiterint: ſolus Apoſtolorum Princeps Petrus à Chriſto, ſine medio Epiſcopus inſtitutus eſt.

Sunt autem de hac re opiniones duæ: propterea, quòd ex diuinis literis veritatem clarè non habeamus. Harum vna eſt, dicentium Apoſtolos omnes à Chriſto ordinatos Epiſcopos: quam gloſ. ſequitur, & tuetur: diſt. 66. porrò: cum qua etiam Arch. tranſiſſe viſus eſt, aliter non excuſſa materia.

Reliqua verò eſt dicentium: quòd Chriſtus in vita eos omnes ſacerdotes ordinarit quantum ad ſacerdotis actum principalem duntaxat: quod eſt ſuper Corpus Chriſti verũ, cùm dixit in cœna: hoc facite in meam commemorationem: poſt mortem verò eoſdem ſacerdotes effecit quantum ad minùs principalem actum: in ordine videlicet ad corpus Chriſti miſticum: quod Eccleſia eſt, ſeu fidelium multitudo dicens Ioan. vlt. accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt: non autem ordinati ſunt ab eo in vita, vel poſt mortem in Antiſtites: Petro ſemper excepto: de quo infrà. Et quamquam in re hac nihil exploratum plenè teneamus: ſecundam tamen opinionem veriorem putarim.

Adducor autem in primis, vt ità crediderim: quia beatus Petrus nequaquam paſtor ordinatus eſt ouium niſi Chriſto mortuo, & iam reuiuente. Hoc enim patuerit ratione: quandoquidem ſi viuente Chriſto, & viatore, alius viator ſummus Viator fuiſſet; duo fuiſſent immediati paſtores Viatores, cùm vterque fuerit immediatus cum plenitudine poteſtatis, ac eius exercitio; quod eſſe non debuit; quia non eſt bona principatuum pluralitas: Ariſt. profitente, 12. 1. phiſ. & monſtrum eſſet vnius effectus duas eſſe cauſas proximas, & completas ordinis eiuſdem, & vnam habere virtutem ex alia: ſi enim vna iuuat reliquam, ambæ imperfectæ & incomplete ſunt; ſi neutra reliquam iuuat, immediatas eſſe, impoſſibile eſt, ex 2. phyſ. Abundaret enim Deus, vel natura in ſuperfluis, contra Philoſophicam regulam.

Itidem quoque illud etiam auctoritate patuerit. Nam hoc ſenſit Ambroſ. vt patet in capit. fidelior diſt. 50. Fidelior, inquit, factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe prodidiſſe defleuit; atque ideò maiorem gratiam reperit, quam amiſit: tamquam, enim bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum, hæc ibi.

Ibidem etiam Greg. in cap. conſiderandum, dicit. Conſiderandum nobis eſt cur Optimus Deus, eum quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, Ancillę vocem pertimeſcere, & ſemetipſum negare permiſit: vbi ex gloſ. & ex illo verbo diſpoſuerat, patet eum nondum fuiſſe Pontificem; ſed Chriſto poſteà reuiuiſcente factus eſt paſtor, & Pontifex: per

illa

illa verba Ioan. vlt. paſce oues meas.

Quod etiam clarè patet io cap. ſignificaoit de elect. ad quod eſt etiam cap. ſolitæ, de maior. & obed. §. nobis : & conſentit Innocen. ac Hoſt. de foro con. licet, & Archid. io cap. vbi periculum de slect. in 6. in gloſ. magna circa finem : & Boniſacins, 8. in extrauaganti vnam ſanctam, & in hoc nullus diſſonat Sanctorum, & conſonat Concilium Florentinum : vt ſupra patuit. Petrus ergo factus eſt Præſul Chriſto mortuo. Quomodo ergo, eo viuo, promori ſunt reliqui, niſi fuerint Petro priùs inſtituti? quod falſum conſtat : dicente Anacleto in cap. in nouo diſtinct. 21. quòd Petro primò pontificatus io Eccleſia datus fuit.

Præterea à Petro in alios Apoſtolos deriuabatur Epiſcopalis iuriſdictionis auctoritas; vt infrà probabitur. Quomodo ergo eam acceperunt reliqui à Chriſto, nedum viuente, verùm etiam poſt mortem? Niſi fortè dixeris, quòd acceperunt à Chriſto ea quidem, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis, non autem, quę iuriſdictionis: dico autem hoc nullibi ex Scriptura ſacra, vel ſacris Canonibus haberi poſſe: ideòque eadem facilitate contemnitur qua, & aſſeritur : vt indè arguatur hoc pacto.

Præterea in his, quæ noo ad philoſophicas diſciplinas, ſed ad fidei traditiones ſpectant : nihil prorsùs aſtruendum eſt, niſi quod, aut ex diuinis literis, aut ab earum interpretibus, ſactis videlicet doctoribus haberi poteſt : teſte diuo Dionyſio, aut etiam per ſillogyſticam rationem indè deductam. Nulla autem, vel exigua auctoritate probare poſſunt iſti, quæ dicunt. Non enim facti ſunt Epiſcopi per illa verba Matth. 18. quæcumque ligaueritis ſuper terram, & reliqua : quia nec Petrus per ſimilia ſibi dicta Matthæi 16. factus eſt Præſul : vt probatum eſt : & propreà nondum erant ſacerdotes, cùm auctoritatem conficiendi non niſi in cœna, & auctoritatem abſoluendi non niſi poſt reſurrectionem legantur accepiſſe : ibi; quorum remiſeritis, &c. Ioan. vlt. vnde dicta verba quæcumque ſolueritis, tam Petro, quàm reliquis promiſſio fuere, non autem exhibitio poteſtatis: ſed nec facti ſunt Epiſcopi per illa verba Lucæ 22. hoc facite in meam commemorationem: quæ ſolum auctoritatem conficiendi Euchariſtiam ſonant; nec per illa Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: quia vtrumque horum poteſt ſimplex ſacerdos: vnde, & in ipſa ordinatione ſimilia dicit Epiſcopus ordinator ſimplicibus ſacerdotibus. Alia autem ad hoc ſpectantia in ſacro Canone non habentur : Nec valet dicere idem eſſe de alia opinione. Hoc enim ego nego; quamquam nec iſta aſtruenda ſit quaſi omnino certa; ſed quaſi verior rationique conſona magis. Igitur ſolus Petrus à Chriſto eſt ordinatus Antiſtes.

Præterea alij Apoſtoli Præſules ordinati ſunt per Petrum, & coaſſiſtentes : quod patet quia Iacobus Alphæi, qui fuit de primis Apoſtolorum, fuit ordinatus Epiſcopus Hieroſolymorum; vt dicit beatus Anacletus in cap. porrò diſt. 86. à Petro, & Iacobo Zebedæi, ac Ioanne Coaſſiſtentibus; ex qua ordioatione accepta eſt forma ordinaodi Epiſcopos : vt patet in d. cap. porrò; & diſt. 21. in nooo in parte deciſa.

Indè ſic arguitur. Aut Chriſtus priùs Iacobum Epiſcopum ordinauerat aut non. Si non; ergo noſtra iotentio fundata eſt; quia ſi non iſtum, nec reliquos inſtituit; ſed Petrus : Si ſic; ergo aut Petrus iterauit Sacramentum ordinis Epiſcopalis; quod eſt impium, aut Chriſtus ordinauit eum nullatenenſem; quod ridiculum eſt & contra Concilij Vieonenſis decretum; quòd non prouideatur de paſtore Eccleſiæ non habenti clerum, & ſubditos Chriſtianos; de elect. plerique, nec ratiooabile eſt dicere, vt gloſs. in d. cap. porrò, quòd fuit ordinatus Archiepiſcopus ab Apoſtolis, & à Chriſto Epiſcopus; hoc enim leuiter dicitur; quia aut fuiſſet ordinatus in duabus Eccleſijs, in vna à Chriſto, in alia ab Apoſtolis, aut ab vtriſque in vna, aut à Chriſto in nulla : quod rationabiliter non dicitur: cùm primum redoleat exemplum malum vanitatis; & ſecundum rem ſuperfluam, & tertium rem vanam; Chriſtus enim non ordinabat Eccleſias ad Prælatos, qui eſt ordo peruerſus, quo perſonæ prouidetur de Eccleſia, ſed Epiſcopos ad Eccleſias, ideſt Eccleſiarum vtilitatem; qui eſt ordo verus, quo Eccleſiæ prouideotur de Rectore. Ad cætera, autem quæ ibi in gloſs. dicuntur; facilè patet, quia leuia ſunt.

Vnde dantur multæ ſolutiones ibi; quia vera ignorabatur. Idem etiam patet de Paulo; quem non ordinauit Chriſtus; & Baroaba; quem ordinauerunt Petrus, & aſſiſtentes act. 13. ieiunando, & orando, & imponendo manus; quæ eſt forma ordinandorum; vt ibi dicitur, & habetur diſt. 75. in cap. quòd die per Leonem. Solus ergo Petrus eſt inſtitutus à Chriſto.

Præterea hoc magis expediens videbatur Eccleſiaſticæ vnitati: vt primus non ſolùm eſſet primus honore inter Apoſtolos, ſed etiam eſſet primus auctoritate, & virtute : vt ab eo cæteri penderent : vnde & iuxtà Pauli ſenteotiam Act. 12. Deus ex vno omne genus hominum fecit: vt ſcilicèt eſſet vnitas maior: vnde & in huius figuram à Moyſe ſolus Aaron eſt Sacerdos, & Pontifex conſecratus: a quo cæteri deſcenderent Numer. 20. & Leuitici 8. ibi veſtiuit Pontificem. Fuit tamen Aaron : vt dicit Petrus de Palud. ſimul factus Sacerdos, & Epiſcopus propreà, quòd populum habebat paratum : non autem Apoſtoli viuente Chriſto, præter Petrum, qui omni populo Chriſtiano præficiendus erat, qui populus iam cœperat, & Paulum, qui fuit ordinatus ad prædicandum gentibus, in ipſo conuerſionis earum procinctu. Iàm ergo ex dictis ſatis patuerit omnes Apoſtolos à beato Petro ordioatos Epiſcopos : cùm ordinatos quidem eos fuiſſe conſtet : non autem à ſeipſis, neque à Chriſto : ſed à beato Petro quantum attinet ad Iacobum, & Paulum, ac Barnabam : conſequenter autem, & reliquos. Vnde & Clemens in ſecunda epiſtola de beato Petro dicit : Petrus magiſter inſtitutor, & Princeps Apoſtolorum, atque eorum ordinator.

Nec prædictis obſtat primò, quòd Sacramenta omnia ante Chriſti mortem inſtitui debuerunt : vt fortè infrà dicturi ſumus : &

conſequenter etiam conſecratio Epiſcopalis. Non obſtat, inquam, quia an Epiſcopatus ſit Ordo, & conſequenter Sacramentum quæſtio eſt, & partem negatiuam præclari Theologi tenuerunt: & præterea ordinis huius inſtitutio ſi tamen Ordo eſt, Petro in promiſſione facta eſt: cùm ei Matth. 16. dictum eſt: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcunque ligaueris, & reliqua, & exequutioni mandata, ibi: Paſce oues meas Ioann. vlt.

Non obſtat ſecundò, quòd Iudas dictus eſt Epiſcopus Act. 1. vbi de eo exponitur illud Pſal. Epiſcopatum eius accipiat alter, & conſequenter fuerat ordinatus à Chriſto, & conſequenter etiam reliqui. Non obſtat, inquam, quippè Epiſcopatum non acceperat per inſtitutionem, aut conſecrationem, ſed per electionem ad Præſulatum: non in forma, ſed in virtute: vocatio enim ad Apoſtolatum conſequenter etiam erat ad Epiſcopatum, & & ſic multi Theologi exponunt, & rationabiliter quidem, quia cùm Petrus ſit factus Antiſtes poſt mortem Chriſti: ſi Iudas fuit actu Epiſcopus, aut fuit antè ordinatus, quàm Petrus, aut certè poſtquam prodiderat Dominum, quorum vtrumque improbabile eſt.

Sed contra hoc, quia diſt. 21. cap. 1. dicitur, quòd Chriſtus duodecim Apoſtolos, tanquam maiores Sacerdotes inſtituit, ſeptuaginta autem duos quaſi minores. Soluitur autem vt priùs, quia inſtituit eos maiores Sacerdotes, id eſt Epiſcopos, in virtute eos ad Apoſtolatum eligendo. Non obſtat etiam, quod dicit Auguſt. libro de queſt. noui, & veteri Teſtamenti, quòd ſcilicèt Chriſtus Apoſtolos fecit Epiſcopos. Hoc enim intelligendum eſt Petro mediante, & ex Chriſti præordinatione.

Punctum 6. Romanus Præſul in Hierarchia Eccleſiaſtica Hierarcha eſt primus, ac ſummus, ſub ditione ſua concludens Cardinales, Patriarchas, ſeu Primates, Epiſcopos, & omnem Eccleſiaſticum Principatum. Nàm à beato Petro fuit omnis poteſtas iuriſdictionis, & ordinis Epiſcopalis omnium Apoſtolorum, & ſuper omnes eos iuriſdictionem tenuit, vt probatum eſt. Romanus autem Antiſtes, eſt verè beati Petri ſucceſſor, vt probabitur; & hoc in identitate poteſtatis, ſeu plenitudine 2. quæſt. 6. decreto, & cap. ſeq. vnde ſequitur, quòd ſit Hierarcha primus dignitate, & iuriſdictione; id eſt ſacer Princeps ſacrorum Principum omnium. Et hoc neceſſe eſt fateri, quia ità determinauit Concilium Florentinum Oecumenicum.

Punctum 7. Romanum Præſulem vſitatius, & ex forma vocandum Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Paſtorem; conſequenter autem, & Epiſcopum, quaſi gregi ſuper intendentem. Nàm etſi Hierarcha ſit ſummus, ac primus in Eccleſiaſtica Hierarchia, quæ, & Regnum, & Imperium, & Monarchia eſt; ei tamen huiuſmodi nomina ex propria forma non congruunt, ſed modo quodam ſublimiore, & eminentiore, pro quanto Paſtor, & Epiſcopus; & (vt ait Bernard. ad vniuerſitatem Piſanam,) Pater eſt omnium Regum, & Imperatorum, ac Principum, quos omnes filios appellat, ſed ei Paſtorum nomen ex ſua forma propriè congruit; auctore Domino, qui dixit: paſce oues meas, quod videlicet Paſtoris eſt proprium.

CAP. IV.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, & capitalem Orbis.

ETſi iam ex dictis conſtat Romanum Præſulem eſſe caput Orbis vniuerſi; quippè qui primus Hierarcha, & Princeps ſit omnium ſpiritualium, ac Pater omnium temporalium Principum, tamen quia aduerſarius negat eum eſſe Eccleſiam Catholicam virtualiter, aut etiam eſſe Eccleſiæ caput: eapropter oſtendendum eſt, quòd ſit caput Orbis, & conſequenter Orbis totus in virtute. Eum tamen eſſe caput omnium Prælatorum, ac Principum fideliumque, duobus modis intelligi contingit: eo vel maximè, quòd caput membris ſuis dupliciter influat, & in prima quidem quodam, vt aiunt, intrinſeco influxu: prout ſcilicèt virtus motiua, & ſenſitiua à capite deriuatur ad membra, quomodo Chriſtus ſolus Eccleſiæ caput eſt, qui gratiam, & virtutes omnes influit; deindè verò influit caput membris exterius gubernando veluti dirigitur homo exterius agens, viſu & alijs ſenſibus, qui in hominis capite radicantur: quomodo quantùm ad poteſtatē iuriſdictionis, & exterius Eccleſiæ regimen, & omnes Hierarchicas actiones, Præſulem Romanum eſſe caput Eccleſiæ, & Mundi, paucis punctis explicarim?

Punctum primum. Qui à Chriſto mutato nomine dictus eſt Cephas, caput regitiuum, & gubernatiuum à Chriſto inſtitutus eſt vniuerſalis Eccleſiæ, id eſt omnium ouium Chriſti. Nàm Paſtorem, & Principem populi alicuius, caput nuncupari non eſt dubium; vnde Amos 7. Optimates capita populorum, & Deus per Samuelem dixit ad Saul, cùm eſſes paruulus in oculis tuis caput in tribubus Iſrael factus es. Beatus autem Petrus fuit Paſtor, & Princeps, & Hierarcha totius Eccleſiæ inſtitutus à Domino, vt probauimus: Igitur caput Eccleſiæ ſit oportet, & conſequenter omnis Romanus Antiſtes, cùm in eadem ſuccedat poteſtate, vt dictum eſt.

Præterea Eccleſia Romana eſt vniuerſalis Eccleſiæ caput diſt. 12. non decet: vbi Calixtus dicit, quòd Eccleſiæ caput, Romana conſiſtit Eccleſia; & idem ibi Gregor. cap. præceptis, & diſt. 22. in cap. ſacroſancta: vbi Anacletus Papa, & Martyr, poſtquam dixerat Romanam Eccleſiam à Domino Primatum obtinuiſſe, ſubiunxit tandem. Hæc Apoſtolica Sedes, caput & cardo à Domino, & non ab alijs, conſtituta eſt. Hoc etiam credere, eſſe neceſſarium, & de neceſſitate ſalutis, determinauit Conſtantienſe Concilium, ad ſenſum, qui infrà dicetur. Eccleſia ergo Romana eſt vniuerſalis Eccleſiæ caput. Petrus autem caput fuit Eccleſiæ Romanæ: quia eſt Paſtor. Ergo caput fuit Eccleſiæ vniuerſalis, quod enim caput eſt capitis, caput neceſſe

Digitized by Google

ceſſe eſt ſit capitati; quoniam maius maiore, maius quoque minore ſit oportet.

Nec inconuenit in ſpiritualibus, vnius rei eſſe capita multa, ſubordinata, & non immediata; ſicut nec multos rectores; quippè cùm vnum caput ſit gratia alterius, puta Romana Eccleſia gratia Petri, vel ſucceſſoris, & Petrus vel ſucceſſor gratia Chriſti, omnia ſunt vnum caput, quia vbi vnum propter aliud, ibi vnum tantùm, ſecundùm Philoſophicam regulam.

Affirmatur idem denuò iure ipſo. Nàm in dicto cap. ſacroſancta, dicitur quòd Petrus caput, & principium tenuit Apoſtolatus, & idem dicitur in cap. rogamus 24. quæſt. 1. & conſequenter caput fuit omnium Eccleſiarum ſubiectarum Apoſtolis, ideſt totius Eccleſiæ.

Quod etiam legibus patet. Iuſtinianus enim Imperator in leg. inter claras Cod. de ſumm. Trinit. Papam eo, quòd ſucceſſor ſit beati Petri, caput vocat omnium Eccleſiarum.

Quod etiam per Doctores ſimiliter patet. Hieronym. enim in libro de obitu ſanctorum: Petrus, inquit, in Chriſto Eccleſiæ firmamentum, Cephas Corporis Chriſti, Princeps, & Caput eſt; Chryſoſt. verò ſuper illud Ioann. vlt. paſce oues meas: præteriens, inquit, alios, Petro loquitur. Eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, os Diſcipulorum, & vertex totius Collegij: Auguſt. quoque in libro de quæſt. noui, & vet. Teſtamenti Saluator, inquit, cùm pro ſe, & Petro iubet dari didragma, pro omnibus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ità & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Domini.

Et idem determinat in quodam ſermone de paſſione Domini: vocans Petrum caput, & verticem totius Corporis Chriſti.

Aliter tamen Chriſtus fuit caput Eccleſiæ, quàm Petrus, vel ſucceſſor. Nàm Chriſtus propria virtute, & auctoritate Eccleſiæ caput eſt: Papa verò, & alij Prælati virtute Chriſti; ſecundum illud 2. Corinth. 2. ſiquid donaui propter vos, in perſona Chriſti: & rursùs ibi cap. 5. legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos. Rursùs Chriſtus caput eſt omnium ſpectantium ad Eccleſiam, omni loco, tempore, & ſtatu: Epiſcopi verò ſecundùm determinata loca duntaxat: Papa verò ſecundùm determinatum tempus ſui pontificatus, & in ſtatu viatorum tantummodo. Etſi ſuperius perpetuum eum dixerimus, id tamen gratia ſui regiminis, & in ſuppoſitione confuſa dictum eſt.

Nec tamen prædictis obſtat primò, quòd vnius corporis, ſine monſtro duo capita eſſe nequeunt: puta Chriſtus, & Petrus. Hoc enim in corpore naturali vero, verum eſt duntaxat; cæterùm in corpore myſtico, cuiuſmodi eſt omne Collegium, eſſe poſſunt capita multa. Vnde omnes optimates vnius populi dicuntur capita, vt probatum eſt, & ſi corpus illud regnum ſit, aut quouis alio modo regimen habeat Monarchicum, duo poteſt habere capita ſubinuicem tamen ordinata, ſine detrimento, atque dedecore; ſicut Regnum Regem, & Imperatorem, ſeu Mundi Monarcham, & Ciuitas Rectorem, Regem, & Cæſarem. Quanquam in propoſito dici poſſit, ac debeat, eſſe quidem Eccleſiæ duo capita in ſubſtantia, non autem in virtute: quandoquidem in Pontifice quatenùs Pontifex eſt, nulla eſt capitalis virtus niſi Chriſti: cuius virtute caput eſt. Vnde eſt, ibi caput vnicum, vt dictum eſt.

Non obſtat ſecundò, quòd Petro mortuo, non expirauit Eccleſia, ſicut animal capite ſucciſo; quoniam non tenet capitis iſta ſimilitudo quantum ad omnia; alioquin non iam ſimilitudo dicenda foret, ſed identitas potiùs: immò nulla ſimilia, in omnibus ſimilia ſunt propter eam, quam adduximus rationem, ſed omnia ſimilia, in quantum ſimilia, diſſimilia ſint oportet: quippè ſiqua ſunt ſimilia, neceſſariò ſunt diſſimilia. Scilicèt etſi ciuile, aut Eccleſiaſticum corpus expirare opporteret capite ſublato, de principali quidem, quod in propoſito Chriſtus eſt, non autem de Vicario intelligatur oportet.

Non obſtat tertiò itidem, quòd errante capite (ſicut, & effectu ipſo errare Petrus potuit, & errauit in paſſione) errare poſſet Eccleſia, quod & impium, & hæreticum dixeris. Non obſtat inquam.

Dico enim primò, quòd caput Vicarium, vt caput, errare non poteſt decernendo de fide, & moribus: etſi errare poſſit operando, vt infrà probabitur. Quando autem in paſſione Petrus errauit, nihil vt caput decidere potuiſſet, quippè, quia necdum eſſet Pontifex Summus, vt probatum eſt, neque errauit decidendo, ſed operando, vt patebit.

Dico ſecundò, quòd non errat Eccleſia, errante capite Vicario, ſed ſolùm ſi aberraret principale, quod aſſerere poſſibile blaſphemum eſt, quia Eccleſia fidem à principali capite, non à Vicario poſſidet. Si tamen hoc ſecundum caput malum, & morboſum ſit, & quantumlibet vitioſum, modò non ſit hæreticum notoriè, vel iuridicè, & in forma, non propterrà non eſt caput, vt quidam dixere, quorum dictum Conſtantienſe Concilium damnauit.

Punctum 2. Fuit quoque beatus Petrus Eccleſiæ fundamentum. Nam Eccleſiæ fundamentum multi ea multiplici ratione dicuntur, & id quidem Patribus antiquis ratione prioritatis in fundando conuenit: ſecundùm illud Pſalm. Fundamenta eius in montibus ſanctis, de quo & in cap. fundamenta de elect. lib. 6. Chriſto verò ratione principalitatis in fundando, & conſeruando: ſecundùm illud 1. Corinth. 3. fundamentum aliud &c. Ipſe enim propria auctoritate, tamquam Deus verus, Eccleſiam inſtituit, & gubernat: Apoſtolis quoque ratione promulgationis Euangelicæ doctrinæ, & conuerſionis Mundi: ſecundùm illud Apocal. 20. fundamenta ciuitatis, 12. Petro verò ſicut Apoſtolorum Principi, & Capiti, quod ſic probatur. Nam qui petra eſt, ſuper quam Eccleſia fundatur, indubiè fundamentum eſt; ſed poſt Chriſtum, qui dictus eſt petra, etiam Petrus petra dictus eſt: Matth. 16. ibi: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Auguſt. enim primo retract. Lectoris iudicio relinquit, an hìc petra pro Chriſto, vel pro Petro ſumatur: cùm enim petra ſit Chriſtus, videtur, quòd petram ſeip-

ſum

Digitized by Google

ſum dixerit, ſuper quam Eecleſiam in Petro ſignatam erat fabricaturus: ſed iſtam ſententiam, quam Aug. dubiam facit, cæteri Doctores non commendant: ſicue Ambroſ. eodem diuo Auguſt. teſte; vnde & Origenes in gloſs. ibi, tenet petram ibi eſſe Petrum: & ſimilitet Maximus in ſermone Petri, & Pauli, & expreſsè habetur, cap. loquicur Dominus, 24. quæſt. 1. & cap. quoniam vetus, per Hieron. & per Cyprian. in cap. qui. diſt. 93. Et ratio eſt ſecundùm Richardum in q. Armen. lib.7.cap.11.quia priorem expoſitionem contextus literæ nonniſi violenter patitur, volens enim Saluator beato Petro prælatum aliquid elargiri propter egregiam confeſſionem (in qua vt ait Auguſtinus totius Eccleſiæ fides offertur) dixit: & rgo dico tibi, quia tu es Petrus, &c. qui vtique nihil dicere videretur; niſi per hanc petram Petrus intelligeretur. Sicut ergo in materiali ædificio fundamentum eſt terra, & ſtructuræ psrs prima: ita hìc Chriſtus, & Petrus, & alij.

Punctum 3. Neceſſe fuit, decedente Petro, in Eccleſia ſuccedere alium vniuerſalem Paſtorem in Sede eius: & rursùs iſto commigrante alium, vſque ad finem Mundi; quò ad vſque videlicet Eccleſia duratura eſt. Nam Deus, & natura in neceſſarijs deficiunt nunquam, neque abundant in ſuperfluis: apud Ariſtot.lib. de Cęl.& Mun.& intellige ex principali intentione; & quò ad naturam pro virtute ſua: quod propter monſtra dixerim. Eſt verò neceſſarium ſemper eſſe vniuerſalem Paſtorem in Eccleſia, æquè vel magis vt ea tempeſtate, qua beatus Petrus rem Chriſtianam adminiſtrauit: quandoquidem non minùs indiget Eccleſia omni tempore quàm tunc, quando Spiritum ſanctum copioſiſſimè,& viſibiliter recepit: ſecundùm illud Rom. 8. nos primitias Spiritus habentes, gloſs. ſicut tempore priùs, ita cæteri abundantiùs. In hoc ergo ipſe Deus non deficit, quin ſemper vniuerſalem Paſtorem nobis exhibeat.

Præterea Deus, iuxtà beati Dyoniſij documenta, inferiora per ſuperiora gubernat: & ipſe eſt, qui vniuerſalem Eccleſiam ſua prouidentia gubernat, ac dirigit: ſecundùm illud Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum: gubernat autem optime cùm ſit Princeps omniſciens, & omnibonus, per quem Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, Prouerb.9.& iuxtà Platonem optimi eſt optima adducere.

Igitur Eccleſiam per vnum gubernet neceſſe eſt, quòd non ſit bona principatuum pluralitas 12. metaphyſ. cuius etiam rei cauſa, & ratio in promptu eſt: quoniam finis benè gubernantis principis, vnitas eſt & concordia ſubditorum in bono: vnitatis autem cauſa congruentiùs eſt vnus, quàm multi: quoniam multi nec volunt, nec faciunt vnum, niſi ipſi vnum fiant; vel vnitate virtutis, vt nauim trahentes: vel vnione votorum, vt Optimates Rempublicam, vt congruit, adminiſtrantes. Igitur Deus Eccleſiæ ſemper vniuerſalem Paſtorem adhibeat oportet.

Præterea quæcumque ad eumdem finem per eadem media, & eodem modo aſſequendi, & quidem optimo ordinantur aliquando per vnum, oportet quòd ſemper per vnum ad illud aſſequendum ordinentur, niſi defectus ſit in regimine: tum primò, quia vnus finis non eſt, niſi vnius agentis, ſeu gubernantis: ſecundùm enim ordinem agentium ordo eſt finium; ſicut exemplum eſt de Monarcha, Rege, Proconſule, Præſide, Patreſamilias, quorum fines ſunt bonum Mundi, Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, ac Domus: tum etiam ſecundò, quia vbi effectus idem eſt (vt in propoſito) & cauſa ſit eadem oportet: cùm vnus effectus à duabus cauſis perfectis vnius ordinis eſſe non poſſit; vbi etiam eſt eadem ratio, idem ius ſit neceſſe eſt, ff. ad l. Aquiliam, l. illud.

Sed omnes Chriſtiani, qui fuerunt ſunt, & erunt, ad vnum finem æternæ vitæ, per eadem media Articulorum Fidei, & Sacramentorum Eccleſiæ eodem modo optimo, credendo ſcilicet, & operando per gratiam, & charitatem, perueniunt ſi perueniunt, & aliquando ita factum eſſe conſtat vno paſtore, ſcilicet Petro. Ergo ſemper ita fiat oportet. Si tamen ille regendi modus non eſſet optimus, vt eſt in propoſito: quippe cùm ſit inſtitutus à Deo, ratio neceſſariò non inferret; vnde vnus Romanus Populus diuerſa regimina expertus eſt.

Præterea planum eſt non poſſe eſſe in Eccleſia omnium vnitatem, cum diuerſitate paſtorum: diuerſis ſcilicet tendentibus in diuerſa: & circa credenda, aut exequenda diuerſis diuerſa pro voto ſtatuentibus.

Præterea Sanctorum auctoritas idem aſſeuerauit. Nam Chryſoſt. ſuper Matth. ſcripſiſſe legitur in hæc verba. Sicut Chriſtus accepit à Patre, vt eſſet dux, & ſceptrum gentium, ex Iſrael egrediens, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſuper quoſcumque, vt ei genua cuncta curuentur, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus commiſit. Et de translat. capit. quanto, dicit Innoc. Poteſtatem transferendi Pontifices, ita ſibi retinuit Deus, & Magiſter, quòd eam ſoli Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis præbuit, & conceſſit. Hæc ibi.

Voluit ergo Deus eſſe ſemper Petri ſucceſſores: quod etiam ex ſequenti puncto clariùs aſtruetur. Illud tamen verbum per ipſum, ſcilicet Petrum, ponderandum eſt: non enim li *per* importat auctoritatem in Petro, quam communicet ſucceſſori: omnis enim Romanus Pontifex poteſtatem immediatè habet à Chriſto: vt probabitur; ſed importat li *per* ordinem tantùm: veluti cùm dicimus, quòd ex mane per meridiem venitur ad Veſperas: vbi ſolus ordo eſt non poteſtas. Vel ſi li *per* dicat aliquam cauſalitatem, ideò non eſt, quia ſucceſſor Petri auctoritatem habeat à Petro; ſed ideò quia Petrus aliquid ordinauit circa electionem ſucceſſorum: vt diſt.79.in cap. oportebat, aſtruitur.

Punctum quartum. Verus, & indubitatus beati Petri ſucceſſor, ſolus, verus, & indubitatus Romanus Pontifex cenſendus eſt. Quicumque enim legitimè ſedet in Solio priùs legitimè ſedentis, verus, & indubitatus ſucceſſor eius eſt: non enim aliter, quàm in ſenſu iſto intelligi poteſt quis alterius ſucceſſor. Sed ſolus Romanus Pontifex reſpectu diui Petri eiuſmodi ac talis eſt: quia Petrus tempore ſuæ mortis ſolùm Romæ ſedebat, relicta Sede priori Antiochena, iubente Domino: vt patet in cap. Iouanius, 24. quæſt. 1. &

in hac Sede ſolus Romanus Pontiſex legitimè inſtitutus legitimè ſedet, vt omnia iura clamant, & probat cap. vbi periculum de elect. in 6. Iſte igitur ſolus eſt beati Petri verus ſucceſſor.

Inde Auguſt. eadem qu. 1. in cap. quodcumque. Quando, inquit, Petrus claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit, quod ſcilicet ideò dicitur, quia Petrus non tantùm pro ſe, ſed pro omnibus ſucceſſoribus claues accepit: quia vt ibi dicitur, ſi Petro tantùm dictum eſt, quodcumque ligaueris, &c. hoc Eccleſia non facit ſcilicet mortuo Petro. Item ibidem in cap. quoniam vetus, inquit beatus Hieronymus: Cum ſucceſſore Piſcatoris, & Diſcipulo Chriſti loquor; Ignatius quoque Conſtantinopolitanus Patriarcha, in ſua epiſtola ad Papam Hadrianum, quæ & lecta, & recepta fuit in 8. Synodo vniuerſali ait. Solus & ex toto Orbe Magiſter omnium Deus, dicit beato Petro, magno & ſummo Apoſtolorum: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

Tales enim beatas voces, non ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum Principi Petro ſolùm circumſcripſit, & definiuit, ſed per eum etiam ad omnes, qui poſt illum ſecundùm ipſum efficiendi erant ſummi Paſtores, & diuiniſſimi, ſacrique Pontifices ſenioris Romæ tranſmittit. Canon verò Concilij Chalcedon. ita inquit. Si quis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeat poteſtatem appellandi ad beatiſſimum Epiſcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petrum petram refugij, & ipſi libera poteſtate loco Dei, ſit ius diſcernendi Epiſcopi infamiam; ſecundùm claues à Deo ſibi datas.

Et infrà. Et omnia ab eo definita, ab eo teneantur tamquam à Vicario Apoſtolici Throni. Patres quoque in Synodo Conſtantinopolitana dixerunt. Veneramur ſecundùm Scripturas, & canonum definitiones, ſanctiſſimum antiquę Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum. Hæc illi, qui Romam nouam Conſtantinopolim intelligunt; quia ſic eam appellari fortè Conſtantinus fundator appetiuerit. Idem tenent, & confirmant canones, vt in capit. ſolitæ, de maior. & obed. & ibi in cap. illud Dominus, & in cap. pro humanit. de hom. in 6. Et iſte punctus determinatus eſt per Concilium Florentinum, & quædam alia, vt ſupra recitatum eſt.

Punctum quintum, Corolarium. Romana Eccleſia prima eſt, & caput omnium Eccleſiarum. Patet hoc primo in cap. dudùm, 3. qu. 6. vbi dicitur, quòd ſancti Apoſtoli voluerunt ſanctam Romanam Eccleſiam primam eſſe omnium Eccleſiarum, & ſicut beatus Petrus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente prima ſit, & caput cæterarùm, & ad eam quaſi ad matrem, & apicem omnes maiores Eccleſiæ cauſæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant. Et in cap. ſacroſancta, diſtinct. 22. dicit Anacl. quòd ſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab Ipſo Domino, & Saluatore primatum obtinuit; ſicut beato Apoſtolo Petro dicit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam.

Vbi & illud eſt notandum, quòd petra hìc dicitur & Petrus, & Chriſtus, vt per Aug. patet in lib. 1. retract. cap. 21. vterque enim eſt fundamentum. Vnde & in Concilio Conſtantien. damnatus eſt error dicentium non eſſe de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam primam eſſe inter Eccleſias. Et hunc principatum habuit à Chriſto principaliter, vt patet in dicto cap. ſacroſancta, & in dicto cap. dudùm, & ibi per gloſs. & diſt. 21. quamuis; vbi dicitur, quòd Eccleſia Romana nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris primatum obtinuit: tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram, &c. & diſt. 17. cap. Concilia, §. hinc etiam, & 9. qu. 3. aliorum. Et hoc idem expreſsè determinauit Concilium Florentinum Oecumenicum, vt patuit. Ex quo patet, quàm ſit ignoranter dictum, quòd ſit caput per Romanorum Pontificum decreta, vel à quatercentum annis, & infrà; aut quòd tempore beati Gregorij non fuerit caput, eo vel maximè, quòd etiam ipſe Gregorius eam aſſerit eſſe caput 12. diſt. cap. præceptis.

Punctum ſextum etiam Corolarium. Romanus Præſul legitimè inſtitutus, caput Eccleſiæ eſt, æquè vt beatus Petrus. Nam vbi cauſa eadem eſt, effectum eumdem eſſe neceſſe eſt; quia cauſa ſine ſuo effectu eſſe nequit, vt ex cauſæ definitione liquet, & vbi eſt eadem ratio, debet eſſe idem ius, ff. ad l. Aquil. l. illud. Cauſa autem. & ratio, quòd diuus Petrus caput Eccleſiæ fuerit, non eſt alia, niſi quia fuit Vicarius capitis, & vices eius gerens in terra; hac enim Vicaria remota, piſcator equidem, non autem paſtor Petrus erit. Si verò negatio negationis, affirmationis quoque cauſa affirmatio ſit oportet apud Ariſt. 1. poſt.

Hæc autem eadem ratio, quæ in Petro fuit, eſt & in ſuo ſucceſſore: eſt enim Vicarius Chriſti, quia gerens vicem, aut tenens locum alicuius, Vicarius eius eſt, ff. de leg. l. ſi pro debilitate, de hom. pro human. lib. 6. Romanus verò Præſul gerit vices Chriſti; vnde idem cenſetur vtriuſque tribunal ſecundùm gloſs. Orig. Matt. 16. quod firmat Panor. in cap. licet de elect. & Hoſtienſis in cap. quanto de tranſlat. & eſt mens Ioan. Andr. in cap. ad honorem de poteſt. & vſ. pal. & facit cap. nemo, 9. qu. 3. & cap. aliorum, & cap. cuncta per Mundum, 9. qu. 1. Vnde & inter errores Ioan. Wiclef. in Concilio Conſtantienſi damnatos, enumeratur vnus, quòd ſcilicet Papa non ſit immediatus, & proximus Chriſti Vicarius; Epiſcopi autem ſunt quidem Vicarij Dei, ſed ſub Pontifice ſummo, à quo aſſumpti ſunt in partem ſollicitudinis, 2. qu. 6. decreto, & cap. quis ſe ſcit. Idem etiam probabitur in ſequentibus: vbi oſtendendum eſt Romanum Pontificem à Chriſto ſine medio ſuam obtinere iuriſdictionem, & æqualem Petro cap. omnes, diſt. 19. & cap. decreto, ac ſequenti, 2. quæſt. 6.

Nec ſunt aduersùs prædicta audiendi quidam peruerſæ mentis homines, ad eneruandam ſummi Pontificis auctoritatem dicentes, dupliciter dici Eccleſiam vniuerſalem: Primò collectiuè, vt Concilium generale, & ſic Eccleſia vniuerſalis vnicum habet

Ca-

Digitized by Google

Caput, ideſt, Chtiſtum: non autem Petrum, vel ſucceſſorem: Et ſecundò diuiſinè, ideſt, vt particolares Eccleſiæ ſigillatim capræ, & ſic caput fuit Petrus, caput quoque ſucceſſores eius ſnnt; vnde dicunt, Petrum non eſſe dicendum caput vniuerſalis Eccleſiæ, ſed cæterarum, iuxtà verbum Pelagij Papæ diſ. 21. quamuis. Quamuis, inquit, vniuerſæ per Orbem Catholicæ Eccleſiæ, vnus thalamus Chriſti ſint, tamen Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica, cæteris Eccleſijs prælata eſt. Ecce, inquit, cæteris dicit, & non vniuerſali Eccleſiæ prælata eſt. Quæ quidem opinio nedùm falſa, ſed impia, & hæretica eſt.

Aduerſatur enim Euangelio, Ioan. 10. vbi dicitur, Alias oues habeo, ſcilicet Gentiles, quæ non ſunt ex hoc ouili, ſcilicet ſynagogæ Iudæorum, & illas oporter me adducere, & fiet vnum Ouile, & vnus Paſtor. Iſtud enim vnum ouile, & iſte vnus paſtor, ſi ſunt vna Eccleſia vniuerſalis, & Petrus, aut ſucceſſor, patet quòd dicta opinio hæretica ſit, quia contra Euangelium; ſi verò ſit vna Eccleſia particularis cum vno ſuo Paſtore, puta Conſtantinopolitana, aut etiam Romana, quæ particularis eſt in forma, etſi vniuerſalis eſt in virtute (vt probabitur) ſequitur, quòd oues aliarum Eccleſiarum ſint extrà vnum ouile Chriſti, & conſequenter plura erunt ouilia Chriſti, & multi paſtores non ſubordinati: quod etiam eſt contra vocem Domini, dicentis ex Iudæis, & gentibus congregandum eſſe vnum ouile ſub vno Paſtore.

Preterea Petro indiſtinctè commiſſa eſt cura omnium ouium Chriſti, Ioann. vltim. Paſce oues meas: & conſequenter eſt caput omnium. Dicere autem quod eſt caput omnium ſigillatim, ideſt huius, & Illius ouis, & ſic de reliquis, non autem eſt caput omnium, eſt contra regulas demonſtratas in dialecticis, quæ ſi hic non habent locum, deberent iſti cauſam reddere; quod nequeunt: quia ſignum diſtributiuum ex natura ſua diſtribuit terminum cui coniungitur: nó autem facit illum ſtare collectiuè: niſi quando aliter propoſitio vera eſſe nequit: quod vtique eſt vel ratione termini numeralis ſequentis; vt omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, vel termini confundentis confusè immobiliter: vt omnis hic populus Eccleſiam complet: vel omnes iſti Eccleſiam replent, vel aliquid ſimile, quod in propoſito eſſe non poteſt.

Præterea illa Eccleſia vniuerſalis collectiuè, quam Concilium vocant, ſi eſt Eccleſia Chriſti, aut habet caput, aut acephala, ideſt, ſine capite ſit neceſſe eſt. Non autem eſt acephala, quia Chriſtus benè, immò optimè omnia fecit: quippè optimus optima adducit, apud Platonem, & Dei perfecta ſunt opera Deuter. 4. Perfectum autem non eſt regimen multitudinis Chriſtianæ, nec perfectus ordo, ſi acephala eſt, aut ſi multiplex habet caput immediatum: cùm bona non ſit Principatuum ploralitas, vt ex Ariſtotele crebrò dictum eſt. Igitur caput vnum habeat neceſſe eſt. Quòd ergo iſtud vnum caput effingere poterunt, niſi Præſulem Romanum?

Præterea quid ſtultiùs dici poteſt, quàm quòd is ſine quo Concilium eſſe nequit, nec habet vigorem quod decernit, & qui Concilium initum diſſipat, & diſſipatum init, & mutat, & probat, ac reprobat, non ſit Concilij caput? Quæ omnia Romano Pontifici, iure competere probabimus. Vndè Patres Chalcedonenſis Concilij rectiùs ſentientes, Romanum Pontificem vniuerſalem Epiſcopum exclamarunt. Hinc gloſ. Matth. 16. Ideò, inquit, ſpecialiter auctoritatem ligandi, & ſoluendi, Petro Chriſtus conceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideò enim eum Apoſtolorum Principem conſtituit, vt Eccleſia vnum haberet principalem Vicarium, ad quem membra diuerſa Eccleſiæ recurrerent. Quod ſi diuerſa capita eſſent in Eccleſia, vnitatis vinculum rumperetur. Hæc gloſſ. Planum eſt autem, quod Eccleſia vna de qua loquitur iſta gloſ. eſſe non poſſit niſi vniuerſalis. Item rursùs beatus Auguſt. ſuper Pſal. 59. ait. Deindè quadtageſimo die, ſcilicet, Aſcenſionis, commendans ſancto Petro Eccleſiam, ideſt vocatam tetram à Solis ortu vſque ad occaſum: ne haberent excuſationem, qui vellent in ſchiſmate deperire. Hæc ille. Quod verò iſti adducunt ex cap. quamuis, in contrarium eſt, quia ſi Romana Eccleſia eſt caput aliarum, & Petrus, vel ſucceſſor eſt Caput Eccleſiæ Romanæ, liquet quod Caput ſit & Romanæ, & aliarum, & conſequenter omnium.

Nec prædictis obſtat primò, quòd capitis ſit membris influere: Petrus autem nihil influxit, quia Paulus ad Galat. 2. dicit ſe ab alijs Apoſtolis (inter quos erat Petrus) nihil accepiſſe, ſiue quòd ei nihil contulerunt: & conſeqoenter Petrus non fuit caput. Non obſtat, inquam, quippe etſi Paulus à Petro doctus non eſt, ac propterea dicit nihil ſibi ab eo collatum, ſcilicet doctrinæ, & eruditionis: fuit tamen Paulus Petro ſubditus in iuriſdictione, & deindè poſt illa verba, anquid habuit à Petro, ſcilicet Euangel. ſui confirmationem: quod equidem ipſe voluit cum Petro conferre: vt ipſe ſcribit ad Galat. 2. Vnde Hieronym. ad Auguſt. epiſt. 22. dicit, quòd Paulus Apoſtolus expoſuit Euangelium, quod prædicabat inter gentes. oſtendens ſe non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri, & eorum qui cum eo erant fuiſſe ſententia roboratum: hæc ille: quamquam ſunt qui dicant hoc propter alios factum eſſe: cæterùm Paulum doctum fuiſſe à Domino.

Sed contra hæc, quia gloſ. ſuper loco inducto dicit. Creditum eſt mihi Euangelium ità principaliter ſicut & Petto. Solutio. Hoc verbum verum eſt de prædicatione ad quā Spiritus ſanctus Paulum ſegregauit: alijs men & quidem Epiſcopis pro eo orantibus, & imponentibus manus, vt patet act. 13. non autem illud verum eſt de poteſtate iuriſdictionis, qua Petrus caput fuit Pauli: vndè & in expugnatione Simonis Magi, cùm iam ex capitolio volare tentaſſet, dicente Petto: quid agimus: reſpondit Paulus. Meum eſt orare, tuum imperare.

Non obſtat ſecundò, quod dicitur in cap. Paulus 2. q. 7. Paulus, inquit, Petro in faciem reſtitit, quod non auderet niſi ſe non imparem ſciret. Dicit enim gloſ. quod fuit par meritis, non adminiſtratione: allegans capitulum in illis diſt. 80. Immò dico hoc ipſum, quod Paulus eum reprehendit, non

modò

modò fuiſſe ratione æqualitatis, verùm etiam ſuperioritatis: quoniam equidem in eo facto Petrus peccauit, tamenſi venialiter, & hoc in materia fidei, non per infidelitatem quidem, ſed per ſimulationem; fidei autem aſſeueratio etiã Paulo commiſſa erat;creditum enim erat ei Euangelium æquè principaliter vt Petro, vt dictum eſt; vndè in eo caſu Paulus erat ſuperior, quaſi tenens veram regulam, quam Petrus deſerebat. De hoc tamen infrà diffuſius agendum eſt.

Non obſtat tertiò, quòd ſi Romanus Præſul caput eſſet omnium Præſulum, eſſet etiam Epiſcopus Epiſcoporum, vel Patriarcha Patriarcharum: & ſic poſſet dici Hæmeraicos, ideſt vniuerſaliter Patriarcha, ſiue vniuerſalis Patriarcha, quod falſum patet; quippe Gregor. hoc prohibuit, diſt. 99. ecce: & ſimiliter Pelagius Papa, ibi cap. nullus: & ſimiliter Concilium Africanum, ibi cap. primæ Sedis. Non obſtat inquam, quia prædicti prohibuerunt, quidem ſic dici gratia humilitatis, & Eccleſiaſticæ vnitatis ſeruandæ, non tamen negauerunt illud eſſe verum. Sciendum enim hoc eſſe verum, quod Papa Epiſcopus eſt cuiuslibet Eccleſiæ immediatus immediatione virtutis, ſicut Deus eſt immediata cauſa floris, quia Epiſcopi agunt in virtute ſummi Hierarchæ, vt patuit, & patebit, qui in ordine Eccleſiaſtico, & Hierarchico eſt cauſa prima; prima autem cauſa plus influit, quàm ſecunda, & effectui virtute immediatior eſt, non eſt autem Epiſcopus cuiuslibet Eccleſiæ immediatus immediatione ſuppoſiti, alioquin vnius effectus eſſent duæ cauſæ proximæ generis eiuſdem, & præterea omnes alij Epiſcopi eſſent ſuperflui. Quia ergo verbum illud vniuerſitatis, in vno ſenſu eſt falſum, & erat verbum inflatiuum Pontificum, & Coepiſcoporum læſiuum, prohibitum eſt, & nec modò,nec hactenus eo Romani Præſules vti voluerunt, vt tamen eo potuerunt tum primò, quia is Pontifex eſt omnium Hierarchicarum actionum cauſa proxima virtute (vt patuit) & conſequenter poteſt dici vniuerſalis, ſicut & vniuerſalis cauſa dicitur omnium, licèt non ſit omnium cauſa immediata ſuppoſito, tum quia Concilium Chalcedonenſe hoc illi attribuit, quod vtique non feciſſet ſi fieri nequiuiſſet, tum etiam quia hoc ipſe Gregor. qui prohibuit verum aſtruxit, vt 2. q.6. decreto, & cap. ſeq. vbi patet quod Romano Pontifici tota poteſtas regiminis congruit, alijs autem primus, ſecundùm quod Papa concedit, vndè & Leo in 3. Sermone ſuæ ordinationis dicit, quod Deus nihil niſi per Petrum dedit alijs principibus, quod infrà declarabitur.

Sed contra hæc primò, quia Greg. in d. cap. ecce, dicit Patriarchæ Alexandrino, vobis ſubtrahitur, quod alteri pluſquam ratio exigit exhibetur. Solutio. Ratio exigit Papam non dici vniuerſalem, non quia non ſit verum: ſed quia imperfectos fortè ledebat, aut ledere potuiſſet, aut ledere timebatur.

Secundò. Nam ſecundùm hoc eſſet in ſpectantibus ad fidem repugnantia inter Concilium Africanum, quod ſic dici prohibuit, & Chalcedonenſe quod ſic dixit. Solutio; vtique eſſent repugnantia ſi quod vnum fecit aliud fieri non poſſe dixiſſet, quod nequaquam eſt, ſed non ſi dixit fieri non debere, multa enim poſſunt verè dici, quæ tamen dicenda non ſunt. Gregorius autẽ hoc ſpecialiter prohibuit ad cohibendã ſuperbiã Ioannis Patriarchæ Conſtantin. qui ſe ſcribi iuſſit Oecomenicũ fauore Cæſaris tunc regnantis: vndè ipſe ſe ſeruum ſeruorum Dei ſcribebat: contra Imperatorem tamen conſtanter docebat ligandi, ſoluendique virtutem, beato Petro, & ſucceſſoribus eſſe contraditam. Et Concilium Aphricanum ſi dictum illud eius eſt, ſtatuit, quod Pontificibus ſummis earum ſciuit.

CAP. V.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum vbique.

ET ſic ex dictis iam conſtat Romanum Præſulem eſſe ſummum Hierarcham vbique, quippe quí Daniele teſte Regnum Chriſti replet omnem terram, & omnibus alijs Regnis maius eſt, tamen quia aduerſarius meus quaſdam gentes eius Imperio ſubtrahit, ſcilicet fideles inter infideles habitantes, & Græcos, & eiuſmodi, ideò ſpecialiter ex dicendis conſtabit.

Nam Chriſto Domino, vero & ſummo Capiti inquantum homo veraciter fuit,quandoque ſubijciendos non iure modò, verùm etiam re ipſa, terrarum fines etiã in remotiſſimas inſulas ſacræ literæ olim,& diù ante docuere.In Pſal.enim ſecundo Dauid introducit Patrem filio dicentem. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vbi etiã impietas impij Antonij Roſelli conuincitur,volentis Chriſtum ea ratione, qua homo eſt non habuiſſe terræ in Regni Principatum, quod ex eo vel maximè falſum patet, quod dicitur poſtula, quod non Deo ſed homini competit. Idem quoque Pſal.18. repetitur dum dicitur, In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines Orbis terræ verba eorum; vt per terram intelligamus tres partes noſtræ habitabilis Aſiam, Aphricam, Europam, ſiue terram ſeptem, vt aiunt climatum, eiſque contiguam, per fines Orbis terræ Inſulas remotiſſimas. Pro quibus etiã illud in primis aduertendum eſt, quod ad literam vſque ad fines Mundi peruenit, aut ventura eſt fama prædicatæ ab Apoſtolis veritatis, ſecundùm illud Iſaiæ 24. A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti, ideſt Chriſti. Et 49. dedi te, inquit pater filio, in lucem gentium, vt ſis ſalus mea, vſque ad extremum terræ. Auguſt. tamen hæc verba in omnem terram &c. tempore Apoſtolorum completa non fuiſſe exiſtimauit,etiam quando Paulus ea ad Rom.10. introduxit: ſed ſenſit quod ipſe Apoſtolus videns ea, quamquam complenda, de futuro per modum præteriti loquebatur, veluti etiam fecit Dauid ea primò eructans, & hoc propter certitudinem,vt aiunt Prophetiæ. Chryſoſt. verò ſuper Matth. dicit hoc Apoſtolorum tempore fuiſſe completum, hunc modo exponens illud Matth. 24. & prædicabitur

hnc Euangelium Regni in toto Orbe, & tunc veniet conſummatio, ideſt deſtructio Hieruſalem. Vterque tamen Auguſtin. ſcilicet, & Chryſoſt. verum docuit: vt ex his patet, quæ Auguſt. ad Eſichium docet, dicens: nondum eſſe prædicatum, ſed prædicandum Euangelium in toto Orbe cum pleno effectu: ſic videlicèt, quòd in gente qualibet ſit Eccleſia fundata. Vndè colligere licet, vt quidam, & doctrina, & ſanctitate pollentes collegerunt, quòd duplex ſit Euangelij prædicatio, vna cum pleno effectu de qua ibi Auguſt. qua peracta veniet conſummatio, ſcilicet mundi: alia verò imperfectior, qua ſcilicet diuulgatum eſt nomen, & notitia Chriſti per Orbem vniuerſum, qua peracta venit conſummatio, ſcilicet, Hieruſalem. Et de hac Chryſoſt. loquitur.

Sed quid de inſulis olim ignotis, & præſenti tempeſtate compoſitis, in quibus numquam aliquid, vel exiguum de Chriſto auditum eſt. Ad hoc innixus diuinis literis dico, quòd omnes gentes etiam Oceanum Incolentes de Chriſto vtcumque audierunt, hoc enim non fuit Chriſto difficile, fuit autem Chriſto valdè conueniens eius charitate perſpecta, & ſine patiendi, vt omnibus eius fama innotuerit, quæ tanta fuit vt interdum Romani Cæſares (maximèque Tiberius) eum inter Deos colendum inferre Vrbi, & Orbi voluerint. Quia tamen eiuſmodi inſulæ plenè non crediderunt, nec literis audita mandarunt, nihil mirùm ſi modò in eis nullus aliquid de Chriſto niſi nouiter norit. Nā nec Itali harum inſularum notitiam plenā paulò ante habuerunt, qui eam tamen fortè habuerunt olim. Cùm enim fragmēta teſtaurum ex monte, quem Romæ Teſtaceum vocant, quod ſolis teſtis extet, in domo Reuerendiſſimi Domini Nicolai de Fliſco Cardinalis Albanen. Ordinis noſtri Protectoris Reuerendiſſimi, & & integerrimi contonderentur, & crebrò nomina ciuitatum Hidriarum manubrijs, ſiue anſis inſculpta cernerentur, etiam Inſulæ Calicut nomen literis latinis inſculptum compertum eſt. Hoc autem argumento dixerim eius, quod de huius montis origine fama tenet, & aliud præterea, quòd ſolùm vnius generis vaſa, aut certè vaſorum fragmenta, Hidriarum ſcilicet habeat ille mons, quod nequaquam foret ſi ex purgamentis (vt aiunt) figulorum concreuiſſet.

Sed rurſus vndè diſceſſimus redeuntes: Chriſto eiuſque Vicario quandoque omnem rerum ſummam ſubijciendam probemus. Rurſus enim Dauid, aut quicumque alius, certè Spiritus Sanctus, Pſalm. 71. Chriſtum cuius vices Romanus Pontifex agit, laudans ſub tipo Salomonis ſic exorditur. Deus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio Regis. Pro quo illud in primis aduertere oportet, quod de imagine quauis tripliciter enunciamus, primò quidem inquantum imago eſt: deindè inquantum talis Rex eſt, & demum vtrouis modo. Sic de Crucifixo ligneo dicimus quod ſit Rex, & ſalus mundi, quantum attinet ad primum: quod ſit vetuſtate corroſus, quantum ad ſecundum, quod ſit aliquid inter Dei Creaturas, quantum ad tertium. Pari ergo ratione de tipo Chriſti Salomone aliquid illorum modorum quolibet dicitur, & quantum ad tertium quidem, quod ſit Dauid Regis Filius: illud enim vtriq; Salomoni ſcilicet, & Chriſto commune eſt: quantum verò ad ſecundum, quod idola coluerit, & luxuriæ morbo iam ſenex laborarit: & illud nullo modo imaginato in Chriſto congruit, quantum ad primum, quod de eo dicitur, omninò Chriſto, nullo modo Salomoni congruit. Et hac ratione in eo Pſalm. multa dicuntur, quæ de ſolo Deo incarnato verè prædicantur, ſecundùm Hieronymum, Auguſtinum, & Caſſiod. Et in primis quidem quod ſit verus Deus: ibi & permanebit cum Sole, & ante Lunam, (ſcilicet apertè poſt cum Sole, & ante Lunam, ideſt Lunæ creationem apertè ante) in generatione, & generationem. Deindè ei defertur Orbis totius Imperium, ibi, & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei, & dominabitur à Mari, vſque ad Mare, ideſt in toto Orbe Terrarum, & à flumine, ſcilicet Paradiſi, vel Euphrate, vſque ad terminos Orbis terrarum. Et eandem dicitur eum eſſe per quē omnes gentes quandoque benedicerentur: quod ex parte videmus impleri, dum dicitur, benedicat vos Omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ibi, & benedicentur in ipſo omnes tribus terræ.

Iſaias quoque cap. vlt. prænuncians Apoſtolorum prædicationem. Mittam inquit ex eis, qui ſaluati fuerint, ad gentes in Mare, in Aphricam, in Lidiam, tenentes ſagittam in Italiam, & Græciam, ad inſulas longè, ad eos, qui nihil audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Chriſtus ergo vbique terrarum Rex, Hierarcha, & Caput omnium eſt, ſaltem re ipſa, etſi nonnulli propria voluntate ei non ſubijciuntur.

Indè verò idem conſtat de Romano Pontifice, nam vt planum eſt, & in conſequentibus firmabitur, eum Chriſtus loco ſui in plenitudine poteſtatis inſtituit: datis clauibus Regni, & poteſtate omnia ſoluendi, ac ligandi, nulla locorum, terrarumue coartatione, & vt aiunt teſtrictione expreſſa.

Præterea Romano Pontifici ſubijciuntur omnes credentes in Chriſtum iuxtà illud Ioann. 10. erit vnum ouile, ſcilicet omnium ouium Chriſti, & vnus Paſtor: haud dubium quin poſt Petrum Pontifex Romanus, & Maximus. Vbicumque ergo, vel ſunt, vel eſſe poſſunt Chriſti oues viatrices, ibi Petrus, & omnis ſucceſſor iure ſolo, vel iure, & effectu principatus: vbique autem poſſe eſſe oues Chriſti, quis dubitatur?

Præterea ſubijciuntur ex neceſſitate ſalutis Romano Pontifici omnes, quibus peccatorum remiſſio neceſſaria eſt, ſoli enim Eccleſiæ data eſt ſoluendi poteſtas, & Eccleſiæ per Petrum, vt ſubijcietur infrà. Omnes autem homines vbique terrarum peccauerunt, vt patet Rom. 5. Vnde vbique terrarum Pontifex ſummus dominatur.

Idem Chryſoſtomus ſuper Actus Apoſtolorum. Petrus inquit Apoſtolus à Filio Dei ſuper omnes, qui filij hominum ſunt poteſtatem accepit, non vt Moiſes in gente vna; ſed in Orbe vniuerſo. Et idem ſuper Ioan. Iacobum inquit localiter in loco determinat: Petrum autem totius Orbis ordinat Magiſtrum, & Doctorem, cui poteſtatem dedit, non vt

Moiſi

Digitized by Google

Moiſi in gente vna; ſed in vniuerſo Orbe. Vnde & Panormit. idem ſentit in cap. fin. de conſtit. Adeò autem ſpacioſè dilatatum eſt Chriſti, & Romani Pontificis Regnum, vt etiam Cœlorum regna contingat: eſt enim clauiger, & Index admiſſionis ad Regnum, aut etiam excluſionis à Regno, & probat illud Matth. 16. & tibi dabo claues Regni Cœlorum. Infernalia etiã loca quoquo modo attingit, nam poteſtatem accepit cum Apoſtolis cæteris curandorum ænerguminorum, conſequenter autem expellendi, ac detrudendi ad inferna malos demones: iuxtà illud Luc. 10. reuerſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine etiam Demonia in nomine tuo nobis ſubijciuntur. Et rurſùs. Ecce inquit Chriſtus dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod ſpiritus ſubijciuntur vobis. Et Traianum quoque Grægor. non quidem iuriſdictione, ſed tamen oratione ab inferis traxit, de quo ſi præſentis eſſet inſtituti, plura diſputare, & dicere potuiſſem. De his verò, qui purgantur, ſermo nobis prolixior habendus eſt infrà lib. 2. vbi locus erit reſpondendi aduerſario. De his quoq; qui in Limbo detinentur pueris, nihil ad Eccleſiam, cùm nec ſint in via, nec vnquam per fidem, aut baptiſmum, ſe numero, vel merito de Eccleſia fecerint; ſed nec poteſtate Dei, vt aiunt ordinaria, ſe facere poſſunt. Romanum ergo Pontificem, Petro in æquali auctoritate ſuccedentem (vt probatum eſt,) vbique eſſe Caput, & Hierarcham Summum, iam ſatis ſuperque probatum dixerim.

Quam tamen iuriſdictionem exercere poſſit in infideles, his paucis explicuerim. Quantum enim ad Paganos, poſt Archid. & Auguſtin. de Anchon. dico, quòd in eos iuriſdictionem obtinet, cùm ſit Vicarius obtinentis Chriſti, non tamen poteſt ab eis auferre dominia ſi qua iuſtè tenent, intellige, niſi eo modo quo etiã à Chriſtianis poteſt auferre bona propria, ex cauſa videlicet iuſta, Dominium enim, quod ait Philoſophus primo polit. eſt beneficium naturale, cum naturaliter quidam Domini, & quidam ſerui ſint, beneficia autem naturalia, etiam demonibus ablata non ſunt. Nec poteſt eos cogere ſuis abrenunciare ritibus, & ſubijci noſtris, etiam quo ad matrimonia, ſicut nec ad fidem cogere: poteſt autem eos punire in ære, & corpore, non autem in anima (cum ſint extrà) ſi peccent in legem à ſe receptam, ideſt in naturalem, ſicut, & omnes alios: non autem ſi peccent in diuinam, ſiue nouam, ſiue veruſtam, vel in poſitiuam ab eis non receptam: niſi ſint ei temporaliter ſubiecti: cogendi enim ſunt vti legibus aliorum ſubiectorum, intellige niſi in concernentibus ſuos ritus: ne videantur melioris conditionis propter ſuam infidelitatem: veluti ſi ſtatutum arma deferre vetuerit; cogendi ſunt illud obſeruare Arch. diſt. 7 contra morem, & ſimiliter in eos animaduertere poteſt, ſi quid in ſua ſuperſtitione admittant, quod in fidei irreuerentiam cedat: de Iudæor. & Sarracen. Clem. vnica. Et idem dicendum eſt de quolibet temporali eorum Domino, quia in hoc eſt Romani Præſulis Miniſter. Quantum verò attinet ad Iudæos, dico eum poſſe cogere eos ad ſeruanda canonum mandata, quæ multa ſunt: vt alibi dictum eſt: Non quidem per cenſuras, cùm foris ſint: ſed ære burſæ, & dolore corporis 28. qu. 1. ſepè immò, & per pænas ſpirituales indirectè: puta excommunicando Principes in eos non animaduertentes, ſecundùm Archid. Quantum ad hæreticos autem, & ſchiſmaticos, quid in eos poſſit cum apertum ſit taceo. Vtinam autem probari Græcos modernos non eſſe hæreticos ſiqui in proceſſione Spiritus Sancti à nobis diſſentiunt, neque ſchiſmaticos, qui ſecundùm hiſtorias ab obedientia Romani Pontificis pluries diſceſſerunt.

Dicere autem, quod non teneantur ſubijci, & obedire Romano Pontifici: primò quidem eſt ſubtrahere oues paſtori: deindè facere duo ouilia Chriſti, & duos Paſtores: deindè negare principatum Beati Petri quem probauimus, deinde negare omnem Eccleſiaſticam iuriſdictionem eſſe à Petro, quod etiã oſtendimus, deindè negare omnia iura, quæ Romanam Sedem dicunt primam, & ſecundam Alexandrinam, nunc Conſtantinopolitanam, & negare Concilia Oecumenica maximeque Florentinum, in quo ipſi Græci, Etiopes, & Armeni ſpontè profeſſi ſunt ſe Romanæ Sedi iure diuino ſubiectos, tandem etiam inſanire ſicut, & in Eccleſiaſtica Hierarchia ponere ordines inordinatos. Nec ex hoc, quod in Eccleſia Græca multi fuere ſanctitate, & doctrina præclari, ſequitur, quod nunc ſit melior Sinagoga iudæorum, in qua olim fuerunt clariores. Vndè non oportet antiquorum Græcorum ſanctitate, præſentium hæreticorum, aut Sciſmaticorum crimina tegere, aut excuſare.

CAP. VI.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham Summum perpetuò.

ETſi iam ex dictis manifeſtum eſt Romanum Pontificem Hierarcham Summum eſſe perpetuò, ideſt ſacrum Principem perpetui Regni, quoniam Regnum Chriſti in quo regnat, populo alteri non tradetur, vt ex Daniele dictum eſt, tamen quia aduerſarius meus videtur ſibi perſuadere, quod Eccleſiaſticam Hierarchiam, & Romanam Eccleſiam poſſit euertere, quam etiam aliarum Eccleſiarum Caput ſemper fuiſſe negat: ideo ex ſequentibus ſpiritualius apparuerit. Quantum enim ex hominum hiſtorijs capere tempore vllo potui, Regnum, aut Imperium nullus amiſiſſe dictus eſt, quamdiu in parte Regni, vel exigua quidem ſe tueri potuiſſet, quantauis Regni parte mutilata. Sic nec mortuum hominem dixeris, quamdiu corporis humani pars aliqua vitali ſpiritu vegetatur.

Sic ergo nec Romani Præſulis Hierarchia ſicut nec Regnum Chriſti, apud diuinas literas aliquo temporum fine claudetur. Nam Daniel exponens Nabuchodonoſ. Regi viſionem ſtatuæ, dicit, quod in 2. cap. dictum eſt, poſteàquam dixerat futuras quatuor Mo-

Digitized by Google

narchias, & harum vltimam cauſam futuram eſſe, quæ fuit Romanorum: deindè ſubiunxit de lapide præciſo de monte, ſine manibus ideſt Chriſto, qui, & Petra dicitur Apoſtolo teſte 1.Cor.10.& de Cælo.1.cœleſti virtute, ſine humana manu, ideſt humano ſemine non operante, proceſſit in terram, dixitque lapidem iſtum factum eſſe montem magnum implentem omnem terram, quia videlicet Chriſti poteſtas ad fines vſque oſtenditur Orbis terrarum, vt probatum eſt, deinde huius Regni, & Hierarchiæ perpetuitatem ſcripſit in hæc verba. In diebus autem Regnorum illorum, ideſt Romano Regno (in quo erant Regna multa concluſa) exiſtente in flore, adeo vt mandato Cæſaris Auguſti deſcriberetur vniuerſus Orbis Luc.2. In diebus, inquit, Regnorum illorum ſoſcitabit Deus Cœli Regnũ, ideſt Regnum Chriſti, quod ſcilicet in duas Eccleſias velut prouincias ſectum eſt, militante, ac triumphante, quod Regnum, inquit Daniel, in æternum non diſſipabitur, & Regnum eius ſcilicet Chriſti lapidis populo alteri non tradetur, quod ſupple neceſſarium foret ſi diſſiparetur aliquando mundi huius curſu nondum expleto. Et perpetuitas iſta Regni Cœlorum, quoad vtramque Eccleſiam ſuſcipienda eſt. Quod enim hoc dictum quidam ad triumphantem Eccleſiam referuntur, ſine ratione eſt, & quidem in primis, quia iuxta iſtum rudem intellectum Angelus annuncians Danieli perpetuitatem Regni Chriſti, fruſtra loqueretur, nihil ei noui annuncians. Cui enim, vel rudiſſimo Dei cultori (ne Danieli dicam,) dubium eſſe poteſt, quod Populus in Cœlo regnans numquam ſit regnum amiſſurus. Deindè verò quia textus loquitur de Regno implente omnem terram: quod vtique eſt Eccleſia militans: non autem triumphans, quæ cœlum potiùs replet. Demũ autem, quia Angelus loquitur de Regno quod cæpit tempore illarum monarchiarum, ideſt adhuc eis in ſua vltima durantibus, vſque ad finem enim Regni Romanorum ſtatus Monarchalis durauit, Eccleſia autem triumphans, à mundi creatione in Angelis ſumpſit exordium.

Præterea Eccleſiaſticæ Hierarchiæ perpetuitas, ex veteri quoque inſtrumento etiam aliter multis modis aſtruitur. Nam Iſaiæ cap.7.de Chriſto ex tempore nato ait: Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis. Multiplicabitur eius imperium, gloſ. in fidelibus, & pacis, ſcilicet Sanctorum non erit finis, licet aliquando tribulentur: pax enim hominibus bonæ voluntatis, tunc ab Angelis decantata, nulli hominum bonorum vnquam deeſſe poterit.

Quod etiam euidentiùs idem vates capite 9. aſſruit, de Chriſto dicens: Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, ammodò & vſque in ſempiternum, quia, ſcilicet Eccleſia de præſenti regno, in fine mundi tranſibit ad futurum ſine fine manſurum. Sic enim Auguſtinus exponit illud Pſalm.47. In ciuitate Dei noſtri, Deus fundauit eam in æternum, quod ipſe exponit de perſeuerantia Eccleſiæ, quia ab hoc ſeculo tandem ad futurum emigrabit.

Et rursùs cap.33. Reſpice Sion ciuitatem gloſ.1. præſentem Eccleſiam, oculi tui videbunt tabernaculum, gloſ. quod præſentem Eccleſiam ſignat, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius, gloſ.ideſt Doctores, quibus fixa tenetur.

Et Hierem. 31. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, per quod, ſcilicet lex noua ſanctis interpretantibus intelligitur: non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus veſtris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: quod ſecundùm gloſ. ideo dicitur, quia prophetabatur vetus Teſtamentum non perſeueraturum, ſed nouum futurum, de cuius perpetuitate poſt pauca ſubditur. Sanctuarium Domini non euelletur, & non deſtruetur vltra in perpetuum.

Eamdem quoque perpetuitatem ex nouo Teſtamento clariſſimè docemur. Nam Apoſtolus ad Epheſios ſcribens ait. Chriſtus dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, vſque ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem Corporis Chriſti (ideſt Eccleſiæ) donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vbi gloſ. Tamdiu, inquit, durabit hæc prælatio, & ordinatio, donec in die iudicij nos omnes occurramus in vna, & non diſcreta fide.

Et rursùs 1. ad Corinth. 2. Quotieſcumque, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat, gloſ. ad iudicium, & hoc non mutabitur vſque tunc. Ipſe quoque Dominus in parabola illa zizaniorum, Matthæi 13. hanc perpetuitatem aſtruxit, vbi dicentibus ſeruis ad patremfamilias, vis imus, & colligimus ea; reſpondit: Sinite vtraque creſcere, vſque ad meſſem, meſſis autem, vt ipſe Dominus exponit, conſummatio ſeculi eſt. Igitur vſque ad ſeculi terminum in Eccleſia erit triticum zizanijs commixtum, ideſt boni malis.

Similiter autem à Domino Petro idem pollicebatur, Matth.16. dicente: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, gloſ. Inferi non ſeparabunt eam à charitate, & fide. Erit ergo fides Chriſti in Eccleſia Petri perpetuò.

Item Lucæ 22. Ego, inquit, Dominus, rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; quod apud multos de fide perſonali Petri non poteſt intelligi, quoniam illa in paſſione Chriſti interrupta eſt, ſed de fide, quæ eſt in Petri Eccleſia, quæ nec tunc quidem in Eccleſia defecit, ſed perſeuerauit in virgine.

Et Dominus, Matth. vlt. poſt Reſurrectionem dicit toti Eccleſiæ: Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Et ſi Deus pro nobis, quippe qui nobiſcum, quis contra nos? Rom.8.

Sancti quoque Doctores ſpiritu diuino pleni, & afflati, hoc ipſum ex diuinis literis colligentes, aſtruxerunt, Petri nauiculam fluctibus quidem, & procellis agitandam, ſed minimè ſubmergendam. Nam beatus Augu-

ſti-

Digitized by Google

ſtinus de fide ad pęnit. cap. 4. Firmiſſimè, inquit tene, nullatenus dubites aream Dei eſſe Eccleſiam Catholicam, & intra eam, vſque ad finem ſeculi frumento paleas commiſceri, hæc ille. Qui Eccleſiam Catholicam Romanam dicit, & ſentientem cum Romana, vt patet ex Ambroſio, & Cypriano, qui Epiſcopum Catholicum dicunt eum, qui cum Romana Eccleſia ſentiret, vt liquet, 24. quæſt. 1. aduocauit.

Idem etiam ex perſona Eccleſiæ ſuper Pſal. 101. loquens dicit: Annuncia mihi paucitatem dierum meorum. Non à te quæro illos dies æternitatis, illi enim ſine fine ſunt, vbi ero, non ipſos quæro. Temporales dies mihi annuncia, exiguitatem dierum meorum. Quamdiù ero in iſto ſeculo annuncia mihi, propter illos, quæ dicunt, impleti ſunt Scripturæ, crediderunt omnes gentes, ſed apoſtatauit, & perijt Eccleſia de omnibus gentibus. Quid eſt hoc? Exiguitatem dierum meorum nuncia mihi. Et annunciauit, neque vacauit iſta vos, quatenus annunciauit, niſi ipſa via? Quomodò annunciauit? Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Hæc Auguſt.

Bernardus quoque tractans illud Cant. 3. tenui eum, nec dimittam. Ex tunc, inquit, & deinceps non defuit genus Chriſtianorum, nec fides de terra, nec charitas de Eccleſia. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit, eo quod fundata eſſet ſuper firmam petram, petra autem erat Chriſtus. Ità nec verboſitate Philoſophorum, nec cauillationibus Hæreticorum, nec gladijs perſequutorum, potuit iſta, aut poterit aliquando ſeparari à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, hæc ille; qui de Apoſtolica Sede loquitur, vt de capite huius Eccleſię, apud quam Sedem dicit fidem defectum numquam eſſe habituram, de quo infrà.

Hieronymus quoque, & habetur, 24. quæſt. 1. hæc eſt fides ſancta, inquit, Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata permanſit, Domino prouidente, & beato Petro opem ferente, in futurum manebit, ſine vlla hæreticorum inſultatione (ſcilicet præualente) atque firma, & immobilis omni tempore perſiſtet. Adduci poſſent alia per plura, niſi vereter in te tam clara teſtibus ſuperfluis vti. Caueant autem vulpeculæ, & hæreticuli nouiter pullulantes, quia ſancta Eccleſia non vniuerſalis modò, verùm etiã Romana ſtabilis manens, inſtar Dei dat cuncta moueri, & hoſtes ſuos tam in carne, quàm in ſpiritu tandem iuuante Deo ſternit ſemper.

Nec tamen prædictis obſtare poteſt primò, quod Dominus Lucæ 18. interrogat dicens: filius hominis veniens putas fidem inueniet in terra? quaſi dicat non, & conſequenter deficiet Petri fides. Non obſtat inquam, quoniam hoc non immò dixit, quàm ſi fides ante iudicium omninò defitura ſit, cum Apoſtolus 1. Theſſal. 4. doceat quoſdam tunc rapiendos obuiam Chriſto in aera, dicens: Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non pręueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de Cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Deindè nos qui viuimus, ideſt qui tunc reperiemur viui, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. Hæc ille: cuius textum pulcherrimum, & obſcurum, non vacat plenè reſerare. Cur ergo Dominus ſic interroget, Auguſtinus de verbis Domini aperit dicens: Dicit autem hæc Dominus de fide, quæ perfecta eſt: ipſa enim vix inuenietur in Eccleſia. Ecce plena eſt Eccleſia Dei. Quis hùc accederet: ſi non eſſet fides? Quis non montes transferret: ſi plena eſſet fides? hęc ille. Vellem autem hìc reſpondere ad aduerſarium meum, qui verba Chriſti ſimpliciter ſine vlla diſtinctione vult intelligi.

Non obſtat itidem ſecundò, quòd propter tribulationem paſſionis Chriſti, quæ fidelibus videtur longè minor, quàm ea, quæ erit tempore Antichriſti, Petrus, & reliqui Eccleſiæ Principes à fide exciderunt, & conſequenter tunc, vt videtur à fortiori decident. Non obſtat, inquam, quia tempore paſſionis credentium fides non erat Sancti Spiritus viſibili miſſione firmata, & intelligentia Scripturarum, quam Chriſtus poſt reſurrectionem Apoſtolis dedit Ioann. vlt. tunc, inquit, aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas, ſimiliter, nec Martyrum ſanguine, nec Theologorum doctrinis, quæ omnia deindè ſunt nobis ad fidei corroborationem exhibita. Liquet ergo Romanum Pontificem primum Caput, & Hierarcham eſſe perpetuò, & vſque ad Mundi finem durantis Eccleſiaſticæ Hierarchiæ.

CAP. VII.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, omnis hierarchicæ iuriſdictionis Auctorem.

ETſi ex dictis iam liquet Romanum Præſulem eſſe Hierarcham omnis hierarchicæ iuriſdictionis Auctorem, quippè quia Caput ſit totius Orbis, tamen quia hoc multis ambiguum, multis difficilè, multis falſum videtur, maximè aduerſario, quippè quia quantum ad Epiſcopos tamen auctoritatem eorum eſſe parem cum Pontificali in Purgatorium; par autem in parem non habet imperium, de elect. innotuit; ideò ſpecialiter circa hoc ſuffragante Deo oportet inſiſtere, & id punctis certis enodare.

Punctum primum. Poteſtas iuriſdictionis à Romano Præſule in omnes Eccleſiaſticos viros, veluti à capite ad membra, vel ſine medio, vel medio aliquo deſcendit. Pro quo tamen illud in primis intueri oportet, circa materiam hanc multas eſſe opiniones, modoſque dicendi.

Horum primus, vt refert Ioann. de Poli. quod. 5. quæſt. 4. eorum eſt, qui dixerunt Epiſcoporum auctoritatem, & inferiorum ordinum, nullatenus à Romani Pontificis auctoritate pendere, qui modus impietatem maxi-

mam

Digitized by Google

mam redolet, quippè qui vnitatem Eccleſiaſticam tollit, dum Epiſcopos omnes capita independentia facit, inſuper quoque eſt contra iura, dicents, vel potius ſcribere Nicolao Papa Mediolanenſibus in cap. omnes, diſtinct. 22. Omnes ſiue Patriarchæ, ideſt Patriarchatus apicem, ſiue Metropolitani Primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſuis dignitatem, inſtituit Romana Eccleſia, illam verò ſolus Chriſtus fundauit, & idem habetur in cap. quis neſciat, diſt. 11. & in cap. decreto, & in cap. qui ſe ſcit, 2. quæſt. 6. vbi dicitur, quod Romana Eccleſia alijs vices ſuas impartitur ſecundùm ſollicitudinis partem, non plenitudinem poteſtatis.

Alius dicendi modus eſt, quem profeſſus eſt Godoſrid. de Fontanis, & Henrici, quod ſcilicet ſubſtantia iuriſdictionariæ poteſtatis prædictorum non pendeat à Romano Pontifice, ſed vſus eius, & exercitium dumtaxat, qui dicendi modus, leuis, & irrationabilis eſt, quaſi credat Pontificem poſſe impedire exercitium poteſtatis à ſuperiore, ſcilicet Deo traditæ, à quo oportet Epiſcopos auctoritatem habere, ſi non habent à Papa. Item eſt inſuper contraria hæc opinio iuribus prædictis.

Tertius verò modus eorum eſt, quia dixere Præſulum auctoritatem à Romano Pontifice pendere, aliorum autem inferiorum nequaquam, ſed ab Epiſcopis, ſed iſte dicendi modus eſt rudis, quia dicit Romanum Pontificem eſſe cauſam poteſtatis Epiſcopalis, non autem eorum, quæ ab iſta poteſtate cauſantur, cùm planum apud Philoſophos omnes ſit, omne quod cauſa eſt cauſæ, eſſe etiam cauſam cauſati; immò ipſum cauſarum plus pendere à prima remotiori cauſa, quàm à ſecunda, vel proxima. Eſt etiam hic modus repugnans iuribus prædictis.

Reliquum eſt igitur, vt verus ſit quartus modus dicendi, qui eſt noſtra concluſio. Quod etiam ſic probatur. Qui enim Clauiger eſt in Regno Dei, cauſa eſt in eo omnis ſpiritualis iuriſdictionis, nam à clauibus Eccleſiæ eſt omnis iuriſdictio, de qua loquimur, quia ſublatis de Eccleſia clauibus, quid Prælati forent niſi circuli, vt aiunt, ante tabernam? nihil enim poſſent, aut ſoluere, aut ligare. Vnde & per clauis materialis traditionem poſſeſſio traditur, ff. de contrahenda empt. l. clauibus, & ff. de acquit. poſſeſs. l. 1. §. Si iuſſerim, notant Canoniſtæ in cap. 2. de conſuet. & in cap. cum aliquibus de re iudicata. Sed ſolus Petrus eſt Clauiger in Regno Cœlorum, quia ei ſoli dictum eſt Matth. 16. Et tibi dabo claues Regni Cælorum, & licèt alijs quoque Apoſtolis ſit data ligandi, ſoluendique poteſtas, prius tamen ſoli Petro data eſt, vel promiſſa, quaſi ab eo in alios deriuanda, & deducenda, vt ſtatim patebit per dictum beati Leonis. Igitur aut à Petro, aut à Petri ſucceſſore eſt omnis Eccleſiaſticorum iuriſdictio. Vnde Leo Papa in tertio ſermone ſuæ ordinationis. Magnum, inquit, & mirabile dilectiſſimi, huic viro, ideſt Petro, conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, vt ſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe Principibus, numquam niſi per ipſum dedit quicquid alijs non negauit.

Quòd etiam Dionyſ. aſtruit in lib. de Eccleſiaſt. & in libro de Cæleſti Hierarchia. Ab ipſo, inquit, Hierarcha, in omnes Hierarchiæ perſonas lumen irradiationis profluit. Vnde & gloſs. diſt. 11. in cap. quatenus neſciat, dicit, quod Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi, auctoritate Domini dicentis: ſegregate mihi Paulum, & Barnabam, & patet diſt. 75. quod dic, non obſtante, quod ante prædicaſſet, quia hoc de prædicatione gentibus facta intelligitur.

Prætereà à quocumque quis habet iuriſdictionem ritè, ab eo habet populum in quem exerceatur, quia iuriſdictio ſine populo vana, & ridiculoſa eſt, quia eſt poteſtas relatiua, quæ ſine ſuo termino eſſe nequit, ſicut nec dominatus ſine ſeruitute, quod de iuriſdictione omnium Epiſcoporum dicere nefas eſt, eam videlicet eſſe ridiculoſam. Sed nullus Eccleſiaſticus ab alio, quàm à Petro, vel Succeſſore habet populum, quia Petro ſoli commiſſæ ſunt omnes oues, ibi: Paſce oues meas, Ioan. vlt. oues inquam omnes, cùm ſit ſolùm vnum ouile, & vnus Paſtor. Igitur nullus Eccleſiaſticus ab alio, quàm à Petro, vel Succeſſore obtinet iuriſdictionem.

Prætereà quicumque eſt fons legum, & ſacerdotij, eſt etiam fons iuriſdictionis, quia iuriſdictio nedum Eccleſiaſtica, verùm etiam mundana eſt, vel à primo Legiſlatore, vel à primo, & maximo Sacerdotum, niſi dicatur, quod ſit immediatè à Deo, quod falſum iam hoc eodem capite patuit, clariuſque in poſterum patebit. Sed Romanus Pontifex eiuſmodi eſt, profitente Iuſtiniano Imperatore, in Authentica Romana, legum, inquit, originem antiqua Roma ſortita eſt, & Summi Pontificatus apicem, & Sacerdotij fontem; infrà etiam probabitur Romanum Pontificem poſſe condere leges, quæ omnes ex neceſſitate ſalutis afficiant, & quibus obediendum non eſſe aſſerere, hæreticum cenſetur; vnde & quod dicit Panorm. in cap. tranſlato de conſt. & reperit in cap. fin. de confirm. vtil. vel inut. omnes Epiſcopos habere auctoritatem à Chriſto, per illa verba: Quæcumque ſolueritis, Matth. 18. & per illa: Quorum remiſeritis, Ioann. 20. non eſt verum, nec Apoſtoli ante mortem Chriſti fuerunt Epiſcopi, vt probatum eſt, nec eſt in concernentibus Apoſtolicam poteſtatem huic viro credendum, poſt quam in Baſilea ex ambitione cruentis pilei, apoſtatauit ab Eccleſia Romana, quia pro voluntate ſemper ab indè, non pro ingenio in hac parte docuit, quod etiam probo per iura quæ ille (modò verum dicere voluerit) ignoraſſe non potuit. Nam in cap. quis neſciat, diſt. 11. ſic dicitur. Quis neſciat, aut non aduertat, id quod à Principe Apoſtolorum Petro, Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, & nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperduci, aut introduci aliquid, quod auctoritatem debeat generalem aliunde accipere, vel extra, præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam, & Galliam, Hiſpaniam, & Africam, atque Siciliam, Inſulaſque interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi quos venerabilis Apoſtolus, aut Succeſſores eius conſtituerunt; hæc ibi.

Et quod de Prouincijs iſtis dicitur, in toto Orbe debere intelligi, patet ex gloſs. quæ

dicit,

Digitized by Google

dicit; quòd Petrus prædicta fecit pet ſe, vel per alium ex eius mandato, vt eſt Paulus cui dedit licenriam prædicandi, intellige genribus, & ſi ità de Pxulo eſt, cui dubium eſt, ità eſſe de omnibus alijs Apoſtolis, xrg. diſt. 75. qnod dic, & diſt. 30. in illis. Irem 2. quæſt. 6. in cap. decreto dicitur: Eccleſia Romana vices ſuas ità alijs imparritur Eccleſijs, vt in partem ſint vocaræ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Et ibidem in cap. ſequenti, quod incipit: qui ſe ſcit, idem & penè ſub eadem verborum forma aſtruitur.

Er Clemens Papa diſt. 80. cap. in illis Ciuitatibus, dicit, quòd in illis Ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos, primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Epiſcopos primates, atque Patriarchas beaeus Petrus poni præcepit, in illis verò in quibus erant archiflamines Archiepiſcopos inſtitui præcepit, in ſingulis verò cæteris Ciuitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopus conſtitui præcepit, qui Epiſcoporum tantùm vocabula ſortirentur, quia nec inter ipſos Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus. Hæc ibi. Vndè, & Leo in cap. ità Dominus, diſt. 19. dicit qnod Dominus ſua dona à Petro, quaſi quodam capite, velut in corpus omne diffundit. Et idem in cap. fundamentæ de elect. lib. 6. Vbi dicitur. A beato Petro, quaſi à quodam capite dona ſua Deus velut in corpus omne diffundit, in Collegiū, ſcilicet Apoſtolicum.

Et præterea probatum eſt, quòd Beatus Petrus non ſolùm fuit primus, ſed etiam Princeps Apoſtolorum, nec poſſet Papa auctoritate Epiſcoporum reſtringere, aut limitare circà indulgentias, vel alia, ſi eam haberent à ſuperiore Deo. Vndè rationabilitèr Io. 22. in extrauaganti, quæ incipit licèt; Marſilium de Paduæ, & Io. de Iamd. damnauit, qui inter cætros errores dogmatizabant, non plus auctoritatis habuiſſe Petrum, quàm cæteri Apopoli, & in Concilio Conſtantinopolitano, Martinus. 5. errores Ioannis Hus cum ſuo auctore damnauit, quorum vnus, & inter alios ſeptimus erat, quòd Beatus Petrus non fuit capue Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ. Ex dictis iam ſatis iure ipſo innotuerit, quod omnis iuriſdictiua poteſtas Epiſcoporum, à Romano Pontifice manet.

Nec ideò dicuntur Ordinarij, quaſi independentem habeant iuriſdictionem, ſed quia eis eo pacto conceſſa eſt iuriſdictio, vt auctoritatem quoque habeant delegandi, quod nec Legato ordinariè, nec Delegato, nec Iudici arbitrio licet. Dono ergo Sedis Apoſtolicæ ſunt Ordinarij. An autem pro voeo hæc auctoritas per Pontificem auocari poſſit, nec dùm diſputamus.

Rursùs principale inſtitutum patet auctoritate in hiſtoria eccleſiaſtica, vbi dùm pertractatur illud Exod. 18. Moyſes, qui Ietro, &c. ſic legitur ſicut Moyſes conſilio Ietro conſtituit Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, ſic Rom. Eccleſ. plurimos vocauit in prædictæ ſollicitudinis, ſcilicèt, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Archipresbyteros, & minores Sacerdotes.

Idem quoque patet auctoritate Græcorum. Nam Cyrillus in libr. theſaurorum, ipſius, inquit Apoſtolici Troni Romanorum Pontificum, ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificauit. Hæc ille. Quod ſi hoc eſt eius ſolius, ergo nullus alius poterit niſi auctoritate eius. Et Chryſoſtomus ſuper actus Apoſtolorum, Petrus inquit eſt vertex ſanctiſſimus, beati Apoſtolici Throni Paſtor bonus. Vndè Dominus dicit ei, Luc. 22. & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Idem quoque patet ex veteri conſuetudine Romanorum Pontificum, deindè ſacris Canonibus inſerta. Nam Eccleſia Romana nouiter ordinat Eccleſias Cathedrales, 16. q. 1. fęlix, & cauſa præcipimus, vnam etiam Cathedralem alteri ſubijcit de Offic. Deleg. quod tranſlationem, ex duobus quoque Epiſcopatibus facit vnum, & ex vno duos, 16. q. 1. & temporis; Epiſcopales quoque ſedes ad locum ex loco mutat, de tranſlat. Prælat. cap. 1. Pontifices etiam ſummi alios Prælatos inſtituentes, eiuſmodi forma vtuntur, prouidemus, & præficimus in Paſtorem, &c idem quoque ex rationabili cauſa ſuo, & nullius alterius arbitrio penſanda excommunicat, abſoluit, interdicit, vbique terrarum ſuſpendit, abſolutionem à peccatis ſibi ſoli reſeruat, vbique etiam vota commutat, & commutare pro voto vetat, mittit Legatos, Iudices, Confeſſores, ac Prædicatores, de offic. Leg. per totum de offic. Ordinarij inter cœtera. Impium autem neſandum, & ſtolidum eſt ſciolus, & hæreticulus noſtri temporis contra tamdiu toto mundo conſentiente, & tot ſanctis Pontificibus, etiam Martiribus probata ſe opponere, & talia in diſceptationem adducere: nec iam diſputatione, ſed correptione ſeuera vtendum foret. Vide etiam infrà puncto 4. in princ. ibi Secunda verò.

Punctum ſecundum. Epiſcopus duplicem habet poteſtatem, prima eſt iuriſdictionis, de qua dictum eſt, & quam non Epiſcopo committere poteſt, & à non Epiſcopo præſcribi poteſt, de reſcriptione auditis, & cap. olim, & ad hanc reducitur poteſtas Epiſcopalis dignitatis, de qua Panor. in cap. accedentibus de exceſſibus Prælat. & ſimiliter Diocæſana, de qua in cap. dilectus de offic. Ord. Aliam habet poteſtatem ordinis, quam non Epiſcopo præſcribi nequit, neque ei committi per Epiſcopum, de couſuet. quanto, & de conſuetudine Eccleſ. à qua, & ibi Panor. Secundum ergo punctum eſt, quòd poteſtas ordinis Epiſcopalis, licèt omnis ſit à Deo effectiuè, auctoritatiuè, efficiente omnem ſacramentalem charæcterem, & ornatum, vel etiam poteſtatem, tamen à Romano Pontifice multipliciter dependet.

Primò quidem ſicut à cauſa ſine qua non: quia nullus poſſet confirmari, & multò minùs conſecrari Epiſcopus ſine Romani Præſulis auctoritate, quia in non exemptis quidem per ſuperiorem Prælatum immediatè fit confirmatio; vndè Epiſcopus ſibi ſubiectos confirmat, de elect. cùm ad Monaſt. Archiepiſcopus, Epiſcopos ſuffraganeos ſuos, de elect. cùm dilectus, diſt. 54. illud, Archiepiſcopum non exemptum confirmat Primas, vel

Pa-

Digitized by Google

Patriarcha, quod re ipſa idem eſt, de elect. bonæ el primo, Patriarcham verò Papa, de de elect. venerabilem, de priuil. antiqu. vndè Papa eſt ſicut primum efficiens in hoc genere, conſequenter autem iuxtà philoſophicam regulam plus efficit, & influit ad confirmationem Epiſcopi, quàm Archiepiſcopus, ſine qua confirmatione exercere nequit, quæ ſunt ordinis, ſicut nec conſecrari, immò nec adminiſtrare, de elect. auaritiæ, lib. 6.

Dependet ſecundò à Romano Præſule iam dicta poteſtas miniſterialiter, ſicut à primo, & principali miniſtro. Sicut enim gratia eſt effectus Sacramentorum nouæ legis, apud Magiſtrum, & præcipuos Theologos, & deciſum eſt in Concilio Florentino, & hoc aut omnium, aut quorumdam apud Canoniſtas, quorum nonnulli falsò putant per Sacramentum Matrimonij gratiam non conferri, & propterea Miniſtri Eccleſiæ ſacramenta hominibus admouentes, dicuntur gratiam conferre; eo modo, quo piſtor per ignem admotum dicitur panes excoquere, ità quoque poteſtas ordinis Epiſcopalis cauſatur à verbis, & materia conſecrationis effectiuę, & directę, licèt inſtrumentaliter, & à Deo principaliter, à conſecrantibus autem miniſterialiter, pro quanto quaſi Miniſtri admouent verba, & ſigna; maximè verò hoc de primò Miniſtro verum eſt, cuius auctoritate, & virtute conſecrant cęteri, cùm ſecunda cauſa ſemper agat virtute primæ.

Punctum tertium. Sed tamen cum prædictis ſtatque omnis poteſtas à Deo ſit, Rom. 13. quia Deus eſt prima cauſa, & primus auctor omnis potentiæ, & conſequenter eſt cauſa omnis potentiæ immediatè immediatione virtutis, quantò enim cauſa ſuppoſito remotior eſt, tantò eſt virtute propinquior, & immediatior; quia ſecunda cauſa agit per virtutem primæ, ſicut pomum quantum ad ſuppoſitum producitur immediatè ab arbore, ſed quantum ad virtutem immediatè à Cœlo, cuius virtute arbor operatur, & adhuc immediatiùs à Deo, cuius virtute, & cęlum agit, & arbor. Et ſic videre licet, quomodo aliqua poteſtas mediatè, aut immediatè ſit à Deo, à Papa, vel ab Epiſcopo.

Punctum quartum. Illud quoque notandum dixerim, quod aliud, & aliud indicium eſt de prima, & de ſecunda conditione, vel productione aliquorum vnius generis. Nã primus homo Adam immediatè à Deo ſine fœmina conditus eſt, non autem Abel, & cęteri qui ſequuti ſunt, ſed homo eſt ab homine, & Cœlo; ſol enim, & homo generant hominem, 2. Phy. & ſimiliter mulier ſecunda eſt aliter producta, quàm prima. Eodem modo primi Eccleſiarum Principes Apoſtoli, quibus diſperſis Epiſcopi, & quibus cum Chriſto vnitis Cardinales ſuccedunt, Pontifici maximo, quaſi Chriſto coaſſiſtentes, aliter prima vice ſunt inſtituti, aliter ſecunda ſiue modo. Acceperunt enim prima vice immediatè etiam immediatione ſuppoſiti à Chriſto auctoritatem Ordinis Sacerdotalis ſuper Corpus Chriſti verum, cùm dixit: hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. & ſuper myſticum, ideſt, Eccleſiam, cùm dixit Io. vlt. quorum remiſeritis peccata, &c. Quidam verò putant, quod etiam poteſtatem iuriſdictionis immediatè à Chriſto acceperint, per illa verba Matth. 18. Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cęlo, quod vtique verum eſſet, ſiqua iuriſdictio quocumque caſu ſequeretur caractetem Sacerdotalem, quem habuerunt à Chriſto, non autem verum eſt de iuriſdictione Epiſcopali, cùm à Chriſto inſtituti Epiſcopi non fuerint niſi, pro quanto voluit, quod per Petrum ordinarentur, vt probatum eſt. Nec illa verba Chriſti hoc probant, quia fuerunt enunciatiua eius, quod futurum erat, ſicut & de Petro, & ſimilibus verbis patet Matth. 16. ibi: tibi dabo claues, & quæcumque ligaueris, &c. Siquam tamen iuriſdictionem immediatè habuerunt à Chriſto, habuerunt eam in ordine, & ſubiectione ad Petrum, qui erat Cęphas, quod indè patet, quia eorum Princeps, & Caput inſtitutus eſt à Chriſto viuente, vt probatum eſt, item quia Leo Papa in cap. ità Dominus, diſt. 19. ità inquit. Dominus voluit à Petro dona ſua, quaſi à quodam capite in corpus omne diffundere, quod intellige in hierarchicis, aut certè his, quæ Deus per homines facit, quod propter ordinis characterem dico, quia ſolo Deo efficitur directè, licèt ordinator concurrat miniſterialiter. Vndè vt dictum eſt, omnes à Chriſto characterem ordinis Sacerdotalis acceperunt. Idem etiam habetur 21. diſt. in nos, & diſt. 80. in illis, 24. quæſt. ideſt, loquitur, & cap. manet ergo, & tribus ſequentibus. Sic Rex in expeditionem profecturus, per ſeipſum immediatè ordinat de Regno: mandans cunctis obediendum Proregi. Vndè & beatus Cyrillus dicit, quod Apoſtoli poſt Aſcenſionem, Petrum loco Domini habuerunt, & in ſignum huius ſubiectionis priùs ſeorſum ei datæ, vel promiſſæ ſunt claues. Modò verò Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi, nec ordinis, nec iuriſdictionis eodem modo poteſtatem accipiunt.

Nec tamen his, quæ de Præſulum ad Romanum Pontificem dependentia dicta ſunt, obſtare poteſt, primò, quòd Epiſcopi ſuccedunt loco Apoſtolorum, ſicut & minores Sacerdotes loco ſeptuaginta duorum diſcipulorum diſt. 21. in nouo, & per gloſſ. Luc. 10. Apoſtoli autem non à Petro, ſed à Domino ſuam poteſtatem accepere, Matt. 18. Quæcumque ligaueritis, & Io: vlt. quorum remiſeritis, vndè, & 24. q. 1. in cap. loquitur: dicit Cyprianus Papam Dominum poſt ſuam reſurrectionem parem poteſtatem omnibus Apoſtolis tribuiſſe. Non obſtat inquam, quia ſicut aliter eſt productus Adam, atque aliter Abel, ità pari modo aliter Apoſtoli, atque aliter Epiſcopi inſtituti ſunt. A Domino autem non habuerunt Apoſtoli auctoritatem immediatè, niſi Sacerdotalem, vt probatum eſt. Poteſtatis verò paritas de qua loquitur Cyprianus, in ordine Sacerdotali, & in dignitate Apoſtolatus intelligitur non autem in gradu Apoſtolatus, aut in poteſtate iuriſdictionis, ſed omnes Petro ſubiecti fuere, vt probat cap. in illis diſt. 80. vbi dicitur, quod inter eos non fuit par inſtitutio, immò vt probatum eſt, Petrus Princeps eorum fuit.

Non obſtat ſecundò. Quòd Prælati inferiores Dei Vicarij plerumque in iure dicuntur, aut Dei tenere perſonam, aut vicem

Apo-

Apoſtolnrum, diſt. 68. quorum. Dico enim, quod poteſt quis eius tenere perſouam, à quo non habuit poreſtatem immediatè ſuppoſitaliter, ſed virture dumtaxat. Sic enim Subdelegatus Legati Pontificis maximi, agit virrute, & vice Pontificis, & inter Vicarios multos vnius Ordinarij, ſubiectionis item, & ſuperioriratis ordo eſſe poteſt. Apoſtolorum autem vicem tenent Epiſcopi, non quaſi eorum Vicarij, ſed quia quam Vicariam, & quem locum Apoſtoli tenuere, Epiſcopi tenent, vt patet ibi ex text. & gloſ.

Non obſtat tertiò. Quod multi Prælati confirmarionis munns à Papa non ſuſcipiſit, ſed Epiſcopus ab Archiepiſcopo, & ab Epiſcopo ipſo gradus inferiores. Dico enim omnes confirmari auctoritate Romani Præſulis, aliter rotum eſſet inane, quandoquidem in ordine quouis primæ cauſæ actione ſecluſa, cæterę cauſent nihil neceſſe eſt, veluti Cœlo quieſceure, herba non moueretur ad florem germinandum. Papa verò eſt in ordine iuriſdictionario prima cauſa, ideſt primus, ac ſummus Miniſrer Dei, ſub dirione ſua cæteros poſſidens Miniſtros; vndè Romana Eccleſia Eccleſijs alijs ſuas vices impartitur, vt placet 2. quæſt. 6. decreto, & cap. qui ſe ſcit.

Non obſtat Quartò, quod Romano Præſule decedente, omnium Prælatorum ſecundùm hoc ceſſare videretur auctoritas; ceſſante enim cauſa, effectum quoque ipſum ceſſare neceſſe eſt. Non obſtat, inquam, quoniam per mortem Pontificis ſummi, auctoritatis aliorum Præſulum cauſa non ceſſat, eſt enim cauſa hæc voluntas Pontificis maximi, quam cuique eorum iuriſdictionem attulit, quæ equidem voluntas murata non eſt, quin potius ea comitatus migrauit è Mundo, vndè quam pro voto ſtatuerit, durant quouſque ordinauerit, aut placuerit, 25. quæſt. 2. per totum, & cap. ſi gratiosè, de reſcriptione lib. 6.

Non obſtat Quintò, quòd ſecundùm hoc Epiſcopi non ordinarij, ſed Commiſſarij viderentur, conſequenter autem à ſuis officijs pro voto Pontificis amouibiles, quod falſum conſtat, cùm poteſtatem habeant in ædificationem, non in deſtructionem, Cor. 10. Non obſtat inquam, quia huius gratia multa dico.

Primùm. Quis Iudicum ordinarius cenſeatur, Ioan. an. poſt, vel ſecundùm Inn. & Hoſ. multa notat in cap. cùm ab Eccleſiarum de offic. ord. breuiter autem dici poteſt ſecundùm Arch. poſt Inn. vt ſit is, qui eſt ab vniuerſitate, vel Collegio electus, & per Superiorem confirmatus, vel Vniuerſitati, aut Collegio profectus, ab eo, qui adminiſtrationem cum iuriſdictione habet. Et iuxtà hoc Rector cuiuslibet Vniuerſitatis eſſet ordinarius. Alij verò eum dicunt eſſe ordinarium, qui habent cauſarum Vniuerſitatem, ff. de iud. l. cùm Prætore, §. ideſt, de appel. Romani, lib. 6. & ſecundùm hoc quilibet Vicarius, aut Delegatus cum plenitudine poteſtatis, eſſet ordinarius. Mihi autem videtur, quod Iudex ordinarius is ſit, qui ius dicere poteſt, non ex legatione, vel ſubdelegatione, aut voluntaria ſubiectione, vt Arbiter, & Arbitrator, cuius rei rationem putarim, quod Iudex omnis, aut ſit Ordinarius, aut Legatus, aut Delegatus, aut Subdelegatus, aut Arbiter, ſeu Arbitrator, aut ad hos reducatur. Igitur cùm Ordinarius non ſit Arbitrator, vel Arbiter, vel Subdelegatus, aut Delegatus, vel Legatus, omnis alius erit Ordinarius.

Secundùm. Commiſſarij coincidunt cum Legatis, vel Delegatis, quia 18. eſt Commiſſarius, cui aliquid committitur, vndè non ſubcommittit, niſi eo modo, quo Legatus, Epiſcopus autem, & omnis Ordinarius vices ſuas pro voto committit. Vndè nec Commiſſarius eſt niſi fortè vniuerſali ratione nominis conſiderata.

Tertiùm. Quidam autem concedunt ſimpliciter, omnem iuridicam auctoritatem ab Epiſcopis amoueri poſſe per Pontificem maximum, quod ſcilicet, ſecundùm prælatos aliquos Theologos Papa ſe habeat ad Epiſcopos in iure dicendo, eo modo, quo Rex ad Iudices per Vrbes diuerſas inſtitutos, aut Imperator ad Proconſulem, nec inconuenire Epiſcopum ſine iuriſdictione eſſe: quam primo ineſt Petro, & per eum alijs, vt patuit, nec vt inquiunt iſta poteſtas eſſet in deſtructionem propter ea, quod Chriſtus Pontificem volentem ea vti ad deſtructionem impediret, qui vt primus Paſtor primo habet curam, nedum ouium verum etiam Paſtoris. Puto autem Pontificem abutentem poteſtate, inferiores priuando, & deſtruendo, ſeu qualitercumque potentia abutendo, non ſemper à Chriſto comprimi, cuius rei exempla ſunt plurima, nec tamen Epiſcopi habent apud homines ius reclamandi, quippè qui nec Iudicem ſupra Pontificem habent, vt patebit, ſed ſolus Deus, vel Epiſcopus apud Deum reclamare poteſt, apud quem non poteſt Papa Præſulem deſtituere pro voto, ſed ex cauſa iuxtà rationabilique tantummodo, quia apud Deum poteſtatem habet ſolùm in conſtruendo, & ad bonum.

Rationabilis autem cauſa bonum eſt maius arbitrio Pontificis librandum, & trutinandum, in quo ſi ab errat ignorantia culpabili, abutitur poteſtate, & coram Deo reus eſt, licèt à nullo hominum poſſit iuridicè reprehendi, quippè qui Iudicem hominem habere nequit, vt in ſequentibus abundantius deducetur. Vndè vt egregiè dixit Panor. de elect. innotuit, ſummus Pontiſex, plenitudine poteſtatis poteſt quidem vti ſemper, non tamen ſemper vti debet.

CAP. VIII.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romana Præſulem eſſe Hierarchiam ſummum, & iuriſdictionis incomparabilis.

ETſi iàm ex dictis conſtat Romanum Pontificem eſſe iuriſdictionis incomparabilis, ideſt, qua in Eccleſia nulla ſit maior, neque etiam æqualis, quippè qui Caput, & Auctor ſit omnis Hierarchicæ iuriſdictionis,

quia tamen Aduerſarius vult in Concilio eſſe poteſtatem quandam, quæ non ſit in Romano indubitato Pontifice, ea propter ſpecialiter oſtendendum eſt, quod nedum in Concilio, ſed ne in tota quidem Eccleſia eſt poteſtas iuridica, quæ non ſic in Romano Pontifice fideli, & indubitato Paſtore, quod equidem ex ſequentibus punctis innotuerit.

Punctum primum. Eccleſia ſecundùm primam nominis impoſitionem conuentum ſignificat, Auctore Beda, qui exponens illud Prouerb. 5. iu medio Eccleſiæ, & Sinagogæ, dicit: Eccleſia, & Sinagoga, græca nomina ſunt, & vnam eamdeque rem latinè ſignificant; Conuentom, ſcilicèt, ad inuicem plurimorum. Iudè Iudæorum Populus vſitatiore vocabulo Sinagoga dictus eſt, quamquam etiam aliquando dictus eſt Eccleſia, ſecundùm illud numeri 20. vbi Moyſi obijcitur cur eduxiſti Eccleſiam Dei in ſolitudinem. Deindè verò peracto Chriſti martirio pars Synagogæ eredens, Eccleſia dicta eſt, cęca verò perſiſtens dicta eſt Synagoga. Et rectè quidem, nàm profitente Aug. Pſalm. 81. Iudæorum propriè Synagoga dici ſolet, quamuis & Eccleſia dicta ſit, ſed noſtram Apoſtoli Synagogam oumquam diaeruot, ſolùm ſuper Eccleſiam, ſiue cauſa diſcernendi, ſiuequod inter congregationem, vndè Synagoga, & conuocationem, vndè Eccleſia nomen accepit, aliquid diſtat, quod ſcilicèt congregati, & pecora ſolent, ac ipſa propriè, quorum etiam greges propriè dicimus, conuocari eſt magis vtentium ratione, ſicut ſunt homines. Vndè Eccleſiæ nomen ad id aſſumptum eſt, vt Congregationem hominum in fide vna Chriſti ſignificet, & deindè etiam quia à fide, ad ſpem, ſeu certè diuinam viſionem tranſuchimur, indè etiam Eccleſia dicta eſt ea Congregatio, quæ in Cœlo eſt, tàm hominum, quàm Angelorum, ſecundùm illud Epheſ. 3. vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus per Eccleſiam in cœleſtibus; vndè & Eccleſia Chriſti in militantem triumphantemque diuiditur. Et rursùs ad Epheſ. 1. Deus Chriſtum dedit Caput ſuper omnem Eccleſiam gloſ. quæ in Cœlo, & quæ in terra eſt. Eccleſia ergo militans de qua nunc ſermo noſter elabitur, Congregatio omnium hominum eſt in vnam fidem Ieſu Chriſti, & verum Dei cultum. Vndè ſuper illud Pſalm. apud te laus mea in Eccleſia magna, gloſ. in toto inquit Orbe, non modò in Africa, at aiunt Donatiſtæ. Et Aug. ſuper idem Eccleſia magna, quod eſt fratres? Numquid exigua pars Orbis terrarum, Eccleſia magna eſt? an Eccleſia magna totus Orbis eſt? Hæc autem eſt Eccleſia militans, cuius nomen ad duo tranſumitur, ad Eccleſiam vnam materialem, pro eo, quòd in ea vera Eccleſia congregatur, aut conuocatur potius, & ad Clerum ipſum, qui eſt totius Eccleſiæ Caput, ſicut vnumquidque dicitur illud, quod in eo principale eſt, apud Ariſt. in Eth. quomodo apud vſum loquentium, perſonæ eccleſiaſticæ Eccleſia dicuntur, puta cùm dicitur Eccleſia excommunicare, vel diſpenſare, aut cùm dicitur, quis eſſe de Eccleſia, quia vnum de Clero eſt. Et ſic accipitur de cond. diſt. 4. Eccleſiæ charitas, vbi dicitur, quod Eccleſia peccata remittit, quod per Miniſtros Eccleſiæ ſit.

Punctum ſecundum. Clauium poteſtas ſiue ordinis ſit ſiue iuriſdictionis, non eſt ſic data vniuerſali Eccleſiæ militanti, quaſi ſingula eius membra eam totam acceperint. Quod equidem de poteſtate ordinis patet in primis, quippe quædam Eccleſiæ membra ad hanc incapacia ſunt, vt fœminæ, & hermophroditæ fęminizantes magis, & de iure nullus talis ordinatur diſt. 36. illiteratos, diſt. 49. cap. vltim. immò ius ligandi, & ſoluendi ſolis ſacerdotibus permiſſum eſt: vt dicit Ambroſ. in lib. de pœnitentia, & recitat Magiſter in 4. diſt. 8. & Gratianus de pœnit. diſt. 1. & de pœnit. & remiſ. omnes, vndè & Dominus ſolis Apoſtolis, quos Sacerdotes fecerat in cęna: dicens hoc facite &c. dixit Ioann. 22. quorum remiſeritis peccata &c. De poteſtate etiam iuriſdictionis probatur, quippe ſi membris omnibus Eccleſiæ data ſit, poſſibiliter in Eccleſia quilibet erit Iudex, & reus, & in Eccleſia nullus erit non inferior aliquo, & ſuperior alio, quod ſimile videtur chaos Anaxagoræ, in quo quodlibet erat in quolibet: & præterea quædam iuriſdictio eſt cuius fœminæ ſunt incapaces, vt ea quæ ordinem conſequitur Epiſcopalem, & ea quæ eſt voluntaria in foro animæ.

Punctum tertium. Non eſt etiam ſic data clauium poteſtas vniuerſali Eccleſiæ, quaſi data ſit ſimul membris omnibus collectiuè tota, & non alicui membro ſigillatim. Nam ſi data ſit omnibus Eccleſiæ membris tota collectiuè, ſiue, vt aiunt, collegialiter, & non aliquibus ſigillatim niſi partialiter (eo modo quo viri decem nauim trahunt, non autem nouem) oportebit ad huius poteſtatis exercitium omnia, ac ſingula Eccleſiæ membra concurrere, aliàs nihil fieret, quod inſanum eſt. Si verò ſit data omnibus collegialiter non pars parti, ſed tota toti collegio (eo modo quo ius eligendi Præſulem reſidet totum penès totum capitulum, non autem conuenit vni parti excluſa reliqua) ad huius poteſtatis exercitium oportebit omnes de collegio concurrere, vel ſaltem omnes vocare nullo contempto, omnes enim de collegio, qui ſunt in loco collegij vocari oportet, per notata à Doctor. in cap. cum omnes de conſtit. & in cap. quod ſicut, & in cap. coràm, & cap. bonæ memoriæ, primo: & in cap. quia propter de elect. & quia collegium Eccleſiæ Orbem totum inhabitat, ex toto Orbe, vel ſaltem ex tota Ciuitate, aut villa oportebit Eccleſiam vocare ad abſoluendum à peccatis, quod ridiculum eſt. Quia inſuper in Eccleſia multa fiunt, quæ ſunt potiùs voluntaria, quàm neceſſaria, in ſtatuendo de talibus vnus ſolus poſſet irritare, quod toti mundo placeret, per ea quæ not. gloſ. & doc. in dict. cap. cum omnes, & reliquis.

Prætereà probauimus Romanum Pontificem habere pleniſſimè omnem auctoritatem clauium in Eccleſia. Si ergo, & ipſa Eccleſia collegialiter, & in communi idem habet, regnum Eccleſiæ monſtruoſum ſit oportet, habens capita duo equalis poteſtatis in ſolidum, nec erit benè diſpoſitum, quia non erit Monarchicum, par enim in parem non habet Imperium, de elect. innotuit: vndè principatuum pluralitatem patietur, quæ, Ariſtot. teſte, mala eſt, & experientia ipſa edocet.

Præterea talem poteſtatem vniuerſalis Eccleſia habere non poteſt niſi à Chriſto, à quo ſolo ſunt claues Regni, & cui omnis poteſtas à Deo data eſt. Sed hanc poteſtatem Eccleſia à Chriſto habuiſſe, nec ſacris inſtitutis, nec Canonicis, nec Legalibus, nec Philoſophicis conſtat, & ſi alicubi hoc haberi poteſt, hæc probatio deducatur in medium, immò contrarium huius ex Scripturis planè deducitur, quia ſoli Petro promiſſæ leguntur claues Cœlorum, Matth. 16. & ei ſoli commiſſa eſt cura omnium ouium Chriſti Ioann. vltim. Vndè in cap. benè quidem diſt. 96. tota Synodus proteſtatur, quod nulla ſit facultas data laicis de Eccleſiaſticis rebus, vel officijs diſponere.

Punctum quartum. Poteſtas iuriſdictionis non eſt maior in Eccleſia vniuerſali, quàm in beato Petro, vel ſucceſſore, ſed nec æquè magna. Si quam enim talem haberet, adeò vtique haberet, ſicut & Petrus, alioquin non eſſet æqualis, cùm ſuperior ſit quia à ſuperiore eſt, cæteris paribus. Adeò autem nullam talem habere Eccleſiam oſtenſum eſt.

Præterea beato Petro, vel eius Succeſſore ſeorſum ad poteſtatem ſtatuto, & ſito, & toto Chriſtiano populo ſeorſum ſimiliter ad aliam, totus ille populus oues ſunt Petri, vel ſucceſſoris, ſecundùm Euangeliū: apud quod eſt vnum ouile Chriſti, vt patet Ioann. 10. cui prælatus eſt Petrus, vt liquet Ioann. 20. Si autem oues ergo non paris auctoritatis, quia par in parem non habet Imperium de elect. innotuit. Vndè beatus Gregor. ſcribens ad Mauritium Imperatorem; cunctis, inquit, Euangelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica ſancto, & omnium Principi Petro Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur Petre amas me, paſce oues meas.

Punctum quintum. Igitur inferre licet ex dictis, quod cùm ſancti dicunt Eccleſiæ vniuerſali datas eſſe claues, non ea ratione accipiendum eſſe, quaſi omnibus Eccleſiæ membris datæ ſint, aut diuiſim, aut etiam coniunctim: ſed quia datæ ſunt, quibuſdam Eccleſiæ membris, vt Petro primùm, Apoſtolis autem in ordine, & ſubiectione ad Petrum. Quomodò verò ad Apoſtolorum ſucceſſores, & alios inferiores deuenerint, explanandum erit in poſterum.

Nunc punctum præſens aſtruamus. Dicit autem Hieronym. & habetur in gloſs. Matth. 16. datæ ſunt, inquit, claues omni Eccleſiæ in Epiſcopis, & Presbyteris. Vndè, & Paulus loquens de gradibus Eccleſiæ, quibus iuriſdictionis, & clauium poteſtas data eſt: dedit, inquit, Chriſtus quoſdam quidem paſtores, & vt patet ad Epheſ. 4. & Ioann. 12. poſteaquam dixerat vnum corpus multi ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, ſubintulit. Habentes donationes ſecundùm gratiam, quæ data eſt nobis differentes, ſiue prophetiam ſecundùm rationem fidei, ſiue miniſterium gloſs. Eccleſiaſticum in miniſtrando, & cætera quæ ſequuntur. Ex quibus habetur expreſsè, quòd auctoritas Eccleſiaſtici miniſterij toti Eccleſiæ data minimè fuerit: verùm membris Eccleſiæ ſingularibus, vt eſſent qui & quibus præeſſent. Vndè & apud Dominum Luc. 22. maior in Eccleſia, omnium aliorum miniſter eſt, humilitate, ſcilicet, & intentione, qui non ſibi, ſed alijs omnibus ſeruit. Charitas enim non quærit quæ ſua ſunt.

Præterea Archidiac. ſuper cap. Eccleſiæ charitas, de con. diſt. 4. dicit: quod Eccleſia facere dicitur, quod faciunt Eccleſiæ miniſtri, & hoc ibi expreſsè patet ex textu: puta paruulos offerre baptiſmo, baptizare, peccata remittere. Pari ergo ratione Eccleſia ſancta accipere dicitur, quam miniſtris eius, qui ſunt membra eius data ſunt.

Punctum ſextum. Romanorum Præſulum iuriſdictione maior eſt nulla, ſed neque par quidem. Si qua enim eiuſmodi eſſet, vtique eſſet aut ea quæ Antiſtitum, aut quæ Principum, vel Imperij (quorum omnium Papa eſt primum, Paſtor, & Rector) aut quæ totius eſt Eccleſiæ. Nullam verò harum eſſe eiuſmodi, iam ſatis ſuperque ex dictis aſſeueratum puto.

Poſſent tamen contra prædicta, multa, & quidem non irrationabiliter obijci. Primò equidem, quia omne totum ſua parte maius eſſe liquet: Eccleſiam quoque totum quoddam eſſe, eiuſque partem Romanum Pontificem dixeris, ac proindè iuriſdictione minorem ipſa vniuerſali, ac totali Eccleſia. Soluitur autem quippè quod de toto aſſumitur maius, ſcilicet eſſe parte ſua, verùm quidem eſt in eo toto quod integrale dicunt, ex multis vel quantitatibus, ſeu continuis, ſeu certè diſcretis conſtitutum, ſic enim & Eccleſia cuius Papa membrum eſt, maior eſt multitudo quàm Papa ſolus, quia ne multitudo quidem vel exigua eſt, ſed multitudinis principium, quod vnitatem vel vnum dicunt. In eo verò toto quod poteſtatiuum, ſeu virtuale dicunt, falſum eſt, non eſt enim minoris capacitatis vna pars diuinæ imaginis in homine, quàm reliquæ omnes, teſte Magiſtro in 3. diſt. 1. nec ſenſus, & intellectus ſimul plura cognoſcunt, quàm intellectus ſolus, nec Angelici ſpiritus omnes plura, quàm ſolus primus, nec maior eſt virtus in arbore tota, quàm in ſola radice, nec maior iuriſdictio in Regno toto, quàm in ſolo Rege, in quo omnis eſt Regni iuriſdictio. Alioquin ſi quod argumentum hoc valere dixeris, concludet vtique in Chriſto membro primo Eccleſiæ ſuæ, teſte gloſs. 1. Cor. 12. immò text. ad Epheſ. 1. minorem eſſe virtutem, quàm in Eccleſia tota, quod errori pluſquam proximum dixeris, dicente eo Matth. vltim. data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra.

Sed contra iſta recapitulatur. Orbis enim maior eſt Vrbe, teſte diuo Hieronym. vt 93. diſt. legimus, vbi gloſs. colligit, quod ſtatutum Concilij præiudicat ſtatuto Papæ, ſi contradicant. Soluitur autem, quia beatus Hieronym. non intendit dicere, quod auctoritas iuriſdictionis ſit maior in Orbe, quàm in Vrbe, ſed loquitur de auctoritate conſuetudinis, quæ cæteris paribus tantò virtute maior, quantò generalior. Quidam autem dicebant, quòd ſicut Romæ Diacones ſunt honorabiles, vbi Diacones Cardinales, Preſbyteris non Cardinalibus præferuntur, ità debere eſſe in toto Mundo, volentes ex hoc eos Epiſcopis contra debitum anteferre, &

contra hoc Hieronym, volens dicere, quòd conſuetudo illa Romana in conſequentiam trahi non deberet, contra rationabilem conſuetudinem totius Orbis, dixit Orbem Vrbe maiorem, quantum, ſcilicet ad vniuerſalitatem, & maioritatem extenſiuam conſuetudinis.

Pro quo duo ſunt aduertenda, Primum quòd ratione loci vna conſuetudo alicubi eſt bona, quæ alibi bona non eſſet, & ſic Romæ vbi aliqui Diacones, idest Cardinei potiuntur dignitate Regis, rationabiliter ſimplicibus Sacerdotibus immò, & Epiſcopis non Cardinalibus preferuntur, & tamen etiã rationabiliter totus reliquus Orbis eos non præfert, ideòque iſta conſuetudo extra Romam maior eſt ſua vniuerſalitate, quàm ſit Romana, ſtante vtriuſque parilitate quoad conſonantiam, quam habent ad rationem.

Secundum quod eſt ſi Romæ ſit circa aliquid vna conſuetudo bona, & alibi circa idem ſit alia melior, illa alia ſeruanda eſt, nec Romana in conſequentiam trahenda, vt claré dicit Gregor. diſt. 12. nouit, & diſt. 40. nos qui, & cap. non loca, & in gloſs. in dicto verbo maior, idem habetur. Gloſſa verò allegata de ſtatuto Concilij (vt liquet) non aſſertiuè, ſed argumentatiuè loquitur; vndè remitit ſe ad dicta 9. q. 3. nemo; vbi dicit Concilium non poſſe contra Papam iudicare, & de his in ſequentibus abundantiſſimè tractandum eſt.

Secundò poteſt obijci. Nam poteſtas Romano Præſuli data eſt gratia Eccleſiæ, ſeu propter Eccleſiam, veluti propter finem, ſecundùm illud 1. Corinth. 10. non quæro quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, & conſequenter multò magis eſt data Eccleſiæ, in qua maior charitas putatur, quia propter quod vnumquodque, & illud magis eſt, primo poteſt. Soluitur autem, quod ſententia Ariſt. multas gloſs. exquirit: illam verò in primis, quòd oportet vtrumque illorum participare illud in quo vnum reliquum vincit, ac ſuperat, quod eſt rationi conſonum dixeris, quoniam comparatiuum poſitiuum ſemper præxigat oporter. Vndè nec ſequitur, Rex militi equum propter victoriam largitur, ergo & victoriæ largitur, & pater præceptori filij auctoritatem diſciplinæ propter filium eradit, ergo & filio tradit. Modò ipſi Eccleſiæ iuriſdictio data non eſt vlla niſi in miniſtris, vt probatum eſt, & ideò ſi nulla data eſt, non eſt etiam data magis, aut maior. Arguere autem maiorem iuriſdictionem à charitate maiori, pauperibus de Lugduno hæreticis (quos Valdenſes appellant) eſt proprium, quod hæreſim ſapit, ne dicam ſonat, quia cum de alicuius hominis charitate hominibus non conſtet, apud diuinas literas, iuxtà illud Iob. 9. Si venerit ad me, ſcilicet, Deus per gratiam, non videbo illum, ſi autem abierit pariter non intelligam, & illud ibidem, etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea: pari quoquè modo iuriſdictio non conſtaret, contra illud Ioann. vltim. Paſce oues meas. Et vt dicitur de pœnit. & remiſ. noua, licèt beatiſſima virgo Maria Apoſtolis omnibus, & dignior, & Deo gratior fuerit: non tamen illi, ſed iſtis Dominus claues Regni Cœlorum commiſit.

Sed contra hoc inſtatur, quia in cap. ſignificaſti, de elect. videtur, quòd Chriſtus oues Petro commiſit ſub conditione, ſi eum diligit. Soluitur nullus Eccleſiaſticus ordo, aut prælatio confertur ſub conditione ſuſpendente actum, alioquin non haberentur ſemper ordines, aut gradus ex tunc, ſed ſolùm purificata conditione, & ſemel Sacerdos, vel Epiſcopus, aut Papa poſſet ab indelebili caractere cadere per peccatum, quod patet falſum in peccato ſchiſmatis, & fornicationis, ſecundùm omnia iura. Illa ergo conditio non eſt ſuſpenſiua, ſed diſpoſitiua, idest qualitas neceſſariò requiſita ad hoc, quod aliquis dignè promoueatur, non autem ad hoc, quòd promotus in officio perſeueret, ſed vt perſeueret dignè, & meritoriè. Conditio enim aliquando importat ſtatum, vel qualitatem perſonæ, de ſeru. non ord, cap. vlt. 32. q. 4. liberi, ff. de condit. ob. turp. ca. l. ſi ob turpem. Aliquando rei qualitatem, ff. & C. de ſeruit. per totum, ſicut aliquæ res ſunt liberæ, aut ſeruilis conditionis.

Tertiò. Nam cui conuenit nomen, res quoque conueniat neceſſe eſt, ſicut homo eſt, quod homo vocatur, Eccleſiæ autem conueniunt nomina importantia dignitatem, & auctoritatem, ſiue iuriſdictionem, non autem Papæ; nam ipſa vocatur mater omnium; Papa verò dicitur Eccleſiæ filius. Pſal. Pro Patribus nati ſunt tibi filij: item ipſa dicitur domina Hier. primo, domina gentium: Papa verò ſecundũ Bernard. in 4. de conſ. ad Eugen. debet ſe conſiderare non dominum Epiſcoporum, ſed vnum ex ipſis: item dicitur regina, & ſponſa Chriſti, ſecundùm omnes Scripturas: Papa autem ſecundùm Bernar. vbi ſuprà, nõ eſt ſponſus, ſed ſponſe Paranimphus. Ergo, &c. Soluitur autem, quod ea nomina vniuerſali Eccleſiæ tribuuntur, non ratione iuriſdictionis, ſed cuiuſpiam alterius in illorum ſignificatis concluſi, ſicut mater dici poteſt, quia ſui miniſtri per aquam regenerant, quomodò etiam Papa filius dicitur, non quia ſubiectus, ſed quia regeneratus, regina quoque vocatur, quaſi regis ſponſa, & quia ſe benè per ſuos miniſtros, ac fideles bonos regat, non autem quia regendi auctoritate fungatur collegialiter: ſed vt dictum eſt per membra diuerſa, & tamen eiuſmodi nomina attribuuntur Pontifici, etiam vt regiminis auctoritatem ſonant. Eſt enim omnium Pater ratione auctoritatis, vt liquet per Auguſt. in cap. quorum vices diſt. 18. vndè & Bernard. ſcribens Piſanæ vniuerſitati, Innocentium Pontificem Maximum, vniuerſitatis Patrem appellauit. Eſt ergo pater, ac filius ratione diuerſa, veluti etiam Chriſtus reſpectu Dauidis. Domina autem gentium Eccleſia in ſenſu literali ibi non dicitur, à quo ſolo argumentum efficax haberi poteſt, ſed ea verba de materiali Hieruſalem dicta fuere. Dominatus autem à Papa negatur, non ratione negati regiminis, ſed propter abuſum, atque tyrannidem, aliàs autem temporalis dominus mundi Cæſar Romanum Præſulem, ac ſi patrem dominum appellat diſt. 93. tibi Domino, & eſt Eccleſiæ filius, & conſequenter Pontificis Maximi: diſt. 96. ſi Imperator; & hæc eſt ipſius maxima gloria eiuſmodi filiatio, 23. quæſt. 8. conuenior. An verò Papa ſit ſpon-

Digitized by Google

ſponſus Eccleſiæ nec ne, ad rem nihil; proptereà quòd nomen hoc non ſit poteſtatis, Eccleſia tamen ſponſa, & coniunxit dicitur Chriſti, 27. quæſt. 1. nuptiarum, & 2. Cor. 7. Deſpondi vos vni viro, ſcilicet, Chriſto, & quilibet Epiſcopus ſponſus eſt omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis: tenet Panorm. in cap. cum conſuetudinis de conſuetud. vndè etiam Papa ſponſus eſt Eccleſiæ ſuæ, quia & ipſe eſt Epiſcopus, immò vniuerſalis Epiſcopus, vt probatum eſt, & conſequenter omnium Eccleſiarum, quæ toto Orbe ſub ea continentur. Nec illud in ſpiritualibus abſurdum putaueris, vnius ſponſę duos eſſe ſponſos ordine quodam, ſicut nec capita duo, & minor reſpectu maioris paranimphus eſt, ac ſi coniunctor, ac copulator: vt Papa eſt inter Chriſtum, & Eccleſiam Chriſto ſponſatam.

Quartò. Nam ſuprema poteſtas debet habere regimen ſupremum, communiter autem, & infallibile; aliter non benè nedum optimè regeret ſubiectos, vndè & veteris inſtrumenti Sacerdos maximus habuit in omni cauſa iudicium infallibile, vt liquet, Deuteronom. 17. hoc autem ſolùm Eccleſiæ vniuerſali competit: cui Dominus Matth. vltim. Ecce ego, inquit, vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi: vndè ipſa ſola videtur habere ſupremam poteſtatem. Solutio. Chriſtus non promiſit vniuerſali Eccleſiæ infallibile regimen actiuum, ſed paſſiuum tantùm, ſcilicet, quia Spirit. ſanct. docendam erat omnem veritatem, ſubaudi in neceſſarijs ad æternam ſalutem, ſecundùm illud primæ Ioann. 2. vnctio docebit vos de omnibus, & illud Ioann. 19. cùm venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Quod equidem promiſſum per Romanum Præſulem Eccleſiæ caput Chriſtus exequitur, & per ea membra quibus vtitur caput, Papa enim vt Papa, errare nequit in decidendo de fide, & moribus, vt probabitur, in his autem, quæ facti ſunt, nullum infallibile regimen Eccleſiæ promiſſum legitur: vndè & in talibus crebrò aberrat. Sed etſi vniuerſali Eccleſiæ eſſet à Chriſto Domino promiſſum infallibile regimen actiuum, non tamen fuit ei promiſſum collegiali modo, alioquin in omni neceſſaria deciſione totus mundus vocetur oporret, etiam fœmineus ſexus, quod nuſquam legitur, etiam Apoſtolorum temporibus, quando id commodè fieri fortè potuiſſet, nunc verò quis non impoſſibile dixerit?

Quintò. Nam poteſtas maior non eſt in eo, qui accipit, quàm in eo nomine, & vice cuius acceperit, veluti in accipiente inueſtituram caſtri, vel feudi vice alterius, non eſt ius maius, quàm in Domino vero. Petrus verò in perſona vniuerſalis Eccleſiæ poteſtatem accepit: nam Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit, vt dicit Aurel. Auguſtin. & habetur 24. quæſt. 1. quodcumque vbi Archidiac. exponit, ideſt, ſub ſigno, & nomine Eccleſiæ Petrus claues accepit. Eandem ſententiam tenet idem Auguſtinum in quodam Sermone Apoſtolorum Petri, & Pauli, & de vnico baptiſmo, & ſuper Ioann. Serm. 124. Soluitur autem. Nam ſummarium dicti cap. quodcumque, dicit quod in perſona Petri Eccleſia ligandi, atque ſoluendi poteſtatem accepit. Vndè Auguſtin. ſuper Ioann. Serm. 10. Cum Dominus, inquit, dixit Petro, Tibi dabo claues Regni Cœlorum: illud pro omnibus Apoſtolis dixit; & hoc cum omnibus tamquam gerens perſonam ipſius vnitatis, accepit. Et in lib. de Agone Chriſtiano, Eccleſiæ, inquit, claues datæ ſunt, cùm Petro datæ ſunt, & cum ei dicitur, ad omnes dicitur, amas me? paſce oues meas. Et idem ſentit Ambroſ. in lib. de pœnit. qui de poteſtate ligandi, ſoluendique perloquens, Eccleſia, inquit, vtrumque vendicat, quæ veros Sacerdotes habet. Hæc ille: intendens, quod ideò Eccleſia claues habet, quia Sacerdotes habee habentes claues. Non ergo Eccleſia accepit claues in ſe collegialiter, ſed in ſuis principalibus membris, & principaliter in primo, ideſt, Petro, ac ſucceſſoribus. Quòd verò dicitur poteſtatem non eſſe maiorem in accipiente, quàm in eo pro quo accipit; verum vtique eſt, quando pro alio tantùm accipit, non pro ſe, vt in exemplis inductis: ſecùs ſi pro ſe, & alijs, immò pro ſe primo, & pro alijs in ordine ad ſe. Et ità eſt in propoſito. Petrus enim accepit claues pro ſe, & pro Eccleſia quoad aliqua membra eius, ideſt ſucceſſores, & ſubditos ſacerdotes. Vndè accepit in ſigno, & nomine Eccleſiæ, inquantùm ipſe accipiens erat virtute totum collegium Sacerdotum, & ſignum eius, quaſi gerens perſonam omnium Sacerdotum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, & aliorum nomine, inquantùm pro omnibus, vt aliorum Rex, & Caput accipiebat, vel inquantum ipſe virtualiter erat tota Eccleſia, quaſi Princeps: vt oſtendetur inferius: vnde quod facit caput Eccleſiæ, ipſa quoque Eccleſia facere dicitur de excep. pia. lib. 6. & de con. diſt. 3. Eccleſiæ charitas, & ibi Archidiac. Vnde & Ambroſ. in principio ſui paſtoralis dicit. Dominus dicit Petro, paſce oues meas. Quas oues, & quem gregem, non ſolus tunc ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & nos cum illo eas ſuſcepimus omnes.

Sed contra hæc recapitulatur. Hæc enim ſolutio illo tendit, quòd nomine Eccleſiæ non intelliguntur omnia eius membra coniunctim ſed aliqua, vel aliquæ perſonæ Eccleſiæ; qui intellectus procedere non videtur. Nam euertitur per capit. omnibus, 24. qu. 1. vbi Hieron. ait. Omnibus conſideratis, puto me non temerè dicere, aliquos ità eſſe in domo Dei, vt ipſi ſunt eadem domus, quæ dicitur ædificari ſupra petram. Et poſt pauca. Quę domus etiam claues accepit. Soluitur autem, quia ibi domus à beato Hieronymo dicitur Collegium ſacerdotum, Eccleſiam Chriſti regentium; vnde ſubditur. Si quis hanc domum corrigentem, corripientemque contempſerit; ſit tibi, inquit, ſicut Etnichus, & Publicanus. Hęc ille.

Si tamen, quod negamns, hæc domus ſit vniuerſalis Eccleſia, accepit claues & corripit quidem: ſed non aliter, quàm per Petrum, & ſucceſſores, ac ſubiectos ſacerdotes.

Sextò. Nam poteſtas ſuprema, ſemper eſſe debet in Eccleſia; quia ſine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei, Rom. 11. Poteſtas autem Papæ non eſt ſemper in Eccleſia: cùm aliquan-

Digitized by Google

quando nullus Papa ſit : vnde eius poteſtas non eſt ſuprema, & conſequenter alia ſit oportet; quæ nullius eſſe poteſt niſi Eccleſię totius. Solutio. Suprema poteſtas, eo modo in Eccleſia ſemper manet, quo Chriſtus paſtor ſummus eam manere ſtatuit : cuius vtique mens non ea erat, vt ſemper in Petri, vel ſucceſſoris perſona maneret : quippè qui ſciret Eccleſiæ futurum impoſſibile : item & indecens, ac inconſideratum; quòd eo inſtanti quo paſtor vnus decederet, eodem iam creatus eſſet ſucceſſor.

Voluit autem, & quidem ſapientiſſimè : Inter inſtans vtrumque, tempus congruum elabi : honeſtæ ſepulturæ, electionique maturè conſulens. Manet tamen ſumma poteſtas in Eccleſia paſtore vita functo: primoquidem in primo Eccleſiæ capite Chriſto : qui ſemper vniformiter in Eccleſia regnat; poteſtas enim eius poteſtas æterna, quæ non auferetur ; & Regnum eius Regnum, quod non corrumpetur.

Deindè verò itidem manet in ordinatione diuina ; ſicut in ordinatione Papæ, Epiſcopi defuncti durat auctoritas ; ſicut & reale priuilegium, quod in hoc ipſo à perſonali ſecernitur: quòd non extinguitur cum perſona, ff. quòd cuius ; vniuer. l. ſicut ; & ff. de iudic. l. proponebant. Manet quoque in Sede Apoſtolica numquam interitura ; de reſcrip. ſi gratioſè lib. 6. Vnde mortuo Pontifice eam non dicimus mortuam, ſed vacantem potiùs; vnde Leo in ſermon. 2. ſuę conſecrationis. In ſede inquit Petri viuit poteſtas; & excellit auctoritas.

Demùm manet virtualiter in facultate diſponendi, vt oportet, & eligendi ſucceſſorem; qua in Cardineo Collegio Eccleſia ſancta potitur. Vnde illud ſolemne, & immortale Collegium, Papa eſt virtute, non natura ; ſicut & ſemen virtute eſt planta ; & radix virtute eſt roſa ; quod tamen ſic ſanè intelligas, vt ſit Papa virtute eligendi perſonam : non conferendi poteſtatem.

Secundò nam poteſtas clauium, quæ in Romano Præſule veluti in ſubiecto eſt, in Eccleſia quoque eſt ſicut in fine; ſecundùm illud 2. Cor. 10. poteſtatem dedit mihi Dominus ad ædificationem, non ad deſtructionem, finem autem nobiliorem eſſe his, quæ ad finem ſunt, dubitat nullus; vnde videtur maior in Eccleſia, quàm in Pontifice ſummo eſſe auctoritas.

Soluitur verò ; quia diſcurſus iſte nihil omninò virtutis habet : alioquin in ruſtico eſſet poteſtas amplior, quàm in rege vel Cœſare, quippè Rex non propter ſe Rex eſt, ſed propter alios etiam ruſticos: ad hoc enim eſt ordo regiminis, vt quiſque quiete viuat in regno. Sic etiam nutritiua poteſtas, in radice eſt plantę propter ſolia, & flores ac fructus; in quibus non eſt vis nutritiua niſi in ſemine, & in eo virtute tantùm.

CAP. IX.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, legum conditorem, qua ſub æterna damnationis pœna omnes afficiant.

Etſi iam ex dictis manifeſtum putari poteſt Romanum Præſulem poſſe leges condere, quæ omnes alligent ; quippè qui ſit vbique Hierarcha ; quia tamen aduerſarius (qui olim meas poſitiones, ſine probationibus editas criminabatur : vbi inquiens ſunt canones; vbi ſanctiones; vbi decreta Patrum) cùm me canonum fortè gnarum, aut credidit, aut ſuſpicatus eſt ; vel certè inſtabilitati eius inſedit ; iam dicta Pontificum aſpernatur : mihi ſeorsùm ſcribens decreta quibus inniteris nihil ſunt ; alias etiam publicè ea appellans frigidiſſima ; aduersùs ea auſus inducere hiſtorias, quas & aſſerit aucteaticatas ; nunc particulariter oſtendendum eſt etiã per ea fundamenta, quæ iſte negare non poteſt, quantum & quàm grauiter, ac periculosè aberret ; ſi tamen credit, quæ docet ; & Romanum Præſulem toti mundo poſſe legea inferre, & his omnes alligare, ac ſtringere ; quod equidem quibuſdam punctis efficiam.

Primum punctum. Romani Pręſulis eſt condere legem. Nam caput eſt Orbis, & Hierarcha vbique terrarum.

Quod etiam iure præbitur in primis propter alios, etſi non propter iſtum. Nam in cap. ſi Romanorum diſt. 19. habetur iſta Conclusio ; vt patebit infrà puncto, 4. vbi illud capitulum verbotenus citabitur : & in capit. ideò, 25. qu. 1. vbi Leo 4. ideo permittente Domino inquit; paſtores hominum ſumus effecti, vt quod Patres noſtri ſiue ſacris Canonibus, ſiue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Item ibi §. ità reſpondetur ; ſacroſancta inquit Eccleſia Romana, ius & auctoritatem ſacris Canonibus impartitur, ſed non eis alligatur ; habetur, enim ius condendi canones, vtpotè quæ caput eſt, & cardo omnium Eccleſiarum; à cuius regula nemini diſcedere licet. Vnde & ſanctorum Patrum ſtatuta inuiolabiter ſunt ſeruanda, 11. diſtin. nolite : & ſecundùm gloſs. patet, quod loquitur de ſtatutis Apoſtolicæ Sedis ; & idem ibi in cap. Eccleſiaſticarum, & in cap. amputato, 25. qu. 2. Apoſtolica ſtatuta, nec negligi debent, nec variari: immò leges ſeculi non dedignantur canones imitari 2. qu. 1. Euphemium; & lex obuians decretis Papæ, nullius eſt momenti diſt. 10. non licet & lex Canonica eſt ſuperior lege ciuili, diſtinctione 10. leges ; & quod legibus Eccleſiaſticis eſt definitum, in iudicijs tenendum eſt, 6. qu. 6. ſinite 11. qu. 3. ſummopere ; de conſt. canonum. Vnde vt ſupra dictum eſt Iuſtinianus Imperator in auctent. vt Romana Ecclecle-

cleſia, dicit quòd antiqua Roma legum otiginem ſortita eſt.

Punctum ſecundùm. De neceſſitate ſalutis, eſt ſubeſſe præceptis & legibus Romani Pontificis. Dico ſubeſſe non autem obedire; quia non ſemper eſt mortale tranſgredi: ſed ſemper eſt mortale dicere non eſſe obediendum. Hoc autem probaturus ſuppono determinatinnem Concilij Florentini Oecumenici: quòd Papa ſit à Chriſto in beato Petro inſtitutus ſuus Vicarius, & Rector populi Chriſtiani.

Pateat igitnr ſic ptimò. Quicumque non vult Romano Pontifici ſubdi in præceptis, & legibus extrà ouile Chriſti eſt; aut ſi infrà, ouis rebellis eſt; ouile, enim Chriſti vnum eſt, cui præſidet vnus paſtor, Petrus videlicet aut ſucceſſor; vt probatum eſt; ſecundùm illud Ioan. 10. fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Etſi per dicta verba hoc factum negaretur, hæreticum eſt; quia ſit contra determinationem Conciliorum; & Canonum, & Doctorum, 24. qu. 3. hæreſis; & cap. ſequen. Eſt autem de neceſſitate ſalutis, eſſe infrà ouile Chriſti; ad quod intratur per baptiſmum; qui Sacramentorum omnium ianua eſt, apud Theologos; & not. Panorm. in cap. 1. & in c. fin. de Presbyt. non baptizato; & niſi quis Renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto; & reliqua Ioan. 3. eſt etiam de neceſſitate ſalutis eſſe ouem non rebellem Chriſto, & conſequenter, nec ſedenti vice Chriſti in licitis & iuſtis; quia qui vos ſpernit me ſpernit Luc. 10. Ergo de neceſſitate ſalutis eſt ſubeſſe legibus Romani Pontificis.

Secundò. Quicumque tenetur eſſe Chriſtianus, & non Schiſmaticus, neceſſe habet ſubeſſe Romano Pontifici, quia ei ſubici nolentes, ſunt Schiſmatici, 24. qu. 1. Schiſma; & tenet hom. in ſumma, tit. de Schiſmaticis dicens Schiſma eſt illicita diuiſio per inobedientiam ab vnitate Eccleſiæ facta. Qui libet autem tenetur eſſe Chriſtianus; quia ſine baptiſmate non eſt ſalus (vt dictum eſt) & non eſſe Schiſmaticus; quia omnis talis extrà ouile Chriſti eſt, quod totum eſt ſub vno paſtore Ioan. 10. ſub quo quantum in ſe eſt, non eſt Schiſmaticus: ab eius obedientia diuiſus. Vnde Leo Papa in cap. ideò, 25. qu. 1. ſacroſancta inquit Eccleſia Romana caput eſt, & cardo omnium Eccleſiarum: à cuius regula nemini diſſentire licet. Item Cyril. in lib. Theſauro.

Itàque, inquit, fratres ſi Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocem eius audiamus manentes in Eccleſia Petri, & non inflemur vento ſuperbiæ, ne fortè Tortuoſus ſerpens propter noſtram contentionem nos eijciat, vt Euam olim de Paradiſo. Et maximus in epiſtola ad Orientales. Coadunatam inquit, & fundatam ſuper petram confeſſionis Chriſti, dicimus vniuerſalem Eccleſiam, ſecundùm definitionem Saluatoris: in qua neceſſariò ſalutis animarum noſtrarum eſt manere, & ei obedire ſuam ſeruantes fidem, & confeſſionem. Et Gregor. in cap. hac. 25. qu. 1. Hac conſona ſanctis Patribus definitione ſancimus; vt qui ſacris obedire Canonibus neſcit, nec ſacris miniſtrare Altaribus communione capite ſit dignus.

Punctum 2. Hæreticum eſt dicere non eſſe ab omnibus obtemperandum legibus Præſulis Romani. Nam hæreticum eſt negare quod literæ diuinæ affirmant; vt per ſe ab omnibus confeſſum eſt. Literæ autem diuinæ aſtruunt obediendum ſuperioribus Rom. 13. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; aſſerunt etiam Petrum, ac ſucceſſorem eſſe ſuperiorem omnibus, vt probatum eſt. Igitur hoc punctum verum eſt.

Vnde Cyril. in 2. lib. Theſa. Vt membra inquit maneamus in capite noſtro Apoſtolico Throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere quid credere, & quid tenere debeamus: ipſum venerantes, ipſum rogantes præomnibus; quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere &c.

Et infrà. Chriſtus nulli alij, quod ſuum eſt, ſed ipſi ſoli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates Mundi tanquam ipſi Domino Ieſu obediunt. Hæc ille.

Præterea vbi eſt eadem cauſa, eſſe oportet eumdem effectum; quia ſine effectu non eſt cauſa: vt ex eius definitione patet: & vbi eadem ratio debet eſſe idem ius, ff. ad l. aquil. l. illud. Sed in lege veteri hæreticum erat dicere non eſſe obediendum ſummi Sacerdotis imperio in omni cauſa ambigua; quia erat contra Scripturam Deuter. 17. vbi & ſub pæna mortis mandatur ab eius iudicio in rebus dubijs non eſſe recedendum: & multò magis in certis; & ratio par eſt in nouo teſtamento; immò & maior; quia eſt ſtatus maioris perfectionis, & Pontifex eſt maioris poteſtatis; quippè qui habeat claues: quas ille non habuit: & Chriſtus declarauit nobis ſtandum eſſe iudicio eius, dicens; quæcumque ligaueris, & reliqua.

Igitur hæreticum eſt dicere non eſſe ab omnibus obediendum Pontifici ſummo. Vnde in cap. de libellis diſt. 20. Leo 4. nominatis Conciliorum Canonibus, & decretalium regulis, necnon & regulis Præſulum Romanorum, Syluestri, Cyriaci, Innocentij, Zozimi, Cœleſtini, Leonis, Hilarij, Gelaſij, Ormiſdæ, & Gregorij minoris; (par autem ratio eſt de omnibus alijs cùm ſint omnes Vicarij Chriſti, & iuriſdictione pares, vt oſtenſum eſt) ſic ait. Luculentius, & magna voce pronunciare non timeo: quia qui illa, quę prędiximus Sanctorum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Clericus, ſiue Laicus, non indifferenter recipere conuincitur; nec Catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum ſuum retinere, vel credere probatur. Hæc ibi.

Item in cap. omnes, 22. diſt. Nicolaus ſcribens Mediolanenſibus; poſtquam dixerat Romanam Eccleſiam omnes Eccleſiaſticas fundaſſe dignitates, ipſam verò fundatam à Chriſto; ſubiungit. Vnde non dubium eſt: quia quiſquis Eccleſiæ cuilibet ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit: quod autem Romanæ Eccleſię priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conatur hic procul dubio in hæreſim labitur: & cùm ille vocetur iniuſtus, hic eſt dicendus hęreticus. Fidem quippè violat, qui aduerſus illam agit: quæ eſt mater fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Eccleſijs prę-

tu-

Digitized by Google

tuliſſe cognoſcitur. Vnde ipſe ſanctus Ambroſius ſe in omnibus ſequi Magiſtram ſanctam Romanam Eccleſiam profitetur. Hæc ibi.

Præterea hæreticum eſt decredere Concilijs ritè celebratis, & probatis: ſicut & decredere vniuerſali Eccleſię: cuius eſt inclitum Concilij iuncto Pontifice maximo; cùm aliud habere non poſſit ſicut, nec aliter quàm in ſuis capitibus congregari. Sed Concilia eiuſmodi deciderunt diuino iure Rom. Pont. eſſe Vicarium Dei cui omnes obediant: vt patet de Florentino, Conſtantienſi, Lugdunenſi, Chalcedonenſi, Conſtantinopolitano, & multis alijs. Igitur &c.

Vltimo: hęreticum eſt non credere Euangelio: vt per ſe planum eſt. Omnis autem credens non eſſe obediendum ſtatutis, & præceptis Papæ, credit contra Euangelium in illo paſſu: quodcumque ligaueris &c. nam illa verba exponuntur: quodcumque ligaueris per ſtatuta, vel præcepta, vt not. Innoc. in cap. quanto de conſuet. vide Panorm. in cap. licet de elect. in prin. & quamuis hoc intelligatur claue non errante: tamen nullus ab hac obedientia poteſt ſe ſubtrahere, niſi ità ſit certus, quod Papa errat, ſicut eſt certus quod ei obedire tenetur; nam ſi eſſet dubius tenetur obedire: vt dicit Raynald. & habetur in cap. ad aures; iuncta gloſ. de temp. ordinand. vnde, & à peccato excuſatur, 23. qu. prima quid culpatur: & vbi lex eſt dubia excuſatur quis à iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignor. l. regula, vide gloſ. in cap. vnico de poteſt. Prælat. 6. & Panorm. in cap. fin. de con.

Nec iuuat dicere prædicta vera eſſe de his, quæ Papa mandat per canones non in alijs: quia vt patebit puncto ſequenti, ipſi canones declarant eſſe hoc verum etiam in his ſtatutis, quæ non ſunt in canone; de hoc etiam infrà lib. 2. cap. 8. errore 3.

Et præterea auctoritas, quæ operatur in Canonibus, eadem eſt æquè in omni ſtatuto Papæ: ideſt pontificalis: non enim canones editi in Concilio aliundè habent robur niſi à Pontifice à quo eſt tota auctoritas Concilij: vt patebit. Et ſi eſt eadem auctoritas, æquè omnia ligant: quia vbi eadem cauſa, eſt idem effectus; & vbi eadem ratio, idem ius, l. illud, ff. ad l. aquil.

Punctum quartum. Decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum etiam non editæ in Concilio, immò etiam corpori iuris non inſertæ; & omnes ſanctiones ſunt ab omnibus venerabiliter ſuſcipiendæ: & executioni ſtudioſè mandandę.

Probatur hoc punctum per capit. ſi Romanorum diſtin. 19. vbi Nicolaus Papa ſcribens Epiſcopis Galliarum ſic dicit. Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur, vt quod verè Sedes Apoſtolica probauit, hodie teneatur acceptum: & quod illa repulit hactenus inefficax habeatur: quantò potiùs ea, quæ ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs & multipharijs Eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsùs in quibuslibet neceſſitatibus, vel oportunitatibus diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi: quamquam quidam veſtrum ſcripſerunt haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto Canonum Codicis corpore (ſcilicet Iſidor. edidit) eſſe deſcripta, & ideo inter canones non aſſumenda: cum & ipſi vbi ſuę intentioni ſuffragari conſpiciunt, in omnibus illis indifferenter vtantur: & ſolùm nunc ad diminutionem Sedis Apoſtolicę auctoritatis: & ad ſuorum augmentum priuilegiorum minùs accepta eſſe perhibeant.

Item ſi ideò non eſſe decretales epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in Codice canonum non habentur aſcriptæ; ergo nec ſancti Gregorij, nec vllius alterius, qui ante ipſum, eſt aliquod inſtitutum, vel reſcriptum recipiendum: eo quòd in Codice canonum non habeatur ſcriptum. Ergo doctrina eorum, & ſanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in Codice canonum non habentur aſcriptæ, de Codicibus ſuis abradant. Vt quid vel membranas occupant; poſtquam non habentur acceptæ.

Sed quare multum immoremur: cum nec ipſas diuinas Scripturas veteris, & noui teſtamenti, iam recipiemus ſi iſtos diximus eſſe audiendos: etenim neutrum horum in Codice canonum Eccleſiaſticorum habetur inſertum.

Sed reſponſuri ſunt iſti, qui ad reſiſtendum potiùs, quàm ad obediendum parati ſunt dicentes: quòd inter canones inuenitur capitulum ſancti Innocentij Papæ, cuius auctoritate doceatur à nobis vtrumque teſtamentum eſſe recipiendum; quamquam in ipſis Paternis Canonibus nullum eorum ex toto contineatur inſertum.

Quibus ad hæc reſpondendum eſt; quoniam ſi verus, vtrumque teſtamentum ſunt recipienda: non quod Codici canonum ex toto habeantur annexa; ſed quòd de his recipiendis ſancti Papæ Innocentij probata videatur, eſſe ſententia; teſtat nimirum quòd decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum ſunt recipiendæ; etſi non ſunt Codici canonum compaginatæ, quoniam inter ipſos canones vnum beati Leonis Papæ capitulum conſtat eſſe permixtum, quo ità omnia decretalia, ſeu conſtituta Sedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, vt ſiquis in illa commiſerit, nouerit ſibi veniam denegari. Dixit enim cap. 10. ſuarum decretalium.

Nequid verò ſit, quod prætermiſſum à nobis fortè credatur: omnia decretalia conſtituta, tàm bonæ recordationis Innocentij, quàm omnium prædeceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ità noſtra declaratione cuſtodiri mandamus, vt ſiquis in illa commiſerit, veniam ſibi nouerit denegari deinceps. Dicendo verò omnia decretalia conſtituta, nullum de decretalibus conſtitutis prætermiſit, quod non mandauerit, eſſe cuſtodiendum: & rursùs aſſerendo omnium prædeceſſorum noſtrorum, nullum Pontificum Romanorum, qui antè ſe fuerunt excepit, cuius ità non præceperit decretalia conſtitura ab omnibus cuſtodiri, vt ſiquis in illa commiſſerit veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Itàque nihil intereſt vtrùm ſint omnia

nia nec ne decretalia Sedis Apoſtolicæ ſtatuta inter canones Conciliorum immixta; cùm omnia in vno corpore compaginari non poſſint, & illa eis interſint, quæ firmitatem his, quæ deſunt, & vigorem ſuum aſſignant præſertim cùm ſynodalia geſta inter quæ ipſi canones ſtatuti ſunt in Codice canonum non habeantur, ſed à nobis omni cultu debito venerentur.

Conſonat autem huic beatiſſimo Leoni Papæ etiam facundiſſimus ſanctus in decretis ſuis Papa Gelaſius, ità inquiens. Decretales epiſtolas quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ad Vrbe Roma pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas decernimus. In quo notandum eſt, quòd non dixit decretales epiſtolas, quę inter canones habentur, vel quas moderni Pontifices ediderunt, ſed quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ad Vrbe Roma dederunt. Dicens autem diuerſis temporibus etiam illa tempora vir ſanctus comprehendit, quę crebreſcentibus Paganorum perſequutionibus ad Sedem Apoſtolicam deferri cauſas Epiſcoporum difficillimè permittebant. His itaque diuina fauente gratia prælibatis, oſtendimus nulla eſſe differentiam inter illa decreta, quæ in corpore canonum habentur Sedis Apoſtolicæ Præſulum, & ea quæ præ multitudine vix per ſingula corporum volumina reperiuntur, cum omnia, & omnium prædeceſſorum ſuorum decretalia conſtituta, atque decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab Vrbe Roma dederunt eſſe venerabiliter ſuſcipiendas, & cuſtodiendas, eximios Præſules Leonem, ſcilicet, & Gelaſium mandaſſe probauimus. Hæc ibi.

Ex his patet, quòd tantæ auctoritatis eſt quæcunque lex, vel conſtituto Papæ, aut decretalis, vel quocunque nomine cenſeatur quantę ſi eſſet in canone, quia liber, ſeu codex, aut Concilium non dat auctoritatem Pontifici, ſed è conuerſo.

His præmiſſis, ad punctum arguitur ſic primò. Propter quod vnum, quodque & illud magis eſt; primo poteſt, & intelligitur propriè propoſitio in ſpectantibus ad cognitionem; ſicut quia concluſiones ſunt certę, & indubitatę propter principia, multò magis ipſa principia certa, & indubitata ſunt. Sed ſcripta, & dicta omnium Doctorum ſunt certa, & indubitata etiam ſi non ſint in canone, propter dicta Romanorum Pontificum approbantia, tum quia eorum eſt interpretari dubia in fide, & moribus, vt probabitur, & eorum interpretatio indubia: tùm quia hoc hìc indubitatum relinquitur, & patet in cap. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15. tum etiam quia ad eos ſpectant maiores Eccleſiæ cauſæ diſt. 42. per totum diſt. 11. palàm, & diſt. 22. debiles, & de baptiſ. paruul. maiores. Igitur multò magis certa, & indubitata ſunt dicta Romanorum Pontificum, quæ ſtatuendo proferunt etiam ſi in corpore canonum (quod Iſidorus fecit) non habeantur.

Secundò. Nàm apud iſtos opinatores, qui pro firmis non habent, quæ in ſacris canonibus non habentur, quæcumq; in corpore canonū ſunt, firma, & vera ſunt maximè apud iſtum Martinum, qui ſcribit ſe audire Papam, vt Papa eſt ſecundum quod in canonibus, vel ſecundum canones loquitur: quamquam in ſua doctrina pro nihilò ducit ſibi ipſi contradicere. Sed vt hic probatur teſtimonio Leonis, & Gelaſij, in eis habetur, quòd omnia ſtatuta, & decreta Romanorum Pontificum etiam, quæ in canone non habentur, obſeruanda ſunt. Ergo hoc vtique verum eſt.

Tertiò. Quæ tantæ auctoritatis ſunt extrà canonem, quantæ in canone, ſiue in canone ſint, ſiue non obſeruanda ſunt, quia ſeruanda ſunt ſi ſint in canone: & conſequenter etiam ſi non ſint, cùm æquè ligent. Sed omnia ſtatuta Romanorum Pontificum ſunt huiuſmodi, quia ab eodem auctoritatem habent, quæ ſunt in canone, & quæ non: ideſt à voluntate Pontificum, non autem à collectore, vel inſertore canonum, vt per ſe planum eſt, quia ſi canonibus inſeratur, quod non velit Pontifex nihil valet; eſt autem voluntas Pontificum, quòd ſemper ſua iuſſa compleantur etiam ſi non ſint in canone; ergo idem.

Et confirmatur hæc ratio per ea, quæ dicuntur puncto præcedenti in fine, ſiue in vltima ratione.

Quartò. Quod à Deo vel Spiritu ſancto mediante homine ſtatuitur, ſuſcipiendum eſt. Omnes autem decretales epiſtolæ, & omnia ſtatuta Romanorum Pontificum ſunt huiuſmodi; quod patet primo Deuter. 17. vbi Deus in omni caſu dubia, & multò magis in cauſa certa mandat ſub pœna mortis ſtandum ſummi Sacerdotis imperio, quod verum eſt æquè, & magis in nouo Teſtamento, vbi eſt Spiritus ſancti gratia plenior, & ſummi Sacerdotis auctoritas maior: quippè, qui ſit Deus in terra tenens claues etiam ipſius Cœli, & ſecundo quia diſt. 19. cap. omnes, ſic omnes, inquit Agato Papa ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendę ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri firmatę: vbi gloſſ. in verbo Petri, nam Papa, inquit ſanctitatem recipit à Cathedra vt 40. diſt. non vos, & Damaſus Papa in cap. violatores 25. quæſt. 1. canones dicit dono, & gratia Spiritus ſancti editos; ergo idem.

Sic ergo concluſio patet, quæ etiam firmatur, quia auctoritas Eccleſiæ ſtatuentis maior eſt auctoritate Scripturæ: vt infrà probabitur. Ex qua concluſione correllariè licet inferre, id quod Felix Papa dicit in c. conſtitutiones diſt. 10. Conſtitutiones, inquit contra canones, & decreta Præſulum Romanorum, vel bonos mores, nullius ſunt momenti.

CAP. X.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum auctoritate Diuina.

Etſi iam ex dictis liquet Romanum Pręſulem, auctoritatem, ac iuriſdictionem ſuam à Domino Ieſu Chriſto obtinere: quippè, qui ſucceſſor ſit beati Petri in æqualitate poteſtatis, vt probatum eſt, qui diuus Petrus ſuam auctoritatem à Chriſto habuit, dicente, Tibi dabo claues. Matth. 16. paſce oues meas Ioann. vlt. quia tamen aduerſarius hoc

hoc videtur ignoraſſe, qui Romanam Eccleſiam auctoritatem à ſuo capite habeutem, vult primam eſſe à certo teupore poſt Petrum, & conſequenter eam non habet à Petro, vel à Chriſto; eapropter nunc ſpecialiter aſtruendum eſt Romanum Præſulem Hierarcham primum eſſe auctoritate Diuina. Quod equidem multis punctis efficiam.

Primum punctum. A quo poſt beatom Petrum auctoritatem Romani Pootifices habuere, multi igoorarunt.

Quidam enim dixerunt, quòd ab ipſo Apoſtolorum Collegio, ſic ordinante, ex hoc ad id permoto, quia beatus Petrus, Apoſtolorum ordinatione, & ſtatuto, Principatum habuit conſequenter autem, & auctoritatem, vt cap. in nouo, diſt. 25. & cap. dudum 3. quæſt. 6. Qui tamen falſum docuere: nam in cap. omnes diſt. 21. beatus Anacletus Papa, ſacroſaucta, inquit Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, & Saulatore noſtro Ptimatum obtinuit, ſicut beato Petro dixit tu es Petrus. Horum verò motiuum eſt inualidum, quia primò quidem Petrus inſtitutus eſt à Domino caput, & Princeps, vt ſupra probatum eſt: ipſius tamen iuſtitutioni licèt B. Apoſtoli quaſi imperfecti, ante Chriſti paſſionem mente, & verbis obnitebantur; facta eſt enim contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior Luc. 22. ſed tandem Chriſti monitione, & Spiritus ſancti adoentu intercedente conſenſerunt in Petri Principatum.

Vnde beatus Anacletus in cap. ſacroſancta, diſt. 22. inter Apoſtolos, inquit quædam fuit diſcretio poteſtatis: deindè licèt omnes eſſent Apoſtoli: Petro tamen conceſſum eſt à Domino, & ipſi voluerunt inter ſe idipſum, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt Caput, & Principum teneret Apoſtolatus, quod ſecundùm Græcum Idioma dictum intellige. aliàs Cephas interpretatur Petrus Ioann. 1. Quidam verò alij ſenſere Rom. Pont. à beato Petro accipere poteſtatem, eo vel maximè, quòd Vicarius beati Petri dicatur diſt. 63. ego Ludooicus. Sed hi quoque errarunt, vt beati Anacleti teſtimonium declarat, quia ſi auctoritatem non habet ab Apoſtolis Eccleſia Romana, neque etiam à beato Petro babeat neceſſe eſt; dictio enim negatiua terminum cui inſidet diſtribuit, vt inferre liceat; non habuit ab Apoſtolis, ergo nec à Petro: Apoſtolus erat enim Petrus. Motiuum quoque eorum vanum eſt. Non enim Papa poteſt beati Petri propriè eſſe Vicarius, aut vice eius ſedere: etſi ſedet in loco, & ſede eius; quoniam cùm beatus Petrus Vicarius Chriſti eſſet, Vicarium inſtituere alium nequiuit, vt in cap. clericos; extrà de offic. Vicar. Dicitur autem Romanus Præſul beati Petri Vicarius abuſiuè, ideſt ſucceſſor, & eam tenens Vicariam, quam Petrus.

Nec obſtat, quòd diuus Petrus aliquid potuerit, quod Papam non poſſe multi credidere: videlicet transferre ſedem primam de loco ad locum, ideſt de Antiochia Romam, vt patet 7. quæſt. 1. mutationes, & diſt. 22. ſacroſancta. Non obſtat, inquam, quia hoc non proprio ſenſu fecit, ſed Spiritu ſancto volente, vt innuit dicto cap. mutationes: immò ex d. cap. colligitur, quod dicit ſic. Mutationes Epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atque neceſſitate fieri licere, ſed non propria cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Hæc ibi: vbi ſubiungitur exemplum beati Petri ſic. Petrus ſanctus Magiſter noſter, & Princeps Apoſtolorum, de Antiochena Ciuitate vtilitatis cauſa eſt translatus Romam: vt ibidem potiùs proficere poſſet. Hæc ibi: vbi verbum translatus notari debet: cùm non dicatur tranſijt, ſed translatus eſſe.

Item dicto cap. ſacroſancta dicit Romanam Eccleſiam, quæ ſcilicet facta eſt prima per Petri aduentum, Principatum obtinuiſſe à Domino, quod non eſſet, ſi Petrus ſine Chriſti voluntate Romam veniſſet. Hoc autem ſcilicet Dei voluntate mutare primam Sedem, quilibet Romanus Præſul poſſet, & non aliter, vt Petro de Palud. placuit.

Quidam rurſùs alij hanc Romani Præſulis poteſtatem ab vniuerſalibus Concilijs dixere proceſſiſſe, quod videlicet id probari videatur per cap. Coocilia diſt. 17. vbi habetur, quòd Apoſtolicæ Sedi primùm beati Petri Apoſtoli meritum, deindè ſequuta iuſſione Domini, Conciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in Eccleſijs tradidit poteſtatem: hæc ibi.

Sed & hi à veritatis tramite longiùs aberrarunt; quoniam in diſt. 21. in cap. quamuis; beatus Pelagius Papa dicit, quòd ſancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica, nullis ſynodicis ſtatutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini Saluatoris noſtri, primatum obtinuit, & idem dixit Nicolaus Papa diſt. 22. omnes. Horum verò argumentum nihil valuiſſe apertum eſt; propterea quòd iam probatum ſit, quòd à beato Petro Romanus Antiſtes non habet auctoritatem effectiuè: etſi conſeruatiuè, proptereà quòd & eius merita, & preces Romani Præſulis, Romanæque Eccleſiæ conſeruationem obtineant.

Atqui vt gloſs. in eodem cap. concilia dicit Romana Eccleſia auctoritatem habuit à Chriſto principaliter, & à Concilijs ſecundariò, quod non eſt ſic rudi intelligentia accipiendum, quaſi quod Dominus contulit, etiam Concilia contulerint, aut rarum habuerint: ſtultus enim eſt hic ſenſus: adeò vt nihil contra dicere oporteat; ſed ideò, quia quod Deus Eccleſiæ Romanæ contulit, Concilia laudarunt, declararunt, firmarunt voce, veneratione, ſtatutis, actionibus. Eapropter, & rei huius gratia in Concilio Conſtantinopolitano ita ſcribitur. Veneramur ſecundùm Scripturas, & canonum definitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum: & conſentit Concilium Nicænum, Epheſinum, Chalcedonenſe, Conſtantienſe, & Florentinum. Hinc Nicolaus Pontifex maximus, Michaeli Imperatori ſcribens ait. Priuilegia ergo huic Eccleſiæ à Chriſto ſunt donata, à Synodis non ſunt donata, ſed ſolummodò celebrata, & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit.

Quidam rurſùs hanc Romani Præſulis poteſtatem à Conſtantino emanaſſe autumant: quòd ipſe eam primus Romano Antiſtiti in Silueſtro tradiderit, diſt. 96. Conſtantinus. Sed hi ſunt iam in ſuis capitibus damna-

Digitized by Google

n̄ati; dum Marſilij de Padua per Extrauagantem Ioannis XXII. & Ioannis Hus error, per Conſtantienſe Concilium damnatus rſt, quòd ſcilicee dignitas Papæ à Cæſare inolcuerir. Et quidem meritò, quia cùm Romanns Pontifex habeat poteſtatem ſuper animas, & ſpiritus, ſtultum eſt dicere hanc à terreno principe emanare. Vnde & pro magno ridiculo habetur, quòd cnm paucis ante annis quidam Cutarns cogeretur à cenſuris quempiam ſolutre auctoritate terrena; disit, auctoritate ealium Dominorum te abſoluo.

Rnrsùs non defuere, qui hanc auctoritatem à Dominis Cardinalibus, aut vniuerſali Eccleſia manaſſe putarint, quòd ſcilicet Cardinales Pontificem eligendo conſtituant, ab eodem autem res haber eſſe, & virtutem: cùm eſſe, ſit cauſa virtutis; ab Eccleſia autem eſt modus eligendi de elect. licet, & ab eadem Papa dcponi potrſt diſt.40.ſi Papa. Sed etiam iſtos errare iam ex ſuperioribus patuerit, quoniam in vniuerſali Eccleſia, aut in omnibus membris eius, nulla eſt virtus, nulla eſt iuriſdictionis auctoritas, niſi à Deo per Petrum, vel ſucceſſorem, vt probatum eſt. Cardinales verò neque perſonam Pontificis, neque dignitatem pontificalem efficiunr, ſed dignitatis, ac poteſtatis ſubiectum, ideſt perſonam hypoſtaſim, & vt aiunt, materiam eligunt, cui Chriſtus dignitatem, auctoritatemque conferre dignatur, iuxtà promiſſiones factas beato Petro, qui in ſe, & in perſona omnium futurorum Pontificum, vtramque accepit, vt ſupra probatum eſt.

Habet autem electa perſona ſtatim plenitudinem poteſtatis iuridicæ, vt in cap. in nomine Domini diſt. 23. & de elect. licet, & cap. fundamenta, & cap. vbi periculum eod. tit. lib. 6. quod alij Prælati confirmatione aſſequuntur, non habet verò ordinis poteſtatem, niſi ſubſequuta conſecratione, in qua etiam diuina virtus operatur; ſed de hoc nihil ad præſens noſtrum inſtitutum. Quia verò vtramque poteſtatem à Deo habet, ordinis videlicet, ac iuriſdictionis, nemo hominum eam poteſt auferre, ant etiam minuere, nec hominem iudicem pati, niſi ſua ſponte poteſt. Eccleſia autem circa Pontificis electionem diſponere validè poteſt nihil, niſi probante Pontifice, ſine cuius etiam probatione Conciliorum ſtatuta non ligant, vt patebit in poſterùm. Poteſt autem Pontifex circa ſucceſſoris electionem plura ſtatuere, vt liquet diſtinctione 23. in nomine Domini, & de elect. licèt, & eod. tit. in 6. vbi periculum, & ibi per Doctores; ſed quia hæc ad præſens non attinent inſtitutum, quo totus feror in fundamenta contra Martinum Lutherum, miſſa ſint. Nunc ergo noſtrum propoſitum repetamus.

Punctum ſecundum. Præſulis Romani poteſtas immediatè à Chriſto Dro eſt.

Primò. Nam vrl ab Apoſtolis, vel à beato Petro, vel à Concilijs generalibus, vel à Cæſare, vel à Cardineo Collegio, vel à Chriſto ſit oporter, vel certè à nullo ſit neceſſe eſt quod eſt negare caput Eccleſiæ Catholicæ, & conſequenter ipſam Eccleſiam. Sed non poteſt dici à nullo eſſe, vel ab aliquo prædictorum, Chriſto dumtaxàt excepto, vt probatum eſt. A Chriſto ergo eſt.

Secundò. Quicquid Eccleſiæ Catholicæ neceſſarium eſt, ei à Deo datum eſt, ſi enim Deus ſynagogæ in neceſſarijs non defecit, quæ illum erat atrociter inſequutura, iuxtà illud Eſaiæ 5. quod vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci? multò minùs deſuit Eccleſiæ, quam adeò dilexit, vt proprio cruore eam ſibi mundatam ſponſarit. Sed eſſe vnum toti Eccleſiæ Præſidentem, eſt Eccleſiæ non minùs neceſſarium, quàm humano corpori caput; quandoquidem ſicut abſque capite animatum corpus nec mouetur, nec ſentit; niſi fortè ad paruum (vt ita dixerim) momentum, vt in animalibus annuloſi corporis, quorum partes deciſas tantiſper viuere cernimus, & morari, ita ſine capite ſuas actiones Collegium non habet, & ſine capite vno, eas vel nullas, vel non bonas habet: cùm non ſit bona principatuum pluralitas 12. Met. Non eſt ergo quouis pacto titubandum; quin ex diuina ordinatione vnus præſit in tota Eccleſia.

Tertiò. Qui eſt in Sede, & loco Petri, viceſque Petri nequaquam gerit, & eandem haber auctoritatem cum Petro, & vices gerit eius, cuius & Petrus, ab eo ſuam auctoritatem habet, à quo & Petrus habuit: omnis enim iuriſdictio alicuius in Collegium eſt à ſuperiori Ordinario, vel Delegato, aut à Collegio ipſo. Sed Romanus Præſul eſt huiuſmodi, vt ex dictis patuit, & eius auctoritas non eſt à Collegio Eccleſiæ, ſed neque etiam à Delegato, ideſt beato Petro, vt probatum eſt. Eſt ergo à ſuperiori Ordinario Paſtore Eccleſiæ, ideſt, Chriſto.

Quartò. Quicumque in aliquo ordine primus eſt, ſi auctoritatem non habet à ſe, ab inſtitutore talis ordinis eam habeat neceſſe eſt, quippe qui eam haber à Superiori, & non Delegato, quia ipſe primus non eſſet; ergo à principali. Et ſi dicatur eam habere à Collegio, hoc iam in propoſito improbatum eſt, & prætereà hoc non eſſet, niſi voluntate inſtituentis Collegium. Romanus autem Præſul in ordine Eccleſiaſticæ multitudinis primus eſt. Ergo à Chriſto Eccleſiæ Auctore, poteſtatem habeat oportet.

Quod etiam auctoritate probatur. Nam diſt. 22. in cap. omnes, Nicolaus Papa, Romanam, inquit, Eccleſiam ſolus Chriſtus fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ Clauigero, terreni ſimul & cœleſtis Imperij, iura commiſit. Hæc ibi.

Si autem Chriſtus eſt fundamentum Romanæ Eccleſiæ, oportet etiam Romani Pontificis fundamentum ſit, qui fundamentum, vel caput eius. Et idem habetur in cap. ſacroſancta eadem diſt. & in cap. in nouo, & in cap. quamuis, diſt. 21. Aug. autem, 24. q. 1. in cap. quodcumque, quando Petrus inquit, claues, accepit, Eccleſiam ſanctam significauit, quia ſcilicet non tantùm pro ſe accepit, ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus vſque ad finem ſeculi, quo duratura eſt Eccleſia. In cap. etiam antiqua de priuil. approbante Concilio, ſancta Romana Eccleſia ſuper alias dicitur obtinere principatum, diſponente Domino.

Ignatius quoque Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Papam Hadrianum, quæ in 8. Synodo vniuerſali & lecta, & ac-

acceptata fuit dicit, quòd Deus dicens Petro: tu es Petrus, & reliqua; tales voces oon circumſcripſit, & definiuit beato Petro ſolùm, ſed pet eum ad omnes, qui poſt illum efficiendi erant ſummi Paſtores, tranſmitteit. Et de iudic. nouit. dicit Innocentius III. poteſtas noſtra non ex homine, ſed ex Deo eſt. Canon autem Concilij Chalcedon. dicit claues adeò datas eſſe Romano Pontifici. Et idem ſenſit Nicænum, Epheſinum, Conſtaotieoſe, & Florentinum, & multa alia. Cyrillus quoque in libro Theſ. ſic ſcribit. Sicut Chriſtus accepit à Patre Ducatum, & Sceptrum Eccleſiæ gentium, ex Iſrael egrediens, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſupee quoſcumque, vt ei genua cuncta curuentur: ſic & Petro, & eius ſucceſſotibus pleniſſimè commiſit.

Ex hoc ſecundo puncto inferre licet correlariè, quòd Pontificis ſummi poteſtatem, nullus homo, Collegium nullum etiam ſi totus Mundus coiret, arctare, aut minuere poteſt: quippe quòd eam habeat à ſuperiore Deo toti Orbi præſidenti, & ſi par io parem non habet imperium de elect. ionotuit, ſtultum eſt dicere, quòd illud habeat in ſuperiorem maximè Deum, quod ſit neceſſe eſt, ſi potentia Papæ, quæ Dei eſt, ab homine coarctetur. Quam etiam rationem Nicolaus Papa ſcribens Michaeli Imperatori adduxit, io hæc verba. Priuilegia Apoſtolicæ Sedis nullatenùs poſſuot minui, nullatenùs infringi, nullatenùs commutari, quoniam fundamentum, quod Deus poſuit, humanus non valet amouere conatus, & quod Deus ſtatuit, firmum, validumque conſiſtit. Et infrà. Priuilegia, inquam huius Sedis perpetua ſunt diuinitùs radicata, atque plantata, impingi poſſunt, transferri non poſſunt, trahi poſſunt, euelli oon poſſunt. Hæc ille.

Non autem benè, ſed potiùs malè quidam docuere auctoritatem Pootificis Maximi nou poſſe quidem reſtringi in ſe; poſſe tamen reſtringi in ſuo exercitio, ſiue in ſuo actu, puippe cùm actus, & exercitium ſint effectus ipſius habitualis auctoritatis, ſeu certæ poteſtatis, ſequeretur cauſam eſſe perfectam, & effectum imperfectum, vel limitatum, quod (vt cum ſtomacho loquar) ignorantiſſimè dicitur: nam quemadmodum contra defioitionem cauſæ eſt, quòd ipſa ſit, & ſufficiens ſit, & effectus nou ſit, vt liquet ex 2. phyſic. & 5. metaphyſic. ita compugnans eſt, quòd effectus minuatur, cap. non imminuta, vnde ipſa experientia docet, quòd adaucta cauſa effectus augetur, & ea minuta minuitur, & è contra, ſicut experiri licet in igne calefaciente, & olla bulliente. Talis igitur omnis actus, qualis & ſua potentia eſt, magnus ſcilicet magnæ, & exiguus exiguæ, pro voto potentis, ſi cum voluntate poteſt, & liberè operatur. Igitur ſi Romano Præſuli ineſt poteſtatis plenitudo (vt definitum eſt) & actiones ſecundùm potentiæ illius amplitudinem exercitæ veræ ſunt, & ligaot, aut etiam ſoluunt.

Reſtringi tamen abuſiuè dicitur potentia Pontificis à Concilio, vel itidem à Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, vbi Pontifex pro ſua voluntate aliquid ſe facturum, vel oon facturum ſpoponderit, quod tamen aliter eſſe potuiſſet, ſi animo Pontificis inſediſſet. Et quamqoam pollicitatiooi iuramentum annecteretur, ac deindè Pootifex fidei ſuæ violator eſſe vellet, deieraret quidem, nihilominùs huius criminis iudicem præter Deum, & eum hominem, quem io Confeſſorem ſponte delegiſſet, haberet neminem, vt inferiùs abundantius deduceretur. Io conſcientia tameo ſua pacta, ſi qua iniit obſeruare tenetur, quia noo eſt Mundi Dominus quò ad proprietatem, ſed quò ad iuriſdictiooem, vt ſupra deductum eſt, nec Deus ſubiecit illi pacta, ſed leges. Papa enim, & quilibet Princeps obligatur naturaliter ex contractu inito, textus & ibi Panorm. de probat. cap. 1. & plenè per Legiſtas in l. Cæſar, ff. de publica, & in l. digoa vox, per cit. & alios, Cod. de legib.

Punctum tertium. Auctoritas Concilij oon eſt immediatè à Deo, oiſi in caſu hæreſis, & ſchiſmatis, non omni, ſed quodam. Et quidem quantum ad hoc vtrùm Coociliorum auctoritas ſit regulariter à Deo, duo fuere dicendi modi.

Quidam enim prædicarunt generale Coocilium à Chriſto immediatè obtinere poteſtatem, & adeò plenam, vt ei omnes fideles cuiuſcumque gradus, & dignitatis etiam papalis obedire teneantur: quod equidem vt probabitur nedum irrationabiliter, ſed etiam valdè ignoranter dicitur, excepto, vt dictum eſt caſu ſchiſmatis, aut ſecundùm aliquos etiam hæreſis, quæ ineſſet ipſi Pontifici, qui tameo duo caſus ad hoc præſens meum inſtitutum non attinent: quippè qui de iodubitato Romano Pontifice loquor.

Quidam verò alij ſenſeroot totam auctoritatem Patrum in Concilio, fluere à Romano Pontifice, qui eam vt Eccleſiæ Caput, & Hierarcha ſummus à Deo immediatè accepit, & pro ſuo voto eam Epiſcopis, & generali Concilio impartitur. Et hæc eſt veritas. Quod equidem probarim illo præmiſſo, ac prælibato, quòd in membra corporis veri duplex eſt influxus à capite, vnus interior, alter verò exterior, quo membra & exteriores actiones gubernantur. In corpore autem myſtico caput homo eſſe poteſt ſecuodùm exterius regimen, oon autem ſecundùm interiorem influxum vitæ, & vitalium motioonum, verùm hoc modo Eccleſiæ caput Chriſtus eſt, influens interius gratiam virtutes, ac dona diuina, alio autem modo Romanus Præſul caput eſt.

Inde arguitur ſic primò. Quicquid ab aliquo habet eſſe & ſubſtantiam, ab eodem habet & virtutem, ſeu poteſtatem, quæ ab eſſe fluit; quoniam cauſa cauſæ effectus quoque ſit cauſa neceſſe eſt, ſicut Deus, qui Solem effecit, neceſſariò fecit eius ſplendorem, qui à ſubſtantia Solis eſt; vnde eſt regula philoſophica, quòd dans formam, dat conſequentia formam: vnde etiam generans grauia, leuiaque, dat eis pariter grauitatem, ac leuitatem, motuſque ad hæc conſequentes, ſurſum, vel deorſum, vt patet 7. phyſic.

Sed Concilium habet eſſe, & ſubſtantiam à Romano Pontifice, de elect. ſignificauit: quoniam ſine eius auctoritate congregari nequit, nec eſſet Concilium, ſed Conciliabulum, & ioitiatum poteſt deſtituere, & tranſ-

fer-

ferre, eius ſtatuta firmare, vel infirmare, quæ omnia infrà diffusè iure probabuntur. Vnde liquet, quòd Romanus Pontifex facie eſſe verum Concilium, conſequenter autem dat ei eſſe Concilium verum, & ſubſtantiam veri Concilij. Ergo etiam dat ei omnem virtutem, & poteſtatem, & ſic non habet eam immediatè à Deo, niſi in vno caſu, vel duobus, vt dicetur.

Secundò. Omne corpus myſticum habens caput, non à Collegio, ſed à Superiore quantùm ad iuriſdictionis collationem inſtitutum, ſiue prouidendo, ſiue confirmando totam ſuam auctoritatem habet à capite: hoc enim ſine inſtantia patet in Epiſcopo, & omnibus Prælatis, & rationabiliter, quia à capite ineſt membris exterioribus gubernatio, quæ eſt per ſenſum, & motum.

Sed nedùm ipſum Concilium, verùm tota vniuerſalis Eccleſia, quam præfefert, eſt quoddam corpus myſticum, vt patet per Apoſtolum Rom. 12. & habet caput Romanum Præſulem, vt probatum eſt, qui ſuam auctoritatem habet à Deo, non à Concilijs, vt probatum eſt, alioquin ante primum Concilium Petrus non habuiſſet auctoritatem à Domino, dicente, paſce oues meas, & vnà cum alijs Apoſtolis, quorum remiſeritis, &c. quæ ſtulta ſunt. Ergo Concilium omnem auctoritatem habet à Papa, & conſequenter non à Deo immediatè.

Tertiò. Si auctoritas Concilij eſſet immediatè à Deo, etiam ſupra Romanum Pontificem cura paſtoris eſſet ouibus demandata; omnes enim fideles etiam Patres Concilij, oues ſunt, præter vnum paſtorem Romanum Præſulem, cui in Petro dictum eſt Ioan. vlt. paſce oues meas, vt patuit; eſt enim vnum ouile ouium Chriſti, & vnus paſtor Ioan. 10. Sed hoc ſtultum eſt, quòd paſtor ab ouibus gubernetur. Ergo auctoritas Concilij non eſt à Deo ſine medio.

Quartò. Si Concilium haberet auctoritatem immediatè adeo etiam in Romanum Pontificem, Eccleſia eſſet monſtruoſa: quia cùm etiam Papa à Deo habeat plenitudinem poteſtatis in omnes (vt probatum eſt) eſſent in Eccleſia corpore vno capita duo, & vnum ſub alio, & econtra: & conſequenter alioquin poſſibiliter contraria, & idem eſſet caput, & cauda, & conſequenter Eccleſia non erit vna: erit etiam malè prouiſa, cum mala ſit Principatuum pluralitas. Iſta verò abſurda cùm ſint, Concilium non habet auctoritatem ſuam à Deo.

Quintò. Opinio maximi momenti, & minimi, aut nullius fundamenti, eſt ſtolida, ſtultum enim eſt ſtructuram magnam ſuper arenam ſiſtere, & eo amplius ſuper aquas, vel auras, aut nihilum. Sed dicta opinio eiuſmodi eſt: quippè, quæ nec ratione probabili, nec Doctoribus probatis, etſi fortè ſchiſmaticis, nec canonibus ſacris, nec diuinis literis conſtat, aut ſuſtentatur: vt patebit, cùm ad vana, & inania eius fundamenta reſponſa dabuntur, quamquam in ſui fauorem Conſtantienſe Concilium, & quidem vt patebit ignorantiſſimè citat. Eſt ergo fatua, & à ſchiſmaticis introducta, pro voto ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Sextò. Alia opinio ſcilicet, quòd tota auctoritas Patrum in Concilio ſit non à Deo immediatè, ſed à Romano Pontifice, qui vt Eccleſiæ caput, & Hierarcha Summus immediatè eam à Deo accepit, eſt vera. Ergo prædicta eſt falſa. Probatur conſequentia, quia ſunt opiniones incompoſſibiles, vt liquet; probatur etiam antecedens, ſcilicet aliam opinionem eſſe veram ex dictis, cùm probatum ſit omnem iuriſdictionem eſſe à Romano Pontifice: infrà etiam ſpecialiter aſtruetur nihil auctoritatis eſſe in Concilio niſi à Pontifice Summo, tamen etiam nunc ſic probatur.

Primò, quidem, quia Eccleſiaſtica Hierarchia exemplata eſt à Cœleſti, veluti etiam vna Cœleſtium ab alia exemplatur: iuxta Dionyſ. de Eccleſ. Hierarch. & Ambroſ. dicentem Eccleſiam eſſe imaginem Cœleſtium: nulla autem poteſtas à Deo tribuitur in aliqua Cœleſti Hierarchia, quæ in eam non deſcendat mediante Hierarcha, item in Hierarchia, primò, quia Dionyſ. profitente in cap. 5. Eccleſiaſt. Hierarch. lex diuinitatis ſanctiſſimè eſt per prima media, & per media vltima in diuiniſſimam reducere lucem, & conſequenter ità eſſe in Eccleſia.

Secundò, quia licèt gratia venerationis, ac maturitatis amplioris poteſtates in Concilium vocentur: in Præſule tamen Romano auctoritas Concilij tota reſidet, & ab eo fluit, quippè, qui dat rei eſſe, dat etiam motum, ac virtutem, vt dictum eſt. Vndè ſtultum eſt dictum, quod à Pontifice vero, & indubitato auctoritas Concilij non emanet. Confirmatur, quod dictum eſt, quia Concilia humana auctoritate, & conſuetudine cœpiſſe conſtat, vtpotè ab Apoſtolis inſtituta: vt liquet ex cap. canone diſt. 15. & ex cap. generalia diſt. 17.

Septimò, idem quoque auctoritate probatur.

Nam Cyprianus in epiſtola ad quinque Preſbyteros ait. Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna: ſuper Petrum Domini voce fundata. Aliud altare conſtrui, aut Sacerdotium nouum fieri præter vnum altare, & vnum Sacerdotium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit ſpargit adulterium eſt, impium eſt, ſacrilegium eſt, quicquid humano furore conſtituitur, vt diſpoſitio diuina violetur. Hinc etiam Leo Papa ſanctiſſimus in cap. ità Dominus: diſtinct. 19. huius, inquit, muneris ſacrarum Euangelicæ prædicationis, & fidei, ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum Summo principaliter collocaret: vt ab ipſo quam ſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe miniſterij intelligeret, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate diſcendere. Item Pelagius etiam & Papa, & ſanctus in cap. confidimus 25. quæſt. 1. Apoſtolica, inquit, Sedes vnamquamque Synodum ſua auctoritate confirmat. Idem in capit. quandoquidem diſtinct. 96. Sed & Paſcalis Papa in cap. ſignificauit de electione omnia, inquit, Concilia per Eccleſiæ Romanæ auctoritatem & facta ſunt, & robur acceperunt. Et ſic patet veritas opinionis ſecundæ, à qua hactenus nullum legi Theologum, vel approbatione

Ro-

Digitized by Google

Romana ſanctum, vel opinione beatum, diſſenſiſſe.

Punctum qoartum. Inter homioes ſolus Romanos Pontifex auctoritatem à Deo immediatè aſſequitur: hoc enim iam ex dictis ſequitur.

Noo obſtat verò prædictis, primò, quod Apoſtolicum Collegium poteſtatem habuerit immediatè à Chriſto: dicente Matth. 18. quæcnmque ligaueritis, & teliqua: Collegium, autem Epiſcoporum Apoſtolico ſuccedit diſperſo, vt dictum eſt, conſequenter videtur poteſtate immediatè à Chriſto habere. Non obſtat, ioquam, propter multa: primò equidem quia dici poſſet Apoſtolicum Collegium auctoritatem in illis verbis à Chriſto accepiſſe: non quidem, vt Collegium, verum vt ſinguli de Collegio: ſecundò dicitur, quòd illa oon fuit poteſtas iuriſdictionis niſi fortè voluntariè: quæ eſt in foro animæ, quæ etiam ibi ooo fuit exhibita, ſed promiſſa dumtaxat, & pronunciata.

Tertiò verò, quòd ſi qnam auctoritatem iuridicam à Chriſto, vel tuoc, vel aliàs habuere, eam io ordine, & ſubiectione ad Petrum habuere, vt ſupra dictum eſt. Epiſcopi autem non ſolùm eam habentur io ordinem ad Romanum Pontificem, verum etiam ab ipſo, & non à Chriſto, quia iſte ordo Epiſcopalis aliter inſtitutus, & aliter propagatur, ſicut & hominum geous, vt etiam ſupra deductum eſt.

Non obſtar ſecundò, quòd auctoritas Petri fuerit, immediatè à Chriſto, qui eam in perſona Eccleſiæ ſuſcepit: vt etiam ſuperiùs deductum eſt, & conſequenter Eccleſia videtur iommediatè à Chriſto habere poteſtatem.

Verum enim eſt Eccleſiam auctoritatem receepiſſe à Chriſto: ſed non aliter, quàm per Petrum: ità vt ſuſcipiente Petro. Eccleſia dicatur ſuſcepiſſe (cuius Petrus membrum erat,) item & ſuceeſſores. Vnde Ambroſ. dixit omnes Epiſcopos in Petro, cum Petro auctoritatem, & ouium curam ſuſcepiſſe: vt ſupra dictum eſt.

Non obſtat tertiò, quòd hoc in Concilio Conſtantienſi deciſum videatur, ad quod tota conuenit Eccleſia, & cuius acta Martinus Quintus firmauit. Dicit enim illud Concilium ſe immediatè habere poteſtatem à Chriſto, vt verò oſtendatur, quòd nihil ſit quod obijcitur, quod tameo aduerſantium Achilles eſt, illud in primis ooſce oportet, quòd Deus, & natura in neceſſatijs vllo tempore non deficiunt; ſed neque abundant in ſuperfluis, teſte Ariſtot. in lib. Cœl. & Mund. quod quantùm ad naturam intellige. niſi per accidens. Quod etiam ratione conſtare dixeris. Si eoim Deus Optimus Maximus aliquem finem exoptat, putà vniuerſalis Eccleſiæ booum: quam dilexit adeò vt ſuo cruore fuodarit: & mundarit, etinm ex hypotheſi ad finem illum oportuna velit neceſſe eſt: alioquin, aut ſapiens, aut bonus noo eſſet infinitè; quippè qui ſi nouit illa neceſſaria, ea tamen uon vult non eſt bonus prouiſor: ſi verò ea non nouit, non ſit omniſcieos oportet: quorum vtrumque impijſſimum dixeris. Igitur quæ tempore ſchiſmatis oeceſſaria ſunt, Eccleſiæ non deeſſe neceſſarium eſt. Eſt verò tunc ſummæ neceſſariom (tune loquor quaodo oullus eſt Pontifex Summus indubitatus) vt ſit aliqua poteſtas in Eccleſia, per quam ſchiſma tolli poſſit, quæ eſt æquè oeceſſaria, ſicut nociunm ſchiſma eſt: & voitas Eccleſiæ oportuna. Hæc autem auctoritas uulli rectiùs conuenit, quam Concilio vniuerſali ante inſtituto, quòd vniuerſalis Eccleſiæ typus eſt eam præſeferens, & vt aiunt repræſentans: vt illudmet Concilium Conſtantieoſe aſtruxit: quia ſingulares perſonæ, aut priuata collegia, vnum tantùm ſchiſmaticum caput ſequuntur.

Hanc verò auctoritatem collatam eſſe Eccleſiæ eo caſu in perſona Concilij cooſtat primò ex cap. ſi duo diſtinct. 79. vbi Imperator Honorius rogaote Bonifacio Papa, in hoc caſu videtur prooidiſſe: eo caſu quo duo Apoſtolici temeritate litigaotium eligaotur: qui ſtatuit in hæc verba. Si duo fortè cootrà ſas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis futurum Sacerdotem permittimus, ſed illum io Sede Apoſtolica permanſurum cenſemus, quem ex numero Clericorum ooua ordinatione diuinum indicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit.

Secundò idem patet ex promiſſione Domini, qui promiſit ſe non defuturum Eccleſiæ ſuæ, io neceſſatijs, ſcilicet ad ſalutem, ſecundùm illud Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: & ſecundùm illud Matth. 18. vbicunque ſuot duo, vel tres (& à fortiori omnes fideles) congregati io oomine meo, ibi ſum in medio eorum: vtique, ioquam, ſum vt adiutor, & director, alioquin quid Eccleſiæ ſuæ promitteret Chriſtus Deus, qui vbique præſens eſt, etiam in inſerno, vbi animaduertit in impios, Diuinam pietatē blaſphemantes. Eo ergo caſu Chriſtus eſt in Concilio, vt adiutor, & conſequenter eo caſu acta Concilij eſſent acta Chriſti, Concilium mouentis, quia actio ſemper attribuitur primo moueoti, non inſtrumento: ſicuti ſcriptura ſcribenti, non calamo.

Tertiò idem patet ex communi Patrum ioſpiratione, quæ inſpiratio apud oultos Theologos ad geous prophetiæ ſpectat: quaſi quoddam in eo genere imperfectum principium. Ex his ergo colligere licet tempore ſchiſmatis, aliquid in ſchiſmatis remedium Eccleſiæ competere, quod ei abſolutè, & aliàs minimè conuenit: Sicut Hieronym. in cap. legimus diſtinct. 3. dicit, quòd cùm olim idem eſſet Presbyter, & Epiſcopus, poſteà vnus electus eſt, qui præponeretur cæteris, quod inquit in remedium ſchiſmatis factum eſt. Et ſic ſchiſma occaſio fuerit antiquam Eccleſiæ conſuetudineoi immutandi. Intellige tamen Epiſcopum, & Presbyterum olim idem fuiſſe nomen, non re: vtrique enim & Presbyteri, & Epiſcopi dicebantur: in re tameo ſemper fuit differentia: vnde noo omnes Sacerdotes imponebant manus, ſeu confirmabant tempore Apoſtolorum, ſed quidam ſolùm, qui re ipſa erant Epiſcopi; & ità ſenſit Raymnndus, & Petrus de Palud. & neceſſe eſt dicere, quia dinino iure Epiſcopum non eſſe ſupra Presbyterom, fuit Arrianorum hæreſis damuata, de qua meminit Auguſtin. in libro de hæreſi cap. 53. & meritò, quia

quia Chriſtus poſt Apoſtolos ordinauit 72. Diſcipulos Maith. 20. Luc. 9. Marc. 3. & Dionyſ. ponit tres ſacros Ordines, Præſulis, Sacerdotis, & Diaconi. Diuino ergo iure aliqua iuriſdictio talibus competere, quam in primitiua Eccleſia non exercuerunt: vt ſcilicet in vna Eccleſia ſit vnus tantùm, cui omnes obedirent.

Et ità dico, quòd in caſu ſchiſmatis Cardinales poſſunt vocare Concilium, iuxta not. in cap. licet de elect. & ibi Panorm. & similiter electio, quæ aliàs ad Cardinales pertineret, de elect. licèt eodem titulo vbi periculum lib. 6. tunc eo caſu: vt placuit Panorm. d. cap. licet, Concilio conuenit, & ſimiliter teſte eodem in capitulo, quia diligentia, eodem titulo eo caſu ad Concilium ſpectat iudicium de vero Pontifice, id eſt quis ſit verus Pontifex, & horum radix, ac ratio eſt; quia Domini Cardinales tunc iudices eſſe nequeunt, quis ſcilicet gerentium ſe pro Summis Pontificibus, ſit verè Pontifex: quippè qui iudices vtique eſſent in proprio facto: cùm etiam diuerſi diuerſa capita tunc ſequantur: conſequenter autem, nec tunc eſſent idonei electores ſoli: quia iam eſſent ſchiſmate affecti, & infecti, vel ſaltem populo Chriſtiano rationabiliter de ſchiſmate ſuſpecti Vnde eo caſu Concilium per ſe conuenire poſſet: ſicut in cauſa Marcellini Papæ factum eſt diſtinct. 21. cap. nunc autem, & & etiam eſſet vocandum, vt innuit gloſ. & docuit Panorm. de elect. licèt, & ità de facto in Conſtantia factum eſt. Et ideò non immeritò eo caſu electio à Spiritus ſancti attribuitur conſilio, ſicut in d. cap. ſi duo attribuitur diuino, & vniuerſitatis conſenſui, per quam vniuerſitatem licèt fortè ea intelligatur ad quam iure ordinario pertinet, ſi adhuc non eſt penitùs ſciſſa: tamen à fortiori intelligeretur Concilium ſi extaret, aut eſſet proximè inciandum. Vnde gloſ. ibi dicit vltimo ſoluendo ad quoddam dubium, quòd vocabitur Concilium, & licèt gloſ. videatur velle dictum cap. ſi duo, loqui eo caſu, quo gerentes ſe pro Pontificibus non ſunt à duabus partibus electi: tamen hoc nec ex textu, nec ex caſu haberi poteſt. Vndè indubiè ex identitate rationis. idem eſt quocumque cauſæ electiones ambæ non tenerent, vel de nullo eorum certum eſſet, vel eſſe poſſet, quòd verè Pontifex eſſet: quod etiam colligitur ex his, quæ in textu ſequuntur, vbi ſequitur. Hoc autem capitulum non de eo intelligendum eſt, qui vno per apoſtaſiam ordinato, à Cardinalibus, & Religioſis Clericis Apoſtolicæ Sedis intronizatur: etiam ſi ille apoſtaticus Cathedram beati Petri violenter tenuerit: vt Canonica, & Catholica Eccleſiæ electio intra Vrbem fieri non valeat. Hæc ibi.

Et quia exceptio firmare videtur regulam in non exceptis, vt in cap. Dominus 23. quæſt. 7. & in cap. quoniam de cont. Lepro, quod deeſſet in caſibus diſſimilibus, & non exceptis ſpecificè argum. l. 1. ff. quòd vi aut clam: & cap. cùm dilectus, de conſitm. vti, vel inuti, ideò patet, quòd in omni caſu ſchiſmatis in quo de vtroque electo dubitatur, & litigatur, & quidem temerè, quia ſcilicèt neutrius electio per certitudinem purificari poteſt, locum habet iſta conſtitutio.

Vndè etiamſi vnus eſſet verus Pontifex, & tamen non probatur, nec ab vna parte rationabiliter crederetur verus Pontifex huic capitulo locum eſſe dixerim, & vocandum eſſe Concilium ex identitate rationis, & exceptione facta. Quo etiam caſu deberet Concilium vtrumque repellere, ſed eligere poſſent habentem ius in Pontificatu, ſcilicèt, non temerè, ſed manſuetè, & modeſtè litigaret, ideſt, eo caſu, quo ſuum ius liquidari poſſet; quòd indè patet, quia aliàs eſt verè Pontifex. Ad Sapientiores tamen me refero.

Huic autem videtur fauere Panormit. in dicto cap. licèt, de elect. qui vult ibi Concilium poſſe eligere alterum litigantium; & inſuper dicit, dictum capit. ſi duo, fuiſſe valdè allegatum Piſis, & Conſtantiæ. Dico igitur ad rem, quod decretum Concilij Conſtantienſis, ſi tamen fuit decretum Concilij; quod nego; & probat dominus Ioannes de Turrecremata, non aſtruit vniuerſaliter omne Concilium habere auctoritatem ſuper omni Pontifice ſummo, vero, & indubitato (abſit tantus error) vt probatum eſt eſſe errorem, & probabitur, dictum Concilium non ita ſenſiſſe; ſed ſolùm hoc aſtruxit de Concilio ipſo Conſtantienſi, congregato gratia ſchiſmatis extirpandi; & reſpectu Pontificis non indubitati; ſed de quo dubitatur, an ſit Pontifex, quamquam ex identitate rationis hoc ad omnem caſum ſimilem extenditur.

Quod equidem ita ſenſiſſe ex multis aſtruxerim.

Primò quidem ex forma decreti eiuſdem, quæ hæc fuit: [Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens pro extirpatione præſentis ſchiſmatis, & vnione, ac reformatione Eccleſiæ in capite, & in membris fienda, declarat, quod ipſa in Spiritu ſancto congregata generale Concilium faciens, & Eccleſiam Catholicam repręſentans, poteſtatem à Chriſto habet immediatè; cui quilibet Fidelis cuiuſcumque dignitatis, etiam Papalis, obedire tenetur.] Hæc ibi.

Vbi illud verbum in primis (pro extirpatione præſentis ſchiſmatis,) & illud verbum (ipſa,) trutinanda ſunt: quia primùm notat rationem, quare ſuam auctoritatem Concilio Chriſtus largiebatur; & li ipſa dictum decretum ad illam Synodum dumtaxat reſtringit, quamquam ex identitate rationis ad omnem aliam eodem caſu, & cauſa conuocatam, ideſt, gratia ſchiſmatis extinguendi, vbi verus Paſtor ignoratur, extenditur.

Videant autem quidam noſtri temporis vtriuſque iuris Doctores clariſſimi, quomodò pro ſuo ſchiſmate tuendo, quod verbo, & non animo fortè reliquerunt, & quibus ſtrato Martino bellum fortè in hoc articulo indicemus, hoc decretum, quod nonniſi de Conſtantienſi Synodo ex vi verborum poteſt intelligi, poſſint ad omnem Synodum extendere? & benè ſe armis inſtruant. Qui tamen cùm Romana Eccleſia, miſericordia magna pro eorum virtute, cum eis vſa ſit, & vtatur in præſens, more Abbatis Siculi errorem ſuum verbis, vt audio redolent: cùm potiùs Deo gratias, Romanoque Pontifici agere deberent.

Cu-

Cupiunt autem, vt vexatio det intellectum, & qui magni celebrantur, & maximi à minimis euincantur, & conuincentur, (vincentur enim, quod aliter eſse nequeat) etiam dehoneſtentur.

Patet idem ſecundò ex facto Patrum illius Concilij; nàm conſtito de veritate indubitati Pontificis, ideſt, Martini V. in eo Concilio electi: omnia ex nomine Pontificis ſunt promulgata ſacro tantùm approbante Concilio; item ab eo actorum ſuorum confirmationem petiuerunt; quod equidem non feciſſent, niſi edocti, (prout etiam de iure eſt,) quòd tota auctoritas Concilij aliquo extante indubitato Pontifice, in eius pectore reſideat. Vt quid enim iam extante indubitato Pontifice, acta ſua confirmari ab homine peterent, ſi Diuina auctoritate fulcirent? Quis hoc ridiculum eſſe non deprehendat?

Idem tertiò patet, quippè ſi extra caſum ſæpè dictum ſchiſmatis, decretum illud aut vires, aut veritatem haberet, innumeros Canones, & innumera dicta Sanctorum euertas neceſsè eſt, vt iam ſatis liquet ex his, quibus Romani Pontificis ſolius poteſtatem ex Diuina auctoritate immediatè pendere probatum eſt.

Quartò quoque idem euidenter patet, quia apud iſtum peſſimum, & falſiſſimum ſenſum oporteret omnium Conciliorum poteſtates, inſcitiæ, & leuitatis, aut adulationis arguere, quippè, quod actionum ſuarum à Romano Præſule firmitatem ſemper petiuere; quia ſi à Deo Optimo Maximo ſuam poteſtatem nacti erant, hoc quod diximus ab homine petimus, aut ignoramus, aut leues, aut adulatores, aut alio morbo laborantes dicas oportet. Quo nàm pacto aliter reſponſurus ſis ſchiſmatice, non video. Quamquam etiam nonnulla dicunt, & probant decretum illud formatum antè quàm Conſtantienſe Concilium eſſet verum Concilium, dùm adhuc omnes obedientiæ in eum non conſenſiſſent; & hoc euidenter probat dominus Ioannes de Tuttecremata, vt dictum eſt.

CAP. XI.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham, ſummum Iudicem ſine Iudice homine.

ETſi iàm ex dictis liquet Romanum Præſulem nullum hominem ſingularem habere Iudicem, quippè, quod Iudex ſit omnium, & auctoritate Diuina; quia tamen aduerſarius à me Coniudice ex commiſſione ſpeciali, & aliàs etiam ex ipſo officio appellauit primùm ad Pontificem meliùs informandum: deindè verò ad Concilium futurum, vt qui fortè ſordebat ampliùs ſordeſceret; & conſequenter Iudicem facit ſupra Romanum Pontificem; oſtendendum eſt nunc ſpecialiter, quod nullus ſingularis homo Iudex eſſe poſſit ſupra Pontificem; ſed neque ipſum Concilium, niſi caſu fidei, concernente Pontificem ſuſpectum de fide; vel in caſu ſchiſmatis, vt cap. priore dictum eſt. Et licèt hoc capite de ſingulari Iudice acturi ſimus, & ſequenti de Iudice Collegio, hæc tamen duo capitula erunt vtcumque permiata: & priùs quidem his punctis abſoluemus.

Punctum primum. Concilium ex communi intentione dictum eſt diſtinct. 15. Synodus, vel apud Iſidor. in libro ethic. & diſt. 15. Canones dicitur quaſi Conſilium, videlicet litera C, tranſeunte in literam S. Conſilium verò dicitur quaſi Conſidium, quod videlicet multi conſideant; vndè à multitudine in vnum conſidentium appellatur. Synodus verò græcè latinè comitatus, vel cœtus dicitur à coeundo, & eſt Concilio ſynonimum, tametſi loquentium vſus obtinet, vt nomen Concilij generali Congregationi ſub Pontifice maximo. Nomen verò Synodi Congregationi ſpeciali ſub Metropolitano, vel Diœceſano congruat, & aptetur.

Sunt enim Cenciliorum, vel Synodotum genera tria. Vnum quidem generale, quòd ſcilicet præſente Pontifice ſummo, vel eius Legato, ad hoc ſpecialiter dato, celebratur, quod ſolius Pontificis ſummi auctoritate celebrari poſſunt, alias enim eſt conciliabulum, & ſynagoga Sathanæ, diſtinctione 17. per totum.

Aliud eſt Prouinciale, quod à Legato ſpecialiter dato celebratur, ſecundùm gloſ. diſtinct. 3. §. 1. & à Metropolitano, cum ſuis Suffraganeis, & Abbatibus Prouinciæ; vel à Primatu; aut, quod idem eſt Patriarcha, qui ſupra Metropolitanum eſt; quod tamen celebrare poſſunt Metropolitanus ſine licentia Primatis, diſt. 92. ſi quis Epiſcopus.

Aliud eſt Epiſcopale, quod potiùs Synodus dici conſueuit, quod Epiſcopus celebrat cum Curatis, & Clericis Ciuitatis, & Comitatus, & Religioſis, & Abbatibus non exemptis: quodque ipſe celebrare poteſt irrequiſito ſuo Metropolitano; de quo ſimùl, & de priori diſt. 18. & 19. per tot.

Adde quartum genus Conciliorum, ſecundùm Anton. de Butr. & Ioann. de Imol. ſuper cap. grauè, de præbend. ſcilicèt, Concilium Religioſorum, de quo in cap. in ſingulis, de ſtat. Monach. & cap. ea quæ; ſed vſitatiore vocabulo, Capitulum dicitur.

Punctum ſecundum. Concilium generale eſt ordinata congregatio omnium Epiſcoporum, per eum, qui poteſt ad bonum Eccleſiæ.

Auguſtinus enim in libro de vnico Baptiſmo primò ſic definit Concilium in hæc verba: Concilium generale eſt, quòd celebratur conuocatis Epiſcopis de vniuerſo Orbe. Sed gloſſa in cap. 1. diſt. 15. ſic ſecundò definit: Concilium vniuerſale eſt, quòd à Papa, vel eius Legato, cum omnibus Epiſcopis conſtituitur. Sed definitio Auguſtini eſt ſolùm per cauſam materialem; definitio verò gloſ. per materialem, & efficientem; noſtrà verò etiam formalem tangit ibi ordinata, & finalem itidem ibi ad bonum Eccleſiæ; & ſic eſt per quatuor, & conſequenter per omnia genera cauſarum; & conſequenter optima eſt, vt ex primo de anima liquet.

Contra hoc tamen inſtatur, quia in primo Concilio, quod celebratum legitur act. 1. non fuerunt ſolùm Epiſcopi, quia tunc alij non fuerunt, quàm duodecim Apoſtoli, ſi

tamen

tamen iam erant à beato Petro ordinati Epiſcopi, immò interfucrnne laici, quia eurba erat hominum ferè centum viginti, vt ibi dicitur.

Soluitur autem, quia illa Congregatio non fuie Concilium, vt modò loquimur, quòd ſcilicet repræſentat vniuerſalem Eecleſiam, vt dicit præallegatum Conſtancienſe decrecum: fuit autem Concilium quidem ſecundùm vim vocabuli dumtaxat; revera autem fuit ipſa Ecclesia vniuerſalis, in qua fuerunt etiam fœminæ, vt colligitur act. 1. ex textu, & gloſſa. Quia enim in rebus arduis drcidendis vniuerſalis Eecleſia colligi nequit: colligitur in ſuis capitlbus, idcſt Epiſcopls, in quibus inferiores repræſentantur; vndè in ſecunda congregatione, quam fecerunt Apoſtoli, act. 15. fuerunt ſolùm Apoſtoli, & Seniorea. Quia verò ſoli Epiſcopi in Eecleſia ſunt loco Apoſtolorum, intellige diſperſorum per Orbem, Cardinales vcrò ſunt loco Apoſtolorum aſſidentium Chriſto, vt dicit gloſs. Hieron. Pſalm. 44. ſuper illo verbo: Pro patribus tuis nati ſunt tibi fillj; Principes, ac Rectores totius populi Chriſtiani, & Patres Eccleſiæ, diſtinct. 15. canones; ideò Epiſcopi ad generale Concilium vocantur, vt ex definitione Auguſtini patet. Vndè & Leo Papa ſcribens Concilio Epheſino, vocat Concilium Epiſcopale. In geſtis quoque Concilinm Chalcedonen. lrgitur, quod Catholici Epiſcopi videntes quoſdam Ægyptiacos non Epiſcopos, quod de Alexandria cum Dioſeoro hæretico ſe contulerant, tentantea intereſſe Concilio; exclamarunt Patres dicentes, Concilinm eſse Epiſcoporum, alios excludcndos. Igitur omnes, & ſoli Epiſcopi ſunt vocandi. Domini tamen, ac Reuerendiſs. Cardinalea, etiamſi non ſint Epiſcopi admittuntur, vt notat Hoſtien. in eap. antiquæ, de priuii. quia ſunt quaſi membra Romani Pontificis, cum eo corpus vnum efficientes, quod equidem Epiſcopus Epiſcoporum eſt. Vndè in capir. in nomine Domini, diſtinct. 23. Cardinales vocantur Epiſcopi, vndè vna ſimùl cum Epiſcopis Pontificalibus veſtibus, & mitris iu definitionibus Conciliorum admittuntur. Iure ergo ordinario, & conſuetudine vetuſtiſſima omnes, & ſoli Epiſcopi ad Concilium generale euocandi ſunt. Poſſee tamen Pontifex Maximus admittere ad voces etiam definitiuas, Prælatos aliquos Epiſcopis inferiores, Archid. in cap. Hadrianus, & in cap. Synodo, diſtinct. 63. Vndè & in primo Apoſtolorum Concilio, quod fuit ſecunda congregatio, act. 15. vltrà Apoſtolus fuerunt etiam Seniores; & ità etiam in Concilio Conſtantienſi ex actis videtur obſeruatum. Nonnulli etiam ad Concilij vocantur voces non habituri, ſed aliorum negotiorum gratia.

Punctum tertium. Sedente aliquo vno Romano Pontifice, & indubitato Eccleſiæ Paſtore, apud eum ſolum conuocandi generalis Concilij auctoritas rrſidet.

Quod equidem multipliciter aſtruitur.

Primò. Nàm ſecundùm ordinem finium eſt ordo mouentium, vt crebrò ſuperiùs dictũ eſt; ſic quod finis vlterior, vel præclarior habet mouens priùs, & excellentiùs, cui attineat cura illius finis inducendi, & terum in finem ipſum perducendarum. Ec eiuſcemodi rei exemplum eſt in ciuilibus, quia finis domus, ideſt bonum eſſe domus, Promotorem habet patremfamilias, & bonum Ciuitatis habet Præſidem, & bonum Prouinciæ Proconſulem, Regni, aut bonum habet Regem, bonum humani generis temporale Cæſarem, bonum verò eiuſdem humani generis ſimpliciter, habet promouere is, qui loco, & vice Chriſti Dei ſedet, Pontifex Romanus. Idem etiam facilè patet in artificialibus, & naturalibus, vt ſuperiùs deductum eſt. Ex his autem colligere liceat, quod eius ſit totam Eccleſiam mouere vocando in Concilium, cuius finis proprius eſt bonum totius Eecleſiæ. Sed huiuſmodi eſt ſolus Romanus Antiſtes, cui in perſona Petri commiſſa eſt cura omnium Chriſti ouinm alendarum. Igitur ſolius Romani Præſulia ritè ſedentis, eſt vocare Concilium.

Quod etiam experientia ipſa refirmatur, quod nuſquam Collegium aliter, quàm per ſuum capnr colligitur.

Secundò. Eiuſdem eſt conuocare Collegium pro cauſa attinente Collegio, vel Vniuerſitati, cuius eſt regere, vel gubernare Collegium, aut Communitatem, quia iſta conuocatio eſt pars regiminis, cùm ad hoc fiat, vt Vniuerſitas ducatur ad bonum, quòd eſt regere, & gubernare; vndè cui non competit regere, nec vocare, vel congregare competere poteſt. Sed ſolua Præſidens Vniuerſitati habet eam regere, & gubernare, leg. 2. C. de iur. calumn. leg. municipes, ff. ad municipa, cap. noncrit, cap. grauem, de ſen. ext. & Panormit. in cap. final. de prucurat. Præſidens autem Eccleſiæ eſt ſolus Romanus Antiſtea, vt ſupra probatum eſt. Igitur ipſe ſolus poteſt Eccleſiam conuocare, & conſequenter Concilium, quod Eccleſiam præſeferr.

Tertiò, idem etiam auctoritate probatur. Nàm hoc deciſum eſt in Synodo Vicena. Vndè Synodus Alexandrina, cui interfuit Athanaſius, ſcribens Papæ Felici, ait: Scimus iu Nicæna magna Synodo treeentorum decem & octo Epiſcoporum, ab omnibus eſſe concorditer roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia Concilia celebrari, nec Epiſcopos condemnari.

Item Pelagius Papa in capir. multis, diſtinct. 17. ſcribit Epiſcopis, qui conuenerant ad illicitã conuocationem Ioannis Conſtantinopolitani, dicens: Multis Apoſtolicis, atque Eccleſiaſticis inſtitutis inſtruimur regulis, non debere abſque Romani Pontificis ſententia Concilium celebrari; vndè non fuit Concilium, ſed conuenticulus: & acta eius omnia ſunt caſſata. Idem patet in capir. 1. & 2. diſtinct. 19. & 2. quæſt. 2. & diſtinct. 22. per tot.

Non obſtat autem prædictis, quod multi Imperatores Concilia vocauere, vt Nicænum, Conſtantinopolitanum, Ephrſinum, & Chalcedonenſe, ſicut patet in cap. canones, diſtinct. 15. & in cap. ſexta, diſtinct. 16. Dico enim ſua auctoritare Concilia non conuocaſſe Imperatores, ſed vt miniſtri, & exequutores Pontificiæ voluntatis, teſte Archidiac. in Roſa in capit. mandaſti, diſtinct. 2. quæſt. 6. Vndè dicieur in cap. 6. diſtinct. 18. quod Synodus Conſtantinopolitana celebrata eſt exe-

quente piiſſimo Principe Conſtantino. Sed contra hæc recapitulatur. Nàm in cap. Hadrianus, diſtinct. 63. dicitur, Carolus cum Hadriano Synodum conſtituiſſe. Soluitur autem, quia hoc non auctoritatiuè, ſed conſultiuè effecit, contra áduerſa auxilium, ſpontè, aut rogatus ferens, vt ibi patet.

Non obſtat ſecundò, quòd actuum 15. multitudo eſt vocata per duodecim, non per ſolum Petrum. Dico enim, quod talis conuocatio ſi facta eſt, & non potiùs ſponte venerunt, per duodecim facta eſt; & ſic etiam auctorizante Petro, quaſi capite; Apoſtoli enim, iuxtà verbum Apoſtoli, honore ſe inuicem præueniebant. Vndè dicit Cyrill. in lib. theſ. Apoſtoli in Euangelijs, & Epiſtolis affirmarunt in omni doctrina, Petrum eſſe loco Domini, in eius Eccleſia: eidem dantes locum in omni capitulo, & congregatione, in omni electione, & confirmatione.

Non obſtat tertiò, quòd ſecundùm hoc videretur Eccleſiæ malè prouiſum, quia expedit aliquando congregari Concilium, nec tamen per Papam poteſt congregari. Dico enim Eccleſiæ abundantiſſimè prouiſum eſſe per datas leges, & facultates, & per aſſiſtentiam continuam Domini vſque ad finem Mundi, ſicut promiſit, Matth. vlt.

Sed contra hoc Primò. Quid enim ſi Papa eſſet hæreticus, vel de hęreſi infamatus? Soluitur, quia iſte caſus non attinet præſenti inſtituto, cùm loquamur de ſedente Pontifice indubitato.

Secundò, quid ſi Papa efficeretur amens, aut captiuus? ſic quod eum Fideles adire nequirent. Soluitur vt priùs, & additur, quod aſſiſtentia Chriſti ad Eccleſiam, hactenùs nihil tale permiſit euenire, & conſequenter veriſimile eſt, quod neque permittet in poſterũ. Si tamen eueniret, Spiritus ſanctus, qui Eccleſiam docet omnem veritatem, vt patet Io. 14. & 16. Collegium Venerandum Dominorum Cardinalium doceret, quid facto opus eſſet; nec oportet nos modò de hoc ſollicitari, & tempus inaniter atterere.

Tertiò, quid ſi duo contenderent de Papatu? Soluitur autem, quia ſumus extrà caſum huius quæſtionis, vt dictum eſt, & auctoritas Chriſti Dei, eo caſu eſſet in Concilio per Cardinales aggregando, vt capit. priore probatum eſt.

Quartò, quid ſi vacante Sede, nollent Domini Cardinales prouidere? Soluitur autem, quòd ſententia noſtra non ſit in caſu tali; & vlteriùs hoc nullo modo formidandum puto, propter multa, præcipuè propter aſſiſtentiam Chriſti.

Punctum quartum. Vacante Sede, & tali neceſſitatis caſu emergente, cui ſine Concilio plenè ſatisfieri non poſſit, Reuerendiſſimi Domini Cardinales tunc poſſunt vocare Concilium, quia poſt Summum Pontificem ſunt Clerici maximi; tùm quia, vt dictum eſt, ſunt membra Papæ, corpus vnum cum eo facientes, vt notat Panormit. in cap. bonæ memoriæ, 2. de electione; tùm etiam, quia Venerandum illud Collegium à Deo inſtitutum eſt, & inſtitutione præcedit alios ordines, & conſequenter honore, capit. 1. de maiorat. & obedient. tùm quia deputatur ad finem altiorem, quàm reliqui Prælati, ideſt, ad regimen vniuerſale Eccleſia, vnà cum Pontifice Summo, de poſth. Prælat. cap. bonæ memoriæ, de elect. cap. fundamenta in 6. tùm quia honore Romæ Patricio, & Senatorio potiûtur, diſtinct. 91. Conſtantinus, qui eo tempore erat dignitate primus, C. de cont. mul. lib. 12. tùm quia aſſiſtentes Pontifici cum eo omnes alios de Eccleſia iudicant; maior autem eſt Iudex iudicato, & reo, diſtinct. 21. inferior. Vndè Papa eos creans, dicit: Eſtote fratres mei, & Principes Mundi.

Poſt Cardinales autem ſpectat ad Patriarchas, ſiue quod idem eſt ad Primates diſtinct. 99. prouinciæ, modò Catholici ſint, & Romanæ Eccleſiæ conſentientes: præcipuè ad Conſtantinopolitanum, cuius Sedes prima eſt poſt Romanam de priuil. antiqua diſtinct. 22. renouantes.

Deindè tertiò pertinet ad Imperatorem, quartò, ad Reges, quintò ad alios Principes, Demùm ad cæteros quoſcumque fideles, qui aut potentia, aut ſapientia, vel auctoritate, id præſtare poſſunt. Radix autem horum omnium, & ratio eſt; quippè regulariter poteſtas ad alium deſcendendo deuoluitur propter anterioris neglectum, de elect. cum in cunctis de conceſſione præbendæ cap. 2. & idem itidem, quibuſdam videtur in eo, quòd Papa negligeret, verùm his nequaquam aſſentio, ne quiſque temerarius Papam auderet arguere negligentiæ, & Eccleſiam turbare, vbi ſibi aura fauoris applauderet. Vndè hoc caſu dico cum mente Petri de Palude in ſimili, quòd orandus eſſet Deus, vt Pontificem, aut mutaret, aut amoueret, & prouideret vtique Deus, qui aſſiſtit, & Pontifici propter Eccleſiam. Non enim Eccleſia ad bonum Pontificis, ſed Pontifex ad bonum Eccleſiæ eſt.

Vndè Pontifex cupiens diù viuere: curet vt Eccleſiæ ſit cum Deo conſolationi, & vtilitati: nam plerumque Pontifices abſcinduntur quia eorum mors expediat Eccleſiæ. Sublata enim cauſa ideſt bono Eccleſiæ, aufertur effectus, ideſt Pontifex ad Eccleſiæ bonum inſtitutus. Quid ergo extinctionis Pontificum cauſam veneno aſcribimus, aut peponi, aut ſudori, & eiuſmodi? Demus Deo actiuè, ac permiſſiuè; qui Eccleſiam pluſquam Pontificem diligit, & Eccleſiæ noxium, aut per ſe, aut per malos, extinguit. Vndè diuus Thomas, Matth. 25. & Ioann. 21. & Heb. lect. 1. vtiles, inquit, Doctores, & Rectores Eccleſiæ rarò parum viuunt, quia conſeruantur à Deo.

Notat etiam Innocent. in cap. 2. de nouit. oper. nun. quòd Concilij partes duæ in loco quopiam aggregatæ, poterunt etiam alios conuocare.

Punctum quartum. An Romanus Pontifex, aut quiſpiam vice eius, iure Concilio præſidet: pro qua tamen re illud ſcire oportet in primis, huius quæſtionis varias eſſe ſententias.

Quidam enim aſſeruere Papam, aut vices eius gerentem, in Concilio nullam habere præſidentiam, niſi loci, honoriſque, alioquin, inquiunt, ſi omnis definitiua auctoritas in Pontificis pectore reſideret, ſuperfluè Patres in Concilium cogerentur. Quæ opinio equidem vaniſſima eſt quippè, quæ illi vaniſſi-

Digitized by Google

niſſimo fundamento innitatur: Conciiium auctoritatem habere immediatè à Deo, quod oſtendimus nullum eſſe. Motiuum autem eius nihil omninò valet. Cùm enim Papa aliqnid alicui expedire mandat de conſilio aliquorum nulla de conſenſn habita ratione, quis adeò ſtultus ſit, vt conſilium ſuperfluum dicat: vbi conſultator pro voro negotium expedire poſſit? Quis neſciat conſulentis animo veritatem eliquari, ex eis, quæ audit ſapientum conſilijs, eaque ratione illa non ſuperflua, ſed pernéceſſaria fore. Sic & pari modo Deus Optimus Maximus Summi Pontificis mentem in decidendo de fide, & moribus infallibiliter regit: vult tamen eum facere, quod in ſe eſt, vt inteiligat veritarem orando, vt diuina inſpiratio menti eius conſultantium verbis, aut inſeratue, aut illibatur, vt etiam paret Deuter. 17. vbi ambiguæ cauſæ ad Pontificem, & aſſidentes deduci mandantur, & itidem in capitulo per venerabilem, qni filij ſint legitimi; ſi verò conſilia deeſſent Pontifici cupienti, & adnitenri ſcire, quid verum, quid iuſtum, quid pium eſt, non deerit, qui adeſſe ſpopondit Deus; quod etiam in ſequentibus aſtruetur. Acceſſerit, qnòd Patrum congregatio mentibns impetfectornm fidei ſtabilitatem aſpirat, & firmat: nec mirum quia etiam is contra quem ſcribo in argumentum, quod non ſit Pontifici indubitato credendum: adducit beatum Petrum erraſſe, & à beato Panlo correctum Galat. 2. quod tamen ignorantiſſimè adducitur, aut certè malitioſiſſimè, quod vtique infrà probabo. Ignorantiſſimè quidem ſi credit ſe rectè induccre, malitioſiſſimè verò ſi decredit. Atqui credat, vel decredat oportet. Innumeræ aliæ vtilitates adduci potuiſſent ex Patrum aggregatione, quamquam Summus Pontifex ſolus iudicij eſt irrefragabilis, vt probabo, & penès eum eſt omnis deciſiua poteſtas.

Quidam verò alij rursùs dixerunt abſente Papa Imperatorem præſentem debere præſidere, ſed communi conſenſu Synodi pec interloquutores ferre iudicia, quemadmodum in octo Conciliis obſeruatum legitur, de quibus, diſtinct. 16. ſancta octo; abſente verò & Pontifice, & Cæſare, Legati Pontificis eſſe preſidentiam, veluti in actione tertij Concilij Chalcedonen. patet: vbi Vicarius Leonis Papæ præſuit, quia aberat Imperator. Verùm hæc opinio voluntaria eſt, nec iure probatur, nec vnquam Imperatores Concilijs præfuiſſe auctoritatiuè leguntur: eametſi honoris gratia, & fauoris, ac tutaminis, aut certè ſi præſidentiæ locum aliquando tenuere id honoris non iuriſdictionis putes. Quod equidem Martianus Cæſar de ſeipſo, & Conſtantino teſtatur diſtinct. *96.* nos. Nos, inquit, ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam, exemplo religioſiſſimi Principis Conſtantini Synodo intereſſe volnimus, vt veritate inuenta, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet. Et prætereà ſtultum eſt, vt diuinum oraculum, quod in vtro Concilio reſonat per diuinam ſententiam, nobis in re ſpirituali, poſtergato ſpirituali Principe etiam ſuo Vicario, per temporalem intonet.

Quidam ergo tectio loco dicunt, id quod noſtro puncto aſtruitur: qnod verum relinqnitue, & ratione quoque aſtruitur, quod verum relinquitur, & ratione qnoque aſtruitor. Nam inre naturali caput præſidet corpori: ſenſum influens, & motum donec illi adiunctum extiterit. Collegium verò vniuerſale eſt ręprçſentatiuè, & virtualiter tota Eccleſia, præter Romanam, quæ virtualiter eſt in Papa, caput enim eſt virtualiter corpus vt Princeps eſt ciuitas, apud Ariſtot. in Ethic. omnium verò Eccleſiarum capita ſnnt Epiſcopi, & ſi non ſit tota Eccleſia Conciiium, eſt tamen pars eius, & conſequenter pars ſit neceſſe eſt eius corporis, cuius Papa eſt caput, & cui præſidet. Vnde Patres Concilij Chalcedonen. Leoni Papæ in hæc verba ſcripſerunt: Tu eis, ſcilicèt Patribus Concilij, ſicut membris, caput præeras. Manifeſtum etiam eſt Papam vbi voluerit per Legatum poſſe præeſſe Concilio, etiamſi Legatus Epiſcopis ſoret inferior, vt liquet 1. quæſt. 7. conuenientibus: vbi Abbas ſanctæ Sabinæ tenuit locum Papæ in ſeptima Synodo.

Nec huic puncto obſtat, quòd Spiritus ſanctus præſidet Concilio: ſecundùm illud, vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum Matth. 18. quia, vt ſacris Theologis placet, etſi virtus primæ cauſæ tanta eſt, vt ſine medio omnia poſſit efficere, quæ aut per Angelos, aut per Cœlos, aut per alia efficientia facit: ſecundas tamen cauſas in ſua cauſalitate non excludit, nec vbi, niſi vbi aliquid ſupra naturam (quod miraculum dicunt) efficere ſtatuerit. Igitur quemadmodum effectus naturæ per cauſas alias efficit, vt frondes, flores, pomaque per plantas: ità pari ratione effectus gratiæ cauſat, & facit per medias aliquas cauſas, aut coefficientes, aut certè diſponentes, vt remiſſionem criminum per ſacramenta, & miniſtros. Et pari modo Eccleſiæ præſidet, eamque gubernat, per ſacros Præſules, & per Romanum Pontificem in primis.

Punctum quintum. Etſi Papa Concilij locum mutare nequit, in quo de hæreſi eius propriè dicta meritò tractaretur: vtporè qui eo caſu nullius ſit auctoritatis, ſi tamen Pontifex ſit indubitatus, id vtique poterit.

Nam Paſtor eſt Ouium Chriſti, qui eas educit, & reducit.

Preterea non propter locum gens, ſed locus propter gentem eligitur, diſt. 12. nouit, & conſequenter vbi genti expedit, locus mutatur, & alius deligitur, media enim fini congrua habere, & expediens, & neceſſarium dixeris. Ex cauſa ergo ſuo arbitratu ponderanda poteſt Romanus Antiſtes Conciliorum loca mutare. Ne huic obſtat decretum Conſtantienſis Concilij, in qno eiuſmodi loci mutatio vetatue, & temporis propagatio, ſine aſſenſu Concilij: Conciliorum autem decreta ſeruanda ſunt, diſt. 15. ſicut maximè probata pec Papam: vt iſtud per Martinum Quintum. Non obſtat, inquam, quia illa conſtitutio Pontificem ex honeſtate, non ex neceſſitate ligat, niſi in caſu hæreſis in Pontifice, aut ſchiſmatis, in quo nullus eſſet Pontifex indubitatus. Summus enim Pontifex non tenetur ad decreta Conciliorum (vt

probabitur) niſi in materia fidei: & parec ratione: quia nulla cauſa maximè æquiuoca effectui ſuo ſubeſſe poteſt: leges autem, & ſtatura Conciliorum, effectus ſunt Papæ, ſicut primæ cauſæ, cùm ab eo ſit omois iuriſdictio Concilij; vt probatum eſt.

Probatur etiam iure de elect. ſignificaſti: vbi dicitur, quòd Romanæ Eccleſiæ legem Concilia nulla præfixerunt, cùm omnia Concilia per Rom. Eccleſiæ authoritatem, & facta ſint, & robur acceperint: & in eorum ſtatutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas. Et. ff. de legit. io l. Princeps dicitur, quòd non Rex Legi, ſed Lex eſt ſubiecta regi: qui lex animata dicitur. Item par in parem noo habet Imperium, de elect. inno-cuit, & multò minus in ſuum caput. Vnde ipſe Martinus oon obſtante conſtitutione, necnon etiam confirmatione prælibata, ſuis præſideotibus in Concilio Senenſi poteſtatem transferendi Coocilij attribuit, de conſenſu Concilij nulla habita ratione: immò dico Romanum Pontificem omnia Conciliorum ſtatuta poſſe abolere, niſi ſint fidei deciſiones, & de is io ſequentibus.

Punctum ſextum. Concilium iam congregatum, & initatum Romanus Pontifex etiam inuitum poteſt penitus diſſoluere. Nam ei dictum eſt Matth. 16. quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlo.

Præterea illud cuius virtus tota ab aliqua voluntate dependet, ab eadem quoque eius diſſolutio pendet, alioquin illa voluntas iam non voluntariè, ſed neceſſariò efficeret, aut conſeruaret. Sed virtus Concilij à Pontificis voluntate dependet, qui ſolus illi præeſt, vt probatum eſt, & patet diſt. 17. per totum. Igitur Pontifice qui voluit Concilium fieri iam nolente, diſſiperur Concilium neceſſe eſt, etiam ſi nullus ibi exiſtens localiter moueatur.

Præterea hoc eſt iuri conſonū. Nam eius eſt ſoluere cuius, & condere ff. de leg. lib. 1. & de regul. iur. per caſdem cauſas res diſſoluitur, per quas naſcitur. Vndè Gelaſius Papa 9. quæſt. 9. in cap. cuncta per mundum: cuncta, inquit, per mundum nouit Eccleſia, quooiam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum Sedes Beati Petri ius habet diſſoluendi: vtpotè quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi.

Nec obſtat huic puncto, quòd Concilium aliquando pro fidei quæſtione poſſet fuiſſe collectum, in qua ſecundùm gloſ. in cap. Anaſtaſius, Epiſcoporum debet exquirere conſilia. Dico enim, quod in caſu fidei Summus Pontifex Concilium vocare non debet, debito neceſſitatis, ſed honeſtatis rantùm: cùm ipſe vna cum aſſidentibus ſibi Dominis Cardinalibus, ſine erroris periculo decidere queat, vt liquet in cap. per venerabilem, qui fil. ſunt legit: de quo etiam io poſterum dicetur abundantius. Concilium verò huius rei gratia iam collectum, Papa ſi ſine cauſa diſſolueret leuiter ageret, & peccaret Deo: ſecus ſi ex cauſa, pota quia patres aliqui iniuſtè erigerent cornua, quæ cauſa ſi ignoratur à Patribus præſumenda eſt; quia in tali caſu & io omni dubio præſumitur pro iudice regulariter no. gloſſa final. in capitulo vnico de ſcrutio. & Panormit. in capitulo iuuenis deſpouſalibus artic. etiam coram, quæ dicuntur in capitulo bonè de election. & de renunciat. in præſentiam de proban. poſt ceſſionem de re iudicata ſicut, inſt. de fideiuſ. §. vlt. 2. qu. 6. hoc etiam placuit, vbi habetur gloſ. quod contra aliquem ex officio ſuo facientem aliquid, noo ſit malum præſumendum, niſi conuincatur 11. quæſt. 3. abſit, & cap. ſi Epiſcopo fortè 9. quæſt. 3. Lugduoenſis; dubia etiam in meliorem partem interpretanda ſunt, ſecundùm regulam iuris. Immò præſumitur generaliter in Principe, quod iuſta cauſa facit quicquid facit: nec admittetur probatio in contrarium, notat Cyrillus in l. reſcripta C. de præcit. imperat. effect. & voluit gloſſ. ſingularis in l. relegati. ff. de pœnis. Nec tamen eo caſu Pontifex vteretur ſua poteſtate ad deſtructiooem, ſtante rationabili cauſa. Nec obſtat etiam quod Papa prohibere non poſſit vniuerſale bonum Eccleſiæ, pro quo Concilium aggregatur. Dico enim quod iudicare an aliquid ſit vtile, vel nociuum vniuerſali Eccleſiæ in hoc vel illo caſu eſt eius, qui præeſt toti Eccleſiæ, & Paſtor eſt eius, ac iudex, ideſt Papa. Vndè ſi Papa iudicat bonum eſſe modò Concilium diſſoluere: id poterit propria auctoritate.

Nec obſtat tertium, quòd ſecundùm hoc Papa omninò prohibere poſſet ne Concilia fierent, & omnia Concilia antequam aliquid concluderetur, annihilare: quod cederet in ſcandalum, & ruinam populi Chriſtiani. Soluitur enim vt priùs: quia ex rationabili cauſa vtique poſſet, ſine cauſa verò non poſſet coram Deo. Poſſet autem coram hominibus, in dubio an expediret nec ne. Vbi autē clarum eſſet, quod expediret, & ipſe nollet: Chriſtus prouideret. Quid ſi non prouideret? Reſpondeo id eſſe impoſſibile ex ſuppoſitione prouidentiæ diuinæ circa Eccleſiam, qui ſupplet in omnibus, in quibus Eccleſia ex impoſſibilitate deficeret, cùm in neceſſatijs non deficiat: vt ſupra probatum eſt.

Punctum ſeptimum. Decreta Conciliorum nullum ligant, vel aſtringunt, niſi Romani Pontificis auctoritate firmentur. Nam hoc iure probatur. Vndè Aimarus Remenſis Archiepiſcopus in lib. de Sinodis ca. 18. Non mireris quod Epiſcoporum Conciliorum auctoritatem Romano Pontifici aſcribamus. Nam nulla Concilia rata leguntur, quæ Apoſtolica auctoritate fulta non fuerint. Et idem habetur ex cap. confidimus 27. quæſt. 1. de elect. ſignificaſti. Ideo 2. quæſt. 6. io cap. leges, Anacletus Papa, & Martyr inquit, Leges Eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate, quoniam in Apoſtolica Sede totius Eccleſiæ collocatus eſt Principatus. Quod etiam probatur. Quia omnis auctoritas Concilij à Papa eſt, vt probatum eſt.

Præterea etiam idem probatur auctoritate Patrum Nicœnæ Synodi inter omnes valdè obſeruabilis, & ſimiliter Patrum ſequentium Conciliorum generalium, de quibus Gratianus diſt. 15. cap. placuit dicit, quòd Papa recepit ſextam Synodum cum canonibus ſuis: & etiam ſancta octo Concilia vniuerſalia: quæ Romani Pontificis profeſſione dicit eſſe roborata. Idem probat ſancta Synodus

Con-

Digitized by Google

Conſtantienſis, quæ decretorum ſuotum à Mattino quinto petijt confirmatiooem. Verba autem quibus Nicœnum Conciliotnm confirmationem ſuorum canonum expetiuit à Syluestto Pontifice, tempore Conſtantini Cæſaris: hæc ſunt. Beatiſſimo Epiſcopo vrbis Romæ, cum omui reuerentia coleodo Silueſtro, Oſius Epiſcopus Prouinciç Hiſpaniç ciuitatis Cordubenſis, & Macbatius Epiſcopus Eccleſiæ Cóſtantinopolitanæ, & Victot, ac Vincentius Presbyteri ordinati ex directione Vrbis Romæ, & cœteri Coepiſc. 318. in Domino ſalutem. Quoniam omnia corroborata de Diuinis Myſterijs Eccleſiaſticæ vtilitatis, quæ ad robur pertinene Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, ad fidem tuam Romanam explanata, & de Græco in Latinum redacta ſcribere confitemut: immutataque ad veſtrę Sedis augmentum occurrimus roborari. Itaque conſtat noſtram Apoſtolicam doctrioam totius noſtræ Apoſtolicæ Vrbis in vnum conuenire, veſtrumque habere Concilium ſicut docet miſtica veritas. Et ſequitur infrà. Quicquid ſtatuimus in Nicœuo Concilio precamur, vt veſtri oris conſortio roboretur. Hæc ibi. In decreto verò confitmationis præfatorum geſtorum, quod Beatus Sylueſter Epiſcopus Catholicæ, & Apoſtolicæ Sedis, Præſul vrbis Romæ. Quicquid in Nicæna Bithiniæ conſtitutum eſt: ad robur Sanctæ Matris Eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ à Sanctis Sacerdotibus 318. noſtro ore conſortes firmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti magni Concilij, quod apud Nicæuam congregatum eſt, ſub præſentia pijſſimi, & venerabilis Principis Conſtantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes Epiſcopi, placet. Et ſimilis confirmatio habetur diſt. 16. quoniam §. confirmamus. Vide etiam ibi in cap. ſeptuaginta, & idem patet per Iſidorum in cap. propterea diſt. 15.

Nec obſtat huic puncto, quòd Synodus procedere poteſt ad definiendum, & ſtatuendum ſine Pontifice, vel eius Legato, vt patet ex geſtis octauæ Synodi Coostantinopolitanæ. Dico enim quod Synodus auctoritate Papæ congregata, & de eius voluntate certa, procedere poteſt ad definiendum inſtaute neceſſitate. Sed nihil ratum eſt, quod ſtatuit, niſi per Papam comprobetur. Vnde in dictis geſtis ſic legitur. Ipſi ergo habentes nobiſcum beatiſſimum Papam Nicolaum, & Sanctiſſimum Papam Adrianum, ineptum, & incongruum omninò putamus deſpicere fluctuantem Chriſti, & Saluatoris noſtri Eccleſiam, pro dilatione definitionis, quæ illi debetur. Hæc ibi. Geſta aotem illa per Legatos Romanæ Sedis fuerunt deindè probata, vt patet diſt. 62. Adrianus.

Noo obſtat ſecundò, quòd geſta Concilij publicantur nomine Concilij in abſentia Papæ, vt patet in capit. quidam. 16. quæſt. 1. & in capitulo quoniam diſt. 16. Dico enim, quod propterea nomine Synodi io abſentia Pontificis publicantur, vt illorum canonum definitores cognoſcantur: nou tamen propter hoc habent vim coactiuam, niſi firmante Pontifice Romano. Vndè reprobationes, & anathemata non eſſent efficacia, niſi Papæ adeſſet auctoritas: nec obligant canones publicati ibi, niſi habita confirmatione per Papam.

Punctum octanum. Romanus Præſul excepto hæreſis caſu de quo infrà, in exteriori foro nollo modo poteſt habere ſuperiorem. Nam ſi ſuperiorem habet, aut eſt Concilium, aut Imperator, vt etiam patet aduerſantium teſtimonijs. Non autem eſt Concilium, vt patet ex dictis, quia auctoritas Concilij à Papa eſt, vt probatum eſt, & conſequenter Papa per Concilium iudicaret ſe. Item quia ſecuodùm hoc res poſſet iure forum conſtituere vbilibet ad placitum, & ſuum iudicem iuriſdictione priuare, cùm Papa Coocilium mutare, & diſſoluere iure ſuo poſſit. De hoc tamen etiam in ſequenti capitulo agetur ſpecialiter. Nou eſt etiam Imperator: hoc enim iam patet ex dictis, nec poteſt niſi temerè, vel ignoranter oppoſitum aſſeuerare.

Et quidem inprimis, quia cùm omnis auctoritas Cæſaris ſit à Pontifice Maximo (vt probatum eſt) ſi Imperator iudicaret Papam, Papa vtique ſe ipſum iudicaret, & vt prius dicebatur reus, id eſt Papa verè poſſet in caſu ſuum iudicem iudicare, & punire, cùm poſſit Imperatorem punire: vt probatum eſt.

Præterea ipſimet Cæſares iſtud ſunt confeſſi. Nám in cap. Conſtantinus 11. q. 1. legitur Conſtantinum Synodo Nicænæ dixiſſe: vos à nemine dijudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini. Ex quibus verbis concludit Nicolaus Papa in cap. ſatis diſt. 91. ſic. Satis eſt euideos, à ſeculari poteſtate non ſolui prorsùs, nec ligari Pontificem, quem conſtat à pio Principe Conſtantino, quem longè ſuperius nominauimus Deum appellatum, cùm nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum ſit. Hæc ille.

Valentianus quoque, ac Theodoſius quanti fecerint iudicium Præſulum teſtantur acta Ambroſij; vnde & multi canones reſtrinxerunt auctoritatem Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit argum. etiam dictorum in cap. quis dubitat diſt. 91. ac in cap. ſolite de maior. & obed. Patet ergo, quòd Papa noo habet hominem iudicem.

Præterea idem probatur. Poteſtas enim viciniſſima ſupremæ, ſuperiorem præter ſupremam habere non poteſt, vt per ſe patet, quia iam illa viciniot primæ eſſet etiam ſuperiot. Sed poteſtas Romani Præſulis eſt viciniſſima ſupremæ, id eſt diuinæ, quia ipſe ſolus habet poteſtatem à Chriſto Deo immediatè, omnes autem alij potentes habent à Deo quidē, à quo eſt omnis poteſtas Rom. 13. ſed mediante Pontificali, vt probatum eſt ſupra.

Igitur Pontifex Maximus non habet ſuperiorem hominem iudicem. Vnde in Romano Concilio, cui beatus Silueſter interfuit, & Conſtantinus Cæſar, & Helena Mater, qui & ſubſcripſiſſe feruntur, determinatum eſt ſic. Nemo iudicabit primam Sedem, quoniam omnes à prima Sede Iuſtitiam deſiderant temperari, quoniam nec ab omni clero, nec ab omni populo iudex iudicabitur.

Indè Innoc. in cap. nemo 9. q. 3. Nemo inquit, iudicabit primam Sedem, Iuſtitiam temperare deſiderantem. Neque enim ab

Augu-

Digitized by Google

Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur. Vnde gloſſa dicit, quòd nec à toto Mundo.

Indè Symmachus Papa in cap. aliorum 9. q. 3. Aliorum inquit, hominum cauſa voluit Deus per homines terminari, ſed ſedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruanit arbitrio, voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores Cœlo tantùm debere innocentiam. Vnde Bonifacius Epiſcopus, & Martyr, poſito caſu, quòd Pontifex ſua negligentia, multos ſecum trahat cateruatim ad gehemnam, ſubiungit in cap. ſi Papa diſt. 40. Iſtius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à Fide deuius. Hæc ibi.

Ad idem eſt Anacletus Papa, & Martyr in cap. electionem diſt. 79. Et ad idem cap. ipſi ſunt 9. quæſt. 3. & cap. cuncta, & capit. oues 2. quæſt. 7. & cap. inferior diſt. 21.

Idem etiam probatur per Concilia, vt patet in Concilio congregato occaſione Marcellini Papæ, qui idolis timore immolarat, de quo in cap. hunc autem diſt. 21.

Et idem aſſeruit Concilium congregatum per Theodoricum Regem Longobardorum, de quo diſt. 17.

Idem Alexander III. de elect. licet, & Concilium Calcedonenſe, vt in cap. benè diſt. 21.

Idem aſſeruit Concilium Conſtantienſe, & operibus, & verbis probauit.

Idem tenuerunt probatiſſimi Theologi Albertus Magnus, bona, & regulariter quantum viderim omnes famoſi, docentes hanc eſſe veram, & Apoſtolicam Doctrinam, quoniam oppoſitum ſentientes, aut opinionem, aut vitam cum morte Deo percutiente mutaſſe leguntur.

Dicamus ergo cum beato Hieronymo, vt in capit. non afferamus 24. quæſt. 1. Non afferamus, inquit, ſtateras doloſas, nec appendamus, quod volumus pro arbitrio noſtro, dicentes hoc graue, hoc leuè eſt, ſed afferamus diuinam ſtateram ex Scripturis ſacris, tanquam de theſauris Dominicis, & in illa, quid ſit grauius appendamus. Hæc ibi.

Multi autem de rebus diuinis modo humano loquentes, & dolentes Sedem beati Petri eſſe in Italia, verum cerdere non permittuntur, aut ſi permittuntur, fateri nolunt, at ſi fatentur triſtes fatentur, qui non Chriſtum, ſed Mundi Principes diligunt.

Punctum vltimum. Quamuis Papa poſſit, ac debeat diuerſorum ſententias, & rationes intelligere, in negotijs terminandis, nullius tamen iudicio, tanquam ſuperioris ſubijcere ſe debet, aut poteſt. Tum quia derogatet aſſiſtentiæ Chriſti Dei: Tum quia videretur eſſe oppoſitio in adiecto, quia ſupremo nihil eſt ſuperius. Tum quia non conſtat, qua auctoritate poſſit ſibi ſuperiorem conſtituere, quia vt dicitur in cap. ſola 14. quæſt. 3. Sola Romana Eccleſia ſua auctoritate de omnibus valet iudicare, de ea verò nulli iudicate permittitur. Tum quia derogaret diſpoſitioni Chriſti, quia ſolum Papam voluit eſſe iudicem ſupremum: nam cauſas Præſulis Romani Deus reſeruauit arbitrio ſuo 24. qu. 3 aliorum. An autem ipſe poſſit compromittendo, ſe ſubijcere alicui in foro exteriori ſunt opiniones, de quibus Archid. diſt. 62. in Synodo, & 1. quæſt. 7. nos. Sed quia ad inſtitutum noſtrum hoc refert nihil pertranſeo. Videtur tamen gloſs. velle, quod ſic 2. qu. 7. nos.

Nec obſtat prædictis, quòd vniuerſalis Eccleſia videtur eſſe Pontifice ſuperior, ſecundùm illud verbum Chriſti ad Petrum: Matth. 18. dic Eccleſiæ. Dico enim, quòd non eſt ſic intelligendum: dic Eccleſiæ, ideſt Concilio, vel Eccleſiæ vniuerſali. Hic enim ſenſus eſt falſus. Tum quia nullus Sanctorum, ità exponit, & conſequenter ſenſus verus latuiſſet Sanctos, quod eſt impium. Tum quia Iugum Chriſti non eſſet ſuaue, quia mandaret aliquid importabile, cum iſta correctio occurreret ſemper, & vbique exercenda, Eccleſiam verò vniuerſalem verè, aut repreſentatiuè ſemper, & vbique vocare ſit impoſſibile, aut ad eam omni loco per perſonas etiam fœminei ſexus accedere. Tum quia hoc nunquam habuit practica Sanctorum.

Eſt etiam hic ſenſus hæreticus, quia hæreticus eſt malè ſentiens circà Scripturæ ſanctæ veritatem 24. quæſt. 3. hæreſis, & Paul. in Clem. vnica de hæreticis, dicit quòd hæreticus eſt ponens falſam, & extortam expoſitionem in diuinis Scripturis, contra illud, quod Eccleſia tenet, quod gloſs. in Clem. prima, de vſu §. ſanè, dicit procedere indiſtinctè de gignente, aut tenente peruerſum dogma, vel falſas opiniones, ſed aliqui melius hoc limitant ſi Scriptura illa ſit de neceſſarijs ad ſalutem, puta de pertinentibus ad fidem, vel mores, vel taliter expoſita, quòd non poſſit eſſe vera in ſenſu illo, Card. etiam in dicta Clem. voluit hoc extendere ad tenenets contra canones, & multi Doctores ibi, de quo multa alibi ſcripſimus, ideſt in Silueſtrina ad Leonem X. Hic autem ſenſus eſt huiuſmodi, quia eſt falſus, vt dictum eſt, & contra expoſitionem Sanctorum, qui hoc verbum Chriſti dupliciter exponunt.

Primò, quando ſubditus corrigitur à ſubdito, dic Eccleſiæ, ideſt Prælato, qui eſt caput Eccleſiæ, & Eccleſia virtualiter. Et intelligitur de Eccleſia, in qua quis verſatur, puta Romana, vel Neapolitana. Et iſto modo exponit Chriſto, ſuper Matth. & habetur in gloſs. quæ ſic exponit. Dic Eccleſiæ, ideſt, his qui Eccleſiæ præſunt. Et ſimiliter gloſs. decreti in cap. ſi peccauerit 2. quæſ. 1. dic Eccleſiæ inquit, ideſt Sacerdoti. Et ſimiliter interpretatur Apoſtolica Sedes in cap. nouit. de iud. Et ità etiam exponit Dominus Altiſiodorenſis Dominus Hugo Card. Dominus Abbas Magiſter Nicolaus Gorram, & Nicolaus de Lyra. Et hoc idem quando ſubditi corrigebant ſubditos ſemper tenuit practica ſanctorum Patrum.

Secundò verò, quando Prælatus corrigit: exponunt ſancti, dic Eccleſiæ, ideſt multitudini, quod etiam de multitudine Eccleſiæ vniuerſalis loci vbi corrigitur, intelligi poteſt; Eccleſia enim, vt ſupra dictum eſt aliquando ſumitur pro cœtu multorum. Vnde D. Hugo Card. vbi ſupra ait. Si Prælatus corrigit ſenſus eſt: dic Eccleſiæ, ideſt coram Eccleſia, ſiue coram congregatione fidelium excommunica. Superfluum autem eſt adducere

alias

Digitized by Google

alias Eccleſias, aut Eccleſiam vniuerſalem, Et hoc idem probatur per practicam Eccleſię continuam, quam beatus Petrus primus obſeruauit, qui abſque vniuerſali Concilio Ananiam, & Saphiram eius coniugem ſua auctoritate coram multitudine damnauit: Act. 5. & Simoni Mago dixit. Pecunia tua tecum ſit in perditionem Act. 3.

Non obſtat etiam, quòd caput Summi Pontificis, ſubiecit poteſtati Pilati ei datæ deſuper Ioann. 18. quia illa poteſtas non fuit ordinaria, ſed voluntaria. Oblatus eſt enim, quia voluit Iſaiæ 54. nec fuit ex parte Pilati iuridica, ſed violenta, & eius vſus non fuit à Deo, niſi permiſſiuè.

Nec quòd Paulus Cæſarem appellauit, quia non eſt par ratio de Petro, & alijs Apoſtolis, iterùm Paulus appellauit ad iudicem, non quidem ſuum, ſed eorum à quibus violentabatur.

Sed contra hæc per cap. nos 2. quæſt. 7. Vbi Leo Papa ſubmittit ſe Ludouico Imperatori, Soluitur, Illa ſubmiſſio fuit opus ſupererogationis 2. quæſt. 7. Petrus, nec tamen in eum, vt in ſuperiorem conſenſit, ſed amicabiliter rogauit, vt emendaret facta ſua ſi in aliquo deliquiſſet, vt ibi patet. Sicut enim ſuperbi poteſtatem vſurpant iniuſtè, ſic humiles ſuperbiæ interdum ex rationabili cauſa cedunt. Nec debent Summi Pontifices ſtrictis concurrere gladijs, niſi vbi ſanctitatis defuerint remedia, quam profitentur.

Non obſtat etiam, quòd Pontificum Romanorum primus, & nulli minor Petrus, ſuperiorem habuerit: ſcilicet Paulum, qui illum reprehendit ad Galat. 2. & non iniuria, vt ſupponitur, ergo iure, ergo vt ſuperior. Dico enim, quòd Petrus in illo facto peccauit, & quidem venialiter, & peccatum erat in publico, ideò Paulus eo caſu non peccans fuit ſuperior auctoritate Spiritus ſancti, qui eum miſit ad prædicandum. Et qui Spiritus ſanctus, Petrum per Paulum reprehendit, quam reprehenſionem Petrus ſecundùm aliquos ſola diſpenſatione humilitatis ſuſtinuit argumento, cap. Petrus 2. q. 7. quod verum puto ſi Paulus limites ſubditi exceſſiſſet.

Præterea Prælatus poteſt fraterna Charitate reprehendi in publico, quando publicè deliquit, ſeruata tamen modeſtia debita, quia hoc pertinet ad fraternam correctionem, non autem ex iuſtitia quaſi in ſubditum exerceat iuriſdictionem, & ità fuit ibi. Act. autem 11. fideles reprehenderunt Petrum, quòd ad gentiles declinauerat. Sed vt dicitur in dicto cap. Petrus 2. quæſt. 7. Petrus ex officio potuit repellere quærelas illorum, ſuſcipit tamen ex humilitate.

Non obſtat etiam, quòd Papa de crimine infamatus, tenetur ſe purgare, ſicut & ſcandalum vitare, quia ad hoc non tenetur aliqua ſuperioris hominis lege, ſed diuina, non coram ſuperiori homine, vel iudice, ſed coram confratibus Epiſcopis, aut alijs religioſis viris, ſicut Leo in cap. auditum 2. quæſt. 7. & Sixtus in cap. mandatum 2. quæſt. 5. & Damaſus coram 42. Epiſcopis 2. quæſt. 7. nos.

Non obſtat etiam decretum Conſtantienſis Concilij, quod etiam Papam ad obediendum aſtringit, quia locum habet ſolùm in ſchiſmate, vt ſupra probatum eſt. Et pręterea illud decretum non fuit Concilij, vt patuit. Concilij autem Baſilienſis decreta antè ſciſſuram, numquam fuerunt approbata, teſte Domino Ioanne de Turrecremata.

CAP. XII.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, iudicem ſine iudice humano Collegio.

ETſi ex præmiſſis iam patet Romanum Præſulem per quodcunque Collegium etiam vniuerſalis Concilij non poſſe iudicari, niſi in caſu hæreſis, aut determinati cuiuſdam ſchiſmatis, quia tamen, vt dictum eſt aduerſarius Concilium in ſuo caſu ſtatuit ſupra Pontificem: ideò idem clariùs ex punctis ſequentibus apparebit,

Punctum primum. Si loquamur de auctoritate Patrum Concilij, quæ conuenit eis, vt ſingulis, quæ eſt poteſtas ordinaria, prout ſcilicet ſinguli sũt, vel Patriarchæ, vel Epiſcopi diſtinguitur ab auctoritate Papæ, vt cauſa ſecunda à prima, & vt cauſa particularis, vel partialis ab vniuerſali, & totali, quia Papa ſua auctoritate (vt ſuperius probatum eſt) dedit eis auctoritatem vocando eos in partem ſollicitudinis 2. quæſt. 6. decreto, & cap. ſequenti.

Si verò loquamur de auctoritate Concilij, quæ conuenit omnibus collectiuè, ſiue collegialiter, eadem eſt auctoritas Pontificis, & collegij, ſed in Pontifice eſt plena, & ordinaria, in Concilio autem eſt, quantum placet Papæ, & commiſſa, ſeu Vicaria, quia ſicut vna cauſalitas finalis eſt finis, & medij, puta ſanitatis, & horride alias medicinæ, in qua nihil eſt volitum niſi ſanitas, ità eadem eſt cauſalitas primi mouentis, & ſecundi, quod non mouet niſi, quia mouetur, vt manus, & baculi cedentis, vbi enim vnum propter aliud, ibi vnum tantùm, intellige vnum Analogia, non numero, cùm ſubiecta ſint varia. Vnde & dicuntur habere vocem definitiuam, & eſſe coniudices Pontifici, quod totum ex auctoritate, & benignitate Pontificis eſt. Vnde non habent auctoritatem niſi approbationis, quod ex modo liquet procedendi, cùm ſemper præponatur nomen Pontificis, & ſequatur ſacro approbante Concilio,

Alio autem modo Epiſcopi ſunt coniudices in Concilio Prouinciali, vel Synodo, quia non eo modo pendet Epiſcoporum auctoritas à Metropolitano, vel Patriarcha, ſeu Primate, quod idem eſt, ſicut à Papa, à quo eſt omnis poteſtas in Eccleſia, & Ordo eius, diſt. 22. omnes, vnde Epiſcopi prædictis non ſubijciuntur, niſi quantum voluerit Papa 9. quæſt. 3. Primates, vbi de hoc Nicolaus Papa.

Punctum ſecundum, Eo verò modo quo poteſtas Papæ, & Patrum Concilij condiuiduntur ſuperior eſt poteſtas Pontificalis. Tùm

quia

quia eſt cauſa alterius, vt ſuperios probatum eſt, ità quòd omnis auctoritas Concilij eſt à Papa diſt. 17. per totum, & de elect. ſignificaſti. Tùm quia Papa dat leges Concilio inſtituendo, deſtituendo, & mutando, alias ſine auctoritate eius eſſet conciliabulum d. 17. multis, & per totum. Tùm quia eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, ſoluens quandoque, quod Concilium ligat, & è contra, vt colligitur ex capitulo inferior diſt. 21. in cap. cuncta per Mundum 9.q.3. Tùm quia ſolus habet potentiam illimitatam, Prælati autem ex quibus Concil. conſtat vocari ſunt in partem ſollicitudinis, vt dicit Gregor. in cap. decreto 2.q.6. Tùm quia Papa ſolus eſt generalis Vicarius Chriſti, & ſolus paſtor omnium ouium Chriſti, ſecundùm illud Ioann. 10. Erit vnum ouile, & vnus paſtor.

Nec prædictis obſtat, quòd ſanctus Petrus fuit miſſus à Collegio Apoſtolorum Act. 8. quia vt ſupra dictum eſt, miſſio non ſemper importat ſuperioritatem, quia aliquę perſonæ diuinæ mittuntur; vt patet per Auguſt. in 4. de Trinit. & tamen in eis nulla eſt ſuperioritas, & hoc verum eſt maximè, quando aliqui mittunt per modum conſulentium, ſicut conſiliarius mittit Regem ad bellum, vt fuit in propoſito, quia Apoſtoli conſuluerunt bonum eſſe, quòd Petrus proficiſceretur, & ille ex bono motu animi ſui conſenſit, idem iudicium habens. Vnde dicit Vlricus in ſumma ſuæ Theologiæ, quòd Petrus fuit miſſus auctoritate amoris, qui gradum neſcit, non auctoritate Prælationis, cum fuerit vertex Apoſtolorum.

Præfatum autem fundamentum fuit vnum de fundamentis Armeniorum, contra Primatum Pontificis Romani, vt teſtatur Ricardus in lib. de quæſtionibus Armeniorum lib. 7. cap. 3. Non obſtat 2. quod Concilium generale eſt ſuper omnes Eccleſias, & Rectores earum, & conſequenter ſuper Romanam, & Papam, ſiquidem Martinus V. in Concilio, & approbante Concilio Conſtantienſi condemnans articulum illum, non eſſe de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, dicit ſic. Error ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret Primatum Summi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares. Hæc ille.

Ex quibus habetur, quòd ſuper Eccleſias particulares eſt Concilium. Non obſtat inquam, quia dico hoc verum eſſe de Concilio vero Cephalato, ſiue vt aiunt capitato, inquantum capitatum, ſiue gratia Pontificis. Non autem de Acephalo. Vnde remoto Papa, Concilium non eſt ſuper omnes Eccleſias, ſed nihil eſt.

Illud tamen aduertendum eſt in verbo illo, aut pro quanto negaret Primatum ſummi Pontificis, ideò eſſe neceſſarium ad ſalutem credere Primatum Eccleſię Romanę, quia neceſſe eſt credere Primatum Petri, & ſucceſſoris. Vnde ſi Petrus nunquam Antiochiam exceſſiſſet, quod dicitur de Primatu Romanę, de Primatu diceretur Eccleſiæ Antiochenæ, quia Romana non eſt prima, niſi quia Petrus eſt primus, vt ſupra capit. 2. probatum eſt.

Non obſtat 3. quòd decreta Romani Pontificis vim habent à Concilio Apoſtolorum, quod repreſentat Concilium generale, dicente Eleuterio Papa in cap. quamuis 3.q.6. quòd cœtu Apoſtolorum, quem generalis Synodus repreſentat definitum eſt, non niſi Romanum Pontificem debere definire Pontificum accuſationes, dicente etiam Iulio Papa in cap. dudum eſſe q. ab Apoſtolis ſtatutum fuiſſe, abſque ſententia Romani Pontificis non oportere Concilia celebrari. Non obſtat inquam, quia dico, quòd Collegium Apoſtolicum dicitur talia ſtatuiſſe non per modùm ſuperioritatis, & imperij, cùm ſcirent Petrum eſſe Principem, vt probatum eſt, ſed per modum expoſitionis, vel declarationis, iudicantes hoc eſſe de mente Chriſti. Et ſi ſtatuerunt per viam Imperij, & iuriſdictionis, hoc fuit auctoritate Petri Præſidentis, qui ſemper legitur tenuiſſe Primatum, quando Apoſtoli fuerunt congregati, vt Act. 1. & 15.

Non obſtat etiam, quòd diſcutere alicuius facta ſit ſuperioris; facta autem Romanorum Pontificum diſcuſſa fuerunt per Synodos; ſicut in cap. quod quis, 25. qu. 9. conſtitutio Hilarij Papæ examinatur per Synodum; & depoſitio Diaſcori facta per Leonem examinata eſt in Concilio Chalcedonen. Et depoſitio Pirri, & Sergij facta per Martinum in Synodo Romana, examinata fuit in Synodo Conſtantinopolitana: & depoſitio Fotij Conſtantinopolitani facta per Nicolaum & Adrianum Romanos Pontifices examinata fuit in 3. Synodo.

Non obſtat inquam; quia decreta, aut facta Romani Pontificis numquam fuere diſcuſſa, niſi iuſſu & mandato ipſius: vel vt obturarentur ora vana loqentium: & iuſtitia Pontificis emergeret clarior, vel vt ad aliorum notitiam venirent, ne ignorantiam aliqui prætenderent: vt patet in, 5. actione, 8, Synodi de dicto Fotio.

Srd contra præmiſſa recapitulatur. Sicut ſe habent in præcellentia decreta Conciliorum ad decreta Romanorum Pontificum: ità ſe habet auctoritas ad auctoritatem, quæ validitatis decretorum cauſa eſt. Sed decreta Conciliorum præcedunt decreta Pontificum, ſecundùm aliquos: quod nituntur probare ex. cap. de quibus 20. diſt. vbi in ſolutione quæſtionum traditur talis ordo: vt primùm recurratur ad ſcripta noui, & veteris teſtamenti; ſecundò ad canones Apoſtolorum, vel Conciliorum: tertiò ad decreta, & decretalia ſummorum Pontificum. Ergo auctoritas Conciliorum maior eſt auctoritate Pontificis. Soluitur. Dico 1. hoc in illo capitulo non haberi: licet de hoc ſit ibi argumentum. Dico ſecundò eſto ibi eſſet, quòd hoc non eſt propter auctoritatem Concilij ſolius: quæ nulla eſt; vt probatum eſt; ſed Concilij cum capite, vel Pontifice; quæ circa fidem, & mores cùm irrefragabilis ſit (vt infrà probabo) ſiquid per Concilium cum Pontifice deciſum eſt, vel ex deciſis decidi poteſt circa fidem, aut mores, non oportet afferre nouam deciſionem Pontificis: & hac ratione talibus ſtatutis deferunt Pontifices quaſi ſcilicet diuinis.

Dico tertiò, quòd vt patet ex capitulo

de-

Digitized by Google

decretales diſt. 20. duplex eſt auctoritas: vna humanæ reputationis, ſine iuriſdictione, quæ eſt auctoritas ſapientum Philoſophorum, & Theologorum, ac Iuriſtarum, & omnium peritorum in aliqua facultate, ſeu diſciplina: alia eſt auctoritas iuriſdictionis, quæ plerumque eſt, ſine auctoritate ſcientiæ. Quando ergo dicitur, ſicut decreta ad decreta, ità auctoritas ad auctoritatem, verum quidem eſt de auctoritate iuriſdictionis, non autem de ea quæ dicitur reputationis: quæ maior eſt nedum in Concilio, ſed in vno Doctore interdum, quàm in Pontifice; qui tamen Pontifex ſi decidat quæſtionem fidei, aut morum ex poteſtate iuriſdictionis, quaſi virtutes ſui officio, & inquantum Pontifex, eius auctoritas eſt diuina (vt dicetur) & irrefragabilis. Vnde in eodem capitulo decretales; dicitur quòd in exponendis ſcripturis auctoritas Aug. & Hieron. & aliorum tractatorum videtur præferenda conſtitutis nonnullorum Pontificum, ſed in terminatione cauſarum poſtponuntur, etiam ſi Pontifices ſunt ſcientia minores; quia in his requiritur auctoritas iuriſdictionis.

Illud tamen notandum eſt; quod multum diſtat inter ſtatutum, vel decretum, aut canonem, vel qualitercumque nominetur: quo decernitur aliquid eſſe tenendum ſecundùm fidem circa diuina, & mores humanos; & quo aliquid decernitur eſſe ſeruandum in vita, & conuerſatione quaſi expediens bono communi Eccleſiæ; quia primum ſpectat ad veritatem fidei, quæ numquam variatur, licèt magis, & minùs explicetur; ſecundum ſpectat ad fidelium vitam, & acta; quæ pro tempore & multis alijs variantur: vnde leges corriguntur, abrogantur, reuocantur; non autem fidei deciſiones. Et ſic poteſt intelligi cap. placuit, 39. qu. 1. vbi propter dictum Hieron. non habet locum dictum Concilij; quod non fuit dictum deciſiuum, ſed ordinatiuum; vnde dicitur placuit &c.

Punctum 3. Romanus Præſul nullomodo ligatur decretis, vel Canonibus Conciliorum, vt Conciliorum ſunt; quod dico, quia ſi Concilium ſtatuat aliquid quod ſit etiam de iure diuino ſcripto, aut inſito, ideſt naturali, ligatur quidem Pontifex ſtatuto; ſed non ea ratione qua Concilij; ſed qua Dei eſt; vt patet in cap. ſunt quidam, 25. qu. 1. Probatur; quia inferior ſuperiorem ligare non poteſt, diſt. 21. inferior; Pontifex autem, vt condiuiditur Concilio, eſt ſuperior, vt probatum eſt; vt verò includitur in Concilio, ſiue vt eſt eadem poteſtas in Pontifice, & in Concilio ſi ligaretur à Concilio ligaretur à ſe; quod dicere ridiculum eſt. Vnde dicitur in cap. ideò, 25. qu. 1. §. his. Sacro ſancta Eccleſia Romana ius, & auctoritatem ſacris Canonibus impartitur; ſed non eis alligatur. Et idem patet etiam in cap. ſignificaſti de el. De honeſtate tamen decreta Conciliorum ſeruare debet de conſt. cum omnes, 25. qu. 1. confidimus.

Punctum quartum. Papa etſi non poteſt mutare ſtatuta Conciliorum, vt ſunt ſtatuta Dei, ideſt de iure diuino; vt patet, tamen quantum ad ea, quæ ſunt Concilij, vt Concilium eſt, ſiue quæ ſpectant ad ius poſitiuum, æquè poteſt decreta Concilij tollere: ſicut & ſua ſcilicet ex cauſa rationabili arbitrio ſuo iudicanda.

Nam decreta Concilij ſunt Pontificis: quia eius auctoritate ſtatuuntur, & confirmantur: vt patet ex dictis: aut ſunt prædeceſſoris ſui; cuius eadem auctoritas in ſpecie fuit, einſdem enim eſt legem condere, & tollere, C. de leg. l. 1. de reſtit. in integrum cùm veniſſent; vnde in Clem. generalem de ætat. & qualit. multa iura corriguntur; vt patet per gloſs. cap. peruenit diſt. 77. capit. 1. 2. 3. & vltimum diſt. 78. & cap. de his diſt. 2. Vnde etiam, & Papa diſpenſat cum bigamo contra Apoſtolum diſt. 34. Lector; quod tamen non poſſet ſi Apoſtolus illud dixiſſet non ex ſe ſiue propria auctoritate; ſed quaſi promulgando ius diuinum.

Item diſpenſat contra canonem Apoſtolorum diſt. 82. Presbyter, ſcilicet, quòd Presbyter Fornicarius non deponatur. Et quandoque contra generale ſtatutum Eccleſiæ, ſicut fecit Innocentius in Lateranen. Concilio de conſangn. & affin. in cap. non debet. Et ratio eſt: quia quantum ad iuriſdictionem, quilibet Papa eſt tantæ auctoritatis quantæ prædeceſſor cùm ſuccedat loco eius cum plena auctoritate, 2. q. 6. decreto, & c. ſeq. Ideò poteſt ſtatuta eius immutare vbi expedit, & ſi nõ expediat, habet iudicem Deum cui peccat, non autem homines, vt patet ex dictis.

Aduertendum tamen, quòd licèt Papa poſſit diuinæ legis dubia interprætari (vt dicetur) in eis tamen diſpenſare non poteſt, ſi iam deciſa ſunt. Vnde articulos fidei, aut Eccleſiæ Sacramenta mutare nequit, aut deciſiones verorum Conciliorum circa fidem, cum illæ ſint à Spiritu ſancto ità Petr. de Pal. ſentit. Et ratio eſt manifeſta, quia efficaciam habent à Spiritu ſancto deciſiones eiuſmodi incluſo ſemper capite Eccleſiæ, probante, & firmante.

Non obſtat autem huic puncto, quòd acta Conciliorum ſunt acta Spiritus ſancti, vt patet in cap. violatores, 25. qu. 1. Dico enim quòd Spiritus ſanctus aliquãdo ſtatuit aliquid quod ſemper non vult durare: ſicut legem Moyſi: quo ad omnia cærimonialia, & ſic etiam per ſanctos Patres aliquando Deus condit bonas leges, quas ſcit non ſemper, & in omni caſu eſſe bonas, & iſtas vult pro bono poſſe mutari, nedum à Papa, ſed interdum etiam à principibus.

Non obſtat etiam, quòd Romana Synodus iudicauit Symmacum Papam, 2. qu. 7. Dico enim, quòd ipſe propter aliquam rationum ſuperius dictarum ſe ſua ſponte ſubiecit: non tamen tamquam ſuperiori, quaſi iudicanti, & cogenti; ſed iudicanti, vel potiùs indicanti ſolùm.

Punctum 5. Patres Concilij generalis non poſſunt de omnibus ſimpliciter iudicare. Sciendum enim eſt, quòd quidam Marſilius de Padua (quem nonnulli doctrinam canonum, & ſanctorum dicta minùs, quàm decet venerantes ſequuti ſunt) dixit vniuerſale Concilium, quod vniuerſitatem dicebat omnium fidelium: non diſtinguens inter Laicos, & Clericos omnem auctoritatem Eccleſiæ exercere poſſe ſine dependentia ad Papam: tam in prouiſionibus beneficiorum, quàm in diſpenſationibus, & indulgentijs, ac correctione quo-

Digitized by Google

rumcumque errantium, & itá de omnibus ſimpliciter iudicare, quæ opinio, & ſuperioribus, & conſequenter veritati repugnat.

Cum enim auctoritas Concilij ſit ei à Papa voluntariè collata, tantam habet, quantam Papa voluerit, id eſt vt deſiniat ea propter quæ Concilium conuocatum eſt, & ſiqua emergant, quæ dilationem non patiantur: vbi locum habere videtur ratihabitio Pontificis ſummi.

Indè eſt, quòd in cap. Epiſcopus, 9. q. 3. dicit venerabilis Beda, quòd ſola Romana Eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus.

Indè etiam Leo cuius auctoritate congregata fuerat Synodus Chalcedonen. reprehendit Anatholium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quòd induxiſſet Chalced. Synodum, vt prima Sedes poſt Romanam eſſet Conſtantinopolitana: cum priùs eſſet Alexandrina: nam mandati fines exceſſerat. Indè Nicolaus Papa in 2. Epiſ. quam Michaeli Imperatori ſcribit, quæ lecta fuit in 4. actione præfati Concilij, manifeſtè deſignat, quòd ſecunda Synodus non debat ſe intromittere, niſi de his, quæ Papa conceſſerit, aut certè commiſerit. Indè Agatho Papa ſcribens Imperatori de poteſtate ſua, quam dederat Apochryſatijs, quos ad ſanctam Synodum dirigebat: ait. Licentiam dedimus, ſiue auctoritatem apud tranquilliſſimum tuum imperium dum vixerit tua clementia, ſimpliciter ſatisfaciendi inquantum dumtaxat iniunctū eſt, vt nihil præſumant augere, vel minuere, ſed traditionem Apoſtolicæ Sedis, vt à prædeceſſoribus inſtituta eſt, ſinceriter enarrare. Hæc ille.

Nec obſtat, quòd auctoritas Concilij ſit auctoritas Papæ, vt ſupra dictum eſt, qui de omnibus ſimpliciter iudicat. Dico enim, quòd Romanus Præſul congregans Concilium, ſolùm intendit ei communicare auctoritatem, quam exigit cauſa finalis congregationis Concilij: niſi aliud exprimatur, quia intendens principale, intendit acceſſorium: de re. iudic. acceſſorium, & de offic. de leg. c. propterea & c. prudentiam.

Non obſtat etiam, quòd Concilium aliquando exercuit ea, quæ Papæ reſeruantur, vt Epiſcopum deſtituere, & reſtituere, vt in cap. ſiquis Epiſcopus, & in cap. certum, & in cap. Epiſcopos, & in cap. irrit. 11. qu. 3. & diſpenſat contra canones Apoſtolorum diſtinct. 82. Presbyter. Dico enim, quòd omnia prædicta Romani Pontificis auctoritate Patres fecere. Nam & in d. cap. Presbyter, quod eſt Concilij Grangenſis, itá ſcribitur. Presbyter ſi fornicationem fecerit quamquā ſecundùm canones Apoſtolorum debeat deponi, tamen iuxtà auctoritatem Syluеſtri Papæ, ſi in vitio non perdurauerit, &c.

Punctum 6. Pontifex indubitatus nedum à Concilio, ſed neque à toto Mundo poteſt iure deponi. Cùm enim ab eo in Eccleſia ſit omnis auctoritas (vt probatum eſt ſupra) ſi ab aliquo iuridicè deponeretur, vtique à ſelpſo deponeretur, licèt per alium, quia quod quis per alium facit per ſeipſum facere videtur, vt dicit reg. iur. Vnde in Concilio Romano cui præfuit ſanctus Syluеſter in vltimo canone eiuſdem itá legitur.

Nemo, inquit, iudicabit primam Sedem: quoniam omnes à prima Sede deſiderant iuſtitiam temperari: quoniam nec ab omni clero, nec ab omni populo iudex iudicabitur. Et ſubſcripſerunt, 284. Epiſcopi, & 42. Preſbyteri, & 5. Diaconi, & Conſtantinus Auguſtus, & Mater Helena.

Prætereà idem colligitur ex profeſſione Synodi, quæ Romæ ſpontè congregata eſt occaſione beati Marcellini Papæ, qui timore ductus Idolis thurificarat, de quo in cap. nunc autem diſt. 21. vbi Papa reatum confitente, & ſe paratum offerente ſuſcipere quicquid Patres Concilij voluiſſent imponere, Synodus non eſt auſa in eum proferre ſententiam, & rationem aſſignans ait. Quoniam prima Sedes non iudicabitur à quoquam, vbi Archid. niſi de hæreſi, diſt. 40. ſi Papa. Idem tenuit Concilium Chalcedonenſe, & Concilium Romanum ſub Symmaço, & Concilium Conſtantinopolitanum, & Lateranenſe, & Conſtantienſe. Et habetur etiam in decretis in cap. electionem diſt. 79. & ſunt verba beati Anacleti Papæ & Martyris: Electionem, inquit, ſummorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit.

Nec obſtat prædictis, quòd ſi Pontifex deponi non poteſt, Eccleſia non eſſet à Chriſto ſufficienter inſtituta, quià poſſet Pontifex totum Eccleſiaſticum Ordinem euertere, & decololare.

Dico enim, quòd regno ſufficienter eſt prouiſum maximè ſi Rex habeat ſuperiorem, quamuis totum regnum Regem iudicare non poſſit, quia Rex diuino iudicio punitur, vel etiam ſuperioris. Et ideo dico, quod ſicut Papa Eccleſiam, itá Deus iudicat Papam, & in tali caſu habet ipſe prouidere, & itá orandus, vt dicit Petrus de Palude. Et ſi Deus ſua, vt eſt infinita ſapientia, vbi ſibi non nobis prouiſio incumbit, nollet prouidere, eſſet humiliter ferendum. Vnde Bonifacius Martyr, & habetur in cap ſi Papa, diſt. 40. dicit: quòd culpas Papæ iſtic redarguere præſumit mortalium nullus, niſi deprehendatur à fide deuius, etiam ſi innumerabiles populos cateruatim ſecum ducat primo gehennę mancipio, ideſt diabolo. Hæc ibi.

Quod etiam intelligitur de illa hæreſi, qua ſe facto ſuo facit non Papam, ideſt propriè dicta: vnde gloſs. contumaciam appellans hanc hæreſim, nec vera eſt, nec à Theologis probatur, ſed negatur, vnde nec bonum loquuntur, quod volunt Papam poſſe mulctari pro crimine notorio, & ſcandaloſo, ſed vt dicitur in dicto cap. ſi Papa, in hoc orandus eſt Deus. De hoc tamen fortè aliquando adhùc aliquid dicetur.

Non obſtat etiam, quòd beatus Petrus dicitur, itá allocutus beatum Clementem, vt idem Clemens refert in epiſtola ad Iacobum. Si mundanalibus curis ſuetis occupatus, & teipſum decipies, & eos, qui te audiunt. Non enim poteris ea quæ ad ſalutem pertinent, pleniùs quibuſcumque diſtinguere, & ex eo fiet, vt tu tamquam, qui non docueris, quæ ad ſalutem hominum pertinent, deponaris. Hæc ibi.

Hęc autem depoſitio per Eccleſiam ſuiſſet fidelem, quam repreſentat Concilium generale. Non obſtat inquam; Dico enim primò

primò

mò, quòd incertum eſt illam epiſtolam eſſe Clementis; & ſecundò, quòd illa depoſitio erat fienda à Deo; & tertiò, quòd ab Eccleſia ſolùm in caſu hæreſis, quando non ſalubria, ſed errores docuiſſet.

Punctum ſeptimum. Papa verus cogi non poteſt ad renunciandum in caſu ſchiſmatis. Hoc enim tam Cyprianus in quadam epiſtola ſuper ſchiſmate inter Nouatianum, & Cornelium, dicens: Quid ergo? Quia honorem Cathedræ Sacerdotalis Nouatianus vſurpat: numqnid idcircò nos Cathedræ renunciare debemus? Et quia Nouatianus Altare collocate, & ſacrificium offerri contra fas nititur, ab Altari, & ſacrificijs ceſſare nos omnes, ne patia, & ſimilia cum eo celebrare videamur? vanum prorſus, & ſtultum eſt, vt quia Nouatianus extra Eccleſiam vendicat ſibi auctoritatis imaginem, relinquat Eccleſia veritatem.

Præterea non habet ſuperiorem Romanus Pontifex indubitatus niſi in caſu hæreſis, vt ſuprà dictum eſt, & ſua eiectio Deo reſeruatur, vt patuit.

Præterea innocens iniuſtitiam pati nondum propter aliorum malitiam, maximè in talibus tam publicis, & quę ſunt de iure diuino. Nec quiſquam tenetur inuitus iuri ſuo cedere, maximè quia daretur malis occaſio ſchiſmatizandi contra bonos.

Verùm autem in tali caſu bonum eſſet renunciare, habito maturo conſilio, faciendum eſſet, quod doceret vnctio, & viri prudentes.

Punctum octauum. In caſu tamen ſchiſmatis aliquando Concilium eſt iudex Pontificis, non quidem quando vnus eſt indubitatus; ſcilicet quando inter Chriſtianos dubitatur quatenus ſit verus Papa. Eo enim caſu Concilium habet diſcernendi poteſtatem quatenus ſit verus, Panormit. in cap. quia diligentia de elect. & Concilium pro tali diſcordia congregatum poteſt eligere Papam, Panormit. in cap. licèt, eod. tit. vt etiam ſupra dictum eſt.

Nec obſtat prædictis, quòd poteſt quis cogi ad id ad quod tenetur, Papa autem in periculo tenetur Eccleſiæ ſubuenire, non ſolùm per amiſſionem poteſtatis, ſed etiam per amiſſionem vitæ, quia bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, Ioann. 10.

Dico enim, quod qui ad aliquid tenetur, ad illud cogi poteſt à ſuo iudice, ſed non à ſuo ſubdito; vnde ſolùm à Deo Papa cogi poteſt ad renunciandum, ad ſponte autem renunciandum à nullo etiam à Deo cogi poteſt, cum voluntati violentiam inferri ſit contradictio, vt Theologi probant; poteſt tamen à Deo eius voluntas, ad hoc moueri mediante iudicio rationis quod ligat ad credendum aliquandoque hoc facere teneatur, ſicut etiam mouetur ad mori pro ſuo populo. Et ſic in foro conſcientiæ tenetur, quando hoc iudicat expedire Eccleſiæ, quia ipſe eſt iure ipſo propter Eccleſiam, non è contra.

Non obſtat ſecundò, quòd Papa in caſu ſchiſmatis videatur peccare in articulum fidei, vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam: propterea, quod videtur facere, quod Eccleſia non ſit vna, & conſequenter eſt hæreticus, & poſſet deponi, nedum cogi renunciare, diſt. 24. qu. 1. ſi Papa.

Dico enim, quòd ſi eſt verus Papa non peccat in illum articulum, nec facit ipſe, quod Eccleſia non ſit vna, ſed illi id faciunt, qui ſunt ſchiſmatici, & ſiquis indè ſcandalizatur, eſt ſcandalum Phariſeorum, non puſillorum.

Sed contra hoc, quia omninò videtur contra illum articulum facere, quia hoc notat Hoſt. in ſumma de ſchiſmaticis, & facit, cap. aduocauit, 24. qu. 1. Soluitur illud; non notauit Hoſtienſis, ſed & illud, quod videtur dicere, quod omnis ſchiſmaticus peccet in illum articulum, non eſt verum, quia omnis ſchiſmaticus eſſet hæreticus, quod eſt falſum. Nec cap. aduocauit eſt ad propoſitum, quia ibi non accipitur fides pro Theologica virtute, ſed pro fidelitate.

Non obſtat etiam, §. pro graui, de renunciat. cùm pridem, vbi dicitur, quòd Prælatus pro ſchiſmate, & graui ſcandalo tollendo cogi poſſit ad ceſſionem, & conſequēter idem videtur dicendum de Papa, qui cæteros Prælatos, non ordine, ſed adminiſtratione præcellit.

Dico enim, quòd textus non dicit, quod poſſit cogi, ſed dicit ſic. Pro graui quoque ſcandalo euitando cùm aliter ſedari non poſſit, licet Epiſcopo petere ceſſionem. Item dico eum cogi poſſe, ſed ſolùm à ſuperiore, qui in ſimili caſu reſpectu Papę eſt ſolus Chriſtus.

Non obſtat etiam, quòd Concilium Piſanum duos contendentes de Papatu depoſuit, ſcilicet Gregorium, & Benedictum, quorum alter verus Papa credebatur, & electus eſt tertius, ſcilicet Petrus de Candia, & ſimile fecit Concilium Conſtantienſe deponens, Ioann. 23. & Benedictum, & eligens Martinum.

Non obſtat inquàm, quia eſto, quòd Concilium Piſanum fuerit verum Concilium, quod non aſſero, dico, quod nullus ibi depoſitus eſt verus Papa, & indubitatus, immò propter dubitationem non purificabilem fuerunt depoſiti. In Concilio autem Conſtantienſis Gregorius ſpõtè ceſſit, qui tamen apertè verus Pontifex probari nequibat; Ioannes autem, & Benedictus non fuerunt veri, & indubitati Pontifices: vnde in tali caſu Concilium fuit iudex poteſtate diuina, & iuris Canonici, vt ſuprà multipliciter probatum eſt.

Punctum nonum. Propter hęreſim Papa cadit à Papatu. Omnis enim Papa Caput eſt Eccleſiæ. Sed nullus hæreticus poteſt eſſe caput Eccleſiæ, quia nullum caput eſt caput corporis à quo eſt omninò diuiſum, ſicut hæreticus eſt ab Eccleſia diuiſus, neque caput mortuum per infidelitatem, poteſt eſſe corporis viuentis per fidem; ergo nullus hæreticus eſt Papa. Et hæc ſententia eſt omnium Doctorum, & eſt etiam iuris, vt colligitur, 24. qu. 1. cap. quod autem, & cap. Acatius, & cap. audimus, & cap. omnes, & capitulo didicimus.

Præterea Pontifex lapſus in hæreſim minor eſt omnibus fidelibus; & ideo cadendo à fide cadit à ſede, & communiter auctoritate priuatur iudicandi, vt in cap. factus, & in cap. Nouatianus, 7. qu. 1. & de offic. Vicat. cap. nos. Vnde iam non eſt Prælatus, quia præ-

Digitized by Google

prælatio, vt dicit Archidiac. in cap. quamuis, diſt. 21. conſiſtat in tribus, in iudicijs, vt in cap. inferior, in præceptis, vt in cap. nunc autem, in ſententijs, vt in cap. denique, eadem diſt. ex quo ſequitur correlariè, quòd Papa facto ſuo ſeipſum deponit.

Punctum decimum. Si hæreſis in Pontifice ſit omninò occulta apud iudicium Eccleſiæ, non priuatur Papa ſua poteſtate, & creditur Summus Pontifex Chriſtus ſupplere, & ſi ſe corrigat iterum eſt Papa, quia ſua cauſa eſt in ſuo ſinu diſt. 21. nunc autem. Vnde dicit gloſs. in dicto cap. nunc autem, quòd Papa hæreticus paratus corrigi non deponitur, 24. qu. 2. dixit Apoſtolus. Si verò ſit omninò patens, ſic quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec egeat probatione, quòd ſit hæreſis materialiter, ideſt in intellectu, & formaliter, ideſt in voluntate obſtinata, eſt ſua poteſtate priuatus, vt probatum eſt. Si verò ſit dubia, Concilium generale eſt iudex, quod tunc deberet congregari, aut ſua ſponte, vt in caſu Marcellini Papæ factum eſt, qui thurificarat Idolo, diſt. 21. cap. nunc autem, aut per eos quorum intereſt vocari, iuxtà dicta ſuperiùs.

Nec obſtat, quòd propter malos mores cum bona fide, Papa ſua auctoritate non priuatur, boni autem mores cum mala fide non poſtponuntur malis cum bona, vt patet per Auguſtinum, 6. quæſt. 1. cap. quæro, §. item verùm.

Dico enim, quòd beatus Auguſtinus loquitur de grauitate peccati, nec audet præferre malum catholicum hæretico aliàs bono, quia in catholico aliquando ſunt peccata maiora, quàm in hæretico, non tamen par eſt ratio de auctoritate iuriſdictionis, quæ in Papa hæretico aliàs bono nulla eſt, & infideli, licèt malo, plena eſt.

Non obſtat ſecundò, quòd Marcellinus Papa Idolis thurificauit, vt diſt. 21. cap. nunc autem, & tamen non fuit priuatus ſua poteſtate.

Dico enim, quòd quantum ad Deum non fuit priuatus poteſtate, quia non fuit hæreticus, nec materialiter, nec formaliter, ſed habuit plenam fidem: peccauit autem timore, & ignorantia prauæ electionis, ſicut & Petrus in obſeruatione legalium, de quo infrà dicetur: Eccleſia autem, quæ de exterioribus iudicat, potuit eum ſi non pœnitebat deponere, & ipſe iudicauit ſe deponendum, non tamen eſt depoſitus, quia paratus erat corrigi, vt dicit gloſs. vnde apud Eccleſiam fuit hæreticus materialiter, ratione facti infidelis, non autem formaliter. Petrus etiam negans Chriſtum, adhùc non erat Pontifex, vt patet ex ſuperiùs dictis, & prætereà non fuit hæreticus materialiter, cùm negauerit timore, non infidelitate: Et communiter etiam, nec formaliter fuit hæreticus.

Punctum vltimum. Concilium poteſt pro hæreſi notoria, aut probata, Papam deponere. Nam hoc patet ex cap. ſi Papa, diſtinct. 40. iuncta gloſs. ſed iſta depoſitio eſt declaratio depoſitionis, potiùs quàm depoſitio. quia hoc ipſo, quod hæreticus eſt materialiter, & formaliter, perdit poteſtatem ex facto ſuo, non autem ei ab homine tollitur. Vnde dicit Cypr. & habetur in cap. didicimus diſt. 24. qu. 1. quod didicimus omnes omninò hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, aut iuris. Non eſt autem ſimile de alijs prædictis quantumcumque notorijs, & ſcandaloſis, vt patet ex dictis ſuprà.

CAP. XIII.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham Summum Iudicem ſine prouocatione.

Etſi ex dictis iam ſatis liquet Romanum Præſulem Iudicem eſſe, à quo nullus poſſit ad alium hominem prouocare, cùm ſit omnium iudex ſine iudice ſuperiori, appellatio autem ſemper eſt ad ſuperiorem, diſtin. 2. quæſt. 6. omnis, & cap. ſi quis, & cap. placuit, & ff. à quibus appell. non licet. l. 1. quia tamen aduerſarius meus futurum Concilium appellauit, id ſpecialiter ex ſequentibus punctis magis liquidandum erit.

Punctum primum. A Papa appellare non licet ad Concilium. Patet. Nam ſi à Papa ad Concilium liceret appellare, Concilium eſſet ſuperiùs Papa, cùm appellatio ad ſuperiorem ſit. Sed Concilium non eſt iudex ſuperior Pontifice, ſed inferior, vt ſupra probatum eſt: Quia tota auctoritas Concilij eſt à Papa, & ſtatuta Concilij nihil valent, niſi firmentur à Papa, qui & Concilium deſtruere poteſt.

Prætereà à tribunali Chriſti nulli licet ad Concilium appellare, vt planum eſt. Sed tribunal Papæ eſt tribunal Chriſti, vt patet per Panormit. in cap. licèt, de elect. qui adducit Hoſtien. & Chryſoſt. ſub his verbis aſſerit ſuper illo, Ioann. vlt. Paſce oues meas, ideſt loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum, & ipſi loco mei te aſſumentes vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent, & confirment. Igitur à Papa ad Concilium illicita eſt appellatio.

Hæc etiam ſententia habetur in cap. ipſi ſunt, diſt. 9. qu. 2. vbi Gelaſius Papa: Ipſi, inquit, ſunt canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huiuſmodi ſanctæ Sedis examen voluerunt deferri, ab ipſa verò nuſquàm prorsùs appellare debere ſanxerunt; at per hoc illam de tota Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium. Idem etiam patet, quia à Concilio licitè appellatur ad Papam, vt patet ex dicto cap. ipſi ſunt; & probabitur puncto tertio. Si ergo iterùm à Papa, licet ad Concilium prouocare, idem reſpectu eiuſdem Iudex erit ſuperior, & inferior. Idem etiam habetur in cap. cuncta, diſtin. 9. quæſt. 9. vbi Gelaſius Papa dicit, quòd cuncta per Mundum nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia de omnibus fas habet iudicandi, nec cuiquam de eius licet iudicare iudicio: & idem patet diſtinct. 2. quæſt. 6. ad Romanam, & tribus ſequent. & eſt determinatio Epheſini Concilij, in quo ſtatutum fuit, quòd à ſententia Sedis Apoſtolicæ nemini liceat appellare.

Punctum ſecundum. Appellans à Ponti-

riſi-

Digitized by Google

tifice ad Concilium futurum; vltrà dicta, primò quidem eſt excommunicatus, ſecundò verò eſt fatuus, vel malignus. Prima pars ſententiæ patet per extrauag. Iulij poſt Pium II. in qua excommunicantur omnes appellantes ad futurum Concilium; & omnes ibi mandantur haberi vt Schiſmatici, & de fide malè ſentientes. Secunda pars verò probatur, quia ſi is intelligit veritatē, malignus eſt, tentans, quod ſibi non licet, ad fugam veri Iudicis, ſi non intelligit, etiam fatuus eſt, quia aggreditur facere impoſſibile apertè non aduertens, quod eſt fatuizare; facit enim appellationem, quam ſine aduerſario Iudice proſequi non poteſt, cùm Iudex appellationis, ideſt futurum Concilium nondùm ſit: ſed nec opera eius eſſe poſſit, ſed ſolùm ſuffragio ſui aduerſarij, ideſt Papæ, qui ſolus inſtituere poteſt Concilium, vt ſupra diffusè probatum eſt.

Punctum tertium. A Concilio licitè appellatur ad Papam abſentem, nàm ex geſtis Chalcedonen. Concilij clarum eſt hoc, in quo appellatum eſt ad beatum Leonem Papam, ſuper eminentia data Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſuper Eccleſiam Alexandrinam.

Et hòc etiam ratione patet, quia omnis auctoritas Concilij à Rom. Præſule manat, vt ſupra probatum eſt; vndè eſt Iudex ſuperior; vt etiam patet in cap. cuncta, diſtinct. 9. qu. 3. Si tamen Papa eſſet præſens, non iuſtè appellaretur ad Papam, quia appellaretur ab eodem ad eundem, quod non licet per cap. non putamus, de conſuet. lib. 6.

Nec obſtat, quòd edita in Concilio, vt patet in cap. violatores, diſtinct. 25. quæſt. 1. ſunt edita Spiritu Dei, à quo non licet appellare. Soluitur enim, quia conſtituta in Concilio, de quibus loquitur capit. violatores, ſunt ea, quæ robur habent per confirmationem Romani Pontificis, à quo non licet appellare.

Non obſtat etiam, quòd iudicium Eccleſiæ, quam repræſentat Concilium, ſit auctoritate Dei iudicium ſupremum, à quo non licet appellare, ſecundùm illud Matthæi 28. Dic Eccleſiæ. Quod etiam ſentit Auguſtinus in epiſtola ad Glorium, & Eleuſinum. Dico enim, quod, vt ſupra demonſtratum eſt, in verbo Domini per Eccleſiam non poteſt intelligi Concilium. Ad Auguſt. autem dico, quod ipſe ibi ſic habet: reſtabat ergo adhùc plenarium vniuerſalis Eccleſiæ Concilium. Dico autem, quod hoc non dicit, quaſi in Concilio ſit principatus maior, quàm in Romano Pontifice ſolo; ſed quia in Concilio eſt examinatio, & diſcuſſio maior, quam Romanus Pontifex deſpicere non debet, vbi eam commodè habere poteſt, quia ità mouetur à Deo ad veritatem cognoſcendum, vt tamen faciat ipſe, quod in ſe eſt, vtendo auxilio membrorum ſuorum. Vndè iure Diuino, adiuncti ſunt ei Conſultores, ſcilicèt Domini Cardinales, vt ſupra probatum eſt. Si tamen Conſultores habere nequiret, ſuppleret Deus, qui Eccleſiæ non deficit in neceſſarijs, vt probatum eſt.

Quid autem Auguſtinus ita ſenſerit, vt diximus, ex duobus eſt manifeſtum. Primum quidem, quia ſemper docuit, quod in Eccleſia Romana Apoſtolicæ Sedis ſemper viguit Principatus, vt patet præcipuè in præfata epiſtola, & in libro de vnico Baptiſmo.

Secundò, idem patet diligenter legentibus contextum eorum, quæ ibi ſequuntur. Quod verò idem ibidem ſubdit: Si malè iudicaſſent, ſcilicèt Epiſcopi, qui Romæ erant vnà cum Papa, eorum ſententiæ ſoluerentur; non ſic accipiendum eſt, quod ſoluerentur auctoritate Concilij, cùm illud nihil aliud ſit, quàm Epiſcopi ipſi cum Papa, qui ſententiabant, & ſine Papa nihil potuiſſent, vt ſupra probatum eſt; ſed accipiendum eſt ſic, quod ſoluerentur per Pontificem meliùs conſultantem, & examinantem per Patres Concilij, quod etiam ſolus facere poteſt, iuxta capit. ſententiam, diſtinct. 38. quæſt. 9. In decidendo tamen de fide, & moribus Papa errare non poteſt, niſi fortè prima facie, dùm eſt in motu inquirendæ veritatis, vt probabitur.

Non obſtat etiam, quòd in Concilio Chalcedonen. determinatum fuit, quod ab electa Synodo non poſſit appellari, quia intelligitur de Synodo confirmata auctoritate Pontificis, ideſt, cuius decreta ſunt probata, à qua non appellatur, ſic nec à Papa.

Non obſtat etiam, quod Concilium Africanum Carthag. cui beatus Auguſtinus dicitur interfuiſſe, in hæc verba Papæ Cœleſtino ſcripſerit, non debere appellationes à Concilio ſuſcipere, ſubiungentes, quod ita ſtatutum eſt in Concilio Niceno. Dico enim, quod Auguſtinus illi Concilio non interfuiſſe, argumento eſt, quod non fuit tempore Cœleſtini, licèt aliquando Auguſt. legatur alicui Concilio Carthagineo interfuiſſe, vt diſtinct. 15. prima annotati. Si tamen illud Concilium verum fuit, ſcripſit rogando. In Nicæno autem, vel alio ita conſtitutum fuiſſe poſſibile eſt accedente voluntate Pontificis, cuius eſt confirmare ſtatuta Concilij, vt probatum eſt; & qui Nicæni Concilij acta probauit in Siluestro, vt dictum ſupra eſt; qui Papa quotidiè cauſas committit appellatione remota etiam perſonis priuatis; nedùm Eccleſiæ vniuerſali repræſentatiuè.

CAP. XIV.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham Summum reſolutiuum ſupremarum dubitationum.

ETſi iàm ex ſupraſcriptis patet Papam habere reſoluere in Eccleſia ſupremas quæſtiones, quippè, qui ſit ſupremus Iudex; tamen quia aduerſarius dicit, in his, quæ ſunt fidei Concilium præeſſe Pontifici; ex ſequentibus punctis clariùs eluceſcet.

Punctum primum. Papa, qui indubitatè eſt Papa, & indubitatè Catholicus, habet decidere omnes cauſas fidei iudicio auctoritatiuo, & vltimato.

Dico autem, qui indubitatè eſt Papa, quia eo tempore, quo ignoratur, quis ſit verus Pontifex, Concilium habet auctoritatem à Deo ad ſedandum ſchiſma, vt ſupra proba-

tum

tum eſt, & conſequenter etiam ad terminandas quæſtiones fidei, quæ dilationem non paterentur ſine iactura graui, quia terminari talia neceſſarium eſt ad ſchiſmata vitanda.

Dico etiam indubitatè Catholicus, quia Concilium eſt Iudex in materia fidei non ſimpliciter, vt probabo; ſed in materia fidei Pontificis; ita quod vbi de fide Pontificis agitur, Concilium eſt Iudex, ea ratione, qua ſupra probatum eſt, quod Iudex ſit in materia ſchiſmatis; & hoc patet in cap. ſi Papa, diſtinct. 40. & tenent Doctor. in cap. in fidei fauorem, de hæret. lib. 6.

Hanc autem concluſionem ſic limitatam, ſcilicet, quod fidei cauſas ſolus verus, & fidelis Papa, prout cognoſcere probo per cap. maiores, de Bapt. vbi dicit Innocent. III. maiores Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos fidei contingentes ad Petri Sedem referendas intelligit, qui eum cùm quæreret Domino, quem Diſcipuli dicerent, ipſum eſſe reſpondiſſe notauit: Tu es Chriſtus filius Dei viui; & pro eo Dominum exoraſſe, ne deficiat fides eius.

Probo etiam per capit. hæc eſt fides, diſtinct. 35. quæſt. 1. vbi Hieronymus ſcribens Damaſo Papæ: Hæc eſt fides, inquit, Papa beatiſſime, quam in Catholica didicimus Eccleſia, quamque ſemper tenuimus, in qua ſi minùs peritè, aut parùm cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri Sedem, & fidem tenes. Si autem hęc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit.

Probo etiam per capit. quoties, eadem quæſtione, vbi Innocentius Papa: Quoties, inquit, ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtros, nonniſi ad Petrum, ideſt, ſui nominis, & honoris auctoritatem referre debere.

Probatur etiam dicta ſententia ex more Conciliorum omnium probatorum ab Eccleſia. Et in primis quidem ex geſtis Conciliorum Eccleſiæ primitiuæ, quia vbi Petrus fuit præſens, tamquam vertex Concilij, & Princeps totius Congregationis loquebatur primus, definiens, & ſententians omnia, vt patet actuum primo in electione Matthiæ, & eiuſdem 15. in deciſione quæſtionis de ceſſatione legalium. Vndè Hieronym. ad Auguſt. epiſt. 23. Poſtquam, inquit, Petrus breui ſermone totam cinxit hiſtoriam, ait: Tacuit autem omnis multitudo; & in ſententiam eius Iacobus Apoſtolus, & omnes ſimùl Presbyteri tranſierunt.

Hæc non debent eſſe moleſta Lectori; ſed & mihi, & illi vtilia, vt probemus antè Apoſtolum Paulum non ignoraſſe Petrum, immò Principem eſſe huius decreti, legem poſt Euangelium non eſſe ſeruandam.

Idem patet ex actis Concilij Chalcedonenſis, vbi Patres Concilij à Legatis Romani Præſulis petierunt ſententiam dari contra Dioſcorum contumacem, qui ſententiam tulerunt nomine Leonis Archiepiſcopi Magnæ Vrbis Romæ.

Legitur quoque, teſte Iſidor. in libro Conciliorum, quod in omnibus Synodis Apocryſarij, ideſt Legati, aut Vicarij Apoſtolicæ Sedis, decretas ſententias propter ſummam Sedis eiuſdem auctoritatem confirmabant, & ſubſcribebant, quia antè nullum robur habebant.

Item hoc colligitur ex Concilio Romæ ſub Nicolao celebrato, vt in cap. in nomine Domini, diſtinct. 23. & ex celebrato ibi ſub Alexandro III. vt in cap. licèt, de electione, & idem ex alijs Concilijs ſequentibus, in quibus ſummi Pontifices determinabant omnia, dicentes ſacro approbante Concilio decernimus, ſtatuimus, prohibemus, &c. vt in cap. laicis, de rebus Eccleſ. non alienand. & in cap. in quibuſdam, de pœnis. Vndè mos eſt ſacrorum Conciliorum, præſente indubitato Romano Pontifice, omnia definire ſub titulo Romani Pontificis, ſicut etiam fecit Concilium Conſtantienſe, quàm primum habuit indubitatum Pontificem, quod tamen Concilium Diuina auctoritate, vt probatum eſt, ſchiſmaticos Pontifices depoſuerat.

Probabitur etiam idem Diuina auctoritate, vt patebit infrà puncto 3. vbi probabimus, quod ad Papam pertinet interpretari Scripturas.

Probatur etiam ratione ſic: In omni Regno determinatio cauſarum, & quæſtionum, quæ immediatè concernunt vniuerſale bonum Regni, pertinet ad ſummum in Regno, quia ſecundùm ordinem finium eſt ordo agentium, vt ſupra probatum eſt. Et ſic promotio ad vltimum finem in Regno ſpectat ad primum motorem, ideſt Regem, ſicut & ſolus Deus curat bonum Vniuerſi; cauſæ autem ſecundæ hoc, vel illud bonum, non autem bonum vniuerſale. Sed determinatio quæſtionum fidei in Regno Eccleſiæ pertinet immediatè ad vniuerſale bonum totius Eccleſiæ, quia pertinet ad vitam omnium de Eccleſia, quia iuſtus ex fide viuit, Roman. 3. Igitur pertinet ad ſummum in Regno Eccleſiæ, qui eſt ſolus Papa, vt probatum eſt, & patet in cap. nolite errare, diſtinct. 12. & in cap. Baſilicas, de conſecrat. diſtinct. 1.

Punctum ſecundum. Si tamen loquamur de Concilio ſicut de aliquo non diuiſo contra Pontificem, ſed includente Pontificem, præſentem per ſe vel per alium, ſic auctoritas Concilij, & Papæ vna eſt: vt ſupra probatum eſt: & ſic ad Concilium pertinet determinare de fide, niſi Pontifex interdicat. Quod vtique poſſet, quia cùm auctoritatem ſuam Concilio ſpontè communicet approbando illud, communicat vt placet. Vnde licèt in deciſione eorum, quæ fidei ſunt, deceat Romanum Pontificem congregare, aut congregatum conſulere Concilium, tum vt maturiùs procedatur, tum vt ſecurior ſit Eccleſia, quòd cum Pontifice ſit Chriſtus, qui dicit, vbi duo, vel tres congregati ſunt in nomine, &c. tamen adhoc non cogitur, quia Pontifex Maximus cum Cardineo Collegio eſt oraculum Cœleſte, vt ſupra probatum eſt, & probatur etiam, idem ex geſtis Concilij Chalcedonenſis.

Nec obſtat prædictis, quòd futuris Concilijs Apoſtoli formam dederunt, quorum temporibus ea, quæ ſunt fidei, vt quæſtione legalium terminauit Concilium non Petrus. Actuum 15. Dico enim, quòd licèt Patres in Concilio generali exiſtentes ſimul concurrant

cum

cum Papa in definiendo, aut conſtituendo canones, aut ſententiando: ſicut adducitur de actibus Apoſtolotum de Apoſtolis, & Senioribus cum Petro: non tamen ſequitur quin auctoritas principaliter reſideat in Pontifice Maximo, ſicut dictum eſt, & patet ibi de Petro. Nec Iacobus protulit ſententiam quaſi Epiſcopus in ſua Dioceſi (vt quidam dicunt) ſed Petrus, facta autem quietem in omnibus ad verba Petri, Iacobus ſurrexit, & commemorata ſenteneia Petri quædam addidit non ſenentiando, ſed probando, & addendo: vtpotè, qui erat in ſua Diœceſi, & auctoritatis raræ in populo Chriſtiano. Et licèt ſententia denunciata fuerit Eccleſiæ ex nomine omnium Apnſtolotum, tamen inter eos Petrus intelligebatur primus: Et tamen ſecundùm Hieronym. ſic factum eſt gratia pacis, & propter abundantiam gratiæ Spiritus ſancti, quæ in vnoquoque mirabiliter apparebat.

Non obſtat etiam, quòd ad Concilium generale pertinet inſtitutio canonum, diſt. 6. quæſt. 1. conſtitutum: item canonum confirmationes, & damnationes hæreſum diſt. 16. quoniam vbi dicitur confirmamus, & cættros canones, & 8. Synodus Photium contumacem reprobanit. Dico enim, qnod licèt in Concilijs, vbi Papa non præſidet perſonaliter ſententiæ, & canones nomine Concilij proferantur, ſicut patet in capit. quodam 16. quæſt. 1. de Concilio Chalcedonenſi, tamen auctoritate Summi Pontificis ſtatuitur quicquid vniuerſaliter ibi concluditur habens vim obligandi: ſicut patet ſingulariter in geſtis dicti Concilij 8. Conſtantinopolitani, in quibus legitur ſeotentia data in Photium per Legatos Summi Pontificis, vt patet in cap. Hadrianus diſt. 63.

Et licèt tardantibus venire Legatis Patres ad ſententiam procedere decreuiſſent, hoc tamen agebant de Summi Pontificis voto inſtructi, & neceſſitate coſtituti: vt legitur in actis eiuſdem Concilij. De his vide ſi placet Panorm. in cap. Oſius de elect. & in capitulo 1. de pactis, & in capitulo de ſpon. & in capitulo aduersùs de immunitate Eccleſiæ.

Non obſtat etiam c. Anaſtaſius diſt. 19. vbi gloſs. videtur velle, quòd Papa in cauſa fidei debet etiam congregate Concilium, & in tali caſu Concilium eſt ſupra Papam. Dico enim, quòd illa gloſs. quantum ad ſecundam partem noo habet locum niſi in cauſa fidei, quæ tangit Papam ſubiectiuè, propter eius hæreſim, vndè quidam iſtam gloſſam ruditer intelligentes, veniunt contra cap. maiores, & alia, quæ ſupra citata ſunt. Nec ad Papam attinet vocare Concilium, ſi de eius fide agatur: Vnde illa gloſs. textum non plenè intellexit, ſed nec ſeipſam quidem. Ad cap. autem Anaſtaſius dic, quòd Papa ibi noluit determinare contra determinata per Concilium in cauſa fidei, quia determinationes veri Concilij incluſo Pontifice ſunt à Spiritu ſancto, vt patebit.

Punctum tertium. Romani Præſulis ſolius eſt à Deo, & à natura inſtitutas leges interpretari, & declarare in dubijs: nedum in moribus, verùm etiam in ſpectantibus ad fidem.

Quod equidem auctoritatibus in primis, deindè exemplis, demùm verò etiam rationibus probabimus.

Et auctoritatibus quidem ſic. Nam 24. quæſt. 1. in cap. memor, Sixtus Papa dicit Romanam Eccleſiam omnes hæreſes deſtruxiſſe, & ibi in cap. quotiens dicit Innoc. quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes Fratres, & Coepiſcopos nonniſi ad Petrum item ſui nominis, & honoris auctoritatem referre debere, & ibi gloſs. quæſtionem, inquit, de fide motam, terminare nulli præterquam Romanæ Sedi permittitur, vndè maiores cauſæ Eccleſiæ illuc referuntur de bapt. maiores, quæſtiones autem de fide ſunt cauſæ maximę vt patet, Hieronym. quoque ibi in cap. hæc eſt fides dicit, quòd ſi Papa dictum eius probauerit, quicumque, inquit, me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maliuolum, & non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit. Vbi gloſs. Quod Papa, inquit, approbat, non licet alij reprobare Archid. diſt. 50. ſi ille diſt. 22. omnes 35. quæſt. 9. veniam diſt. 19. ſi Romanorum.

Et rursùs idem in cap. rogamus dicit beatus Marcellus Papa, quòd ad Romanam Eccleſiam maiora Eccleſiæ negotia, Diuina diſponente gratia iuſſa ſunt referri.

Et ibi in cap. ſi Petrus, dicit Gregorius Papa, quòd Petrus ſpiritnali gladio tollit aurem interiorem malè intelligentis. Et diſt. 22. in cap. omnes Nicolaus Papa Romanam Eccleſiam dicit fidei Matrem. Et diſt. 19. in cap. enim verò Stephanus Quintus, quia, inquit, in ſpeculum, & exemplum ſancta Romana Eccleſia cui non Chriſtus præeſſe voluit, prępoſita eſt, ab omnibus, quicquid ſtatuit, quicquid ordinat, perpetuò, quidem, & irrefragabili obſeruandum eſt.

Item Cyrillus in lib. theſaur. vt membra maneamus, inquit, in capite noſtro Apoſtolico Trono Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quęrere, quid credere, & quid tenere debemus.

Item Maximus in epiſtola Orientalibus directa, quæ & lecta, & recepta fuit in octaua Synodo. Omnes, inquit fines Orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum Catholici veram fidem confitentes, in Eccleſiam Romanã, tamquam in Solem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei recipiunt, nec immeritò, nam Petrus legitur primò perfectam fidem eſſe confeſſus, Domino reuelante cum dixit: Matth. 16. Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Vnde eidem Dominus dixit: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Sic ergo ſatis auctoritatibus conſtiterit ad Eccleſiam Romanam, immò Romanum Pontificem, à quo vel gratia cuius Eccleſia Romana habet quicquid prærogatiuæ habet, pertinere vltimam reſolutionem in ſpectantibus ad fidem, & mores, ſiue in omni dubio diuinæ legis.

Exemplis, quoque idem probatur. Et quidem primo exemplo beati Pauli, qui legalium obſeruandorum quæſtione ad Petrum detulit act. 15. Vnde diuus Hieronymus in epiſtola ad Auguſtinum, quæ incipit ſimul tres. Tam te, inquit, Petrus auctoritatis fuit, vt Paulus in epiſtola ſua ſcripſerit. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam

vide-

videre Petrum, & manſi apud eum diebus 15. Rursùs in conſequentibus: Poſt annos 14. aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba aſſumpto, & Tito, aſcendi autem ſecundum reuelationem; & expoſui eis Euangelium, quod prædico inter gentes, oſtendens non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri & qui cum eo erant ſententia roboratum fuiſſet. Statimque ſequitur. Seorſum autem his, qui videbantur eſſe aliquid, ne forrè inuanum currerem, aut cucurriſſem. Hæc Hieronymus.

Vbi illud patentiſſimum cunctis humilibus dixerim, quanta reuerentia ad Summum Pontificem, agi debeant, cùm Paulus à Domino appellatus Vas electionis, act. 9. & Doctor Gentium, & doctus Euangelium, & doctus Euangelium per reuelationem Ieſu Chriſti, Gal. 2. & qui antequam hæc ſcriberet raptus fuerat in Paradiſum Dei, vt ex his patet, quæ notant Doctor. 2. Corinth. 12. adhuc dubitet ne à ſpiritu mendacij fallerentur, niſi cum Petro, & aſſidentibus Euangelium, ſuamque doctrinam contuliſſet. Quantum ergo à Chriſti humilitate aberrant, qui vix mediocriter edocti, ſententias Pontificum, vſum Romanæ Eccleſiæ, decreta, & conſtitutiones, eleuato ſupercilio in dubium reuocatas trutinare, & dijudicare præſumunt: Sed hos nimirum ſemper Eccleſia Romana proſtrauit, eſtque in poſterum proſtratura: vt etiam patet ex dictis.

Exemplum verò ſecundum eſt ipſius diui Hieronymi; vt habetur in dicto capitulo hæc eſt fides, vt penè ſtatim recitatum eſt.

Rationibus quoqꝫidem itidem probatur.

Primò. Aliquem enim vnum in Eccleſia eſſe eminentem omnibus; qui dubia omnia ad fidem, moreſque ſpectantia elucidet, declaret, terminet neceſſe eſt, quandoquidem abſque hoc non eſſet Chriſti tunica inconſutilis, nec Eccleſia vnita diu eſſe poſſet, quia vbi obedientia diuerſa eſt, animorum vnitas ſine conſenſus eſſe non poteſt, niſi per accidens, & vbi eſt diuerſa ſententia, non poteſt eſſe vnica fides, quod tamen in Eccleſia eſſe, & verum, & neceſſarium eſt: multitudinis enim credentium erat cor vnum, & anima vna. Actuum 2. Sed ſolus Romanus Pontifex eſſe poteſt iſte aliquis vnus, vt ex ſuperioribus patet, quippè qui ſit fidelium omnium Paſtor, & Caput. Igitur in hoc puncto noſtra intentio fundata eſt.

Secundò. Vna fuit Eccleſia (vt ſancti tradunt) in Nouo, & in Veteri Teſtamento, cuius primus palmes fuit ille iuſtus Abel, quem Cain frater peremit, vt Gregor. inquit in homil. ſeptuageſima. Iſtam autem vnam Eccleſiam minùs rectè à Deo fuiſſe inſtitutam in Noua Lege, & in Veteri, & minùs benè rectam aſtruere, eſt blaſphemare Deum, & Verbum factū carnem, cùm miſerint Spiritum ſanctum viſibiliter, & copioſiſſimè, vt per ca liquet, quæ ſancti tradunt vnà cum gloſs. ſuper illud Roman. 8. nos primitias Spiritus habentes. In Veteri autem Teſtamento Summus Pontifex ſolus cum ſibi aſſidentibus dubia omnia in fide, & moribus decidebat ex mandato Dei, vt patet Deuter. 17. vbi Deus ſic ad populum iudaicum loquitur. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & non lepram & iudicium intra portas tuas videris, verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus Deus, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram, qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Hæc ibi.

Ergo non minùs in Teſtamento nouo ſolus Pontifex cum ſibi aſſidentibus habet omnia dubia decernere, ſed maximè neceſſaria ad ſalutem, quæ ſunt ſpectantia ad fidem, & mores. Et hæc ratio eſt de mente gloſs. interlin. quæ In verbo locum, habet Eccleſiam, & in verbo iudicem habet Pontificem, eſt etiam nedum de mente, ſed expreſſa ſententia Eccleſiæ in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, vbi recitatis prædictis Deut. verbis textus iſto modo ſubinfert. Sanè cùm Deuter. lex. 2. interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur in nouo Teſtamento debeat obſeruari. Locus enim quem elegit Dñus Apoſtolicę Sedi eſſe cognoſcitur, cùm enim Petrus Vrbem fugiens exiuiſſet: volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo Domine quo vadis? Reſpondit. Vado Romam iterum crucifigi, quod intelligens pro ſe dictum, ad locum illum protinus eſt reuerſus. Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione Sacerdotalis officij Coauditores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos, ſiue iudex exiſtit cui Dominus, inquit in Petro, quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis, eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, conſtitutus à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Tria quippè diſtinguit iudicia, primum inter ſanguinem, & ſanguinem, per quod criminale intelligitur, & ciuile, vltimum inter lepram, & lepram, per quod Eccleſiaſticum, & criminale notatur, medium inter cauſam, & cauſam, quod ad vtrumque refertur, tam Eccleſiaſticum, quàm ciuile. Hæc ibi.

Quæ ſi diligenter inſpiciantur ſunt verba præpugnantia.

Ex hoc puncto correlariè inferre liceat primò ad Pontificem Summum ſpectare, vt decernat de his, quæ fidei ſunt, quippè cùm hoc aliud ſit nihil, quàm Scripturas, ideſt dicta Dei interpretari, quæ ſcilicèt fides in eis concluſa ſit.

Secundò infero ad Romanum Pontificem ſpectare, ordinare Symbolum fidei, neceſsè enim fuit fidei veritatem in vnum colligi, vt faciliùs poſſit omnibus proponi, neceſsè eſt enim accedentem ad Deum credere, Hebr. 11. credere autem nequit, quis niſi ei veritas credenda proponatur; noua autem editio Symboli neceſſaria eſt, ad inſurgentes

Digitized by Google

gentes errores euitandos, vt videlicet fides in priori Symbolo contenta implicitè, explicetur iu ſecundo, ne ſimplices ſupplantentur: vnde iſta editio neceſſariò ad eum pertinet, qui finaliter habet dubia in fide decidere, vt ab omnibus firmiter teneantur. Hnc autem iuxta probata priùs, ad auctoritatem attiner Poutificis Summi, quod etiam refirmatur, quia ad eum cauſæ maiores Eccleſiæ deducuntur 42. diſt. per totum diſtinct. 11. palàm diſtinct. 22. de libellis de bapr. paruul. maiores.

Nec obſtat, quòd ab vniuerſali Eccleſia eſt ſub anathemate veritum in prima Epheſina Synodom, ne quis alia fidem, quam quæ in Symbolo Synodi Nicænæ continentur proferre audeat, vel conſcribere. Dico enim quòd prohibitio illa particulares perſonas tantummodo afficit, quarum non eſt determinare de fide, non autem Synodos ſubſequentes, quin poſſint antiquam fidem magis explicare vt etiam crebrò factum eſt, quia par in parem nnn habet Imperium de elect. innotuit, & conſequenter non afficit Pontificem Summum cuius auctoritate Synodus congregatur, & decidit, confirmatur, & infirmatur, vt ſupra probatum eſt.

Infertur tertiò, quòd ad Præſulem Romanum ſpectet aonfirmare, vel infirmare, probare, vel reprobare dicta, ſententias, & opuſcula omuium in concernentibus fidem, aut mores, quæ in diuino iure plenè docentur, quod etiam fit in cap. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15. & habetur in cap. ſi Romanorum diſtinct. 19. & ratione patet, quia hoc eſt interpretari legem, approbare, quæ ſunt conſona, & improbare, quæ ſunt diſſona legi. Et hæc interpretatio cùm ſit Principis, eſt non ſolùm probabilis, verùm etiam neceſſaria. Cod. de leg. l. 1. & l. vlt. vnde in Deuter. vbi ſupra mandatur, ſub pœna mortis, vt ſtetur iudicio Summi Sacerdotis, vt patuit. Quædam autem interpretatio eſt probabilis ſolùm, non autem neceſſaria, vt quæ eſt Magiſtrorum Cod. de profeſs. qui in vrb. Conſtant. l. vnica. Vide gloſs. in cap. ſicut 11. quæſt. 1.

Nec prædictis obſtat, quòd dicta Dei, ſolius Dei videtur eſſe interpretari, ſicut ſolus Princeps ſua iura interpretatur, C. de legit. l. fin. cùm eius ſit interpretari, cuius eſt condere, de re. iur. in 6. Non obſtat inquam, quia etiam Princeps interpretari poteſt ſuas leges per Internuncium, & ſic diuinæ literæ, ſicut ſunt nobis à Deo per homines traditæ, propter eminentiam, & diſtantiam Dei à nobis, ità per homines Dei ſpiritu afflatos, ſunt nobis interprerandæ, Interpretatione quidem probabili per Doctores, quos Deus Eccleſiæ ſuæ tradidit, iuxtà Pauli ſententiam in ædificationem Corporis Chriſti, ſcilicet myſtici, interpretatione verò neceſſaria per Papam, iuxtà ea, quæ dicta ſunt ex cap. per venerabilem, qui fil. ſint leg.

Sed recapitulatur quia ad ea, quæ ſunt fidei, non eſt Romani Pontificis, aut addere, aut minuere: iuxtà illud Apoc. vlt. ſi quis aliquid appoſuerit ad verba hæc, apponet Deus ſuper illum plagas, &c. Soluitur autem, quia quantum ad diminuere, ſimpliciter verum eſt, quantum autem ad addere eſt verum de additione corruptiua, non autem de rectè interpretatiua, illa enim non plagas, ſed munera ingentia à Deo preſtolatur, ſecundùm illud Eccleſiaſtici, 24. Qui elucidant me vitam æternam habebunt.

CAP. XV.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Præſulem eſſe Hierarcham ſummum, Iudicem infallibilis veritatis.

ET ſi iàm ex dictis patet, quod Romanus Præſul determinando de fide, ac moribus habeat Iudicium infallibile, alioquin diuino iure ad eum non pertineret dubia in fide, vel ſacris literis loco Dei interpretari, cuius contrarium probatum eſt, tamen quia circa hoc maximè aduerſarius delinquit, dicens circà hoc multa falſa: ideò hoc adhùc clariùs ex ſequentibus punctis aſtruetur.

Punctum primum. Quid ſit Papam agere, vt eſt Papa, etſi opiniones videntur eſſe variè: horum tamen, qui hactenus ſcripſere mens vna eſt. Quidam enim dicunt Papam agere, vt eſt Papa, quando iudicialiter procedit, ſiue ſententiam iudicialiter profert, ſiue ex officio ſuo determinans, quod idem eſt, & iſta eſt communiter opinio fratrum Ordinis Prædicatorum, quæ proculdubio vera eſt, quia ſicut Medicus agit, vt Medicus quando ea agit, quæ non poteſt in quantum Ioannes, vel Artifex lignarius, vt mederi canonicè, ità Papa agit, vt Papa, quando id iure agit, quod iure non poteſt ipſemet, vt Ioannes, vel Petrus, vel quicumque alius non Papa, vt facere plenariam indulgentiam, vel confirmare Imperatorem, aut huiuſmodi, quæ ipſemet iure non potuit antequam eſſet creatus in Papam.

Quidam verò alij, vt refert, & ſequitur Archiepiſcopus Florentinus Beatus Antoninus, fortè, & vtinam breui Sanctorum cœtibus aſcribendus, dicunt Papam agere, vt Papa eſt, quando procedit cum Dominorum Cardinalium conſilio, quod etiam proculdubio verum eſt, quia etiam tunc id iure agit, quod nullus non Papa agere poſſet. Quis enim auctoritatiuè Reuerendiſſimos Dominos conuocare iure poſſet pro rebus fidei, ac totius Eccleſiæ niſi maior eis? Iſta tamen declaratio coincidit cum priore, quia Papa procedens cum Cardinalibus procedit ex officio ſuo proprio, cùm ei ſint iure diuino dati Coadiutores, & Conſultores, vt ſupra probatum eſt.

Quidam autem alij dicunt Papam agere, & decernere, vt eſt Papa, quando procedit non ſe ſolo, aut ipſe cum quibuſdam aſſidentibus malitiosè vocatis alijs non vocatis, ſatis cùm procedit bona fide cum aſſidentibus iuxtà cap. Apoſtolicæ, 35. quæſt. 9. Et iſta declaratio coincidit cum ſecunda, & prima, quia iſti aſſidentes, quos Papa bona fide accerſit pro conſilio, ſunt pro tunc Cardinales re, & actu, & ſi non nomine, vel habitu,

biru, nàm quod Papa in arduis habeat aſſidentes eſt de iure diuino, quod autem ſint Petrus, vel Ioannes Galeriti, vel Mitrati eſt ex Pontificis arbitrio, vt ex dictis patet.

Omnes ergo iſtę declarationes verę ſunt, & virtualiter vna, & radix harum, & norma eſt, quam alibi ſcripſimus, quod Papa agit, vt Papa quando agit, vt caput vtens, ſcilicet auxilio membrorum, & faciens, quod poteſt vt veritatem intelligat.

Punctum 2. Eccleſia vniuerſalis decernendo de fide, & moribus errare non poteſt, quod non intelligitur, quaſi ſint omnes, vel aliquæ perſonæ de Eccleſia, quæ ſecundùm ſe non poſſint errare. cùm omnes poſſint peccare ſicut alijs peccatis, ità & peccato infidelitatis, ſed intelligitur, quod errare non poſſunt propter aſſiſtentiam Chriſti infallibiliter gubernantis, ſicut carnes certo tempore ex ſe fieri poſſunt putres, non autem aſſiſtente ſale, quod poſſit ſufficienter in oppoſitum.

Iſta conclusio ſic intellecta probatur. Nàm Chriſtus promiſit Eccleſiæ ſe miſſurum perſonam Spiritus Sancti, qui doceret Eccleſiam omnem veritatem, ſcilicet, neceſſariam vt patet Ioann. 16. nec aliter ex potentia ordinaria Dei fieri potuit, quia Deus non deficit in neceſſarijs, vt ſuperiùs, & auctoritate, & ratione probaui. Item Chriſtus Eccleſiæ promiſit coaſſiſtentiam ſuæ perſonæ in adiutorium, vſque ad finem ſeculi, ſecundùm illud Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Item Chriſtus promiſit aſſiſtentiam perſonæ Patris, nedum ipſi Eccleſiæ, ſed cuilibet membro Deum diligenti, ſecundùm illud Ioann. 14. ſi quis diligit me diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sicut autem Spiritus Sanctus ſua præſentia docet Eccleſiam omnem veritatem, ità & Filius, & Pater, à quibus ille accepit, vndè Dominus poſtquam dixerat, cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ſubiunxit, non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet (ſcilicet à Patre, & Filio, à quibus ſolis accipit) loquętur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit (ſcilicet, annunciando Chriſti veritatem) quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Accipit autem notitiam veritatis à Filio, & à Patre, quia ab eis procedendo accipit omne, quod eſt, vel habet. Hæreticum ergo eſt, & impium credere, quod Eccleſia non regatur infallibiliter in fide à Deo.

Punctum 3. Papa etſi in quantum ſingularis perſona poteſt malè operari, & malè credere, tamen in quantum Papa non poteſt malè decidere. Hanc ſententiam probo primò probabiliter, deindè irrefragabiliter.

Probabiliter quidem. Nàm Romano Pontifici, vel Romanæ Sedi à Deo commiſſum eſt determinare dubia in fide, vt ſuper probatum eſt. Si autem determinando errare poſſet, numquam fideles poſſent indubitatè ſuæ determinationi adhærere.

Prætereà hoc idem ſuadet experientia, quia ſecundùm phyloſophicam regulam, & experientiam, quod poteſt non eſſe, aliquando non eſt. Sed numquam hactenus inuentum eſt Papam determinaſſe falſum in fide, vt 24. quæſt. 1. in ſede, & cap. memor. & cap. hæc eſt fides, vndè veriſimile eſt, quod nec in poſterum errabit, vt dicitur in d. cap. hæc eſt fides à Beato Hieronymo. Non videtur ergo poſſe errare in determinando.

Prætereà hoc Sancti tenuere Doctores, Auguſt. Hieronym. Anſelm. qui ſua volumina correctioni Apoſtolicæ Sedis ſubiecerunt, & Ambroſius, qui ſe in omnibus ſequi Magiſtram Sanctam Romanam Eccleſiam profitetur, vt habetur in cap. omnes, diſt. 22. & idem Beatus Bernardus, qui ſcribens Innocentio Papæ dicit, prærogatiuam Apoſtolicæ Sedis, quod in ea fides defectum habere non poteſt. Idem Beatus Maximus in epiſtola Orientalibus directa, vbi dicit, quòd omnes fines Orbis, & vbique terrarum Catholici, in Eccleſiam Romanorum Pontificum tamquam in Solem reſpiciunt, & ex ipſo Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei, recipiunt veritatem.

Probatur etiam ex neceſſarijs. Primò. Si enim errare poſſet Papa dubia fidei decidendo, nullus vel non omnis fidelis teneretur de neceſſitate ſalutis ſequi omnes eius determinationes, & eis obedire, quia nullus tenetur ſequi fidem, quæ poteſt aliquando eſſe falſa, nec obedire in malè præceptis. Sed omnes tenentur ſub pœna æternæ mortis ſequi deciſiones, vel conſtitutiones Pontificis, & oppoſitum dicere eſt hęreticum, vt ſupra probatum eſt irrefragabiliter, in cap. quod Papa ſit legum conditor. Igitur Papa decidendo errare non poteſt.

Secundò arguitur ex eodem fundamento. Quæcumque dicunt Canones Pontificales ſunt vera, quia aſtringunt omnes, falſus autem nullum aſtringit, niſi ex ſuppoſitione erroneæ conſcientiæ, quia diuino præcepto iubentur diligere veritatem, vt patet Zach. 4. cap. Solu. Sacri Canones, dicunt Papam numquam errare, & error Pontificis in decidendo non ſtat cum his, quæ dicuntur, & notantur in cap. maiores de Bapt. & in cap. per venerabilem, qui filij ſunt leg. & 24. quæſt. 1. in cap. memor, & in cap. quotiens, & in cap. hæc eſt fides, & in cap. ad abolendam de hæret. vbi patet, quòd doctrina Eccleſiæ Romanæ, in qua caput reſidet Summus Pontifex eſt regula fidei, ſicut & Mater fidei dicitur, vt in cap. omnes, diſt. 22. Igitur irrefragabile eſt Præſulis Romani iudicium.

Tertiò. Quodcumque in decidendo de fide dicunt Concilia ritè celebranda verum eſt, quia Eccleſia vniuerſalis non errat determinando de fide, & Eccleſia vniuerſalis numquam à tempore Apoſtolorum congregari potuit, nec poteſt niſi in ſuis capitibus, ideſt, Epiſcopis vndè ſi iudicium Concilij ritè celebrati, ideſt, incluſo capite Pontifice non eſt certum, nullum eſſet in Eccleſia certum iudicium de rebus fidei, quod eſt blaſfematur Trinitatem, quæ aſſiſtit Eccleſię, vt probatum eſt. Sed Concilia determinarunt crebrò iudicium Romani Pontificis eſſe verum, & irrefragabiliter tenendum, vndè in Concilio Calced. Epiſcopi omnes exclamarunt, vt Leo, ſic credimus, qui contradicunt anathema ſunt. Item hoc patet per Nicolaum, qui præſidens vniuerſali Concilio, idem dixit, vt

pa-

Digitized by Google

patet in cap. ſi quis 25. quæſt. vlt. & Concilium Calcedonenſe dixit. Omnia ab Epiſcopo antiquæ Romæ definita teneantur, tamquam à Vicario Apoſtolici Throni. Et generaliter omnia Concilia nullo prorsùs excepto, ſuas deciſiones, & ſententias tàm circa fidem, quàm circa alia petiuere à Romano Pontifice confirmari, quod nequaquam eſſet niſi iudicium infallibile, quod in Eccleſia oportet confiteri reſideret apud Romanum Pontificem. Immò hoc dicit ipſe Dominus, dicens: Quodcumque ligaueris, &c. Ligat enim dum pronunciando dicit aliquid eſſe credendum.

Quartò. Quicquid Eccleſia vniuerſalis determinat de fide, & moribus, tenendum eſt irrefragabiliter, quia vt probatum eſt errare non poteſt. Sed quicquid in huiuſmodi determinat Papa, vt Papa, determinat vniuerſalis Eccleſia, tum quia ipſe eſt Caput, & Princeps, quod autem facit Princeps, facere dicitur Ciuitas, vt patet per Ariſt. in Eth. quod etiam patet de Conc. diſt. 4. in cap. Eccleſiæ charitas, vbi Eccleſia dicitur feciſſe, id quod eius Miniſtri fecerunt, tum quia Eccleſia nullum habet iudicium, niſi quod exercet per ſuos Prælatos; Prælati autem in huiuſmodi non habent iudicium auctoritatiuum, niſi quantum Pontifex concedit, à quo eſt omnium iuriſdictio, vt ſupra probatum eſt. Igitur iudicium Papæ ſemper in huiuſmodi eſt verum.

Quintò. Quicquid Deus dicit directè, vel indirectè, in ſe, vel in ſimili, in quantum ſimile, eſt verum, quia veritas nullo modo mentiri poſſet. Sed Deus iudicium Papæ, vt Papa eſt, ideſt, cum aſſidentibus ſibi Cardinalibus, dixit eſſe inuiolabiliter obſeruandum, quia hoc dixit de Summo Pontifice, & aſſidentibus in lege antiqua, vt patet Deuter. 17. vbi ſub pœna mortis mandauit ſtari iudicio Summi Sacerdotis in omni dubio, & impium eſt hoc negare de Summo Pontifice, & aſſidentibus in lege noua, in qua plenior infuſa eſt gratia Spiritus, vt ſupra oſtenſum eſt, & auctoritas Pontificis eſt maior cùm habeat claues, quod etiam totum probatur per cap. per venerabilem, qui fil. ſint leg.

Præterea propter quod vnumquodque, & illud magis eſt. Hæc enim eſt ſententia Ariſt. primo poſt. & per experientiam patet vera in materia ſpectante ad intellectum, in qua inducitur, quia cùm aſſentiamus concluſioni propter principia, multò magis ipſis principijs aſſentimus. Sed Euangelio irrefragabiliter credimus, & ſimiliter alijs libris canonicis propter auctoritatem Eccleſiæ, & eius iudicium, quod per Pontificem habemus, & coaſſiſtentes, dicente Auguſt. contra epiſtolam fundamenti, Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoneret auctoritas. Ergo multò magis ipſi Eccleſiæ eſt irrefragabiliter credendum, Eccleſia autem Romana ſola hæc determinat, vt patet ex dictis, vndè ipſa dicitur Eccleſia Catholica, & Apoſtolica, diſt. 21. quamuis, vndè & Siluester Papa in decreto facto in Concilio Romano dicit. Siluester Epiſcopus Catholicæ, & Apoſtolicæ Sedis Vrbis Romæ Præſul.

Experientia etiam monſtrat, quòd in noua, & veteri Lege libri illi ſunt de canone, quos Eccleſia voluit eſſe de canone, & hi quos non acceptauit, non ſunt authentici, ſicut multa Euangelia præter quatuor, & multi actus Apoſtolorum. Et hæc dum Pontifex maturo conſilio facit, Eccleſia facere dicitur de conſecr. diſt. 1. Eccleſia, & patet in cap. Eccleſiæ charitas, de conſecr. diſt. 4. Et hæc ratio tangitur in cap. ſi Romanorum diſt. 19. in princ. Sic ergo viſis his, quæ ſupraſcripſimus in cap. quòd Papa ſit legum conditor, patet hoc punctum.

Punctum 4. Omnes conſtitutiones Papæ ſententiando de fide, & moribus, accipiendo ſunt à Papa inquantum eſt Papa, ſiue cum aſſidentium conſilio. Probatur per cap. Apoſtolicæ, 35. q. 9. vbi ſic dicitur à Gregorio. Apoſtolicæ Sedis ſententia tanta ſemper conſilij moderatione concipitur, tanta patientia, & maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt nec immutari neceſſarium ducat, niſi fortè ſic prolata ſit, vt retractari poſſit, vel limitari, ſi ſecundùm tenorem præmiſſæ conditionis exiſtat.

Præterea idem habetur ex cap. ad abolendam de hæreticis, præſertim in materia fidei, vbi Papa mandat Epiſcopis, vt decidendo de fide procedant cum conſilio clericorum ſuorum, & conſequenter ipſe exemplo Chriſti, quæ mandat facit.

Præterea idem patet per c. ſicuti diſt. 19. vbi Agatho Papa dicit. Sic omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendæ ſunt, tamquam ipſius diuina voce Petri firmatæ.

Præterea idem arguitur à minori. Nam in canonizatione Sanctorum minùs eſt periculum ſi erretur, quàm in deciſione quæſtionum fidei, quia quòd orem, vt Sanctum eum, quem teſtimonio Eccleſiæ credo Sanctum nihil mihi obeſt, cùm ſciam orationes à Deo principaliter audiri, obeſt autem ſi falſum credam in fide, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem, & tamen ibi Papa procedit, vt Papa cum magnis conſilijs, & maturitate. Ergo à fortiori vbi agitur de fide, vel moribus.

Præterea Papa non explicat ardua ſine conſenſu, nedum ſine conſilio Cardinalium, qui filij ſint legitim. per venerabilem, & in cap. fundamenta de elect. lib. 6. & Archidiac. poſt Lau. 25. q. 1. ſunt quidam, vbi dicit, quòd Papa non poteſt condere legem ſuper ſtatu Orbis ſine Cardinalibus, licèt non probem, in quibus tamen non reſidet iuriſdictio, ſed tota eſt pęnès Papam, Panorm. in cap. quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori parte, cap. & idem in dict. cap. per venerabilem allegat Ioann. Mo. quòd Collegium Cardinalium eſt in iſta quaſi poſſeſſione ex conſuetudine. Omnes ergo deciſiones fidei ſunt à Papa, vt Papa.

Nec pręd ictis obſtat primò, quòd Romanus Pontifex errare poteſt in fide, vt diſtinct. 40. ſi Papa, & de facto errauit Marcellinus; immò & beatus Petrus, qui non rectè ambulabat ad Euangelium, vt dicitur Gal. 2. vndè videtur quòd determinatio Papæ non ſit certa, & infallibilis.

Dico enim ſoluendo primo, quòd aliud eſt operari, aliud determinare quomodo ſit operandum, aliud credere, aliud determina-

re quomodo ſit credendum, in operando ergo cùm operetur, vt ſingularis perſona peccare poteſt, & errare ignorantia prauæ electionis in particulari eligibili, eo modo quo errant omnes, qui operantur malum, Prouerb. 3. & ſimiliter in credendo, cum poſſit peccare peccato infidelitatis, ſed in terminando procedit vt Papa, cum determinat cum conſilio deputatorum, & ſi malitioſè aliquibus non vocatis, ſed ſuis complicibus determinaret hæreſim quam teneret, non eſſet illa determinatio Papę, vt Papa eſt, vel caput, id eſt faciens bona fide, quod in ſe eſt, vt intelligat veritatem, & propter aſſiſtentiam Dei alij reclamarent, nec deciperetur Eccleſia.

Dico, 2. quòd Marcellinus turificans idolis, errauit in operando, non in decidendo, immò nec in credendo, vndè tranſacto timore iudicauit ſe deponendum, & valdè pœnituit, vt patet in cap. nunc autem diſt. 21. vndè nec Concilium voluit eum iudicare, vt ibi.

De beato Petro etiam idem dico, ipſe enim non errauit determinando, ſed nec credendo, ipſe enim in caſu in quo fuit reprehenſus ſciuit veritatem, id eſt ſciuit legalia non eſſe ſeruanda: quod patet quia hoc ſibi fuit reuelatum act. 10. & ipſe hoc determinauit actuum 15. in Concilio, & opere ſeruauit Antiochiæ (vbi ei Paulus reſtitit) comedendo cum gentilibus, & de cibis eorum, peccauit autem in operando, & quidem venialiter, quia eo ibi Antiochiæ exiſtente, & gentiliter viuente, ſuperuenerunt quidam Iudæi ab Hieroſolymis, qui timens eos ſcandalizare, ſi Gentilibus gentiliter viueret; ſubtrahebat ſe à gentibus, & comedebat cum Iudæis ſeruando legalia, quod equidem fuit ſimulatio, quam Paulus reprehendit, Non fuerunt autem Apoſtoli adeò in gratia confirmati, vt non poſſent peccare venialiter, ſecundùm illud 1. Ioann. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, & cętera quæ ſequuntur.

Sed contra iſta quidam putant ſe inſolubiliter argumentari, per cap. Anaſtaſius diſt. 19. vbi Anaſtaſius Papa Secundus errauit, non in agendo modò, verùm etiam in determinando, quippe qui eos quos Achatius poſt ſententiam in ſe propalatam Sacerdotes, vel Leuitas ordinarat decreuit ritè fungi debere beneficijs acceptis, quod Gratianus dicit illicitè, & non Canonicè, ſed contra decreta prędeceſſorum ſuorum eſſe factum. Ego verò dico, quod hoc capitulum eſt maximum fundamentum pro veritate, quam tueor, quantum ad ſenſum falſum, quem videtur ſequi Gratianus, Ibi enim patet, quòd Anaſtaſius communicauit Achatio hęretico ſine Concilio Epiſcoporum, vel Presbyterorum, & Clericorum cunctæ Eccleſiæ Catholicæ, vndè ſi ibi errauit hoc non fecit inquantum Papa vtendo auxilio membrorum ſuorum conſulendo, ſed ſic egit capite ſuo, vndè vt ibi dicitur nutu diuino percuſſus eſt.

Dico vlteriùs, quòd non errauit ſecundùm aliquos Anaſtaſius, ſed Gratianus. Nam vtrùm vera Sacramenta conferantur ab hæreticis præciſis, teſte Magiſtro ſententiarum, ſunt quatuor opiniones, prima quòd non ſecunda eſt, quòd ipſi habent poteſtatem ordines conferendi, ſed promoti ab eis hoc non habent, Tertia quòd conferunt ſeruando formam Eccleſiæ, & promoti recipiunt, & Sacramentum, & gratiam, vltima eſt quòd conferunt Sacramenta vera, ſed non gratiam, quia peccant recipiendo ab eis contra Eccleſiæ prohibitionem, Tres primæ opiniones à Theologis reprobantur, quartam complectuntur, Anaſtaſius ergo determinauit ſecundùm quartam, vt videlicèt hi quos ordinauerat Achatius, eſſent ordinati, quæ fuit determinatio vera. Archidiaconus autem dicit, quòd Gratianus tenuit illam opinionem, quòd apud hæreticos, & præciſos non eſſent vera Sacramenta. Et cùm illi ab Achatio ordinati haberent veros ordines, ipſe vt Papa potuit eis dare ordinum exequutionem, Vndè Gratianus fuit in errore, non Anaſtaſius, Si autem conſenſit Achatio in aliquam hæreſim damnatam, vt ei videtur imponere Gratianus, verè hæreticus fuit; ſed vt patet in textu hoc fecit ſine omni clericorum conſilio, vndè non egit vt Papa; ſed vt priuatus ſuo capite ſe gubernans, nec fecit quod in ſe erat, vt intelligeret veritatem, quia quos habuit reprehenſores ſuæ hæreſis, vtique habuiſſet conſultores ſi quæſiuiſſet,

Non obſtat rursùs, quod legitur Stephanus Papa collecto Concilio Formoſum Papam condemnaſſe, & omnes eius ordinationes irritas eſſe decreuiſſe, Ioannes verò IX. collecta Synodo Rauennæ Synodum, quam fecerat Stephanus contra Formoſum reprobauit, & ſic Iudicium Papæ, vtique non eſt irrefragabile. Dico autem, quòd illa altercatio inter Stephanum, & Formoſum, non fuit in decidendo de fide, & moribus, ſiue in interpretando diuinum ius, ſed fuit circa factum aliquod, quia Stephanus credidit Formoſum, non fuiſſe verum Pontificem, Ioannes verò IX. ſenſit oppoſitum, vndè & illius acta confirmauit, in ijs autem, quæ ſunt facti, & Papa, & Eccleſia decipi poſſet, & decipitur crebrò,

Non obſtat etiam, quòd Ioannes XXII. in declaratione quadam quæ incipit, cùm inter nonnullos, determinauit, quod pertinaciter aſſerere Dominum Ieſum, eiuſque Apoſtolos, nec in ſpeciali, nec in communi habuiſſe aliqua, ſit hæreticum: Nicolaus autem Tertius determinauit huius oppoſitum in Decretali, quæ incipit exijt, qui ſeminat inſerta lib. ſexto Decretalium ſub titulo de verb. ſignif. in qua ſic habetur. Dicimus quod abdicatio proprietatis huiuſmodi omnium rerum tàm in ſpeciali, quàm in communi propter Deum meritoria eſt, & ſancta, quam & Chriſtus viam oſtendens docuit, & exemplo firmauit, quamquam primi fundatores militantis Eccleſię prout ab ipſo fonte hauſerunt, ità volentes perfectè viuere per vię, atque doctrinæ ipſorum alueos deriuarunt. Primus ergo dixit Chriſtum, & Apoſtolos aliquid habuiſſe in communi, ſecundus verò dicit, quòd non habuit, vndè videtur alterius Pontificum dictum eſſe falſum.

Soluitur autem, & verè dicitur, quòd vterque Pontifex verum dicit, & conſequenter determinatio vnius, determinationi alterius non repugnat.

Et quamquam hæc ratio, & æmulis, & amicis magnam apparentiam contra ſententiam prædictam noſtram facit, oſtendo tamen ex verbis Chriſti vtrumque Pontificem vera docuiſſe. Dicit enim ipſe Dominus Lucæ 22. alloquens Diſcipulos ſuos. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter, & peram, & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Ex ijs patet, quòd Diſcipuli Chriſti à Chriſto pro temporum diuerſitate, diuerſam habuerunt normam, & regulam paupertatis, Et aliquando ſacculum, ideſt burſam in qua pecuniæ, & peram in qua victualia deferuntur; vt Chryſoſtom. exponit, eis prohibet aliquando concedit. Vndè Auguſt. contra Fauſtum pertractans dicta verba, dicit. Pro temporum diuerſitate, præcepta, vel conſilia, vel permiſſa mutantur. Præterea. Ioann. 14. dicitur quòd Chriſtus habebat loculos, ideſt burſas, ſuper quo dicit Auguſt. ſuper Ioann. & habetur in cap. habebat, 12. q. 1. habebat ergo, & Dominus loculos à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus tribuebat; Et præterea act. 4. de primitiua Eccleſia habetur, quòd erant fidelibus omnia communia, & tamen Petrus act. 3. dixit argentum, & aurum non eſt mihi, ſcilicet, proprium, etſi haberet commune cum cæteris. Ex his patet, quòd Chriſtus, & Apoſtoli poſt Chriſti mortem aliquid habuerunt in communi, & propterea Ioan. XXII. damnauit iſtam propoſitionem Chriſtus, & Apoſtoli non habebant aliquid in communi, quia cum li *non* præcedat verbum, negat aliquo tempore Chriſtum, & Apoſtolos aliquid habuiſſe in communi, & Ioann. XXII. hoc damnans, contradictoriam aſtruxit, quæ eſt, quod aliquando aliquid habuerunt in communi, & hęc vera eſt, vt patet ex allegatis. Nicolaus autem affirmauit quod Chriſtus, & Apoſtoli aliquando nihil habuerunt in communi, vel particulari, quod verum patet ex illis verbis, quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis: & ex illis quæ leguntur Matth. 10. nolite poſſidere aurum, nec argentum, nec pecuniam, & eiuſdem Matth. 8. Dominus dicit ſe non habere vbi caput reclinaret. Quando ergo Apoſtoli prædicarunt Iudæis nihil penitus habuerunt in communi, vel in particulari, quia Iudæi conſueuerant doctoribus prouidere, vt dicit Nicolaus de Lyra, ſed quando prædicaturi erant gentibus, ſecus, Iſta autem aliquando habuerunt, aliquando non habuerunt, quis eſt tam inſanus dialecticus, qui repugnare affirmaret. Vnam ergo paupertatem Ioan. XXII. & aliam pro temporum diuerſitate Nicolaus aſtruxit.

Non obſtat etiam quod idem Ioan. XXII. videtur reuocaſſe conſtitutione ſua, ea quæ Nicolaus Tertius determinauit, videlicèt quòd fratres minores in rebus eis oblatis nihil iuris, & dominij habent, niſi ſolùm vſufructum denudatum ab omni iure, & dominio, & proprietate tam in ſpeciali, quàm in communi. Dico enim primò quod Ioan. XXII. potiùs declarauit, quàm reuocauit in extrauaganti, quæ incipit ad canonum, aſſerens quòd fratres minores non habent ius in rebus, in quibus à proprietate ſeparatur vſus, vt ſunt quæ vſu ipſo non conſumuntur ex toto, vt poſſeſſio, domus, equus, veſtis, & huiuſmodi, & dicit hanc non fuiſſe mentem Nicolai, habent verò in alijs in quibus hæc non ſeparantur, vt ſunt quæ vſu ipſo totaliter conſumuntur, vt pecunia, cibus, ac potus.

Secundò dico, quòd aliud eſt decidere dubia diuini iuris, aliud eſt ſtatuere in his, quæ Pontificis arbitrio ſubduntur. In primis enim, ſiue contra prima nihil poteſt Pontifex, ſi deciſio, ſit facta auctoritate diuina, vt à Papa, inquantum Papa, vel à Papa addito Concilio; In alijs autem poteſt, ex cauſa rationabili ſuo arbitrio iudicanda reuocare, quæ ſtatuta ſunt, & aliquorum dominium dare non habentibus, & habentibus auferre, eo modo, quo Princeps, & ſic dominium, quod Nicolaus abſtulerat, Ioannes dedit.

Non obſtat etiam, quòd Pius II. aſcribens Cathalogo Sanctorum diuam Catharinam Senenſem, aſſeruit eam ſtigmata Chriſti paſſam ad inſtar Saluatoris, quod videtur Sixtus IV. reuocaſſe. Dico enim, quòd Pius illud aſſeruit in officio dictæ Sanctæ, & in quibuſdam Carminibus, nec oppoſitum Sixtus vnquam aſſeruit, & ſi aliquandò dixit, quòd non habuit vera ſtigmata, hoc nihil obeſt, quia de ratione veri ſtigmatis eſt, quòd ſit viſibile, cum primò ſignificauerit ſignum militare, beata autem Catharina non habuit ſtigmata viſibilia, ſed ſenſibilia, ideſt adducentia dolorem in locis vulnerum Chriſti ea ſic patente, vt non appareret. Cauſa autem ſeruandæ pacis prohibuerunt literę Apoſtolicæ, & generalis, ac Patres Ordinis noſtri, ne à Prælatis Ordinis ſancta Catharina cum ſtigmatibus pingeretur. Quo facto Deus miranda in ſororibus de pœnitentia ſancti Dominici, de quorum conſortio Catharina fuit, oſtendit.

CAP. XVI.

In Eccleſiaſtica Hierarchia Romanum Pontificem eſſe Hierarcham ſummum iudicem infallibilis veritatis vnicum.

Etſi ex dictis iam patet Romanum Pontificem ſolùm eſſe iudicem infallibilis veritatis, cùm ipſe ſolus ſit loco Dei, qui eſt infallibilis veritas, & ipſe ſolus decidat fidei quæſtiones, in quibus iudicij veritas infallibilis exigitur, nihilominùs, quia aduerſarius expreſsè aſſeruit ad Concilium pertinere deciſiones in materia fidei, huius contrarium clariùs ex ſequentibus punctis apparebit.

Punctum primum. Vniuerſale Concilium etiam ritè celebratum, intellectum tamen, vt aliquid diuiſum contra Pontificem Romanum, decidendo de fide, & moribus errare poteſt; In Eccleſia enim non eſt niſi vnum iudicium infallibile, ſicut etiam non eſt, niſi vna auctoritas à Deo immediatè, vt probatum eſt, quia ſicut Deus non deficit in ne-

neceſſarijs, vt probatum eſt, itâ non abundat in ſuperfluis, hoc enim derogaret prudentiæ ſuæ perfectiſſimę, & grauitati ſuæ maieſtatis, ſicut eſſet leuis Rex, qui poteſt benè, & honoratè expeditionem perficere cum mille, & mittit decem milia, ſuperfluum autem eſſet duo eſſe iuditia infallibilia, alioquin ſi hoc eſſet neceſſarium Eccleſiæ, vtique hoc in Teſtamento veteri effeciſſet: ſecundùm illud Iſaiæ 5. quid vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci, alioquin defeciſſe in neceſſarijs. Eſt ergo in Eccleſia vnum tantùm iudicium infallibile. Sed Papa cum aſſidentibus ſibi Cardinalibus habet iudicium infallibile, vt probatum eſt.

Nullus ergo in Eccleſia habet iudicium infallibile: niſi quatenùs iudicium eius, habet ſecum iudicium Pontificis. Non ergo Concilium ſine Pontifice. Prætereà Bernard. ſcribens Innoc. Papę dicit: Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala, emergentia in Regno Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum enim arbitror, ibi potiſſimùm reſarciri damna fidei, vbi fides defectum habere non poteſt. Hæc quippè prærogatiua eſt huius ſedis. Cui enim alteri dictum eſt: ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua; hæc ille, Iudicium ergo infallibile habet is cui dictum eſt: ego rogaui pro te, &c. Sed Concilio, excluſo Pontifice, hoc non eſt dictum. Ergo deficere poteſt in fide decidendo de ea, vel moribus.

Et hoc idem experientia docet. Ariminenſe enim Concilium ſub Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatum errauit, etſi copioſo Epiſcoporum numero celebratum ſit, in quo (Hieronymo teſte) in altercatione Luciferiani, & Orthodoxi; nomine vnitatis, & fidei, infidelitas ſcripta eſt: Damaſò autem Papa, congregato alio Concilio illud damnauit. Hoc Concilium, (vt quidam referunt) vocat beatus Aug. latrocinium. Quod damnatur in cap. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15. §. quibus.

Item Concilium Epheſinum 2. reprobatum fuit, in cuius correctionem Leo Papa Calcedonenſem Synodum inſtituit.

Synodus quoque, trecentorum triginta Epiſcoporum tempore Conſtantini ſecundi Conſtantinopoli congregata, in qua promulgarunt edictum de imaginibus Dei, & Sanctorum deponendis improbata fuit, contra quam Stephanus Papa Romæ congregauit aliam, in qua omnia ordinata per Conſtantinum infregit, & venerationem Imaginum Sanctarum reſtituit, Anathematizatis earum prophanatoribus.

Punctum ſecundum. Si Concilium ritè celebratum accipiatur ſic, vt caput ſuum Romanum Pontificem intelligatur ſecum habere coniunctum, ſic decidendo de fide, & moribus errare non poſſit. Nàm ſi Papa cum Cardinalibus errare nequit in prædictis, vt probatum eſt, multò minùs poteſt addito Concilio. Vnde in decretis Conciliorum deciſiuis quæſtionum in fide, & auctoritate Apoſtolica confirmatis, error eſſe non poteſt, nec Papa, aut alia Concilia, circà illa poſſunt quicquam, niſi exponendo, & explicando: quia illa fuerunt à Spiritu ſancto.

Non obſtat autem prædictis punctis; quòd Apoſtolorum Collegium cum ſuo capite Petro, omnes tempore paſſionis Chriſti fidem perdiderunt, ſecundùm illud Matth. 26. omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.

Dico enim primò, quòd defecerunt in fide etiam poſt Reſurrectionem Chriſti ſecundùm illud Marc. 16. exprobauit incredulitatem eorum, & duriciem cordis, quia hi, qui viderant eum ſurexiſſe à mortuis, non crediderant. Sed non errauerunt in fide determinando, ſed operando, vel credendo, quod non eſt contra prædicta.

Dico ſecundò, quòd non errauerunt collegialiter, ſeu vt collegium, ſed vt ſinguli. Nec Petrus errauit agens, vt Papa, petendo Concilium à Beata Virgine, ſed errauit, vt Petrus, ſequens fantaſiam ſuam ſine conſilio.

Dico tertiò, quòd nondum erat miſſus Spiritus viſibiliter, qui eos doceret omnem veritatem. Et immò ex illo facto concludi non poteſt, quòd Papa, vt Papa, vel Papa, cum Concilio errare poſſit.

Non obſtat ſecundò, quòd ſola Eccleſia vniuerſalis eſt, quæ ſine fide eſſe non poteſt, vt patet dicto paſſionis tempore, in quo vt creditur fides fuit in Eccleſia, quia in Beata Virgine, non in aliquo alio. Dico enim, quòd licèt Papa, & omnes Patres Concilij poſſint hæreſi maculari, vt priuatæ perſonæ, tamen Papa, vt Papa ex officio ſuo agens falsè determinare non poteſt propter aſſiſtentiam Trinitatis, & idem de Concilio cum Papa. Et ſi dicatur ponatur, quòd omnes iſti ſint hæretici, & ſuam hæreſim determinent, dico caſum impoſſibilem, non conſideratis illis perſonis, ſed inſpecto regimine Spiritus ſancti, qui ſemper adeſt Eccleſiæ. Duo ergo ſunt, quæ in Eccleſia nunquam deficiunt, ſcilicet fides cum ſuis comitibus, qui ſunt gratia, & virtutes, quæ ſemper ſunt in aliqua perſona, & iudicium irrefragabile decredendis.

Non oſtat etiam, quòd Aug. in lib. contra Donatiſtas, de vnico baptiſmo ait. Ipſa plenaria Concilia, ſæpè priora contigit à poſterioribus emendari, & conſequenter priora videntur erraſſe. Dico enim, quòd Aug. non loquitur de emendatione, quò ad fidem, quia determinatio Concilij adiuncto Papa eſt à Spiritu ſancto, vt probatum eſt, conſequenter eſt inuiolabilis præter id, quòd tantummodò declarari, & explicari poteſt, loquitur autem Aug. de his, quæ in facto conſiſtunt, in quibus Eccleſia errare poteſt, & plerumque errat, vnde ipſe ſubiungit. Cum aliquo rerum experimento aperitur, quod clauſum erat, & cognoſcitur, quod latebat, quod dictum patet de his, quæ fidei ſunt non poſſe intelligi, cùm eorum non ſit experimentum. Vnde in huiuſmodi ſicut, & in ſtatuendo in ordine ad bonum commune Eccleſiæ, poſſunt errare Prælati.

Punctum tertium. Si in fidei materia inter Papam, & Concilium eſſet diſſidium, ſiquidem iam res eſſet ritè deciſa per iudicium Spiritus ſancti irrefragabile, iuxtà dicta ſuperius, illi ſtandum eſſet, qui pro ſe haberet dictam deciſionem, quia alia pars,

ſine

ſiue Papa eſſet, ſiue Concilium niteretur contra dicta Spiritus ſancti, quod tamen de Papa eſt impoſſibile ſi Iam feciſſet, quod in ſe eſt. Si verò res non eſt deciſa, ſed decidenda, quidam dicunt ſtandum ei, qui melioribus rationibus mouetur, quod tenuit Panorm. in cap. ſignificauit de elect. & in quadam diſputatione, quæ incipit, Epiſcopus, ſed irrationabiliter, quia cùm vtrique partium ſuæ rationes videantur meliores, alias eis non adhærerent, neutra pars in hac cauſa poteſt iudicare, nec iſta controuerſia poſſet habere iudicem auctoritatiuè, & coactiuè decidentem, niſi vocaretur ex toto Orbe Eccleſia etiam fœminæ, quæ tamen adhùc non eſſet iudex, iuxtà ſuperius dicta, niſi dicatur, quòd oues gubernarent, regerentque Paſtorem.

Dico ergo, quòd eo caſu Papa omnes deberet audire, & ex motu animi ſui, qui à Chriſto dirigitur concipere iudicium, vnde ſtandum eſſet Pontifici procedenti bona fide, cum maturo coſilio, quia etiam ſine Concilio habet irrefragabile iudicium, non autem Concilium ſine Pontifice, vt ſupra probatum eſt. Vnde ſicut auctoritas ſtatuendi, ità & iudicandi, vel decidendi dubia, à Pontifice veluti à fonte deſcendit, vnde eam communicat Epiſcopo, & Clero ſuo, vt patet in cap. ad abolendam de hæret. vult tamen Deus, quòd habeat conſultores Cardinales, vel quocumque nomine vocentur, vt ſupra dictum eſt, non quaſi ab eis veniat irrefragabile iudicium, ſed venit à Deo per Pontificem audientem multorum rationes, quorum aliquos Spiritus ſanctus facit eloqui, vt firmetur Pontifex in ſuo iudicio.

Punctum quartum. Partibus Concilij inuicem diſſidentibus in materia fidei, Papa, aut Legatus iudicium formare non debet ſecundùm iudicium maioris, ſed ſanioris partis, ſiue cuius rationes ſunt meliores, etiam ſi eſſet vnus ſolus. Vnde dicitur in cap. Nicæna 31. diſtinct. quòd Panutius Confeſſor contradixit Nicænæ Synodo, volenti inſtituere, quòd Epiſcopi, Presbyteri, atque Diaconi cum vxoribus, quas antè conſecrationem duxerant non dormirent, vbi dicit gloſs. quòd vnus poteſt contradicere vniuerſitati ſi habet rationabilem cauſam. Ibi etiam patet, quòd Concilium durante motu inquirendæ veritatis, errare poteſt.

Hinc etiam Nicolaus Papa in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, vt habetur in octaua Synodo ad argumentum Forij, & ſuorum, arguentium à numero partium, reſpondit. Nos quidem non numero tantùm ſanctorum Epiſcoporum Nicæni, vel Calcedonenſis Conciliorum, cæterorumque ſanctorum Patrum ſynodicas conſtitutiones ſequimur, ſed eorum liberales veneramur iuſtas, & diuinitùs inſpiratas ſententias, & non tantùm pro ſuorum multitudine obſeruantur à nobis, quia reuera multi in perſonis fuere, ſed inualidiſſimis ſententijs eos perpendimus plures.

Vnde & ob hoc Ariminenſe Concilium damnatum fuit, quoniam maiorem partem erraſſe comprobatum eſt. Hinc Damaſus Papa ſcribens de præfato Concilio Epiſcopis per Illyricum conſtitutis ait. Nec enim præiudicium aliquod aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando conſtat, nec Romanum Epiſcopum cuius ante omnia decebat expectare decretum, nec Vincentium, qui tantis annis Epiſcopatum inuiolabiliter cuſtodiuit, nec alios talibus præbuiſſe aſſenſum.

Idem patet in Concilio Epheſino, in quo plures errauerunt à veritate.

Nec prædictis obſtat, quòd vbi eſt maior pars ibi videtur eſſe Eccleſia iuxtà gloſs. in cap. Apoſtolica diſt. 56. Dico enim, quòd in decidendis quæſtionibus fidei, ibi cenſetur eſſe Eccleſia, vbi eſt pars maior in ſententia meliori, non vbi maior ſecundùm numerum, vt dictum eſt. Gloſsa autem loquitur in electionibus.

Non obſtat etiam, quòd in cap. cùm in cunctis de his, quæ fiunt à maiori parte cap. dicitur obſeruandum eſſe, quod pluribus, & ſanioribus partibus viſum fuerit, quia ibi non eſt caſus noſter, nec eſt ſermo de dubijs fidei decidendis, ſed de rebus ſtatuendis, vel ordinandis. Et præterea non dicitur pluribus tantùm, ſed pluribus, & ſanioribus.

Punctum quintum. Si diuerſa Concilia, in ſuis decretis per Romanum Pontificem confirmatis, diſſentiant, ſiquidem hoc ſit in materia fidei, hoc eſſe non poteſt per viam contrarietatis, quia cùm omnia ſint a Spiritu ſancto, vt probatum eſt, ſunt vera; verum autem non contradicit vero, cùm ſemper vnum cotradictoriorum oporteat eſſe falſum, ſed hoc poteſt eſſe per modum expreſſionis, & explicationis, vel declarationis, aut etiam additionis non minuentis de priùs determinatis; vnde Hilarius in lib. quinto, de Synodo in defenſione Concilij Calcedunenſis contra quoſdam criminantes illud, quia aliqua videbatur addidiſſe, quæ non fuerant in Concilio Nicæno, ſic dicit. Neſcientes regulam, & conſuetudinem Conciliorum, ſic noua poſterioribus Concilijs proùt neceſſitas emergentium hæreticorum exegerit ſancire decreta, vt tamen inuicta permaneant, quæ dudum in antiquioribus Concilijs contra veteres hæreticos, fuerunt promulgata.

Nàm ſi poſt Nicæni Concilij ſtatuta nihil liceret recipere, qua auctoritate Spiritus ſancti vnius gloriæ, cum Patre auderemus aſſerere, quod ibi conſtat omninò tacitum fuiſſe. Hæc ille.

Si verò ea, quæ diſſona videntur, ſpectent ad mores componendos, & Rempublicam poſitiuo iure regendam, cùm leges pro conſuetudine, & propter varios caſus liceat immutare, ſententiæ poſterioris Concilij ſtandum eſt: teſte Aug. de baptiſ. contra Donatiſtas. Sic ergo patet ad ſolum Papam pertinere iudicium de fide irrefragabile, quia etſi hoc etiam eſt Concilij, non eſt niſi, quia à Papa deſcendit in Concilium enunciatiuè, & ſi poſsit à Concilio aſcendere in mentem Pontificis conſultiuè. Sic ergo patet Romanam veritatem eſſe irrefragabilem, & iuridicam, quod toto hoc primo libro moliri voluimus.

LIBER SECVNDVS.

DE IVRIDICA, ET IRREFRAGABILI veritate Romanæ Eccleſiæ, Romanique Pontificis.

CAP. VIII.

Martini Lutheri eſſe varios errores: præter ea, quæ in ſuis primis concluſionibus aſtruxit.

Priuſquam verò ad errores aduerſarij, quos in ſuis concluſionibus docuit deſcendamus quoſdam alios, quos illorum occaſione aſtruxit recitatos improbabimus.

Primus eſt: Nàm ipſe in ſua appellatione qua ad futurum Concilium prouocauit, tenuit Papam in ſpectantibus ad fidem eſſe ſub Concilio, & non intelligit de ſpectantibus ad fidem Pontificis quando ſcilicet de eius errore tractaretur, aliàs non loqueretur ad propoſitum: cùm hoc adducat pro ratione, quod liceat ſibi ad Concilium prouocare à Papa, ſed loquitur de ſpectantibus ad fidem ſimpliciter: in quibus dicit Concilium eſſe ſupra Pontificem. Quod errorem probo vno ſuppoſito præmiſſo, quod videlicet de Pontifice loquor, indubitato: ità videlicet, quod ſumus extrà caſum ſchiſmatis, & hæreſis ſpectantis ad perſonam Pontificis: arguo primùm ex communibus, deindè ex proprijs.

Et ex communibus quidem ſic. Primò. Si in rebus ſpectantibus ad fidem Concilium eſſet indubitato Pontifice ſuperius, poteſtas Pontificis non eſſet ſuperior poteſtate Concilij, vt per ſe patet. Hoc eſt falſum, cùm auctoritas Pontificis ſit cauſa omnis auctoritatis, quæ eſt in Concilio, vt probatum eſt ſuprà; & patet diſt.17.per totum; & de elect. ſignificaſti: tum etiam, quia Papa dat leges Concilio inſtituendo Concilium, & deſtituendo, & mutando, aliàs fine eius auctoritate eſſet conciliabulum diſt. 17. multis, & per totum: quia Pontifex Summus eſt Caput totius Eccleſiæ ſoluens quandoque, quod Concilium ligat, & è contrà, & colligitur ex capitulo inferior diſt. 21. & in cap. cuncta per mundum 9.quæſt.3.tum quia ſolus habet potentiam illimitatam. Prælati autem ex quibus Concilium conſtat vocati ſunt in partem ſollicitudinis 2. quæſt.6. decreto, & in capitulo ſequenti: tum quia Papa ſolus eſt Vicarius Chriſti, & Paſtor totius ouilis eius, totum autem Concilium ſunt oues ſecundùm illud Ioan.20. erit vnum Ouile, & vnus Paſtor. Igitur falſum eſt Concilium eſſe ſupra Pontificem in rebus fidei.

Secundò. Nullus effectus eſt ſupra ſuam cauſam alioquin ab ea non eſſet dependens, cùm ſuperiora non dependeant ab inferioribus, ſed è contrà. Sed Concilium eſt effectus Pontificis, ſiue conuocetur pro cauſis fidei, ſiue pro alijs: quia ipſe ſolus congregare poteſt Concilium, vt ſupra probatum eſt. Ergo idem.

Tertiò ſi Concilium eſſet ſupra Pontificem in ſpectantibus ad fidem non poſſet Papa mutare leges Concilij. Hoc autem ſupra multipliciter probatum eſt eſſe falſum: immò illa decreta nullum ligant, niſi ſint approbata, per Pontificem, vt etiam ſupra probatum eſt: vndè illa quatenùs ſunt valida ſunt Pontificis, vndè ea mutare poteſt, vt ſua, eiuſdem enim eſt legem condere, & legem auferre lib.1.C. de legit.de teſtit.in inter.cùm veniſſet: immò & de facto aliquando decreta Concilij in ſpectantibus ad fidem ſunt reuocata per Pontifices: quia Synodus trecentorum triginta Epiſcoporum tempore Conſtantini Secundi Conſtantinopoli congregata promulgauit edictum de Sanctorum imaginibus deponendis, quod per Stephanum Papam reuocatum eſt: ſic etiam Damaſus reuocauit conſtituta in Concilio Ariminenſi, vbi ſcripta fuerat infidelitas, in altercatione Luciferiani, & Orthodoxi, ſic etiam Leo reprobauit Concilium Epheſinum ſecundum. Igitur ex communibus patet noſtra concluſio, ad quam ex Superioribus innumeræ induci poſſent rationes.

Arguitur etiam ad idem ex proprijs. Primò. Si in rebus fidei Concilium eſſet ſuprà Papam, ad Concilium pertineret interpretari literas diuinas, quia ad Concilium pertineret terminare quæſtiones de fide vltimatæ, & conſequenter interpretari ſcripturas quibus tales quæſtiones terminantur. Hoc autem falſum eſt, quia ſupra probatum eſt hoc pertinere ſolùm ad Romanum Pontificem, non autem ad Concilium excluſo Pontifice, cùm errare poſſit, & de facto multoties

erra-

errauerit, vt patuit. Igitur Concilium non eſt ſupra Papam in ſpectantibus ad fidem.

Secundò. Nam ſi Concilium in talibus ſit ſupra Papam, Concilium haberet terminare, quæſtiones, & cauſas maiores in Eccleſia, quia cauſæ fidei ſunt maximæ, cum ſint de ſpectantibus ad ſalutem animæ omnium; Sed hoc eſt falſum: quia hoc pertinet ſolùm ad Romanum Pontificem: vt ſupra probatum eſt: patet per cap. maiores de baptiſm. & per cap. hæc eſt fides 24. quæſt. 1. & per cap. quotiens, & per capitulum per venerabile, qui filij ſint legit. adiuncto textu ſcript. Deut. 17. vbi in omni cauſa ambigua ſub pœna capitis mandatur ſtari iudicio Summi Sacerdotis, & per acta multorum Conciliorum, vt patuit ſupra libro primo cap. antepenult.

Tertiò ſi Concilium eſſet ſuprà Papam in rebus fidei, Concilium ſine Papa haberet iudicium irrefragabile, quia ſi Papa in talibus habet iudicium irrefragabile, (vt probatum eſt) à fortiori Concilium habens iudicium eminentius. Sed Concilium ſine Papa non habet iudicium irrefragabile, quia multotiens errauit, vt ſupra probatum eſt de Ariminenſi, & Nicœno ſecundo, & Conſtantinopolitano tempore Conſtantini Secundi. Ergo idem.

Nec obſtat prædictis, quòd ipſe aduerſarius in dicta appellatione pro ſe adducit, quòd Paulus Petro in faciem reſtituit, & deindè ſubinfert ſic. Quod ſiquis Summus Pontifex eadem Petri, vel ſimili infirmitate lapſus quid præceperit, vel decreuerit, quod contrà diuina militet mandata, non ſolùm obediendum ei non eſſe: verùm etiam cum Apoſtolo Paulo ei in faciem reſiſti poſſe immò debere, ac veluti per inferiora membra infirmitati capitis pia totius corporis ſollicitudine ſuccurri. Hæc ille, qui ob hoc Dei conſilio factum dicit, vt Petrus, & Paulus Romanæ Eccleſiæ iuſta, & ſimul patrocinarentur, & præeſſent. Non obſtat inquam: quia ſupra probatum eſt Papam, vt iudicem in ſpectantibus ad fidem non poſſe errare: & eſto quod errare poſſit expectandus eſſet error antequam ei in faciem reſiſteretur. Videtur autem etiam hic alium errorem innuere: quod ſcilicet Paulus in Eccleſia Romana habuerit nedum auctoritatem doctrinæ; ſed etiam iuriſdictionis: in verbo præeſſent, vndè paulò poſt Petrum, & Paulum appellat capita. Quod ex eo falſum patet, quia vnum eſt ouile Chriſti, & vnus Paſtor, & duo capita eſſe non ſubordinata vnius corporis eſt monſtruoſum, & prætereà aliquid tale, ſinè teſtimonio aſſere temerarium videtur: propterea Petrus, & Paulus fuerunt pares quò ad meritum: non quò ad dignitatem in qua præceſſit Petrus 2. qu. 7. Petrus.

Secundus error eſt in prædicta appellatione: vbi tamen ſicut, & in quibuſdam alijs locis, quòd Vicarius Dei in terris, ideſt Papa errare poteſt, & oportet, quod intelligar inquantum Papa, & in deciſione ſpectantium ad fidem: quia iſta dicit aſſignando rationem quare à iudicibus ab eo datis, & qui iam procedere inchoarant, licitè Concilium futurum appellabat. Quod autem hoc ſit error immò hæreticum, patet ex libro primo capitulo penult. vbi ex probabilibus, & ex neceſſarijs hoc improbatum eſt.

Tertius error eſt, quia in particularibus literis ad me, ſcripſit, quòd decreta quibus innitor nihil ſunt: quod etiam tenet in vltima concluſione, quam contra Dominum Ekium defenſare ſuſcepit, vbi dicit decreta Romanorum Pontificum, quibus Romanam Eccleſiam aſſerunt aliarum caput, eſſe frigidiſſima, & à 400. annis nata, & contrà ea eſſe hiſtorias authenticas 1100. annorum, & decretum Nicæni Concilij. In iſtis autem ſunt error, & falſitates. Error quidem, quòd Romanorum Pontificum decreta nihil ſint. Nam probatum eſt ſupra hæreticum eſſe dicere, quòd leges Pontificales non omnes aſtringant: nec eſſe eis obediendum, quod etiam probauimus non ſolùm per ipſa decreta, quæ negat, ſed & per alias rationes. Contrà hunc tamen non videretur in hoc verbis diſputandum, quia principia in fide negat: ideſt auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, ſiue Romanorum Pontificum: quia in ſpectantibus ad fidem nulla eſt maior, & ſi negetur Eccleſiaſtica auctoritas, qua etiam Euangelium probatur ſecundùm Auguſtinum contrà Epiſtolam fundamenti; iam nihil eſt, quod credere cogamur. Tamen etiam nunc ſic arguitur. Aliquem vnum eſſe in Eccleſia omnibus ſuperiorem, & cuius legibus, & mandatis omnes obtemperent, & cuius deciſioni in omnibus ſtetur, neceſſe eſt, quia ſine hoc non eſſet tunica Chriſti inconſutilis, nec Eccleſia poſſet eſſe vnita, quia vbi eſt obedientia diuerſa, non eſt vnitas, ſiue conſenſus animorum, niſi per accidens, & vbi eſt diuerſa ſententia non poteſt eſſe vna fides, quam tamen in Eccleſia eſſe oportet, quia multitudinis credentium erat cor vnum actor. 4. & vnus Deus vna fides &c. Epheſ. 4. Sed ſolus Pontifex Summus poteſt eſſe iſte aliquis vnus, vt ex ſuperioribus patet, cùm ſit omnium Caput, & ab eo ſit omnis auctoritas ſicut ab vnico omnium paſtore, Eius igitur decretis ab omnibus de Eccleſia neceſſariò obtemperandum eſt.

Prætereà vna fuit Eccleſia in veteri, & nouo Teſtamento: vt ſupra dictum eſt. Iſtam autem vnam Eccleſiam minùs fuiſſe in nouo Teſtamento à Deo rectè inſtitutam, & gubernatam, quàm in veteri eſt blaſphemare Deum, & Verbum caro factum, cùm miſerint Spiritum Sanctum viſibiliter, & copioſiſſimè, vt per ea liquet, quæ Sancti tradunt ſuper illo verbo Rom. 8. nos primitias Spiritus habentes. Sed in veteri teſtamento Summus Pontifex ex mandato Domini decidebat omnia dubia in fide, & moribus, & eius deciſionibus, ac imperijs Deus mandauit obtemperandum ſub pœna mortis, vt patet Deuteronom. 17. Ergo non minùs meretur mortem, qui in teſtamento nouo decretis Summi Pontificis detrahit aſſerens eis non eſſe ſtandum.

Prætereà quicumque extrà ouile Chriſti eſt, non eſt in ſtatu ſalutis: tum quia non eſt aliud nomen ſub Cœlo, in quo poſſimus eſſe ſalui, vt patet act. 14. tum quia ad hoc ouile intratur per Baptiſmum, qui ſecundùm Theologos eſt ianua Sacramentorum, & tenet Panorm. in cap. 1. & in cap. fin. de Presb. non baptiſm. ſine baptiſmo autem non eſt ſalus.

Sed quicumque non eſt obediens decretis, & mandatis Romani Pontificis, extrà ouile Chriſti eſt, quia ille eſt huius ouilis caput & paſtor, vt probatum eſt, in quo omnes oues audiunt vocem Chriſti, ideſt illi obediunt, & conſequenter vocem eius, qui eſt Vicarius Chriſti: vnde non audiens non eſt de ouili. Igitur iſte aſſertor non eſt in ſtatu ſalutis. Præterea idem probatur auctoritatibus. Hoc enim, ſcilicet ſtandum eſſe ſententiæ Romani Pontificis, & eius decretis in deciſionibus quæſtionum fidei: tenet gloſs. in cap. quotiens, 24. qu. 1. & ſimiliter Hieron. ibi, in cap. hæc eſt fides, & gloſs. ſimiliter, & idem beatus Gregor. ibi in cap. rogamus, & Cyrillus Doctor Græcus dicit in lib. Theſ. quòd ab Apoſtolico Throno Romanorum Pontificum, noſtrum eſt quærere quid credere, & quid tenere debeamus, & Maximus in ep. ad Orientales dicit, quòd omnes rectè in Chriſtum credentes ab Eccleſia Romanorum lumen fidei recipiunt. Cyrilli autem in 2. lib. Theſau. verba ſunt hæc. Vt membra, inquit, maneamus in capite noſtro Apoſtolico Throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere quid credere, & quod tenere debeamus.

Ad id verò, quòd iſte dicit huiuſmodi decreta eſſe frigidiſſima reſpondere non oportet: cùm ſit dictum detractoriè: illud tamen non tacebo, quòd cùm multi Romanorum Pontificum tantæ fuerint charitatis, vt Sanctorum Cathalogo aſcribi meruerint: immò vt martyres Chriſti fieri potuerint, malignantis animi eſt dicere Pontificum decreta, quæ proprio, & quidem feruidiſſimo ſanguine ignierunt eſſe frigidiſſima, & tantò magis quantò vnanimi conſenſu magnę turbę Pontificum aſtruuntur, qui fuere viri ſancti, & dicere, quòd pro Romana ambitione ſunt mentiti, eſt temeritas magna, & iudicium temerarium, & læthale crimen, ac blaſphemia inhabitantis eos Spiritus ſancti.

Quod dicitur à quatercentum annis eſſe nata, vel hoc vno falſum pateat, quòd Anacletus à beato Petro quintus Papa, & martyr qui viuebat anno à natiuitate Domini centeſimo, Romanam Eccleſiam primam omnium Eccleſiarum eſſe aſſeruit, vt liquet diſtinct. 21. in nouo iuncto ſummario: idem habetur ex Concilio Niczno tempore beati Sylueſtri, qui viuebat anno Domini 315. qui petente Concilio approbauit acta, vt ſupra dictum eſt, & idem dicit Gregor. vt diſt. 12. præceptis, qui viuebat anno Domini, 590. Infinita adduci poſſent contra iſtum ſi in hoc ex ignorantia peccare crederetur.

Non ſilebo tamen vnum quo iſtius arguatur, vel inſcitia, vel malitia. Nam Romanam Eccleſiam omnium aliarum eſſe caput multa decreta aſtruunt, vt 11. diſt. c. 1. 2. 3. & 4. 3. qu. 6. dudum diſt. 21. quamuis diſt. 11. quis in fine, diſt. 12. cap. 1. & 2. diſtinct. 19. enim verò, 3. qu. 6. multum, 25. qu. 1. cap. 1. de con. diſt. 1. Baſilicas: nullibi tamen aliquod decretum legitur, quo ſtatuatur, quòd Eccleſia Romana prima ſit: verùm legitur oppoſitum: quandoquidem in d. cap. dudum, dicitur quòd ſit prima Domino inſtituente, ſicut beatus Petrus eſt primus Apoſtolorum, & in d. cap. quamuis: dicitur quòd Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris obtinuit principatum, & in d. cap. omnes dicitur, quòd omnes Cathedras Romana fundauit Eccleſia: ipſam verò ſolus ille fundauit, qui beato Petro terreni, & cœleſtis imperij iura commiſit. Patet ergo quòd iſte paucis verbis dicit mendacia multa.

Quod verò dixit hiſtorias approbatas eſſe in contrarium, ridiculum eſt. Quid enim approbatum eſſe poteſt contra ſententiam eius, cuius eſt omnia approbare, vel reprobare: cuiuſmodi eſt Romanus Pontifex, vt ſupra probatum eſt multipliciter.

Quod verò dicit Concilium Nicænum etiam eſſe in contrarium, pernicioſum mendacium eſt, quod patet indè, vel maximè, quia illa ſanctiſſima Synodus, omnium actorum ſuorum approbationem petiuit à Romano Pontifice Sylueſtro, vt ſupra patuit. Item ordinauit, vt refert Synodus Alexandrina, quòd ſine licentia Romani Pontificis non vocetur Concilium, nec Epiſcopus damnetur, vt ſupra l. 1. cap. 14. Voluit ergo Romanum Pontificem eſſe caput, & conſequenter Romanam Eccleſiam.

Præterea dicat iſte in quo canone, vel in qua ſeſſione, Synodus illa ſancta Blaſphemiam talem protulerit. Quod in æternum non faciet, ſed vt conſueuit falſo citat.

Error 4. Nam appellat Concilium futurum, & ſuo iudicio rectè. Hoc autem ſuperius improbatum eſt l. 1. cap. 16. & probatum, quòd talis eſt excommunicatus, & ignorans aut malus.

Error 5. Nam in reſponſione ad Dialogum noſtrum, negat Eccleſiam Romanam, & Pontificem ſummum eſſe Eccleſiam Catholicam, ideſt vniuerſalem virtualiter, & dicit Eccleſiam non eſſe virtualiter niſi in Chriſto. Quod eſſe errorem oſtenſum eſt ſupra, capitulo 7.

Error 6. quia in eodem alloquens magiſtrum ſacri Palatij Apoſtolici dicit. Peſſimè facis, quòd negas Saluatorem impoſſibilia iuſſiſſe: pluſquam peſſimè facis, quòd hoc falſitatem audes appellare.

Quod autem hoc ſit error ſicut verba ſonant probatur primò ex probabilibus; nam impoſſibilium non eſt obſtat de re. iur. in 6. & conſequenter, nec præceptum, & Hieron. in expoſitione Catholicæ fidei maledictus, inquit, qui dixerit Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe, & Auguſt. de ſent. proſper. dicit, quòd iter virtutum de quibus, ſcilicet ſunt præcepta Dei percurrimus non niſi corde dilatato, ideſt valdè læto, & quòd illud non eſt artum fidelibus, ſed amplum, artum autem infidelium vanitati.

Probatur etiam ex neceſſarijs. Nam teſte beato Ioan. in ſua prima canonica c. 5. mandata Dei grauia non ſunt, & conſequenter non ſunt impoſſibilia. Et ipſe Matth. 11. dicit iugum ſuum eſſe ſuaue, & onus leue. Non ergo impoſſibile. Si tamen aliquando inueniatur dictum authenticæ, quòd non poſſumus diuina mandata ſeruare, intelligendum eſt ſine adiutorio gratiæ diuinæ: vt patet ex Concilio Mileuit. cui interfuit Auguſt. & de con. diſt. 5. quaſi per totum, ſed præci-

puè

pue cap. quiſquis,& cap. placuit, vel ſic quòd attingatur finis præceptorum, qui eſt totalis vnio ad Deum, quæ erit ſolùm in Patria, vt dicetur ſtatim.

Nec prædictis obſtat, quòd præceptum charitatis diligendi Deum ex toto corde, & anima videatur impoſſibile, dicente Auguſt. in l. de perfect. iuſtitiæ, quòd in plenitudine charitatis Patriæ præceptum illud implebitur, diliges Dominum Deum tuum &c. Non obſtat inquam, quia dupliciter præceptum aliquod impletur pura præceptum Ducis de pugnando, primò perfectè quando, ſcilicet peruenitur ad finem intentum à præcipiente, puta ad victoriam, ſecundò imperfectè, quando ſcilicet licet non perueniatur ad finem intentum à præcipiente, tamen non receditur ab ordine ad finem, puta quia miles non vincit quidem, tamen pugnat, & nihil agit contra diſciplinam militarem. Deus igitur per hoc præceptum intendit, vt homo ſibi totaliter vniatur, quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, vt dicitur, 1. ad Corint. 15. ideò ibi plenè implebitur mente non declinante à contemplatione Dei; vel ad momentum quidem: in via autem impletur imperfectè magis, vel minùs ſecundùm diuerſitatem aſſimilationis ad perfectionem patriæ. Iſtud ergo præceptum quantum ad perfectam impletionem non eſt præceptum in via, alioquin Deus vellet nos tales eſſe in ſtatu viæ, & corruptionis, quo omnia peccata venialia vitare non poſſumus etſi ſingula, quales & in ſtatu patriæ, & incorruptibilitatis, quod ſtultum eſt dicere, & blaſphemia in Deum, ſed nobis præceptum eſt, vt illud impleamus imperfectè, nihil contra charitatem agendo, & nihil in corde noſtro Dei amori præponendo, & ità exponit Chriſoſt. & alij ſancti. Eo ergo modo quo eſt præceptum, eſt poſſibile, immò facilè, & ſuaue, teſte Chriſto, vt dictum eſt.

Error 7. Nam in eodem libello dicit illud verbum Chriſti Matth. 16. quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. non eſſe priuilegium Petri, ſed legem datam non Petro tantùm, ſed omnibus ſacerdotibus, & toti prorsùs Eccleſiæ.

Sed dico quòd ſi intelligat toti Eccleſiæ ſic, quòd præter ſacerdotes conueniat etiam alijs diuiſim, aut coniunctim, ſuperiùs improbatum eſt l. 1. cap. 7. & 10. ſi etiam intelligat, quòd illa verba conueniant alijs ſacerdotibus, vt Petro, & non aliter Petro, quàm eis, etiam ſuperiùs improbatum eſt; quia probatum eſt, quòd conueniunt Petro, vt Principi Apoſtolorum, alijs verò in ordine, & ſubiectione ad Petrum, vt ad Principem, vt etiam patet diſt. 21. in nouo.

Hoc ergo eſt priuilegium Petri, vt illa verba ei conueniant, vt Principi Apoſtolorum, alijs verò vt ſub Principe, vnde dicta verba aliter dicta ſunt Petro, quàm cæteris, tum quia ei primo, & ſeorſum dictum eſt: quodcumque, &c. tum quia ei ſoli dictum eſt cum his verbis, & tibi dabo claues, & ſuper hanc petram ædificabo, &c. vt patet Matth. 16. & tu vocaberis Cæphas, quod eſt Syriacum, & interpretatur Petrus Ioan. 1. & ſi ſumatur alluſiuè ad Græcum Idioma, ſonat caput, & paſce oues meas Ioann. vlt. Illa ergo verba ad alios important poteſtatem ordinis promiſſam potiùs, quàm collatam, ad Petrum autem ordinis, & iuriſdictionis in alios etiam Apoſtolos, quæ omnia diffusè patent ex dictis in l. 1.

Præterea ſi in his verbis nullum importatur priuilegium Petri, ſed æqualiter iſta conueniunt Petro, & alijs ſacerdotibus, cùm Petrus non habeat maiorem poteſtatem, quàm ſit iſta ligandi, & ſoluendi omnia, ſequitur quòd Petrus, aut ſucceſſor non ſit maioris auctoritatis, quàm ſimplex ſacerdos, quod ex dictis in primo libro patet falſum, tum quia Papa dat omnibus iuriſdictionem, & infinita poteſt in Imperatorem, & reges, & Concilia, & in leges, & legum interpretationes, & huiuſmodi.

Habet etiam alios errores in concluſionibus, quas ſuſcepit tuendas contra Dominum Ekium, quos improbandos eidem Domino Ekio relinquo, qui vt fertur contra eos ſcribit, eo vel maximè, quòd eorum principalis, ſcilicet Eccleſiam Romanam non eſſe caput aliarum, iam ſatis improbatum eſt per decreta, quæ etiam probauimus ligare omnes, & quia ipſa eſt virtualiter Eccleſia vniuerſalis, quod niſi eſſet caput eſſe non poſſet, & quia Concilium Conſtantienſe determinauit hoc credere eſſe de neceſſitate ſalutis, vt ſupra recitatum eſt. His igitur extraordinarijs, vt ità dixerim erroribus prælibatis, iam ad eius errores veniamus, quos in libro reſolutionum ſuarum concluſionum tenet, & aſtruit.

CAP. IX.

Errorem eſſe, quòd Papa, nec velit, nec poſſit indulgendo remittere vllas pœnas, præter eas quas ſuo, vel canonum arbitrio impoſuit.

IGitur concluſione ſua, 5. tenet quòd Papa nec vult, nec poteſt remittere vllas pœnas, præter eas, quas ſuo, vel canonum arbitrio impoſuit. Et alibi, ideſt in reſponſione ad Dialogum noſtrum, dicit Pontificem non poſſe liberare animam à Purgatorio, aut dare indulgentiam ſimpliciter plenariam, intellige citra pœnas iudicialiter inflictas, includendo autem iudiciarias, tenet quòd Papa in plena indulgentia etiam non remittit omnes impoſitas per canones, ſiue à iudicibus ſecundùm canones, vt hic. Quod autem hoc ſit error patuit priùs cap. 3. & cap. 2. vbi probatum eſt poſſe fieri veras indulgentias pro defunctis, quod non eſſet ſi per eas non remittuntur niſi penæ iniunctæ per ſacerdotem, vel canones, cùm ad iſtas nullus teneatur in Purgatorio, etiam ſecundùm iſtummet, vnde reſtat ſolùm reſpondere rationibus eius.

Arguit ergo primò ſic. Sex ſunt genera pœnarum: Prima eſt æterna gehennæ: Secunda eſt Purgatorij: Tertia ipſa volunta-

ria, & Euangelica, qoam operatur pœnitentia ſpiritualis ſecundùm illud 1. Cor. 11. ſi nos dijudicaremus noo vtique iudicaremur à Domino, quæ eſt Crux illa, & mortificatio paſſionum, de qua, inquit, ſupra conclusione 3. Quarta eſt caſtigatoria, & flagellatio Dei, de qua Pſalm. 89. ſi autem peccauerint filij eius, & legem meam noo cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum; Quinta eſt pœna Canonica, ſcilicet ab Eccleſia conſtituta: Sexta quam dicit ſe velle fingere, antequam aliter erudiatur, quam aliqui dicunt ſecundùm diuinam iuſtitiam requiri, vt ſatisfiat iuſtitiæ diuinæ, quæ ſi alia eſt à 3. & 5. quod oportet ſi debeat eſſe ſexta; non poteſt vel imaginari, niſi quia vbi 3. & 5. non eſſent ſatis, tunc ipſa imponeretur, ſcilicet plus orationis, ieiunij, eleemoſynæ, ac ſic ſolo intentionis gradu diſtaret à 3. vel 5. non enim poteſt intelligi pœna ciuilis, quia hanc Papa non remittit; alioquin omnia patibula tollerent literæ Indulgentiarum, nec pœna canonica per iudicium Fori contentioſi impoſita, quia non remittit cenſuras: vnde reſtat ſola inquit, quam me fingere dixi.

Sed conſtat, inquit, quòd prima pœna, ideſt gehennæ, à ſolo Deo per remiſſionem culpæ remittitur: ſecundam verò, ideſt Purgatorij, nunc ſupponit non eſſe in poteſtate Pontificis: tertiam verò, ideſt voluntariam, & Euangelicam dicit non eſſe in poteſtate hominis, quia eſt præcepta à Chriſto, & de eſſentia pœnitentiæ ſpiritualis, & de neceſſitate ſalutis: quartam etiam, ideſt caſtigatoriam, & flagellatiuam etiam dicit non eſſe in manu Pontificis, cùm etiam innocentibus imponatur vt Hierem. 49. ecce quibus non erat iudicium, vt biberent Calicem: bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? Et eiuſdem 25. Ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum: ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes eritis. Et 1. Petr. 4. nunc tempus inchoandi iudicium à domo Dei Apocal. 3. Ego, quos amo, corrigo. Et Hebr. 12. flagellat autem omnem filium, quem recipit. Si igitur Papa hanc remitteret, aut peccatores remitti crederent, fierent filij adulterini Hebr. 12. ſi extrà diſciplinam eſtis, &c. Quintam verò pœnam, ideſt, canonicam ab Eccleſia, vel Sacerdote conſtitutam, concedit eſſe in manu Pontificis, ſi ſubſit iuſta cauſa, quæ videtur eſſe etiam ſola voluntas pia Pontificis. Sextam verò pœnam nullam eſſe, conatur probare. Relinquitur ergo, quòd per venias remittatur ſola pœna canonum, vel ſacerdorum voluntate impoſita.

Ad hoc autem argumentum Achilleum, dico, quòd multipliciter deficit. Primò enim non benè enumerat pœnas. Cùm enim pœna à puniendo dicatur, quæ infertur innocenti, vt de quarta iſte dicit, non eſt pœna propriè, ſed dolor, cùm ille non habeat punienda, tamen ne videamur acribologizare; dico loquendo de pœna, ideſt, afflictione quacumque ſpiritus, aut corporis, vel vtriuſque ſunt plura genera, quàm dicat, quippe iſte omittit, eam quæ à Deo infertur in hac vita propter peccata; ſed tamen ſine purgatione, vel emendatione peccati, & conſequenter quæ non eſt caſtigatoria, ſed quæ eſt quoddam præambulum ad gehennam, ſicut Act. 12. Herodes propter elationem ſtatim à vermibus corroſus eſt, & Pharao inter flagella factus eſt ſemper durior.

Omittit etiam illam, quam quis patitur ſine peccato proprio actuali ſolùm ad gloriam Dei, vt dicitur Ioan. 9. de Cœco nato; patet enim, quòd illa non eſt aliqua iſtarum. Omittit etiam illam, quæ eſt ſine peccato ad cuſtodiam humilitatis, vt patet de Paulo, 2. Cor. 2. Et hos modos ponit Aug. ſuper Cant. Deuter. cum eo, qui eſt peccatorum purgatiuus, vt de Nabuchodonoſor patet. Omittit etiam illam, qua quis non propter peccatum patitur, ſed ad aliorum exemplum, & ſuum profectum, vt patet de Iob per totum librum, & de Tobia 2. cap. Si verò ſumatur pœna propriè à puniendo ſecundùm quod eſt, vel illata, vel aſſumpta ſolùm pro peccato, aut purgando, & puniendo ſimul, vel puniendo ſolùm, ſic dico, quòd ſunt pauciora genera pœnarum quantum ex Scripturis capere poſſumus.

Aut enim eſt poſt hanc vitam, & ſic nulla eſt aſſumpta à patiente, ſed tolerata ſolùm à Deo: cùm iam non ſit tempus operandi, ſed patiendi, quia tunc eſt nox, in qua nemo poteſt operari Ioan. 9. & nec opus, nec ratio eſt apud Inferos Eccleſ. 11. Et quidem ſi ſit æterna eſt gehennæ; ſi temporalis eſt Purgatorij. Aut eſt in hac vita, & ſic vel eſt à peccatore, vel à Deo, vt patet per Greg. de pœn. diſt. 1. ſi peccatum, vbi dicit, quod proculdubiò Dominus delictum ſine vltione non deſerit, aut enim homo hoc in ſe peoirùs punit, aut hoc Deus cum homine iudicans percutit, & ſiquidem ſit à peccatore, ſcilicet aſſumpta; eſt illa, de qua Dominus dicit Matth. 4. pœnitentiam agite, quam iſte Crucem Euangelicam dicit; ſi verò ſit à Deo, aut erit quò ad damnandos, vt ea, quæ Hærodis, & quæ Pharaonis fuit, aut quò ad ſaluandos, & tunc aut eſt à Deo adiudicante ad aliqua opera ſatisfactoria immediatè per ſeipſum, quam quidem iſte negat volens per contritionem omnia remitti; Sed nos ſupra cap. 3. multipliciter eam probauimus, & nunc etiam probo auctoritate Aug. ſuper Cantic. Deuter. dicentis Mariæ lepram illatam ad correctionem peccati, ſic etiam Nabuchodonoſor fuit percuſſus amentia ad tempus, Daniel. 4. & conſulta ſunt etiam illi opera ſatisfactoria per Danielem dicentem ibi: peccata tua eleemoſynis redime, qui tamen fuit verè pœnitens, & contritus, vt dicit Aug. & habetur, 23. q. 4. Nabuchodonoſor, aut certè imponitur à Deo per ſuos miniſtros, & ſic eſt illa, quæ eſt Canonum, & Sacerdotum. Cùm ergo iſte vtatur argumento à ſufficienti diuiſione, & inſufficienter diuidat, negatur conſequentia. Et ſic hoc argumentum iam ex iſto capite ruit, & ſoluitur.

Dato autem, quòd benè, & ſufficienter diuideret. Dico ſecundò, de prima pœna, ideſt, gehennali, quòd eam Papa non remittit per venias, quicquid per orationes fieri poſſit, iuxtà ea, quæ dicuntur, & leguntur de Greg. & Traiano. De ſecunda autem dico, quòd iſte eſt in magno errore; ſupponens, quòd pœna Purgatorij non remittatur per venias, vt ſupra cap. 2. probatum eſt, & cap. 3. & infrà reſpondebitur ad motiua eius, quæ

ſom-

ſomnia ſunt. Et ideò cùm procedat ex ſuppoſitione falſi; etiam ex iſto capite argumentum infringitur.

Dico 3. circa tertiam pœnam, quòd aſſumit multa falſa, pro quo illud in primis notandum eſt ſecundùm communem doctrinam, quòd etiam contritus, & verè pœnitens tenetur ad aliqua opera ſatisfactoria pœnalia, vt probatum ſupra eſt, cap. 3. quæ opera ſunt etiam aliquando medicinæ præſeruatiuæ à peccato, ſicut experientia docet de ieiunio, & alijs mortificantibus carnem. Pœnitentia ergo duo dicit: primò ipſam eſſentiam pœnitentiæ, quæ in voluntate eſt, & quæ perpetuo actu, vel habitu durare debet, quicquid ſit, vel actus, vel habitus, de quo modo non eſt mihi cura; & ſecundò eius effectum, qui eſt exterior mortificatio carnis, & crux, & infrenus, vt modo loquendi iſtius vtar, qui non habet ſemper actu durare. Et hæc non ſolùm vera ſunt ſecundùm communem doctrinam, ſed etiam oportet, quòd iſte ita fateatur, qui tenet in ſua concluſione 3. quòd pœnitentia interior foris operatur varias carnis mortificationes, ex quo habetur, quòd opera exteriora pœnalia ſunt effectus pœnitentiæ, ideſt, eius operata.

Cùm ergo dicit tertiam pœnam non ſubeſſe homini, vt eam poſſit per venias indulgere: dico hoc eſſe falſum in parte, vt patebit, & cùm probat, quia eſt præcepta à Chriſto. Dico hoc eſſe verum ſolùm in quantum eſt medicina præſeruatiua, quia ex præcepto charitatis, quo tenemur diligere animam noſtram plus, quàm corpus, tenemur per mortificationes, & alia opera bona ſubiugare corpus in obſequium animæ, ne labamur in culpam; ſiquis verò ſit, qui huiuſmodi preſeruatiuis non indigeat, & tamen adhuc aliquid ſatisfactionis debeat, aut ſi egeat his medicinis præſeruatiuis, tamen vltra, quàm per talia præſtare poteſt, adhuc reatu maioris pœnæ tenetur obnoxius; dico, quòd ambo non habent ex præcepto Dei totam reſiduam pœnam hic abolere, quod licèt ex Scriptura immediatè probari nequeat, ſtante tamen doctrina Eccleſiæ id probo, quia ſecundùm doctrinam iſtius nullus intraret Purgatorium ad purgandum peccatum aliquod ante mortem commiſſum, quod ex ſupradictis patet falſum ne dicam hæreticum.

Aſſumptum patet, quia ſi Chriſtus præcepit iſtis totam pœnam debitam abolere, ſiquidem obediuerunt non intrant Purgatorium, ſi non obediuerunt, decedunt in mortali, & intrant Infernum; vnde ſecundùm iſtum nullus intraret Purgatorium propter peccata admiſſa in vita. Si dicatur, quòd præceptum Chriſti fuit, vt abolerent quantum poſſent, & non potuerunt abolere totam: primò quidem dico, quòd iſte ſic dicere non poteſt, tum quia vult per contritionem omnem pœnam aboleri, tum quia vult per mortem patienter latam omnia aboleri: ſecundò dico, quòd habetur intentum, quia pro quanta parte explere non poterat, iſta non cadebat ſub præcepto, & ſic iſte non probat, quòd non ſubijcitur homini ex hoc, quòd cadit ſub præcepto Chriſti, cùm aſſumat falſum. Et qualitercumque ad hoc argumentum dicatur, quòd non ſufficienter concludat, nihil ad me, nunc enim ſufficit mihi, quòd ſufficienter ſoluam, quod facio negando illa, quæ iſte inſufficienter probat.

Aſſumit enim in hac tertia pœna multa falſa, non probata.

Primùm, quòd pœna quam ſpiritualis pœnitentia operatur ſit ſimpliciter, & vniuerſaliter in præcepto, vt ipſe intendit ſi debet ſufficienter arguere: dico enim, quòd pœnitentia interior operatur de benè eſſe, & de conſilio multas exteriores pœnas, vt patet in Sanctis, qui plura exhibuerunt ſatisfactoria, quàm tenerentur, vt ſaltem patet de beata Virgine, quæ numquam actualiter peccauit, niſi blaſphemando dicatur, quòd nihil ſuo appetitui gratum negabat, vt per hoc concludatur, quòd nihil pœnale ſuſtinuit.

Secundùm, quia dicit, quòd iſta pœna ſit de eſſentia pœnitentiæ ſpiritualis, cùm ſit effectus eius etiam ſecundùm ipſum, vt patet in 3. concluſione, & ſi dicatur, quòd eſt de eſſentia, ideſt, conſequitur eſſentiam, etiam eſt falſum; alioquin ſicut ſplendor ſemper eſt à Sole, ita iſta pœna ſemper flueret à pœnitentis interiori, quod falſum eſt, cùm etiam Sancti non ſemper fuerint in iſtis pœnalibus, ſed aliquando in recreationibus honeſtis.

Tertiùm, quia dicit, quòd eſt de neceſſitate ſalutis, quod nego, niſi quatenus eſt medicinalis. Ego enim iſti non credo, ſed dicentibus, quòd poteſt quis in hac vita tantùm ſe affligere, vt expleat omnem pœnitentiam à Canone, immo à Sacerdote inflictam, & omnem neceſſariam ad ſubiugationem corporis: in reliquo verò ſubijcere ſe miſericordiæ Dei, quæ eum purget pro libito, vel hìc per flagella, vel in Purgatorio per illas pœnas. Tria ergo falſa aſſumit ſine probatione in iſta 3. pœna.

De 4. pœna verò dico, quòd etſi pertranſire ſilendo poſſemus, tamen pro doctrina multa dici poſſent contra ea, quæ dicit, puta, quòd contradictio ſit, quòd pœna ſit caſtigatoria, & conueniat innocenti, qui nihil habet caſtigandum, niſi fortè quatenus eſt pars corporis nocentis, vt innocens caſtigetur per accidens in quantum caſtigatur corpus, cuius eſt membrum, poſſet etiam dici, quòd ea, quæ adducit, non probant hoc, ſcilicet quòd Deus caſtiget innocentem. Et ſic primus textus Hierem. quem adducit non concludit propoſitum, quia ſecundùm Nicolaum de Lyra illi, quibus dicitur non fuiſſe iudicium non intelligitur, quin habuerint iudicium alicuius peccati, ſed quia non habuerunt iudicium violentæ mortis, aut captiuitatis, vt Hierem. & Baruch, quos tamen Dominus voluit compati Ciuitati Hieroſolymorum, non tamen eo modo, quo magni peccatores, vt patet Hierem. 45. vbi Dominus reprehendit Baruch, quòd in tribulatione Ciuitatis vellet requiem, promiſit tamen ei, quòd non moreretur. Etſi verò Hieremias interijt, non interijt per bellatores hoſtes, ſed per malos ciues, Deo ſic volente, ſuo occulto iudicio.

Quod autem adducitur ſecundò de Ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen Domini etiam non eſt ad propoſitum, quia illa non erat innocens alioquin Deus non puniuiſſet eam tanta pœna, cùm promiſiſſet contra-

rium

tium Leuit. 16. ſi in praeceptis meis ambulaueritis, &c. Et idem dico de domo Domini. Et illud: quos amo, caſtigo; intelligitur vbi habenr caſtiganda, & ſimiliter quod inducitur de Hebræis, flagellat omnem filium, intrlligitur quantùm ad punitionem venialium, & quantùm ad promotionem ad bonum; non autem quantùm ad pœnam caſtigatoriam, niſi quatenus delinquunt. Vnde patet, quòd iſte, qui aſpernatur Canones, & Doctores omnes præter literas ſacras, has malè intelligat, & malè citet, & hoc ex more facit.

Vlteriùs de flagellis diuinis Auguſtinus ſuper Cant. Deuteron. dicit: Quinque modis flagrlla contingunt, vrl vt iuſtis merita per patientiam augeantur, vt Iob, vel ad cuſtodiam virrutum ne ſuperbia tentet, vt Paulo, vel ad corrigendum peccata, vr Mariæ lepra, vel ad initium pœnæ, vr Herodi, quatenùs hìc videatur, quid in inferno ſequatur, vel ad gloriam Dei manifeſtandam, vt Cœco nato. Et quicquid ſit de alijs flagellis, aut pœnis; tamen quando ſunt ad correctionem peccati, Deus voluit hanc diſiunctiuam, vr peccata plectantur quidrm omninò, ſed vel à Dro, vel à peccante, vr patet per Gregor. & habetur in cap. ſi peccatum, de pœnit. diſt. 1. & ſi à peccante, vel ab eo in prrſona, vel ab eo mediante amico, vt patet, quia ſuffragia vnius voluit valere alteri, vt ſuprà paruit.

Dico ergo, quod in pœnis, quas Deus iam inflixit per ſeipſum, Pontifex nihil poteſt niſi orando, & huiuſmodi ſunt, quæ pertinent ad cuſtodiam virturum, vel maius meritum, vrl gloriam Dei, vel initium pœnæ infernalis, quamquam ex officio ſuo, vt Paſtor multa horum poſſit inferre, ſed in his, quæ prr ſe voluit imponere, aut per Prorectorem aſſumi Pontifrx habet auctoritatem per viam ſuffragij, vel remiſſionis, quia ralia ordinantur, vr iuſtitia Dei ſaluetur in rebus, ad quod ſufficit, quod pro peccaris pœna luatur à peccatore, vel ab alio pro peccarore, vt per Canones probatum eſt, qui ſuffragia admittunr. Er ſic patet, quod etiam hic falſum ſine probatione aſſumitur, ſcilicet, quod pœna Dei caſtigatoria non ſubijciatur Pontifici, quod ipſe vniuerſaliter aſtruit, & in parte falſum patuit. Quæ autem contra hoc adducit, patent facilè ex dictis.

Dico quintò, quo ad quintam pœnam, quod de hac non eſt dubium, quod ſit in manu Pontificis, ſi tamen ſit illata à Iudice etiam à Prælato, in capitulo per indulgentias, non tollitur ſrcundùm communem doctrinam, & veritatem.

Dico ſextò, de ſexra pœna multa. Primò quidem, quod eſt poſſibiliter aliqua pęna prærer tertiam aſſumptam, & quintam impoſitam; differens quidem ab iſtis, non quantùm ad effectum, cùm omnes ordinentur ad reatum pęnæ diuina iuſtitia debitum abolendum, ſed ex parte imponentis pęnam, quia tertiam imponit ſibi ipſi peccator voluntariè aſſumens; quintam verò Miniſtri Dei; tertiam aliam ipſe Deus, vbi duæ primę non ſufficienter crimina expurgant. Et licèt nunc non arguam, ſed ſoluam, atque ideò mihi ſatis ſit negaſſe, quæ non ſunt probara, vel ſi probata malè, teſtimonium perbibuiſſe de malo, tamen ex ſuperabundanri probo, quod talis pęna non ſit ficta, ſed vera ſaltèm poſſibiliter. Nam ſupra cap. 3. probatum eſt, quod Deus per ſeipſum immediatè aliquas pęnas raxauit, etiam contritis, vt maximè patuit de Dauid, & tales non fuerunt ſolùm ſponte aſſumptæ, & acceptatæ, & ab alio impoſitæ, & non à Canone, vel Sacerdore, vt de ſe paret, & conſeqnenter ſunt aliæ à tertia, & quinta.

Præterea Patres olim Canones pęnitentiales ediderunr, qui cùm eſſent pro magna parte Sancti, & fuerint Rectores Eccleſiæ, neceſſè rſt dicere, quod fuerint leges pro runc benè poſitæ, & conſequenter communiter iuſtæ licèt aliquando poſſent excedere, vel in plus, vel in minùs, fuerunt enim omnes à Spiritu ſancto, & ſic accipiendæ, quaſi à diuino beati Petri ore procedenres, vt probatum eſt, & patet per cap. ſic omnes, diſt. 19. vnde cùm nunc pęnæ ſint in ſoro animæ arbitrariæ de pœnit. & remiſs. Deus qui, de pęnit. diſt. 1. menſuram, gloſs. in cap. tempora plenitudinis, diſt. 26. qu. 7. & in cap. latorem, diſt. 33. qu. 2. & longè minores, quàm Canones ſtatuerint, oportet, vel illas leges non fuiſſe diſcretas loco, & tempori conuenientes, contra cap. erit, diſt. 4. vel quod expleta ſatiſfactione Sacerdotis, multa ſuperſit aliquando pęna ferenda ſecundùm Canones, quæ quia non expletur, oportet, quod exigatur à Deo, vt patet in cap. ſi peccatum dr pœnit. diſt. 1. Ergo iſta ſrxta pęna non eſt ficta, ſed ſine ratione bona negata. Vnde & Panorm. in cap. ſuper eo de rap. notat, quod pęnitentia hic non peracta peragetur in futuro. Quod etiam refirmatur, quia cùm pro eodrm Canones omnibus idrm imponerent, nec tamen per idem peccatum omnes æqualiter delinquerent propter varias circumſtantias, neceſſariò pęna Canonica aliquando erat maior, aut minor ea, quæ debebatur ex peccati demerito.

Sed contra hæc arguit iſte.

Primò. Nulla enim, inquit, auctoritate Scripturæ, Doctorum, Canonum, ratione probabili, poteſt doceri talem eſſe aliquam pęnam. Soluitur. Dico hoc omnibus iſtis modis probari, & clarè ex dictis patere, ſed iſte, aut non vidit, aut non intellexit.

Secundò, inquit, quia etſi eſſet ralis pęna, tamrn ad remiſſionem Papæ non pertineret, cùm ſit voluntaria, & vltrà Canones impoſita; immò non impoſita, ſed ſponte ſuſcepta, quia eſt alia ab his, quæ imponuntur, vt dictum eſt in pęna quinta. Soluitur. Talis pęna eſt, & pertinet ad remiſſionem Papæ, quæ fit per venias. Et eum probatur, quod non quia eſt voluntariè aſſumpta, & vltrà Canones impoſita; immò non impoſita, ſed aſſumpta, quantum ad li *voluntariè* dico, hoc nihil probare, quia quandoque aliquis voluntariè aggreditur ſolutionrm debiti ex ſuppoſitione, quod ità iuſtitia requirat, ad quam tamen vellet iuuari per alium, ſi poſſet miſericorditer, & ità in propoſito, qui tenetur reatu pęnæ pro peccatis ſuppoſito, quod Deus eum velit ſoluere voluntariè aggreditur ſolutionem, in qua tamen per venias vult iuuari, & ſi omninò iuuari nollet, nullus eum compellrret vti, cùm beneficium ſecundùm regulam iuris non conferatur in inuitum. Quantum ad li *non impoſita*, dico, quod pę-

oiten-

nitentiæ Cano num nulli ſune actu, & ſi virtute impoſitæ, niſi per Prælatum applicentur, quantùm autem ex vi ipſorum, ſune editi, vt ſecundùm eos imponantur, quod indè patee, quia plerumque taxato tempore puta ſepeennio non taxatur modus pęniteudi, ſed Sacerdotis arbitrio relinquitur, quod etiam iudè patet, quia ſecundùm multos Canoniſtas, & ſequitur Alexand. de Imol. in l. ſi quis maiot, C. de tranſact. omuia iura Mundi, quæ dicuot pęnam imponi ipſo iure, vel facto, debent intelligi, dummodò ſequuta ſit ſententia declaratoria, quod tale quid à tali ſit commiſſum. Vnde requiritur applicatio Canonum ad iſtũ, vel illum. Quod tamen iſti dicune fallit, in pœnis, quæ ſecum trahunt exequutionem, vt excommunicatio, & huiuſmodi, de quo alibi. Quantum veeò ad li *aſſumpta* dico, quod uon repugnane aſſumi ab homine, & imponi à Deo. Et ſic patet ad primum, & ſecundum argumentum iſtius pro ſalſa, & erronea ſua concluſione.

Arguit tertiò, & ſibi inſolubiliter, qui vt dicir cogitur dictam concluſionem ex conſcientia tenere, & quidem ſic. Ille duæ poteſtates ligandi, & ſoluendi, ſunt æquales, & ſuper eandem materiam. Sic Summus Poutifex nullam haber ligare, & imponere pœnam præter canonicam, ſeu quinram. Ergo nec vllam ſoluere, & tollere, aut dicendum illas duas poteſtates eſſe inęqualis latitudinis. Quod ſi hoc dicitur nemo tenetur credere, quia nullis Scripturis, Canoníbuſque probatur, cùm ſit clarus textus, vbi Chriſtus ligare ſuper terram, & ſoluere ſuper terram dedir; æqualiter veramque menſurando, & exeendendo. Soluitur. Iſtæ qui nihil vult alijs credere, mirum eſt quomodo ſine probatione eot falſa aperea fronte ſine probatione aſſumat.

Quæro vnde ipſe habet illas poteſtates eſſe æquales? Et cerrè non aliunde, niſi quia eas non legit inæquales. Non enim hoc ex veebo Chriſti habetur, quia licèe dicat, Petro ligátum fore omne, quod ligauerit, non negat tamen aliquid aliunde ligatum, quod etiã ipſe Perrus diſſoluat, & de facto irà eſt. Vnde probo iſtas facultates inæquales eſſe. Aliquis enim peccato eſt ligatus, alioquin in forma Sactamenti pęnirentię non diceretur: Ego abſoluo te; nec Dauid diceret in Pſalmo: Dirupiſti vincula mea; nec ſecundùm Doctores, pullus ligatus ſignificaret peccatotem Matthæi 12. & iſta ligatio uon poteſt eſſe à Petro, vt patet, vel à Papa, quia non habet auctoritatem in deſtructionem, ſed in ædificationem, vt de ſe dieie Paulus, & tamen Papa, & quilibet Sacerdos auctoritate Papæ, iſtum abſoluit. Ergo dictæ facultates quantum ad hoc non ſunt æquales. Er ſi dicatut, quod Papa hunc non ſoluit, ſed oſtendit ſolutum eſt alius errot, qui improbatr infrà, cap. penult.

Præterea eos, qui ſunt in Purgatorio Papa, aut ligare poteſt, aut non. Si poreſt, cùm ſecundùm iſtum eos non poſſit abſoluere, maior eſt in hoc authotitas ligandi, quàm ſoluendi; ſi verò non poteſt, maior eſt auctoritas ſoluendi, quàm ligandi, cùm poſſie eos ſoluere per ſuffragia, maximè per Sacrificium Altaris, vt per ſe paeet teneti à tota Eccleſia, & ſuprà probatum eſt. Eſt autem neceſſarium, quod poſſit eos ligare, vel non poſſit, cùm ſint contradictoria. Ergn eſt neceſſatium dictas ſacultates eſſe Inæquales.

Sunt autem dictæ facultates æquales, quantùm ad multa, quæ ſunt merę iuriſdictionis, non autem quantùm ad ea in quibus cum iuriſdictione concurrit etiam pietas, vr in propoſito. Quod enim Papa poſſit indulgentias facere, eſt iuriſdictionis ſecundùm Theologos, & Canoniſtas, qua poteſt tamquam Pcinceps diſpenſare communem theſaurum, quod autem eas faciat applicando defunctis pietatis eſt. Et hoc rationabiliter fit. quia cùm omnia opera Domini ſint miſericordia, & veritas ſecundùm Pſalm. tamen ſecundùm eum miſerationes eius ſuper omnia opera eius; vndè ſuperexaltat miſericordia iudicium, vt aie Iacobus Apoſtolus. Et ſecundùm iura debec Epiſcopus, vel Sacerdos pronior eſſe ad abſoluendum, quam ligandum, diſt. 26. qu. 7. alligant. Quod autem dicitur nulla auctoritate probari illas facultates eſſe inæquales falſum eſt, quia ex probatis ſuperiùs per auctoritatem in cap. 3. ſequitur, quod dictum eſt. Aſſumit ergo primo vnum falſum. Cum verò dicit, quod Papa non poteſt imponere pœnam præeer quintam, ideſt canonicam, verum eſt in ſenſu compoſito, quia ſi eam, quæ modò non eſt canonica imponat, erit canonica, ideò omnis ab eo imponibilis neceſſariò eſt canonica, ſed in ſenſu diuiſo eſt falſa, quia demonſtrata aliqua pœna, quæ non ſit in Canone, hanc poteſt imponere. Eſto ramen, quod ad nullam talem poſſit ligare, non ſequitur ergo, nec ſoluere, quia oppoſitum ſupra probatum eſt, ſcilicer quod ſoluere poeeſt, quos Deus ligauit ad pœnam, & diabolus ſuggeſtiuè ad culpam.

Sic contra hoc iſte aliquando replicat, quia inferior abſoluere nequit, quem ligauit ſuperior. Sed dico, quod verum eſt auctoritate propria, ſecùs auctorieate ſuperioris, vt in propoſito Papa abſoluit vece Dei: qui hoc ſibi conceſſit, de qua conceſſione conſtat pee irrefragabile, & diuinum iudicium auctoritatis Eccleſiæ, quæ eſt maior auctorieate Scripturæ, quorum vtrumque ſupra probatum eſt. Et præterea Papa propriè à tali pœna non abſoluit, ſed debenei eam dae vndè illam ſoluat dando veniam de theſauro.

Arguit 3. Nam de pęn. & rem. quod antē, expreſsè dicitur remiſſiones non valere, quæ à proprio Iudice non ſunt factæ, cùm nullus ligari, aut ſolui poſſit à non ſuo Indice. Sed certum eſt, quod homo non eſt ſub iuriſdictione Papæ in 1. 2. 3. 4. & 6. pœna, ſed tantũ in 5. Soluitur. Textus ille intelligitur à Iudice non ſuo, quando Iudex proprius non conſentit cui ſit iniuria, cùm ſuus ſubditus abſoluitur à pœna impoſita, ſecus ſi conſentiat, vt patet per ibi notara, & ità eſt in propoſito, quia Deus conſenſit in hoc Petro, vt ſupra probatum eſt. Dico 2. quod Papa eos, qui ſune in Purgatorio non abſoluit à pœna, ſed dat eis, vndè pœnam ſoluant, vt paruit ex determinatione Eccleſiæ per Clementem VI. Dico 3. quod minor rationis eſt falſa, quo ad ſexeam, & quartam pœnam, vt patuit.

Præterea iſta ratio locom habet in Iudicibus humanis, quibus fit iniuria ſi pœna ſua relaxatur, non in diuino iudicio in propoſito;

Digitized by Google

to, quia Deo nulla fit iniuria, qui non intendit pœnam iſtius, niſi vt peccatum ordinetur per pœnam, vndè ſiue ordinetur per pœnam, quam ipſe exhibet, ſiue per eam, quam exhibet alius pro eo, nihil ad rem, alioquin Deus non acceptaret ſuffragia, quod eſt impium dicere, & improbatum ſupra, nec Chriſtus ſatisfeciſſet pro nobis, quod eſt hæreticum. Sed quia iſte rurſùs concluſione 20. & quibuſdam ſequentibus, de iſtamet materia loquitur, ideò etiam ſequenti capitulo quædam rationes eius diſſoluentur.

CAP. X.

Errorem eſſe, quod Papa non poſſit plenariè indulgere hìc, vel in futuro.

RVrsùs iſte vir in ſua concluſione 20. & in quibuſdam ſequentibus hanc eandem materiam reperit, quam & nos repetere oportet quibuſdam punctis.

Primum. Iſte in ſua concluſione 20. ſic habet, Igitur Papa per remiſſionem plenariam omnium pęnarum, non ſimpliciter omnium intelligit, ſed à ſe ipſo tantummodo impoſitarum. Hæc ille. Qui dicit ſe concluſionem hanc diſputare, nondum pertinaciter aſſerere. Et quidem iſta concluſio partem habet vnam, quæ aduerſatiuam præcedit, ſcilicet Papa per remiſſionem omnium intelligit, & hæc quidem, vt iacet vera eſt, quia Papa non intendit remittere pęnas illatas pro originali, vt infirmitates, & mortes, nec illatas à Deo pro medicinis, iuxtà illud Oſeæ 2. ſepiam vias tuas ſpinis, neque iudiciales, ſed ſi loquamur de pęnis explendis, vel potiùs tollerandis pro peccatis, vt puniantur, & diuina iuſtitia obſeruetur, dico primò, quod aſſumit probare negatiuam, quam ſolus Papa nouit, ſcilicet quod non intendat tamen de pęna ſuſtinenda dimittere. Dico 2. quod ſi intendit dicere, quod Papa hoc non intendit, quia non poteſt omnes pęnas remittere, ſed tantùm à ſe iniunctas per ſe, vel alium, vt ſupra aſſeruit, & hic innuit per aduerſatiuam partem ſecundam, ibi, ſed à ſe ipſo tantummodo impoſitarum hoc ſupra improbatum eſt, cap. 3. ſi verò intendat, quod Papa non intendit, non quia non poſſit, ſed quia non vult, hoc dictum eſt improbabile, & impium. Et improbabile quidem, quia improbabile eſt, quod non videtur pluribus, aut ſapientibus, & his, aut pluribus, aut præcipuis, vt patet in primo top. Sed hoc dictum eſt huiuſmodi, quis enim ſapiens diceret, quod Papa potens dare Indulgentiam plenariam ſimpliciter, & dicens ſe eam dare, eam dare non intendat, cùm huius non intentionis nulla poſſit probabilis ratio reddi, vt per ſe planum eſt, quia hoc nulli confert. Papa autem dicit aliquando ſe dare Indulgentiam plenariam ſimpliciter, quia hoc dicit ſine aliqua additione, vel limitatione, ſimpliciter enim dicitur ſecundùm regulam logicalem, quod nullo addito dicitur. Igitur improbabile eſt illud dictum, & vt omnis tollatur fuga, etiam ipſe Papa aliquando ſe declarauit intendere eo modo, quo nos dicimus, vt patuit ſupra cap. 3. & infrà hoc eodem cap. ad 2. iſtius argum. Eſt etiam impium, quia non ſeruatur debita pietas in Deum, dum eius Vicarius ſic temerè iudicatur de mendacio, & quidem pernicioſiſſimo. Sic ergo omniquaque reprobata iſtius viri ſententia, reliquum eſt rationes quoque quantum valeant trutinare.

Arguit autem primò ſic. Nàm ex concluſione quinta patet, quod per clauium poteſtatem ſola canonica pęna dimittitur, vndè iſta concluſio eſt corrolarium illius, & illa negata negatur, & iſta. Soluitur quia ſupra illa negata, & improbata eſt, & ad rationes reſponſum, ideò nihil ad hoc vlterius dicendum eſt.

Secundò ſic. Nam ſtylo ſuo Pontifex dicit ſic, de iniunctis pęnitentijs miſericorditer relaxamus, ergo non iniunctas, vel à ſe, vel à Canonibus non relaxat. Soluitur. Dico primò non valere argumentum, vel conſequentiam, quia non ſolùm Sacerdos, aut Canon iniungit pęnitentias, ſed etiam Deus, de quo dixit Nathan ad Dauid, 2. re. 4. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris, vndè patet ei impoſitam priùs pęnam mortis æternæ, & temporalis, quæ tacta erat in gladio non receſſuro à domo eius, & ſimiliter cùm quilibet peccat mortaliter Deus, qui omnium Iudex eſt iniungit pœnam mortis æternæ, & ſi pęnitet, mutat eam in temporalem ſecundùm communem doctrinam, quod mihi nunc probare non oportet, cùm non arguam, ſed argumenta diſſoluam, tamen patet de pęn. diſt. 3, ſunt plures, diſt. 25. qui in aliud diſt. 40. ſed illud, quam temporalem ſi non explet ſufficienter hic explebit in poſterum, ſecundùm doctrinam totius vniuerſitatis Doctorum, & patet in cap. qui in aliud diſt. 25. & quod iſte dicit eam remitti per contritionem ſupra cap. 3. improbatum eſt, quod etiam dicit eam remitti per mortem naturalem, primò quidem hoc ego nego, nec ipſe probat; ſecundò probo, quod ſit falſum, quia mors naturalis eſt pęna peccati originalis, vt patet Rom. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum mors, & eiuſdem. 6. ſtipendia peccati Mors, & eiuſdem 8. corpus mortuum eſt propter peccatum, & Geneſ. 2. quacumq; die comederitis morte moriemini, & Auguſt. 13. de Trin. & 15. de Ciuit. Dei, & contra epiſtolam fundamenti dicit, quod defectus huiuſmodi, quos patimur veniunt de damnatione peccati. Sicut autem Deus non punit bis in idipſum de pœn. diſt. 3. ſunt plures, §. auctoritas, ità nec vna pęna punit duo peccata, quia ſi primo erat adæquata, nihil punit de ſecundo, ſi inadæquata, & excedens, fuiſſet iniuſta, & Deus puniuiſſet vltra condignum.

Præteteà qui ſub Duce Iuda Machabeo in bello interierunt, 2. Mach. 12. ſpontè mortem obierunt cùm ſecundùm legis mandatum formidoloſi, & corde paruidi, & huiuſmodi domum remittetentur, vt patet Deut. & hoc mandatum Machabæus ſeruauit cùm pro legis obſeruantia dimicaret, & tamen iſti poſt mortem voluntariam fuerunt obnoxij peccato, quod ſcilicet Idolorum donaria, non

ad

ad hon orem Idolorum, ſed ad cupiditatem, ſub tunicis latenter habuere, vndè pro eis factæ ſunt orationes, & ſacrificia, vt ibi patet. Non ergo morte omnia peccata expurgantur, de quo etiam vide infra puncto. 3. aliam rationem. Non obſtat ſi liber ille non ſit de Cahone, quia hiſtoriam illam Eccleſia probat cantans eam in Miſſa pro defunctis vide etiam infra puncto. 3. Cùm ergo dicitur de iniunctis; intelligitur, vel intelligi poteſt à Sacerdote, vel Canone, vel Deo, & hoc modo intelligit vniuerſalis ſchola Theologorum, & Canon iſtarum. Dico 2. quòd ſtylus Curiæ numquam hoc habet, quando Indulgentia ſit plenariè, ſed habet plenam, immò pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam largimur, vel obtineant, vel aſſequantur; & idem teſtatur formá conceſſionis plenariæ Indulgentiæ alicui in vita, vel in morte conceſſæ: vt ſupra ex Arch. recitatum eſt: idem literæ multorum quæſtorum, vt etiam ſupra recitatum eſt. Iſte autem vir dicit ſe non curare arbitrarium commentum dicentium, quando Pontifex non addit hanc clauſulam, de iniunctis pęnitentijs, tunc intelligi ſimpliciter omnium pęnarum, dicerem inquit ego, quod non ſubintelligitur. Sed ad hoc dico primò ſuam gloſſam eſſe voluntariam, & nulla auctoritate fulciri: hoc verò commentũ innititur 1. probabilitati, quia cùm Pontifex id poſſit, vt probatum eſt, & dicit ſe facere vt patet in literis, probabile eſt, quod ſic velit, & oppoſitum eſt impium, ſecundò innititur auctoritati Eccleſiæ, quæ aliquando dicit ſe remittere omnem pœnam, quam anima iſta, vel illa paſſura erat poſt hanc vitam, vbi non habet locum clauſula iſtius, etiam ſecundùm ipſum, cùm omnis pęnitentia iniuncta finiatur in morte ſecundùm iſtũ, tertiò innititur auctoritati Doctorum, qui dicunt animam, quæ ritè eſt aſſequuta indulgentiam euolare, ſi antè aliud peccatum admiſſum decedat. Et ità tenet Ho. & Pet. de Palude & Ang. de Anch. & ità etiam cogitur dicere baſſis huius Martini Panorm. qui in cap. ad liberandam de Iud. dicit quod Indulgentia tollit pœnam iniunctam, & iniungendam, & idem Gaſpar Cal. cuius ſunt verba Panorm. ibi: licèt eum non alleget, & ſequitur Fel. & Archiep. & Papa, vt refert Petrus de Pal. qui aſſequutis indulgentiam Iubilei, vetauit imponi pęnitentias niſi volentibus; & Bonifacius VIII. dixit ſe intendere, quòd remitterentur etiam pœnæ non iniunctæ.

Arguit 3. ſic. Ad ſolitum inquit venio argumentum, ſed omnium fortiſſimum, & requiro, quibuſnam auctoribus probant etiã alias pęnas per claues tolli, quàm canonicas, & exhibent mihi Antoninum, Petrum de Pal. Auguſt. de Anch. Capreo: deindè & Angelus Summiſta ſuum Franciſcum Maronis inducit redemptiones veniarum eouſque vehentem, vt meritorias eas pronunciare ſit auſus, ſi Chriſto placet, quaſi illi homines tales ſint, ac tanti, vt quidquid ſenſerint ſtatim neceſsè ſit inter articulos fidei numerare. Verùm illi magis ſunt reprehendendi, qui ad ignominiam noſtram, & iniuriam illorum, allegant pro aſſertis, quæ illi proprio ſtudio luerunt opinati. Et infrà. Sed ad originem, & fontem veniam riuulorum iſtorum, ideſt Beatum Thom. & Bonauent. qui Sancti, & graues planè auctoritate iuri, verum cùm & ipſi magis opinentur quàm aſſerant: denique S. Bonauentur. confiteatur eſſe rem dubioſiſſimam, omninoque incertam, nonne clarum eſt ex ipſis etiam nihil poſſe aſtrui. Tu vide ſi vllum textum, aut ſcripturam adducant? Nec mirum, quod ipſi nihil aſſerant. Cùm enim hæc res ſit fidei quidam articulus, ſi fuerit determinatus à Deo, non pertinet ad Doctores definire, quod etiam ad ſolum Concilij vniuerſalis iudicium ſit ſuſpendendus; nec Summus Pontifex, quid temerè in his habeat definire, quæ ſunt fidei; niſi ſoli Præcones veniarum, illis omnia, quæ libuerint liceat. Vnicam tamen habent omnes rationem ſuæ ſententiæ, quam & Panormit. in 5. de pœnit. & remiſs. cap. quod autem affert: videlicèt hanc. Si indulgentiæ ſolùm canonicas pœnas dicantur remittere, hoc eſt Indulgentias, nimis vilificare. Itàque ne viles ſint indulgentiæ, magis placuit fingere; quod neſciunt, cùm nullum ſit periculum animarum ſi indulgentiæ etiam nihil eſſent, nedum viles, miſerrimum verò ſit animabus figmenta, & illuſiones prædicare, etiam ſi indulgentiæ vtiliſſimæ eſſent, à Deo non habetur ratio ſalutis animarum, ſed tantummodò ne non optima videantur docuiſſe. Plus laboramus pro gloria noſtri verbi, etſi non neceſſarij, qui pro fide ſimplicis, & nobis commiſſi populi ſola neceſſaria. Sed antequam ad B. Thom. & Bonau. Reſpondeam, dignum videtur recitare opiniones de Indulgentijs, ne ego primus, aut ſolus indubium vocaſſe videar. Hæc iſte, qui deindè recitat opiniones, quas & gloſs. in cap. quod autem de pœnit. & remiſs. Poſt quas ità ſequitur. Vides ergo omnia adhuc in opinionibus hærere.

Porrò id quod Angelus ex ſuo Franciſco Maronis adducit, quòd Indulgentiæ etiam valeant ad augmentum gratiæ, & gloriæ, non aduertit, quòd Indulgentiæ non ſunt opera bona, ſed remiſſiones bonorum operum: propter aliud minùs bonum opus. Etſi enim opus bonum propter quod dantur Indulgentiæ eſt meritorium, non tamen ideò Indulgentiæ ſunt meritoriæ, cum opus ſeorſum factum non minùs eſſet meritorium, & fortè magis: Indulgentiæ verò ſeorsùm ſumptæ potiùs ſunt demeritoriæ, quia remiſſiones bonorum operum. Igitur cum in omni materia dubitata licitum ſit vnicuique diſputare, & opponere, & ego quoque dico me à beato Thoma, & Bonau. in hac parte diſſentire, donec meliùs probent ſua, atque diſſoluant noſtra. Ego enim præter opiniones nihil video, quæ probent nec ſaltem vnum Canonem, cùm tot Scripturas ego ſuperiùs Concluſione quinta, produxerim pro mea parte. Hæc ille, quæ non ſine magna nauſea & miraculo recitaui, & hoc eſt eius fortiſſimum argumentum. Solutio. Hoc argumentum deficit multipliciter.

Primò, quia dicit hoc argumentum eſſe omnium fortiſſimum, cùm tamen locus ab auctoritate ſiquidem ſit ab auctoritate diuina fortiſſimum ſit, & irrefragabiliter concludens, ſi verò ſit ab humana in virtute

Dei, vt ab Eccleſia, vel Pontifice vt ſic, etiam irrefragabile eſt vt probatum eſt, & etiam per Auguſtin. contra Manich. patet, & habetur diſt. 11. palàm, quia auctoritas Eccleſiæ facit fidem, & certitudinem, & ibi dicitur, ſi verò ſit ſolùm ab humana, debiliſſimum eſt ſecundùm Dialecticos, & Philoſophos, & nunquam pluſquam probabilitatem efficit, ſi tamen ſit ab humana ſolùm, aut virtute Dei, aut etiam à diuina negatiuè, nihil penitùs valet, non enim conſequitur, Petrus hoc non dicit ergo non eſt verum, & Eccleſia, vel Deus hoc non dicit ergo non eſt verum. Argumentum autem iſtius eſt ab auctoritate negatiuę, dum dicit nulla Scriptura, nullus canon, nulla ratio præter deriſoriam Panorm. hoc dicit. Ergo non eſt verum.

Deficit ſecundò, quia ex magna ignorantia, vel magna malitia dicit nominatos Doctores non adducere textum aliquem, vel Scripturam, ſed ſolam communem rationem Panorm. ſcilicèt ſi Indulgentiæ ſolùm canonicas pœnas dicuntur remittere, hoc eſt Indulgentias nimis vilificare. Hæc ille.

Dico autem, quòd nec verba iſta, nec ſententia eſt ibi: ſed iſte, aut fingit, aut non intelligit Abbatem, qui ad illam opinionem quæ dicit Indulgentiam valere, quoad pœnitentiam hìc iniunctam ex ſuperabundanti ad cautelam, dicit, quòd hæc opinio nimis vilificat claues Eccleſiæ, iſte autem pro clauibus poſuit Indulgentias, & rursùs ad illam, quæ dicit; quòd prodeſt Indulgentia, quoad pœnitentiam hìc iniunctam dummodò proprius Sacerdos, qui pœnitentiam iniunxit hoc concedat, vt poſſit compenſare pœnitentiam cum Indulgentia, aliàs ſecus, dicit idem Panorm. quod hæc opinio nimis reſtringit poteſtatem, & effectum Indulgentiarum, nam cum hæc Indulgentia proficiſcatur ex theſauro Eccleſiæ, cuius poteſtatem diſpenſandi habet Papa; debet prodeſſe, quibus ipſe Papa concedit, vel alius Prælatus ab eo habens poteſtatem, vnde non eſt neceſſaria licentia Sacerdotis, licèt ſit conſilium vt habeatur. Hęc Panormitanus.

Patet ergo, quòd iſte eum non intellexit, vel malitiosè, & falsò adduxit.

Vlteriùs dico, quòd dicti Doctores adducunt textum irrefragabilem, ideſt priuilegium, quod probauimus eſſe Petri, vt Principis Apoſtolorum, quodcumque ſolueris ſuper terram, &c. Matth. 16. quod quidem priuilegium probo ſe extendere ad abolendum pœnam ſuſtinendam à Deo, tum quia conſuetudo eſt legum interpres, & quidem optima de conſuet. cum dilectus, & vt ibi dicit Panorm. ad eam cum lex eſt dubia recurrendum eſt, & conſuetudo autem Romanæ Eccleſiæ, quæ maximę auctoritatis, & maximè ſeruanda eſt diſt. 10. quis in fine, diſt. 12. cap. 1. in fine, habet, quòd pro mortuis fiant Indulgentiæ, quibus etiam ſecundùm iſtum nulla poteſt remitti pœna canonica, vnde remittitur ſolùm diuina, tum etiam, quia hoc aſtruit Eccleſiæ Romanæ irrefragabilis auctoritas; quia hoc determinarunt Sixtus IV. & Leo X. & ipſo ſuo facto Eccleſia Romana, ſuper auctoritate cuius iſti ſe fundarunt.

Præterea ex prædictis Doctoribus ſumptæ ſunt multæ rationes ſuperiùs adductæ in cap. 3. vbi probatum eſt hæreticam eſſe opinionem iſtius. De merito autem Indulgentiarum vide infrà puncto 5.

Deficit tertiò, quia ex maxima doloſitate, vel ignorantia dicit dictos Doctores non eſſe loquutos aſſertiuè, quod maximè falſum patet ex Domino Antonino, qui tenet in Eccleſia fieri veras indulgentias quibus vult remitti etiam pœnas infligendas à Deo, & dicit, quòd aſſerere in Eccleſia non poſſe fieri indulgentias eſt hæreticum, vt ſupra recitatum eſt, patet etiam ex alijs, qui recitata opinione iſtius, & improbata inferunt, & ideò dicendum eſt cum alijs, &c. & ſi in hoc affirmatiuè non loquuntur pari ratione vbique dici poſſet, quòd ex pietate non ex veritate loquuntur. Quod autem dicit de S. Bonau. quòd res iſta dubia eſt, dico, quòd ſuo more infideliter recitat, nec aliter probare poſſum niſi per eius verba, ad quæ Lectorem remitto.

Deficit quartò, quia dicit, quòd hæc res eſt fidei articulus, & quòd in huiuſmodi Papa nihil habet ſtatuere, ſed hoc eſt Concilij, quæ omnia in l. 1. diffuſè improbata ſunt.

Deficit quintò, quia Doctrinæ more ſuo inſerit detractationes, & maledicta, quibus ipſe eſſet dignus magis. Sed miſſa ſint hæc ne videar ſimilis ei.

Arguit vltimò. Per Indulgentias ſatisfactio pœnitentialis eneruatur, de pœnit. & remiſs. cum ex eo, ergo per eas non niſi pœna canonica remittitur, cùm ſatisfactio pœnitentialis non dicatur niſi illa pars pœnitentiæ, Eccleſiaſticæ, & Sacramentalis. Hæc ille.

Soluitur. Negatur conſequentia, & probatio non eſt ſufficiens, quia ſtat, quòd per indulgentiam eneruetur talis pars pœnitentiæ, & cum hoc etiam eneruetur ſatisfactio virtutis pœnitentiæ, quæ ſine pœnitentiæ Sacramento fuit in Veteri Lege, & in Noua eam negare eſt inſanire. Quis enim neget fideles multa bona opera facere ad abolenda peccata, quæ non ſunt eis impoſita. Immò probatio non eſt vera, quia ſatisfactio pœnitentialis non eſt ſolùm tertia pars Sacramenti pœnitentiæ, ſed eſt omne bonum opus ſuffragiale in gratia factum ad abolenda peccata, alioquin veteres pœnitendo non ſatisfeciſſent, quod dicere impium eſt nedum falſum, cùm eſſent tunc, & orationes, & ſacrificia pro peccatis.

Sed iſte ad hanc ſolutionem recapitulat ſub hac forma. Siquis, inquit, mihi obſtet Papam non negare etiam alias pœnas eneruari, ſed affirmat dumtaxat, nec excluſiuè loquitur, dum dicit ſatisfactio pœnitentialis eneruatur.

Reſpondeo. Probat, quod & aliàs relaxat, non excluſiuè loquatur. Quod cum non feceris: Ego, inquit, probo, quod excluſiuè loquitur per cap. cum ex eo, vt ſupra vbi dicit, quòd quæſtores eleemoſynarum præter, id quod in literis eorum continetur, nihil permittantur proponere populo, ſed nihil continetur in vllis literis Apoſtolicis, præter remiſſiones ſatisfactionis pœnitentialis, ſicut ipſemet dicit Papa, ſi per Indulgentias ſatisfactio pœnitentialis eneruatur. Hæc ille cum nonnullis friuoſis.

Soluens autem dico primò, affirmando reſpon-

reſponſionem, & dico me iam probaſſe, & alios Doctores per Indulgentias remitti alias pœnas, quàm Canonicas, & 2. dico, quòd iſte malè probat Papam excluſiuè loqui, & cum probat quia nihil continetur in vllis literis Apoſtolicis, &c. dico, quòd aſſerit, quod nec ſcit, nec ſcire poſſet, niſi omnes literas Apoſtolicas viderit, quod eſt inſanire, ego autem vidi literas aliquas Apoſtolicas in quibus continetur, quod iſte negat vt, ſupra recitaui, immò ex iſto textu, quem pro ſe adducit, velut alterum Gollam proprio gladio iugulaui, ex iſtiſmet verbis oſtendens, quòd ſit hæreticus ſi pertinaciter ſentiat. Si autem fortè iſte incorrectè ſcripſerit, pro illis ponens vllis, vt referat ſe ad formam literarum, quæ ponitur in dicto cap. cum ex eo, in quibus nulla fit mentio de indulgentijs; Dico primò, quòd licèt in illa forma hoc, quod ego aſtruo, & ille negat, non habeatur, habetur tamen in aliſs literis ſucceſſorum, vt probaui; Dico ſecundò, quòd ex hoc ſenſu ſequitur, quod quæſtores etiam pœnas Canonicas remittere nequeunt ſi in eorum literis id contineretur, cum hoc in literis ex quibus iſte arguit non habeatur, quod iterùm eſt inſanire.

Punctum ſecundum. In Concluſione verò 21. ex prioribus concludens ſic habet. Errant itàque indulgentiarum Commiſſarij, ij qui dicunt per Papæ indulgentias hominem, ab omni pœna ſolui, & ſaluari. Et probat, quia ſaltem relinquitur pœna tertia ideſt Euangelica, & quinta puta mors, & egritudo, & in multis illa omnium maxima pœnarum, ſcilicèt horror mortis, tremor conſcientiæ, infirmitas fidei, puſillamimitas Spiritus, quæ pœnæ ad remiſſas per indulgentias comparantur, vt res ad vmbram.

Soluitur. Præcones veniarum per veniam plenam remitti omnem pœnam non dicunt, ſed omnem pœnam debitam peccatis actualibus expurgandis, in quo ſe conformant modo dicendi Summorum Pontificum, vt patet ex dictis. Sed contra hoc iſte ſic replicat. Quare ergo populum non inſtruunt de cognitione pœnæ, quæ remittitur. Soluo autem, quia ſtultè fecerent ſicut, & ſtultum eſſet dicere, quòd per indulgentias non remittitur mors, aut febris, vel peſtis, vel flagella infligenda ad meritum, & patientiam, vel huiuſmodi. Quid enim ſtultiùs eſſe poſſet quàm declamando aſſerere per venias hiberna frigora, & calores æſtiuos non aboleri? Quis enim audientium contineret à riſu?

Punctum tertium. Concluſione autem 22. ſic habet. Papa nullam pœnam remittit animabus in Purgatorio, quam in hac vita debuiſſent ſoluere ſecundùm Canones. Hæc ibi.

Et hanc dicit eſſe corrolarium octauæ in qua ſic habet. Canones pœnitentiales, ſolùm viuentibus ſunt impoſiti, nihilque morituris ſecundùm eoſdem debet imponi. Hæc ibi.

Ego autem Concluſionem octauam dico veram, quia per Canones imponitur pœnitentia qualis viatoribus conuenit, ieiunando, miſerendo, ſacrificando, orando, &c. quas res qui purgantur nequeunt exequi, iſtam verò 22. dico ad illam ſequi corrolariè in vno ſenſu non in alio. Si enim intelligatur, quòd pœnam Canonum in ſpecie propria in Purgatorio non remittit, verum eſt: quia nec ibi iniungitur, vt dictum eſt ſi verò intelligatur, quòd eam non remitiat in ea, quæ loco illius ſuccedit, error eſt magnus. quia peccatum, quod canonica pœna, vel alia non diluitur in hac vita, ſi non diluatur etiam in futura, remanebit impunitum, contra illud Pſalm. reddet, vnicuique ſecundùm opera ſua, & illud 3. Reg. cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo, & illud commune dictum, nullum malum impunitum, & nullum bonum, &c.

Et iſte error iſtius venit ex alio, quem etiam hic aſſerit dicens. Omnis pœna temporalis mutatur in pœnam mortis, immò propter mortis pœnam tollitur, & tollenda eſt. Immò finge, inquit, vt latiùs ſuadeamus Romanam Eccleſiam eſſe qualis erat etiam adhuc tempore beati Gregor. quando non erat ſuper alias Eccleſias ſaltem Græciæ clarum eſſet, quòd canonicæ pœnæ non obligabant Græcos ſicut nec nunc obligant ſiqui ſunt Chriſtiani non ſubiecti Papæ vt in Turcia, Tartaria, Liuonia. Illis ergo nulla iſtarum indulgentiarum eſt neceſſaria, ſed tantùm in Orbe Romanæ Eccleſiæ conſtitutis. Si ergo illo viuos non obligant, multò minùs mortuos, qui ſub nulla Eccleſia ſunt. Hæc iſte, de quo miror, quomodò verbis, tam paucis, dicat falſa tam multa.

Primò, quidem falſum eſt, quòd per mortem voluntariam omnis pœna tollatur; vt hoc eodem capite probatum eſt, & curſùs ſic probatur. Mors enim non poteſt eſſe volita niſi, aut ſecundùm ſe, aut in ordine ad aliquem finem, quia omne volitum eſt bonum vel in ſe, vel ad aliud: vndè, & Damaſus diſtinguit in nobis duplicem voluntatem, ſcilicèt theliſim qua aliquid volumus, vt abſolutè, vel ſecundùm ſe bonum vt vitam, & buliſim qua ſcilicèt aliquid volumus in ordine ad aliud ſolùm, vt mortem pro bono virtutis. Aut ergo loquitur de morte voluntaria ſecundùm ſe & ſic nulla eſt volita, cùm omnis mors ſecundùm ſe ſit non bona, ſed mala, quia priuatio boni, ideſt, vitæ, vnde nolumus expoliari. Aut loquitur de morte voluntaria propter aliud ſcilicet pro Dei voluntate, vel alio bono, & ſic mors omnis decedentis in gratia voluntaria eſt, quia non eſſent in gratia, qui nollet mori ex ratione deliberante, volente Deo. Omnes ergo, qui vadunt ad Purgatorium voluntariè moriuntur, eo modo quo iſte dicit, & conſequenter nullus vadens ad Purgatorium haberet ſoluere pœnam peccatorum, quæ fecit ante mortem. Et hoc patet falſum, primò per capitulum, qui in aliud diſt. 25. 2. quia ſecundùm hoc nullum eſſet Purgatorium, quia poſt in mortem homo eſt in termino, & iam peccare nequit, vt probabitur.

Secundò verò dicit Eccleſiam Romanam tempore beati Gregorij non fuiſſe ſuper alias Eccleſias, quod nedum falſum, verùm etiam hæreticum eſt, quia ſupra multipliciter probatum eſt, quòd Chriſtus eam ſuper omnes Eccleſias inſtituit, & conſequenter à tempore, quo ibi Petrus Caput fuit ſemper

ſuper omnes fuit, niſi aliquæ, non iure, ſed iniuria ſchiſmatizando, vel hæreticando, vt ità dixerim ſe ſubtraxerint; Adde, quòd ipſemet Greg. aſſeruit eam eſſe caput diſt. 12. præceptis. Quomodò ergo tempore Gregorij aſſeritur non fuiſſe caput? Quod verò dicitur de Græcis in primo libro improbatum eſt,

Tertiò, dicit aliquos Chriſtianos non ſubeſſe Pontifici, quaſi Paſtoris officium non ſe extendat ad oues totius ouilis, nec Papa ſit vbique Monarcha, vt probauimus. Et quartò, dicit illis non eſſe indulgentias neceſſarias, hæc & alia prædicta ſine probatione ſua auctoritate definiens, contra omnem rationem. Quæ enim ratio eſſe poteſt, vt miſeri Chriſtiani, qui in obedientia ſunt Papæ magno ſuo deſiderio, non iuuarentur indulgentijs Pontificis Maximi, ſi, ad eos venirent.

Tandem ex falſis fundamentis infert veram concluſionem, quòd ſcilicet mortui non ligantur pœnis Canonum, quod verum eſt; quia ſicut ibi eſt forum aliud, ità ſunt, & aliæ pœnæ.

Punctum quartum, In Concluſione etiam 13. dicit ſic. Morituri per mortem omnia ſoluunt, & legibus Canonum mortui jam ſunt habentes iure earum relaxationem. Hæc ille: Cuius quidem Concluſio vera eſt ad ſenſum ſuperiùs datum, quia videlicèt mortui non luunt Canonum pœnas in ſpecie, ſed tamen in reſolutione huius concluſionis tenet multos indulgentijs non egere; In quibus ſunt primò quidem mortui, ſeu morituri; Secundò infirmi; Tertiò legitimè impediti à pœnis Canonum perſoluendis; Quartò, qui non admiſerunt crimina, pro quibus Canonicæ pœnæ imponuntur; Quintò, qui crimina quidem commiſerunt, ſed non publica; Sextò, qui meliora operantur, hæc ex illo.

Et omia iſta securè ſine omni probatione ſomniat, nullum pœnitùs adducens fundamentum, niſi illud ſapiens hæreſim, quòd ſcilicet per indulgentias ſolæ Canonicæ pœnæ remittuntur, quæ prædictis, vel non imponuntur, vel ab eis excuſantur, vt in 3. & 6. caſu.

Quamque verò iam ex dictis ſatis patet horum falſitas, tamen iterùm ſic arguo, Nam Eccleſiam prædictis venias elargiri conſtat, immò eos ad hoc cohortatur. Eſſet ergo Eccleſia falſæ doctrinæ, & deceptoriæ, & obnoxia reſtitutioni omnium, quæ inde colliguntur, & ſequela hæc manifeſta eſt.

Prætereà ſecundùm iſtum, vt ſuprà patuit, per venias relaxari poſſunt pœnæ non non ſolùm à Canone, verum etiam à Sacerdote iniunctæ, Prædicti autem, eſto non ſubijciatur pœnis Canonum, ſubijciuntur tamen poſſibiliter pœnis Sacerdotum. Ergo iſti indigent venijs,

Punctum quintum, Item Concluſione 20. dicit, quòd indulgentiæ ſumptæ ſeorſum à bono operæ pro quo dantur ſunt demeritoriæ. Quod dictum probo falſum, & impium. Falſum quidem, quia vt patet ſupra ex dictis Papam, vt Papa eſt indulgere alicui non eſt eum abſoluere à pœna, ſed eſt dare ei de theſauro Eccleſiæ vndè pœnam ſoluat, & indulgentia eſt demeritoria, ſiue peccatum, hoc ex parte dantis, vel cupientis eſſe oportet. Non autem ex parte dantis, alioquin Papa quantumcumque rationabiliter indulgens peccaret, & ſic Eccleſia eſſet in errore circa ſpectantia ad fidem contra prædicta. Nec rursùs ex parte accipientis, alioquin Eccleſia dando venias peccaret participando in crimine, & cohortando ad illud, & prætereà poteſt quis maximè moriturus ea ratione indulgentijs vti, ne diù retardetur à viſione Dei dilecti ex milibus. Quis autem dicat iuſtum peccare niſi inſanus? Non ergo ſunt peccatum.

Immò hoc dicere impium eſt, quia eſt contra Dei bonitatem, & miſericordiam, quæ nobis de tali dono prouidit, & contra reuerentiam ad Vicarium Dei,

Probat autem, quòd ſint demeritoriæ, quia ſunt remiſſionem bonorum operum. Ad quod ſic ſoluo.

Dico enim, quòd argumentum ſupponit ſalſum ſcilicet, quòd indulgentiæ ſeorſum eſſe, vel conſiderari poſſint eſſe, ſine rationabili, vel bono operæ pro quo dantur, quod ſalſum eſt cum iſta neceſſariò colligentur,

Dico ſecundò, eſto illud ſit verum, quòd remiſſio boni operis non eſt peccatum, nec demeritoria, alioquin nec Pater irritare poſſet votum impuberis, nec Papa aliquod votum mutare, aut diſpenſare.

Dico tertiò, quòd indulgentia non eſt remiſſio boni operis, ſed donatio bonorum operum, & abſolutio ab vno puta ieiunio, & ligatio ad aliud, purà eleemoſynam, pro qua indulgentia datur, aut aliud.

Dico vltimo, quòd nulli indulgerentur opus ſatisſactorium ne illud faciat, ſed ne illud faciat ex Imperio Sacerdotis, immò omnes Doctores, & Prædicatores clamant talia non eſſe omittenda propter venias. Quare ergo dantur veniæ?

Reſpondeo, vt homines faciant aliqua bona, quæ aliàs non erant facturi, vt ſubueniatur indigenti, vel honoretur Deus, & anima ſoluta carne non diù, differatur à præmio, vel ſuper omnia concupita præſentia Dei.

CAP. XI.

Aduerſarium malè ſentire de Purgatorio.

ETſi iàm abundè conſtat hunc virum malè de Purgatorio, ſentire hoc tamen adhùc euidentiùs ex ſequentibus punctis oſtenderur.

Primum. Viam hominis in morte terminari verum eſt, quidem quantum ad omnia, quæ concernunt arbitrij libertatem, vel ex parte hominis ſeſe tenent, non autem quantum attinet ad ea, quæ ex Diuina pendent voluntate.

Et quidem quantum ad primam huius puncti partem attinet, quod ſcilicèt liberum arbitrium noſtrum finiatur in morte, & eouſque, & non vltrà ad bonum, & malum ſit flexibile,

xibile, ex illo, vel maximè conſtiterit, quod Dominus, Luc.16. introducit, Abraham ad diuitem Epulatorem, dicentem: Inter nos, & vos chaos magnum firmatum eſt; vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque indè hùc transmeare. Vbi Ambroſius: Inter diuitem igitur,& pauperem, chaos magnum firmatum eſt, quia poſt mortem nequeunt merita mutari. Hæc ille.

Si autem poſt mortem homo poſſet creſcere in charitate, vel non habita acquirere, vel habita perdere poſſent merita mutari, vt per ſe planum eſt.

Prætereà Damaſus 1. ſupra capit. 18. dicit: Quod Angelis caſus, hoc hominibus eſt mors. Sed planè apud Theologos Angelus viam ſuam finit vno motu bono, vel malo; ita quod poſt peccatum ſtatim eſt obſtinatus; vndè,& idem eſt in homine poſt mortem.

Et Chryſoſtomus ſuper Ioan. homil.55, ſic dicit: Dùm hæc vita ducitur,laborandum eſt, venit nox, ideſt, futurum tempus, &c.

Et idem tùm beatus Gregorius in libro Dialog. Et idem tùm Eccleſia,diſtinct.25. in cap. qualis, vbi dicitur, quod qualis quiſque de Mundo egreditur, talis in iudicio apparebit; quod tamen gloſſa dicit, fallere in peccatis non magnis, ideſt venialibus, vt ibi capitulo ſequenti, quia culpæ veniales in Purgatorio remittuntur,

Item Auguſtinus, vt etiam iſte recitat, ſic ait: Hìc omne meritum comparatur, poſt mortem nullum.

Ad hoc autem dictum Auguſt. iſte non potens reſpondere; adducit magnam farraginem, cum multiplici defectu, ſic dicens: Auguſtinus, & quicumque Patres ſimilia dixerunt, ex auctoritate,; & vſu Scripturæ loquuntur, quam multò fortiùs in hanc ſententiam loquitur, vt eſt illud Gal. 5. Operemur bonum, dùm tempus habemus; & Ioann. 9. Venit nox, quando nemo poterit operari; & Apocalyp. Opera illorum ſequuntur illos; & Hebr. 9. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, poſt hoc iudicium; & Galat. 6. Quicumque homo ſeminauerit, hæc & metet. Item oportet nos omnes manifeſtari antè tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque, prout geſſit in corpore; & multæ aliæ, quæ omninò ſonant, ac ſi poſt mortem omninò ſit iudicium recipiendi, ſicut geſtum eſt, ideſt meritum hìc,

Sed hæc omnia equidem contra totum Purgatorium pugnant, quia non ponunt ſtatum medium inter mortuos damnatos, & beatos. Si ergo illis non obſtantibus defenditur Purgatorium, verè etiam id defendi poteſt, quod augeatur illis gratia; non obſtante hoc, quod dicitur,hìc omnem meritum comparari, quia loquitur non de Purgatorio ſi eſt, & illę auctoritates nihil de Purgatorio, ſed de Cœlo, vel Inferno loquuntur. Quare illa verba Auguſtini ad Purgatorium non ſunt tendenda. Hæc iſte.

Patet autem primò, quòd iſte literas Diuinas malè intelligatur, & conſequenter malè citet, licet nulli Auctores, quos adducit, tenuerint, & teneant viam hominis, & libertatem in morte finiri, & auctoritates eorum id apertè præſeferant; iſte tamen vult, quod illę auctoritates hoc literaliter neque dicant, neque inferant.

Secundò, aſſumit falſum, quod illę auctoritates pugnent contra Purgatorium, quaſi ſcilicet illud euertant, ſicut euertunt libertatem arbitrij; & ſua probatio eſt ridicula, ſcilicet, quia non ponunt ſtatum illum medium, Arguit enim ab auctoritate negatiuę ſic: Illę auctoritates non ponunt ſtatum medium, ideſt Purgatorium; ergo euertunt Purgatorium, quod falſum ex vno, vel maximè patet, quia vna illarum auctoritatum eſt Pauli, qui tamen apertè ponit Purgatorium, vt patet 1. Corinth.4. ibi: Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem,

Tertiò, eſto, quod omnia, quæ dicit vera ſint, non ſoluit tamen argumentum, neque ad illud aliquid dicit,

Eſto enim, quòd Auguſtinus non loquatur de Purgatorio, vel Cœlo, vel Inferno, tamen dicit, hìc omne meritum eſſe,ſex quo per regulam logicalem ſequitur, hìc tantùm eſſe meritum. Non ergo alibi,quàm hìc ſunt, vel comparantur merita. Et cùm dicit Auguſtinus non retuliſſe dictum ſuum ad Purgatorium falſiſſimum eſt, vt patet intuenti, 4. diſtinct. 45. cùm ex hoc inferat, quod ſuffragia ibi ideò proſunt, quia illi hoc meruerunt hìc, vbi ſunt merita. Vide etiam infrà, eodem cap.1. §, illo, qui incipit. Arguo autem idem auctoritate Auguſtini, vbi apertè patet quanta vel inſcitia, vel potiùs nequitia (neque enim adduci poſſum, vt credam, virum eſſe tam rudem) iſte Auguſtinum contra Auguſtini mentem exponat. Omnes ergo illę auctoritates probant, quod poſt mortem non eſt meritum; ſed præmium ſtatim, vel pœna, niſi ſit impedimentum, vt in habentibus purganda; vndè poſt mortem eſt retributio ſtatim, vel in ſe, vt in euolantibus ad Cœlum, vel ruentibus ad Infernum; aut in ſua diſpoſitione neceſſaria, vt in tranſeuntibus in Purgatorium, qui iàm ſunt in tuto; quia iàm ſunt in fine quò ad libertatem arbitrij, vt nunc probamus, non tamen quantum ad ea, quæ dependent à Deo, ideſt pœnas, per quas quaſi per viam tendunt in Cœlum.

Vndè iſtemet recitat contra ſe ſolutionem, dicens, illas auctoritates ſaluari cum Purgatorio per duplex iudicium, vel duplicem retributionem poſt mortem, ideſt temporalem Purgatorij, & æternam, quæ infernus eſt, adde vel Cœlum.

Et deinde cùm videtur ita eſſe, arguit tamen contra ridiculè, quia inquit ſic ſenſus Scripturæ ſimplex, per æquiuocationem diuiditur.

Ad quod dico,quod pueriliter loquitur, tùm quia etiā ipſas ſcriptura aſtruit ſe æquiuocationem continere; ſicut cùm Ioann. in Apocalyp. dicat: Hęc eſt mors ſecunda, per quod probatur etiam eſſe primam, & conſequenter li *mors* in Scriptura non poteſt habere tantùm vnum ſenſum; tùm quia omnes Expoſitores Diuinarum literarum diſtinctionibus pleni ſunt, & quidem meritò, quippè aliter eſſe nequit.

Sic enim Auguſtinus concordat illud: Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, ſcilicèt per fidem, & charitatem, &c.

&c. & illud filius hominis veniens putas fidem, inueniet in terra. Primùm, inquit, de fide imperfecta, ſecundùm de perfecta, qua etiam montes transferuntur, dictum eſt, vt etiam ſupradictum eſt. Sic etiam illud: Si fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Et illud: Non mea voluntas, ſed tua fiat; ab omnibus tractatoribus in concordiam adducuntur per duplicem Chriſti appetitum.

Sic etiam in Diuinis literis infinita ſunt, quàm ſine diſtinctione intelligi nequeunt. Qui verò omnia indiſtinctè vult intelligere, confusè intelligat neceſsè eſt. Doctrina ergo iſta noua eſt, & improbabilis, quia omnes, qui hactenùs ſcripſere tenuere libertatem arbitrij in bonum, & in malum, in morte finiri. Quod autem omnes propter vnum, vel paucos dicunt, eſt probabile; & oppoſitum, improbabile. His iactis fundamentis, iàm videamus, quid de Purgatorio iſte ſentiat.

Punctum ſecundum. Igitur concluſione 14. ita ſcribit: Imperfecta ſanitas, ſeu charitas morituri, neceſſariò ſecum fert magnum timorem, tantòque maiorem, quantò minor fuerit ipſa. Hæc ille.

Ad iſtam concluſionem olim reſpondi, quod eſſet falſa, niſi intelligatur de timore filiali; & quod oppoſitum volebam ſuſtinere, rogans, vt ſuam concluſionem probaret, vel improbaret meam. Igitur ſuam ſic conatur probare.

Primò. Nàm dicitur 1. Ioann. 4. Timor non eſt in charitate; perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Ex his arguit ſic: Si quis fuerit præoccupatus morte priuſquàm ſit perfectæ charitatis, quæ timorem pellat; neceſſariò cum timore, & horrore moritur, donec perficiatur charitas, & foras mittat timorem illum.

Solutio. Argumentum iſtud multipliciter deficit: Primò, quia Scriptura non bené, nec ad propoſitum adducitur. Quod ſic probo: Communis ſchola Doctorum timorem diuidit quantum pertinet ad iſtum Scripturæ textum, ideſt ſeruilem, qui operatur bonum non propter Deum, ſed vt pœnas euitet; & initialem, qui operatur bonum propter Deũ principaliter, & ſecundariò propter pœnam euitandam; & in filialem, per quem, quis timet malum ſeparationis à Deo patre ſuo; qui quomodò in Beatis ſit, ad præſens non diſcutitur.

Nota etiam, quod perfecta charitas dicitur multipliciter:

Primò, quæ nequit eſſe perfectior, & ſic ſola infinita de ſe eſt perfecta; omnis autem alia creſcere poteſt de ſe, cùm eius augmentum tendat in infinitum, ſecundùm communem Theologorum ſcholam.

Secundò, perfecta eſt, quæ venit ad terminum ſibi à Diuina præordinatione ſtatutum, vt quæ eſt in Beatis, & etiam in his, qui ſunt in Purgatorio, vt iàm probatum eſt, quia ſunt in termino; & ad rationes aduerſarij infrà reſpondebitur.

Tertiò, dicitur perfecta, quæ diem iudicij non timet: ſic, quod omnis dicens, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, eſt perfectus in charitate; hoc non patet per Nicol. de Lyra, & gloſſa interlin. in illo verbo, 1. Ioann. 4. In hoc eſt perfecta charitas nobiſcum: vt fiduciam habeamus in die iudicij, ideſt ſignum perfectæ charitatis eſt non timere aduentum filij Dei, vt prædicti exponunt.

Quartò, perfecta dicitur, quia perficit habentem, vt dicit in hoc paſſu Nicolaus de Lyra, & verum probabitur, & ſic omnis charitas eſt perfecta, immò & ſecundùm aliquos etiam tertio modo.

Verba ergo prædicta ſic exponuntur, ſecundùm Nicol. & gloſs. interlin. Charitas perfecta, ideſt, quæ eſt perficiens animam, foras mittit timorem ſeruilem, qui ſcilicet non ſtat cum charitate, & meretur pœnam; quippè, qui malus, & ſine charitate eſt. Charitas autem perfecta, ideſt, qui aduentum Chriſti deſiderat, excludit timorem initialem, cùm enim eum charitas incipiens, compatiatur, quando augetur, paulatim abijcitur: vbi verò Iudex deſideratur, non timetur: & ſic eſt charitas perfecta, & timor nedùm ſeruilis, ſed etiam initialis excluſus eſt.

In intellectu ergo verborum beati Ioannis, iſte deficit primò, quia hunc textum inducit ad probandum, quod anima recedens à corpore ſecum ferat timorem: & patet, quod non inducit ad propoſitum, quia nec timor ſeruilis, nec initialis, de quo textus loquitur (vt patuit) habet locum poſt mortem, quando iam non eſt tempus operandi bonum, vt probatum eſt: nec propter pœnam principaliter, nec propter Deum, neque ſecundariò propter alterutrum.

Deficit ſecundò, quia iſte textus loquitur de timore ſeruili, & initiali; ipſe autem hunc textum applicat ad timorem naturalem, qui conuenit malis, & bonis, item etiam aliqualiter perfectis in charitate, quia loquitur de timore, conſequente originale peccatum; vndè ſecum non habens veritatem, confusè ſic loquitur: Quis eſt, inquit, ſine timore mortis, iudicij, & inferni: nàm in homine quantumcumque ſacto reliquiæ ſunt vetuſtatis, & peccati.

Deficit tertiò, quia iſtum timorem, & alias reliquias vetuſtatis, dicit non extingui, donec homo per mortem extinguatur; ex quo habetur, quod in morte extinguitur. Et tamen deindè ſubiungit, quod homo ſi præoccupetur morte antequàm ſit perfectæ charitatis, quæ timorem pellat, neceſsariò cum timore, & horrore moritur.

Hic ergo in ſuo argumento primò deficit, quia ſacras literas malè, ideſt, præter propoſitum inducit, & malè intelligit: ideò nihil concludit. Sed quia in his verbis & malè inductis, & malè intellectis maximam, & ruituram omninò ſtructuram fundauit: adhuc addo.

Secundò, enim deficit, quia eſto, quod benè inducat Diuinas literas, benèque intelligat, quantùm ad ſpeciem timoris attinet, tamen quantùm ad durationem timoris à veritate longè aberrat. Vt enim philoſophia omnis, item & omnis experientia docet, timor de futuro malo eſt, cum ſpe, aut credita poſſibilitate euadendi, quorum altero abeunte, aut ſcilicet futuritione mali, aut ſpe euaſionis, iam non timore, ſed dolor, aut triſtitia, de malo, quod iam, aut præſens eſt, aut pro præſenti habetur animum inuadit.

In

In ipſo autem mortis articulo, quando iam homo mortuus eſt, iam omnis, quem iſte adducit, timor ceſſet, neceſsè eſt: nàm mortis horror poſt mortem non eſt: timor autem, ſiue damnationis, ſiue inferni, quod idem dixeris, ſiue etiam pœnarum Purgatorij in morte ceſſet neceſsè eſt, ſiue quod damnandi iàm damnatos ſe ſciant, vt credo iſte cum omni ſchola Theologica fateatur, ſiue quod purgandi iam ſciunt ſe non damnandos, quamquam iſte contrarium aſſerat, ſine probatione, vel coniectali quidem, vt hoc eodem cap. patebit; timor quoque purgantium pœnarum deficiat; cùm, poſt mortem iàm pœnæ iſtę ſint præſentes, conſequenter autem nec timeantur. Solus ergo filialis timor maneat in ſaluandis neceſsè eſt. Eſto tamen quocumque modo timor eſſet in Purgatorio, vel ſucceſſionis, vel durationis pœnarum, illæ non fugantur per augmentum charitatis, ſed per præſentiam Diuinæ viſionis. Quod autem non concludat iſtius argumentum, & noſtra ſolutio ſit benè dicta probo. Nàm baptiaetur aliquis adultua in extremo vitæ pœnitens, & in ipſo Baptiſmo conſequatur charitatem imperfectam, quæ ſecùm habeat timorem, de quo iſte loquitur, & antequam actualiter peccet moriatur. An iſte intrabit Purgatorium, aut non. Si dicas, quod non, iàm habeo intentum directè contra concluſionem, quia Imperfecta charitas non ſecùm trahit timorem, & horrorem, alioquin iſte portaret iſta in Paradiſum, quod eſt ridiculum.

Si dicas, quod ſic, dices contra Auguſt. in libro de pœnitent. & contra Eccleſiam. de pœnitent. diſtinct. 7. cap. vltimo, vbi dicitur: Pœnitentia ſi in extremo vitæ hiatu aduenerit, ſanat, & liberat in ablutione Baptiſmi, ita quod nec Purgatorium ſentiunt, qui in fine baptizantur.

Arguit rursùs iſte neſcio quo verborum inuolucro, ex diffidentia, & fide, ſed quoniam tam diffidentia, quàm confidentia, rebus iam in ſe, vel in ſua infallibili diſpoſitione præſentibus ceſſant, verbis parco. Et ſic patet non ſolùm ſolutio ad argumenta iſtius, verùm etiam, & falſitas concluſionis, quam etiam patebit puncto ſequenti in fine; vt tamen melius appareant huius viri deliramenta noueris lector communem doctrinam eſſe, quòd purgandorum pœna, vel prima ſit dilatio à Regno, tanta eſt, enim deſiderij magnitudo videndi Deum animæ ſeparatæ, quæ ad hoc eſſet idonea niſi ſuis peccatis, nec dum purgata præpediretur, quòd huic deſiderio nullum huius vitæ deſiderium æquatur, & quantò maius eſt deſiderium eò vehementior eſt dolor ex dilatione. Additur ignis, carcer, & aſſiſtentia irridentium Dæmonum, & fortè alia, quæ non coniectamur ſcilicet non deſperatio, vt iſte fingit.

Punctum 3. Concluſione autem, 13. ſic inquit. Hic timor, & horror ſatis eſt ſe ſolo facere, vt alia taceam, pœnam Purgatorij, cum ſit proximus deſperationis horrori, hæc ille, in concluſione, qui & in reſolutione multa dicit innectus contra Bigardum, ac tandem conatur probare horrorem eſſe pœnam Purgatorij, vel maximam, cuilicet ſatis pro reſponſione eſſet, quòd fundamentum ſuum, & negatum, & improbatum eſt: quòd ſcilicet in Purgatorio alius ſit timor, quàm filia is. maximè timor damnationis, & quòd iſte quamquam de timore aſſumunt horrorem quaſi iſta idem ſint, nec poſſimos horrere, quę non timemus, tamen ne diſputatio noſtra in friuolis verſetur, miſſa ſint hæc.

Verùm quia plerumque non ſcholaſticè, ideſt ſyllogizando (vt Docti conſueuere) ſed rectoricè potiùs, ideſt inuehendo arguit, placeret etiam hìc verba eius quamquam ad nauſeam prolixa recitare niſi breuitati ſtuderem feſtinans ad meliora, & gratiora ſtudia.

Arguit ergo ſic primò. Omnes inquit concedunt eaſdem eſſe pœnas Purgatorij, & Inferni, niſi quòd differunt æternitate. At Scriptura deſcribit pœnas Inferni eſſe turbationem, pauorem, horrorem, fugam, vt Pſal. 1. non ſic impij non ſic, ſed tamquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ, adducit & multa alia, & inter cætera, quòd niſi eſſet pauor nulla pœna eſſet moleſta, ſicut dicitur in canticis fortis, vt mors dilectio, dura ſicut Infernus æmulatio, quod ſatis oſtenſum eſt in Martyribus, iuſtus enim quaſi Leo confidens abſque terrore erit Prouer. 28. alioquin cur vnus timet mortem, & dolet, alius verò contemnit, niſi quia intus iuſtitiæ fiducia deſtitutus timet vbi timere non debet. Hæc ille.

Soluens autem dico primò, quòd ſupponit falſum negatum, & inſuper ex abundanti reprobatum, ſcilicet in Purgatorio eſſe timorem alium, quàm filialem.

Secundòque aſſumit manifeſtè falſum, ſcilicet omnes concedere eaſdem eſſe pœnas Inferni, & Purgatorij, immò omnes Doctores hoc negant, licèt aliqui concedant eumdem eſſe locum, & vt de alijs taceamus, iſtemet fatetur in Inferno eſſe Blaſphemiam Dei, non in Purgatorio, peccatum autem eſt magna damnatorum pœna, quia cum ſibi ipſi ſit pœna omnis Inordinatus animus, maximè hoc verum eſt vbi conſcientiæ vermis non moritur, & vlterius ſecundùm iſtum in Purgatorio non eſt deſperatio, quam conſtat eſſe in Inferno. Sed & aliæ ſunt differentiæ multæ.

Dico vlterius ex abundanti, quòd multa ex Scriptura adducit ad probandum timorem in Inferno, quæ in ſenſu Litterali à quo ſolo arguunt viri docti, nihil ad rem attinent, concedo tamen ibi eſſe timorem, quia ibi eſt aliquo modo futurum malum propter futurum diem iudicij, & vltimam retributionem, ac concluſionem omnium dæmonum in abiſſum item propter pœnarum ſucceſſionem, tranſeunt enim illi ab aquis niuium ad calorem nimium, & ècontra, Iob. 24. immò dico, quòd nonnulla adducit contra ſe. Si enim iuſtus ſine terrore eſt, cur timent qui ſunt in Purgatorio cùm iuſti ſint? immò de Domino Ieſu Chriſto legimus Marc. 14. quòd cœpit pauere, & tedere, & in tantum, vt diceret ſe triſtem vſque ad mortem, & vt dicitur Lucæ 22. factus eſt tunc ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Quomodo ergo iſte dicit nullum timere aut dolere mortem, niſi quia intus iuſtitiæ fiducia deſtitutus timet vbi timere non debet. Iuſtus ergo eſt abſque terrore, non ſenſualitatis,

tis, nec voluntatis, vt natura, vt patuit in Chriſto, ſed voluntatis vt ratio, ſiue vt ſequitur rationem deliberantem, qua iudicat in Deo fidendum.

Dico vlterius illud eſſe falſiſſimum, quòd niſi eſſet pauor nulla pœna eſſet moleſta, alioquin martyres, qui intrepidè ſaltem ex voluntate Buliſi patiebantur, non ſenſiſſent dolorem, quod ſtultum eſt dicere, niſi fortè in caſu accedente ſpeciali miraculo, vt teſtæ roſæ viderentur, & laminæ ardentes flores molliſſimi.

Probatio autem ſcilicet fortis, vt mors dilectio, nulla eſt, & ſuo more Scripturam præter propoſitum citat. Exponit, enim Nicolaus de Lyra dilectionem eſſe fortem, vt mortem, quòd faciat amantem mortem non quidem non dolere, ſed non timere, quod intellige ex rationis conſilio non ex naturali affectu, gloſs. verò quòd faciat animam mundialibus mori propter contemptum, vel quòd tanta eſſe poſſit, vt animam à corpore ſecludat, quod in beata Virgine factum probat Albert. Mag.

Arguit 2. & tèdet rationem huius adducere, cùm nihil dicat, nec more ſuo ad inſtitutum loquatur, adducam tamen, & talis eſt 2. theſſalon. 1. Qui non credunt Euangelio, dabunt pœnas in interitu æternas à facie Domini, & gloria virtutis eius quia, ſcilicet ſolo vultu virtutis ſuæ torquet eos, & cruciat Deus, cum ſit eis inſubſtentabilis, ideò fugient, & non effugient, ſed deprehendentur inter anguſtias. Sic illud ſapientiæ. Citò apparebit vobis horrendè. Et Pſalm. 20. Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Alioquin vnde illa vox, montes cadite ſuper nos. Et illud Iſa. 2. Ingredere in petra, &c. Et illud Iob? Quis mihi tribuat, & in Inferno protegas me &c. Patet itàque, quòd à facie Domini oritur eorum maxima pœna, dum confunduntur à fœdiſſima ſua immundicia, ad tantam puritatem comparata. Hęc iſte.

Soluo autem, & dico, quòd de Purgatorio nedum nihil concludit, ſed nec loquitur quidem, ſed de malis in Inferno.

Tertiò. Eccleſia inquit in perſona animarum pſallit, & gemit, Pſalm. 6. conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valdè, & Pſalm. 114. circumdederunt me dolores mortis, vnde & vſitatiſſima oratio eſt, vt eis requiem optemus, vtique intelligentes, quòd ſunt inquietæ. At pœnæ non faciunt inquietudinem, vt patet in Martyribus, & conſtantibus viris, ſed horror & ſuga pœnarum, quæ oritur ex infirmitate fiduciæ in Deum: hæc iſte cum multis alijs præter propoſitum.

Soluo autem, & dico primò quòd auctoritates quibus Eccleſia vtitur, nòn ſunt ad literam dictæ de his, qui ſunt in Purgatorio, ſed neque Eccleſia per adaptationem vtitur circa animas, ſed circa peccatores, eo tempore quo maximè homines in peccata reſoluuntur, ſed etſi pro ànimabus eas aſſumit, eſt per quamdam adaptationem, non ad literam, & ideò nihil concludunt. & iſte more ſuo malè citat.

Dico 2. quòd animæ Purgatorij ſunt quidem in motu non deſiderij, quo, ſcilicet quærant aliquid in quo quieſcant, cùm iam in Deo, vt in vltimo fine ſiſtant, cùm ſint in gratia, ſed in motu proſequutionis quo Deũ finem poſſideant, ad quem tendunt per pœnas purgatorias ſecundùm communem doctrinam, & ſic oramus, requiem æternam &c.

Dico 3. falſum eſſe pœnas non facere inquietudinem etiam in Martyribus, vnde aliquando præ dolore orabant abſolui corpore, vt Laurentius, cui reſponſum eſt, quòd maiora eum certamina manerent, vnde ſine munere Dei ſpeciali, vehementer dolens, non benè contemplatur, quia intentio animæ requiſita in opere bono à pœna diſtrahitur, de viris autem conſtantibus dico, aut rarum, aut nullum eſſe, qui vehementi, & diutino dolore colici, corpuſculum non volutaret.

Dico vltimò, quòd horror, & ſuga pęnarum, & diffidentia non ſunt in Purgatorio & diù negaui, nec iſte adhuc probauit, ego autem poſteriùs improbabo.

Quartò inquit. Viuentes aliqui eas pęnas guſtauerunt, ſcilicet Inferni, ergo multò magis mortuis credendum eſt eas inferri in Purgatorio. Nam Dauid expertus dicit, niſi quia Dominus adiuuit me, paulòminus habitaſſet in inferno anima mea. Et alibi. Repleta eſt malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquauit. Et rurſùm diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecùs Infernum, & aſſimilatus ſum deſcendentibus in lacum. Et iterùm. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas, & de abyſſis terræ iterùm reduxiſti me.

Ezechias verò dicit. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Et infrà: ſicut Leo contriuit omnia oſſa mea. Quod certè niſi intollerabili factum horrore poteſt intelligi. Hæc ille.

Neſcio verò, an ſomnio illudat, an certè in veritate tales ineptias legam, viri qui nihil ſciat arguere, vel probare, & totum Mundum aſpernetur, & plebeiam ruditatem per Alemaniam ſibi magis paſſim conciliet.

Ad rem autem quamquam nihil dicit, dico primò, quòd Dauid eſſe expertum infernales pœnas non eſt verum, vnde antecedens negatur, & probationes, quæ adducuntur nihil concludunt, immò oppoſitum inferunt, vt patet per verbum habitaſſem, ac ſi dicat iuuante Deo non habitaui, & per verbum appropinquauit, ac ſi diceret, non tamen intraui, & per verbum ſecus, ac ſi dicat, iuxtà ſed non intus, & per verbum aſſimulatus, ac ſi dicat, non tamen in veritate ità fuie, quod tamen dicitur de abyſſis terræ, non ſic intelligitur quaſi intrauerit verum abyſſum Inferni, ſed per Metaphoram eſt dictum, vt liquet intuentibus expoſitores, & per verbum dixi vadam, ac ſi dicat, ità dubitaui, ac timui, ſed non fuit.

Dico 2. dato antecedente, quòd conſequentia non valet, quia pœnas Inferni, vt ſupra dictum, ac probatum eſt, aliquando aliqui viui ſunt experti valdè mali quaſi mox poſt inchoatas illas pęnas ad Inferna deſcenſuri, vt Herodes, Agrippa Aſchalonitaque probatunt, quod de Dauid, & quolibet bono negatur.

Quin

Quin Ioan. Quàm multi inquit ſunt, qui vſque hodie, has pœnas guſtant, nam & Ioannes Taulerus in ſuis Theutonicis ſermonibus quid aliud docet, quàm earum pęnarum paſſiones quatum, & exempla noonulla adducit; atque hunc Doctorem ſcio quidem ignotum eſſe ſcholis Theologorum, ideòque fortè contemptibilem, ſed ego plus in eo reperi Theologiæ ſolidæ, & ſinceræ, quàm in vniuerſis omnium vniuerſitatum Scholaſticis Doctoribus repertum eſt, aut reperi poſſit in ſuis ſententijs. Sed & ego, inquit, noui hominem, qui has pœnas ſæpiùs paſſum ſe eſſe aſſeruit, & cætera, quæ ſequuntur. Hæc ille.

Soluo autem, & dico primò, quòd olim iſte mordacitate, & verborum lenocinio diù falſitatem mundo inferre conatus eſt, nunc verò ad ſomnia ſtilum vertit, quæ recitare piget, quemque videre cupientes in hac eius concluſione abundè ſpeculari poſſunt.

Dico 2. quòd ſi à Taulero ſuo non hauſit doctrinam veriorem, humilitatem profundiorem, aut ardentiorem charitatem, quam ſua opera præ ſe ferant, parum beneficij contulit ei doctor ille, qui contemptibilis eſſe Scholaſticis non poteſt ſi ignotus. Sicut enim amare, ità etiam odire incognita non poſſumus.

Viſo autem, quòd ſuam concluſionem inſufficienter fundauit, arguo quòd ſit falſa.

Primò. Nam ſi in Purgatorio eſſet timor, qui paulatim minueretur, ſecundùm quòd charitas augeretur, vt iſte docet, iam illi non eſſent in termino quò ad liberum arbitrium, cùm adhuc motus eſſet in merito. Sed hoc eſt falſum, vt probatum eſt hic puncto primo multipliciter. Et iterùm patet de pænit. d. vlt. in principio vbi dicit Gratianus quòd tempus pænitentiæ eſt vſque ad vltimum vitæ, & Leo ibi in cap. nemo. Nemo deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtitutus eſt. Ergo à contrario ſenſu, qui in hoc ſeculo non pœnitet deſperandus eſt. Eſt ergo falſa concluſio.

Secundò. Nàm dicit, quòd hic timor ſe ſolo ſatis eſt, facere pœnam Purgatorij. Contra tùm quia iſte timor facere non poteſt, quia non eſt, vt probatum eſt, tùm quia nec ſe ſolo etiam ſi eſſet, quia ſuper aſſiſtentia dæmonum concurrit, vel locus in quo anima tenetur vt in carcere, & afflictio de dilatione pœnitentiæ Dei, & ſi ille timor ſolus ſufficeret, iniquus eſſet Deus alias pœnas infligens.

Ad hoc olim ipſe reſpondens dixit duo. Primò obſecrat, quòd modeſtiùs de Deo loquar, ad quod dico me non poſſe vti maiori modeſtia, quàm ea ſit, qua vſus eſt Paulus Rom. 3. dicens; numquid iniquus eſt Deus? quod equidem ſicut Paulus negando, ità ego tamquam maximum inconueniens intuli, & quemadmodùm Prophetæ crebrò de Deo blaſphemias recitatiuè dicunt, vt Iob 22. circà Cœli cardines perambulat, nec noſtra conſiderat, & 3. Reg. 20. dicitur Deus montium, & Euangeliſtæ Chriſtum dicunt ſeductorem, ità ego opinione huius deduco Deum iniquum, quippè qui vltrà condignum puniret.

Dicit ſecundò, ſe non dixiſſe hanc pęnam eſſe ſufficientem, ideſt omnem, quam patiuntur animæ. ſed hanc ſolam animo tantam eſſe, tàm vehementem, vt ſola poſſit vice Purgatorij eſſe, cùm in ea ſit omnis pœna, immò aliæ pęnæ ſeorſum nihil ſunt ad iſtam. Hæc ille.

Sèd hæc reſponſio ſtare non poteſt, tùm quia probatum eſt iam, quòd illæ animæ non ſunt in via, nec in eis eſt iſte timor, qui per augumentum charitatis expellatur; ſecundò quia concluſio hoc dicit apertè, quòd ille timor ſatis eſt ſe ſolo facere pœnam Purgatorij, & quod negat ſe dixiſſe, iterùm negando affirmat, vt patet intuenti, tùm quia poſito, quòd iſte timor ſolus ſufficiat punire, ſi aliæ ſunt pęnæ, vt dicit, & vt neceſſe eſt eſſe, ſcilicet carceris, & aſſiſtentiæ dæmonum, & dilationis à Regno, ſiue priuationis viſionis Dei, quam anima ſeparata ſummè cupit; primò, quidem Deus punit vltrà condignum; ſecundò, iſte in ſuis dictis repugnat, quia apud eum omnis verè contritus cuiuſmodi eſt omnis intrans Purgatorium eſt abſolutus ab omni pœna: tùm quia apud eum omnis mortem voluntariè ferens eſt immunis ab omni pœna, omnis autem intrans in Purgatorium eiuſmodi eſt, vt probatum eſt.

Punctum quartum. Concluſione verò 16. ſic habet. Videtur Infernus, Purgatorium, & Cœlum differre ſicut deſperatio, propè deſperatio ſecuritas differunt. Hæc ille: qui quoniam hanc aliter non probat, quàm per præcedentes concluſiones, quas & negauimus, & improbauimus, ideò nihil nos reſpondere oportet. Recitare tamen lubet, quaſdam nenias. Repetit enim ſine probatione illud falſiſſimum dictum, quòd Inferni, & Purgatorij pęnæ ſola æternitate differant, ex quo falsò rurſùs infert, quòd ſicut in Inferno eſt deſperatio, fuga, & dolor, ità & in Purgatorio iſta ſunt. Sed addidi, inquit, propè deſperationem, quia tandem ceſſat illa deſperatio, alioquin reuera dum eſt in illo anima, non ſentit niſi deſperationem, non quòd deſperet, ſed quòd in tanta eſt perturbatione, & confuſione pauoris, vt non ſentiat ſe ſperare. Sic enim fit, & in tentatis in hac vita, vt neſciant, an ſperent, vel deſperent, immò ſibi deſperare videntur. Hæc ille, qui valdè ſecurè ſomniat.

Arguo autem contra concluſionem, & dicta eius ex dictis eius.

Primò. Si in Purgatorio eſt deſperatio noua eſt, & nouum peccatum mortale, quod eſt impoſſibile, quandoquidem illi in termino, iam ſunt libertatis arbitrij, & prætereà oportet eos pœnitere, & ità iterùm purgari de illo peccato, in qua purgatione eadem ratione deſperarent, & ſic in infinitum, nec vnquam ſaluarentur. Nec ei valet dicere, quòd non deſperant verè, ſed quia non ſentiunt ſe ſperare. Non valet inquam, quia ſi vtrobique eſt eadem pœna: oportet in Purgatorio eſſe veram deſperationem ſecundùm iſtum ſicut, & in Inferno, nec differunt deſperationes niſi æternitate.

Secundò. Quæ hic ex Scripturis, & Doctrina Fidei addiſcimus, niſi ea in vita obliuiſcamur, poſt mortem ſemper ſcimus, ſiue credimus, vel opinamur: dicente Hieronymo ad Paulinum; diſcamus in terris, quorū ſcien-

tia nobiſcum perſeneret in Cœlis.

Sed hic primò, ſcimus nos eredere, & & credimus nos ſperare; item ſecundò, hic certiſſimi ſumus, quòd omnes in Purgatorium deſcendentes ſaluabuntur, vt iſtemet dicit in concluſione 19. Ergo in Purgatorio, primò quidem quilibet credit ſe ſperare, & ſecundò quilibet ſcit alium, & ſe ſaluandum.

Nec valet dicere quoad nos, quòd ille timor aufert à nobis notitiam noſtræ ſpei; primò quidem, quia hoc improbant animæ mortuorum nobis apparentes, & dicentes ſe ſaluandas, vt patet in 4. Dialog. & ſi dicatur hoc probare veritatem de aliquibus non de omnibus nihil eſt, quia ex quo omnes, quæ apparent, ità dicunt non poteſt aſſignari ratio, quare ità non ſit de alijs; ſecundò etiam, quia ſi alios in Purgatorio, quia ſcit eſſe ſaluandos à fortiori, & ſe. Et ſi dicatur, qui ſunt in Purgatorio, ſciunt quidem omnes de Purgatorio ſaluandos, ſed neſciunt ſe, vel alios eſſe in Purgatorio; dico quòd hoc euertitur per verba Gregorij in 9. moral. cap. 49. qui vult, quòd damnati cognoſcunt alios damnatos eſſe damnatos, & eos de Lymbo eſſe in Lymbo ſecundùm illud Lucæ 16. pater Abraham, &c. & conſequenter cum extrema plus diſtent, quàm medium, & extremum, à fortiori cognoſcunt eos de Purgatorio purgari, & conſequenter illi de Purgatorio, à fortiori diſtinguunt inter ſe, & damnatos.

Punctum quintum. Concluſione autem 17. ſic habet. Neceſſarium videtur animabus in purgatorio. ſicut minui horrorem, ità & augeri charitatem. Hæc ille.

Arguo autem contra concluſionem, primò, deindè verò ad eius motiua reſpondebo.

Quantum ad primum arguo ſic. Primò. Si hæc concluſio eſſet vera, veræ etiam eſſent præcedentes, tùm quia hoc ipſe fatetur; tum quia minui non poteſt horror niſi inſit, vt priùs dixerat. Sed præcedentes veræ non fuerunt, vt patuit. Ergo nec iſta.

Secundò. Eſto quòd iſtæ omnia veræ docuerit in prioribus, & quòd in purgatorio timor ſit aliquis præter filialem non eſt neceſſarium, quòd vel augeatur charitas, vel timor minuatur, quia cùm illi in termino ſint, quoad libertatem arbitrij, & conſequenter, quoad opera quibus, aut charitas augeatur, aut minuatur timor, non eſt alterum horum neceſſarium, ſed continuato equali timore, vſque ad inſtans, quo pœna finiatur. In eo inſtanti erunt in gloria, timore non diminuto, ſed penitus ablato. Et ideò, quod iſte dicit neceſſarium, non eſt neceſſarium.

Tertiò. Quod impoſſibile eſt, non eſt neceſſarium, vt per ſe patet, & docent regulæ Logicales. Sed in his, qui ſunt in purgatorio impoſſibile eſt, charitatem augeri potentia Dei ordinaria, ſunt enim in termino, & non in via, vt probatum eſt., & præcipuè per auctoritatem Auguſtini, quòd hìc omne meritum comparatur, quod dictum iſte conatus eſt ſua voluntaria gloſsa deſtruere, dicens quòd loquitur Aug. in ordine ad Cœlum, vel Infernum, quaſi li *hic* includat etiam Purgatorium, quod vel ignorantiſſimè, vel nequiſſimè dicatur neceſſe eſt, quippè cùm Aug. ex hoc dicto velit, quòd aliqua his, qui in purgatorio ſunt valeant; non quia id ibi mereantur, ſed quia *hic*, vt illic eis prodeſſet meruerunt, vt etiam vel cæcis patet in 4. diſt. 45. Et in eodem ſenſu loquitur Greg. in 4. Dialog. qui allegatis multis dicit illud, quod habetur diſt. 25. in cap. qualis, ſcilicet qualis hinc, quiſque egreditur talis in iudicio comparebit, deindè ſoluens ad purgandos, quia ſi ibi aliquid prodeſt, ideò dicens eſſe, quia hoc hìc meruerunt, & non ibi. Ergo iſtius concluſio falſa.

Reſtat autem eius motiuia reſpondere, quod grauiſſimum mihi eſt, non quia ſint, immò quia non ſunt alicuius momenti, & diffuſiſſimè, ac vaniſſimè Scripturas ſanctas adducat. Vnde ſuccum tantùm recitabo.

Arguit ergo ſic. Primò. Animarum decedentium tria ſunt genera; primum earum, quæ fide omninò ſunt vacuæ, & damnatæ, de quibus ipſe multa, ego nihil; & ſecundum eſt earum, quæ ſunt fide plenæ, & perſectæ, vt beatæ, tertium eſt earum, quæ ſunt fide imperfectæ, & dicit ſe credere à nullo negari, quaſdam eſſe tales. Igitur, inquit, cùm imperfectio fidei ſit, imperfecta nouitas vitæ in ſpiritu, & adhùc reliquum de vetuſtate carnia adde, ſi enim eſſet perfecta non timeret mortem, nec inuitè moreretur, aut cum affectu terreno huius vitæ migraret, clarum videtur animabus neceſſarium eſſe, non ſolùm tollere pœnas, ſed etiam addere perfectionem nouitatis, & tollere reſiduum vetuſtatis, ideſt amorem vitæ, & timorem mortis, ac iudicij, nam quantumcumque tolleretur pœna ſi eſſet poſſibile, non per hanc ablationem eſſet ſana, ſicut nec in vita iſta per ablationem pœnarum ſolam, quis melior ſit, ſed per additionem gratiæ, & remotionem peccati. Quare & illis primò peccatum auferendum eſt, ideſt, imperfectio fidei, ſpei, & charitatis. Hæc iſte, qui in multis deficit.

Primò, cùm dicit animabus tertij generis decedentibus, oportere auferri timorem mortis. Aut enim hoc oportet ante mortem, aut poſt: ſi dicat poſt, vanum eſt, quia nullus timet malum præteritum: ſi dicat ante, hoc non oportet, tùm quia neceſſariò natura timet mortem ex ſenſualitate, & voluntate Theliſi, cùm ipſa ſit abſolutè, & ſecundùm ſe mala, quippè quæ auferat bonum, ideſt vitã; ex ratione verò deliberata omnes, qui ſunt in gratia volunt mori ſi Deo placet, nec timent mortem, quia vident illam eſſe bonum ex, quo Deo placet, tùm etiam, quia quoſdam expedit timere mortem donec ponatur in eſſe, quia terrici purgantur, vt recitat Greg. in Dial. Tùm tertiò, quia ſecundùm hoc omnes decederent perſecti in fide ſecundùm iſtum, & conſequenter non intrarent purgatorium. Non eſt ergo neceſſarium imperfectis auferri timorem mortis, niſi per exhibitionem mali, quod timebatur, quo poſito iam non eſt timor, qui ſolùm de futuro eſt.

Secundò deficit, quia data ſua concluſione, quòd imperfectis oporteat auferri imperfectionem, non ſequitur, quòd oporteat eam auferri per augumentum charitatis in purgatorio, ſed auſertur per hoc, quòd anima imperfectæ charitatis ponitur in termino, quia ex hoc ſua charitas efficitur ſumma, quam habere poſſit potentia Dei ordinaria;

vnde

vnde efficitur perfecta ex determinatione Dei, & ceſſat omnis vetuſtas ade, & iam nec mortem, nec iudicium timet, hoc autem fit in morte, vt probatum eſt: licèt iſte aliter ſentiat.

Tertiò deficit, quia imperfectionem fidei, ſpei, & charitatis vocat peccatum, quod ex eo falſum dixeris, quia omne peccatum eſt voluntarium, iſte autem defectus eſt inuoluntarius ſaltem in multis, vnde & Apoſtoli orabant dari ſibi à Domino fidem perfectam, dicentes Lucæ 17. Domine adauge nobis fidem, & nos quotidiè oramus, vt charitas noſtra magis, ac magis abundet.

Et prætereà ſecundùm hoc baptizati ſtatim ante actuale morientes poſſent ſentire purgatorium, quia poſſent habere iſtam imperfectionem. Hoc autem expreſsè contra Auguſt. & Eccleſiam, vt de pœnit. diſtinct. 7. cap. vlt.

Secundò arguit. Nulla, inquit, pœna vincitur fuga, aut timore; verum eſt enim prouerbium, qui timet infernum, deſcendet in illum, immò, qui timet pruinam, tradet ſuper illum nix Iob 6. ideſt plus cadet ſuper eum, quàm timuerit, omnis pœna timore ſui augetur, & roboratur, ſicut amore minuitur, & infirmatur, vincitur autem pœna amore, & amplexu ſuo, deindè nulla pœna eſt moleſta dum fuerit victa, ideò amanti pœnas, & mortem non ſunt moleſtæ, ſed dulces, quia per amorem, & ſpiritum victæ: ſunt autem moleſtæ timenti, quia per timorem, & literam ei dominantur. Si ergo purgatorium affligit animas, & moleſtus eſt eis pauor: eis manifeſtum eſt deeſſe amorem, & ſpiritum libertatis, & adeſſe literam, ac timorem, atque hunc defectum amoris voco eſſe imperfectam ſanitatem ſpiritus. Cùm autem ſine perfecta ſanitate nullus Cœlum intrabit, tandem concludo neceſſarium illis eſſe augeri charitatem, & ſanitatem, ſicut minui horrorem. Hæc iſte: de quo miror quomodò, tàm paucis verbis tot falſa, inaniaque concludat, quod oſtenderem niſi, iam me tederet his nugis reſpondere, ex parte tamen id efficiam pauca de multis enuncians.

Primùm. Iſte verſiculum cuculi ſemper cantat, eandem vocem eandem reſonans cantilenam, & ſupponens, quod crebrò negatum eſt timorem eſſe in purgatorio, præter filialem maximè, qui augumento charitatis minuatur.

Secundùm. Stultum eſt dicere, quòd omnes timentes damnati ad inferna damnabuntur: tùm primò, quia ipſe dicit multas animas ad purgatorium deſcendere, & ibi eſſe cum timore damnationis, & tamen idem dicit, quòd nullus ex talibus damnabitur, & de hoc nos eſſe certiſſimos, vt patet infrà concluſione 19. tùm quia multi decedunt cum timore initiali, qui timent infernum, licèt minùs, quàm ſeparationem à Deo, vt patet, 1. Ioann. 4. & ſupra allegatum eſt, & tamen nullus talis moriens damnatur, cùm talis timor non ſit ſine charitate, vt patet vbi ſupra apud omnes expoſitores, item & apud omnes Theologos: tùm etiam quia ſtultum eſt dicere, non eſſe timendum malum maximum, quod poſſibile eſt nobis accidere, immò accidet omnibus non vigilantiſſimis ad præcauendum illud, vndè omnes Scripturæ nos monent timere damnationē, & infernum, ne damnemur, & vt omnes omittantur, Saluatorem citabo dicentem, eruendum ſcandalizantem oculum, & truncandum pedem, ne iaciamur in gehennam, & eum etiam timendum docet, qui poſteà, quàm occiderit habet poteſtatem mittere in gehennam, quod vtique non diceret, niſi gehenna ipſa timenda foret. Probatio autem, quam ad hoc ex Scriptura adducit, pro ſuo more non eſt ad propoſitum, qui timet pruinam, &c. Senſus enim apud expoſitores, & planè in textu patet, eſt quòd, qui proximo ſuffragari negligit, alicuius parui periculi timore, incidet in damna longiùs maiora, puta in gehennam, quam ſi extimuiſſet fortè euitaſſet.

Tertiùm. Pęna etſi vincitur amplexu, per modum contrarietatis, dicere tamen, quod ab inde non ſit moleſta, ſtultum eſt. Quid enim ſtultius, quàm dicere eum qui martyrio ſe ſpontè obtulit, & ſpontè patitur, excoriationem non habere moleſtam, aut doloroſam, vndè & Domini noſtri dolores miramur, & compatiendo deploramus. quia etſi ſpiritus promptus, caro tamen infirma erat. Vndè fortis non dolet ea ratione, qua vult pati, ideſt ſecundùm Buliſim apud Damaſcenum, ſecùs ſecundùm Theliſim, & ſenſum. Et ſi dicat iſte, quod etiam ipſe iſto modo loquitur, dico tunc eum more ſuo ad inſtientem non loqui, quia animæ quæ purgantur, & mortem, & pœnam ex rationis iudicio complectuntur, cùm ſe diuinæ voluntati conforment: vtpotè quæ in gratia, & charitate deceſſerunt.

Quartùm. Animabus in purgatorio non eſt moleſtus timor, maximè damnationis, quia ſunt in termino, & ſe eſſe ſciunt vt probatum eſt: vndè principale fundamentum huius argumenti falſum eſt; non nego tamen in eis eſſe horrorem, & dęmonum, & locorum, quia horror de præſenti eſſe poteſt: quamquam iſte vtroque pro eodem paſſim vtitur, ſiquis etiam in illis fortè ſit alius timor, quàm filialis; talem tamen impoſſibile eſt remitti per augmentum charitatis. Vndè aliter abijcitur timor in vita etiam initialis, quia per augmentum charitatis, & aliter in morte, quia per poſitionem in termino viæ, & aliter poſt mortem ſi ibi eſt, quia per viſionem Creatoris.

Deindè verò iſte quaſi volens obuiare reſponſionibus dandis, & videns ſe ſua non plenè fundaſſe ait.

Siquis iſta negauerit, neque crediderit contenderitque animas ibi eſſe perfectas in vita ſpiritus, ſolumque debita pręterita pęnarum luere, reſpondeo, primùm probent, & ipſi ſuam ſententiam, quam & ego nego, & certus ſum, inquit, quòd vel nullis, vel infirmioribus rationibus ſua probabunt. Hæc iſte. Dico autem idipſum, quod iſte recitat ad hunc ſenſum, quod illæ animæ ſunt in charitate perfecta ex diuina præordinatione, quandoquidem ſunt in termino, nec potentia ordinaria Dei poſſunt in charitate creſcere. Et dico me hoc ſupra probaſſe, & iterum hoc eodem capite probaturum irrefragabiliter, maximè per dictum Auguſt. à propoſito pro mea immò Catholica opinione prolatum,

quòd iſte ſoluere nequiuit: vt apertè patuit,& pleniùs penè ſtatim patebit. Dico etiam, quòd ſuis rarionibus nullæ poſſunt eſſe peiores, eum ſuæ nihil ſint, quàm nec Philoſophiam, nec Canones, nec Theologiam, nec aliquam Scripturam ad propoſitum eitat, & omnis ſua probatio tamdem reſoluitur in verſieulum cuculi, & ſomnia.

Sed contra iſta replicat iſte, in hunc modum. Primò. Triplex ſuppoſieum animarum deeedentium genus, aut admittitur, aut negatur. Si admittitur: reſpondeatur quomodò auferrur puſillanimitas ſpiritus, & timor, quando perſectus homo ſieut parer eius Deus nihil timet, omnia poteſt, omnia ſuffert, in omnibus gaudet, & delectatur. Si non admittitur, ſed in morte perfiei fidem arbitrantur, ae ſie ſolùm pœnæ ſoluendæ reſtent, & hoe totum ſit purgatorium ratio, ſcilicet debitarum pœnarum, tunc inquit præter inſolubile iam productum argumentum, videlieèt quod nulla ſeriptura, nulla ratione ſuam ſententiam poſſunt probare, tamen adhuc, inquit, via ſuaſoria procedam, ſie enim & illi opinatores, ac poſtillatores faciunt. Hæc ille: cui reſpondere ſtatui antequam eius ſuaſiones adducam.

Dico ergo ad prędicta multa. Primùm. Admitto triplex animarum excedentium genus ad hunc ſenſum, quod aliquæ animæ cum charitate imperfecta, ae perindè timore ſaltem in ſenſu mortis, & damnationis, & cętera quæ lubet, ad inſtans vſque mortis proeedunt, in quo inſtanti charitate non aucta, omnia prædicta auferuntur, ex eo, vel maximè, quòd anima ponitur in termino, quantùm ad omnia, ſolutione pęnarum tantùm exeepta, & dico quòd etiam ſi non euolent, ſed purgatorio careere teneantur, lętantur in omnibus Buſili, non autem Theliſi, ſed de pœna dolent de ea præcipuè, quæ in retardatione à gloria conſiſtit, de ipſo tamen dolore buſili, quoquomodo gaudent, ſicut pęnitens gaudet de ſuo dolore.

Secundùm. Nego etiam tertium genus ad eum ſenſum, qui eſt quòd nulla anima tranſit inſtans mortis eum charitate ſic imperfecta, vt deindè perfiei poſſit, quia poſt illud inſtans omnis anima primi, ſecundi, ac tertij generis extrà viam liberam eſt, merendi aut demerendi.

Tertiùm. Quòd iſte dieit fortiſſimum, & inſolubile argumentum, quòd nulla ſcriptura, nullá ratione ſententiam meam probare poſſum, dico hoc non eſſe dictum viri vſquequaque ſapientis. Cum enim omnium reminiſci, & in nullo prorſus aberrare, diuinitatis potiùs ſit, quàm humanitatis, C. de vet. iur. enuclean. l. 2. 5. ſiquid, iſte cùm homo ſit fortè aliquid eſt oblitus, quod ego teneo, ex quo ſententiam meam probabo.

Probo igitur ad hominem primò ratione, ſeilicet, quod in morte via hominis terminetur, & iam nec ereſcere merito, nec timere damnationem poſſit, & arguo ſic. Si vera eſt opinio iſtius, aliquando aliqua anima poſt ingreſſum Purgatorij eſt damnata, vel peccauit mortaliter. Hoc autem eſt falſum etiam apud iſtum, qui tenet infrà concluſione, 19. quod nos ſumus certiſſimi, quòd nulla talis anima damnatur. Ergo opinio iſtius non eſt vera. Aſſumptum probo. Nam ſi charitas in purgatorio poſſet proficere, poteſt etiam deficere, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem niſi alterum inſit à natura, vt dieitur in prædictis, & experientia docet, tum etiam quia non augetur niſi facta aliqua diſpoſitione ex parte animæ, quia actus actiuorum ſunt in Patiente diſpoſito, libro de anima, quæ diſpoſitio non poteſt eſſe niſi ex parte ſubiecti charitatis, ideſt liberi arbitrij, quod ſi adhuc cum libertate contradictionis poreſt in bonum (quod dieere oportet ſi merentur) videtur, quod pari ratione poſſit in malum, niſi dicatur quod ſunt in gratia confirmati adhuc in via ſecundùm iſtum, quod ille dicere nequit, tum quia hoc quod dicit probare nequit, & tamen allegans priuilegium illud debet probare: diſtinct. 100. contra morem, tum etiam quia ſi ità eſſet ipſi non poſſent ſic ſe ignorare, vt non ſentirent ſe ſperare, vel timerent damnari, cùm ſe viderent inclinari ad bonum, non ad malum.

Si autem eorum liberum arbitrium poteſt in malum, aliquando ad malum flecti poteſt, & conſequenter poſſunt damnari. Et conſequenter aliquando peccant, & aliquando damnantur, quia iuxtà regulam philoſophicam in libro phyſ. & Cœli, ac Mundi: omne quod poteſt non eſſe, aliquando non eſt, quod etiam ratione patet, quia quod poteſt non eſſe, non habet virtutem, vt ſit ſemper, quia neceſſariò ſemper eſſet, cùm res neceſſariò tantùm duret, quantum poteſt, & conſequenter non poteſt ſemper durare, & conſequenter neceſſariò aliquando deficit. Si autem dicatur, quòd iſta ratio tenet in naturalibus non in voluntarijs, cum aliquis poſſit peccare mortaliter, qui nunquam id facit, dico quod in naturalibus ratio concludit de eodem ente in numero, quia quod poteſt deficere aliquando deficit, in voluntarijs autem tenet in ſpecie, vel genere, quia in omni creatura, quæ in ſuo genere potuit peccare, aliqua ſuppoſita peccarunt, vt patet in Angelis & hominibus. Et ità in propoſito de illis animabus ſi ſunt in via, vt iſte autumat.

Arguo autem idem auctoritate beati Auguſtin. qui in libro de cura pro mor. agen. & recitatur in diſt. 45. 4. ſent. dicit ſic. Hìc omne meritum comparatur. Hæc ille. Ex quo ab vniuerſali affirmatiua ad excluſiuam de terminis tranſpoſitis iuxtà regulam logiealem arguitur ſic. Omne meritum comparatur hìc: ergo tamen hìc comparatur meritum, & per li *hic* intelligitur vita, quæ peragitur ante mortem. Martinus ante poſt pharaginem longam, tamdem concludit quòd Auguſt. verba non ſunt ad purgatorium referenda, ſed ad Cœlum, & infernum, vbi nullum comparatur meritum. Sed ex ipſis Auguſtin. verbis clarè patet, quòd omne meritum antè mortem comparatur. Sic enim habet. Tempus quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt, vel requie, vel erumna, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. Hæc ille; vbi patet quod meritum eſt in vita, & poſteà retributio. Item infra. Neque, inquit, negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cùm pro il-

lis

Digitized by Google

lis ſacrificium mediatori offertur,vel eleemoſynæ fiunt in Eccleſia, ſed hæc eis tantùm proſunt, qui eum viuerent, hęc ſibi, vt poſteà poſſent prodeſſe, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat, & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat cùm iſta vita tranſierit adiuuari. Quocircà hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam quiſpiam grauari, vel releuari. Nemo autem ſperet, quod hic neglexit, cum obierit apud Deum promereri. Hęc ille. Et infrà. Non eſt ergo, inquit, ambigendum, iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus, qui ità vixerunt ante mortem, vt poſſent eis iſta vtilia eſſe poſt mortem. Et infrà. Nam iſtam quiſque, inquit finiens vitam, niſi quod in ea meruerit, non poterit habere poſt eam. Hęc ille. Et patet quàm clarè. Item probatur auctoritate Ambroſ. & Chryſoſt. & Damaſ. & Gregor. immò Eccleſiæ, vt in principio capituli dictum eſt.

Probatur etiam per Scripturam, vt ibi patet de Diuite, & Lazaro. Rursùs etiam hoc probo Scripturis, & auctoritate probabili ſimul. Nam in 4. Dialog. Gregorij: Petrus Gregorium rogat docere velit, an poſt mortem purgatorius ignis eſſe credendus ſit, & Gregor. primo per Scripturam probat, quòd homo poſt mortem non mutatur in merito, ſic dicens. In Euangelio Dominus dicit ambulate dum lucem habetis, per Prophetam quoque ait; tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te, quod Paulus Apoſtolus exponit dicens; ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: Salomon quoque ait; quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia erit apud inferos, quo tu properas, Dauid quoque ait, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Ex quibus nimirum ſententijs conſtat, quia qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur. Hæc ille, qui tamen deindè dicit, quòd ante iudicium ignis purgat aliquas leues culpas, & in fine ſic ait. Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic etiam de minimis nihil, quis purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat promereatur. Hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quàm falſa ſit iſtius concluſio, & iſtius dictum quod ſcilicet oppoſita ſententia probari nequeat.

Deindè iſte, quia probare nequiuit ſuam concluſionem, dicit ſe velle procedere more ſuaſorio.

Primò ſic. Ad quid, inquit, Deus vult puniri perfectos in ſpiritu? Ad ſatisfactionem? Contra. Super omnem ſatisfactionem eſt charitatis ſatisfactio; neque enim Deus etiam per pœnas aliud requirit, quàm vt perficiatur charitas. Charitas enim niſi Apoſtolus mentiatur, operit multitudinem peccatorum. At illos iam eſſe perfectę charitatis poſitum fuit. Hæc ille. Soluo autem dicendo multa.

Primùm. Perfectos Deus vult puniri, ſiquid habent puniendum ad æqualitatem iuſtitiæ conſeruandam, & hoc plerumque accidit, quod quis ſit magnus apud Deum, & tamen habeat punienda, ſicut in 4. dialog. Gregor. de Paſchali, quod eius cadauer miracula faceret, & ipſe in Purgatorio nonnullas penas dilueret.

Secundùm. Non nego, ſed approbo per charitatem cuius effectus eſt contritio, aliquando aboleri pœnam peccatorum, & poſſibiliter totam, non tamen ſemper, vt patebit infrà, & maximè in his, qui ſunt perfecti in charitate ſolùm ex ſtatu termini ſuæ viæ, ſiue ex præordinatione diuina, vt in his, qui ſunt in purgatorio.

Tertiùm. Falſiſſimum eſt Deum in punitione ſolius charitatis augmenta exquirere, cùm in omni punitione velit æqualitatem iuſtitiæ, vt latiùs Theologi deducunt, alioquin Deus augmentum charitatis quęrit in damnatis, & in Datan, ac Abiron, & ſimilibus. Et quod iſte de Apoſtolo Iacobo capitulo 2. inducit ad ſua dicta firmanda, ſuo more malè citat, quippè, qui non hoc ideo dicit, quaſi charitas aboleat reatum habentis charitatem, ſed iuxta litteralem ſenſum: quia peccata eius cuius conuerſionem, quis curauit, operit, ne videantur à Deo quaſi punienda æternaliter.

Secundò ſuadet. Deo maximè ſatisfit per voluntatem, vbi non inuenit facultatem; vt cum ſancto Auguſtino ſentit tota Eccleſia. At illi ſi ſunt perfectæ charitatis, talem habent voluntatem neceſſariò, & tamen facultatem non habent defectu viæ, quare ſola voluntate abundè ſatisfaciunt. Soluitur. Dico multa. Primùm. Voluntas ſatisfaciendi dupliciter dicitur, primò volitio qua ſatisfit, & ſic omnis actus voluntatis imperatus à Latria, quæ conſequenter ad rationem reducitur, ſuppoſita charitate ſatisfacit Deo pro peccatis ex toto, vel ex parte, vt contritio, & ſic non loquimur hic, ſecundò volitio, qua volumus ſatisfacere, & de hac eſt ſermo.

Secundùm. Sola voluntas ſatisfaciendi in hac vita ſufficit ad meritum, quia omne opus bonum, ſuppoſita gratia, eſt meritorium, & iure probatur 6. quæſt. 1. quæro §. verum hoc 8. quæſt. 1. ſciendum 15. quæſt. 6. capit. 1. 32. quæſt. 5. ſicut enim, non tamen ſola voluntas ſatisfaciendi ſufficit ad ſatisfaciendum in totum, (& ſi in parte tanquam opus bonum) alioquin nullus intraret Purgatorium, cùm omnes intrantes ſint in gratia, & conſequenter velint Deo ex toto ſatisfacere. Etſi enim in malis quantum intendit homo facere, ſeu peccare, puta mortaliter, tantum etiam peccat, in bonis tamen ſecus, non enim, qui vult mereri multum valdè apud Deum per aliquod opus, neceſſariò tantùm meretur, quippè ad bonum plura, quàm ad malum requiruntur.

Tertiùm. Poſt hanc vitam bona voluntas non ſufficit ad meritum, cùm iam non ſit tempus merendi: vt dictum eſt, & conſequenter, nec ad ſatisfaciendum actiuè, cum apud inferos non ſit opus, nec poſt noctem mortis quiſque operari poſſit ſecundùm ſententiam Domini: eſt tamen ſufficiens ad ſatisfaciendum paſſiuè dum ferre vult anima pęnam purgatoriam, & ferendo explet.

Quartum. Illud dictum Deo maximè ſatisfit per voluntatem vbi non inuenit facultatem,

tatem, miror eſſe Auguſtin. cum in hac vita quiſque habeat hanc facultatem orando, & alios interiores actus ex Imperio Latriæ exercendo, vnde potius credo, quod iſte ſuo more, peruerſè cum adducat, vndè, & locum tacet. Cum enim in hac vita quiſque habeat facultatem ſatisfaciendi, ſaltem per orationes mentales, quarum facultas nulli deeſt, niſi inſano, quid oportuit dicere Deo ſatisfit per voluntatem, vbi non inuenit facultatem, quæ vbique inuenitur.

Quintùm. Hic iſte ab his, qui ſunt in Purgatorio negat facultatem ſatisfaciendi, quia non ſunt in vita, ex quo cogitur poſt vitam negare augmentum charitatis, contritionis, & meriti, quibus anima purgatur, & ſatisfacit Deo.

Tertiò ſuadet. Perfecti tales omnia reddunt Deo quæcumque debent, quia nihil amplius debent, quàm vt ſe totos ipſos, cum intima voluntate offerant.

Soluitur. Procedit hoc motiuum de perfectis augmentum charitatis in via, qui ſatisfaciunt Deo plenè, vel etiam ſuperabundanter communi lege, quamquam interdum magni viri in Purgatorio cruciantur, vt dictum eſt. Non autem de perfectis ex adeptione termini, vt ſunt, qui purgantur, iſti enim omnia debita non reddiderunt dict. capit. nullus.

Quartò. Crudelis eſſet Deus, ſi animæ decedênti cum magna charitate eum ſumme ſitienti non remitteret 7. dies ieiunij quos adhuc debet. Soluitur. Non eſſet crudelis, ſed iuſtus cum pietate, quia cum multa dimiſiſſet ſcilicet poſſibiliter æternam pœnam, & partem temporalis, id quod ſua miſericordia, & iuſtitia.

Sed ex verbis iſtius contrà prædicta recapitulari poteſt.

Primò. Nam omnia munda dicuntur dantibus æleemoſinam non de corde, ſed de ſuperfluo. Sed omnium æleemoſinarum ſunt maximè ſumma charitas, & humilitas in Deum, & proximum. Ergo tali animæ dicti dies remittuntur tunc. Soluitur. Dico ad maiorem omnia eſſe munda quo ad pœnam, quando æleemoſinæ à Deo copioſè fuerint, quod eam poſſint abolere, & idem dico poſſe facere charitatem, & humilitatem in vita, ſi tamen id non fecerunt dies illi ſeptem in morte non remittuntur ratione dicta. Ad minorem dico, quod impropria eſt tamen ea conceſſa negatur conſequentia ratione dicta.

Secundò quia Deus ſeruo roganti, ſolùm, & nihil facienti omne debitum dimiſſit, ergo à fortiori hic. Soluitur. Si anima charum Deum habens antequam carcerem corporis exiret, & Purgatorij intraret, rogaret Deum remiſſionem pęnę, partem, vel totum dimitteret, pro qualitate ſuæ orationis, ſed vbi totum non aſſequitur remiſſionem, indè purgatur. Et quod de ſeruo obijcitur, dico ex methaphoris non licere inferre omne quod placet, ſed id ſolùm gratia, cuius dictum eſt, quod hic eſt remiſſio culparum proximis ſicut Deus ſeruo indulſit culpam. Pœnam autem nullus proximo indulgere tenetur, ſed emendam expetere poteſt, & ſic Deus facit.

Quintò ſuadere conatur ſic. Si Purgatorium eſt tantummodo pænarum officina, cur non vocatur punitorium potius, quàm Purgatorium, ratio enim, & vis vocabuli purgationem aliquam importat: quæ intelligi non poteſt niſi vetuſtatis, & peccati relicti, quo ſunt immundi, qui terrenorum affectu fidei puritatem impediuerunt. Quod ſi noua (vt ſunt ad diſtinctiones prompti) vſi æquiuocatione, dixerint eſſe purgationem hic idem quod ſolutio, vt tunc purgatæ dicantur, cùm pænæ fuerint ſolutæ: reſpondeo hoc eadem facilitate contemnitur qua probatur, & ſi ipſi contempſerint vim vocabuli ad vitiorum purgationem extendi, eſto ſanè non contendo: id tamen effectum eſt vtrumque eſſe dubium: ideò præpoſterè alterum illorum tanta certitudine in populos diſperſum, maximè, cum nec ratio nominis, illorum ſententiæ conueniat. Hæc ille.

Soluens autem dico multa. Primùm. Argumentum ab interpretatione nominis, vel ſignificatione, non valet, quia non ſemper ſignificat illud à quo imponitur, ſed ad quod, ſicut li *riſus* dictum de prato non ſignificat verum riſum à quo imponitur, ſed methaphoricum, & lapis non ſignificat omne lædens pedem, vt ipſum nomen prætendit, alioquin ſpinas lapides dixeris, & ita poteſt dici Purgatorium à purgatione impropriè dicta, quæ eſt omnis ablatio impedimenti à gloria, nec hoc probatur facilitate, id eſt auctoritate propria, ſed probabili Sanctorum, quia illum ignem vocant Purgatorium, vt Auguſtin. in lib. de pen. & ſimiliter canones vt diſt. 25. qui in aliud, & de pen. diſt. vlt. nullus circà finem, alioquin ſi à nominis ſignificatio iſte arguendum putat, cur infernum ex eo dictum, quod inferiùs ſit negat inferiùs eſſe, nec ſe ſcire vbi ſit? Et quamquam nec ego ſciam vbi ſit, putem autem rationabilius eſſe, quod ſub terra, nec hoc tamen certum habeo, ac proindè dico infernum dictum eſſe potuiſſe ab inferioritate non quidem vera, quàm ad nos eſt infra terram, ſed ab exiſtimata, vel imaginata, quæ apud rudes eſt vbi eſſent, ſi eſſent, aut ſi ſunt Antipodes, ac propterea poſſe infernum eſſe in altero hemiſperio, quod Iſidorus videtur ſenſiſſe.

Nec obſtat, quod deſcendere dicuntur illo tendentes, quod Deo non ſit impoſſibile, aut animas, aut corpora hominum per medium elementum terræ ad oppoſitum emiſpecium detuliſſe.

Secundùm. Quamquam verò iſte nouus poſitor putet ſe ſua poſitione, quod ſcilicet in Purgatorio auferantur reliquiæ vetuſtatis, vocabuli Purgatorij vim proprietatemque ſaluare, tamen in veritate aberrat: quandoquidem Animæ Purgatorio, nihil tale inferunt: quod licèt ſit ſuperius abundè probatum, tamen, & hoc adducam, quod in capit. nullus de pen. diſt. vlt. & verbum eſt Auguſtin. qui inquit in fine baptizantur, Purgatorium non ſentiunt. Ex quo patet quod anima baptizata, ſi poſt baptiſma nihil mali agat euolat, nec Purgatorium intrat. Quicquid ergo in Purgatorium portatur, totum poſt baptiſmum contrahitur. Sed vetuſtas peccati non cotrahitur poſt baptiſmum, ſed ante, cùm per baptiſmum explodatur, & inſit

ab

ab origine per Adam. Ergo non inſertur Purgatorio.

Prætereà ſi in Purgatorio aliquid purgatur, quod propriè purgatur, aut erit peccatum, vt iſte innuit, ibi, peccati relicti, aut vitium, vt innuit ibi, ad purgationem vitiorum, vel vt omittamus vitia, quæ habitus ſonant, illud peccatum, aut erit actuale mortale, quod eſt impoſſibile cum ibi ſit gratia charitaſque tale peccatum excludens, aut actuale veniale, & ſic iſte ſentit nobiſcum, aut originale, & hoc enim eſt, cum illud per baptiſmum fluminis, aut flaminis auferatur. Nihil ergo iſte propriè purgandum præter id quod nos quoque dicimus aſtruere poteſt.

Tertiùm. Licèt officina hæc punitorium dici poſſit, quod ibi puniantur impunita delicta, rectiùs tamen Purgatorium dicitur, vt ſit punitorium, & Purgatorium, ſed tamen Purgatorij retineat nomine, omne enim peccatorum, Purgatorium punitorium eſt, non è contrà, quia, & infernus punitorium quippiam eſt, ſed non omne punitorium Purgatorium, quod in inferno puniantur quidem delicta, ſed non purgentur, dicente Gregorio de damnatis, & expurgandis, quod ſub eodem igne crucientur impij, & purgantur electi.

Quartum. Sancti nomine Purgatorij, etiam propiè vſi ſunt quamquam ibi ſola pæna exoluatur, quia eſt effectus peccati, vt Purgatorium, ideo dicatur, quia ibi purgantur delicta, veniale in ſe, & in ſuo effectu, ideſt reatu pænæ, & mortalia, non in ſe ſed in ſuo effectu, qui eſt pęnæ reatus. Sextò ſuadet, & tanquam alter Golias gladium deſert quo iuguletur. Nam ad hoc inquit valet illud Gregor. diſt. 25. qualis, vbi non pœnas tantummodo, ſed culpas remitti dicit in futuro ſcilicet veniales, vt ibi ponit exempla. At remiſſio culpæ, non fit ſine gratiæ infuſſione, & horror mortis eſt Sanctis peccatum veniale, ſed non paruum. Hæc ille.

Ag quod multa dico. Primùm. Peccata venialia, & in hac vita, & in futura ſine augmento gratiæ remitti concedimus, quippè, quam non charitati, ſed eius ferueri opponuntur alioquin inter Greg., & iſtum eſt repugnantia, ſine ſpe concordiæ, dicente illo talem hominem in iudicio exhiberi qualem exire contingat, iſto verò dicente, quod remiſſo veniali exhibeatur cum gratia maiore ex noua ſcilicet infuſione.

Secundùm. Si horror mortis eſt peccatum veniale Sanctis, vtique, cum veniali deceſſerit Chriſtus neceſſe eſt, qui vſque à Deo mortem extimuit, vt ad inſtar cruenti viri ſudarit. Sed quia Martinus iſte longam nimium diſputationem de Purgatorio agitat, ne legentibus tedium inferamus, rurſus de re eadem caput aliud afferamus oportet.

CAP. XII.

Aduerſarium rursùs de Purgatorio malè ſentire.

RVrsùs hæc eadem materies pleniùs nonnullis punctis explicabitur.

Punctum primum. Nam concluſione 18, iſte ſic habet, Nec probatum videtur vllis, aut rationibus, aut ſcripturis, quod ſunt extra ſtatum meriti, ſeu augendæ charitatis. Hæc ille. Conſtat autem falſitatem huius concluſionis eſſe probatam ratione, auctoritate, ſcripturis, item ſcripturis, & auctoritate ſimul articulo priore. Ex quibus probationibus iſte oſtendit ſe nullam vidiſſe, aut animaduertiſſe, præter Auguſtin, dictum quod ipſe contra ſe hic recitat, & conatur euadere quamquam nequaquam poteſt, vt articulo priore deductum eſt. Supereſt autem quanti valent eius argumenta monſtremus.

Arguit enim ſic. Primò. Nam oppoſita opinio, inquit, non innititur auctoritati. ſua autem vtitur hac auctoritate, quod ſine addita gratia nullus timor pellitur quem ſola perfecta charitas foris mittit. Solutio. Dico quod eſto in via non pellatur timor omnis ſine charitatis augmento, ſecus in ipſo termino, vel ſaltem poſt terminum ipſum. Auctoritas autem illa, quam ſuo more malè citat: perfecta charitas foras mittit timorem, intelligitur de ſeruili, & initiali, vt ſuprà probatum eſt, & ſeruilem quidem abijcit charitas perfecta, ideſt, quæ perfectio eſt perficiens, ideſt charitas omnis, vt ſupra per expoſitores deductum eſt, initialem verò pellit charitas perfecta, ideſt, quæ diem Iudicij, vel Aduentus Domini non timeat, vt eſt omnia charitas Purgatorij, vbi nulla pœna maior eſt, quàm dilatio præſentiæ Chriſti, ſecundùm communem doctrinam Eccleſiæ, ac Sanctorum, nec vllus eſt ibi pænarum timor maximè, qui augmento charitatis minuatur, ſed dolor dumtaxat.

Secundò arguit. Si Purgatorium ſolùm eſt ſoluendarum pęnarum officina, & animæ in illo ſunt ſuo affectu, (vt ego inquit ſentio) immundæ, nec ab eo vitio purgantur: fieret Purgatorium, idem, quod infernus, vbi pęna eſt cum culpa manente. At in animabus Purgatorij eſt culpa, ſcilicet timor pænarum, & defectus amoris, cùm iuſtus ſecundùm Iſaiæ 8. nihil debeat timere, niſi ſolùm Deum. Ergo peccant, ſine intermiſſione quamdiu horrent pęnas, & quærunt requiem, quia quærunt, quæ ſua ſunt pluſquam Dei voluntatem, quod eſt contra charitatem, & ſi Deum amante, amore concupiſcentiæ amant: cùm in ſuis pænis debeant diligere Deum, & glorificare, ac fortiter ſubſtinere. Solutio. Nego animas in Purgatorio eſſe immundas ſuo affectu, niſi fortè culparum venialium, cum quibus exeunt, & cum probatur, quia ibi eſt timor pænarum, & defectus amoris. Dico ibi eſſe dolorem pęnarum non timorem qualem iſte aſtruit, & ibi non eſſe defectum amoris, ſed tantum amorem

ibi

Digitized by Google

ſbi profiteor eſſe, quantum ex ordinatione diuina vnquam illæ animæ ſunt habituræ, cùm ſint in termino, & dico iſta ſi ibi eſſent non eſſe peccata, alioquin eſſent, & in Paradiſo, vbi ſunt multi pueri, puellæque minoris charitatis, quam ſint aliquando iſte animæ quarum multæ poſt Baptiſmum in charitate creuerunt. Et ad Iſai. dico iſtum pro conſuetudine malè citare. Quod enim dicitur timorem eius ne timueritis: intelligitur de timore cuiuſdam coniurationis tunc occurrentis, & ſi de quocumque alio timore naturali eſſet ſermo, intelligeretur Scriptura confortare pusillanimitatem, non prohibere iniquitatẽ: ſecundùm illud Iſai. 35. dicite puſillamines confortamini. Quod etiam dicitur Deus ipſe ſit pauor noſter, intelligitur principaliter: alioquin cur non diceremus Chriſtum peccaſſe, qui cępit pauere Luc. 22. Vlterius dico, quod animæ quæ purgantur omnes diligunt Deum pluſquam ſe, cùm ſint in charitate, nec peccant fugiendo pęnas, & quærendo requiem, ſuppoſita Dei voluntate, quam, & in pœnis, & in alijs, ſuæ proponunt. Alioquin ſi peccant appetendo requiem, cur non peccamus nos eis orando æternam requiem, quaſi complices peccati? O quot deliramenta honeſtate verborum leniconio, & mordacitate detractoria?

Tertiò. Nam ſecundùm Apoſtolum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. Hoc autem bonum non poteſt intelligi, niſi augmentum iam poſſeſſi. Ergo, & Purgatoriũ auget, bonum dilectionis Dei, immò maximè omnium auget, dum ſicut infernus dura eſt æmulatio, & in tantis malis etiam diligit, & ſicut fornax aurum probatum facit, ità pæna dilectionem. Soluitur. Apoſtolum pro more citat male, quippè, quæ de viatoribus loquatur, & patet in textu, & dato quod de his quæ ſunt in termino loquatur, non poteſt intelligi quantum ad intentionem alicuius habitus cuiuſmodi eſt charitas, alioquin non eſſent in termino, ſed in via, poteſt autem intelligi, quantum ad aliquod accidentale actuale gaudium. Ad cætera patet maximè ad illud, dura quaſi infernus æmulatio, quia non eſt ad propoſitum. vt patuit.

Adducit, & quædam alia friuola, quæ aut ſupponunt, quod eſt in quæſtione ſcilicet illas animas eſſe in via, aut aſſumit propoſitiones ſolùm de viatoribus ſimpliciter veras, illæ autem animæ non ſunt viatrices quò ad habitus, ſed quò ad tollerantiã pænæ per quã vadant ad gloriam. Illud autem eſt mirabile quod iſte adducens rationes aliorum contra ſe, nihil adducit niſi dictum Auguſtini, cum tamen tot Sancti, & Scripturæ ſint contrà eum, vt capitulo priore probauimus, ex quo videtur eſſe, vel malus, vel ignorans, vel vtrumque.

Punctum ſecundum. Nàm concluſione 19. ſic habet. Nec hoc probatum eſſe videtur quod ſint de ſua Beatitudine, certè, & ſecurè, ſaltem omnes, licèt nos certiſſimi ſimus. Hæc ille.

Arguo autem, quod falſa ſit eiuſmodi ſententia, & quidem in primis ex probabilibus.

Primò. Nam quod omnes, vel plures, vel ſapientes præcipui aſſerunt probabile eſt eſſe verum, vt patet in 1. top. ex definitione probabilis. Sed animas entes in Purgatorio de ſua ſalute eſſe ſecuras omnes fideles adulti inſtructi ex communi opinione, & declamatoribus Eccleſiæ Interrogatis profiterentur verum, niſi fortè, aut iſte, aut aliquis ſeductus ab iſto, & hoc eſſe verum non aliter probo, quàm per famam, quam quiſque poteſt in ſe experiri, an ſcilicet ſic ſenſerit teneri, & credi. Igitur hoc probabile eſt, & oppoſitum improbabile.

Secundò. Omnis propoſitio vera in pluribus, concedenda eſt, vt vera in omnibus, niſi probetur, vel afferatur inſtantia, vt patet ex lib. top. quam tamen inſtantia de eo, quod eſt in quæſtione ferenda non eſt, quoniam eſſet petitio principij. Sed animæ, quæ ſunt in Cęlo ſunt ſecuræ de ſua beatitudine, & quę in Inferno de ſua infelicitate; immò & ſociorum quos in tormentis noſcunt ſecundùm Gregor. 4. moral. & quæ olim erant in ſinu Abrahe de ſua firmitate in bono, cùm dicant Lucæ 16. chaos eſſe inter ſe, & malos, & quæ ſunt in Limbo puerorum de ſua ineptitudine ad gloriam, alioquin indè anxiarentur contra omnes Theologos, & contra veritatem, quia vbi non fuit peccatum actuale, nulla debet eſſe anxietas, vel pęna doloroſa de Baptiſmo maiores, & animæ quæ ſunt in corpore, certæ ſunt de ſua libertate ad bonum, & malum niſi gratia Diuina in bono firmentur, vt experientia docet. Ergo & quæ ſunt in Purgatorio, debent eſſe certę de ſtatu ſuo, quo ſcilicet iam nequeunt deperdi, vt etiam iſte concedit.

Tertiò. Quęcumque nouerunt etiam notitia creditiua animæ in corpore poſitæ de rebus diuinis, hoc etiam norunt poſt mortem, ſecundùm illud Hieronymi ad Pauli; diſcamus in terris, quorum notitia nobiſcum perſeueret in Cęlis; & loquitur de notitia creditiua diuinorum, quæ eſt ex Scripturis.

Sed ſicut nos, vt iſte dicit, certiſſimi ſumus animas Purgatorij ſaluandas; ità pari ratione hoc ſciuerunt illę cum omnes eſſent in corpore. Ergo & poſt mortem in Purgatorio ſciunt. Quod firmatur, quia damnatæ animæ recolunt, etiam eorum, quæ ſunt hìc, iuxtà illud Lucæ 16. Habebo quinque fratres, &c. Si dicatur, quod neſciunt ſe eſſe in Purgatorio; contra, primò, quia damnatę ſciunt ſtatum ſuum, & omnes aliæ; ergo & iſtæ; ſecundò, quia in vita ſciuerunt animas beatas eſſe in gaudio, & puerorum ſine triſtitia, & damnatorum cum triſtitia, & blaſphemijs, & vbi ſunt ſciunt ſibi nullum horum conuenire. Ergo ſciunt ſe eſſe in Purgatorio, & conſequenter ſaluandas.

Quartò arguo ex neceſſarijs. Et ſuppono iudicium humanum ea ratione qua iuſtũ, imitari diuinum, & in diuino eſſe eminenter omnem perfectionem, quam inuenire poſſumos in humano, & iſta per ſe patent.

Tunc ſic. Quicumque iudicatur, per acto iudicio certus eſt de ſententia per quam ad aliquid iudicatur; quandoquidem oportet eum eſſe præſentem, abſente enim reo non eſt procedendum, diſt. 3. quæſt. 9. accuſator: immò nedùm humanæ, ſed etiam diuinæ leges prohibent, vt abſens quis iudicetur, diſt. 2. qu. 8. accuſatores, quod tamen fallit in contuma-

tuma-

tumacia, quis abſens iudicatur, diſt.3. qu.9. decreuimus, & per totum. Præſentia tamen iſta inter Deum, qui vbique eſt, & reum, non eſt intelligenda ſolùm per coaſſiſtentiam, ſed per notitiam, vt ſcilicet reus intelligat, quæ aguntur, alioquin valida eſſet ſententia iudicis iudicantis poſt tergum rei, eo non aduertente, quod dicere eſt ſtolidum; immò præſentia non requiritur niſi propter intelligentiam, vt patet ex ratione capitulorum in dicta qu.9. per totum.

Sed quælibet anima migrans à corpore iudicatur à Deo, ſiue ad gloriam, ſiue ad damnationem, ſiue ad purgationem reliquiarum peccati: hoc enim iſte concedit allegans Innocentium hoc tenẽtem, & probatur etiam iure ipſo de pœnit.diſt.1. numquid. Qualem, inquit Cyprianus inuenit Dominus cum vocat, ſcilicet per mortem, talem pariter, & iudicat, & diſt.13.qu.2. in præſenti.

In præſenti, inquit Hieronymus, ſeculo ſcimus, ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos adiuuari, cùm autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum. Hæc ille, qui hunc ſeculum contra præſentiam ad tribunal Chriſti diuidit, quia ſtatim poſt hanc vitam iudicamur, iuxtà quem ſenſum etiã, poſſet intelligi, Paul.2.Cor.5. peregrinari à corpore, & præſentes eſſe Deo, quamquam iſte non eſt ſenſus eius ad literam. Ergo omnes animæ purgandæ, ſtatim in morte norunt ſententiam, & ſtatum ſuum.

Dicere autem ad hanc rationem, vt dicit iſte, quod iudicantur, & accuſantur, nec tamen ſunt certæ, quia ſententia differtur, eſt ſtolidum apud Petr. de Palude; immò apud omnes, quoniam cum iſta ſententia ſtatim exequutioni ſit tradita, idem eſt, ac ſi dicatur, quod ſententia mandatur exequiſtioni, antequam pronuncietur.

Quintò. Quæcumque dicunt, qui mentiri nequeunt, neceſſariò vera ſunt. Sed animæ Purgatorij nequeunt mentiri (vt probatum eſt) quia iam nequeunt peccare, cùm ſint in termino, & illę dicunt aliquando ſe ſaluandas ſi iuuentur, vt multipliciter probat Gregor.in 4. dialog. & hoc non dicerent, ſi non ſcirent, alioquin exponerent ſe periculo mentiendi, conſequenter autem, & peccandi, conſequenter autem etiã peccarent, quod impoſſibile eſt non potentibus peccare. Ergo ſciunt ſe ſaluandas. Si dicatur, quod hoc ſciunt quędam ſolùm ex ſpeciali priuilegio Dei: probetur hoc priuilegium, immò hoc ſomnium ab allegante, vt iura volunt, ſicut probatum eſt.

Et præterea ex dictis patet hoc nihil eſſe, cùm omnes illę animæ ſciant ſtatum ſuum. Ex his patet conſequentia diui Thomę, quam vir iſte ridet, quæ eſt hæc: Animæ Purgatorij ſciunt ſe ſaluandas, alioquin ſuffragia non peterent, ſupple eo modo, quo petunt, dicentes, quod ſaluabuntur.

Nunc iam reſpondeamus his, quæ iſte pet ſua ſententia citat.

Arguit enim primò ſic. Si pęna Purgatorij eſt pauor ille, & horror damnationis, & inferni, pauor autem omnis facit animum perturbatum, incertum, inopem conſilij, & auxilij, & tantò magis, quantò fuerit vehementior, & inopinatior, animarum autem eſt omnium vehementiſſimus, & inopinatiſſimus, vt ſuprà dictum eſt, & Chriſtus, inquit, tamquam laqueus ſuperuenit dies illa; & Apoſtolus: Dies Domini ſicut fur in nocte, ità veniet, quare valdè probabile eſt eas præ confuſione neſcire, quo ſtatu ſint, an damnatæ, vel ſaluatæ; immò ſibi videntur iam ire in damnationem, & deſcendere in lacum omninoque iam eſſe in portis inferi, ſicut Ezechias dicit, & 1.Reg.2. Dominus deducit ad inferos, & reducit.

Igitur nihil aliud ſentiunt, quàm incipere ſuam damnationem, niſi quod ſentiunt nondùm poſt ſe clauſam portam inferi, necdum etiam dimittunt votum, deſideriumque auxilij licèt nuſquam apparentis; ſic enim loquuntur, qui experti ſunt, exemplo incidentis in latrones nolentes, ſed tamen oſtendentes ſe velle occidere, qui certi ſunt eum victurum, ipſę vero nihil niſi præſentiſſimam mortem videt, atque eo ipſo iam morituro, ſolùm id ſibi reliquum eſt, quod nondùm ſit mortuus, poſſitque redimi à morte, ſed neſcit vnde, videt enim illos poſſe, ſed nolle; Igitur ferè nihil diſtat à mortuo. Ità videtur in pauore æternæ mortis fieri, quod non aliud, quàm æternam ſibi ſentiunt iminere omni ex parte. Sic canit Eccleſia pro eis: A porta inferi, erue animas eorum: & libera eas de ore leonis ne abſorbeat eas tartarus. Hæc ille cum multis alijs, ſed nequeo plenè referre hæc ſomnia. Dico autem ſoluendo pauca.

Primùm. Pro ſua concluſione nihil iſte dicit niſi, quæ ſupra non modò negata, verùm etiam improbata ſunt, ſic incipiens, ſi pęna Purgatorij eſt pauor ille; vbi tu expone, ſi pro non.

Secundùm. Dictum Domini, & Pauli, & Ezechiæ, & 2.Regum, more ſuo citare pręter propoſitum nullus, vel mediocriter doctus ignorat, illud tamen valdè benè introducit, ſic enim, inquit, loquuntur, qui experti ſunt, hoc enim valde ſapienter dictum eſt, vt propter viros, aut etiam fęminas malenconicas purgatorium ſomniantes, à communi doctrina, & ſacris Canonibus, ac literis recedamus. Miror vnde Alemania docta, catholica, deuota, dementatur. Id tamen negare non poſſumus, non rectè concludere videlicet latronibus dęmonum formam effingentibus; quandoquidem argumentum à ſimili, cum quatuor habeat pedes quinque claudos habere ſoleat, maximè ſi viatoribus ad iam terminum ex parte tenentibus arguatur.

Tertiùm. Quid verò ſtultiùs, quàm dicere Eccleſiam certiſſimam, quod illę animæ ſunt in tuto, orare ne damnentur, ſed à porta inferi eruantur, & ne abſorbeat eas tartarus? Quis oraret ne periret quem impoſſibile perire certum habet? quamquam ille certum non habet. Orandum magis eſſet, vt à peruerſa librarentur fantaſia, & iudicio falſo, quàm ab eo periculo, quod periculum non eſt, ſed eſſe exiſtimatur.

Quartùm. Sed ne diù inania loquamur inanibus reſpondentes, aliquid ſolidum meditemur. Illud verbum: A porta inferi; in nullo Scripturæ loco recitatur; ſumptum autem eſt alluſiuè ad verbum Ezechiæ dicentis:

Vadam ad portas inferi; videlicet per mortem, nec dicitur ab Eccleſia eo ſenſu. vt aliqua anima ſeparata ab ingreſſu portæ orci, & inferi retrahatur, quippè in ipſo ſeparationis inſtanti. communi lege eſt, vbi eſſe debet, ſed ne ab ea porta clauſa detineatur; alioquin quomodo Eccleſia de Chriſto inter mortem, & reſurrectionem, quo tempore eum apud inferos fuiſſe conſtat, diceret: A porta inferi, &c. Illud verò ne abſorbeat eas, & illud ne cadant, Archiepiſcopus Florentinus beatus Antoninus vir præter doctrinam, quæ eximia fuit, etiam miraculis, & viuens, & vita functus clarus, & vitæ miraculoſæ clariſſimus: hoc pacto referat: Ne abſorbeat, inquit, id eſt, ne iam abſortas diutiùs teneat, & ne cadant, id eſt, ne in caſu ad obſcura diutiùs morentur.

Poſſumus tamen, & aliter exponere. Quia enim, quod parùm diſtat accipitur, ac ſi nihil diſtaret, Eccleſia eos, qui cum Miſſa incipit iam humana virtute mortem euadere nequeunt, quaſi mortuos cenſet, & cum in omni Miſſa pro omnibus mortuis, & viuis exoret; orare pro his intelligitur, ne abſorbeat, & ne cadant.

Et rurſùm aliter, & ferè itidem. Eccleſia enim ſemper in omni oblatione Sacrificij pro omnibus fidelibus orat, inter quos nonnulli in oblatione viui ante finitam Miſſam poſſibiliter erunt mortui, & pro his non orat quaſi pro plenè viuis, aut plenè mortuis, ſed quaſi morituris, poſtquam pro omnibus orauit libera animas omnium fidelium, ſpiritualiter pro talibus ſubiungens, ne abſorbeat, & ne cadant.

Secundò arguit. Multa leguntur exempla in quibus habetur nonnullas animas hanc ſui ſtatus incertitudinem confeſſas fuiſſe; paruerunt enim tamquam euntes vocati ad iudicium, vt de ſancto Vincentio, &c. rurſùm leguntur multa in quibus ſuam certitudinem ſunt confeſſæ, ad quæ dico, inquit, primò me dixiſſe non omnes eſſe certas; ſecundò meliùs fortè eas non fuiſſe certas, ſed præ nimio auxilij deſiderio tamquam certæ eſſent velociùs adiuuari poſtulaſſe; ità vt potiùs opinentur, & timidè præſumant magis ſe certas eſſe, quàm ſciant. Hæc iſte.

Dico autem ſoluendo, quod exemplorum auctoritas nulla eſt, niſi eam trahant à teſtibus, alioquin quiſque malus poſſet animas exemplis illaqueare, quod & multi tempore noſtro facere ſunt conati.

Exempla verò, quæ ego adduxi, ſunt probata per beatum Gregorium, vel alium Sanctum, ità volo faciat iſte de ſuis, alioquin ſint ſomnia.

Quod autem dicit primò ſe non dixiſſe omnes, non iuuat, tum quia non poteſt probabiliter iſtam differentiam animarum aſſignare, tum quia noſtræ rationes de omnibus probarunt.

Secunda verò ſua reſponſio, quam meliorem tenebat, peior eſt, quia animæ quas Gregorius recitat apparuiſſe dederunt ſuæ liberationis futuræ ſigna, vt in 4. dial. patet, quæ & ſubſequuta ſunt, ex quo patet eas non liberationem modò ſuam ſciuiſſe, ſed etiam liberationis ſignum, & ſciuiſſe, & prædixiſſe.

Adducit prætereà iſte multa alia ad quæ quiſque vir mediocriter doctus reſponderet, & iam adeò ſum fabulis, ſomnijs, & auctoritatibus malè allegatis fatigatus, vt vix poſſim procedere, ſitque mihi longè grauiùs ſua argumenta recitare, quàm ſoluere.

Tandem autem ſic in hac ſe concluſione reſoluit. Hæc de tota materia pęnarum Purgatorij veriſimiliter pono, motus primùm ex natura horroris, & pauoris: deindè quod Scriptura hanc pœnam tribuit damnatis tandem, quod omnis Eccleſia dicit, eaſdem eſſe pęnas inferni, & Purgatorij.

Et ità, inquit, credo hanc noſtram ſententiam in Scripturis ſatis fundatam. Hęc ille, qui deindè inuehit in declamatores veniarum, quos tamen irriſoriè buccinatores ex more vocat.

Ego verò dico primò, me probaſſe timorem non eſſe in Purgatorio, de quo iſte loquitur, qui ſcilicet eſt ſequela vetuſtatis, & remiſſibilis per augmentum charitatis, per cap. vit. de pęnit. diſt. 7. quia Baptiſmus de vetuſtate nihil relinquit, ibi purgandum, vt ibi patet.

Dico ſecundò, quòd Scriptura hanc pęnam aſcribit damnatis, ſed ex hoc inferri nequit, quod conueniat purgandis, niſi addatur, quod vtrorumque ſit eadem, vt facit, & tunc dico primò, quod cum motiua duo tangat, ſignat ea eſſe tria, per li *deindè*, & li *tandem*, cùm ſint ſolùm duo.

Dico tertiò, quod iſte quia fortè nullum legit authenticum tractatorem dicentem vtrorumque eſſe eandem pęnam, allegat totam Eccleſiam, cùm hoc falſiſſimum ſit, vt probatum eſt ſupra.

Dico vlterius, quod iſta ſua poſitio in Scripturis eſt malè fundata, & ſi ex his, quæ allegat vnum concludat, verùm etiam benè citetur, teſtimonio Nicol. de Lir. Doctoris egregij, vel gloſſ. ordinarię, vel interlinearis; volo ſubire ignem, qui iſtum niſi meliùs ſentiat manet.

Punctum 3. In concluſione autem 29. ſic habet. Quis ſcit omnes animæ velint redimi à Purgatorio, ſicut de Sancto Seuerino, & Paſchali factum narratur: hæc iſte, qui dicit ſe de prædictis duobus ſcripturam non legiſſe, ſed audiuiſſe narrari, quod potuiſſent ſuis meritis liberari, ſi miniùs glorificari voluiſſent. Sed in his credat quiſque inquit, quod velit: mea nihil refert. Non enim negaui quin, & alias pęnas luant animæ in Purgatorio, quàm ſupra dixi, ſed volui, vt etiam illis remiſſis non euolarent, niſi & ſanarentur in gratia perfectè. Poſſe tamen fieri, vt aliquæ nollent redimi ex nimia Dei charitate, quod ex eo fit veriſimile, quod Paulus, & Moſes potuerunt in vita velle eſſe anathema, & ſeparationem à Deo in æternum, & conſequenter hoc à mortuis negandum non videtur, de quo exemplum de quadam virgine vide in ſermone Tauleri, quę ſic fecit: hæc iſte. Soluens autem dico multa.

Primùm. Concluſionem eſſe falſam ſic probo. Primò. Nullum finem ſe malum eligitur, niſi propter aliquod bonum conſequendum; obiectum enim voluntatis eſt ſolum bonum, vt volitum, & malum, vt nolitum. Sed pęna Purgatorij eſt ſecundùm ſe

mala, quia priuat bono, ſcilicet gaudio oppoſito tali pęnæ, & etiam priuat præſentia Dei dilectiſſimi; immò non eſſet pęna ſi non eſſet mala; quia malum per culpam, & pœnam à Sanctis diuiditur. Ergo non eſt volita, niſi propter aliquod bonum aſſequendum. Sed nullum bonum per illam, quis conſequitur, cùm non poſſit eſſe niſi intentio charitatis, & aliarum virtutum, quod equidem impoſſibile eſt aſſequi illas animas, cùm in termino ſint, vt probatum eſt. Ergo illam pœnam abſolutè nolunt, & ſic ab ea volunt liberari.

Si dicatur, quod hanc volunt vt ſe diuinæ voluntati conforment, quæ vult eas luere pęnas, dico quod Deus non vult eas eam pęnam ſic luere, vt non poſſint iuuari, & redemi ab ea, alioquin ad ſuffragia non hortarentur nos literæ ſacræ, vt eas liberemus, vndè non eſt neceſsè, quod eam velint, quia eam vult Deus, ſed quod eam velint ſi aliundè non exhibeatur Deo equiualens.

Secundò. Quicumque vult illud propter quod ab amico ſeparatur, vult illud propter aliquid carius præſentia amici, aut quia amicus ſic vult velle, aut eſt bonum amico, aut enim vult propter amicum, & ſic hoc eſt quia eſt ei bonum, vel placitum, aut propter aliud, & ſic illud neceſſariò eſt melius præſentia amici, quia vnum non præeligitur alteri, niſi quia melius. Sed illæ animæ nolunt illas pœnas, quibus detinentur ne ſint amico Deo præſentes, quia Deus velit eas hoc abſolutè velle, vt dictum eſt, cùm velit eas ab eis redimi poſſe, neque quia hoc Deo ſit bonum, cùm bonorum noſtrorum non egeat, neque quia hoc ſit eis carius præſentia Dei, tum quia ſecundum omnes, vel ſaltem clariores Theologos maximum deſiderium animæ decedentis in gratia, eſt videre Deum, & maxima pęna eſt ab eo ſeparari, tum quia illud charius cùm ſint in termino non poſſet aſſignari. Ergo tales pœnas nolunt abſolutè, ſed ſolùm conditionaliter, ſi ab eis nequeunt liberari cum diuina voluntate. Quod autem dicit in Purgatorio eſſe aliàs pęnas, oppoſitum videtur ſequi ex eo, quod dicit omnem verè contritum eſſe liberum ab omni pęna, & quod mors voluntaria delet omnem pęnam, vt ſupra deductum eſt.

Secundùm. Ad prima exempla, quæ iſte adducit de Seuerino, & Paſchali, quanta fides ſit adhibenda ipſe docet, qui etiam ſe ea non legiſſe aſſerit. Ad illud verò de Taulerio ſuo, dico quod ſi illa Puella erat mortua, fuit ſomnium, ſi viua fuit fatuitas. Quod verò dicit de Paulo, & Moyſe, mirabar quod tantam traheret moram addùcendi literas diuinas, præter propoſitum, immò falsè, & ruditer, & ſuo capite addidit li in *æternum*, quod numquam legit, immò eſt contra charitatem, & mortale peccatum velle perpetuò ſeparari à Chriſto, vt Nicol. de Lira teſtatur, & Petr. de Pal. Paulus ergo dicens, optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, Rom. 9. ſecundùm Ambroſ. & gloſ. ordinariam, & Nicolaum de Lira, loquitur de ſe, quando non erat chriſticola, ſed Chriſti perſequutor, vt fratrum ſuorum non Chriſtianorum, ſed Iudæorum legem tueretur, ſi autem velimus etiam hoc ad illud tempus trahere quo erat Chriſtianus, non eſt intentio literę, & ſi verum eſt pro anathemate temporali, vt dicit Nicol. de *Lira*, volebat enim differri ſuā gloriam ad tempus, vt Chriſtianus conſolaretur ſecundùm illud ſuum verbum cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: manere autem in carne propter vos, &c. Quod verò dicit Moſes Exod. 32. aut dimitte eis hanc noxiam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti, ſecundùm Auguſt. & gloſ. ordinariam dictum eſt ex confidentia, quod non deleretur, vel intelligeretur ſecundùm Nicol. de Lira, dictum ex ſenſualitatis affectu ad vehementiam affectus oſtendendam ſicut dicimus, aut hoc fac, aut me interfice, ſicut ſimile dixit Dauid Ionatæ.

CAP. XIII.

Aduerſarium malè ſentire de poteſtate Pontificis.

ETſi ex dictis iàm ſatis patet, quod aduerſarius malè ſentiat de auctoritate Pontificis ſummi, tamen vt clariùs errores eius detegamus, & euertamus quędam puncta repetenda ſunt.

Punctum primum. Nàm concluſione 6. ſic habet. Papa non poteſt remittere vllam culpam, niſi declarando, & approbando remiſſam à Deo, aut certè remittendo caſus reſeruatos ſibi, quibus contemptis prorsùs culpa remaneret.

Circà quam concluſionem duo efficiam, quia primò eam improbo, ſecundò reſpondebo fundamentis eius. Circà primum dico multa.

Primùm. Quod in Sacramentis nouæ legis eſt aliqua virtus inexiſtens per quam ad noſtram ſalutem operantur, probatur auctoritatibus. Nàm Auguſt. vt recitatur in 4. ſent. diſt. 1. quæ inquit eſt vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Hæc ille. Si autem abluit virtutem abluendi habeat neceſsè eſt, quia cuius eſt actio, eius eſt potentia per Ariſt. libro de ſenſu, & ſenſato. Item gloſ. ad Rom. 5. dicit, quod ex latere Chriſti fluxerunt Sacramenta, per quæ ſaluata eſt Eccleſia. Hæc illa. Si autem ſaluauerunt, neceſſariò virtutem ſaluandi habuerunt. Item 1. q. 1. cap. multi; Sacramenta inquit Gregorius ob id dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum, diuina virtus ſecretiùs ſalutem eorumdem Sacramentorum operatur, vndè à ſecretis virtutibus, vel ſacris Sacramenta dicuntur. Hæc ille, qui per ſalutem Sacramentorum intelligit non paſſiuam, qua ſcilicet Sacramenta ſaluentur, ſed actiuam, qua videlicet animas ſaluant. Et rursùs infrà. Hoc etiam de Baptiſmo, & Criſmate ſciendum eſt, & tenendum, quia virtus diuina ſecretiùs operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt virtus ſiue poteſtas. Hæc ibi.

Probatur etiam rationibus. Nàm Sacramenta perfecta non debent ad ſanctificationem ſolùm aliquid ſignificare, ſed etiam agere, & conſequenter habere virtutem agendi, nàm Sacramentum dicitur à ſacrando actiuè: vndè niſi agat aliquid ad ſacrandum,

non eſt perſectum Sacramentum. Sacramenta autem nouæ legis ſunt perſecta, & perfectoria præteritis ſecundùm omnes Doctores, perfectiora etiam omnibus alijs futuris, cum alia imposterum non ſint expectanda, vt nunc ſuppono. Habent ergo aliquam virtutem ad noſtram ſalutem.

Præterea eadem ratio eſt de Baptiſmo, & de alijs cùm omnia pro noſtra ſalute ſint inſtituta, & eiuſdem cauſæ etiam generalis debet eſſe idem effectus, & vbi eadem ratio idem ius, ff. ad. l. Aquil. l. illud. Sed Baptiſmus habet aliquam virtutem ad noſtram ſalutem, non enim eſſet lauacrum regenerationis, niſi renaſceretur homo denuò ex aqua, & niſi eſſet in eo vis regeneratiua, per quam ſaltem diſponeret ad gratiam, ſicut nec homo generat hominem, niſi per potentiam generatiuam attingentem ſaltem diſpoſitionem ad animam. Ergo idem.

Præterea eadem ratio eſt de pęnitentia, & de alijs. Sed in pœnitentia eſt aliqua virtus ad noſtram ſalutem, aliàs eſſet mendacium in doctrina, & profeſſione Chriſtianæ Religionis, cùm dicit Sacerdos: Ego te abſoluo à peccatis tuis, ac ſi diceret: Ego quidem non te abſoluo, ſed me dicente verba iſta falſa: Deus teſtis falſus, te abſoluit, cuius fortè opinionis Græci ſunt, qui dicunt: Baptizetur ſeruus Christi, & probatur, quod ibi eſſet mendacium, quia non poteſt dici ſoluere vinculum, niſi is, qui illud per ſeipſum amouet, vel ad amotionem diſponit, vel mandat ſua auctoritate hoc ſolui, vel cuius meritis, & precibus alius mouetur ad ſoluendum, Sacerdos autem non ſoluit per auctoritatem, ſed per miniſterium, nec per meritum, vel orationem ſuam, cùm ſit aliquando peccator, quem Deus non audit, & ſi dicatur hoc eſſe per merita Eccleſiæ, non valet, quia tunc in perſona Eccleſiæ non ſua deberet dicere: Eccleſia te abſoluit, & conſequenter per hoc, quod dicit abſoluo te, niſi mentiatur diſponit. Ergo idem.

Secundum. Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam gratum facientem, per aliquam virtutem effectiuam, & non ſolùm ſicut cauſa ſine qua non, vt quidam dixere, ſiue per aliquam pactionem Dei cum Eccleſia, vt illa adhibente Sacramenta, & nihil aliud faciente Deus totum reliquum faciat.

Probatur auctoritatibus. Nàm Auguſt. vt recitat Magiſter in 1. diſt. 4. aſſignat differentia Sacramentorum veteris, & nouæ legis: dicens quia illa promittebant tantùm, & ſignificabant: hæc autem dant ſalutem. Et rursùs dicit idem Auguſt. quod aqua Baptiſmi corpus tangit, & cor abluit. Hæc ille. Clarum verò eſt, quòd cor non abluit à peccatis, niſi cauſando gratiam per quam ſolam peccata delentur; de pen. diſt. 1. alij de con. diſt. 4. gratia.

Præterea Hieronym. vt etiam refert Magiſter in 4. fides inquit, quæ fideles facit, in aquis Babtiſmi datur, vel nutritur, quia non habenti aliquando ibi datur, & iàm habenti, vt pleniùs habeat datur. Et vt dicit Magiſter ſic de alijs intelligendum eſt. Et ſimiliter ſecundùm Rab. vt etiam refert Magiſter, in Bapt. Spiritus Sanctus datur ad remiſſionem, in confirmatione ad robur. Item hoc idem volunt definitiones datæ de Sacramento nouæ legis. Nàm harum vna eſt Magiſtri talis. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma, vt eius Imaginem gerat, & cauſa exiſtat. Auguſt. verò ſic deffinit. Sacramentum eſt, in quo ſub tegumento rerum viſibilium diuina virtus ſecretius operatur ſalutem. Hugo etiam de S. Vict. definit ſic. Sacramentum eſt materiale, vel corporale elementum, extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione ſignificans, ex ſimilitudine repreſentans, & ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam continens. Et prædictos omnes rectè ſenſiſſe, & punctum principale probatur auctoritate Concilij Florentini Oecomenici, quod in regula de Sacramentis nouæ legis data Armenis inter cętera ſic habet. Sacramenta nouæ legis, & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt: hæc ibi.

Probatur etiam rationibus ex ſacris Theologis maximè ex Petro de Pal. Nam abſurdum videtur, quod Deus non aliter agat in Sacramentis ad iuſtificandum, quàm diabolus in ſortilegijs ad maleficandum, ſcilicet ex pactione, herba, vel carta poſita ſub limine, aut lecto, & nihil pęnitus agente, aut quod verba Sacramētalia nihil plùs faciant, nec Miniſter, quàm verba incantatoris, aut ipſe Incantator. Sed ſicut illis dictis ex pactione dęmon agit in ſerpente, trahendo, aut mortificando venenum, aut aliquid huiuſmodi, ſic in propoſito eſſet ſecundùm iſtam opinionem. Non ergo eſt conueniens. Præterea ſecundū hoc ſequeretur, quod Sacramēta veteris legis, & quædam veteris, & nouæ legis, non Sacramenta ſint magis cauſa gratiæ, quàm Sacramenta nouæ legis, vel quàm aliqua alia, aut quod non niſi duo, vel tria Sacramenta nouę legis ſint huiuſmodi. Nam illud eſt cauſa ſine qua non gratiæ potiſſimam: quo ſolo poſito infunditur gratia aliundè, & quo ſolo remoto nullo alio poſito non infunditur, ſicut quantitas humana eſt cauſa, ſine qua non hominis, quia homo nunquam eſt, ſine quantitate, nec econuerſo. Sed nunquam eſt infuſio gratiæ in adulto, ſine impletione Præceptorum, nec econuerſo: iuxtà illud ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Ergo cum omnia Sacramenta veteris legis, vel ferè omnia caderent ſub pręcepto, & de vtraque lege multa non Sacramenta cadant ſub præcepto, de Sacramentis autem nouæ legis, non niſi duo ſint ſub præcepto Dei, ſcilicet Baptiſmus, & Pęnitentia, quæ ſunt neceſſitatis, & Eucharistia ſub præcepto Eccleſiæ. Ergo Sacramenta veteris legis ferè omnia, & multa veteris, ac nouæ legis non Sacramenta, ſunt magis cauſa ſine qua non gratiæ, quam quatuor Sacramenta nouæ legis, & ſolùm tria Sacramenta nouæ legis ſunt illo modo cauſa ſine qua non: quod videtur abſurdum.

Nec valet ſolutio dicentium ad definitiones, & auctoritates Sanctorum de Sacramentis, quod cùm dicunt, quod ſunt cauſa, intelligendum eſſe, de cauſa ſine qua non. Licèt enim in deffinitionibus, & notificationibus ponantur quædam, quæ non

ſunt

ſunt cauſa definiti, ſicut ſubſtantia notificatur per accidens, & cauſa per effectum: tamen in nulla vera deſcriptione dicitur, quod illud ſit cauſa definiti, vel econuerſo, quod non eſt canſa, nec intrinſeca, nec eatrinſeca, nec principalis, nec inſtrumentalis, nec effectiua, nec diſpoſitina; alioquin definitio eſt falſa, & non vera, & non ſolùm non propria, in definitione autem ſiue deſcriptioue Sacramenti dicitur, quod cauſa eaiſtit gratiæ, & non ſolùm, quod eſt cum gratia, vel huiuſmodi, cauſa autem ſine qua nou: nnn eſt cauſa (ſient nec homo nnrtuus eſt homo) ſi nihil faciat ad cauſalitatem, vndè ſi diceretur ſortes eſt homn, verùm eſt, ſcilicet, mortuus, non eſſet bona deſcriptin, ſimiliter non eſſet bona deffinitio caloris, diceret quod frigiditatis fontium cauſa ęſtate ſit, quamuis ſit cauſa ſine qua non, & per accidens, ſic nec Sacramentnm benè definiretur per hnc, quod dicitur cauſa gratiæ, ſi non eſt aliter cauſa quàm accidens, & ſine qua non, niſi fortè diceretur hoc ideò eſſe, quia Sactamentum ad aliud nihil nrdinatum eſt, ſed hoc ipſum incnnneuit, ſcilicet aliquid per ſe ordinari ad aliquid, & ad illud facere nihil.

Sciendum etiam, qnod canſa ſine qua non, ſi nihil faciat ad indncendum effectum, nihil habet ſuper cauſas per accidens, ſicue album ædificat ſi ædifieator albus eſt. Cauſa autem per accidens nmittitur ab arte, nec ponitur in definitinne.

Nec tamen prædictis obſtat dictum Bernardi, qui in ſermone de Cęna Domini dicir. Sicut inueſtitur Canonicus per librum Abbas per Baculum, Epiſcopus per anulum, ſic diuiſiones gratiarum diuerſis ſunt traditæ Sacramentis. Non obſtat inquam, quia Ber. vt ex præcedentibus ibidem patet, non intendie oſtendere ſimilitudinem Sacramentotum ad illa, niſi quantum ad ſignificationem, quia annlus eſt ſignum, & Baculus, & ſimiliter Sacramenta, ſed Saerameuta vlterius ſunt etiam cauſæ.

Tertium. Sacramenta tamen nouæ legis, & ſi gratiæ quoquomodo cauſa ſunt, immediatè tamen gratiæ productinnem non attingunt.

Primò. Nàm Augnſt. in librn 83. q. q. 53. dicit. Quædam eſt Dus faciens per ſeipſum, quæ illo ſnlo digna ſunt cique ſoli conueniunt, ſicuti animas illuminarc. Sed ſuprema illuminatio in vita hac, per gratiam eſt, & charitatem, ſine quibus hnmo in tenebris eſt. 1. Io. 4. Ergo ſolus Deus eſt cauſa gratiæ, intellige prima, & immediatè artingens illam. Et confirmatur ratio, quia aliàs gratia nnn eſſet gratia, ſicut enim effectus neceſſarius, vel contingens accipitur per comparationem ad prnaimam, & immediatam cauſam, nnn autem ad remntam: etiam ſi illa nnn principalis, ſed inſtrumentalis ſit, ſicut vnum Cęlum ab alio neceſſariò mnueri dicitur, quamuis nnn moneat niſi motum ab Angeln mouente, ve ainnt contingenter, & liberè, quia videlicet per ſuum motum mouet, qui equidem motus eſt agens neceſſariò, ſi graria à Sacramentn cauſaretnr immediatè, licèt per virtutem gratias à Den collatam, quia tamen illa virtus neceſſariò ageret, conſequenter graria non gratis, & liberè, ſed neceſſariò daretur.

Secundò. Nàm Creatori adoratio latriæ debetur, ratione creationis. Sed Creaturæ latria non debetur. Igitur Crearura non eſt creatiua, quod tamen eſſet ſi Sacramentum grariam produceret, quæ non niſi creatioue producitur.

Si dicatur, qund latria debetur ſnli Creatori principaliter, non inſtrumentaliter, contra. Nam quiequid ſit de potentia Dei, tamen de facto eſſe, vt communiter tenetur, virtus creandi, etiam inſtrumentaliter, non eſt communicata Crearuræ, ſecundùm omnes autem graria non niſi creatione producitur, & conſequenter ipſa à Sactamento non producitur, quod eſt Creatura.

Tertiò. Nam Chriſtus, ſecundùm quod homo per poteſtatem excellentiæ, quam iſte aſpernatur, & nns ſupra probauimus, poſſet conferre effectum Sacramenti, ſine Sacramento, vt patet in Magdalena, & in paralitico. Sed Chriſtus ſecundùm quod homo gratiam conferre nequiuit, ſicut nec dare Spiritum ſanctum. Ergo gratia non eſt effectus Sacramenti, ſic qund ab illn eſſentialiter producatur.

Quintum corrolatiè ex dictis ſequirur, qnòd Sacramentum gratiam cauſet diſpoſitiuè, ideſt attingendo diſpoſirionem ad gratiam, quæ diſpoſitio caracter eſt, vel orns:us, ad quæ gratia ſequitur niſi ponatur obex, quomodo intelligendæ ſunt nmnes auctoritates dicentium Saeramenta gratiam conferre, quia, ſcilicet Deus principaliter, & immediatè cauſat, ſed Sacramenta ad illam diſponunt, ſicut Deus dicitur rationalem animam immediatè creare, honin verò generans eam prnducit diſpoſitiuè.

Seatum. Nunc concluſionem iſtius probo falſam ſic.

Primò. Si iſta cnnelnſio eſſet vera, verba Domini concedentis auctoritatem Petro, & reliquis Coapoſtolis, non eſſent veta, ſcilicet illud Matth. 16. quodcumque ſolueris, &c. & Ioan. 20. quotum remiſeritis peccata remittuntur eis. Nec prodeſt dicere, quòd intelligitur demnnſtratiuè nnn effectiuè, tum quia demonſtrare ligatum, non eſt ligare, nec demonſtrate ſolutum eſt ſoluere, tum etiam quia Papa nullnm ligaret per eacommunicationem, ſed tantùm nſtenderet ligatos à Den, quod eſt ridiculum, quia Eccleſiaſtica cenſura non legitur illata à Deo.

Secundò. Si concluſio eſſet vera menſlacium eſſet in doctrina Apoſtolica, & Eccleſiæ & in doctrina Chriſti à qun ſunt Sacramentorum formæ, qnia in Sacramento pœnitentiæ, ſnrma eſt ego te abſoluo, nec valet dicere, vt priùs abſnlun, ideſt abſolutum deelato, eadem ratinnc, & vlteriùs, quia iſta gl. nullius Sancti auctoritate probatur.

Adde etiam, qnòd quicumque ad remiſſionem peccati cnncurrit, vt canſa effectiua per ſe aliquid agens, ſoluit verè, & verè remittit nnn ſolùm nſtenſiuè, ſicut piſtor admouendo ignem decoquit panes. Sed Papa & quilibet ſacerdos eſt huiuſmodi, quia omnis applicans per ſe cauſam remiſſionis peecati ad remittendum, coucurrit ad remiſſionem per ſe, quia cauſa per ſe, quòd cauſa perſe cau-

ſet

ſet, cauſat & ipſa, prædicti autem applicant Sacramenta ad cauſandam gratiam qua peccara remirtuntur, vr ex dictis patet. Ergo prædicti verè ſoluunrur, & remittuntur, & non oſtenſiuè rantùm. Vide eriam rarionem aliam ſequenti, §. dicto a. vide etiam iterùm de iſta materia infrà eodem cap. Et hæc de primo.

Secundùm, circa dictam conclnſionem efficiendum erat deducere, & diſſoluere fundamenta aduerſatij, quod per multa dicta efficiam.

Ptimùm. Primam partem concluſioois dicit manifeſtam, quia omnes confitentur à ſolo Deo remitti culpam, Iſa. 43. ego ſum ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. Soluit. Miror, quòd ſemel ciratit ſcripturas ad propoſitum, quod nuuc fecit, quamquam tamen ad propoſitum nunc citat, intentionem tameo ſuam ſtabilire nequit. Deus enim peccata delet proptet ſuam bonitatem auctoritatiuè, ideſt ſicut prima cuſa remiſſionis, vtitur tamen Sactamentis ſicut inſtrumentis diſpoſitiuis, & ſacetdotibus ſicut miniſtris, qui ſactamenta admoueant. Immò vtitur humanirare Chriſti ſicut inſtrumento ſecundùm illud Marth. 9. vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. Adducit autem iſte multas Scripturarum auctoritates, ſed non ad ptopoſitum, vr conſueuit.

Mirum autem, quòd iſte dicit omnes hanc concluſionem concedere, cum omoes eam negare cogantur, qui per Sactamenta nouæ legis ſenriunt dari gratiam, quæ eſt cauſa remiſſionis peccatorum, quod nunc omnes ſentiant oportet, cum per Concilium Florentinum ſit determinatum, vt dictum eſt.

Secundùm. Suppoſita falſitate ptimæ partis ſuæ concluſionis, quam veram putat, mouet duas dubitationes argumentatiuè quas, nec ſcit, nec poteſt diſſoluere, vnde remanent duo atgumenta ſibi inſolubilia.

Primùm. Nam videtur inquit eſſe iſta ſententia, vel oratio impropria, & Euangelico textui incongrua, quando dicitur ſummum Pontificem ſoluere, ideſt declarate ſolutam culpam, ſeu approbare; textus enim non dicit, quodcumque ego ſoluero in Cœlis, tu ſolues ſuper terram, ſed econtta, quodcumque tu ſolueris ſuper terram, ego ſoluam ſeu ſolutum erit in Cœlis, vbi magis intelligitur Deus approbare ſolutionem ſacetdotis, quam econtra.

Secundò circa ſecundam pattem certum eſt inquit, quòd quos caſus ſoluit Papa, eoſdem ſoluit & Deus, nec poteſt quis Deo reconciliari niſi reconcilietur prius Eccleſiæ, ſaltem voto, nec offenſa Dei tollirur manente offenſa Eccleſiæ. Hæc ille: qui deinde quærit aliqua, quæ nihil ad nos.

Ex his arguo ſic. Si priùs Petrus ſoluit quàm Deus, ſolutio Petri non poteſt eſſe approbatio, & declaratio ſolutionis Dei, quia quod eſt, non oſtendit eſſe quod nondum eſt, quia eſſet oſteoſio, & approbatio falſa, dum oſtenderetur, vel approbaretur eſſe, quòd non eſt. Sed Petrus, & eadem ratione quilibet ſacerdos priùs abſolnit, quàm Deus, vt per eum hic patet. Ergo mala eſt illa iſtius gloſa, Petrus ſoluit, ideſt declarat, & approbat ſolutum à Deo.

Nec valer dicere, vr iſte diceret, quòd remiſſio ſacerdotis prior eſt fide, non re, quia, ſcilicet prius verè iuſtificamur à Deo, quàm credamus nos iuſtificatos per abſolutionem ſacerdotis, ſed tamen priùs credimus nos abſoluros à ſacerdote, deindè credimus, quòd à Deo. Non valet inquam, quia iſta prioritas non eſſet vera, ſed credita, vel exiſtimata, illam autem de qua Spiritus ſanctus loquirur in Euangelio oportet eſſe veram, quia Spiritum veritatis non decet aliqua fictio.

Tertiùm. Iſte conatur oſtendere quomodo ſacerdos ſoluat antequam Deus, adducta magna pharagine, ſed quia nullum dictum Scripturæ, vel ſanctorom more ſuo citat ad ptopoſitum, omiſſa vbi tes vera eſt omni allegarione, tantummodo ſuam nouam opinionem per eius verba recitabo etiam vnguibus, & capillis vtcumque reciſis. Vt meum ſenſum, inquit ſtultus, primò dicam, quia iſta concluſio id aſſerit; quòd Deus non remittat culpam niſi ſit prior remiſſio ſacerdotis, ſaltem in voto, ſicut clarè textus ſonat, quodcumque ligaueris &c. Hæc ille.

Adducit autem multas auctoritates mihi riſum mouentes, quòd nihil attineant propoſito, vt illud, reddite quæ ſunt Cęſaris Cęſari, & tandem ſic inquit. In quibus omnibus, omnino prior remiſſio in terra ſignificatur, quàm ea, quæ eſt in Cœlis, vnde meritò quęritur quomodo anre gratiam infuſam, ideſt ante remiſſionem Dei, hoc fieri poſſit.

Et ſequitur. Hic ità dico, & ſapio. Quando Deus vult hominem iuſtificare priùs eum damnat, & quem vult ædificare deſtruit, quem vult ſanare percutit, quem viuificare occidit, hoc autem inquit facit quando hominem conterit, & in ſui ſuorumque peccatorum cognitionem humiliat, ac tremefacit, vt dicat miſer peccator non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum, hæc eſt vera contritio.

Verùm tunc adeò ignorat homo ſui iuſtificationem, vt ſeſe proximum damnationi putet, nec infuſionem gratiæ, ſed effuſionem iræ Dei ſuper ſe, hanc putet eſſe. Stante autem hac miſera ſuæ conſcientiæ confuſione, non habet pacem neque conſolationem, niſi ad poteſtatem Eccleſiæ confugiat, ſuiſque peccatis, & miſerijs per confeſſionem derectis poſtulet ſolatium, & remedium, neque enim ſuo auxilio, vel conſilio poterit ſe pacare, immò abſorberetur tandem triſtitia in deſperationem.

Hic ſacerdos talem videns humilitatem, & compunctionem, de fiducia poreſtatis ſibi ad faciendam miſericordiam traditę, pleniſſimè præſumet, & ſoluet, ſolutumque pronunciat, ac ſi ei pacem conſcientiæ donet. Abſoluendus verò omni ſtudio caueat, ne dubitet ſibi apud Deum remiſſa eſſe ſua peccata, ſitque quietus in corde, nam & ſi præ ſuæ conſcientiæ confuſione, ſit incertos (ſicut regulariter oportet fieri ſi compunctio vera eſt) tamen ſtare tenetur alterius iudicio non propter ipſum Prælatum, aut poteſtatem eius vllo modo, ſed propter verbum Chriſti, qui mentiri non poteſt, dicendo, quodcumque ſolueris, &c. fides, enim huius verbi facit pa-

pacem

cem conſcientiæ. Hæc ille, qui ex his conatur ſoluere dubitationem ſic dicens.

Ex iſtis nunc patet, quod ſupra quærebatur, ſcilicetque, licèt remiſſio culpæ fiat per infuſionem gratiæ, ante remiſſionem ſacerdotis, talis tamen eſt infuſio gratiæ, & ità ſub forma iræ abſcondita (ſiquidem veſtigia eius non cognoſcuntur, Pſalm. 76. & ſemita in pedibus eius non apparet Iſa. 41.) vt homo incertior ſit de gratia cum fuerit ipſa præſens, quàm cum eſt abſens.

Ideò ordine generali non eſt nobis certa remiſſio culpæ, niſi per iudicium ſacerdotis, nec per ipſum quidem, niſi credas Chriſto promittenti, quodcumque ſolueris &c. Donec autem nobis incerta eſt, nec remiſſio quidem eſt, dum non dum nobis remiſſio eſt, immò periret homo pcius, niſi fieret certa, quia non crederet ſibi remiſſionem factam. Sic Mariæ erant remiſſa peccata antequam Chriſtus diceret, remittuntur ei peccata, quo vtique ſignificauit gratiam iam ei infuſam, ſed ipſam infuſionem ipſa non nouit, donec ad eam conuerſus diceret, remittuntur tibi peccata tua, fides tua te ſaluam fecit, ſcilicet, qua credidit remittenti, ideò ſequitur vade in pace, & Adulteræ iam remiſſa erant peccata antequam ſe erigeret, ſed illa non cognouerat cum tot ſtarent circa eam accuſatores, donec audiuit, nec ego te condemnabo.

Igitur remiſſio Dei gratiam operatur, ſed remiſſio ſacerdotis pacem, quæ & ipſa eſt gratia, & donum Dei, quia fides remiſſionis, & gratiæ præſentis. Et hanc meo ſenſu inquit diceremeſſe eam, quam noſtri Doctores dicunt per Sacramenta efficaciter conferri, non autem ipſam primam iuſtificantem, quam ante Sacramentum oportet adeſſe in adultis.

Non ergo priùs ſoluit Petrus, quàm Chriſtus, ſed declarat, & oſtendit ſolutionem, cui qui crediderit cum fiducia verè obtinuit pacem, & remiſſionem apud Deum, ideſt certus fit ſe eſſe abſolutum, non rei ſed fidei certitudine, propter infallibilem miſericorditer promittentis ſermonem, quodcumque ſolueris &c. Sic Ro: 5. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius pacem habemus ad Deum per fidem, non vtique per rem. Hæc iſte cum multis alijs, ſed pertæſus eorum ea recitare nequeo, & quantum ego capere poſſum ità ſentit, quòd in re priùs abſoluit Deus, quàm Petrus, ſed in fide eſt ècontra, quia non credit homo ſe abſolutum à Deo, niſi credat priùs ſe abſolutum à ſacerdote, & ſic ſoluit quæſtionem, quam mouerat.

Iſta autem iſtius imaginatio in ſe falſa eſt, vt probatum eſt, improbando concluſionem, & adhuc improbabitur infrà eodem capitulo. Nec oportet reſpondere probationi ſuæ, quandoquidem nullam adducit. In hoc tamen tam prolixo dittamine multas falſitates ſine probatione aſſumit.

Prima. Peccator poſitus in turbatione veræ contritionis, non haberet conſolationem niſi per confeſſionem, immò tandem abſorberetur triſtitia per deſperationem. Hæc ex illo, quod falſum eſt, tum quia cùm in lege veteri, vel naturæ non eſſent claues, vel confeſſio pars Sacramenti pœnitentiæ, nec fides illius verbi quodcumque ſolueris, omnes deſperaſſent, tum quia Deus non pateretur talem tentari ſupra ſuum poſſe ſecundùm Apoſtolum.

Secunda, quòd confitens tenetur ſtare iudicio ſacerdotis abſoluentis, quòd ſcilicet ſit verè abſolutus, quod falſum eſt; quia ſic pœnitens non poſſet dubitare ſe non eſſe verè abſolutum ex defectu ſuo, vel ſacerdotis, non ex defectu Sacramenti, aut verbi Chriſti, quod eſt ridiculum, vnde & Aug. de pœn. diſtinct. 7. in multis capitulis circa finem dubitat de multis abſolutis, an ſint verè abſoluti, quamquam etiam haberent omnia, quæ iſte dicit, quia non dubitat ex defectu Sacramenti, aut verbi Chriſti, ſed ex defectu pœnitentium, qui debitam diligentiam fortè non fecerunt.

Tertia; homo incertior eſt ſe habere gratiam, quando ipſa eſt præſens, quàm quando erat abſens, quod vtique eſt contra omnem rationem, quia cum eſt præſens habet effectus gratiæ, qui ſunt dolor de peccato, dulcedo de amore Dei, propoſitum bonorum operum, & huiuſmodi, omnis autem cauſa per ſuos effectus, vtcumque ſaltem coniecturaliter agnoſci poteſt, ſine effectibus autem cauſa inuiſibilis non cognoſcitur naturaliter.

Quartùm; poſtquam autem ſatis, ſuperque ſuam falſam opinionem deduxit, tandem contra veram vehementer inuehitur, in hæc verba.

Quamquam igitur ſextam concluſionem ipſe non poſui ex animo, ſed quia alij ſic ſentiunt, tamen quia nec ipſi aduerſarij cum omnibus ſuis magiſtris, vſque hodiè poſſunt oſtendere, quomodò Sacerdos remittit culpas, niſi hæreticam illam, ſed vſitatam ſententiam proferant, qua dicitur Sacramenta nouæ legis iuſtificantem gratiam dare, illis qui non ponunt obicem, cùm ſit impoſſibile Sacramentum conferre ſalubriter niſi iam credentibus, & iuſtis, & dignis, oportet enim accedentem credere Deo, deindè non Sacramentum, ſed fides Sacramenti iuſtificat: ideò quicquid blacterent opinio ſi Sophiſtæ; vero ſimilius eſt, quòd Sacerdos nouæ legis declarat dumtaxat, & approbat ſolutionem Dei. Hæc ille.

Dico autem primò, quòd ſatis in hoc cognoſcitur iſte homo qualis ſit, quia ſua auctoritate hæreticam dicit illam opinionem, quam vt ſupra patuit tenuit Magiſter ſententiarum, Hugo à ſancto Victore Auguſt. Hieronym. Bæda, Raba, Petrus de Palud. & omnes præclari Theologi eam, aut tenuerunt, aut ſuſtinuerunt, & deindè vniuerſalis Eccleſia, in Concilio Oecumenico Florentino probauit. Et cum dicit Sacramentum conferri non poſſe niſi iam iuſtis, falſiſſimum eſt, quia attriti licitè ſe ſubijciunt omni Sacramento etiam ſcienter ſi directè ordinatum ſit contra peccatum, vt baptiſmus, & pœnitentia, ſecundùm communem ſcolam Theologorum, quod etiam luce clariùs eſt, quia aliter cum nullus ſciat ſe verè contritum, ſicut neque eſſe in gratia, nullus poſſet ſe baptiſmo, vel pœnitentiæ ſubijcere, niſi cum periculo, quòd iſta ſuſcipiat cum mortali, & ſic peccaret ſaltem apud iſtum. Et ſi dicatur,

quòd

Digitized by Google

quòd exhiberi non debent niſi iuſtis, ideſt, qui creduntur iuſti.

Contra, primò; quia ſecundùm iſtum, omnis peccator poſitus in dolore contritionis credit ſe damnationi proximum, nec illum dolorem putat infuſionem gratiæ, ſed iræ Dei, vnde non licitè accedit ad Sacramentum; ſecundò, quia peccator ſentiens ſe multum dolere poſſibiliter credet ſe iſtum, & Sacerdos hoc non credet, & ſic valdè dolenti cogetur ex ſua conſcientia negare Sacramentum pœnitentiæ, quod eſt ridiculum. Dato tamen, quòd eſſet verum, dico quòd non niſi iuſtis Sacramenta conferuntur in actu, in propoſitio autem ipſa iniuſtos iuſtificant. Et ideò illam prioritatem abſolutionis Petri ad abſolutionem Dei ego declaro.

Peccator enim iuſtificandus poſt baptiſmum neceſſariò, aliquid ex parte ſua iuuante Deo exhibet, per quod ad gratiam diſponatur, quia auerſum conuerti oportet, iuxtà illud Ioel.2. conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c. & illud Zach. 1. conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: hoc autem eſt motus liberi arbitrij noſtri, quo dolemus de peccato animo emendandi per pœnitentiam. Aut ergo iſte dolor tantus eſt, vt ad rationem contritionis attingat, quod ſecundùm Sanctos tunc eſt quando, tantùm peccatum diſplicet, quantùm Deum placere oportet, ideſt ſuper omnia, aut certè ſi ad contritionem non attingit, remanet imperfectus, vt ad gratiam ſufficienter non diſponat, & vocatur attritio.

Qui ergo conteritur priùs habet abſolutionem Sacerdotis in voto, quàm gratiam in corde, priùs inquam, non tempore, ſed cauſalitate, quia contritio cauſalitate prior eſt gratia, cùm ſit diſpoſitio ad gratiam, ac perindè cauſa materialis eius, & ſi contritio prior eſt gratia, ergo confeſſio, & cæteræ pœnitentiæ partes, vt patet ex definitione contritionis, quæ dolor eſt pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi, & ſatiſfaciendi.

Igitur Sacramentum pœnitentiæ per Sacerdotem diſpenſandum, in propoſito diſpoſito diſponit ad gratiam, & conſequenter prior eſt abſolutio Petri infuſione gratiæ, per quam eſt abſolutio Dei, prioritate cauſalitatis materialis, quæ eſt diſpoſitio, vnde dictum eſt, quòd Sacramenta efficiunt gratiam, efficiendo diſpoſitionem.

Si verò dictus dolor non ſit contritio, ſed attritio tantùm, peccator adhùc non haber gratiam Dei, quia non eſt contritus, nihilominùs licitè accedit ad Sacramentum pœnitentiæ, alioquin nullus poſt mortale, aut rariſſimus poſſet accedere, cum nullus ſciat ſe eſſe contritum, vt dictum eſt; & tunc ſecundùm communem doctrinam omnium Theologorum, virtute clauium dolor ille augetur, & fit contritio, ſi enim confeſſio in voto concurrit ad cauſandam gratiam materialiter, quare non faciet hoc exercita in facto, & conſequenter Sacerdos cauſalitatis ordine priùs inducit contritionem, & Deus poſterius gratiam. Et ſic patet, quomodò ſententia Petri præcedit ſententiam Cæli.

Quod autem iſte dicit Sacramentum non poſſe exhiberi niſi iam iuſtis, error eſt, vt probatum eſt, & ſua probatio, ſcilicet quia oportet accedentem credere, nulla eſt, quia cum peccato mortali ſtat fides in formis, qua quis plenè credit ſe à Sacerdote abſoluendum, ſi fecerit quod in ſe eſt. Et ità de iſta concluſione tot dicta ſint.

Punctum ſecundum. Nàm concluſione 38. vbi rurſus loquitur de materia prioris dicit, quòd in Sacramento pœnitentiæ proindè contritio non eſt, adeò neceſſaria, quàm fides, qua, quis credit ſe abſolutum, & incomparabiliter plus conſequitur fides abſolutionis, quàm feruor contritionis. Et in his, inquit, qui credunt in Verbum Chriſti, non poteſt clauis errare. Et erret, inquit, vel non erret Sacerdos, tu non erras ſi crediderís. Hæc iſte.

Præter autem ea, quæ dicta ſunt dicto priore; ad idem replico, quòd iſta immaginatio falſa ſit.

Primò. Nàm ſecundùm hoc nihil refert, qualis ſit Sacerdos doctus, vel indoctus. Sed hoc eſt contra naturalem rationem, quia Sacerdos non ſolùm debet habere clauem poteſtatis, ſed etiam ſcientiæ, & habet peccatorem dirigere, & monere, & ei indicate vbi peccat, & vbi non; item eſt contra iura, quia Sacerdos debet eſſe prudens, & diſcretus, vt patet de pœn. & remiſs. omnis & cap. fin. vnde, & de pœn. diſt. 6. qui inquit, vult cofiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, quærat Sacerdotem ſcientem ſoluere, & ligare; videtur etiam contra illud Verbum Domini, ſi cæcus cæco ducatum præſtet, &c. vt inducitur in dicto cap. qui vult: vbi etiam adducitur exemplum de Iuda: qui deſperauit, quia non Apoſtolos, ſed Phariſæos audiuit. Ergo, &c.

Secundò. Quando aliqua duo, ità ſe habent, quòd ſine vno poteſt eſſe ſalus, non autem ſine alio, magis neceſſarium eſt ad ſalutem ſine quo non, vt per ſe patet. Sed contritio, & fides de abſolutione, ità ſe habent, quia ſine contritione non eſt ſalus, vt per ſe patet, & iſte confitetur, ſine dicta autem fide de probo poſſe eſſe ſalutem, quia cùm nullus ſciat ſe eſſe in gratia, vt ſuppono ex communi doctrina, & illo verbo Iob 22. ſi venerit ad me, &c. & illo, & ſi innocens fuero hoc ipſum ignorabit anima mea, ibi, & nihil mihi conſcius ſum, &c. quilibet poſt abſolutionem Sacerdotis dubitare poteſt, an ſit verè abſolutus, & conſequenter ſe eſſe in gratia, & non dubitabit ex infidelitate, quia credit Verbum Chriſti eſſe verum, ſed dubitat, ne ex parte ſua fuerit indiſpoſitio, aut Sacerdos hbuerit anctoritatem abſoluendi, vel huiuſmodi, & tamen iſte poſſibiliter erit verè abſolutus, & ſaluabitur.

Tertiò. Si clauis non poteſt errare in credentibus, in Verbum Chriſti, pœnitentia ferò pœnitentium, non eſſet dubia, quia ſciunt ſe ſubijci actu clauibus Sacerdotis. Hoc autem per Auguſt. patet falſum de pœnit. diſtinctione 7. capit. ſi quis, & quatuor ſequentibus.

Quartò. Nàm ſecundùm iſtam doctrinam ſequeretur interdum dimidiam eſſe remiſſionem, ſicut plerumque accidit, quòd peccator eſt, tàm rudis, quòd credit ſe abſolui ab omnibus excepto vno aliquo pecca-

ro,

to, & Sacerdos ex leuitate, vel cupiditate eum abſoluit, quod apud iſtum, & veritatem nihil attiuet, cum finis agentis non variet Sacramentum, vnde eſto erret iſte non errabit peccator. Quędam puella ruſtica prægnans ex magno viro apud eum detenta, & alias motatè viuens, inſtanter, & per ſe, & per alios petuit à me abſolui ab omnibus ſuis peccatis prædicto extrà capto, quod quia facere quaſi impoſſibile recuſaui, non mediocrem in me mormorationem excitauit. Eſſet quoque iuſtificatus à peccato, qui verè credit ſe abſolutum, & tamen peractis paucis diebus intendit recidiuare, quod videntur ſentire grammaticelli quidam, illum verſiculum Pſalm. Lauabo inter innocentes manus meas: ſic exponentes, vt vna ſit dictio, interim, quaſi velliut eſſe loci ad patum tempus, poſt quod fornicentur.

Punctum tertiùm. Nàm conclusione 25. ſic dicit. Qualem poteſtatem haber Papa in Purgatorium generaliter, talem haber quilibet Epiſcopus, & Curatus in ſuà Diœceſi, & Partochia ſpecialiter. Hæc ille, qui deindè ſe exponit dicens, quia non loquitur de poteſtate iuriſdictionis, quia hanc Papa in purgatorium non habet, vnde non poteſtate clauis, ſed per modum ſuffragij dat animabus remiſſionem, ſed dicit ſe, loqui de poteſtate ſuffragandi per orationes, & ieiunia; hæc ex iſto.

Hæc autem concluſio ſic, declarata vera eſt; ſed valdè ridiculoſa, ac leuis, quia non ſolùm Epiſcopus, vel Sacerdos, ſed quilibet ruſticus iſto modo, haber poteſtatem ęqualem Pontifici Maximo, ſacrificio dumtaxat excepto, nec oportebat diſtinguere generaliter, vel ſpecialiter, quia quilibet viuus pro quolibet defuncto fideli poteſt orare, & ieiunare ſicut Papa.

Circà hoc tamen primò exponam, & probabo veritatem, deindè ſoluam ad motiua eius.

Quantum ad primùm; dico primò. quòd Eccleſia theſaurum habet meritorum Chriſti, & Sanctorum factorum pro tota Eccleſia, & huius diſpenſator eſt Pontifex Maximus, quod equidem ſupra probatum eſt, ſic quod nunc hoc credere eſt de neceſſitate ſalutis, quia deciſum eſt per Eccleſiam, ſiue Papam, vt eſt Papa, vt patuit ſupra per extrauagantem Clem. 6.

Dico ſecundò, quòd iſta diſpenſatio eſt iuriſdictionis, ſicut & indulgere, quod aliud non eſt niſi diſpenſare, vel largiri de dicto theſauro, vt ſupra dictum eſt: Panorm. in c. ſuffraganeis de elect. & in cap. accedentibus de exceſ. Prælat. & Cardin. in Clem. 2. de pœnit. & remiſs. vnde Papa de iure limitat, & reſtringit indulgentias dandas per alios de pęnit. & remiſs. quod autem, & capit. cum ex eo.

Dico tertiò, quòd etſi Papa non habet ſuper eos, qui ſunt in purgatorio iuriſdictionem coactiuam, & ligatiuam habet tamen ſolutiuam: tùm quia hoc ipſi in vita meruerunt, vt poſt mortem ſolui poſſent, vt ſupra dictum eſt: tùm etiam, quia habet iuriſdictionem ſuper dicto theſauro diſpenſatiuam, quò ad viuos, & mortuos, vt ſupra probatum eſt, & conſequenter per eius diſtributionem, habet auctoritatem ſoluendi animas à reatu pœnarum, & ſic quò ad eas habet iuriſdictionem diſpenſatiuam obiectiuè, & terminatiuè, ſicut diues aliam, vel alio modo auctoritatem habet ſuper ſuam burſam, & ſuper pauperes, & hoc idem iſte concedit in concluſione 26. ſed negat iſtam diſtributionem eſſe indulgentiam, quod eſt contra determinationem Eccleſiæ, vt patuit ſupra per extrauag. Clementis.

Item quò ad cenſuras, habet Papa iuriſdictionem in mortuos abſoluendo, & excommunicando 24. quæſt. 1. cap. 1. & de hæret. ſiquis, & per Concilium Conſtantienſe patet, quod etiam refert Aug. & alios Epiſcopos Aphricanos ſenſiſſe, & Romanam Eccleſiam, vnde & Greg. in Dial. recitat duas moniales abſolutas ab excommunicatione à beato Benedicto, quæ tamen erant in purgatorio.

Reſtat autem reſpondere ad motiua iſtius, qui conatur probare, quòd Papa non habet poteſtatem clauium in Purgatorium, & ego dico, quòd habet ſolutiuam non ligatiuam. Arguit autem primò ſic per rationem Hoſtienſis. Si claues ſeſe ad Purgatorium extenderent, poſſent euacuare Purgatorium, atque crudelis eſſet Papa, quòd Purgatorium non euacuat. Soluitur. Huic rationi, quæ non eſt Hoſtienſis, ſit autem cuiuslibet, iam diù per noſtras poſitiones contra iſtum poſitas in Dialogo reſpondi in hæc verba. Deus, qui tamquam agens, ſupremum omnia vertit, ac dirigit in finem poſtremum: vnde, & omnes homines vult ſaluos fieri, nulli voluit regulariter gratiam, qua in finem illum dirigatur, ac perindè ſaluetur elargiri, niſi ex parte eius, qui gratiam erat accepturus, eſſet præparatio quædam, & meritum congruitatis, quem apparatum, qui habere nequeunt, vt infantes, his vult ſuffragari per alios. Chriſtus quoque qui pro nobis infinitæ ſatisfactionis paſſionem tulit, non vult illam nobis ſuffragari, niſi nos per noſtram ſatisfactionem, licèt inſufficientem eius ſatisfactioni ſufficienti, & ſuperabundanti iungamur.

Cùm ergo Deus poſt pœnam animæ ex contritione, & clauibus miſericorditer abolitam, ex ſua ſimul miſericordia, & iuſtitia talem animam addixerit tali pœnæ exoluendæ, puta annorum centum, qua ratione debet Pontifex totam illam pœnam, aut etiam partem relaxare, cum tanto præiudicio iuſtitiæ diuinæ, niſi ex parte talis animæ meritum aliquod afferatur, puta eleemoſyna, aut oratio, aut ieiunium à ſe, aut ab alio oblatum. Numquid Pontifex debet eſſe Deo clementior? Indè eſt, quòd clamant omnes Sancti & Doctores, cùm Theologi, tum etiam Canoniſtæ, in veniarum largitione cauſam aliquam oportere interuenire ex parte recipientis, quæ cauſa eſt quicquid eſt in Dei gloriam, vt auditio diuinorum, vel aliqua pia deuotio ad Prælatos, aut res diuinas, vel promotionem boni communis. Patuerit ergo cur Papa purgatorium non euacuat, quia videlicèt non ſubeſt rationabilis cauſa relaxandi rigorem iuſtitiæ diuinæ in omnibus animabus purgatorij, ſicut etiam non omnes viuentes aſſequuntur veniam datam, quia

non habent ex parte ſua cauſam pro qua datur. Quæ tamen cauſa ſi ſubeſſet quoad omnes animas purgatorij, vtique Papa poſſet illud euacuare ea cauſa durante, puta ſi daretur plena indulgentia etiam defunctis porrigentibus manus per ſe, vel alios adiutrices in Turchas, & quælibet anima purgatorij haberet amicum ſibi debitè, & completè ſuffraganrem. Chariras autem Pontificis, & neceſſitas animarum, non eſt cauſa efficax ſic relaxandi iuſtitiam diuinam, quam Deus talis neceſſitatis conſcius, & chariraris infinitè maioris, quàm ſummus Pontifex etiamſi foret bearus Petrus, & miſericordiæ viſceribus affluentiſſimus, ſanxit, & inuiolabiliter ſeruat, niſi nouum aliquod bonum opus ex parte purgandi afferatur, ideſt omne quod ad honorem Dei, vel Eccleſiæ vtilitatem eſt. Hæc & eiuſmodi olim Martino ſcripſit. Et hæc reſponſio eſt omnium Doctorum nullo excepto, qui tenent indulgentias prodeſſe defunctis, ſicut probauimus neceſſariò eſſe tenendum, hęc etiam reſponſio fundatur in conſuetudine Eccleſiæ nunquam largientis venias, niſi gratia boni operis ex parte eius, qui accipit ſe tenentis. Hanc autem reſponſionem tam ſolidam, iſte neſciens improbare ad detractiones, & conuitia ſe vertit, & nihil aduersùs eam adducit, ſed rantùm affirmat, quòd reſponſio negar, ſcilicet hanc cauſam rationabilem eſſe aliquid ſe tenens ex parte Pontificis puta pia charitas, & compaſſio ad animas. Et quòd vera dicam audiantur verba eius quibus reſponſionem recitat, & improbat. Hanc, inquit, rationem ſic ſoluunt. Papa poteſt, ſed non debet euacuare purgatorium, niſi ſubſit iuſta cauſa, & rationabilis ne aduersùs iuſtitiam diuinam temerè agat. Hanc frigidam, & oſcitantem ſolutionem, vix puto proferrent; niſi vel non aduerterent, quid loquuntur, vel inter vitulos marinos profundiſſimè ſtertentes, ſe loqui arbitrarentur. Ità fit vt ex vno abſurdo dato plura ſequantur, & vt ille ait ſeptem mendacijs eget vnum mendaclum, vt verum videatur. Igitur argumentum vix potuit robuſtius firmari, quàm tali ſolutione. Quærimus enim, quòd tandem nomen erit; huius cauſæ rationabilis. Conſtat autem, quod pro bello contra infideles, vel pro ſtructura ſacra, aut communi aliave neceſſitate huius vitæ, indulgentiæ donantur. Sed nulla illarum tanta eſt, quin incomparabiliter maior ſit charitas iuſtior, & rationabilior. Si itaque iuſtitia diuina non offenditur, ſi propter corpora fidelium, & res eorum tuendas, aut propter inanimatas fabricas, aut vſum huius corruptibilis vitæ breuiſſimum, remittuntur tot quot voluerit (etiamſi omnes in eo numero comprehendis, vt ſit etiam euacuerut purgatorium) quantò magis non offenditur, ſi pro ſancta charitate redimantur omnes. Niſi fortè iuſtitia diuina tam eſt iniqua, aut fortè melancolita, vt plus faueat charitati in corpora, & pecunias viuentium, quàm in animas tam egenas exhibitæ; maximè cum tanta res ſit ſuccurrere animabus, vt fideles debeant malè ſeruire Turcis, & corporaliter occidi, quàm animas non redimi. Si ergo propter id quòd minùs eſt infinitas, & fortè per hoc ipſum omnes redimet, cur non & propter id, quod maximum eſt, ideſt charitatem. Hæc ille: cuius verba, & ſi prolixa recitaui; vt quiſquam videat, quod præter iniurias, & latentes detractiones dicit nihil, falſumque negatum ſine probatione aſſumit, ſcilicet aliquid ſe tenens ex parte dantis eſſe rationabilem cauſam, quod etiamſi verum eſſet Deus nullum in purgatorio pateretur, cùm ſit longè maioris charitatis, quàm Pontifex, vt dictum eſt. Pręterea eſto verum concludat, quod hoc poſſit charitas Pontificis, hoc etiam poterit ipſa eius charitas, & bonum opus accipientis venias. Nec tamen peccabit Papa purgatorium non euacuando cum poſſit, ſicut nec Deus.

Præterea in hac reſponſione oſtendit ſe malè venias intelligere, quaſi fidelibus dentur indulgentiæ, quibus ſe exponant contra Turchas ſeruitutis, mortiſque periculo, vt animæ redimantur, cùm non ſit ideò, ſed ne fideles plures occidantur, & ſubijciantur à Turcis, & fides Chriſti conſeruetur, ac dilatetur.

Secundò arguit ſic. Nam ipſe ſtilus Papæ idem probat, in quo dicitur de iniunctis pœnitentijs. Manifeſtum eſt autem, quòd tantùm donat, quantùm ſonat, & eo modo donat quo ſonat, vt ſicut Epiſcopus 40. Cardinalis centum dies de iniunctis pœnitentijs, ità Papa prorsùs omnes plenariæ dies de eiſdem iniunctis relaxat, ſed purgatorij pœnas nulla clauis iniunxit. Soluitur autem, quia ad mentem iſtius Papa nullam pœnam per indulgentias in purgatorio relaxare poſſet, quod ſupra probauimus hæreticum eſſe.

Dico 2. quòd cùm dicitur de iniunctis, intelligitur apud communem doctrinam, de iniunctis à Sacerdote, vel Canone, vel Deo. Quæ enim in purgatorio ſoluuntur pœnæ, ſi iniunctę non eſſent adeò, non ſoluerentur, ſed animæ omnes euolarent, cùm per pœnas illas ſuo maximo deſiderio priuentur, Dei, ſcilicèt viſione, vt dictum eſt.

Dico 3. quòd ille ſtilus de iniunctis pœnitentijs, non eſt ſolus, quo vtitur curia, ſed eo vtuntur Epiſcopi, & Papa quando plenè non relaxat, & ſupra ex teſtimonio Pontificum probauimus in plenaria indulgentia relaxari ſimpliciter omnes pœnas etiam à Deo iniunctas. Et mirum eſt, quod iſte velit relaxari iniunctas à Canone, quæ non ſunt iniunctæ ſed taxatę, & non iniunctas à Deo.

Dico 4. quòd in purgatorio iniuncta eſt pœnitentia, alioquin à Deo non exigeretur, & illa vel eſt momenti, vel horæ, vel diei, vel menſis, vel anni, vel horum plurium, ſed tamen eſt alterius generis, quàm iniuncta hìc, vbi communi more non iniungitur aliquid patiendum, ſed agendum, *ibi* verò è contra eſt, quia iniungitur pœnitentia ſuſtinenda non agenda, non enim tunc eſt tempus agendi (cum apud inferos non ſit opus ſecundùm Eccleſ. & tunc ſit nox in qua nemo poteſt operari, ſcilicet meritoriè, & vtiliter, teſtimonio Domini, vt probatum eſt) ſed patiendi.

Recitat autem iſte hìc reſponſa cuiuſdam quem more ſuo inſequitur probris, vocans ſomniatorem, ſed quia nec ego eius dicta approbo talia qualia iſte recitat, ideò nihil ad me. Dicit tamen ſine probatione quædam aduersùs communem doctrinam, & veri-

rita-

ritatem; quæ improbate nimia eius prolixitate faſtidio eſt, & inter cęrera illud, laborioſa, & inutilis ars confitendi eſt, immò deſperandi, & perdendi animas, qua huc vſque docti ſumus arenam numerare, ideſt ſingula peccata diſcutere, colligere, atque ponderare, ad faciendam contritionem. Hęc ille, quaſi non benè dixerit Exechias, recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudiue animæ meæ, & quaſi malè Eccleſia mandarit omnia peccata ſingulis annis confitenda, ac perindè cogitanda de pœuit. & temiſs. omnis itidem, & illud, vera cootritio incipienda eſt à benignitate, & beneficijs Dei, præſertim à vulneribus Chriſti, vt homo ad ſui ingratitudinem primò veniat ex intnitu diuiuæ bonitatis, & ex illa in odium ſui, & amorem benignitatis Dei. Hæc ille: quaſi is qui derelicto Deo per peccatum, creaturæ hęſit, priùs ad Deum conuerti poſſit, quàm à creatura per odium auertatur, & quaſi timor charitatem velut ſeta, linum, apud Auguſtinum non introducat, & quaſi plus apud eum valuerit amici, & comparis ſui vna ſine probatione vox, vera, ſcilicet pœnitentia non eſt, quæ ab amore iuſtitiæ, & Dei non incipit, quam omnium Theologorum ſententiæ, ſed miſſa ſint hæc.

Arguit 3. iterum ex ſtilo Papæ, dicentis per modum ſuffragij, oportet enim diuerſum eſſe modum ſuffragij à modo poteſtatis. Soluitur. Nō ſic intelligitur dari indulgentia per modum ſuffragij, vt vera indulgentia deſit eſſe, vt ſupra oſtenſum eſt, ſed ſic quod vnam eamdemque veniam aſſequuntur viui opere ſuo: item & alieno aliquando, mortui autem non niſi alieno, quippe qui nihil poſſint facere eorumque mandat indultor: vndè viui veniam aſſequuntur per modum remiſſionis tantùm, ideſt nullo ſuffragante, & per modum ſuffragij, vno exercente opus pro alio, mortui autem per modum ſuffragij tantùm, alio ſcilicet ſuffragante, & pium opus exercente pro eis.

Quartò arguit, & omnium, inquit fortiſſimè. Nam Chriſtus non ambiguis, ſed claris, apertis, rotundiſque verbis dicit. Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cœlis. Non fruſtrà dicit ſuper terram, alioquin niſi reſtringere voluiſſet poteſtatem clauium, ſatis fuerat dixiſſe quodcumque ſolueris ſolutum erit. Aut ergo Chriſtus, vt ougator, ſuperfluit verbis, aut poteſtas clauium ſolummodò eſt ſuper terram. Hæc iſte, qui contra ſe recitat vnam ſolutionem præclariſſimorum Doctorum, qui longè antequam iſte naſcerent hoc argumentum diſſoluerunt, vt ſupra habitum eſt, immò hæc ſolutio eſt omnium antiquorum, & modernorum, ſcilicet vt li *ſuper terram* referatur ad ſoluentem, vt ſi ſenſus, quodcumque ſolueris dum exiſtis ſuper terram, ſiue dum es in loco fori tui, & viuis meus Vicarius, erit ſolutum in Cœlis, ideſt in foro Dei, ſiue apud Deum, ſiue is qui ſoluitur ſit in terra, ſiue ſub terra, immò numquam eſt in Cœlis, qui ſoluitur, cùm nullus ibi ſit ligatus: vndè in Cœlis exponitur, ideſt in foro Dei, vel apud Deum.

Sed quia contra iſtam reſponſionem iſte nihil habet ſolidum, primo inuehit multum arte ſua, deindè contra eam arguit ſic.

Primò. Si per hanc intelligentiam claues ſoluunt mortuos: ergo & ligant, cùm vtrobique additum ſit, ſuper terram. Solutio. Negatur conſeq. quia mortui, qui ſoluuntur ſuper terram entes id egerunt, & meruerunt, vt mortui ſoluerentur, non autem vt mortui ligarentur. Et licèt iſte dicat multa, contra hoc militat nihil, niſi falſum quod aſſumit gratis ſua auctoritate, ſine omni probatione, ſcilicet iſtas poteſtates ligandi, & ſoluendi eſſe æquales, & reſpectu eorumdem, quod ſupra, & negauimus, & improbauimus.

Secundò. Nam, inquit, ex ipſa antitheſi (ideſt contraria ſituatione verborum) iſta ſententia confutatur, quia ſicut in Cœlis vtique ad ſoluendum in Cœlis reſpicit, ità ſuper terram ad ſoluendum ſuper terram reſpiciat oportet, & rursùs in Cœlis adligatum, quare & ſuper terram adligatum referri debet. Vndè Chriſtus quaſi de induſtria non dixit ego ſoluam in Cœlis, ſed ſolutum erit in Cœlis, vt ſi quis primo verbo, ſcilicet quodcumque ſolueris ſuper terram, falſæ intelligentiæ calumniam quæreret, in ſequente retunderetur, nec permitteretur ad ſoluendum aptare, quia ſolutum in Cœlis cogit certè intelligi ſolutum in terra non ſoluentem, & ligatum in Cœlis cogit intelligi non ligantem, ſed ligatum in terra, aut ſaltem vtrumque. Soluitur autem quia præter verba iſte dicit nihil, ſed priùs negatum aſſumit, quaſi verum ſine probatione.

Dico ergo primò, quod iſte reſponſionem, quam impugnat non intellexit, quia per terram, & Cœlum, non accepit iſta loca (alioquin dicat quid in Cœlo ſit ligatum) ſed accipit per terram forum Petri, & per Cœlum forum Dei, & ità neceſſe eſt accipere, alioquin ſi exiſtentem ſuper terram ligaret Papa, non eſſet ligatus in Cœlis, quandoquidem non eſſet in Cœlis, nec ſolutus exiſtens in terra eſſet ſolutus in Cœlis, niſi poſt vitam exactam.

Dico 2. ſtando in ſenſu impugnante, ſed inexpugnabilis reſponſionis, cùm dicit: ſicut in Cœlis, vtique ad ſoluendum in Cœlis reſpicit, ità ſuper terram ad ſoluendum ſuper terram reſpiciat oportet, ſi per terram, ac Cœlum hic, & ille ſotus capiatur verum eſt vtrumque dictum, ſed ſi accipiat iſta pro locis, ſicut oportet ſi debeat loqui ad propoſitum quo vult probare Papam ſoluere ſuper terram non ſub terra, falſum eſt primum dictum, ſcilicet, in Cœlis ad ſoluendum in Cœlis reſpicit, quia ibi nullus exiſtens ſoluitur cùm nullus ſit ibi ligatus, & ſimiliter ſecundum, ſcilicet, ſuper terram ad ſoluendum ſuper terram dicitur (ſi intelligatur neceſſariò & vniuerſaliter) quia non omnis, qui ſoluitur eſt ſuper terram, ſed aliquando in purgatorio.

Dico 3. quod ea, quæ iſte dicit colorem habere poſſent, in his, qui non ſoluuntur à Papa, niſi priùs ab eo ſint ligati, quod non eſt in propoſito, quia animæ à Deo ad pœnas illas ligantur, non à Sacerdote niſi in æquipollenti.

Dico vltimò, quòd mirum eſt de iſto, qui cum Auguſtino dicit, ſe neſcire, vbi ſit

locus purgatorij, & ſupra quaſi itriſoriè impoſuit ſancto Thom. quòd ſit ſub terra quamuis falsò, quandoquidem etiam ſanctus Thom. dicit; incertum eſſe vbi ſit, & idem Gregor. Quomodò enim iſte ex verbis Chriſti quodcumque, &c. vult habere, quod Papa non poſſit ſoluere animas purgatorij, quia ſunt ſub terra. Patet enim quod aſſumit dubium, & à ſe priùs negatum, aut dubitatum, ſcilicet animas eſſe ſub terra, cùm poſſit eſſe purgatorium ſuper terram, & de aliquibus animabus apud Gregor. in 4. Dialog. hoc ſit compertum, & conſequenter ſolui per Papam etiam ſecundùm iſtum poſſunt.

Tertiò arguit ſic. Si clauis extenditur in Purgatorium, quid fruſtrà laborant? cur non tollunt verbum ſuffragij? cur non perſuadent Pontifici, vt dicat per modum poteſtatis, & auctoritatis potiùs, quàm ſuffragio ſoluere, & ligare? Soluitur. Procedunt iſta verba ex ignorantia. Putat enim iſte primò, quòd extendamus clauem ad purgandos, ſicut ad ſubditos claui, quod non facimus, extendimus autem eam ſic ad theſaurum, quaſi diuino iure ſubditum diſpenſationi Pontificis, ad purgandos autem, ſicut ad obiecta diſpenſationis, ſicut iuriſdictioni diuitis ſubijcitur burſa, non autem pauperes, ſed ei ſe obijciunt aliquid miſericorditer accepturi. Putat etiam, quòd ſuffragium factum animabus per venias, nihil vltra valeat, quàm opus eis miſericorditer exhibitum per proximum id exhibentem, quod Papa mandat pro indulgentia aſſequenda, qui intellectus eſt rudis, & ex ignorantia proficiſcens prauæ diſpoſitionis.

Sicut enim patet ex dictis, tum ex doctrina Eccleſiæ, tum etiam Sanctorum, Mortuis indulgentia exhiberi nequit ſine duplici ſuffragio, vnum eſt Chriſti per Pontificem applicati, & diſpenſari, aliud eſt proximi exhibentis vice defuncti id gratia, cuius datur indulgentia, quod mortuus exhibere nequit, niſi viuo ei ſuffragante; vnde mortuis indulgentia dari poteſt ſolùm per huiuſmodi primum, & ſecundum ſuffragium, viuis autem poteſt dari per primum ſuffragium, & proprium opus, & per vtrumque ſuffragium ſi exprimatur in forma, vt ſic, centum habeat annos indulgentiæ, qui per ſe, vel per alium contra Turcas pugnarit, aut aliquid exburſarit, vel huiuſmodi ſic enim eam habebit claudus, & cœcus ſi pugilem mittant, & pauper ſi vice eius diues exoluat; poteſt etiam viuis dari ſine ſecundo ſuffragio, vt dictum eſt; ideò dicitur tunc dari per modum abſolutionis, vel huiuſmodi. Sicut autem in viuo ita æquè, & in mortuo ſtultum eſt dicere, quòd non plus pœnæ aboleatur per indulgentiam, & bonum opus gratia indulgentiæ exhibitum, quàm per bonum opus ſolùm; alioquin Eccleſia illuderet viuis, & mortuis, quod apud bonas aures eſt blaſphemum. Et prætereà ſecundùm hoc, Eccleſia non faceret per indulgentias animas Purgatorij euolare remittendo omnem pœnam, cuius contrarium probatum eſt.

Quartò arguit, ſed aſſumit aliqua falſa priùs improbata, ſupra dum concluſio 5. cribraretur.

Sciendum verò, quòd iſte deindè facit longam inquiſitionem de indulgentia data per modum ſuffragij, & nihil dicit, cui oporteat aliquid præter iam dicta reſpondere; aſſumit tamen aliqua falſa circa quæ dico multa.

Primùm. Me, inquit, nihil mouet quid placeat, vel diſpliceat ſummo Pontifici, homo eſt ſicut & cæteri; Multi fuerunt ſummi Pontifices, quibus non ſolùm errores, & vitia, ſed etiam portenta placuerunt. Ego audio Papam, vt Papam, ideſt, vt in Canonibus loquitur, & ſecundùm Canones loquitur, aut cum Concilio determinat, non autem quando ſecundùm caput ſuum loquitur. Hæc ille. Qui ponit exemplum de cædibus Iulianis, & deindè alio loco negat auctoritatem Canonum, & Conciliorum, quaſi dicere contradictoria in diuerſis locis ei ſoli in Mundo liceat.

Dico autem primò, quòd vt ſupra probatum eſt in primo libro ſummus Pontifex errare poteſt operando, ſed non decidendo de fide, vt Papa, ideſt, ex officio ſuo, & cum aſſidente ſibi conſilio.

Dico ſecundò, quòd iſte Martinus ſub pœna vtriuſque mortis tenetur ſtare deciſioni Pontificis, vt in primo probatum eſt, quamquam mors capitalis iure Canonico ſit excommunicatio, qui filij ſint legitimi, per venerabilem, non autem tenetur credere opera Pontificis omnia eſſe bona.

Dico tertiò, quòd omnis deciſio Papæ tenenda eſt neceſſariò, quia Canones ita volunt, vt in primo probatum eſt, & Papa non habet auctoritatem à Canone, ſed è contra; vnde ſtultum eſt dicere, quòd Papa loquatur vt Papa, quando loquitur ſecundùm Canones, non autem quando facit Canones, aut quæcumque ſtatuta circa ea, quæ fidei ſunt, & Papa dat auctoritatem Concilio, à quo nihil accipit, vt probatum eſt, vnde æquè ſtolidum eſt, quòd loquatur, vt Papa cùm loquitur cum Concilio, & ſine Concilio loqui nequeat vt Papa. Quod de Iulio additur cùm detractoriè dictum ſit, nos doctrinaliter loquentes reſpondere aliquid non oportet, vtinam autem iſte cum eo lumine Dei vita excedat, cum quo Iulius, qui etſi in multis vt homo deliquiſſe potuit, pro bono tamen Eccleſiæ multùm videtur laboraſſe proborum teſtimoniorum.

Secundùm. Solius Papæ, inquit, non eſt nouos fidei ſtatuere Articulos, ſed ſecundùm ſtatutos iudicare, & diſcindere fidei quæſtiones, hic autem erit articulus nouus, ideò ad vniuerſale Concilium pertinebit eius determinatio, multò magis, quàm Conceptio Beatæ Virginis, præſertim cùm hic nullum illic multum, & magnum ſit animarum periculum, alioquin cùm Papa ſit vnus, qui errare poteſt in fide, & moribus, periculo aſſiduo laboraret totius Eccleſię fides, ſi quicquid ſibi viſum fuerit neceſſe ſit verum credi. Hæc ille.

Dico autem primò, quòd ſi articulus fidei dicatur, qui continetur in Symbolo ſecundùm editionem Apoſtolorum, & diſtinctionem Doctorum, nec Papa, nec Concilium nouos articulos edere poteſt, & ſi poſſit declarare, & elucidare, ſed ſic patet non eſſe

arti-

Digitized by Google

articulum fidei eam quæſtionem, quam agitamus de indulgentijs, ſi verò articulus fidei dicatur omnis noua deciſio quæſtionis obortæ de fide, hic erit nouus articulus, ſed erroneum eſt dicere, quòd pertineat ad Concilium, niſi quantum Papæ placuerit, à quo eſt tota auctoritas Concilij, vt ſupra diffusè probatum eſt, & quæ ſunt fidei decidere ſolius Papæ eſt, vt probatum eſt.

Dico ſecundò, quòd quæſtio de Beatæ Virginis Conceptione, non plus ad Concilium pertinet, quàm aliæ quæſtiones circa fidem emergentes.

Dico tertiò, quòd licèt Papa ſecundùm ſe conſideratus errare poſſit decidendo de fide, ſecùs cum aſſidente ſibi Deo, qui in veteri lege mandauit ſub pœna mortis ſtandum deciſioni Pontificis ſummi in omni dubio. Deuter. 17. & idem eſt in noua lege, vt ſupra rationibus, & canonibus probatum eſt.

Tertium. Si Papa, inquit, cum magna parte Eccleſiæ ſic, vel ſic ſentiret, nec etiam erraret, adhuc non eſt peccatum, aut hæreſis præſertim in re non neceſſaria ad ſalutem, donec fuerit per Concilium vniuerſale, alterum approbatum, alterum reprobatum, quod ne multis agam, illo vnico probatur, quòd Eccleſia Romana etiam cum vniuerſali Concilio Baſileenſi, ac tota fermè Eccleſia ſentit Beatam Virginem ſine peccato conceptam, & tamen quia altera pars non eſt reprobata, non ſunt hæretici, qui contrarium ſapiunt. Hæc ille.

Dico autem primò, quòd non tenemur credere, quod Papa cum magna parte Eccleſiæ credit, niſi verbo, vel facto Papa determinet collegialiter cum ſuo conſilio ſi illud habere poteſt, ita eſſe credendum, qua determinatione ſtante, etiamſi Concilium eſſet in contrarium ſtandum eſſet determinationi Papæ verbo, vel facto factæ, tum quia aliter ſentiens de fide, quàm Romana Eccleſia eſt hæreticus de hæreſ. ad abolendam, tum quia Concilium, Papa non incluſo, errare poteſt, & de facto errauit, vt ſupra probatum eſt, quod etiam ex verbis iſtius occaſionem accipiens probo, ac ſi iſte attulerit ſecum gladium Goliæ, quo excapitetur.

Dico enim 2. quòd conſilium Baſileæ recedentibus Apoſtolicis Nuncijs, & cum eis Fratribus Prædicatoribus, factum eſt extunc Conciliabulum, & Synagoga ſathanæ, & tunc indignatum contra Prædicatores determinauit quæſtionem illam de Conceptione contra eos, Eccleſia verò Romana in contrarium illius ſynagogæ dixit hanc quæſtionem non eſſe per Romanam Eccleſiam deciſam, & conſequenter neutram partem opinantium eſſe cenſendam hæreticam, cuius oppoſitum vtique eſſet ſi illa ſynagoga determinare potuiſſet.

Nec valet dicere, ſi determinatum eſt vnum oppoſitorum, reliquum tamen non eſſe reprobatum. Puerile eſt hoc, quia ſicut neceſſe eſt, ſi vnum oppoſitorum ſit verum, reliquum eſſe falſum, ita ſi vnum aſſeritur, vel approbatur verum, eo ipſo ſequitur reliquum eſſe falſum, & negatum, ac reprobatum.

Dico 3. quòd non conſtat Eccleſiam Romanam collegialiter, & ex officio tenere alterum prædictorum, quicquid credat Papa, vel alij ſingulariter; ideò credit licitè quiſque quod placet.

Nec obſtat, quòd datæ ſint Indulgentiæ dicenti certum officium, in quo vna pars dictæ quæſtionis determinatæ tenetur. Dico enim hoc non eſſe factum approbando officium, ſed condeſcendendo deuotioni ſic piè credentium, quæ deuotio etiam ſi eſſet cum falſitate ignorata, non eſt repudianda, ſed fouenda.

Patet autem ex omnibus dictis, quæ differentia ſit inter Papam, Epiſcopum, & Curatum quantum ad thema, ſuper quo diſceptamus, ideſt quantum ad applicationem ſatisfactionis vnius ad alterum, quaſi ſatisfactio vnius cedat alteri, vel hìc, vel in Purgatorio.

Eſt enim multiplex. Harum prima eſt ſecundùm illam opinionem, quæ tenet theſaurum, vnde remiſſiones fiunt, eſſe ſolùm merita, vel potiùs ſatisfactiones Chriſti, non autem Sanctorum, quia iuxtà eam ſolus Papa poſſet Indulgentias facere, ſicut ſolus diſpenſat communia toti Eccleſiæ cuiuſmodi eſt dictus theſaurus apud iſtos. Sed iſta opinio falſa eſt, & contra determinationem Clem. in Extrauag. ſuperiùs citata.

Vnde alia differentia eſt, quia cùm omne caput cuiuſuis multitudinis diſpenſare poſſit merita, quæ ſunt multitudinis in communi, vt Curatus Parochiæ, Diœceſanus Diœceſis, Pontifex ſummus totius Eccleſiæ, ſolus Papa diſpenſat merita infinita, vel theſaurum infinitum, quia ſub eius diſpenſatione cadunt merita Chriſti, quæ infinita ſunt, cùm Chriſtus pro tota Eccleſia, non pro vna Diœceſi, vel Parochia ſit paſſus: alij verò diſpenſant merita ſubditorum ſuorum dumtaxàt, quæ finita ſunt.

Ex hac verò ſequitur alia, quia ſolus Papa iure ſuo poteſt indulgere plenariè, cùm ſolus ſit certus, quòd theſaurus per eum diſpenſabilis, ſufficiens ſit ad pœnas omnes vnius, vel plurium diluendas.

Ex his etiam alia ſequitur, quia cùm Parochia ſit ſub Diœceſi, & Diœceſis ſub vniuerſali Eccleſia, vel Pontifice; Papa diſpenſat bona Diœceſis, & Parochiæ non è contra, Diœceſanus, vel Curatus.

Ex quo ſequitur alia, quia Papa reſtringit indulgentias aliorum, non è contra. Non poteſt tamen Curatus indulgentiam facere iure ſuo, immò nec Epiſcopus, quia nihil certum habent de bonis ſpiritualibus in ſua congregatione, ſed Epiſcopus facit, ex indulgentia Pontificis, quæ tamen ipſo iure communi conceſſa eſt, de Exceſſ. Præl. accedentibus, Curatis autem, & Abbatibus interdicta eſt, ve ibi. Dico autem Epiſcopum id poſſe iure ſuo, quod poteſt eo ipſo, quod Epiſcopus eſt ex ſuo ordine, vel iuriſdictione, quæ ordinem illum conſequitur.

Punctum 4. principale. Nam in concluſione 20. tenet, quòd pœnæ Purgatorij ſine poteſtate clauium, per ſolam contritionem remittuntur, quia perfectè contritus quò ad Deum à Purgatorio abſolutus eſt, & idem tenet in concluſione 36.

Sed contra hoc ſupra probatum eſt libro ſecundo cap. 3. per Scripturas, & Cano-

nes,

nes, quòd verè contrito pœnæ imponuntur, & iſte modus dicendi eſt contra conſuetudinem vniuerſalis Eccleſiæ, imponentis ſatisfactionem his, quos abſoluit, & habet pro contritis, quæ conſuetudo eſt maximæ auctoritatis: tertiò euertit Canones volentes poſt contritionem ineſſe reatum pœnæ, & imponentes pœnitentias publicas, & ſolemnes.

Nec valet dicere, quòd apud Deum ſint ſoluti, licèt ab Eccleſia ligentur ad pœnas, quia temeritas eſſet Eccleſiæ maxima volentis ligare contra iudicium Dei, & etiam eſt contra illud, quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis, ideſt apud Deum, vt omnes Doctores exponunt.

Punctum quintum. Item concluſione etiam 26. tenetque in plenaria Indulgentia, ideſt, omnium pœnarum, fallitur maior pars populi, & in declarando habet pro inconuenienti, quòd aliqui dicunt poſt talem Indulgentiam euolare animam decedentis nullo alio peccato admiſſo: deindè ſic ſubdit. Nec mirum quando illi ſic ſcribunt, legunt, clamant: quòd ſiquis venias conſequutus ante recidiuum moreretur ſtatim euolaret. Hæc omnia ita loquuntur quaſi non ſint peccata niſi actualia: ac ſi fomes relictus nulla ſit immunditia, nullum impedimentum, nullum medium, quod moretur ingreſſum Regni: cùm niſi ipſe ſanetur; impoſſibile ſit intrare Cœlum etiam ſi nullum adſit actuale. Nihil enim inquinatum intrabit.

Quo circa terror ipſe mortis cùm ſit vitium fomitis, & peccatum, etiam ſe ſolo impedit introitum Regni: quia qui non voluntariè moritur non obedit vocanti Deo, niſi inuitus, & tantùm ibi non facit voluntatem Dei, quantum inuitus moritur, tantùm autem peccat, quantùm non obedit voluntati Dei: ideò rariſſimus eſt, qui poſt omnes venias non etiam in morte peccet, niſi hi qui cupiunt diſſolui, & vocant mortem. Hæc ille cum multis alijs ſupra improbatis.

Dico autem primò, quòd animas euolare poſt Indulgentiam plenariam dicto modo, tenuit Hoſt. in ſumm. in Rubricella de Remiſſionibus, Ioann. Andr. qui ad eum ſe remittit, & Petrus de Palude, & multi præclari Doctores, & ſupra limitatum eſt: maximè ſi culpas veniales non habent, & iterùm probatur. Nam qui nulli pœnæ obligatus eſt, nec habet veniale, moriens euolat, quia vt ſuperiùs probatum eſt, in Purgatorium ſola pœna, & culpa venialis ardet, & quòd iſte dicit de horrore improbatum eſt, & improbabitur ſtatim. Sed qui aſſequitur viuens plenariam veniam abſolutus eſt ab omni pœna Sacerdotis, & Canonis ſecundùm iſtum, & etiam Dei, vt ſupra probatum eſt, & ſimiliter probatum eſt de animabus per fidem Eccleſiæ Romanæ. Ergo tales niſi habeant venialia euolant.

Dico ſecundò contra ea, quæ iſte hìc dicit: animam baptizati niſi habeat peccata alia, præter iſta, non prohiberi euolare, quia per Baptiſmum tollitur omne impedimentum Regni, niſi addatur veniale, vel mortale actuale. Hoc enim patet primo de pœnitentia, diſtinctione ſeptima, capitulo vltimo poſt principium; vbi ſic dicit Auguſtinus: Pœnitentia ſi in extremo vitæ hiatu aduenerit, ſanat, & liberat in ablutione Baptiſmi, ita quòd nec Purgatorium ſentiunt, qui in fine baptizantur, ſed ipſi ditati bonis ſanctæ Matris Eccleſiæ, recepturi ſunt multiplica bonum in vera Beatitudine. Hæc ille.

Vbi patet, quòd poſt Baptiſmum nihil relinquitur impediens ab ingreſſu Regni. Et idem habetur in capitulo regenerante de conſecr. diſtinctione quarta, vbi dicitur in Baptiſmo, remitti peccatum omne originale, & actuale, quod autem iſte fingit alia peccata præter originale, quod delet Baptiſmus & actuale, ſoliditas eſt, vt probabo. Et idem habetur in capitulo ſine pœnitentia eadem diſtinctione, vbi dicitur, quòd Dei gratia omnia gratis condonat, & gloſſa ibi dicit hoc ideo dici, quia in pœnitentia & ſi dimittatur peccatum per contritionem, remanet tamen temporalis ſatisfactio, in Baptiſmo non. Et idem habetur in capit. maiores de Bapt. §. ad id autem.

Dico tertiò, quòd fomes, aut quicquid deriuatur à fomite non eſt peccatum. Omne enim peccatum eſt originale, vel actuale, vt patet in dicto capitulo maiores, §. verùm quidam, & de conſecr. diſtinct. 4. non ex quo, & patet etiam ratione, quia omne peccatum contrahitur voluntate, aut aliena, & ſic eſt ex origine, & originale, aut propria, & ſic eſt actuale.

Sed prædicta non ſunt peccatum actuale etiam ſecundùm iſtum, qui ea contra actualia diuidit, vt hic patet, nec etiam ſunt peccatum originale: tum quia iſta ſunt reliquiæ, & effectus peccati originalis, niſi dicantur eſſe multa originalia, & vnum cauſa alterius, quod eſt inauditum, & patet falſum per ſtatim dicenda, tum quia omne peccatum originale per Baptiſmum deletur, quia probatum eſt, quòd per Baptiſmum tollitur omne impediens à Regno. Ergo non ſunt peccata, ſed pœnæ peccati, venientes de damnatione mortis, vt etiam dicit Auguſtinus.

Præterea ſi fomes ſit peccatum non deletum per Baptiſmum, pueri baptizati decedentes non euolarent, contra doctrinam totius Eccleſiæ, & contra capit. vlt. de pœnit. diſt. 7.

Dico quartò, quod quicumque moritur in charitate acceprat mortem, ex ratione deliberata, & voluntate buliſi, aliter non ſe conformaret voluntate Dei; & omnis parua charitas apud nonnullos ex iudicio deliberato rationis, & voluntate buliſi dicit, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quia de ratione amicitiæ cuiuſmodi eſt charitas, eſt velle eſſe cum dilecto ſimpliciter, & abſolutè, licèt aliquando ex aliquo bono fine velit tardare ad tempus, ſemper autem, & perpetuò velle tardare, & numquam mori, mortale eſt, apud Petr. de Palud. & veritatem, quia contra charitatem eſt Dei.

Dico etiam, quod iudicio naturali rationis, & voluntate naturali, ſiue theliſi, neceſſariò quilibet, niſi ſpeciale miraculum fiat, iudicat mortem malam, quia priuatiuam boni, & horret quaſi malum, etiam ipſe Chri-

Chriſtus. Iſte ergo loquens de nolentibus mori, neceſſariò loquitur de altera iſtarum voluntatum, & ſi de bulisi ſic, quilibet iuſtus voluntariè moritur, licèt ſenſualitas, & voluneas thelisis renitatur, etiam in Chriſto ſi verò loquitur de thelisi, illa non eſt peccatum, ſed naturalis ſequela viuentis mortalis quæ eſt etiam in brutis.

Dico vlteriùs contra experientiam, & ſtulidum eſſe, dicere, quod quis poſſit mortem non horrere abſolutè, licèt ex bono, vel malo conſilio, & deliberatione homo eam complectatur interdum.

CAP. XIV.

Aduerſarium de theſauro ſpirituali Eccleſiæ malè ſentire.

ETſi iam ex dictis ſuperiùs lib. 2. cap. 1. manifeſta eſt tota materia, quam aduerſarius tractat in concluſione ſua 58. propter, quod & hanc Concluſionem omittendam cogitarem, quia tamen hic videtur ipſe totum ſuum Spiritum, ac vires omnes effundere, & S. Thom. ac Bonauent. ac ſequaces ad reſpondendum citat, apud rudes, quamquam non apud peritos, ſtatui oſtendere omnibus quantum valeant ipſius argumenta.

Primò, ergo dabo intellectum theſauri Eccleſiæ.

Secundò, oſtendam poſſibile eſſe tale in Eccleſia.

Tertiò, id oſtendam probabiliter eſſe de facto.

Et quartò, illud probabo demonſtratiue.

Et quintò, oſtendam omnia, quæ iſte dicit nihil eſſe, & quòd nihil ferè loquitur ad propoſitum.

Dico ergo, quoad primum recapitulando obiter, quæ dicta ſunt; Primò, quòd vt probatum eſt auctoritate, & ratione, opus noſtrum ſatisſactorium duo habet diſtincta, & ab inuicem interdum ſecreta, & ſcilicet meritum, & ſatisſactionem, & quòd homo ſuo opere bono ſemper ſibi meretur ſuppoſita gratia, non autem ſemper ſatisfacit, pro ſe eum aliquando non indigeat, aut certè nolit ſatisſacere pro ſe, ſed interdum pro alterius peccato, vnde merita Chriſti, & ſanctorum ſunt, quidem plenè remunerata, ſed eorum ſatisſactiones non ſunt euacuatæ, quæ ſi omnes ſine totaliter aliquibus diſpenſatæ, vel applicatæ.

Dico ſecundò, quòd ſatisfactiones Chriſti, & Sanctorum, vt probatum eſt, multæ ſunt ſcilicèt pro peccatis Eccleſiæ in communi non pro iſto, vel illo; & iſtæ ſunt in poteſtate Pontificis Summi, & iſte eſt theſaurus, per Papam diſpenſabilis, ità quòd ſicut ex intentione mei adhuc viuentis ieiunium meum feceram, pro Andrea, vel Petro peccatore, cedit ad abolitionem pœnæ debitæ peccatis eius, & non meis, quia ego ità volo atque intendo, ità ſatisfactio Chriſti facta, pro Eccleſia in communi ex intentione, & diſpenſatione Papæ applicatur iſti, vel illi, & ei cedit ad abolitionem pœnarum ſibi pro malis actibus debitarum, ac ſi ipſe peccator talem ſatisfactionem per ſe exhibuiſſet, vnde Papa iſtum cui indulgentiam elargitur non abſoluit à pœna primò, & per ſe, ſed per conſequentiam tantùm, dum illi tribuit ex dicto theſauro, vnde ipſe debitor eam ſoluat, & conſequenter ipſe abſoluitur, non quin teneatur exhibere ſatisſactionem, ſed quia non tenetur exhibere ſuam, ſed pro ſua exhibet eam quæ fuit Chriſti, vel Sanctorum, ſibi à Papa communicatam.

Quantùm ad ſecundum, talem theſaurum in Eccleſia eſſe poſſe ſic oſtendo. Poſſum enim ego ſuffragium, vel opus ſatisſactorium, & abolitorium reatus pœnæ, exercere pro alijs fidelibus viuis, & defunctis, & pro nullo determinare, ſed committere Deo diſpenſationem eius, ſicut ſi pro animabus celebro, & dico Deo, vt det magis indigentibus, vel quibus magis teneor ſecundùm ſapientiam, & bonitatem ſuam, hoc enim quotidie faciunt boni Sacerdotes, vnde & beatus Pater noſter Dominicus omni nocte ferrea cathena ter Virgineum ſuum corpus cedebat, pro ſe, pro peccatoribus Mundi, pro animabus. Et ſicut poſſum committere Deo diſpenſationem, ita & viuo ſi enim quotidie in religionibus Prælati mandant, vel imperando, vel rogando ſubditos celebrare ſecundùm ſuam intentionem, quare quòd iuſſus, vel rogatus facio, ſpontè facere nequeam, vt opera ſatisſactoria exhibeam, per meum Prælatum diſpenſanda, aut certè per alium. Si hoc ego poſſum, quare non Paulus, quare non Chriſtus potuit talia exhibere pro Eccleſia in communi, diſpenſanda per Eccleſiæ Capue membris eius ſicut de facto de beato Dominico legitur. Si autem de facto ità eſſet (ſi pro quia, vt oſtendetur) iam eſſet in Eccleſia talis theſaurus. Siue ergo ſit, ſiue non ſit, tamen probatum eſt, quòd eſſe poteſt.

Quantum ad tertium oſtendo ità eſſe de facto probabiliter. Quod enim ſapientes omnes, vel plures, vel ſaltem præcipui aſſerunt, probabile eſt eſſe verum, vt patet ex primo topi. Sed talem theſaurum eſſe in Eccleſia tenent præcipui ſapientes Theologi Alexand. Richard. Bonauent. Petrus de Taran. Petrus de Palude, Archiepiſcopus, vt taceam Thomam odioſum iſti, quòd omnia eius figmenta iam diù detexerit. Tenet Hoſtienſ. tenet Panormit. tenet Feliu. tenet Pauienſ. tenent nunc omnes Canoniſtæ ſine hæſitatione immò, & omnes Theologi poſt factam deciſionem, quam poſt hæc adducam. Ergo hoc probabile eſt eſſe verum.

Et confirmatur, quia iſte in reſolutione huius concluſionis dicit, quòd hæc materia ſcilicet de theſauro ſpirituali Eccleſiæ profundè nimis inhæſit, atque penitùs inſedit ferè omnibus Doctoribus, Hæc iſte, qui ex quo ſe in oppoſitum ſiſtit, videtur omnibus Doctoribus ferè, etiam collectiuè ſe anteferre. O felicem Saxoniam, quæ noſtra tempeſtate tanto ſapientiæ ſplendore micat. Sed iam huius luciferi occaſum, & finem ſpectemus. Quin etiam iſte aſſerit ſe ſi ætas ſuppeteret oſtenſurum quantum delirauit Ariſtotel. de quo diuus Hieronymus, vt Boe: & Auerroë miſſos faciam, dicit in norma viuendi data Virginibus, & prodigium in natura

fuerit

fuerit miraeulumque prægrande, & eui pœnæ infuſum ſit, quicquid natura capax eſt humanum genus. Adducit tamen iſte in ſui teſtimonium, quòd Ariſtot. ſit Philoſophus inſipientiſſimus, quoſdam Platonicos, egrè ferentes per Ariſtot. clauam ſubſcribi de manu Herculis, ſul Platonis.

Quantum ad quartum oſtendo illud eſſe verùm demonſtratiuè.

Primò, quidem ex Scriptura. Nam ſecundùm Symbolum fidei, & Apoſtolicam Doctrinam Chriſtus paſſus eſt pro nobis, quod nedum de morte, ſed de omni incommodo, & anguſtia ſua verum eſt. iuxtà illud quærens me ſediſti laſſus, quæ paſſiones fuere ſatisfactoriæ, & non pro Chriſti peccatis, ergo pro peccatis aliorũ, vnde dolores noſtros ipſe tulit, Iſa. 55. vbi & Deus dicitur tradiſſe illum morti propter iniquitates noſtras, & primæ Petri 2. Chriſtus peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper ligno, vbi gloſs. interlin. in verbo peccata haber, ideſt, pœnam pro peccatis noſtris debitam, non autem Chriſtus talia pertulit pro peccatis aliorum in ſingulari, ſaltem omnium, quia cum illa ſatisſactio ſit infinita omnes euolarent, vt fecit latro, & ſic non eſſet Purgatorium, ergo tulit pro peccatis noſtris in communi, vnde gloſs. interlin. in verbo tulit, habet omnium communiter. Eſt ergo aliqua ſatisſactio Chriſti in Eccleſia, pro Eccleſia in communi nundum alicui communicata quaſi cedens in abolitionem reatus pœnæ peccatorum eius, quæ cùm ſit pro Eccleſia in communi, à nullo applicari poteſt niſi à Chriſto, vel eius Vicario Eccleſiæ Principe.

Idem dico de beato Paulo, qui de ſe ipſo idem dicit ad col. 1. & vbi ſupra deductum eſt.

Idem dici oportet de Beata Virgine, quæ multa tulit, & nullam pœnam pro peccato ſuo debeat.

Et idem de alijs ſanctis. Sic ergo patet iſte theſaurus per Scripturam.

Secundò oſtendo illum via efficaciore. Auctoritas enim Eccleſiæ maior eſt auctoritate Scripturæ, tum quia Auguſtinus dicit contra epiſt. fundamenti, Euangelio non crederem niſi me auctoritas Eccleſiæ commoueret, tum etiam quia Euangelium, & Scriptura Canonica ideò eſt Canonica, quia eam Eccleſiam pro Canonica acceptauit credendo eam eſſe à Spiritu ſancto, vt etiam dicit Ioſephus, & iure datet, quia vt ſupra probatum eſt, eius eſt approbare aliorum ſcripta, vel certè reprobare, vt patet de Euangelio Nicodemi, & multis actibus Apoſtolorum, de quibus Hieronymus propter quod autem vnumquodque, & illud magis eſt, vnde maior eſt auctoritas Eccleſiæ, quàm approbatorum per Eccleſiam, ſicut & principiorum, quàm concluſionum.

Sed Eccleſia hoc determinauit, vt patuit ſupra in Extrauaganti Clement. 6. quæ facta eſt de conſilio Cardinalium, nec valet dicere, quòd non ſit in Canone, tum quia probauimus ex Scriptura omnes deciſiones Pontificis ligare ſub pœna vtriuſque mortis, & probauimus per Canones omnes deciſiones Apoſtolicæ Sedis accipiendas quaſi ex diuino ore beati Petri, & probauimus per antiquos Doctores hæreticum eſſe dicere oppoſitum, igitur dictæ deciſioni æquè ſtandum eſt, vt Scripturæ. Iuſudet nunc Martinus, & exclamet coram plebeia multitudine, iſta tamen fundamentu non eſt euaſurus.

Quantum ad quintum reſtat oſtendere, quòd quæ iſte obijcit, nec concludunt, nec pro magna parte ſunt ad propoſitum. Arguit autem contra iſtum theſaurum de meritis Sanctorum priùs, ſic orſus.

Dicunt, inquit, quòd Sancti in hac vita multa operati fuerunt vltra debitum, videlicet opera ſupererogationis, quæ nondum ſunt remunerata, ſed in theſaurum Eccleſiæ relicta, quibus fit per Indulgentias aliqua digna compenſatio, &c. & ſic volunt Sanctos pro nobis ſatisfeciſſe. Hęc ille.

Ad hanc reuelationem priùſquam ad argumenta deſcendamus.

Dico primò, quòd iſte in hoc, & in alijs, vel ſemper, vel creberrimè Sanctos, & Doctores probatos, aut peruersè intelligit, peruersè refert.

Dico enim primò, quòd nullus ex Doctoribus quos vllo vnquam tempore legi, dixit Sanctos in hac vita multa operatos vltra debitum, immò quicquid homo poteſt Deo exhibere debet ex debito creationis, & recreationis, vt probat Nider in præceptorio Præsb. 1. cap. 1. & præcep. 3. cap. 10. licet Deus non obligauerit non niſi ad quędam, vt ibi dicitur, & de reliquis pro nobis, & pro alijs poſſumus ſatisſacere Deo, vnde ſunt multa operati vltra debitum præcepti, non vltra debitum honeſti.

Dico ſecundò, nullorum Doctorum Illuſtrium hanc eſſe ſententiam, vt vlla Chriſti, vel ſanctorum merita ſint hactenùs irremunerata, & ſi quidam Canoniſtarum iſto vocabulo vtuntur, parcendum eſt, quippè, qui Theologicos terminos non vſque adeò ſubtiliſſimè tenent. Ego verò iſti in dialogo noſtrarum poſitionum reſpondens, dixi, quòd theſaurus hìc ſecundùm Sanctos tam Theologos, quàm Canoniſtas celebriores ſunt prædicta merita Chriſti, & Sanctorum, non ea ratione, qua merita, ſed qua ſatisſactiones Chriſto ſuperuacaneæ, ſanctis autem ſuperabundantes, ad quæ pauca verba, quia pœnè omnia eius ſundamenta euertunt, nihil dixit, niſi quod mea ſunt, & alibi dicit, quòd ſunt S. Thom. & tamen iam patet, quòd ſunt etiam aliorum. Vnde patet, quòd probationem ſuæ concluſionis, incipit à duobus falſis.

Arguit deinde. Primò, ſic concludens ex dictis. Ergo, inquit, Indulgentiæ, non ſunt Indulgentiæ, quod probo ſic, quia nõ ſunt gratuitæ remiſſiones, ſed alienæ ſatisſactionis applicationes, ſicut ſupra argumentatũ eſt de theſauro militantis Eccleſiæ ſcilicet, quòd tunc nihil efficitur virtute clauium, niſi translatio quædam operum, nihil autem ſoluitur, quod eſt contra verbum Chriſti, quodcumque ſolueris, &c.

Item quod tunc idem per claues agitur, quod de facto fit, quia ſi ſunt opera Sanctorum, non permittuntur otioſa iacere, ſed de facto ſuccurrent quibus poſſunt. Hæc ille.

Soluens autem dico primò, eum malè conclu-

concludere. ergo Indulgentiæ, non ſunt Indulgentiæ, ad probationem, quia ſcilicet non ſunt gratuitæ remiſſiones, nego conſequentiam, Indulgentia enim non eſt gratuita remiſſio, ſed exhibitio partis theſauri eſſentialiter, & conſequenter remiſſio, non gratuita, ſed gratia pij operis exequendi exhibita vt patuit. Venias autem eſſe gratuitas remiſſiones iſte ſua auctoritate, ſine ratione, vel auctoritate, quaſi manifeſtum aſſumit.

Dico ſecundò, quod virtute clauium ibi non fit primò, niſi translatio, vel applicatio ſatisfactionum, & conſequenter remiſſio pœnarum exoluendarum à peccatore in perſona propria, & ſolutio à tali obligatione, vndè falſum eſt nihil ibi ſolui.

Dico tertiò, quod ſine clauibus prædicta de facto non fiunt, nec tamen ſine clauibus opera prædicta ſunt otioſa, tùm quia ſuccurrunt aptitudine, quibus, & quando per Deum, & Pontificem placet, ſicut otioſæ non ſunt pecuniæ in burſa, futuram opportunitatem prudenter præſtolantes, tùm quia actu, & de facto per ſuam munerationem in Chriſto, & Sanctis, ea ratione, qua merita gloriam operantur, tametſi vt ſatisfactiones in æternum non euacuabuntur ex toto; tùm etiam, quia illis meritis participant, & iuuantur omnes, qui ſunt in charitate, non per viam Intentionis, vt fit in venijs, ſed per communicationem ex vi charitatis; vndè ſiue intendat, ſiue non intendat iuſtus, omnes, qui ſunt in charitate, meritis eius iuuantur.

Secundò arguit, nulla ſunt opera Sanctorum relicta irremunerata, quia, ſecundùm omnes, Deus præmiat vltrà condignum, nec ſunt condignæ paſſiones huius temporis, & reliqua.

Soluitur, nihil nos dicere oportet, niſi quod iſte Theologos aut non capit, aut non plenè citat.

Tertiò, nullus Sanctorum in hac vita ſufficienter impleuit mandata Dei, ergo nihil prorſus fecerunt ſuperabundans, quare nec ad indulgentias aliquid diſtribuendum reliquerunt; conſequentiam credo ſatis claram; ſed maiorem ita probo, vt non ſit dubitanda, ſed eius contraria ſit hæretica. Hæc ille.

Sed antequam deducantur probationes antecedentis, quod iſte maiorem appellat incongruæ, cùm in ſuo argumento nulla ſit minor, ad quam maior dicatur; volo reſpondere conſequentiæ, & eam nego vtique; & ratio negationis eſt, quia eſto, quòd tamen non affirmo, Sancti Dei mandata, aut etiam præcepta non plenè impleuerint: potuerunt tamen aliquid facere de numero Conſiliorum, vt vitam cœlibem ducere: alteri propter Deum obedire: aut etiam omnia propter Chriſtum relinquere: aut multotiès ſe propter Deum affligendo: aut propter proximum in generali, cùm tamen non teneretur; & conſequenter ſic aliquid theſauro Eccleſiæ relinquere. Conſequentiam ergo, quam claram credit: ego ſcio, & probaui falſam, & in falſitate claram.

Quamquam verò argumentum hoc ſatis ſit negatione conſequentiæ diſſolutum, tamen etiam ad antecedens, in quo totis viribus inſudat: placet aliquid dicere. Dico ergo, quòd ſenſum duplicem haber, ſicut & ſupra deductum eſt. Impletur enim Dei mandatum, vel præceptum: Primò, quando venitur ad finem mandatorum, vel præceptorum, qui eſt Deo totaliter inhærere, ſine interruptione per omnes animæ vires, quod in patria erit, non autem eſt poſſibile in via, nec tamen indè peccatur, ſicut nec Deus ad hoc nos ligat, vt tales ſimus in via, quales in patria: alioquin peccatum neceſſariò, & non voluntate admitteretur, ſicut etiam ducis præceptum de pugnando impletur, dùm venitur ad victoriam, quæ eſt eius finis: ad quem finem miles venire nequit, quando hoſtis eſt fortior: nec tamen indè peccat miles, ſi finem aſſequi pugnando nequiuit.

Secundò, impletur Dei mandatum, vel præceptum, quando homo conatur ad illud nihil faciens, repugnans fini mandatorum; & iſto modo Sancti illa impleront; ſicut & miles præceptum ducis, quando pugnat, nihil agens contra leges militares; & iſto modo negatur antecedens, & falſum patet in Beata Virgine, ſi tamen iſte veritatem tenet, quod ne venialiter quidem peccarit, quod tamen antecedens primo modo verum eſt: ſed illo modo non erat eis in via præceptum.

Probatur inquit antecedens. Primò, per illud Chriſti, Luc. 17. cùm feceritis omnia, quæ ſcripta ſunt: dicite ſerui inutiles ſumus. Sed ſeruus inutilis, citrà non vltrà feciſſe intelligitur,

Soluitur. Inutilem ſeruum aliquem eſſe poſſe, & non feciſſe citrà mandatum; Ipſa verba Chriſti, quæ iſte ſecum velut aliter Golias portat, vt ſuo mucrone excapitetur oſtendunt, dùm inutiles ſeruos dicit, eos, qui fecerunt omnia, quæ præcepta ſunt: (iſte autem pro li *præcepta*, poſuit *ſcripta*,) quod tamen longè aliud eſt, quia facere omnia eſt facere præcepta, mandata, & conſilia; vndè & ipſum Dominum, ſicut & ſeruos mendosè citat,

Dico vlteriùs, quòd more ſuo Scripturam, præter propoſitum citat, quia non dicitur ſeruus inutilis, quia non impleat, quod iuſtum eſt, ſed quia Domino nihil afferat vtilitatis: & ſic inutiles Deo ſerui ſunt: nedùm Sancti viatores, ſed etiam comprehenſores, quia Deo nihil exhibent vtile. Vndè Gloſſa interlin. & alij literales Expoſitores, in verbo [inutiles,] inquit, quia operum noſtrorum non indiget Deus.

Secundò, conatur probare antecedens per illud Matth. 22. qui ſapientes Virgines nihil protsùs voluerunt communicare de ſuo oleo, timentes ne ipſis quoque deficeret.

Soluitur. More ſuo non citat ad propoſitum: arguit enim argumento ſumpto à ſenſu myſtico, quod nihil eſt. Senſus autem illius parabolæ literalis intelligitur de ſaluandis, & damnandis, quibus Sancti nec merita, nec ſatisfactiones communicant. Quod verò dicitur, ne fortè, non eſt, quia plerique Sanctorum non habeant ſatisfactiones neceſſarias, & ſuperabundantes, ſed ſecundùm literales Expoſitores eſt quædam irriſoria fatuitatis reprehenſio, quaſi remittant fatuas Virgines, ideſt continentes, & contemplantes, ad auras populares captandas, ideſt ad ipſos earum inanes fines, vt indè habeant auxilium, ſi poſſunt.

Tertiò, Paul. 1. Corinth. 3. Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem; non dicit ſecundùm alienum.

Soluitur. Antequam iſte naſceretur iſtud argumentum ſolutum eſt; nec textus adductus eſt ad propoſitum, quia loquitur de mercede, quæ reſpondet merito, quod non communicatur, excepto eo, quod Chriſtus dicitur alijs meruiſſe: ſed nos loquimur de ſatisfactione, quæ communicatur.

Quartò. Galath. 6. Vnuſquiſque pro ſe reddet rationem. Et iterùm: Vnuſquiſque recipiet, prout geſſit in corpore.

Soluitur. Patet primum textum non eſſe ad propoſitum, quia ratio reddetur de peccatis: ſimiliter nec ſecundum, quia loquitur de merito, vt meritum: non vt ſatisfactio, & ſuffragium.

Quintò. Omnis eſt debitor Dei diligendi quantum poteſt, immò vltrà quàm poteſt. Sed nullus id fecit, nec potuit.

Soluitur. Stolidum eſt aſſerere aliquem ad impoſſibile obligari, maximè à Deo prudentiſſimo, & pijſſimo, vt ſupra probatum eſt; vbi dictum eſt, quòd Dei mandata grauia non ſunt. Vndè & iſte pro nihilo ducens contradicere ſibi, etiam alibi dicit, quod Deus nihil iuſſerit impoſſibile. Dico ergo, quod debito honeſtatis quiſque debet diligere Deum quantum poteſt, non tamen ex debito neceſſitatis. Nec illud: Diliges ex toto corde, &c. eſt præceptum nobis: niſi quantum ad hoc, vt nihil contra Dei amorem faciamus: ſed eſt quaſi ſignum, ad quod nos exerceamus, vt ei quantum poſſumus propinquemus, quod erit in patria: aliquo modo quantum ad omnes, & plus, & minus quantum ad aliquos.

Eſto autem verum ſit, quod iſte dicit: tamen, præter actum dilectionis, potuerunt habere ieiunia, & alia ad ſatisfaciendum pro Eccleſia: ſicut de ſe dicit Apoſtolus. Beatam autem Virginem, quam probat Albertus Magnus, ex amore vitam finiuiſſe mortalem; & Sancti tenent, numquàm peccaſſe venialiter: ſtolidum eſt dicere, non dilexiſſe Deum quantum obligabatur.

Sextò. Sancti per opus eorum omnium perfectiſſimum, ſcilicet mortem, martyrium, & paſſionem, non faciunt vltrà, quàm debent, immò faciunt, quod debent, etiam vix faciunt. Ergo multò minùs in alijs fecerunt plùs, quàm deberent.

Soluitur. Etiam modò non arguit ad propoſitum, quia non dicimus eos feciſſe plùs, quàm deberent debito neceſſitatis, vel honeſtatis, ſiue de bene eſſe: ſed dicimus, pleroſque plùs exhibuiſſe ſatisfactionis Deo per ſe, vel alijs, quàm deberent debito reatus pœnarum exoluendarum; & ſic nihil dicit ad propoſitum. Negatur tamen conſequentia; negatur etiam & antecedens de debito ſatisfactionum.

Septimò. Cùm tot ego inquit argumenta producam: illi autem pro ſua parte, nec vnum, ſed ſimpliciter narrationem, ſine Scripturis, Doctoribus, rationibus loquentur, poſſumus, immò debemus ab eorum ſententia omninò recedere.

Soluitur. Hîc me à riſu vix contineo. Patet enim, quid citarim, & quid iſte citarit. Et non poſſum non mirari, quia ſcio iſtum ſcire deciſionem Eccleſiæ ex ſuo teſtimonio: & ſcio eum aut vidiſſe Theologos, quibus fundamentis innitantur, aut leuiter moueri, & non veretur dicere, quòd nihil adducamus; cùm ex Doctoribus huiuſmodi ſententiæ, quam Eccleſia tenet, adduxerim rationes, Doctores, Canones, Scripturas, & deciſionem Eccleſiæ.

Nunc idem conatur probare auctoritatibus Sanctorum; & me iterum coget laborare in vanum, quia nihil ad propoſitum eſt dicturus.

Arguit autem ſic: Primò Auguſtinus: Omnes Sancti neceſſè habent orare: dimitte nobis debita noſtra; etiam tunc cùm bene fecerint eo, quòd Chriſtus nullum excepit, quando orare nos docuit. Sed qui confitentur debita, certè non ſuperabundant.

Soluitur. Dico primò, quòd iſte malè conſueuit allegare; & ideò hîc morem ſuum obſeruat; vndè Auguſt. non ſunt illa verba, etiam tunc cùm benè fecerint.

Dico ſecundò ſic: Aliquis Sanctus poteſt ſuperabundare operibus ſatisfactorijs; illis reatum, penè quo tenetur excedentibus: & tamen confiteri debita culparum minimarum. Vndè patet hoc argumentum non tendere ad ſignum diſputationis.

Secundò. Pſalm. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Et infrà: Pro hoc orabit ad te omnis Sanctus. Vndè Hieronym. dialo. 3. contra Pelagium: Quomodò, inquit, eſt Sanctus, ſi pro impietate ſua orat? Rurſùm: Si eſt impius, non eſt Sanctus. Itaque Sancti per orationem, & confeſſionem ſuæ impietatis, merentur ſibi non imputari peccatum.

Soluitur. Etiam hoc patenter non eſt ad propoſitum, vt patet ex ſua concluſione: immò ex omnibus, quæ adducit, ſequitur, quòd nullus ſit Sanctus, & aliquis ſit Sanctus. Nullus enim iniquus, vel impius apud iſtum eſt Sanctus. Sed aliquis Sanctus apud iſtum eſt impius, quia dicit Sanctos confiteri ſuam impietatem, quam vtique habent ſi eam confitentur, & ſunt Sancti. Ergo aliquis Sanctus non eſt Sanctus.

Dico autem, quòd dictum Pſalm. nihil aliud concludit, niſi bonum eſſe viro, cui peccatum parcitur; & dictum Hieronym. ſonat, quòd cum ſanctitate non ſtat impietas, niſi ipſa, vt præterita diſpliceat, quia peccata venialia, quæ in Sanctis reperiri poſſunt, nec iniquitates, nec impietates vſquàm apud Scripturas, aut Canones, vel Sanctos dicuntur.

Tertiò. Nàm diuus Auguſtinus in lib. 1. retractat. Omnia, inquit, mandata implentur: quando quicquid non impletur, ignoſcitur.

Tractat enim ibi quæſtionem; An Sancti implerent mandata perfectè, & negat; dicens, quòd magis ignoſcente Deo, quàm implente homine.

Soluitur. Iſte in iſtis verbis habet vnum intellectum erroneum, de quo infrà.

Nunc dico vt ſupra, quòd mandata Dei in via non implentur, quaſi veniatur ad finem mandatorum: ſed quia nihil fit contra mandata, etiamſi ipſa non expleantur toto

Digitized by Google

feruore poſſibili, quo caſu Sancti non peccane, nec Deus ignoſcit diluendo culpam; ſed ad culpam non ligando, dùm non obligat nos quantum obligare potuiſſet, vt patet ex Nider.

Dico vlterius, quod Sancti, aut ſemper, aut crebrò, aut interdum, implendo diuina præcepta, & mandara, atque Conſilia, opus bonum maculant peccato veniali, quod tamen ideo non deſinit eſſè bonum ex genere: immò, & vitæ æternæ meritorium ſuppoſita præſentia gratiæ diuinæ, veluti ſi orans, aut æleemoſinam tribuens propter Deum, & ſine debito, interim donec opus explcatur ſubrepat aliqua leuis gloriæ vanæ cogitatio, qua aliqualiter tangatur quamquam gratia huius opus non exequatur, & ſit veniale peccatum. ſicut beatus Bernardus prædicans inani gloria tactus in ſe reſpondiſſe fertur, nec propter te cœpi, nec propter te deſiſtam. Peracto ergo opere diuini mandati, remanet aliquod peccatum admiſſum contrà aliud mandatum puta de vana gloria vitanda, & ſic homo non eſt plenè purus, quia etſi liber ſit à peccato omiſſionis æleemoſinæ, vel orationis, non tamen à peccato humanæ elationis, ſed ſi, & iſta macula ignoſcente Deo diluatur eſt plenè mundus, & pro eo breuiſſimo tempore quod inter diuerſa venialia currit, eſt mundus, & plenè ignouit Deus. Et ſic dicit Auguſtinus. Omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur ignoſcitur. Et ſic Sancti non implent mandata perfectè, quia dum implent vnum, aliquando aliud tranſgrediuntur.

Dico vltimò, quod iſte Auguſtin. non intellexit; iſte enim tenet quod Sancti in omni bono opere peccauerint, quaſi illud imperfectè, & cum peccato agentes, nec potentes mandata implere diuina. Auguſtinus autem ibi hoc non diſputat: ſcilicet vtrùm Sancti in omni bono opere peccent, ſed vtrùm omnia mandata ſic poſſint implere, vt ſine peccato viuant, & concludit quod non, quia ſcilicet ſaltem venialiter peccant non eo, quod benè agunt. ſed in eo, quod, vel agunt malè, vel omittunt agere benè, ità quod iſte negat, & ex Auguſt. malè probat, cuius verba retractando de ſermone Domini in Monte ſunt hæc. Quod ſcriptum eſt: iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant, cùm exponerem nihil poſſe aliud intelligi, niſi vehementem perfectionis expreſſionem, ibi meritò quæritur, vtrùm iſta perfectio ſic poſſit intelligi, vt tamen verum ſit neminem vtentem voluntatis arbitrio, hìc viuere ſine peccato. A quo enim vſque ad vnum iota lex perfici poteſt, niſi à quo fiunt vniuerſa diuina mandata? Sed in eiſdem mandatis eſt etiam, quod iubemur, dimitte nobis debita noſtra, quam orationem dicit, vſque in finem ſæculi tota Eccleſia. Omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non fit ignoſcitur; hæc ille. Patet autem, quod non probatur ex dictis eiuſque homo in omni bono opere peccet, vt iſte intendit, ſed quod homo licèt impleat aliqua mandata, deficit tamen in aliquo mandato, per veniale, quia licèt poſſit vitare ſingula; alioquin non eſſent peccata, cùm nemo peccet in eo quod vitare non poteſt, vt ibi dicit Auguſtinus. non tamen poteſt vitare omnia, ſicut nec viuere ſine peccato. Et ità homo poteſt implere omnia diuina mandata diſtributiuè ideſt ſingula, non autem omnia collectiuè. Dicere autem, quòd homo in omni bono opere peccet, eſt dicere, quod peccabat Vincentius, dum ſuper prunas erectis in Cœlum luminibus, Dominum præcabatur, & cùm eum ſatebatur, quod eſt inſanire, maximè quia hoc peccatum oporteret aliquo alio bono opere diluere, in quo etiam peccaretur, & ſic oporteret hominem, aut numquam euolare ad Cœlum, aut cùm reatu pœnæ illud intrare, maximè apud iſtum, qui vult, quod etiam in Purgatorio ſit tempus operandi, & creſcendi in merito, & conſequenter peccandi in omni bono opere, quia non diligitur ibi, vltra poſſe. Prætereà cùm occurrat aliquando aliquid neceſſariò explendum ex præcepto Dei, ſi homo tunc obediat Deo, peccat per iſtum, & ſi non obediat etiam, & conſequentèr apud iſtum eſt neceſſarium, quod peccet, quod eſt inſanire. Prætereà ſi in omni opere bono peccat homo, cùm ſint quædam bona opera, quæ quis omittendo non peccat, vt Conſilia Chriſti ad quæ non tenetur, ſequitur quod opera perfectionis perſequi non deberet, quia ſi non operatur non peccat, ſi operatur peccat, quod verbis Domini repugnat dicentis. ſi vis perfectos eſſe &c. Præterea ſi in omni bono opere peccatur omnis oblatio ab homine Deo facta, eſſet peccato maculata, & immunda contra illud Malac. c. vltim. In omni loco offertur oblatio munda, nomini meo dicit Dominus. Quia tamen ſe Iſte hoc ad Dominum Ekium refert, contra quem eſt iſta ſi poterit defenſaturus, eidem quem contrà iſta ſcribere audio relinquantur. Miror autem, quod iſte qui Scripturam, aut Sanctos ferè numquam ad propoſitum citat, non induxerit verbum Iſai 64. loquentis ex perſona Iudeorum in præſenti captiuitate, quorum iuſtitiæ, ideſt, opera bona ex genere ſunt infidelitate maculata, & dicentis. Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Quamquam hìc iuſtitiæ non dicantur opera bona, ſed Sacramenta, & Sacrificia quibus olim Hæbrei iuſtificabantur, vtcumque, quæ nunc in vſu hominum ſunt fæda, cum ſit mortale ea exercere.

Quartò. Auguſt. 9. confeſſ. væ hominum vitæ quantumcumque laudabili, ſi remota miſericordia iudicetur. Ecce etiam Sancti indigent miſericordia in tota vita ſua. Ad quod illud Iob. Si etiam iuſtum quippiam habuero, Iudicem meum deprecabor. Quomodo ergo ſuperfluunt alijs, qui ſibi non ſufficiunt? Soluitur. Si verba Auguſtini iacerent, vt iſte allegat, etiam Beatæ Virgini eſſet veh. ſi ſecluſa miſericordia iudicaretur. Auguſtinus autem non habet illud verbum, quantumcomque, ſed loco eius habet, etiam; Sic enim loquens de Matre inquit. Quamquam illa in Chriſto viuificata etiam nondum carne reſoluta ſic vixerit, vt laudetur nomen tuum in fide moribuſque eius, non tamen audeo dicere ex quo eam per Baptiſmum regeneraſti nullum verbum exiſſe ex ore eius contra præceptum tuum. Et dictum eſt à ve-

ritate filio tuo, ſi quis dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis, & veh etiam laudabili vitæ huminum, ſi remota miſericordia diſcutias eam, quia verò non exquiris deliĉta vehementer, fiducialiter ſperamus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Hæc ille, qui deindè pro peccatis ſuæ Matris Dominum præcatur. Ex quibus patet, quod non loquitur Auguſtinus de omni vita quantumcumque laudabili, ſed de vita hominum in communi, etiam ſi attingat ad gradum vitæ laudabilis, in quo tamen multi ſunt gradus. Nec intendit, quod in tota vita, ſeu in omni opere indigeat homo miſericordia, vt iſte infert, ſed intendit, quòd homines, etiam aliquando vitæ laudabilis aliqua admittunt peccata, quæ aut obliuiſcuntur, aut non magnifaciunt, propter quæ tamen pius Deus non omittit miſericordiam facere. Ex hoc tamen non habetur, quin omnes, vel multi Sancti ſufficiant ſibi ad acquiſitionem gloriæ per gratiam, & ad euadendas purgatorias pænas per ſatisfactiones, quandò plerumque his ſuperabundant, vt Eccleſia determinauit. Ad Iob autem dico, quod verebatur omnia opera ſua, vt ipſe dicit, ſcilicet ne in eis ſubrepiſſet veniale, aut fortè etiam mortale, quod non aduerteret, ideò orabat ſemper ſibi dimitti peccata, quæ ſe admiſiſſe fortè neſciebat, ſcilicet verebatur, ſecundùm illud Pſal. Delicta quis intelligit.

Quintò. Beatus Auguſtinus lib. 2. aduersùs Iulianum inducit decem antiquos Patres Eccleſiaſticos in eandem ſententiam, & illorum auctoritate nititur, probans nullum Sanctum in hac vita ſine peccato eſſe, ſecundùm illud primæ Ioann. 1. ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Soluitur. Admitto de peccatis venialibus, ſi Sanctos omnes includamus, excepta Virgine, item etiam ſi de mortali pro eo tempore quo Sancti non ſunt, ſed ex hoc nihil habetur contra ſententiam noſtram immò Eccleſiæ. Intelligo tamen ſic, vt eſſe ſumatur pro viuere, vt idem ſit non eſſe ſine peccato, quod non viuere, ſine puncto ducitur, non quia aliquando aliquis ſit ſine omni peccato, ſed quia nullius vita, ſine peccato ducitur tota. Quod tamen adducitur de Ioanne, non intelligitur de veniali, vt per expoſitores patet, etſi de veniali verum ſit ad hunc ſenſum, quod nemo in tota vita, ſine veniali eſt, niſi ex ſpirituali diuinæ gratiæ beneficio.

Deindè verò iſte dicit quędam non arguendo.

Primùm. Et vt inquit aliquando audax ſim, ea quæ iam dixi, proteſtor me non dubitare, ſed paratus ſum ignem, & mortem ſuſcipere pro illis, & hæreticum aſſeram, omnem qui contrà ſeparauerit. Hæc ille. Dico autem, quod ſi moriatur pro illo dicto, quod Sancti plus obligantur diligere quàm poſſint, & pro nonnullis alijs, ardebit hic, & alibi, multis compatientibus, & multis fortè etiam ridentibus.

Secundùm. Admittendo, quod verè ſuperfluerent merita Sanctis, neſcio inquit ſi facis dignum opus fieret ab Eccleſia, vt tam præcioſa merita tam viriliter expenderet ſcilicet pro ſolutione pænarum, quæ eſt donum Eccleſiæ viliſſimum, & viliſſimis donabile, vt ſepè dictum eſt; Martirum autem, & Sanctorum pænæ, debent eſſe potiùs exemplum ferendarum pænarum. Hæc ille.

Dico autem primò, quod iſte non plenè intelligit Indulgentiarum naturam, quæ, & ſi dentur ad remittendas pænas, non tamen pro remittendis pænis; ſed proprijs operibus exercendis ad quæ, vt fideles prouocentur, inducuntur remiſſione pęnarum.

Dico ſecundò, quod dicta remiſſio concomitanter habet donum, quo poſt merita nullum nobilius eſſe poteſt, ſcilicet diuinæ viſionis accelerationem, quam habere nequimus, niſi pœnis debitis exolutis.

Dico tertiò, quòd quantò anima eſt ſanctior, & præſtantior in gratia, tantò magis ei expediunt indulgentiæ, ſi pænarum reatu aliquo detinetur, quia quantò præſtantior eſt, tantò eſt de diuina viſione fragantior, quæ per venias ei præſtatur.

Dico vltimò, quod propter venias Sanctorum pœnę non ſunt minus in exemplum.

Tertiùm. Nam recitat contrà ſe reſponſionem ad prædicta, dicens. Hic inquit longe audio quorundam argutum argumentum, Verum eſt inquiunt, Sancti non fuerunt ſine peccato in hac via, ſed veniali, nihilominùs plura potuerunt facere, quàm deberent. Hæc ille.

Et dico, quod iſta reſponſio eſt perfecta, quia multi Sancti fecerunt plura opera ſatisfactoria, quàm deberent, primo debito reatus pænarum quo tenti ſunt, vt maximè patet de Beata Virgine, quæ nullo reatu pænæ peccati actualis tenebatur, nec originalis cùm fuerit baptizata, vt creditur, omnes autem, qui euolarunt ſaltem tantùm fecerunt quantum debuerunt. Nullus tamen fecit vltra, quàm debuit diligendo, & merendo debito honeſtatis, quia ſic quiſque debet diligere, & ad bonum conari quantum poteſt, licèt ad hoc ſit minimè obligatus, ſed ſolùm ad nihil facere contrarium dilectioni, & ad Dei mandata ſeruanda.

Dico ſecundò, quod fecerunt vltrà debitum præcepti, & mandati, quia ea exercuere, quæ ſunt Conſiliorum, quibus potuerunt ſatisfacere pro nobis. Iſte autem nihil habens contrà tam ſolidum iſtorum reſponſum, tria facit incongruè, primò ſe ad probra vertit, deindè nouum errorem, quem diu mente geſſit, ſine aliqua probatione ſua auctoritate euomit, tertiò Beatum Bonauenturam, ſine ratione reprehendit. Ait enim contra dictam reſponſionem. Cum iſtis, quidem obtuſiſſimis ingenijs, difficilè eſt agere in hac re, tamen breuiter dico id eſſe peccatum veniale, quia minus faciunt, quàm debent, non autem id quod ipſi fingunt ſolùm veniale peccatum, ſcilicet riſum, verbum leue, cogitationem, eſt quidem hoc veniale peccatum, ſed magnum veniale, verùm etiam opus bonum optimè factum eſt veniale peccatum, vt patet ex Beato Auguſtino ſupra. Tunc mandata complentur, quando quicquid per nos non impletur ignoſcitur, quod in omni opere bono fit ſemper enim ibi venia petenda eſt ſecundùm Orationem Dominicam. Sed hæc aliam diſputationem requirunt, de quo aliàs,

Indè

Indè Sanctus Bonauentura, cùm aſſeruiſſet hominem poſſe eſſe ſine veniali peccato, vtiq; defecit Sanctus Homo. Hæc iſte. Dico autem primò, quod non conſueuerunt eſſe obtuſa ingenia, quę veritatem inueniunt, quam ingenia præclara inuenire nequiuerunt, & iſtius maximè, qui tanti ſe putat, & aſſerit vt poſſit Ariſtotelem probare inſipientiſsimum.

Dico ſecundò, quod Sancti amando Deum, aut eius præcepto ſeruando, ſi non ſemper toto poſſe naturæ ſuæ, aut ſuæ charitatis operantur, non ideò peccant, niſi aliud agant contrà legem, aut feruorē ſanctæ charitatis, quia ad illud Deus eos non ligauit, ſed neq; poſsibile eſt, vndè ſecundùm Aug. in lib. de perſec. iuſtitiæ illud præceptum diliges, in Patriam ſolùm Implebitur, ſed, & ibi ſolùm impleri poteſt, alioquin ſi in omni bono opere neceſſariò peccet homo, cùm etiam in aliquo bono opere omittēdo neceſſariò peccet, in aliquo tali erit perplexus, & neceſſariò peccabit, ſiue agat ſiue omittat. Et ſic vt ſupra dicebatur Vincentius in prunis orans, & fidem confitens neceſſariò peccabat, quod eſt ſtolidum, & nullus poſſet ad Cœlum euolare, vt ſupra dictum eſt. Sed quia iſte in hoc videtur ſe referre præclaro viro Domino Ekio, contra quem hunc errorem ſuſcepit defendendum, cum dicit hoc aliam diſputationem exquirere, eidem Domino Ekio quæ contrà iſtum, vt audio ſcribit, relinquo, feſtinans ad huius operis finem.

Dico tertiò, quod ad Auguſt. quem adducit patet ex dictis.

Dico quartò, quòd ex Oratione Dominica habetur quidem, quòd veniam petamus, verùm de peccatis, non autem de bono opere, ne Iudæi videantur meliores, Deo de bono opere non lapidantes.

Dico vltimo, quòd hominem poſſe eſſe aliquando ſine peccato, ſanctus Bonauentura benè, & catholicè dixit, non quod homo quiſquam, beata Virgine excepta, poſſit vitam ducere ſine veniali, ſed quia poteſt eam ducere ſine mortali, aut totam, aut partem, & poteſt aliquando per contritionem abolere culpam venialem, & aliquo ſpatio ab ea cauere, quod etiam probo. Nam ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit, Prouerb. 8. Clarum autem eſt iuſtum, non peccare eo inſtanti quo à peccato ſurgit, quòd peccare, & à peccato recedere oppoſita ſint, poſt inſtans verò quo reſurgit, ſi peccat, in alio inſtanti ſit neceſſe eſt, & conſequenter tempore quod inter inſtantia duo currit ſine peccato ſit oportet.

Deindè verò iſte conatur probare merita Chriſti non eſſe theſaurum, vndè fiant indulgentiæ, immò veriùs conatur negare, adducens multas cauſas negandi. Prima, inquit, quia ipſi qui hoc tenent non probant, ſed ſimpliciter narrant. Hęc ille. Dico autem Sanctus hoc ex Scriptura probaſſe, deindè etiam ex deciſione Eccleſiæ probatur, quam iſte ſe vidiſſe teſtatur in literis ſuis ad Reuerendiſſimum Legatum Alemaniæ, Magiſtrum Thomam Gaietanum. Vndè miror iſtum ſic loqui, ſed diligentius conſideranti miraculum tollitur, quia deciſionem Eccleſiæ iſte nihil extimat, vt patet hìc vbi ſubiungit. Dixi priùs, inquit, quod in Eccleſia aliquid aſſerere, cuius nulla poteſt ratio, vel auctoritas reddi, eſt Eccleſiam hoſtibus, & hæreticis irriſioni exponere, cum ſecundùm Apoſtolum Petrum teneamur rationē reddere de fide, & ſpe, & Paulus, vt ſit Epiſcopus potens in doctrina ſana etiam contradicentes redarguere. Hic autem à Deo eſt nulla auctoritas, vt ſi hodie determinaret Eccleſia Romana poteſtatem affirmatiuam, nihilominùs maneret idem periculum, ſcilicet quia non poſſumus rationē reddere aliam, niſi quia ſic Papæ, & Romanæ Eccleſiæ placuit. Sed quod iſta ratio faciet, ſi ab his vrgeremur, qui Romanam Eccleſiam non ſequuntur? vt hęreticis bigardis. Hi non voluntatem Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, ſed vel auctoritatem, vel rationem probabilem quęrent. Et certè iſte eſt mihi, vel vnicus ſcopus in iſta materia tota. Hæc ille.

Dico autem primò, quod de Catholica fide reddere poſſumus rationem in communi, dicendo, vel quod ſit adeò per Scripturam pronunciata, vel per miracula firmata, & ità intelligitur ad literam auctoritas Petri, & Pauli allegata, vt ex gloſs. ordinaria, & alijs literalibus expoſitoribus patet, in ſpeciali autem quantum ad omnia ſpectantia ad fidem non eſt neceſſe, quod ſimus parati reddere rationem aliam in ſpeciali, vel auctoritatem euidentem, quod probo quia ſi ità eſſet, iam nullum dubium emergere poſſet in fide, non rationabiliter deciſum, quia cuiuſlibet dubij eſſet vna pars vera, pro qua reddere poſſemus auctoritatem, vel rationem, quod experientia falſum docet. Poſſumus tamen reddere rationem de fide in ſpecialibus dubijs generalem, allegando Euangelium, quod Chriſtus ſpopondit ſe aſſuturum Eccleſię, & daturum ſpiritum Sanctum, qui eam doceret omnem veritatem, quo fit vt in re dubia Eccleſia à ſpiritu Sancto moueatur ad veritatem ſeligendam, & quod illa crediderit, ſit oraculum cœleſte. Et ſic factum legimus in primo Concilio act. 15. vbi Apoſtoli decidendo quæſtionem legalium, nullam auctoritatem, vel rationem adduxerunt, niſi in generali, & deindè quęſtionem reſoluerunt per ſic credimus, vel ſic videtur nobis. Vndè ibi de Petro ſic legitur. Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres, vos ſcitis, quàm ab antiquis diebus, Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere, & qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit dans illis Spiritum Sanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos, & illos fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tempeſtatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices Diſcipulorum, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri credimus ſaluari quemadmodum, & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes, quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in gentibus per eos. Poſt Petrum verò Iacobus loquens adduxit prophetiam, qua probauit, quod Deus ſtatuerat eligere populum ex gentibus, & confirmauit ſententiam Petri dicens, propter quod ego iudico, &c. Deindè totum Collegium confirma-

firmauit dicens. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, &c. Hæc ibi.

Nunc ergo dicat Martinus in ſpeciali, quam rationem adduxit Petrus, vel Iacobus, aut Concilium, de quæſtione illa in ſpeciali, niſi credimus iudicamus videtur. Et hoc idem fecit Innoc. in Concilio Generali de ſumma Trinitate, & Fide Catholica, firmiter credimus. Et idem Gregor. X. in Generali Concilio Lugdun. eodem tit. lib. 6. fideli, ac deuota profeſſione fatemur. Et idem Clem.V. in Concilio Vienn. eodem tit. in Clement. fidei, inquit, Catholicæ fundamento præter quod reſte Apoſtolo, nemo poteſt aliud ponere, firmiter inhærentes, apertè cum ſancta Matre Eccleſia confitemur, &c. Idem etiam in Concilio Conſtantienſi fecere Patres in Hieronymum de Praga, Ioannem Vvicleff, & Ioannem Hus. Dicat ergo nunc Martinus meus in deciſione articulorum fidei, quam rationem adduxerunt Apoſtoli in ſpecie, aut Concilia, niſi auctoritatem Eccleſiæ exponentis fidem ſuam.

Dico 2. quòd ſi Eccleſia Romana partem affirmatiuam determinaret, nullum eſſet periculum, quia deciſio eius regula credendi eſt, à Deo nobis tradita, & qui ità non credit, vt iudicat, & credit ipſa, hæreticus eſt, vt ſæpè probatum eſt, èsto quod nullam aliam rationem poſſimus reddere in ſpeciali, quia iſta auctoritas Eccleſiæ maxima eſt, quàm & Dei auctoritatem probauimus eſſe infallibilem ſupra. Dicemus ergo non quidem ità Eccleſiæ placuiſſe, vel Papæ, vt iſte irriſoriè dicit, ſed ità Eccleſiam, ac Papam ſenſiſſe, & credidiſſe, quæ eſt auctoritas diuina, qua fidem in ſpeciali probamus.

Dico 3. quod ſi vrgeamur ab hæreticis, non eſt neceſſe, vti auctoritate Scripturæ ſi nulla eſt, ſed neque Eccleſiæ ſi ei non credunt, ſed ſi detineri poterunt interrogandi erunt, an ità ſentiant, vel ſecus, & ſi aliter quàm Eccleſia ſentiunt, iudicabuntur hæretici per capitulum ad abolendam de hæret. & ſi reſipiſcere volent hos Eccleſia miſericordiæ viſceribus complectetur, alioquin hic, & alibi ardebunt, quod ſi eos detinere nequiuerit, Deus vt aſſolet pro Eccleſia iudicabit, & malè, vt olim ità nunc quoque peribunt.

Dico vltimò, quod iſte, qui pro fine in hac materia habet inuenire auctoritatem, vel rationem probabilem, meliùs faceret ſentire cum Eccleſia, quæ iam decidit, quæque in fide multa olim decidit ſine auctoritate ex aſſiſtentia Spiritus ſancti, vt patuit de Apoſtolis act. 15. & iam deductum eſt.

Secunda cauſa ſua. Omnia, inquit, argumenta hic plùs valent, quæ de theſauro militantis Eccleſiæ, & Sanctorum meritis adducta ſunt, ſcilicet primò, quia tunc indulgentiæ non ſunt indulgentiæ, ſed translatio operum aliorum ad alios, & vera, ac legitima ſatisfactio, quia id facimus, quod per alium facimus, at per indulgentias pœnitentialis ſatisfactio eneruatur de pœnit. & remiſs. cum ex eo, non ait transfertur, ſed eneruatur. Secundò quod tunc Eccleſiæ claues nihil faciunt, & verè vilificantur, quia non ſoluunt, ſed ligatum alio transferunt, ac impium eſt dicere, quod clauis non ſoluat, ſi autem ſoluit totum tollit. Tertiò quod merita Chriſti de facto, ſine clauibus idem operantur, non enim erunt otioſa. Quartò quod tunc inſignis fit irreuerentia meritis Chriſti, ſi tantùm pœnæ relaxationi expenduntur, cum ipſe per ea fuerit exemplum omnium Martyrum. Contrarium itaque erit naturæ meritorum Chriſti, vt ſeruiant pigris, quæ extimulant etiã feruentes. Soluitur. Quamquã ad omnia iſta argumenta iam abundè reſponſa dederim, quia tamen eorum aliqua ſub noua forma deducit, dico ad primum, quod tranſlationes alienorum operum ad alios pro abolenda criminum pœna, ſunt veræ indulgentiæ, & vera ſatisfactio ſimul, nec iſta repugnant, quod ſcilicet alicui detur indulgentia, & quod alius ſatisfaciat pro eo, immò ſunt idem, quia dum Papa indulget Chriſtus, & Sancti pro eo cui Indulget ſatisfaciunt, vel ex eorum meritis ſatisfit. Indulgentiæ verò ideò dicuntur, quòd homini communicatur ſatisfactio alterius, vt ipſe ſatisfaciat quidem, ſed non per ſe, verùm per Chriſtum, & Sanctos. Satisfactio autem, quæ per indulgentias apud canones eneruatur, ea eſt quæ per ipſum peccatorem ſuis operibus exercenda erat, non autem ea, quæ per opera Sanctorum, & Chriſti, immò iſta per indulgentias exercetur. Vndè iſte non capit doctrinam Sanctorum.

Ad ſecundum dico, quòd claues Eccleſiæ ibi primò quidem operantur diſtributionem meritorum Chriſti, & Sanctorum, conſequenter verò ligatum ſoluunt, non transferendo ligatum aliò, ſed transferendo quædam ad ligatum, videlicèt merita prædicta. Quod verò dicitur clauis ſi ſoluit totum ſoluit, ſuperfluè, & impertinenter ad argumentum additum eſt, dico tamen hoc verum eſſe vbi ſolutio ligaminis impartibilis eſt, vt in grauioribus culpis, quarum vna ſine reliquis non aboletur, quam Deus totum hominem ſaluum facit, ſecùs in pœnis, quæ ſicut per ſuffragia quandoque paulatim ſoluuntur, vt de Monacho Gregoriano patet in 4. Dialog. ità & per applicationem ſuffragiorum Chriſti, quæ per clauem diſpenſantur, pro voto Pontificis maximi ſtante rationabili cauſa.

Ad tertium totum negatur: alioquin nullus intraret Purgatorium, infinita Chriſti ſatisfactione à reatu pœnæ, plenè ſolutus. Nec tamen ſunt otioſa merita pro quibus Chriſtus eſt glorificatus, & ſatisfactiones in neceſſitates futuras paratæ, & nobis in exemplum imitationis propoſitæ. Otioſum enim non eſt quod operatur, immò nec quod non operatur, quando non debet operari.

Ad quartum dico iſtum non intellexiſſe naturam indulgentiarum, aut finxiſſe, non enim merita Chriſti expenduntur relaxationi pœnæ dumtaxat, ſed excremento bonorum operum, ad quæ nos per venias pia mater Eccleſia ducit, nec eſt contra naturam meritorum Chriſti, vt ſeruiant pigris, vt ad eleemoſynas, & alia pia opera excitentur, eſt autem contra diuinam pietatem, quòd pigri parum, & nihil boni operantes per Martinum, etiam ab his paucis bonis, quæ gratia veniarum faciunt reuocentur, maximè cum tot falſitatibus, erroribus, detractionibus, & mordacibus verbis.

Tertia cauſa, inquit. Reſpondeant mihi ad

hi ad iſtam contradictionem. Beatus Thom. & Bonau. & ſui ſequaces conſtanter, & vnanimiter dicunt, primò quod opera bona ſunt meliora, quàm indulgentiæ, & ſecundò quod per indulgentias applicantur, & expenduntur merita Chriſti, tertiò merita iſta Chriſti incomparabiliter ſunt meliora, quàm noſtra bona opera. Hìc ergo concludo, inquit, & infero, infelix, qui non dimittit opera ſua bona, & ſolùm quærit opera Chriſti, indulgentias, cùm ſint meliora. Soluitur. Dico primò, quod iſte ad argumentum ſuum reſponſionem pleniſſimè eiuſmodi argumentum euacuantem recitat, contra quam in vanum nititur, vt patebit, priùs tamen quàm ad illam deſcendam, aliam affero. Dico enim quod de venijs dupliciter loqui poſſumus, videlicèt ſecundùm ipſam eſſentiam, ſiue ſubſtantiam veniarum, qua aliud ſunt nihil quā applicatio theſauri ex qua ſequitur relaxatio reatus, & pœnæ, quod facit ad accelerationem gloriæ, & præmij eſſentialis, ſecundò verò conſiderari poſſunt, iuxtà cauſam propter quam dantur, & ſine qua non dantur, puta eleemoſynam, ieiunium, orationem, pugnam contra infideles, aſſiſtentiam ad diuina, & infinita eiuſmodi, quod facit ad gloriæ, & præmij eſſentialis augmentum. Et quidem primo modo dicunt Doctores opera ſatisfactionis, ſimpliciter eſſe venijs meliora, bonum eſt enim gloriam accelerare, vndè Paulus cupiebat, & cupit omnis chari pendens charitate Deum, diſſolui, & eſſe cum Chriſto. & nos defunctis ſuffragamur, vt in glorioſam requiem traducantur, ſed augere gloriam ſimpliciter meliùs eſt, quàm accelerare, quia in ſpiritualibus apud. Auguſt. eſſe maius, & eſſe meliùs idem eſt. At ſecundo modo ſe habent, vt excedentia, & exceſſa, quàm opus exercitum gratia veniarum aliquando meliùs eſt ſimpliciter alio opere expiatiuo, & communiter meliùs eſt aſſequi venias, ſicut meliùs eſt dare eleemoſynam pauperi pro venia, quàm ieiunare ſine venia, quia eleemoſyna ieiunio præſtantior eſt, aliquando verò eſt è contra, ſicut meliùs eſt dare eleemoſynam pauperi, quàm ieiunare pro venia, vt in vigilia Corporis Domini, cæteris verò paribus, pura quia hìc, & ibi eſt eleemoſyna æquè Deo grata, meliùs eſt mereri per bonum opus, & aſſequi venias quibus impedimentum gloriæ remouetur, ideſt reatus pœnæ, quod etiam bonum eſt, vt probauimus, quàm mereri ſolùm, quia duo bona ſunt hìc, ibi vnum. Et ſic iſte propoſitionem multiplicem, aſſumit vt ſimplicem. Et ideò non poteſt inferre, quod ſit meliùs ſimpliciter relictis operibus noſtris vacare indulgentijs, ſed concluditur ſolùm in caſu, & hoc concedo. Vndè bonum eſt indulgentijs vti, per bonum opus, primò vbi homo neque illud [illegible] neque aliud erat expleturus, ſecundò vbi erat expleturus minùs bonum; tertiò vbi reliqua ſunt paria.

Quod verò dicit, quòd debemus præoptare merita Chriſti, quàm noſtra, quia ſunt meliora, dico quòd ſi de meritis Chriſti loquamur ea ratione, qua merita, non poſſunt fieri noſtra, quaſi pretijs nos mercedem capiamus, vt patuit ſupra, ſi verò loquamur de eis ea ratione, qua ſatisfactiones, ſic poſſunt eſſe noſtra, & in hoc venia conſiſtit, quòd illa nobis donantur, ſed ſic eſto ſint in ſe meliora, quàm merita noſtra, non tamen ſunt meliora nobis, vt dictum eſt. Sic ergo patent duo, primò quòd Sancti non contra dicunt, ſecundò, quod Sanctos iſte non intellexit.

Nunc adduco reſponſionem, quam recitat, quam & approbo, & probabo bonam.

Dicit enim. Reſpondebunt forte ſic. Chriſti merita ſimpliciter ſumpta meliora ſunt noſtris operibus; ſed ſic nobis per indulgentias non applicantur, ſumpta verò, vt ſolùm ſunt ſatisfactoria pro pœnis iſto modo applicantur.

Reſpondeo inquit. Proba quod dicis. Quid ſi nolim iſtud tibi credere nuda narranti? Hæc ille.

Dico verò primò, quòd experti dialecticas regulas, ſciunt reſpondentem ad argumentum non oportere probare, quæ dicit, ſed ſat eſſe negare, & diſtinguere, vnde argumentum ſolutum eſt eſto nihil probetur.

Dico 2. quòd illam diſtinctionem probo probabiliter, deindè etiam demonſtro. Et probabiliter quidem, quia illa eſt Petri de Palude, & Archiepiſcopi, & nunc omnium iuriſtarum, ac Theologorum conſentientium Eccleſiæ in venijs, qui omnes dicunt Deum Chriſto, & ſanctis retribuiſſe pro meritis, & tamen eadem merita iam retributione munerata, ſuffragantur nobis per modum ſatisfactionum, quæ doctrina neceſſariò diſtinctionem illatam infert ac probat. Et præterea canones ad ſuffragia pro mortuis nos hortantur, 13. qu. 2. non extimemus, & cap. quia alij, & c. animæ, de con. diſt. 5. non mediocriter, immò ea non reddentibus comminantur, 13. qu. 2. qui oblationes, & reſt. ſi hæres, & dum ſuffragamur meremur nobis, quia opus de genere bonorum ex conſilio, vel mandato maiorum exercemus, & ſatisfacimus pro aliorum reatu. In eodem ergo opere diuiditur à merito ſatisfactio. Demonſtratur autem idem ſic.

Nam Chriſtus pro ſua paſſione à Deo muneratus eſt, iuxtà illud Lucæ vlt. oportuit Chriſtum pati, & ità intrare in gloriam ſuam, & Philip. 2. propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen &c. & tamen eadem paſſio fuit pro nobis ſatisfactio, & continuè eſt & erit, vt confeſſum eſt. Probata ergo eſt bonitas reſponſionis.

Sed iſte contra arguit, aſſumit autem falſum negatum videlicet Sanctos aliqua opera feciſſe non remunerata.

Quarta inquit cauſa. Nam gloſſ. de pœnit. & remiſſ. quod autem, arguit. Si indulgentiæ ſunt remiſſiones pœnarum omnium, non debet homo vltra ieiunare, vel bona facere. Soluitur gloſſ. ibi malè ſuo more citat, quæ aliter habet, videlicet, quòd ſi aſſequutus indulgentiam, verè ſatisfecit Eccleſiæ, non tenetur vltrà ieiunare de neceſſitate, ſed de honeſtate, quia neſcit an dimiſſa ſint ei peccata, de Purg. cap. vlt. ibi, & ſi ſimplex fuero &c.

Iſte autem errorem vnum tenet contra omnes Sanctos ſine probatione, quod ſcilicet homo ſit certus de remiſſione peccatorum ſibi facta per claues, & de remiſſione pœna-

rum

rum per venias, alioquin inquit blaſphemantur claues, & merita Chriſti, quaſi non ſufficiant abolere mea peccata. Ego autem dico cum omnibus Theologis, & Canoniſtis, quòd homo non eſt certus ſe habere gratiam, & conſequenter ſe eſſe contritum, aut ſine culpa, vel reatu pœnæ, licèt habeat de hoc coniecturas, & hoc non eſt Blaſphemia in claues aut merita Chriſti, quia dubitatio non venit ex inſufficientia eorum, ſed ex hoc, quòd homo neſcit ſe feciſſe quod requirunt claues in abſolutione à culpa, vel pœna, ità quòd dubitat ex parte ſua non Dei. Ad quod quidem præter Doctores, adducitur prædicta gloſs. & experientia.

Quis enim in mundo tantum fidit, vt ſciat, aut certus ſit ſine hæſitatione ſe habere gratiam, & contritionem. Hoc quiſque in ſe experitur. Et quamquam aliquis nihil ſibi conſcius ſit, in hoc tamen non eſt iuſtificatus, 1. Corin. 4. Neque me ipſum iudico (videlicet approbando ſe eſſe ſine peccato) vt literales exponunt. Nihil enim mihi conſcius ſum (gloſs. interlin. ideſt de nullo peccato conſcientia me remordet) ſed non in hoc iuſtificatus ſum, gloſa. delicta enim quis intelligit.

Per hoc autem patet ad magnam iſtius hic Pharaginem, in qua etiam innehit contra lumen Mundi Thom. Bonau. Alexandrum, Antoninum, Pet. de Pal. Aug. Anch. & omnes Canoniſtas, quòd in hac re ſuerint in errore diu, innehit etiam contra Ariſtotelem ſe oſtenſurum aſſerens, quàm inſcius fuerit, de quo tamen, vt Auerroem, ac Boetium omittamus; Hieron. in norma Virginum dicit, quòd prodigium fuerit, & pergrande miraculum, cui etiam infuſum ſit pœnæ quicquid natura capax eſt humanum genus, vt etiam priùs dictum eſt. O fœlicem noſtram ætatem, quam tanta ſapientia exornat.

Addit tamen vnum, quod virum iſtum qualis ſit euidenter aſtruit. Cùm enim aliàs ſuis literis aſtruat ſe nouiſſe extrauagantem Clementis 6. in qua de dicto Theſauro deciditur omne, quod diximus, iſte hic dicit Papam ſentire ſecum, qui inquit & ſi concedat indulgentias, numquam tamen dicit, quòd ſint de Theſauro meritorum Chriſti, & Eccleſiæ, quaſi ſcilicet non viderit, quod ſe vidiſſe teſtatur.

Quinta inquit cauſa. Nulli datur gratia contritionis, quin ſimul ei dentur merita Chriſti. Ergo ante indulgentias habet Theſaurum meritorũ Chriſti. Soluitur. Dico quòd merita Chriſti ea ratione, qua merita, nulli dantur, ſed ſemper ſunt propria, vt ſupra probatum eſt, communicantur autem omnibus gratiam Chriſti habentibus, ad hunc ſenſum, quòd ex meritis Chriſti aliquem effectum puta lętitiam, confortationem in bono, liberationem à malo, & eiuſmodi, aſſequuntur, ſicut Loth ex meritis Abrahe cautus eſt, à ſubmerſione Sodomorum, ſicut dicitur Gen. 19. recordatus eſt Dominus Abrahe, & liberauit Loth, &c. Et hoc participium, vel communicatio eſt ex vi charitatis, nulla interueniente intentione, eius cuius ſunt merita, quomodo quilibet habens gratiam Chriſti participat quęlibet merita Sanctorum. Et de iſta aſſequutione meritorum Chriſti procedit antecedens, & conſequentia, & totum argumentum, ſed nihil eſt ad propoſitum.

Merita etiam Chriſti, non eo quo merita, ſed eo quo ſatisſactiones, communicantur peccatori per iuriſdictionis claues quibus diſpenſantur dum indulgetur, & hæc communicatio non eſt, ex vi charitatis, ſed ex vi intentionis, non Chriſti, vel Sanctorum, qui aliqua fecerunt non pro iſto, vel illo in particulari, ſed ex vi intentionis Papæ indulgentis. Et de iſta acquiſitione meritorum negatur antecedens primò, deindè verò etiam conſequentia.

Eſt & alius modus communicandi ſatiſfactiones, qui fit per clauem Ordinis, qui eſt immediatè à Deo, ſicut & omnis effectus clauis ordinis, vt in abſolutione Sacerdotis, ſed per iſtum modum licèt auferatur pars pęnæ, non tamen tota regulariter.

Et hæc omnia in hac ſolutione dicta, de mente ſunt Petri de Palud. in 4. diſtinctione 20.

Sexta cauſa. Alioquin, inquit, fæliciores eſſent in Eccleſia hi, qui ſunt peiores, dictum eſt enim, quòd indulgentiæ proſunt criminoſis dumtaxat, & his dabitur theſaurus meritorum Chriſti. Soluo autem, & dico non ſequi, quod infertur, videlicet fæliciores eſſe peiores, & probationem; dico primò illud quidem fuiſſe dictum, ſed non probatum, quia indulgentiæ dantur omnibus reatibus pænarum alligatis, & plus indigent eis, qui ſunt ſanctiores, quia plus cupiunt ad Deum euolare; ſecundò, quòd non ſunt fæliciores, quibus plura de theſauro iſto dantur, ſed qui in gratia, & dilectione Dei ſunt præſtantiores, immò fæliciores ſunt, qui theſauro merita inferunt, quàm qui ex theſauro merita capiunt.

Vltima, inquit, cauſa eſt. Nàm merita Chriſti, & Sanctorum eius, ſine Papa operantur meritum ſuum duplex, proprium, ſcilicet gratiam, & virtutes in ſpiritu hominis electi, & remiſſionem peccatorum: ſecundùm illud, ecce qui tollit peccata Mundi, & Iſa. 44. ego deleo iniquitates tuas, &c. & alienum, ſcilicet crucem, laborem, pænas varias, denique mortem, & infernum in carne.

Soluens autem, dico primò iſtum, aut non intelligere veritatem, aut diſſimulare.

Dico ſecundò, quòd merita Chhiſti omnes effectus ſuos, qui ea virtute charitatis conſequuntur, efficiunt ſine Pontifice; non autem eos, qui ea ſequuntur ex vi intentionis, ſed oportet interueniat aliquando intentio Pontificis Maximi, applicantis huic & illis, vt patet ex dictis.

Poſſumus etiam ex dictis iſtius, adducere aliam cauſam negandi prædicta merita iſtum eſſe theſaurum.

Nàm concluſione 60. dicit iſtum indulgentiarum theſaurum eſſe claues Eccleſiæ, & concluſione 61. probat, quia ad remiſſionem pænarum ſola ſufficit poteſtas Papæ, tùm quià ex ſuo ſtilo ligando, & ſoluendo, numquam meminit meritorum Chriſti, ſed tantùm dicit, de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia, & motu proprio: tùm ſecundò, quia ſecundùm omnes Indulgentiæ donantur virtute illius verbi: quodcumque ſolueris: quod verbum putant ſine vigore, niſi poteſtate donandi

nandi

nandi permitteret, quia & ipſi ſolam poteſtatem intelligunt ſufficere, nulla auctoritate probantes theſaurum, ſed hanc ſolam velut ſufficientem adducunt: tùm tertiò, quia alioquin in alijs ligationibus, & ſolutionibus intelligenda eſſet diſtributio meritorum, puta quando excommunicat, abſoluit, ordinat, deordinat, ſtatuit, abrogat, præcipit, prohibet, diſpenſat, mutat, interpretatur, in his enim omnibus agitur virtute iſtius verbi, quodcumque, immò in abſolutione excommunicati maximè fieri debet iſta communicatio, quia reconciliatur Eccleſiæ, & declaratur particeps bonorum Chriſti: tùm quartò, quia ſi ſoluere per claues in venijs dicit apertionem, & effuſionem theſauri, ergo ligare importat incluſionem, & collectionem theſauri, ſunt enim contrariç poteſtates, & cõtrariorum operum, ſed nuſquam, & nunquam eſt vſus colligendi, aut includendi hunc theſaurum, & tamen ſi ſolutio, & effuſio eſt, etiam incluſionem eſſe neceſſe eſt, cùm vtrùmque donatum ſit Eccleſiæ, nec fruſtrà, aut vanè donatum. Ergo ſicut ligare intelligitur, ſine collectione theſauri debitorem facere, nec aliquid ei poſitiuè auferre, ità ſoluere cogit intelligi liberum facere, ſine expenſione theſauri poſitiuè. Hæc iſte.

Soluens autem, nego antecedens claues ſcilicèt, eſſe iſtum theſaurum, & ad probationem, quia ſcilicet ad remiſſionem pænarum ſola ſufficit auctoritas Papæ, dico quòd ſola ſufficit miniſterialiter ad remiſſionem, quæ fit in pænitentia per claues, quas admouet peccatori, licèt ibi Deus effectiuè principaliter, & Sacramentum inſtrumentaliter requiratur, ad eam verò, quæ fit per venias ſufficit auctoritas Papæ in genere cauſæ efficientis iuridicæ, non autem in genere cauſæ materialis, ſed requiruntur merita diſpenſabilia, quia ibi ſecundùm opinionem meam, quæ eſt Eccleſiæ, & Sanctorum nullus debitor pænæ abſoluitur ſimpliciter ab ea, ſed datur ei, vnde ſoluat à Papa, qui dare nequiret ſi claues non haberet.

Ad primùm autem contra hoc dico, quod iſte ſomniat, & falſum aſſumit, quia Papa idulgendo non dicit, vt iſte, ſed dicit de miſericordia Dei, & meritis Beatæ Mariæ, & Apoſtolorum Petri, & Pauli confiſi, &c. Nec dicit confiſi, quaſi timens ne dare poſſit, ſed timens ne excedat in dando.

Ad ſecundum, dico nullum dicere indulgentias dari per id verbum quodcumque, ſed per illud promittitur facultas dandi, quæ ſola ſufficit in genere cauſæ efficientis, ſed non materialis, ſicut nec dicta poteſtas ſola poſſet conferre gratiam, niſi ſubeſſet peccator eam recipiens. Falſum autem eſt nulla auctoritate probari theſaurum, vt patuit.

Ad tertium nego idem eſſe iudicium de iſta abſolutione, & alijs, & multò magis de ligatione, & alijs enumeratis. In abſolutione autem ab excommunicatione communicantur merita Eccleſiæ, vt merita ex vi charitatis, & abſoluens ea non communicat, niſi per accidens remouendo prohibens, ideſt excommunicationem, quæ participium vetabat.

Ad quartum, negatur prima conditionalis aſſumpta, ſcilicet, ſi ſoluere, &c. quia in venijs nulla eſt ligatio ad pænas poſitiua, eſt autem ibi ligatio negatiua, pro quanto non ſoluitur cui indulgentia non tribuitur, & ea ratione ſicut ſoluere eſt, aperire, & effundere, ſic ligare, ideſt non ſoluere eſt, non aperire, & non effundere, quia ſicut affirmatio affirmationis, ità negatio negationis eſt cauſa, primo por. Dico vlterius, quòd ſoluere, & ligare non ſunt contrariæ poteſtates, ſed vna clauium, quæ habet opera, vel effectus contrarios, quod in voluntarijs non inconuenit, ſicut Deus vna poteſtate mortificat, & viuificat.

Dico autem tertiò, quòd aliquando eſt vſus colligendi iſtum theſaurum, primò quidem quando Chriſtus patiebatur, deindè verò quando dormiunt mali, & iuſti ſuper, quam debeant pro peccatis exhibent, erogantque, incluſio autem eſt methaforicè, dum mandatur non fieri venias niſi ex cauſa. Deindè iſte ſe ad declamandum vertit, nihil præter ſuam mordacitatem, & detractationem afferens.

CAP. XV.

Ex dictis multos alios aduerſarij errores elidi.

ETſi iàm ex dictis in primo, ac ſecundo volumine omnes aduerſarij veritatis, errores elidi poſſunt, quia tamen poſteàquam noſtro operi vltimam attuleramus manum, immò poſteàquam librarijs iàm formandum traditum erat 13. concluſionis in Echium reſolutorium, & non nulla alia eius opuſcula offendimus in quibus, vel maximè boatu pergrandi contra Principatum Præſulis Romani, magnaque impudentia clamat, rursùs hoc quoque caput, & aliud ſubijcere cogor, quo ex his, quæ iàm ſuperius ſparſim dicta ſunt, Romanum Præſulem eſſe Summum Hierarcham diuino Iure, auctoritate Latinorum, Græcorum, Conciliorum, Scripturarum, & per Sillogiſmos firmetur, quod vtique erit, tàm primi, quàm ſecundi voluminis reſirmatio, & probatio, vnde ingenium viuax inferre norit omnia penè, quæ aduerſùs iſtum conſcripſimus. Quod equidem multis punctis efficiam.

Punctum primum. Quid ſit aliquid eſſe diuino iure ſancitum, ſic innoteſcat. Ius enim nonnulli à iuſtitia deduci volunt, vt ius primum quidem ſit idem quod iuſtum, ſiue vt aiunt res iuſta eo modo, quo accipitur ius diſ.1. in cap. ius, deindè verò iuſtum idem ſit, quod ars, qua iuſtum diſcernimus, ac deindè locus in quo ius adminiſtratur, & tandem id, quod à iuſtitiæ miniſtro iudice redditur, & decernitur.

Rursùs alij ab eo dici voluerunt ius, quod ſit ab aliquo iuſſum, vt aliud nihil ſit ius, quàm quod ab eo, qui vt ſuperior poteſt iuſſum eſt. Vnde vt etiam in dicto cap. ius dicitur, ius lege generalius eſt, vt lex omnis ius ſit, non verò è contra, extenditur enim ius ad iuſtum, ſiue iuſſum etiam non ſcriptum, non autem humana lex. Vtrùm verò, ſiue ſic intelligas ius, quantum attinet noſtro inſti-

ſtituto non magnifacio. Siue enim dicas ius, quia iuſtum, ſiue quia iuſtum ſit, duplex vtique ſit diuinum videlicet, & humanum, ſicut & lex, diſ. 1. cap. omnea, & diuinum quidem triplex eſt: & primum inſertum vt naturale; deindè vero ſcriptum, vt nouum, & Vetus Teſtamentum; tandem verò iuſtum, vel iuſſum, nec inſertum, nec ſcriptum, vt quæ ad particulares perſonas fiunt monita diuina, ſicut illud fuerit ad Abraham Gen. 30. antequam Scripturæ traderetur, tolle filium tuum quem diligis Iſaac, & reliqua, & ſiqua alia eiuſmodi fuere.

Igitur omiſſa facientes particularia iuſſa diuina, de iure diuino dicitur aliquid eſſe bifariam; primò quidem, quia diuino iure inſito ſancitum eſt, quod ius aliud eſt nihil, quàm moralium principiorum multitudo, cuique hominum naturaliter indita, & cognita, vt declina à malo, fac bonum, & eiuſmodi; ſecundò, quia ſtatutum eſt iure diuino ſcripto, vt quæcumque in diuinis literis continentur.

Et de duo rerum genera diuini iuris eſſe dicuntur, tamquam à Deo immediatè ordinata, non quidem in mediatione victuris tantummodo (ſic enim omnia humana iura iuſta, eſſent iura diuina, dicente ſapientia, quæ Deus eſt Prouer. 6. pro me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt,) ſed immediatione ſuppoſiti, ea ſcilicet ratione, quia Deus ipſe mentibus hominum quædam impræſſit quantum ad ius naturale, aut ſcribi iuſſit quantum attinet ad ſcriptum.

Præter hos verò duos modos etiam de iure diuino eſt, quicquid ex diuinis literis, aut primis principijs iuris naturalis neceſſariò, & infallibiliter elicitur. Verbi gratia. Diuini iuris eſt, quòd credatur hominem eſſe Deum, ex quo neceſſaria, infallibiliter elicitur, quòd ille homo latria adoretur. Elicitur, inquam, ſic. Omnis Deus adorandus eſt latria ille homo, ſcilicet Ieſus eſt Deus: ergo adorandus eſt latria. Vnde etiam diuini iuris eſt, quòd ille homo adoretur latria, quippè, quòd ex diuino iure, neceſſariò, & infallibiliter deducatur. Similiter quoque iuris naturalis eſt, quòd quiſque ciuis plus totum corpus ſuæ Ciuitatis magnifaciat, quàm ciuem hunc aut illum, vt in hæticis Ariſt. docet, etiam plus ſeipſo, vnde & pro bono ſuæ Reipub. moriendum virtus moralis aſtuit, quæ iuri naturali conſona prædicat, vnde & patres pro totius eſſe tutando, pericula naturaliter ſubeunt, vt in noſtris membris expetimur. Et hoc verò neceſſariò, & infallibiliter ſequitur, vt homines Ciuitati nocentes coherceantur ſic. Quoties duo ſe habent, vt minus, & maius bonum, pro ſalute maioris contemnendum eſt minus, ſi vtrumque ſeruate, & tueri nequeas, hic autem ciuis, & communitas eiuſmodi ſunt, cùm ſint, ac ſi pars & totum, vnde pro communitatis bono poſtergandum eſt bonum latronis. Igitur quemadmodum eſt de iure naturali Rempub. plus particulari ciue amandam eſſe, ita & inferre malum ſingulari homini, ne is malum inferat communi propriè.

Probo autem eiuſmodi neceſſarias ſequelas eſſe diuini iuris. Nam quicquid Deus intendit agi, vel non agi, prodit verò affirmariuè, aut negatiuè mandat, per ſtatuta diuini iuris, ſiue inſiti, ſiue ſcripti: illud totum pertinet ad ius diuinum, quippè quod illud, & iuſtum, & iuſtum Dei ſit.

Prædicta autem omnia, quæ neceſſariò, & ſine errore ex præceptis vtriuſque diuini iuris emergunt, & pullulant Deus vult agi, aut etiam non agi: quippè cùm haud dubium ſtultum ſit velle aliquid, & quod ex eo neceſſariò, ac infallibiliter ſequitur nolle, imnò etiam non velle, puta velle incedere per limoſa, & nolle madeſacere pedes, aut etiam ſiquis non velit hoc ex eo, quòd de madefactione non cogitat, aut velle aliquem lætaliter cedere, & illum nolle, aut non velle interire. Vnde vt in regula cum, lib. 6. cùm aliquid prohibetur, omnia prohibetur, quæ ſequuntur ex illo. Vnde Auguſtinus, & citatur in capitulo ſana aliàs ſane, §. cùm ergo, diſtinctione 10. cùm ergo, inquit, in naturali iure nihil aliud præcipitur, quàm quod Deus vult fieri, nihilque aliud veratur, quàm quod Deus prohibet fieri, &c. Cùm ergo tales ſequelas Deus velit fieri, aut prohibeat fieri, quippè quæ vel virtuoſæ, vel vitioſæ ſunt, neceſſariò aut à Deo præceptæ, aut à Deo prohibitæ ſint oporter.

Prætereà cùm omne ſtatutum, omniſque lex, aut diuina ſit, aut humana, vt diſtinct. 1. omnes, prædicta aut ad diuinum, aut ad humanum ius ſpectent neceſſe eſt. Non autem pertinent ad humanum: alioquin Princeps talia iura poſſet abolere, puta ſtatuendo ne puniantur fures, aut blaſphemi, vel homicidæ, quod eſt inſanite. Pertinent ergo ad ius diuinum, quamquam ſimilium particulares determinationes ad ius humanum ſpectare poſſunt, vt quòd latro (quem ius diuinum plectendum mandat) execapitetur, aut comburatur, vel ſuſpendatur, & eiuſmodi.

Punctum ſecundum. Romani Præſulis principatum diuino iure ſtatutum eſſe, auctoritatibus Doctorum Latinorum euidenter aſtruitur. Nam in primis, Leo, quem non vt Papam, ſed vt Doctorem, & Sanctum citamus, aſtruit beatum Petrum auctoritate Chriſti Apoſtolorum omnium conſequenter ante & omnium Chriſtianorum principem fuiſſe, dicens in quadam ſermone. Pro fide Petri ſupplicatur (ibi ſcilicet rogaui pro te Petre) tamquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principia victa non fuerit.

Idem quoque in tertio ſermone ſuæ ordinationis: Magnum, inquit, & mirabile dilectiſſimi, huic viro, ideſt Petro conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, vt ſi quid commune cum eo cæteris voluit eſſe Principibus, numquam niſi per ipſum dedit, quicquid alijs non negauit. Hæc ille, qui non loquitur de gratia Dei, & virtutibus, quæ à Deo immediatè ſine Petro infunduntur, ſed de iuriſdictione, & actionibus Hierarchicis, quæ apud Dionyſium à ſummo Hierarcha ad infimos per medios deducuntur.

Item diſt. 24. qu. 1. cùm beatiſſimus: Cùm beatiſſimus, inquit, Petrus Apoſtolus, à Domino accepetit Principatum, & Romana Ec-

cle-

Ecſia in eius permaneat inſtitutis, nefas eſt credere, quòd ſanctus Epiſcopus Diſcipulus illius Marcus, qui Alexandrinam primus Eccleſiam gubernauit, &c.

Et ſi dicatur, quod iſte de beato Petro Apoſtolo, non de Romano Pontifice loquitur, hoc nihil eſſe, & ratione, & auctoritate deduco. Ratione quidem. Nam quod de vno ſimilium dicitur ea ratione qua ſimile, de reliquo intelligatur oportet, de Conſt. translato, ſimiles autem Principes ſunt Petrus, & Romanus Antiſtes, in quantum Principes, quia eundem populum eiſdem legibus ad eundem finem regunt; vnde iſte Principatum negans à Romano Pontifice, etiam enim negat à beato Petro, quantum attinet ad ius diuinum.

Præterea cùm Romanus Antiſtes, etiam apud iſtum, ex diuina voluntate toti preſit Eccleſiæ, ſicut & diuus Petrus, à Deo eamdem auctoritatem cum Petro habeat oportet, alioquin, aut Petro dediſſet ſuperfluam, aut iſti neceſſariam denegaſſet, vbi enim eſt eadem cauſa idem effectus ſit oportet, ex ſecundo Phyſic. & vbi eadem ratio, & ius ſimiliter idē, ff. ad l. Aquil. l. illud. Auctoritatibus autem ſic. Nam iſtam reſponſionem ipſe beatus Leo euertit in cap. irà Dominus, diſt. 19. vbi conuenientia Petro in Principatu, extendit ad Romanum Præſulem, & idem facit in cap. hoc diſt. 11. hoc veſtræ, inquit, indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu, &c. Vbi inſtitura Romanorum Pontificum vocat Apoſtolica, quia videlicet ea poteſtate ſunt facta, qua Petrus Apoſtolus ſimilia fecit.

Similiter etiam Chryſoſtom. ſuper Matth. dicta de Petro, quo ad eius ſceptrum ad Succeſſores extendit; & idem Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. theſaur. & idem Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanos, & idem Maximus Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Orientales, lecta, & probata, ac recepta in 8. Synodo vniuerſali.

Sic ergo patet, quòd beatus hic, & eruditiſſimus Præſul Pontificatum Romani Præſulis vult eſſe à Deo, cum quo ſenſerunt infiniti Romani Præſules, vt Canones aſtruunt, qui præter id, quod tales, ac tanti fuerunt, vt præeſſe toti Chriſtiano populo potuiſſent etiam ſanctitate, & miraculis, & interdum illuſtri martyrio claruerunt. Simul autem negare tantorum Patrum ſententiam, quod eſt niſi inſanire.

Dicere verò eos pro ambitione Romana loquutos, non pro veritate, (vt miſerandus hic dicit,) quod eſt niſi, & inſanire, & Deum in Sanctis ſuis blaſphemare? Quid enim Gregorius Pontificatum pro latebras ſugiens, pro ambitu Pontificatus loqueretur? Et qui vbique humilitatem tantopere docet, quomodo in te tam periculoſa ſuperbire doceret?

Beatus quoque Hieronymus, & habetur in cap. quoniam vetus, diſt. 24. qu. 1. loquens de Eccleſia Orientali, quæ ſe à Romana ſecernebat, ea dicit, quæ tempeſtate noſtra quiſque bonus, & catholicus Saxo, cum eo eructare, & poſſet, & deberet. Quoniam vetus, inquit, Oriens (gloſs. Eccleſia Orientalis) inter ſe populorum furore colliſus, in diſciſſam Domini tunicam, & deſuper textam minutatim per fruſtrà diſcerpit, & Chriſti vineam vulpes exterminant, inter lacus contritos, qui non habent aquam, & difficile, vbi fons ſignatus, & ortus concluſit poſſit intelligi.

Ideo mihi Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui cōſulendam; inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque verò vaſtitas tanti elementi liquentis, & interiacens latitudo terrarum, me à pretioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicumque fuerit corpus, (ideſt Apoſtolica, & Chriſtiana doctrina) ibi congregabuntur, & Aquilæ (gloſs. ideſt, aliæ Eccleſiæ fideles.) Profligato à ſobole mala patrimonio (gloſs. ideſt fide, vel Patrum doctrina) apud vos ſolos, ſcilicet Papam, & aſſidentem Clerum Romanum, incorrupta Patrum omninò ſeruatur auctoritas. Ibi ceſpite terra fœcundo, Dominici ſeminis puritatem, centeno fructu refert. Hìc obruta ſulcis frumenta, ſcilicet in Orientali Eccleſia, & nunc dicere liceat in Saxonia, in lolium, auenaſque degenerant. Nunc in Occidente Sol iuſtitiæ oritur, in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, ſupra Sydera poſuit thronum ſuum. Vos, ò Romani, eſtis lux Mundi, vos eſtis ſal terræ, vos vaſa aurea, & argentea, hic teſta vaſa virga ferrea; & æternum operientur incendium.

Quamquam igitur tuę, gloriæ ò Papa, me terreat magnitudo, tamen inuitat humilitas. A Sacerdote victimam, ſalutem à Paſtore præſidium ouis flagito. Fatiſcat inuidia Romani culminis recedat ambitio. Cùm Succeſſore Piſcatoris, & Diſcipulo Chriſti loquor, ego nullum præmium, niſi Chriſtum quærens. Beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ beati Petri, communione conſortior, ſuper illam Petram fundatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in archa Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Et quia per facinoribus meis ad eam ſolitudinem commigraui, quæ Syriam coniuncto Barbariæ fine determinat, non poſſum ſanctum Domini tot interiacentibus ſpatijs, à ſanctimonia tua ſemper expetere; ideòque collegas tuos Ægyptios Martyres, & Confeſſores ſequor, & ſub onerarijs parua Nauicula delitesco. Non noui vitalem, ſcilicet hæreticum, Miletum reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque non tecum colligit, ſpargit. Hoc eſt. Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Hæc ille.

Vbi patet, quod Martini Lutheri duo ſunt errores, vnus quod Succeſſor beati Petri in Eccleſia Catholica primatum non habeat iuriſdictionis, ſed honoris dumtaxat, alter quod huius auctoritas non ſit de iure diuino, quod hinc falſum patet, tum quia dicit ſuper Cathedram Petri fundatam Eccleſiam, baud dubium à Chriſto dicente: Super hanc petram, tum quia approbat Romanam doctrinam, qua id aſſeritur per infinitos Canones, quod hic Pontificatus ſit diuino iurę firmatus.

Idem etiam Hieronym. in eadem quæſt. in cap. hæc eſt fides, ſcribens Damaſo Papæ, ait: Hæc eſt fides, Papa Beatiſſime, quam in Catholica didicimus Eccleſia quamque ſemper tenuimus, in qua ſi minùs peritè, aut parùm

tùm cautè, fortè aliquid poſitum eſt,' emendari cupimus à te, qui Petri Sedem, & fidem tents. Si autem hæc oſtra confeſſio, Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maliuulum, vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit.

Item ſancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculara permanſit, Domino prouidente, & beato Petro opem ferente, in futuro manebit ſine vlla Hæreticorum inſultatione, atque firma, & immobilis omni tempore perſiſtet. Hæc ille.

Ex quibus primò quidem liquet, qund Hæreticus ſit is, qui in concernentibus fidem reprobat, quæ Pontifex Romanus probatit. Qui ergo ipſa Romanorum Pontificum dicta, quibus aliena probant, aut reprobant impugnat, & ridet, vtique pluſquam Hæreticus ſit oportet.

Patet ſecundò, quod Romanus Præſul in Eccleſia aliam, quàm honoris habeat primitatem, cùm eius ſit aliorum dicta probare, vel improbare, & ſit Hæreticus, qui eius probationem non tenet, quod in ſpectantibus ad fidem intelligi oporter.

Patet tertiò, quod hoc ipſum ei conneniat iure diuino, tum quia Romana doctrina hìc probatur, quæ hnc aſſeruit, tum quia alinquin oon eſſet hæreticum aliter, quam Pontifex Romanus ſentire de fide, quippè cùm ſit omnis homo mendax.

Patet vltimò, quod nullus error, aut ſit, aut futurus ſit in doctrina Eccleſiæ Romanæ, nec mirum, quippè quæ tanta grauitate procedit (vt in Canonizatione Sanctorum, & deciſione quæſtionum fidei nos ſumus experti) vt etiam ſecluſa aſſiſtentia Chriſti, & Apoſtolorum eius, adhùc vix errare poſſet.

Ambroſius quoque, & habetur in cap. quæ dignior, diſt.24. qu.1. ſic ſcripſit: Quæ dignior domus Apoſtolicæ prædicationis ingreſſu (gloſs. ideſt ad quam ſit ingreſſus Apoſtolica prædicatione) quam ſancta Romana Eccleſia, aut quis præferendus magis omnibus, quàm Chriſtus, qui pedes ſuis conſueuit lauare hoſpitibus, &c.

Et paulò poſt. Fides ergo Eccleſiæ inprimis quærenda mandatur, in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubiè ſit legendum (gloſs. ideſt eligendum.) Si verò perfidus populus, aut præceptor hæreticus, deformet habitaculum Eccleſiæ, vitanda eſt hæreticorum cunuenio, fugienda ſynagoga cenſetur, excutiendus pedum puluis.

Et infrà. Si qua eſt Eccleſia, quæ fidem reſpuat, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, nequam labem perfidiæ poſſit aſpergere, deſerenda eſt. Hæc ibi.

Vbi primùm quidem patet veritas doctrinæ Eccleſiæ Romanæ, in qua eſt Apoſtolica prædicatio, per quod eueituntur omnia, quæ aduerſarius contra Patrum decreta obloquitur, & quod Eccleſia Romana eſt domus Chriſti, qui in ea nullum permittit illorum pedes, ideſt hæreticum, & quod in primis huius Eccleſiæ fides quærenda mandatur, & quod non audiens Apoſtolicam, ideſt Apoſtolici prædicationem, hæreticus ſit.

Idem quoque Ambroſius, & habetur diſtinct.22. in cap. omnis, ſe in omnibus ſequi profitetur Magiſtram ſanctam Romanam Eccleſiam. Hæc ibi.

Ex quo habetur, quòd Ambroſius Eccleſiæ Romanæ doctrinam ſuæ fidei regulam haberet, & eam profiteatur in omnibus eſſe magiſtram, qund eſſe nequit, niſi à Deo obtineat principatum cum ipſa, quæ noo mentitur dicat illum ſe à Deo accepiſſe per Canones innumeros, quos miſer iſte ridet.

Auguſtinus etiam in ſecundo de doctrina Chriſtiana, & habetur diſt. 19. in cap. in Canonicis: In Canonicis, inquit, Scripturis Eccleſiarum Catholicarum, quàm plurimum diuinarum Scripturarum ſolertiſſimus indagator, auctoritatem ſequatur, inter quas ſanè illę ſunt, quas Apoſtolica Sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere epiſtolas. Hæc ille.

Ex quibus patet decretales epiſtolas Romanorum Pontificum, annumerandas fore ſcripturis canonicis, quod etiam ex eodem Auguſtino patet in cap. palàm diſtin. 10. vbi ſecundùm gloſs. & vt etiam ex ipſa verborum fraſi patet de Eccleſia Romana loquitur dicens contra Manicheos. Palàm eſt, quod in re dubia ad fidem, & certitudinem valeat auctoritas Eccleſiæ Catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum Sedibus, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet, & Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Hæc ibi: Et patet primò quidem, quòd auctoritas Eccleſiæ Romanæ certitudinem facit in re dubia fidei, patet etiam, quod ipſa dicitur Catholica, ideſt Vniuerſalis, quod videlicet ſit Caput Eccleſiæ Catholicæ, & ea tota in virtute, vt ſuprà probatum eſt, quod etiam ſentit Ambroſius, & Cyprianus, qui in cap. aduocauit, diſt. 24. quæſt. 1. Catholicum Epiſcopum dicit, eum qui cum Romana Eccleſia ſentit.

Item idem Auguſtinus in lib. quæſt. noui, & veteris Teſtam. quæſt. 128. Certæ, inquit, Sanctus Ioann. caſtimoniæ fuit cuſtos Condiſcipulus autem eius ſanctus Petrus, vxorem habuiſſe cognoſcitur, & Primatum, vt acciperet inter tot Apoſtolos, non obſtitit ei filiorum generatio. Hæc ille.

Idem etiam Auguſt. ſuper Ioann. & habetur, diſt. 24. quæſt. 1. quodcumque, ait: Quodcumque ligaueris, inquit, ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis. Si hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit Eccleſia (ideſt nunc quando iam non viuit Petrus) ſi autem, & in Eccleſia fit, vtique, quæ in terra ligantur, & in Cęlo.

Et infrà. Si ergo hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. Hæc ille.

Ex quo clarè pateat Petrum non pro ſe tantummodò claues accepiſſe, verùm etiam pro alijs, ſiue pro omni Clero; vnde Hieron. & habetur in gloſs. Mat. 16. Datæ ſunt, inquit, claues omni Eccleſiæ, in Epiſcopis, & Presbyteris, & Ambroſ. in principio ſui paſtoralis: Dominus, inquit, dixit Petro: Paſce oues meas; quas oues, & quem gregem, non ſolus tunc ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & nos cum eo illas ſuſcepimus. Hæc ille.

Vnde obiectio nulla eſt dicentium Petrum accepiſſe quidem claues pro alijs, ſed

non

non pro Romanis Pontificibus, verùm pro Eccleſia tota. Hoc, inquit, nihil eſt niſi inuidia culminis Romani, quippè, vt ſuperiùs iam probatum eſt, Eccleſia claues non accepit, quaſi Collegium, ſeu collegialiter, alioquin ad vſum clauium ſemper oporteret conuenire, aut ſaltem conuocare Collegium Eccleſiæ, ſed neque accepit eas Eccleſia tota, vt ſinguli de Eccleſia, quippè hoc pacto eas accepiſſent nedum laici, & ideo te, verùm etiam feminę. Accepit ergo eas Petrus pro Eccleſia, idest pro Sacerdotum omnium Collegio, vt per Ambroſ. & Hieronym. liquet; vt ſcilicet claues ſemper in Eccleſia quidem ſint, ſed eo modo, quo & tempore diui Petri, ideſt in vno primo capite, & per illud in alijs.

Et ità ſenſiſſe Auguſtinus, non ſolùm oſtendit dicta ratio ad hunc ſenſum cogens intellectum, & Ambroſius, ac Hieronymus, vbi ſuprà; verùm etiam idem Hieronymus, diſt. 24. quæſt. 1. omnibus, ſic dicens: Omnibus conſideratis puto me non temerè dicere, alios ità eſſe in domo Dei, vt etiam ipſi ſint domus eadem Dei.

Et infrà. Quæ domus etiam claues accepit, ac poteſtatem ligandi, atque ſoluendi. Hanc domum ſi quis corrigentem, corripientemque contempſerit: ſit tibi, inquit, ſicut Ethnicus, & Publicanus. Hæc ille.

Ex quibus liquet in populo Chriſtiano eſſe corripientes, & correptos, & quod hi, qui corripiunt planè ſunt perſonæ Cleri, qui & dicuntur domus Dei, ideſt Eccleſia, & claues acceperunt.

Item rursùs idem Auguſt. in lib. de q. nou. & vet. Teſt. Saluator, inquit, cùm pro ſe, & Petro iubet dari didragma, pro omnibus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ità & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit Caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Domini. Item idem in quodam ſermone de Paſſ. Petrum vocat verticem, & caput totius corporis Chriſti. Et idem de Romano Pontifice intelligi oportet, ſecundùm Leon. Chryſoſt. vtrumque Cyrillum, & Maximum, & conſequenter 8. Synodum, vt ſuprà deductum eſt.

Item Gregor. & habetur in cap. Præceptis, diſt. 12. Præceptis, inquit, Apoſtolicis, non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à Sancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem Sanctæ Dei Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum communionem habere deſideratis. Hæc ille cum multis alijs. Ex quibus primò quidem liquet, quòd Eccleſia Romana reliquas non ſolo honore præcedat, verùm & iuriſdictione, quippè quæ auctoritatem habet iubendi, & multò ampliùs caput eius Romanus Præſul: deindè verò, quod hoc à Deo, ſiue diuino iure habeat: quippè quæ iubeat Apoſtolica auctoritate, ideſt qua iubebat Apoſtolus Petrus, de quo liquet, quod eam à Chriſto cęperit dicente quodcumque ligaueris; quod vt ſupra patuit Doctores exponunt, per ſtatuta, atque Præcepta, & quæ contra hoc iſte obloquendo dicit, nihil fore monſtrabitur.

Item idem Greg. & habetur in cap. nulli diſt. 19. Nulli, inquit, fas eſt, vel velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet charitatem. Hæc ille. Et idem 2. q. 7. Petrus. Petrus, inquit, poteſtatem Regni acceperat, & tamen idem Apoſtolorum primus quærimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij, qua poſſet dicere: oues Paſtorem ſuom non accuſent, nec reprehendant, ſed ex auctoritate diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant Spiritum Sanctum reſpondit. Cùm ergo Petrus potuit ex officio repellere quærelas ſed noluit, non hoc exemplo Pręlati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Hæc ille.

Et idem ſcribens Mauritio Imperatori. Cunctis, inquit, Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica ſancto, & omnium Principi Petro Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippè dicitur: Petre amas me: Paſce oues meas. Hæc ille. Quæ verò dicit etiam de Præſule Romano oportere intelligi: iàm probatum eſt.

Prætereà idem Greg. per totum Orbem Apoſtolica auctoritate præcipit, vetat, corripit, coercet, & eiuſmodi multa facit, vt 16. q. 1. moderamine 24. q. 5. ſi Petrus, diſt. 76. Epiſcopos, & in capitulis innumeris. Et idem per totum corpus iuris Pontificij de multis Pontificibus, & Sanctis, & interdum etiam Martyribus liquet. Indè ſic arguo. Aut iſta Sanctorum multitudo, & maximè Greg. diuino iure hoc potuit, aut non. Et quidem ſi potuit, iàm intentio mea ſtabilita eſt, quòd Romanus videlicet Præſul, nedùm dignitate verùm etiam iuriſdictione alios omnes antecedat, & idipſum iure diuino. Si verò nequiuit, cum Apoſtolica, & conſequenter diuina auctoritate præcipiat: primò quidem eſt blaſphemus in Deum, attribuens ei falſo, quod talem auctoritatem Romano Pontifici detulerit, deindè verò eſt iniuſtus, vſurpans ſibi falsò ius in alios auctoritate diuina, ac demùm mendax quoque eſſet, & quidem mendacio pernicioſiſſimo. Et idem de omni prædicta multitudine Sanctorum Pontificum dicere oportet. Quis verò iſta nedum dicere, verum etiam audire non horreat.

Similiter etiam Cyprianus, & habetur in cap. qui diſt. 93. Qui inquit Cathedram Beati Petri, ſupra quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in Eccleſia ſe eſſe non confidat. Epiſcopi verò, qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, etiam hanc reuerentiam debent, vt in ſingulis annis Apoſtolorum liminibus ſe præſentent. Hæc ille, qui ordinationem Romani Præſulis vocat Apoſtolicam, & conſequenter diuino iure inſtitutam. Epiſcopos autem Apoſtolicæ ordinationi ſubiectus non videtur intelligendum eſſe omnes, ſed ſuburbanos, de quo infrà.

Item Cyprianus in epiſt. ad quinque Presbyteros. Deus, inquit, vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna, ſuper Petrum Domini voce fundata, &c. vt ſupra lib. 1.

Item Beda ſuper Matth. & habetur in cap. quicumque 24. q. 1. Quicumque ab vnitate fidei, vel ſocietatis Petri Apoſtoli quolibet modo ſemetipſos ſegregauerunt, tales nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam

poſ-

poſſunt Regni Cœleſtis ingredi. Hæc ille, vbi fides Petri, dicitur fides Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus præfuit, quæ tenet, & docet Principatum Romani Præſulis à Deo eſſe, vt patuit. Ideò, qui hoc negat, eſt in ſtatu mortis.

Item Bernardus ſcribens Innoc. Papæ, dicit: quòd in Apoſtolica Sede fides defectum habere non poteſt. Ex quo haberi poteſt omnem Romanæ Eccleſiæ doctrinam eſſe veram, & conſequenter ibi Pontificatus eſt diuino iure, cùm vbique hoc Apoſtolica Sedes edoceat.

Punctum 3. Præſulis Romani Principatuum ſtare iure diuino, auctoritate Doctorum Græcorum aſtruitur. Nàm Chryſoſt. ſuper act. Apoſtolorum. Petrus, inquit Apoſtolus à Filio Dei ſuper omnes, qui filij hominum ſunt, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in Orbe vniuerſo.

Et idem ſuper Ioan. homil. 35. Iacobum, inquit, localiter in loco determinat, Petrum autem totius Orbis ordinat Magiſtrum, & Doctorem, cui poteſtatem dedit, non vt Moyſi in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe.

Idem Chryſoſt. ſuper illud Ioan. vlt. Paſce, ideſt, loco mei, inquit præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum. Item idem ibidem. Præteriens inquit alios, Petro loquitur. Eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, os Diſcipulorum, & vertex totius Collegij. Nec iuuat quicquam ſi dicatur, quod de Petro quidem, non autem de ſucceſſoribus loquitur, quia iàm hoc ſuperiùs etiam per eundem Chryſoſt. euerſum eſt. Ipſe enim ſuper Matth. ſic dicit. Sicut Chriſtus accepit à Patre, vt eſſet Dux ſceptrum gentium ex Iſrael egrediens, ſuper omnem Principatum, & poteſtatem, & ſuper quoſcumque vt genua cuncta curuentur, ſic Petro, & eius ſucceſſoribus commiſit.

Item idem Chryſoſt. ad conſulta Bulgarorum: ex perſona Chriſti ad Petrum loquens ait. Ter te interrogo an ames: an diligas me: quia ter me trepidus, & timidus negaſti? Nunc autem reductus, ne credant te fratres gratiam, & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me, id tibi iàm confirmo, quod meum eſt plenum. Hæc ille. Ex quibus liquet, & Petrum, & ſucceſſores hic iuriſdictionem in omnes, à Chriſto ſiue diuino iure.

Item Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. Theſaur. & niſi illud nomen opere toto ſubtricere ſtatuiſſem, diceret teſte Diuo Thoma contra errores Græcor. Sicut Chriſtus inquit accepit à Patre Dux ſceptrum Eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem Principatum eſt poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur, pleniſſimam poteſtatem, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & nulli alij, quàm Petro, Chriſtus quod ſuum, & plenum, ſed ipſi ſoli dedit.

Iterum idem in eodem. Apoſtoli, inquit, in Euangelijs, & epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco Dei, & eius Eccleſiam, eidem dantes locum in omni capitulo, & Synagoga, in omni electione, & affirmatione. Et infrà. Cui, ſcilicet Petro, omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi, tamquam ipſi Domino Ieſu obediunt.

Item idem in eodem. Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico Trono Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere, quod credere, & quod tenere debeamus. Ipſius enim ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificauit.

Item idem in eodem. Itàque fratres ſi Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocem eius audiamus manentes in Eccleſia Petri, & non inflemur vento ſuperbiæ, ne fortè tortnoſus ſerpens, propter noſtram contentionem, non eijciat, vt Euam olim, de Paradiſo.

Item idem in eodem pertractans illud verbum, & portæ inferi. Secundùm hanc, inquit, Domini promiſſionem, Eccleſia Apoſtolica Petri, ab omni ſeductione, hæreticaque circumuentione manet immaculata, ſuper omnes Præpoſitos, & Epiſcopos, & ſuper omnes Primates Eccleſiarum, & Populorum in ſuis Pontificibus in fide pleniſſima, & auctoritate Petri. Et cùm aliæ Eccleſiæ quorumdam errore ſint verecundatę, ſtabilita inquaſſabiliter, ipſa ſola regnat ſilentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorum. Et nos neceſſariò ſalutis non decepti ſuperbia, neque vino ſuperbiæ debriari, typum veritatis, & ſanctæ Apoſtolicæ traditionis vnà cum ipſa confitemur, & prædicamus. Hæc Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, ex quibus pleniſſimè patet propoſitum noſtrum. Si dicatur, quòd hæc in dicto libro nouiter traducto non habentur, dico alium eſſe librum veterillum, cui aſtipulatur, quod S. Thom. prædicta imponit Cyrillo in opere cõtra errores Græc. & in Cathena aurea, Matt. 16. numquam abſolutè allegat niſi viſa, maximè quia ipſe in d. Cath. in prol. Marci dicit ſe dictum librum transferri feciſſe, vt eum allegaret, cõmuniter autem, & videret, tũ quia liber allegatus à Diuo Thoma inſcribitur liber Theſaurorum, alius autem nouiter traductus inſcribitur Theſaurus, tum etiam quia Cyril. alibi dictam ſententiam tenet. Qui ſuper Ioan. cap. ſibi 12. dicit ſuper illo tu vocaberis Cœphas, ideſt Petrus, vocabulo ipſo ſignificat Dominus, quod in eo tanquam in petra, lapideque firmiſſimo ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam. Item ibi lib 4. tractans illud Domine ad quem ibimus, per vnum inquit, qui præerat, omnes reſpondent. Item ibi. Petrus ordine maior erat. Intellige autem ordine non Sacerdotali, vel Apoſtolico, ſed ordine, ideſt ordinatione Chriſti.

Item Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanus ex perſona Chriſti Petro loquentis ait. Tu cum fine, & ego ſine fine, cum omnibus, quos loco tui ponam plenè, & perfectè Sacramento, & auctoritate cum eis ero, ſicut ſum, & tecum.

Item Maximus Conſtantinopolitanus Patriarcha in ea epiſtola, quam Orientalibus direxit, & quæ in 8. vniuerſali Synodo, & lecta, & probata fuit, ait. Omnes fines Orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum Catholici, veram fidem confitentes, in Eccleſiam Romanorum tanquam in Solem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ,

& Apo-

& Apoſtolicæ fidei, recipiunt, nec immerito. Nam Petrus legitur primò perfectam fidem eſſe confeſſus Domino reuelante, cùm dixit. Tu es Chriſtus, &c.

Item idem ibidem. Coadunatam, & fundatam, ſuper petram confeſſionis Petri, dicimus vniuerſalem Eccleſiam ſecundùm definitionem Saluatoris, in qua neceſſariò ſalutis animarum noſtrarum, eſt manere, & ei obedire, ſuam ſeruantes fidem, & confeſſionem. Hæc ille, quæ Eccleſiam Romanam vniuerſalem dicit, ratione iàm dicta.

Item idem in eadem. Solus ex toto Orbe Magiſter omnium Deus, dicit Beato Petro magno, & ſummo Apoſtolorum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tales enim beatas voces, non ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum Principi Petro ſolùm circumſcripſit, & definiuit, ſed per eum etiam ad omnes, qui poſt illum ſecundùm ipſum efficiendi erant ſummi Paſtores, & diuiniſſimi, ſacrique Pontifices, Senioris Romæ tranſmittit.

Punctum 4. Præſulis Romani Principatus etiam Conciliorum Oecomenicorum auctoritate firmatur. Antè verò quam genus hoc probationum deduc ad illud premittendum cenſui, quod indubiè hæreticus ſit, qui in concernentibus fidem Concilijs ritè celebratis, & à Romano Pontifice firmatis, & probatis decredit. Qui enim vniuerſalis Eccleſiæ iudicio in talibus decredit, hæreticus ſit oportet quippè qui non credit Chriſto dicenti, quod Spiritus ſanctus Eccleſiam doceret omnem veritatem, quemadmodum ſuperiùs dicebatur, qui verò Concilio totaliter vt dictum eſt celebrato non credit, iudicio quoque vniuerſalis Eccleſiæ non credit, proptereà quod cùm Eccleſia vniuerſalis congregari nequeat niſi in capitibus, aliud iudicium non habet, niſi quod per Pontificem Romanum ſolum, aut per illum, & Epiſcopos habet, quod eſt vniuerſalis Concilij iudicium. Et ideò eiuſmodi haud dubium eſt hæreticus. Vndè Auguſtinus contra Ianuarium, & habetur in cap. illa, diſt. 12. Illa quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt, cuſtodimus, quæ quod toto Orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ex plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſalubertima auctoritas, commendata, atque ſtatuta retineri. Hæc ille. Intellige autem, quod talia cuſtodiuntur ex neceſſitate ſalutis, quod indè à ſenſu contrario patet, quia ibi enumeratis quibuſdam alijs, quæ non toto Orbe ſeruantur dicit. Totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes, & contra primum genus liberas non habet. Preterea vt ſupra oſtenſum eſt, omnium in Eccleſia eſſe vnum infallibile iudicium circa ea, quæ fidei ſunt, quod quidem ſi eſt iudicium Concilij ſic modificati, habeo intentũ, ſi verò eſt aliud, hoc planè eſt impoſſibile, niſi dicatur, quod ſit iudicium totius Eccleſiæ, quod eſt inſanire cũ illa ad iudicandũ cõgregari nequeat, & cõſequẽter Eccleſia ſine tali iudicio remaneret. Preterea Deus vniuerſalem Eccleſiam infallibiliter regit Spiritu Sancto, vt probatum eſt, & cõſequẽter eã infallibiliter regit per capita eius, quippè qui ſecundùm Dionyſ. & Philoſophos inferiora per ſuperiora gubernet, & cõſequenter capita habent infallibile iudiciũ, aliter non regerent infallibiliter, & cõſequẽter omnes Epiſcopi collectiuè habent infallibile iudicium, & hi ſunt Concilium, & Papa. Preterea ſi vnctio gratię Chriſti docet de omnibus, etiam ſingulares perſonas, vt patet 1. Io. 2. additis gloſ. multò magis capita Eccleſiæ per quæ docentur alij; Deus enim ſicut regit ità & docet inferiores per ſuperiores tàm in Angelis, quàm in hominibus, vt per Dionyſ. patet in lib. Cęl. & Eccleſ. Hierarch. Prætereà ſi vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine Chriſti, eſt Chriſtus medius, & conſequenter Pater, & Spiritus Sanctus, qui docet omnem veritatem: multò magis erit, vbi in eius nomine eſt Eccleſia tota virtualiter. Prætereà ſi Concilium errare poſſet, non teneremur credere ſymbolum fidei maius editum in Concilio Niceno, ſed negare poterimus, ſicut & Sanctus Spiritus à Filio procedere, quod expreſsè aliter quàm per Concilia non habetur. Prætereà in veteri lege, & multò magis in noua sẽper fuit hereticum decredere iudicio Summi Pontificis, & multò magis Pontificis, & Concilij ſimul. Decredere ergo vero, & probato Concilio, non ſolùm eſt hæreticum, verùm etiam ſtolidum, quia hoc eſt reddere Eccleſiam malè directam.

Gregorius ergo, & habetur in cap. ſicut Sancti, diſt. 15. dicunt. Sicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor: Nicęnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, Calcedonenſe. Hæc ibi. Quod non ſic eſt accipiendum, quaſi alia Concilia ritè celebrata, & probata, non ſint omninò ſeruanda, ſed primò, ſic dixit, quia vt ibi patet cap. priore, iſta quatuor ſunt principaliora, item alludendo ad quaternarium numerum Euangeliſtarum, quod indè patet, quia idem ipſe Greg. in eo, cap. ſicut ſui dicti rationem reddens, ſubiungit. Quia dum vniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa deſtruit, qui ſiquis præſumit abſoluere, quos ligant, aut religare, quos abſoluunt. Hæc ille. Idẽ ergo oportet intelligi de omni vniuerſali Concilio, quia vbi eadem ratio eſt, idem quoque ius ſit oportet, ff. ad. l. aquil. l. illud, & vbi eſt eadem cauſa, idem effectus ſit neceſſè eſt. Vndè & diſt. ſequenti, cap. Sanct. Roman. Pontif. 8. vniuerſalia Concilia probat, & ibi, gloſs. dicit, quod illa octo Concilia dicuntur octo, quia octies edita, & quatuor, quia in quatuor locis, & probat per hoc capitulum ſicut.

His prælibatis. Hoc punctum 4. hoc pacto probatur. Nam vt ab vltimioribus exordiamur, Concilium Florentioum in Catholica Eccleſia, nedùm vniuerſale, verùm etiam Oecumenicum ſimpliciter in quo, & Græci, & Armeni, & Ethiopes (reſtibus æneis beati Petri Valuis) coierunt, & concordarunt, ſicut noſtris oculis, ſub teſtimonio plumbi perſpeximus: ſic dicit. Item definimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem, in vniuerſum Orbem tenere Principatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſte-

re,

Digitized by Google

re, & ipſi in beato Petro, paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum, & in geſtis Conciliorum Oecomenicorum, & in ſacris Canonibus continetur. Hæc ibi.

Item Innoc. III. Præſidens in Concilio Lugdun. vt in cap. antiqua de priuil. pronunciauit ſacro approbante Concilio Eccleſiam Romanam, diſponente Domino, ſuper alias obtinere Principatum.

Item Concilium Conſtantienſe, inter alios errores Ioan. Hus hunc damnauit, quod beatus Petrus non fuerit inſtitutus à Domino caput Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ.

Item vt antiquiora recenſeamus, Canon Concilij Chalcedonenſis, quod vnum conſtat ex illis quatuor, quæ Greg. vt Euangelium ſanctum complectitur, & profitetur, ſic dicit. Si quis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeant poteſtatem appellandi ad beatiſſimum Epiſcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petrum petram refugij, & ipſi libera poteſtate loco Dei, ſit ius diſcernendi, Epiſcopi infamiam, ſecundùm claues à Deo ſibi datas.

Et rursùs idem Concilium Leoni totum exclamauit. Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus, & Icumenicos, ideſt, vniuerſaliter Patriarcha, ad multos annos viuat. Et infrà. Et omnia ab eo definita, ab eo teneantur, tanquam à Vicario Apoſtolici Troni.

Patres etiam in Synodo Conſtantinopolitana dixerunt. Veneramur ſecundùm ſcripturas, & Canonum definitiones ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum; primum eſſe, & maximum Epiſcoporum.

Puncti 5. Præſulis Rom. Pontificatũ eſſe de iure diuino, etiam diuina auctoritate probatur.

Primò. Nam diuino iure vna eſt vinea Dei, vnum regnum, vna Eccleſia, à principio Mundi vſque ad finem, vt docet Greg. in homil. ſeptua. vel ſaltem diuino iure à Chriſto, & deinceps, vna eſt Eccleſia ſancta Catholica, vt patet in Symbolo fidei, & vnum Chriſti regnum Monarchicum, vt patet Dan. capite, 3. ac ſeptimo. Diuino etiam iure à principio datæ legis Moſaicæ, ſemper fuit vnum ouile Dei, iuxta illud verbum Chriſti ad Iudeos Ioan. 10. alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, ſcilicet ſynagogæ, & illius ouilis ſemper iure diuino fuit vnus paſtor, videlicet ſummus Sacerdos. Diuino itidem iure in lege noua eſt vnum ouile, & vnus paſtor, ſecundùm illud Ioan. 10. & alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor, qui paſtor de quo Dominus loquitur non erat ipſe Chriſtus, quia eùm per hoc verbum fiet futuri temporis loquatur, de aliquo paſtore futuro intendat oportet.

Iſte autem vnus paſtor diuino iure, alius non fuit, quàm Petrus, tum quia ei primò, & ſeorsùm ab alijs promiſſæ ſunt claues Regni, & huius ouilis, quod aliud, vel fingi quidem nequit, quàm Eccleſia Catholica, & conſequenter ei claues ſunt datæ, alioquin Chriſtus verè non enunciaſſet, tum etiam, quia Ioann. vlt. ei particulariter commiſſæ ſunt Chriſti ouiculæ, cum dicitur, paſce. Diuino etiam iure iſte paſtor vnus ouilis Chriſti eſt Petri ſucceſſor, tum quia dicta de Petri principatu à Domino, ad ſucceſſorem extenduntur à Leone, à Greg. Chryſoſt. vtroque Cyrillo, & Maximo, tum etiam quia alioquin, ouile Chriſti quod ſemper eſt vnum, aut nunquam haberet vnum paſtorem poſt Petrum, ſed eſſet ſine paſtore vno primo, cum iſte vnus alius à Romano Præſule fingi nequeat, aut haberet plures, non vnum tantùm primum, quorum vtrumque eſt contra textum illum, fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

Si dicatur, vt dicit aliquando iſte deplorandus, dictas auctoritates hoc inferre non poſſe, quòd Romanus Præſul, aut Petrus diuino iure ſit rector populi Chriſtiani, propterea quòd li *dabo* verbum ſit promiſſiuum quidem clauium, non tamen exhibitiuum, & li *paſce*, vel *paſtor*, doctrinam & non iuriſdictionem ſignificet. Si inquit ſic dicatur, profectò reſponſio hæc omni Catholico, vel mediocriter erudito hæreſim ſapit, tum quia aliter ſentit de ſpectantibus ad fidem, quàm Eccleſia Romana, & conſequenter hæretica eſt, per cap. ad abolendam de hær. iuncta gloſ. immò ſine gloſ. ex identitate rationis, tum etiam, quia eſt noua, & falſa, & contra communem expoſitionem Sanctorum, & Canonum, conſequenter autem etiam hæretica, per cap. hæreſis, & cap. ſequens, 24. quæſtione 3.

Tamen probo, quod ſit hæretica etiam ad hominem, tum quia eſt contra Concilia vniuerſalia rite celebrata, & probata, vt patuit, tum quia eſt contra Scripturam, quia ſecùdùm literas diuinas Mat. 16. Chriſtus Petro claues promiſit, quæ & primitatem, & iuriſdictionem ſoluendi ferunt, ergo eas etiam dedit, (alioquin falsè enunciaſſet) & non aliter quàm ibi, paſce, vt etiam iſte fatetur. Ergo ibi eas dedit.

Secundò probatur hoc præſens punctum auctoritate diuina. Quicquid enim probatur auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ probatur quoque auctoritate diuina, quia auctoritas vniuerſalis Eccleſiæ auctoritas eſt Spiritus ſancti, de quo dixit Dominus, Ioan. 16. cùm venerit ille docebit vos omnem veritatem, tum etiam, quia vniuerſalis Eccleſia poteſt facere aliquid eſſe ius diuinum, ſicut de facto ex Eccleſiæ auctoritate quatuor Euangelia conſtat eſſe de iure diuino, non autem Euangelium Nicodemi, vel Nazarenorum, aut eiuſmodi, quod ideò eſt, quia Eccleſia illa probauit iſta non probauit, immò omnes libri veteris Teſtamenti, non aliter ſunt de iure diuino, niſi quia tempore Moſaicæ legis Eccleſia credidit editos Spiritu ſancto, vt etiam videre licet per Ioſephum antiquitatum l. 5. & conſequenter auctoritas vniuerſalis Eccleſiæ eſt ius diuinum, cùm nemo det quod non habet, & propter quod vnumquodque, & illud magis ſit, primo poteſt. Sic ergo pateat quòd omne quod vniuerſalis Eccleſiæ auctoritate probatur, diuino iure probatur. Sed Romanum Præſulem eſſe primum Epiſcopum in Eccleſiaſtica Hierarchia, & honore, & iuriſdictione, auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ probatur, quippè vt ex dictis patuit, probatur auctoritate Conciliorum, & Eccleſiæ Romanæ, vniuerſalis autem Eccleſia nihil iudicat

eat niſi per iſtos, cùm non niſi in ſuis capitibus aggregari poſſit, qui equidem ſunt Romanus Antiſtes, & Concilium, ideſt Epiſcoporum multitudo, vnum aut vniuerſalis Eccleſia, quæ Spiritu ſancto edocetur omnem veritatem, nihil penitùs iudicat, quod Blaſphemum eſt, aut horum iudicium eſt vniuerſalis Eccleſiæ iudicium. Ergo Romani Pontificis præſulatus eſt de iure diuino.

Tertiò. Quicquid probatur auctoritate æquè firma, vt Euangtlium Ioan. vel firmiore, probatur diuino iure, quia auctoritate Euangelica nulla eſt maior, aut ei æqualis niſi diuina, cùm humana ſit minor, & ſimiliter Angelica, quorum vtrumque Apoſtolus aſtruit ſcribens ad Gal.c.1. licèt nos, aut Angelus de Cœlo, euangelizet vobis præter quam quòd euangelizauimus vobis, anathema ſit.

Sed præſulatus Romani Pontificis probatur auctoritate æquè firma, vt Euangelium Ioannis, vel etiam firmiore, ideſt auctoritate Ecoleſiæ, quæ maior eſt, quàm ſcripturæ, dicente Anguſt. contra epiſtolam fundamenti, Euangelio non crederem niſi me auctoritas Eccleſiæ Catho licæ commoneret, vbi Eccleſiam Catholicam Romanam dicit, quæ ſola probaſſe legitur Euangelium diſt.15. ſancta Romana, & ſi contendatur, quòd non ſit Eccleſia Romana, quòd ſit ipſa, vel Concilium oportet, vt probatum eſt, ſed & ſi de vniuerſali Eccleſia in forma intelligeret, ipſa vbique terrarum ſuo cantu inducit Chriſtum Petro colloquendo dicentem, ſuper plebem meam Principem te conſtitui, & Deum ei tradidiſſe omnia regna Mundi. Patet etiam idem ratione, vt ſuperiùs tactum eſt, quippè Euangelio credimus propter auctoritatem Eccleſiæ, propter quod autem vnumquodque, & illud magis eſt, vt docuit Ariſt. in 1. poſteriorum, ſicut maior eſt certitudo principiorum, quàm concluſionum, quia propter principia nota noſcimus concluſiones.

Quartò. Quicquid probatur auctoritate Apoſtolica, auctoritate diuina probetur neceſſe eſt, vt liquet. Sed totam Eccleſiam habere vnum caput, quod etiam ſi fingere liceat non niſi Romanus Pontifex eſſe poteſt, probatur auctoritate Apoſtolica dicente Paulo 1. Cor, 12. vnum corpus ſumus, & conſequenter, & caput vnum habemus omnes.

Punctum 6. Romani Præſulis principatum, inſtitutum diuino iure, etiam ſyllogiſmis, ac rationibus Theologicis conſtat.

Primò. Quicquid, enim ex diuino iure ſcripto, vel inſito neceſſariò, & infallibiliter, ideſt medijs enunciationibus neceſſarijs, & conſequentijs iuxtà dialecticæ regulas editis, infertur, id totum de iure diuino ſit oportet, vt ſuperiùs probatum eſt. Sed Romanum Præſulem eſſe totius Eccleſiæ Caput, ne dum directiuum per doctrinam, verùm & regitiuum ac gubernatiuum per iuriſdictionem, eſt einſmodi, quod ſic pateat, quippè diuino iure eſt in terris regnum vnum Monarchicum, Hierarchicumque à Deo conſtitutum, ideſt vna Eccleſia ſancta Catholica, vt in lib. 1. deductum eſt, & illud diuino iure gubernatur à Deo, vel Chriſto, Rege regum, & iudice omnium, ſecundùm illud Marc. vlt. ecce ego vobiſcum ſum, & illud Ioan. 16. cùm venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & hoc Dei regimen diuino iure eſt optimum, quia Dei perfecta ſunt opera Deut.4. & conſequenter diuino iure gubernatur per vnum, quia hoc ſolum regimen, ſcilicet vnius optimum eſt, vt probat Ariſt. in polit. quod etiam experientia docet, quia multi numquam benè Rempu. gubernant, niſi fiant vnum per concordiam, & mutuum conſenſum, quod itidem ex Dion. patet, qui Eccleſiaſticam Hierarchiam exémplariter deductam aſſerit à cœleſti, gubernata per vnum. Vnde, & Alexan. magnus Dario ſpondenti nuptias filiæ, & regni partem, reſpondit, neque Mundum poſſe duobus ſolibus regi, neque Orbem ſumma duo regna ſaluo rerum ſtatu habere.

Secundò. Omnis concluſio probata principijs, quæ ſunt de iure diuino ſcripto, aut inſito, de iure diuino ſit neceſſe eſt, vt per ſe liquet. & probatum eſt puncto primo. Romanum autem Pontificem eſſe totius Eccleſię non Doctorem modò, verùm, & rectorem, ac Gubernatorem eſt propoſitio, & ſententia probata principijs ex iure diuino ſcripto, vel inſito.

Quod ſic patet. Nam Regnum de quo maniſeſtum eſt iure diuino, quod à Deo ſtatutum eſt, quodque in eo Deus velit eſſe vnitatem à Deo magnam, vt ea nulla maior eſſe poſſit, Deus ſuo, ideſt diuino iure vult gubernari per vnum primum, tum quia hoc patet, iure diuino ſcripto in lege Moſayca, vbi Deus ſuum populum poſteàquam ab alijs ſeparauit ſemper voluit gubernari per vnum ſummum, & maximum Sacerdotem, & conſequenter ſimiliter in lege noua, tum etiam quia patet iure diuino inſito, quippè cùm ſit contradictio, & contra principia nobis naturaliter inſita, quòd in populo quopiam ſit vnitas maxima, & non gubernetur per vnum, quia multis principantibus non eſt vnitas in capitibus, niſi ſecundùm quid, pro quanto rectores de ſe multi fiunt vnum ſententia, aut voto, ſi verò regat vnus, caput vnum eſt ſimpliciter, cui etiam rei acceſſerit, quòd Rectorum multitudo, per ſe diſſidium vnitatem verò non niſi per accidens facit, multa enim in eo, quòd multa vnum faciunt per accidens tantùm, pro quanto aliquatenus vnum fiunt. rectoris autem vnitas per ſe vnitatem facit, quo fit vt cæteris æqua lance trutinaris, ſiue, vt aiunt, cæteris paribus, populus vno Principe rectus, ſemper eo ſit vnitior, qui multis principantibus gubernatur, experientia teſte.

Sed Eccleſia Catholica eſt Regnum à Deo diuino iure ſtatutum, vt primo libro patuit, & eodem diuino iure perſpicuum eſt, quòd Deus in ea maximam velit eſſe vnitatem, quippè qui in ea vult eſſe maximum amorem, qui virtus vnitiua eſt, vult enim, vt quiſque alium, vt ſe diligat, vnde & Ioann. 13. ſignum diſcipulatus Chriſti dilectio figitur, cùm Dominus dicit, in hoc cognoſcent omnes, quòd mei eritis Diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem, qua vtique vnitate maior alia in regno quouis fuerit nunquam. Ergo Eccleſia ſancta diuino iure gubernatur tota per vnum.

Tertiò. Quicquid diuino iure diuo Petro

tro

ero Apoſtolo in humanis agenti congruebat, hoc rorum ſuceeſſori eius, quem Romanum Antiſtirem primo volumine probauimus, congruat oporrer, tum in primis quia ità ſenrir Leo, Greg. Chryſoſt. Maximus, & vterque Cyrillus, vt patuir & Coneil. Florent. rum eriam, quia vbi eſt eadem eauſa, vt crebrò dictum eſt, debet eſſe idem effectus ex. 2. ph. & vbi eſt eadem ratio idem quoque ius ſit oporrer, ff. ad l. Aquil. l. illud, eſt autem hic, & ibi eadem cauſa, quippè cum incumbat vterque eidem vniuerſalis Eccleſiæ regimini, vr eriam faretur aduerſarius, licèt neget hoe eſſe iure diuino, vnde & negans virtutem regitiuam à Romano Pontifice eam à bearo Perro negare compellitur, ſed & negat. Sed habete ſuper Eeeleſia rota primitatem, non dignitatis tantùm, verùm etiam poteſtatis, diuo Perro diuino iure congruebat, tum quia per Orbem vniuerſum hoc totius Eecleſiæ teſtimonio perſpicuum eſt, quæ cantat omnia regna mundi diuo Petro à Chriſto contradita, & ab eo ſuper eius plebem Principem conſtitutum, tum quia Dominus dicendo paſee Ioan. vlt. ei cunctarum ouium curam demandauir, prout non Doctores modò, verùm etiam ſancta Concilia tradidere, & conſequenter aliter exponere ea Chriſti verba hæreticum eſt, vt diffusè ſupra iam deductum eſt, tum etiam quia hoc arguit clauium iuridicè ligantium, & ſoluentium ſponſio Matthæi 16. & conſequenter exhibitio, niſi blaſphemando Chriſtum fictorem dicamus, qui ſpoponderit, & exhibere recuſarit, tum etiam quia alioquin non eſſet Petrus petra ſundamenium Eccleſiæ, contra illud Mattb. 16. & ſuper hane perram, quod de Petro poſſe intelligi Auguſt. vult, & de Petro debere intelligi vult Hieron. 24. qu. 1. quoniam vetus, circa finem, & Cypr. diſt. 93. qui 1 & nos ex Riehardo ſupta probauimus; alioquin ſi ibi petra Chriſtus eſt, nihil magnum Chriſtus Petro pro egregia confeſſione dixiſſet, nec Petrus caput Eccleſiæ eſſet, niſi eſſet fundamentum, qui tamen eaput aſſeritur diſt. 12. præeepris, & ab Auguſt. in quodam ſermone, & à Maximo in epiſt. recepta in octaua Synodo, & à Concilio Oecumenico Florentino, & à Domino Ioann. primo, qui vocat eum Cephas, ideſt Petrum, ſiue eapur domus, quamquam etiam grçeè Cephas ſonat eapur, tum etiam quia ſi Chriſtus eum dignitare non iuriſdictione primum Epiſeoporum fecit, Epiſeoporum multitudinem Acephalam, & ſine regimine reliquit, non plus habentem eapitis, quam meridiei caput ipſum mane ſit, & lineæ punctus, & conſequenrer Eeeleſia minùs benè à Deo regeretur, quàm olim ſynagoga, quæ ſemper habuit vnum prineipem Sacerdotum. Igitur diuino iure Romanus Antiſtes in totam Eecleſiam principatur.

Quartò. Iure diuino Deus Eccleſiæ ſuæ numquam defieit in neceſſarijs; ſi enim ſynagogæ, quæ eum erat Cruei affixura in neceſſarijs non defecit, ſecundùm illud Iſaiæ 6. quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feei; aſtruere quòd Eccleſiæ, pro qua eſt crucifixus in neceſſarijs defecerit, eſt inſanire, & idem etiam ſupra in primo libro ratione probatum eſt. Nam ſi Deus Eccleſiam vult ad æternam vitam pertingere, & nolit neceſſaria ad hunc finem, aut inſcius, aut malus ſit oportee, vt quiſque videre es ſe poſſet, eſſet alter enim Pharao contra poſſe iubens laterum numerum impleri, & non dari paleas opportunas.

Sed eſſe in Eeeleſia ſemper vnum Principem, & Hierarcham ſummum poſt Chriſtum eſt valdè neceſſarium, & longè plus, quàm in Lege Moſayea, quia & Eeeleſia longè maior eſt, quàm ſynagoga, & plures populorum differentias continet, myſteria quoque, & ſubtilitates fidei Catholicæ magis ſunt explicatæ, & conſequenter dubia plura conſurgũnt (vt etiam licet experiri, quippe cùm tunc fuerit vnicum genus hæreticorum, ideſt Sadueei, nunc verò ſint infinita) quæ decidi oportet ab vno, alioquin in Eeeleſia vnitas deeſſe poſſet, multis multifariam decidentibus, eſt quoque magis opportunum, nunc quàm eo tempore, quo Chriſtus degebat in terris, quippè qui tunc eſſet rem Eccleſiaſticam per ſeipſum immediatè adminiſtrans, immediatè inquam & virtute, & hypoſtaſi eſt etiam magis neceſſarium, quàm tempore diui Petri, quando videlicet gratia Spiritus ſancti erat copioſior qua optimè Chriſticolarum multitudo regebatur, ſecundùm illud Rom. 8. nos primicias ſpiritus habentes, gloſs. ſicut tempore priùs ita & cæteris abundantiùs. Ergo ſecundùm ius diuinum, Deus Eccleſiæ ſuæ nunquam in hoc defecit, quin illi dederit caput vnum, quod aliud præter Romanum Pontificem, vel fingi quidem nequit.

Quintò, qui iure Diuino eſt clauiger ſolus Diuino iure omnibus alijs clauigeris omnis clauigeræ iuriſdictionis auctor ſit oportet, & conſequenter iuriſdictione prior, quippè eum à clauibus ſit iuriſdictio tota in Regno Dei, clauibus enim ſublatis, quid Prælati niſi ante tabernam, vt aiunt circuli ſunt, cum nihil, aut ligare poſſint, aut ſoluere in foro Dei, vnde & per clauis corporeæ traditionem poſſeſſio quoque traditur clauſorum ff. de contrahen. emp. l. clauibus, & ff. de acquir. poſs. l. 1. §. ſi iuſſerim, notant Canoniſtæ in cap. 2. de conſuetud. & in cap. cum aliquibus de re iudic. Sed ſolus beatus Petrus, & iuxtà prædicta conſequenter ſucceſſor, Diuino iure in Regno Dei eſt clauiger, quippè, quòd ei ſoli elaues promiſſę leguntur, & conſequenter autem etiam datæ, alijs verò Coapoſtolis nec promiſſę, nec datę leguntur à Chriſto immediatè, niſi fortè per Petrum, nec hoc probatũ crediderim per illud Chriſti verbum Matth. 18. Quæcumque ligaueritis, quoniam illud poteſt intelligi: Quæcumque ligaueritis auctoritate Chriſti vobis tradita medio Petro, & profectò ſic debere intelligi ex diuo Leone ſupra probauimus, & probatur itidem ex Dionyſ. in lib. de celeb. & in lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia dicente, quòd ab ipſo Hierachia, ideſt, Hierarchiæ Principe, in omnes Hierarchiæ perſonas lumen irradiationis profluit. Ergo idem ſequitur, quod priore ratione.

Sextò. Qui Diuino iure omnibus Præſulibus iuriſdictionem elargitur, Diuino iure Prælatos omnes nedum dignitate, verùm etiam iuriſdictione præcellat oportet, cauſa enim ſemper effectu prior ſit, oportet, etiam virtutem.

Sed

Sed diuns Petrus, conſeqnenter verò. & Succeſſor, Diuino iutc omnibus Præſulibus dar iuriſdictionem, nec eam aliundè, quàm à Petro, vel Succeſſore obtinere queunt, quippè ab eo quis iuriſdictionem haber, à quo etiam populum habet, in quem iuriſdictione vtatur, cùm ſine populo vana, & ridenda iuriſdictio ſit, quippè cùm ſit poteſtas relatiua, quæ ſine ſuo termino eſſe nequit, à Petro autem ſolo, & conſequenter à Succeſſore iuxta prædicta Diuino iure Epiſcopi omnes populum habent, cum Diuino iure Petro ſubſint omnes oues tanquam Paſtori, vt patuit. Igitur Romanus Præſul Diuino iure auctoritate omnibus Epiſcopis maior ſit neceſſe eſt.

Septimò. Cui Diuino iure omnes Chriſti oues obedire tenentur: Diuino iure eſt omnibus Chriſtianis prior, & dignitate, & poteſtate.

Sed Diuino iure omnes Chriſtiani omni tempore obedire tenentur Romano Pontifici, quia in lege Moyſi Diuino iure hæreticum erat aſtruere, quòd Sacerdoti omnium Summo non eſſet obediendum in omni cauſa etiam ambigua, immò & ſub capitali pœna vetatum, vt videre licet Deuter. 17. vnde multò magis hoc hæreticum eſt in lege noua, vbi & Sacerdotium eſt nobilius, & Sacramenta adminiſtrata efficaciora, & gratia Spiritus ſancti in Paſtoribus copioſior, & eorum auctoritas maior, quòd ſcilicet hic, & non ibi Chriſti claues operentur. Ergo idem.

Octauò. Qui Diuino iure omnes habet firmare, ligare, & ſoluere, Diuino iure omnibus præeſt ordine, & poteſtate.

Sed Romanus Præſul (cui vt probatum eſt) conueniunt omnia, quæ Petro de ſuo Principatu dicta ſunt Diuino iure omnes haber firmare, ſecundùm illud, & tu aliquando conuerſus, & ligare, ac ſoluere, ſecundùm illud Matth. 16. quodcumque, & conſequenter quoſcumque. Igitur Diuino iure omnibus Chriſtianis præeſt ordine, & poteſtate. Nec iuuat dicere, quòd etiam reliquis Apoſtolis dictum ſit quæcumque ligaueritis, quoniam, vt probatum eſt intelligitur auctoritate Chriſti medio Petro, vel ſuperiore non interdicente ligamen. Hæc, & multò plura adduci potuerunt, ad aſtruendum Romani Præſulis Diuino iure Principatum, ſed bonis iſta ſuperfluunt, malis verò, & obaudientibus nulla ſufficiunt.

Punctum vltimum. Ex dictis ſupra libro primo, & hic in iſto cap. iam clare liquet, id quod aduerſarius ſine vlla ratione accipit quaſi manifeſtum, eſſe quidem manifeſtum, ſed in falſitate non autem in veritate, videlicet, quòd Eccleſia Orientalis, & Africana à Romana Sede Epiſcopos non acceperit, & præter licentiam eius Concilia celebrarit, pro quo dicta multa ſubijciam.

Primùm. Communi iure omne Collegium ſemper potuit antiquis temporibus ſibi eligere Prælatum, niſi aut priuilegium, aut conſuetudo probata vetarit extra eod. cap. 1. 16. quæſt. vlt. congregar. 18. qu. 2. Abbatem.

Secundùm. Communi iure Metropolitanus ſemper potuit confirmare ſuffraganeum diſt. 23. in nomine de elect. cum dilecti, & ibi Panormit. A fortiori autem, & Patriarcha, vel Primas, qui voce differunt.

Tertiùm. Communi iure Patriarcha primus ſimpliciter, ideſt, Pontifex Romanus confirmauit ſemper reliquos Patriarchas, de priuileg. antiqu. vbi hoc patet ex Concilio Lugdunen.

Quartùm. Communi iure ſemper licuit Concilia Prouincialia celebrare irrequiſito Romano Pontifice diſt. 18. prouenit, & cap. ſequentibus, non autem vniuerſalia, vt ſuper multipliciter probatum eſt infero primùm, quòd omnes Eccleſiæ Mundi modo impoſſibilitas, aut ſchiſma non præpediuerit, Epiſcopos à Romana Eccleſia ſuſceperunt, quia acceperunt à Metropolitanis, vel Primatibus inſtitutis ab Eccleſia Romana. De quo etiam ſupra lib. 1. cap. 7. puncto 2. Et ita fuiſſe de facto infinita iura, & canones infiniti volunt, quibus licèt iſte non credat iubentibus, decredere tamen nequit narrantibus. Quis enim negabit hiſtoriam, quam decem, aut viginti Pontifices concorditer aſtruunt.

Infero ſecundò, quòd ſi qua Concilia ſine Romani Præſulis auctoritate celebrata ſunt, non vniuerſalia, ſed Prouincialia fuere, quia homines digni fide multi hoc concorditer factum aſſerunt, quod quia in iure pateat non ſarigor.

Ex quibus etiam infero, quòd Eccleſia Conſtantinopolitana fuit ſubiecta ſemper Romanæ de iure, quod ex probatis ſupra patet per Doctores Latinos, & Græcos, & Concilia. Patet etiam diſt. 22. teſtimonio Gregor. in cap. de Conſtantinopolitana de qua, ibi dicit, quis dubitet eam Apoſtolicæ Sedi eſſe ſubiectam. Hæc Gregorius.

Nos autem poſſumus ei reſpondere, Martinum non modò dubitare, verùm etiam tenere, & prædicare contra hoc tam patens verum, vt nullus poſſit dubitare, niſi talis ſit qualis ipſe, ſimiliter patet teſtimonio vniuerſalis Concilij Lugdunen. de priuil. antiq. Sed in hoc nos non oportet multum fatigari probando, cùm planum ſit, ſed iſtius friuolis motiuis ſolùm reſpondendum eſt, quod fiet inpoſterum.

CAP. VLT.

Ex dictis ſolui omnia Aduerſarij maledicta.

ETſi iam ex dictis patet ad omnia, quæ iſte in reſolutione ſuæ 13. Concluſionis in Ekium blaſphemando euomuit, quia cognitio veritatis ſolutio eſt dubitatorum, apud Ariſtot. propter infirmiores tamen, quæ dicta ſunt dictis eius aptentur oportet, quod tamen maxima diſplicentia, & tædio multis punctis efficiam, tum quòd nullius momenti ſunt, quæ dicit, tum quia malitia non inſcitia meo iudicio peccat, tum quia rem minimam tanta loquacitate, & verborum inuolucro proſequitur, vt etiam legere, nedum reſcribere, tædio maximo ſit, vndè & cum eo obiter agam detractionibus, & dictis puerilibus reciſis.

Punctum primum. Rationes aduerſarij ad firmandum Romanum Pontificatum, eſſe vanas, & inſidioſas.

Prima eſt hæc: Voluntas Dei nota nobis

[illegible] a reuerentia ſuſcipienda, ei [illegible] uæ voluntaria, quod eſt oper- [illegible] merendum, quàm alia ſigna [illegible] aris, vt præcepta, prohibita, &c. Sed [illegible] ineatus Romani Præſulis eſt per Dei voluntatem, quod in ipſo facto videmus, neque enim ſine voluntate Dei, vnquam in hanc potuiſſet venire Monarchiam. Vndè & ſciſſio Regni Roboam, quia Dei voluntate facta eſt ſine auctoritate, rata fuit. Et hæc, inquit, eſt vna prima mihi, & inſuperabilis ratio. Hæc ex iſto.

Hæc verò ratio illi inſuperabilis: Primò quidem eſt vana, tum quia ſi nomen Romani Præſulis in nomen Turci mutetur, omnia equè eſſent vera de Turco ſicut de Romano Pontifice, neque enim ipſe ad Imperium Orientale Chriſtianum, ſine Dei voluntate aſcendere potuiſſet, & conſequenter equè Turco, vt Vicario Chriſti obedientiam debemus, & idem de Boemis ſequatur oportet. Nec puto aliquem poſſe eſſe tam rudem quin videat, quòd vera dico. Tum etiam, quia cùm inter alia ſigna diuinæ voluntatis ſit, & operatio, & permiſſio, tenemur velle, quæ Deus operatur, non autem, quæ Deus vult, quæ permittit, vt peccata, licèt velit ea permittere, Pontificatum autem Romani Præſulis, ſic nobis ex diuinis literis non conſtat (vt iſte falsò putat, immò veriùs, quamuis meo iudicio non putet) aliàs ſcire nequimus an ſit ex Dei operatione, ſicut fuit Principatus Dauidis, vel permiſſione, ſicut Principatus Turci, cuiuſque Principatum iniuſtè occupantis, & ideò niſi aliter probetur ſimus in ambiguo oportet, an teneamur noſtram voluntatem huic rei conformem exhibere, necne, tum etiam quia eſto ſit Dei operatio, non permiſſio, adhuc conformari non tenemur niſi in fine volendi, qui bonitas Dei eſt ſiue totius vniuerſi bonum, vnde licitè filius mortem Patris deplorat ſemper theliſi, quam tamen aliquando Deus facit, Diligentius videat iſte Theologos quos adducit. Si ergo pater, quod iſta inſuperabilis ratio ex multiplici capite ruat, & veram teneat concluſionem ex principio non quidem falſo (quòd ſcilicèt Pontificatus Romanus ſit à Deo) ſed tamen dubio ſibi, qui illud ex diuinis literis probare uolit, nec id poſſit ex humanis. Quod verò in ſuæ rationis robur ex Regno ſtolidi Hieroboam adducit, valet pœnitùs nihil. Illud enim factum, certum eſt non Dei permiſſione tantùm, ſed etiam Dei operatione fuiſſe, Deo teſte, qui illud ſe facturum comminatus eſt 3. Regum 11. ad Salomonem in ſenecta luxuria, idolatria deprauatum loquens in hæc verba. Quia non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam Regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo, &c. Et præteteà cùm ſciſſio illa actu facta eſt, Deus Prophetam miſit, qui hoc à Deo factum aſtrueret, hic verò quantum ad iſtum attinet neſcimus an Dei operatio, vel Dei permiſſio locum habeat, & ideò vana eſt hæc ſibi inſuperabilis ratio.

Eſt etiam inſidioſa, quia ex ea haberi poteſt, quòd ſi diabolo Auctore per ſuos miniſtros malos Doctores, ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ auertantur multi, iam illorum ſchiſma quaſi Dei opus approbare, & complexari oportebit: ſi iſte vera docet.

Secunda verò ratio eſt hæc. Si iuxta præceptum Chriſti cedere aduerſario iubemur, & qui angariauerit nos mille paſſus, eundem eſt cum eo, & alijs duobus milibus, quantò magis ſi Romanus Pontifex exegerit in ſuo Principatu cedendum, ſiue id iuſtè ſiue iniuſtè egerit. Nam incomparabiliter minor res eſt Principatus iſte, quàm vt vnitas, & charitas, & humilitas propter ipſum per nos diſſoluatur. Ideò non dubito peccare eos, qui indiſſenſionem ſeſe tradunt, & Spiritus æternam vnitatem propter hanc temporalem, & æternam excellentiam fugiendam diſſoluunt. Ferconda ſunt enim omnia, quæ peccata non ſunt. Hæc iſte in forma. Quod autem vana ſit hæc ratio, vel ex hoc ſit manifeſtum, quòd apud literales Expoſitores, & Sanctos vniuerſos ſimilia verba Chriſti, ſecundùm animi præparationem, vbi ſcilicèt opportunum foret accipienda ſunt, non quaſi ſint diuina præcepta, vt iſte fingit, vnde nec ſimilia ipſe oſtet Doctor Ieſus Chriſtus ſeruauit, quia non erat expediens. Non enim danti alapham alteram maxillam exhibuit, iuxta conſimile aliud verbum ſuum, ſed dixit, quid me cedis, Eſt quoque inſidioſa, cùm ex ea habeatur, quòd non plus Romano Præſuli, quàm tyranno parendum ſit, ac perindè, ſiqui excutere poterunt iugum eius de ceruicibus ſuis, à ſchiſmate putentur innoxij, ſed veh iſti, portat enim ſuper ſuum caput iudicium Dei.

Tertia autem ratio eſt hæc. Si propter peccata nos Deus voluerit premere multis Principibus, ſicut in prouerbijs dicit Salomon, nunquid reſiſtendum eſt flagello Dei, propter peccata, inquit, populi multi Principes eius. Proinde quando noſtrum non eſt definire, irata ne, an propitia voluntate Deus nobis quoſcùmque Principes dederit, hoc noſtrum eſt voluntatem eius pio, ſimplicique timore ſuſcipere, quomodò etiam ſi ſub Turca nos eſſe vellet, Turco ſubeſſe libenter deberemus. Hæc iſte.

Eſt verò ratio iſta vaniſſima iſti homini, qui ex diuinis Scripturis Romani Præſulis non habet Principatum, tum quia flagellum Dei tenemur quidem patienter ferre ſi nouerimus illud eſſe Dei flagellum, immò teneor ſi ſcirem me damnandum velle in me ſeruari ordinem iuſtitiæ diuinæ, quæ non niſi iuſtè damnat, ſed ſi ignoro Dei flagellum eſſe Dei flagellum, aut diuinum operatum, ſed ſuſpicere, aut credam eſſe iniuſtam inimici inuaſionem, & Dei permiſſionem tantùm, nunquid non licebit vim vi repellere, nunquid Machabæi non pugnarunt aduersùs hoſtes etiam die ſabbati, & Dei populus totus. Ex hoc ergo non habetur, quod teneamur ſufferre iniuſtum Principatum, ſi illud poſſumus aliàs ſine ſcandalo, & periculo declinare. Tum etiam quia falſum eſt, non eſſe noſtrum diſcernere qualiter Deus nobis Principes dederit, aliàs nunquam liceret populo repellere eos de quibus conſtat, quòd Rempub. iniuſtè occupant, vel occuparunt, & ſic iudices Iſrael, etiam ſancti vt Samuel iniuſtè Philiſteos, & alios tyrannos expuliſſent, ſic etiam nunc iuſtè; & meritò magno inimico fidei, & veri

veri cultus Dei Turco reſiſteremus, immò Chriſtiana ei Regna ſuccipetemus. Legat iſte ſciolus 23. quæſt. 8. cap. igitur, & cap. ſcire & cap. omni, & cap. hortatu, & cap. diſpar. & cap. prætereà, & cap. ſi nulla, & ibidem Gregor. ſanctum in cap. vt pridem in principio, vbi ſcribit veloci magiſtro, & in fine vbi idem inducitur in regiſtro, qui Tuſcos in Longobardos armauit præceptis, & ſtipendijs. Quibus lectis ſomniet ſecurè ſi lubet. Si qui verò iuſtè obtinent Principatum, ac perinde per Deum operantem à quo operante eſt omnis iuxta poteſtas, & à quo permittente eſt etiam omnis iniuſta, æquo animo obediendum eſt, non autem tyranno neceſſariò obediendum eſt ex iuſtitia, ſed alias ex aliqua meliore cauſa, vt dicetur. Tum etiam quia iſte contra ſe fabulatur. Cùm enim propter peccata populi ſit principium multitudo, iſte fortè propter peccata aliquarum Ciuitatum cùm ſit vnus Princeps, & Paſtor Romanus Antiſtes, vult inducere Principum multitudinem, dum ſingulos Epiſcopos Principes facit, & Summos negatiuè, id eſt ſuperiorem non habentes, quo fiet ſi Deus tantum malum voluerit, vt ipſi breui inuicem compugnent, in magnam perniciem populorum. Eſt etiam hæc ratio inſidioſa, ea ratione qua prior.

Quarta ratio eſt hæc. Apoſtolus Rom. 13. dicit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non enim eſt poteſtas, niſi à Deo; quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt. Itaque, qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Hac certè omnium robuſtiſſima cauſa, nos Romano Pontifici ſubiecti ſumus. Hæc ille.

Eſt autem & hæc quoque ratio ſibi vana, niſi probet Romanum Pontificem iuſtè omnibus præeſſe, quod nequit iſte, qui Diuinas literas hoc aſtruxiſſe negat. Subijci enim poteſtatibus ſublimioribus mandat Apoſtolus in duplici caſu; & quidem primò, cùm iuſtę ſunt (quòd in propoſito iſtæ non aſtruit) quod indè patet primò, quia poteſtas, de qua loquitur Paulus, à Deo eſt; iniuſtę autem à Deo nequaquàm ſunt, Oſeæ 3. Ipſi regnauerunt, & non ex me; Principes extiterunt & non cognoui, ſcilicèt approbatiuè; ſed tantùm permiſſiuè; & ſimiliter patet ſecundò hoc ad hominem, quia ſi Paulus loquatur etiam de poteſtate iniuſta; Paulus mandat ex ordinatione Dei, obediendum ſimpliciter omni ſuperiori; & conſequenter Diuino iure obediendum eſt Romano Præſuli, & conſequenter Diuino iure eſt ſuperior, quod ille negat. Et tertiò iterùm patet, quia ſi Paulus loquitur ad ſenſum iſtius, etiam modò Diuino iure & Papa, & omnis Clerus teneretur ſubdi poteſtatibus terrenis, ſicut & tunc.

Secundò verò, etiamſi poteſtas tyrannica, & iniuſta ſit; tamen propter aliquod aliud bonum tolleratur, ſicut Chriſtiani ex mandato Petri, & Pauli obediebant, inſequentibus Chriſtianam fidem, ne darent eis occaſionem magis ſæuiendi, aut ne impediretur magis prædicatio verbi Dei, aut aliquid ſimile; alioquin vbi Eccleſia vires accepit, iàm non tenetur obedire Principibus, & Poteſtatibus mundanis; quippè ceſſant illæ rationes, alioquin non licuiſſet Eccleſiæ, quod omni populo licet, videlicet deponere per publicam poteſtatem Principem iniuſtè principantem, & tyrannidem exercentem. Eſt etiam ratio hæc inſidioſa, quod ſcilicet infert, quòd quemadmodùm Papa de facto, & non iure Diuino apud iſtum obtinuit Principatum; ſi illum in Germania obtineret quiſquàm Archiepiſcopus, aut Primas, æquè iuſtè, ibi, vt Romanus Præſul nunc, vbique principaretur.

Quinta ratio hæc eſt: Beatus Petrus docens, vt ſubditi ſimus omni humanæ creaturæ, quia ſic eſt voluntas Dei: humanam creaturam vocat Magiſtratus hominum arbitrio conſtitutos, vt clarum eſt ex ſequentibus, vbi dicit: Siue Regi tamquàm præcellenti, ſiue Ducibus tamquàm ab eo miſſis. Cùm autem & Romani Pontificis poteſtatem arbitremur humano decreto ſtatutam, & ordinante Deo, ſic roboratam, ſine crimine non eſt, qui ſe eius auctoritati ſubduxerit. Hęc iſte. Hanc autem etiam eſſe vanam apud iſtum, quamquàm vera concluſio ſit, iàm liquet ex dictis. Auctoritas enim diui Petri ad Clerum Chriſtiani populi, ſe pro tempore quodam tantummodò extendebat, vt probatum eſt; quo elapſo, Romanus Præſul, qui Imperatorum idolatrarum iuſſa obibat, modò in Deum non peccaret, iàm nulli poteſtati, quantumcumque iuſtę, tenetur deferre. Eſt etiam inſidioſa cum cæteris, vt ex dictis liquidè conſtat.

Sexta ratio, &, vt ait, fortis etiam inſolubilis. Ad hoc enim, inquit, facit vnus ille conſenſus omnium Fidelium, qui hodiè ſub Romano Pontifice ſunt. Nàm cùm poteſtas illa ſit res temporalis, & longè ſubmittenda vnitati Fidelium, non ſine fœdiſſimo crimine eſſe poterit, ſi propter rem temporalem hunc tot Fidelium communem conſenſum deſpexerit, hoc eſt Chriſtum negauerit, & Eccleſiam contempſerit. An poſſibile & Chriſtum non eſſe inter tot, ac tantos Chriſtianos. Hæc iſte, cum nonnullis alijs. Et hæc quidem ratio eſt profectò bona, iſti tamen, nec inſolubilis, nec bona eſt, quam profectò diſſoluerem modò expediret. Eſt quoque inſidioſa cum cæteris, quia ſi Chriſtianorum conſenſus Romano Præſuli iuriſdictionem contulit, eam quoque eorum rationabilis diſſenſus auferre poſſit oportet, nam vt dicitur in cap. omnis extra de reg. iur. & eſt dictum Chryſoſt. omnis res per quaſcumq; cauſas naſcitur; per eaſdem & diſſoluitur.

Punctum ſecundum. Solutiones aduerſarij ad primam auctoritatem Scripturæ, qua Romanus Pontificatus Diuino iure aſtruitur, eſſe vanas.

Dicit enim primò, Canoniſtas ex illo texto Matth. 16. Tibi dabo claues clamare Petrum ſolum accepiſſe claues, & deinde negant Petro hoc verbo datam eſſe primitatem & conſequenter Romano Pontifici, ſed per illa paſce, & ſubiungit. Si ergo ipſis iuriſtis licet negare tot textus decretorum, & diſſentire omnibus, quæ diſtinct. 17. 19. 21. & 22. tam copioſè ex hoc verbo Matth. ſtatuuntur, cur mihi, inquit non licet frigidiſſima decreta appellare Theologo, cum ea negare, & anihilare liceat iuriſtis.

Perſequantur primum ſeipſos maioris

cri-

Digitized by Google

eriminis reos, aut ſi veniam merentur decretorum negatores, & craſſatores, ſine peccato erit, qui inefficaces aſſerit, & frigidas decretorum negatores, & craſſarores, ſine peccato erit, qui ineffieaces aſſerit, & frigidas deeretorum probationes; Hæc ex iſto cum multis alijs.

Dico autem primò, quòd iſte more ſuo falsò, & fraudolenter allegat. Nullus enim eſt tam rudis Canoniſta, qui à Domino Pontificatum, aut claues tradiras illo verbo aſtruxerit, tibi dabo elaues, cùm hoc ſit conrra apertam rationem, quippè dabo eſt ſpnudentis, & non exhibentis verbum, deinde, quòd hoc ſit eontra apertiſſimos textus, & dicta Gregor. & Ambroſ. qui Petrum poſt mortem, & reſurrectionem promotum aſtruunt, vt diſtinct. 50. conſiderandum, & cap. fidelior. Quidam tamen Canoniſtarum dicunt Petro primo datas claues, & per illa verba probant, quòd datæ quidem ſint, quia Chriſtus non vanè ſpopondit, non autem aſſerunt, quòd per illa verba datæ ſint, niſi fortè in ſua ſponſione dicantur datæ.

Dico ſecundò, quòd iniuſtè inſequitur Canoniſtas, quippè, qui textus ſuos non negent, ſed venerentur, iſte tamen eos, aut non intellexit, aut finxit, inſequens eos tanta impudentia, & mordacitate, quia quid verè, & accomodatè diceret non habebat.

Dicit ſecundò iſte, quòd Cauoniſtæ, quia ibi, tibi dabo, Chriſtus claues Petro non dedit, ſed promiſit, dicunt in alio loco tradi elaues promitti, dieunt in alio loco tradi claues, ideſt per illud Ioann. vlt. Accipite Spiritum ſanctum, vbi patet, inquit, non Petro ſolùm, ſed toti Eccleſiæ elaues promitti, & quid per claues promiſſas intelligatur: remiſſionem videlicet, & retentionem peccatorum. Hæc ex iſto.

Dico verò primò, quòd more ſuo iſte malè eitat, nec eſt Canoniſtarum ſententia elaues eſſe datas per illa verba, accipite, quod patet per gloſs. opiniones Canoniſtarum recitantem in eap. translaro de conſtit. quæ dicit eas daras per illud verbum: Paſce, & ſecundùm aliquos per illud verbum, euntes in Mundum vniuerſum docete omnes gentes, quorum vtrumque, vt patebit verum eſt. Quod autem iſte imponit Canoniſtis, eſt doctrina Magiſtri ſui illius videlieet ſchiſmatici Abbatis Sieuli, quia ſuo baſiliſeo ſchiſmate nunquam videtur plenè diſceſſiſſe, quique vt poſſet pro Concilio in Romanum Pontificem impingere, relicto textu aperto in cap. ſignificaſti de electione vbi dicitur Petro cunta mandata. ibi, paſce, accepit hunc textum accipire, quod omnibus Apoſtolis dicitur, vt indè non ex ingenio, ſed ex voluntate nequam inferat. Ex his, inquit dictus Abbas poteſt colligi, quòd poteſtas non fuit dara ſoli Petro, & ſic Papæ dumtaxat, ſed omnibus Apoſtolis repræſentantibus totam Eccleſiam, ità quòd hæc poteſtas eſt penès totam Eccleſiam vniuerſalem. Hæc Panorm,

Dico ſecundò, quòd ſicut primo volumine probauimus, Apoſtoli fuere promoti ad Sacerdorium in cœna, quoad caracterem, & actum principalem, ideſt ſuper Corpus Chriſti verum per illa verba, hoc facite in meam commemorationem, & poſt Chriſti Reſurrectionem, quoad actum ſecundarium, ideſt ſuper Corpus Chriſti miſticum, ibi, accipite, & conſequenter habuerunt claues in cœna ſed ligatas omnes, explicatio autem, & vſus clauium priùs Petro ſeorſum promiſſus eſt ibi, tibi dabo, deinde omnibus ſimul Matth. 18. ibi: Quodeunque ſolueritis, deinde ipſe vſus Petro ſeorſum eſt datus ſicut, & populus, ibi paſce, vltimo verò omnibus, ibi, docete omnes gentes. Sed contra prædicta ex dictis iſtius arguitur.

Primò, per dicta Sanctorum, quòd claues Eccleſiæ datæ ſint.

Soluitur, vt ſupra probatum eſt non ſunt datæ Eccleſiæ, vt Collegio, neque vt ſingulis de Collegio ſeu Eccleſia, ſed miniſtris, ideſt Petro, & per eum Clero, ideò iſte vanè fatigatur.

Secundò. Nam Chriſtus Matth. 16. dicturus, tibi dabo, non dicit, tu Petre, quem me eſſe dicis. Tunc ſic. Omnes Diſcipuli interrogati reſponderunt per Petrum, alioquin, nec diſcipuli Chriſti fuiſſent, nec ſatisfeciſſent Chriſto roganti. Ergo Chriſtus reſponſum Petri non pro Petro modò, verùm pro toto Apoſtolorum Collegio acceptauit, alioquin alios quoque denuò interrogaſſet. Ergo ſicut Chriſtus perſonam reſpondentis Petri pro omnibus acceptat, ità quòd ſequitur non ad ſolum Petrum, ſed ad omnes quorum perſona Petrus loquitur dicit, Tu es Petrus, &c.

Soluitur. Dico primò, iſtum ſubtilem argumentatorem eſto omnia benè aſſumeret, & dedueeret, nihil poſſe inferre niſi, quòd ſicut omnes per Petrum reſpondent, ità omnes per Petrum accipiunt reſponſum, & conſequenter, Petrus eſt primus in reſpondendo & in excipiendo reſponſum, & conſequenter quod ſequitur eſſe petram, & fundamentum, & habere claues omnibus conuenit per Petrum, cui primò conueniat oportet.

Dico ſecundò, quòd Petrus non fecit inquiſitionem ab alijs, quod de Chriſto ſentirent, ſed ſtatim pro ſe, vt feruidiſſimus reſpondit, cuius reſponſum alij, vel ſilentio, vel nutu probarunt, & conſequenter, qui feruentior, & primus reſpondit meruit ſeorſum à Chriſto reſponſum, vndè ibi dicit Raba. Qui enim RegemCœlorum maiori præ cęteris deuotionem confeſſus eſt, meritò præ cæteris ipſe collatis clauibus Regni Cœleſtis donatus eſt. Hæc ille.

Quod verò Chryſoſtomus dicit eum fuiſſe os Apoſtolorum, exponitur ex poſt facto, quia reſponſionem eius probarunt. Alioquin ſecundùm iſtius imaginationem Chriſtus, qui interrogando pluraliter loquitur, vos inquit, etiam reſpondendo pluraliter loqueretur dicendo; vobis dabo.

Dico tertiò, iuxta dicta in primo libro & probata, claues promiſſas, & datas omnibus, ſed ſub ordine ad Petrum cui cæteri ſubditi fuere.

Tertiò arguitur. Nam Chriſtus ſeipſum exponit, cui det claues, dicens, beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, &c. Vnde is, cui dantur claues non eſt Petrus filius Ioannis in perſona, ſed ille cui reuelat Pater, ideſt Patris reuelantis Auditor, & conſequenter nullo priuato homini

mini datæ ſunt claues, ſed ſoli Ecclrſiæ, quia de nullo homine certi ſumus, quòd habeant Patris reuelationem, ſed Ecclrſia eſt de qua dubitare non licer. Hæc ex iſto.

Dico autem ſoluendo, primò, eſſe falſiſſinium, quòd non dentur claues Simoni filio Ioannis, & dico, quòd iſte, qui caro, & ſanguis, ideſt filius Barione, eſt Auditor paternæ reuelationis, vnde, & ipſe dicitur beatus, & ei reuelatio fit, vt probat li *tibi*, & li *ſed*, caro tamen & ſanguis ei non reuelat, ſed reuelationem per diuinam gratiam capit.

Dico ſecundò, quòd claues datas eſſe ſolùm Eccleſiæ non medio priuato homine, eſt impoſſibile, vt ſupra probatum eſt, & iterum, ſic probatur, quia aut quilibet de Eccleſia eas haberet, aut alicui darentur ab Eccleſia, quod iſte quidem ſatetur dicens Pontificem eſſe miniſtrum Eccleſiæ, qnod tamen nullibi conſtar, ſed ſolùm ab iſto ſomniatur. Probatio autem ſua quia ſcilicet de nullo homine certi ſumus, quòd habeat Parris reuelationem, primò quidem eſt ſalſa, vt ſupra probatum eſt, ſcilicet quia in lege veteri Deus ſub pœna mortis ſtari iuſſit deciſioni Summi Pontificis, & in noua Papæ iudicium eſt oraculum Dei, eſt eriam hæretica, tum quia contra verbum Chriſti, in illa aduerſatiua, ſed Pater meus ſupple reuelauit tibi, niſi nouam grammaticam effingamus, vt ibi dictum Petro ſupponat pro toto Chriſtiano Collegio tum quia eſt contra diuinas literas aſſerentes multis particularibus Prophetis reuelata eſſe Chriſti myſteria, & maximè Ioann. Bapt. & Paulo. & Ioann. Euang.

Quartò. Nam quod dicitur ſuper hanc Perram, ſi intelligamus poteſtatem Papæ, ſequitur, quòd Eccleſia primitiua Hieroſolymitana non ſuit Eccleſia, quia Petrus fuit multis annis Hieroſolymis antequam viderer Romam. Soluitur. Iſte valdè ignoranter loquitur, quia ſi hæc Petra ſit poteſtas Papæ, cùm Petrus antequam videret Romam eſſet Papa, vt probarum eſt, non ſequitur, quòd Eccleſia Hieroſolymitana, non eſſet Eccleſia, & ſuper hac Petra fundata. Et ſi dicat ſe per auctoritatem Papæ intelligere anctoritatem Eccleſiæ Romanę, vt videtur deindè ęquiuocando dicere, adhuc ignotanter loquitur, quia per Ecceleſiæ Rom. auctoritatẽ nihil Doctores, aut iuræ alind intelligunt, quàm auctoritatẽ Vicarij Chriſti, quæ nnnc qnidem eſt in Eccleſia Romana, ſed tamen olim fuit in Antiochena, vndè Eccleſiæ Romanę, & authoritas, & primitas ineſt ratione Præſulis non è contrà. Et ità docuit ille clariſsimus vir Cameracenſis in veſperijs, & ità ſonant omnia, & maximè capirulum ſacroſancta diſt. 22. vbi Bearus Anacletus, (quem modeſtus iſte religioſus, & declamator, inter poteos reponit, quem ramen non intellexit) ex primitate Petri infert primitatem Eccleſiæ Romanæ, non è contrà, ità etiam docuie Concilium Conſtantienſe, qnod dicens errorem eſſe, quòd Eccleſia Romana non ſit prima expoſuir, ſi inquit per Eceleſiam Romanam intelligitur Eccleſia vniuerſalis, vel in aliquo derogetur primitati primi Pontificis, vt ſuprà in primo lib. dictum eſt.

Quinto. Nam Matth. 18. dicitur non ad Petrum, ſed ad Apoſtolos. Si Ecclrſiam non andierit, ſit tibi &c. Amen dico vobis quæcumque ligaueritis, &c. Soluitur. Dico primò, quòd Eccleſia hìc ſumitur pro Clero, vt per Hieronym. patet diſt. 23. omnibus, vel quacumque congregatione loci in quo corripitur ſecundùm nominis ſignificatum, ſufficit enim ſi dicatur Eccleſiæ, quamuis non vniuerſali. Dico ſecundò, quòd hæreticum eſt, ac ſtolidum hìc ſumere Eccleſiam pro pro vniuerſali Eccleſia, ſicut iſte capit, vt ſuprà probatum eſt lib. 1. ibi videatur.

Sextò. Nam Petrus, poſt dictam confeſſionem: tu es Chriſtus, audiuit à Chriſto, tibi dabo, & paulòpoſt iterum cùm à paſſione vellet Dominum auertere audiuit, vade retro me Sathana, quia non ſapis quæ Dei ſunt. Ergo Petrus cui facta eſt reuelatio, non eſt Petrus ignarus Dei, filius Bar-iona, ſed eſt Eccleſia. Soluitur. Conſequentiã nego, vel ſequelam, quia vna, eademque perſona poteſt diuina quædam ex diuina reutlationem cognoſcere, & quædam ignorare ex propria fragilitatẽ. Vndè ibi dicit Chriſoſt. Quid mirabile eſt hæc pati Petrum, qui de his reuelationem non ſuſcepit. Vt enim diſcas, quòd neque illa, quæ de Chriſto confeſſus fuerar, ex ſe loquutus eſt, vide qualiter in his quæ non reuelata ſunt ei, turbatinnem patiatur. Hæc ille, ex qno pater, quod vtrobique eſt eadem perſona. Sed contrà hoc recapitulatur per adnerſarium. Si vtrumque illorum dictum eſt Petro, & primum tranſit ad Romanum Pontificem, ſcilicet, tibi dabo irrefragabiliter etiam tranſit, & ſecundùm ſcilicet, vade retro me Sarhana. Soluitur; pueriliter arguitur, quia ad Romanum Pontificem tranſeunt dicta de Petro concernentia officium vtrique commune, vt ſupra probatum eſt, uon autem dicta de eo ratione hipoſtaſis, alioquin neceſſariò quilibet Pontifex ter Chriſtum negaret. Sed iterum replicat. Si ad ſolum Petrum refertur, tibi dabo, quò abierunt claues Petro decedente. Soluitur. remanent in Sacerdotibus, vt ordinarat Petrus, de reſcript. ſi gratioſè in 6. ea autem ratione, qua erant in Petro remanent auctoritatiuè in Deo, & diſpoſitiuè in Eccleſia, quæ per electionem materiam parat, cui Deus iterũ cõferat claues de elec. vbi pericnlũ in 5.

Septimò, quaſi aliquid magnum dicturus reſpondeat inquit mihi qui poteſt, & attende, quod dico. In Eccleſia Romana quis habet claues, Ecclrſia ipſa an Pontifex? Si Papa, quando eligitur ſi quidem claues ſecum afferat iam erat Papa antequam eligeretur, ſi non affert à qno accipir, numquid ab Angelo de Cœlo, nonne ab Eccleſia? Soluitur. O magnum argumentum, ſed tamen iam ex dictis antequam fierer diſſolutum. Dico autem, quòd in Pontifice ſunt, & per illum in Clero Romano, & cùm eligigitur nec eas ſecum affert, neque ei ab Eccleſia dantur, vt iſte ſine probatione aſſumir, ſed à Deo vt ſuprà probatum eſt. Si enim hic Põtificatus eſſet iure humano ſtatutus, ab homine vtique poteſtatem acciperet, nunc verò cũ iure diuino ſubſiſtat, vt probatũ, eſt ab alio quam à Deo ſuam auctoritatem non habear oportet, vt multipliciter, & in primo, & in ſecundo volumine demonſtratum eſt. Deindè verò iſte multa alia inducit argumenta nihil

hil

hil penitus valentia, & repetit de prædictis tanto verborum ſtrepitu, ſine melodia quod animus iam recenſere faſtidit,eo vel maximè quod ex dictis ad omnia ad liquidum pateat.

Punctum tertium. Vanas quoque eſſe ſolutiones aduerſarij ad auctoritatem Scripturarum, qua dicit ſecundò probari Romani Præſulis principatum; Dicit enim quod ad id probandum adducitur ſecundò illud Ioann.vlt. diligis me,Paſce oues meas: quod ad propoſituui nihil efficere conatur probare: quamquam nihil penè dicie, niſi detractiones, & mordacitates, quibus non oporteret reſpondere. Romanam veritatem non Romanam ambitionem ſi qua eſt ſicut, & vbique deſtrudtutem, & eò magis, quod nihil ſint, & ad omnia ex dictis pateat,pro abundantiore tamen doctrina,& rudioribus aliqua;obiter dicamus. Ex dictis ergo iſtius arguitur ſic.

Primò. Certiſſimum, inquit,eſt à Petro nullum Apoſtolorum eſſe creatum, vel miſſum, ergo nec verum, nec poſſibile Petro omnes oues eſſe commiſſas, ſed generali ſententia omnibus dictum eſt, paſce oues meas, non enim dixit omnes oues, ſicut omnibus Apoſtolis dicit, docete omnes gentes. Soluitur. Dico primò illam negatiuam,quam certiſſimam dicit, nec ratione, nec auctoritate alicubi conſtare quantum ad illam particulam nec miſſum, ego verò probo à Petro aliquos Apoſtolos eſſe miſſos, & maximè Paulum, immò omnes. Nam Iacobus Alphæi, miſſus eſt à Petro ad docendum Hieroſolymitas, à quo eorum Epiſcopus ordinatus eſt, coaſſiſtentibus Ioanne, & Iacobo Zebedæi, vt etiam iſte dicit, & beatus Anacletus, & Papa, & Martyr in cap. porrò diſt. 86. & per Euſeb.in primo lib.Eccleſiaſt.hiſt.patet,quod etiam indè arguitur,quia act. 15. in Concilio, poſt Petrum Iacobus loquutus eſt, quaſi Diœceſanus. Præterea act.13. patet, quod in Eccleſia Antiochena, vbi ſedebat Petrus, per ſe, vel alium, dixit Spirit. Sanct., ſegregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quos aſſumpſi eos, vbi ſecundùm gloſ. interlinearem, & Nicolaum de Lira, & alios literales expoſitores vocati ſunt ad Apoſtolatum per Petrum, aut eius miniſtros auctore Spiritu Sancto, & cum manuum impoſitione more ordinandorum ſunt miſſi ad prædicandum, vnde, & benè gloſ.in cap.quis neſciat, dicit quod Petrus dedit Paulo licentiam prædicandi intellige gentibus authoritate Spiritus Sancti dicentis ſegregate &c. vnde ipſe Paulus Rom.primò dicit ſe in Euãgelium ſegregatum. Et illi impoſitores manuum ſi ibi non erat perſonaliter Petrus fuerunt miniſtri Petri, & vt Nicol.de Lir. ſentit fuerunt Epiſcopi, & verum eſt,quia tunc necdum Epiſcopus ſecernebatur à Preſbytero, vt etiam iſte fatetur, & infra probabitur, quod verum eſt quantum ad iuriſdictionẽ,ac nomen,non quantum ad ſacramentum. Item act. 15.omnis Eccleſia in qua haud dubium Petrus erat primus;miſit Antiochiam Iudam, & Syllam cum Paulo, & Barnaba, Præterea Petrus ſecundùm diuinas Scripturas officium habuit docendi omnes gẽtes ipſe enim act.15 in eo Concilio quod, & fuit primum, & legalium non obſeruandorum ſententiam tulit, ſic dicit. Viri fratres vos ſcitis, quàm ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij,& credere, vndè, & ipſe primus Romæ prædicauit vt in hiſtor.Eccleſiaſt. libro primo.Et ne fortè iſte dicat quod non dicit de omnibus gentibus, vt ibi paulò poſt ſubdit Iacobus de omnibus gentibus intelligitur.

Tunc arguo ſic.Omnes gentes audierunt Verbum Dei ab ore Petri, cùm ità Deus fiendum per Prophetas ordinarit. Aut ergo Petrus docuit omnes gentes per ſeipſum, aut per ſeipſum, aut per alios. Quod cum per ſe ipſum non fecerit, reliquum eſt vt per alios fecerit, & ſic omnes Apoſtolos docentes ipſe miſit. Sic ergo patet id quod iſte tamquam certiſſimum, ſine vlla probatione ſua auctoritate propoſuit falſiſſimum eſſe,& quod Diuus Petrus Coapoſtolũ Paulum Apoſtolũ creauit auctoritate Spiritus Sancti, per ſe vel ſuos, & eum miſerit, & inſuper omnes alios miſit, nec mirum, ipſe enim eos omnes Epiſcopos fecit, vt in primo libro oſtenſum eſt.

Dico ſecundò Petro non eſſe commiſſas omnes oues Chriſti, primò quidem falſum eſſe dicente Aug. ſuper Pſalmo 49.quod in die Aſcenſionis Chriſtus Petro comendauit Eccleſiam,ideſt vocatam terram à Solis ortu, vſque ad occaſum. Dico ſecundò, quod hoc etiam, hæreticum eſt, tum quia eſt contrà determinationes Conciliorum, vt capitulo priore patuit, tum quia eſt contrà illud Ioan. 10,fiet vnum ouile, & vnus Paſtor, vt patuit, tum quia eſt contrà verbum Scripturæ allegatum, quod omnes gentes erant auditura verbum ex ore Petri. Non fuiſſe autem poſſibile Petro committi omnes oues, non hæreticum modò,verùm blaſphemum eſt, cùm non ſit contradictio, nullum verbum Deo impoſſibile ſit.

Dico tertiò,quod Paulum de Cęlo vocatum ad Apoſtolatum,ideſt ad annunciandum Dei Verbum gentibus prædeſtinatione ſecluſa, iſte securè ſomniat, eſt autem ad id muneris vocatus à Petro quo ad gentiles auctoritate Spiritus Sancti vt patuit.

Dico quartò, quòd rudis eſt ingenij non aduertere in textu Euangelij, ibi, paſce,quod aliquid committitur Petro, quod non alijs, cùm Dominus ibi requirat diligis me plus his. Sed contra recapitulat iſte, quia ſi omnes oues Petro mandatum eſt paſcere, ſi non pauiſſet omnes oues peccaſſet, & peccaret hodie Romanus Pontifex, qui nec paſcit, nec paſtores mittit. Soluitur. Rude argumentum Petrus pauit omnes oues, ideſt fideles verbo doctrinæ, eo modo quo eum decebat, & ei congruebat,aliquas videlicet per ſeipſum oretenus, alias autem quibus aberat per ſuas epiſtolas, & per paſtores quos vt probatum eſt ipſe direxit. Romanus etiam Pontifex idem facit, & ſi minus quàm debet facit, peccat. Eſt autem maioris meriti, & maioris fructus docere, vt Architectus, (quod Romanus Pontifex facit) quàm vt manu operarius. Verbi cauſa. Decernat Romanus Præſul, quod falſi & quod veri in doctrina iſtius qui obloquitur concludatur, nonne docebit eorum Mundum, & omnes oues Chriſti: immò etiam ipſos Doctores docebit, tradens regulas docendi vnum in doctrina Chriſtiana eſt vt ſapiens Architectus fundamentum ponens.

nens. Sed iſte declamator, vtinam fructuoſus vellet Pontificem aſſiduè laborantem in regimine Nauiculæ Petrinæ, & iugiter audiendis ouibus patientiſsimè inſudantem, cum regibus, tum Clero, & Populo Chriſtiano (adeo vt vix mihi pro cauſis fidei vacet ſpaciolum ſuggerendi) depoſito regimine, aut poſtergato, populis declamaret, nec Deum imitaretur (qui cùm omnia poſsit per creaturas tamen penè omnia exequitur,) ſed potius diſcurrens vagus, & profugus vbique declamaret, quod eſt inſanire, ſapere verò eſt docere, vt doceat Pontifex, vt Architectus, & inſanos Prædicatores ad ſanitatem bonis verbis, deindè verò etiã mulctando reducat. Sic enim in omnibus ſanè docentibus docet, & in hoc ſi dormitet grauiſsimè delinquit, & vtinam in hunc Martinum, & alias vulpeculas Alemaniæ tã modeſtus nonfuiſſet.

Arguitur ſecundò ſic. Ex dicto inquit verbo paſce, nihil aliud haberi poteſt. niſi vt Petrus paſceret oues, quę erant ex ouili Iudæorum, quod ex Paulo Galat. 2. probat, vbi Petrum vocat Apoſtolum circumciſionis, ſe verò Apoſtolum Gentium, aut ſi extenditur ad Romanum Pontificem; nihil prohibet etiam ad omnes extendi pari negocio. Soluitur, ex illo verbo iuncto alio ſcilicet, erit vnum ouile, & vnus Paſtor, ſequitur quòd Petri eſſet Paſcere oues Chriſti, quod etiam ſupra probatum eſt eſſe verum multipliciter, & nunc quoque probo, quia ſecundùm iſtum Petrus fuit Apoſtolus Circumciſionis, & vt probatum eſt etiam gentes omnes auditeræ erant verbum ex ore eius, vt dicitur act. 15. & ideò eius erat, & Iudæis, & gentibus Paſcha prebere.

Dico etiam quod Paulum ſuo more citat infideliter, quippè qui non dicit Petrum fuiſſe Apoſtolum Iudæorum tantùm, ſed Deum cooperatum Petro in Apoſtolatum circumciſionis, quod litterales exponunt, ideſt, in officium Apoſtolatus, ſcilicet prædicatione quæ fuit ad circumciſos, quamquam deindè, & Petrus gentibus, & Paulus Iudæis Euangelizauit.

Dico tertiò, quod non eſſe eandem rationem de Succeſſore Petri Romano Pontifice, & alijs Epiſcopis, ex iam dictis clarè liquet.

Arguitur tertiò. Nam li *paſce*, inquit non ſignificat eſſe primum, aut Principem, vndè ex ipſo nihil habetur, niſi quod Romanus Pontifex debet prædicare, & docere Verbum Dei, & conſequenter debet primatum deponere, & vacare verbo. Soluitur. Dico primò, quod li *paſce* quicquid ſignificet quantum ad id à quo imponitur, quantum tamen ad id ad quod ſignificandum imponitur, effectum Paſtoris importat, & conſequenter qui paſcit eſt paſtor, & conſequenter habet pedo ſuo arcere lupos, & oues ad vera paſcua cogere, & conſequenter non habet ſolùm docere, vt eum decet, verùm etiam corripere, nec oportet ad hanc doctrinam principatum deponere ſed aſſumere, vt doctrina ſit efficacior comitante auctoritate. Et de his ſuprà abundantius.

Arguitur quartò, Chriſtus inquit non imponit paſturam Petro niſi priùs diligat, ergo ſequitur, quod ſi non diligit non ſit audiendus, cùm vtrumque horum Chriſtus copulauerit. Soluitur. Dico primò illud non ſequi quod infertur, ſcilicet, quod non ſit audiendus Paſtor malus etiam ſi bonam habeat doctrinam. Hoc enim eſt contra verbum Chriſti dicentis, ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis ſeruare, & facite, ſecundùm verò opera eorum nolite facere, & ratio eſt quia non auditur doctrina mali, vt mali eſt, ſed vt Dei eſt: ſicut etiam honoratur malus Prælatus non ea ratione qua malus, ſed qua Deum nobis præ ſe fert. Sequitur verò ex eo, quod Chriſtus curam ouium mandaturus prę requirit amorem, quod nulli cura mandari debeat niſi amanti, quod Deus quidem, qui corda nouit, infallibiliter obſeruat, ſi per ſe ſtatim, & immediatè demandet, nobis autem quibus vtpotè hominibus hominum charitas minimè conſtat, ſufficit ſi ità probabiliter crediderimus, & diligentiùs curauerimus, vt paſtura diligenti mandetur, cùm impoſſibilium nulla ſit obligatio. Hæc autem eſt prima ruina, & principalis Populi Dei, quod Eccleſiaſtica beneficia, plerumq; non vt merita, ſed vt commoda, & vota exegerint conferuntur de elect. nihil. Nec puto Pontifici noſcenti, & timenti Deum, vllam poſſe maiorem difficultatem adeſſe, quàm dignè prouidendi Eccleſijs, quippè digni fugiunt, indigni beneficia cupiunt, quærunt, petunt, extorquent, litigant, emunt, occupant etiam armis.

Punctum quartum. Aduerſarium iniuſtè, & ignoranter ridere decretum Leonis, diſt. 19. Ità Dominus, inquit, noſter Ieſus Chriſtus, humani generis Saluator inſtituit, vt veritas quæ antea, legis, & Prophetarum præconio continebatur, per tubam Apoſtolicam in ſalutem vniuerſitatis exiret ſicut ſcriptum, eſt, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris Sacramentum ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodã capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe intelligeret diuini miſterij eſſe, quia à Petri ſoliditate recederet. Hunc Petrum in conſortium indiuiduę vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat voluit nominari, dicendo, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, vt æterni Templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſteret: hæc Leo.

Contrà hoc autem ex verbis iſtius arguitur ſic. Primò. Si per Petri ſoliditatem Petri intelligit fidem, qua Petrus Chriſtum confeſſus eſt Matth. 16. rectè intelligit, ſi verò per illam intelligat iuriſdictionem, & poteſtatem Petri, & Romani Pontificis, quilibet facilè capit, quod verbo Euangelij abutitur, & fallitur, quia omnes Apoſtoli fuerunt in ſoliditate Petri, & tamen ſub Romana Eccleſia non fuerunt, & ſimiliter Stephanus, & alij paſſi perſequutionem à Paulo, in ſoliditate Petri fuere antequam Romana Eccleſia fieret. Soluitur. Iſte diuidendo arguit inſufficienter, quia ſoliditas Petri intelligi poteſt non ſolùm fides Petri, ſed fides ſucceſſorum, & eorum iuriſdictio. Igitur per ſoliditatem Petri Leo intelligit primò quidem fi-

dem Petri. & ſecundò Succeſſorum, vt patet ex dictis eius ſuprà reciratis, quibus dicta de Petro gratia primatus aſcribit ſucceſſori, ſicut, & Doctores Græci, ac Latini, & Concilia Oecumenica, quæ fides fuit, eſt, & ſemper erit ſolida, & inconcuſſa, vt patuit, & tertiò etiam intelligit iuriſdictinnem Petri, & ſucceſſorum, quod probo, quia quæcumque docuit Petrus, & Romani Pontifices in ſpectantibus ad fidem, & mores, vera ſunt, vt probatum eſt ſupra, & hi docuere de hac iuriſdictione, quæ itidem ſuperiùs probata eſt eſſe de iure diuino auctoritate Latiuorum, Græcorum Coneiliorum, Scripturarum, & Syllogiſticæ, & quæ iſte in contrarium eirat, ignorantiam non modicam redolent. Cùm enim dicant Apoſtolos fuiſſe in Peeri ſoliditate, & ramen non ſub Romana Eccleſia: dico, æquidem, quod primò non loquitur ad propoſitum, quia cum deberet probare, quod non ſuberant Petro, vel Succeſſori, infert de Romanà Eccleſia, & ſecundò, quod ſuberant Petro, & conſequenter Vicario Chriſti, & conſequenter ſubiecti fuiſſent ſucceſſori, quicumque viui fuiſſent, & conſequenter Pontifici Romano, ad ſenſum ſupra expoſitum, quod per Romanum Pontificem is intelligitur, qui vices Chriſt i, vt Petrus, qui ſuit vltimo Pontifex Romanus, vndè ſi Vicarius Chriſti eo volente ad Auinionem migraret perpetuò, illa ſedes eſſet prima, & non Roma, quippè cum Eccleſia hæc dicatur prima gratia ſedentis, & non è contrà. Vnde patet ad omnia quæ de Stephano, & alijs objicit.

Secundò arguitur. Nam bìc Leo inquit, dicit. in Apoſtolo Petro principaliter collocatum docendi munus: trahens ad ſingularem Petrum, quod pluraliter dictum eſt: ſonus eorum, & verba eorum. Soluitur. Dictum Leonis fundatum eſt in ſcriptura, quam iſte non tenet actuum 15. vbi ipſe Petrus dicit prophetico teſtimonio ſe electum, vt ex ore eius omnes gentes Dei verbum audirent, & crederent, de Iudeis autem taceo, cùm iſtemet dicat eum Apuſtolum fuiſſe circumciſionis. Probario autem citata quæ nihil ſit, quiſque videat, quia non repugnat omnes Apoſtolos inſonuiſſe, & Petrum principaliter qui, & alios miſit, vt probatum eſt, & maximè Paulum, quem etiam ad Apoſtolatum ipſum euexit iubente Spiritu Sancto, & dicente, ſegregate, &c. vt citatum eſt prius.

Tertiò arguitur. Nam manifeſtè falſum eſt, inquit, quod Petrus ſit caput, à quo Chriſtus ſua dona in corpus omne diffundat, cùm non infundat niſi in Eccleſiæ partem per Petrum eruditam, vt Latina eſt, & Occidentalis, quia etiam per alios, & præſertim Paulum dona ſua diffundit, & in multò plures quàm per Petrum, vt mihi miraculum, inquit, ſit huius Pontificis mentem tam profundè fuiſſe occupatam, vt hæc ſcribens meminiſſe non potuerit Pauli, & aliorum. Soluitur. Eſt mihi miraculum, quod vir qui ſe tanti facit, vt Ariſtotilem, inſipientiſſimum ſcribat, tam ignoranter virum ſanctum, & eruditiſſimum inſequatur. Nam primo quidem, vt per diuinas literas aſtruxi omnis Apoſtolica prædicatio poſt Chriſti mortem in gentibus à Petro per ſe, vel alios emanauit, deindè verò non capit Pontificem iſtum, qui non loquitur de omni munere diuino, quis enim dicat per Petrum, & ſucceſſores daram gratiam Chriſti omnibus credentibus, vt gratiam miraculorum, vel ſermonum, aut curationum, vel eiuſmodi niſi diſponitiuè, & occaſionaliter? ſed eruditiſſimus Pontifex à Spiritu ſancto doctus, de donis loquitur Hierarchicis, quæ omnia à primo Hierarcha per Chriſtum in totam Hierarchiam deducuntur, ſiue in Cœlis, ſiue in terris, vt luce clariùs ex Dioniſio Areopagita videre licèt, necnon ex Iſidor. Ethic. libro, & habetur diſt. 21. cleros. Taceat ergo iſte, & erubeſcat.

Quartò arguitur. Si verum eſſet quod Leo iſte dicit, iam tota Orientalis Eccleſia ab initio ſui, vſque ad finem, fuiſſet exoſa diuini miſterij, quia numquam ſub Romanæ Eccleſiæ poteſtate fuit. Tollerandus eſt ergo error iſtius Leonis, non autem propter eum alius, & verior ſenſus relinquendus. Soluitur. Non poſſum carere miraculo. Eccleſia Orientalis pro parte etiam nunc non iure modò, verùm etiam facto eſt ſubiecta Pontifici. Taceo de multis, & quod vidi aſtruo. Cum in Partenope iunior agerem, ex Armenia acceſſerit ordinis noſtri Pater, quam plurimum venerandus electus in Epiſcopum regionis totius, & ſui prædeceſſoris bullas Romam tulit, firmationem ſuæ electionis ipſe perſonaliter ex more gentis petiturus, ita locorum diſtantia exigente. Cùm verò Bononiæ prioratum agerem præſente Iulio Pontifice Maximo, rurſùs alius electus acceſſerit, prioris bullas ſimiliter deferens. Sed de his iam tacens ad Græcam Eccleſiam redeo, pro qua iſte maximè ſtrepitat, quam ſubiectam Romano Pontifici, vt ſupra deduximus, vt ſacros Canones miſſos faciam, aſtruxere Doctores Græci, vt Chryſoſtomvterque Cyrillus, & Maximus, & ſimiliter Concilia Oecumenica, maximéque omnium vltimum Florentinum, vbi & ipſi Græci, & Armeni, & Æthiopes hoc ipſum faſſi ſunt.

Punctum 5. Aduerſarium iniuſtè, & ignorantem ridere decretum Leonis Quarti, diſtinct. 20. de libellis, dicens: Luculentius, & magna voce pronunciare non timeo, quia qui illa, quæ diximus Sanctorum Patrum ſtatuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Clericus, ſiue Laicus, non indifferenter recipere conuincitur, nec Catholicam, nec Apoſtolicam Fidem, nec quatuor Euangelia, vtiliter, & efficaciter ad effectum ſuum retinere, vel credere probatur. Hæc ille. Contra quod iſte ſic virtualiter dicit. Nimium audacter humana ſtatuta æquat Euangelio, & aſſerit qui ea non ſeruat fidem Catholicam non ſeruare, niſi loquatur de contemptoribus, & his, qui ei ſubſunt. Soluitur. Quæro ab iſto quomodò ſciat, aut credat Euangelium eſſe irrefragabiliter verum, & certè nihil verè dicere poteſt, niſi quod auctoritate Catholicæ Eccleſiæ. Quæro rurſùs, vbi legerit Catholicam Eccleſiam hoc firmaſſe? & certè nullibi, niſi vbi determinauit Eccleſia Romana, quam & Apoſtolicam conſtat, & Catholicam eſſe ſupra probauimus, ideſt vniuerſalem, virtute tamen, non forma. Immò vniuerſalis Eccle-

ſia

ſia Euangelia confirmare, nunquam poſteaquam ſcripta fuere potuit, ſicut nec congregari, niſi per ſua capita, ideſt Epiſcopos, quorum omnium Romanum Pontificem eſſe caput, vt crebrò dictum eſt Doctoribus Latinis, & Græcis, & Concilijs, & diuinis literis, & rationibus probarim. Vndè auctoritas Romani Pontificis iure, & officio ſuo iudicialiter decidentis maior eſt auctoritate Euangelica, quippe propter eam Euangelio credimus, & propter quod vnumquodque, & illud magis eſt, vt docuit Ariſtot. primo poſter. Vndè & Auguſt. contra epiſtolam fundamenti, dicit ſe non credere Euangelio, niſi monitus Eccleſiæ auctoritate, nempè Romanæ, quæ ſola legitur Euangelia firmaſſe, diſt. 15. ſancta. Quæro iterum, an credat hic vis Symbolo, dicenti de Spiritu ſancto, quod ex Patre. Filioque procedit, ſicut diuinæ Scripturæ. Et quidem ſi non, vtique hæreticus ſit oportet, hoc ſolo, quamquam omni alia credit, & ignorans itidem, qui neſciat eundem Spiritum ſanctum hic, & ibi loqui, nec maioris ſit auctoritatis hic, quàm ibi, qui vnus, & idem ſit. Si verò ſic, rurſùs quæro, vndè ſibi iſta fides niſi à Concilio, vndè Concilio auctoritas, niſi à Pontifice ſummo, at ex ſuperioribus liquet, & maximè Niceno, quod à Silueſtro Romano Pontifice canonum ſuorum confirmationem petiuit, vt ſupra probatum eſt, ſicut etiam & Athanaſius Patriarcha Alexandrinus à Marco Papa, quædam eius Concilij capitula confirmari petiuit, ex cauſa, quæ patet in cap. ſeptuaginta diſt. 16. Vides ergo, quàm iniuſtè, & ignoranter diuinos Pontifices iſte dilaceret, quòd Euangelio æquent, quod præferre potuiſſent.

Præterea iſtum ſuo gladio peto. Dicit Pontificem vera loqui de contemptoribus Canonum, & ſubiectis Pontifici. Subinfero ego, quod Pontifex non niſi de contemptoribus loquitur, ideſt his, qui canones recipere recuſant, & conſequenter vera loquitur, quantum autem ad ſubiectionem attinet, omnes Chriſtiani niſi hæretici ſint, vel ſchiſmatici, aut Romano Pontifici ſubſint oportet, aut ouile Chriſti non eſſe vnum ſub vno paſtore contra vocem Domini, Ioann. 10. capite.

Punctum 6. Aduerſarius iniuſtè, & ignoranter impugnat decretum capituli clerus diſt. 21. quòd Romanos Pontifices dicit antea Reges, & Imperatores appellatos, quòd antea ipſi Reges Pontifices erant. Hæc ibi. Contra quod ex dictis iſtius arguitur.

Primò. Numquam, inquit, credam hoc capitulum ab aliquo Romano Pontifice eſſe conſtitutum, ſed videtur Iſidori commentum eſſe. Soluitur. Sed neque ego à Pontifice Romano editum credo, non tamen dubito, an ſit Iſidor. ſed ſcio, quòd eius ſit in lib. Ethic. vt etiam Gratianus refert in fine capituli immediatè præcedentis. Secundò reprehendit, quod aliqui Romanum Pontificem, ſummum Pontificem, & Sacerdotum Principem vocant, Regem, ac Imperatorem. Soluitur. Quantum ad id, quod Romanus Præſul, dicitur Pontifex Maximus, hoc iſte mecum fateatur, aut maiorem deſignet. Neque ſufficit ſi æqualem afferat (quamquam hoc eſſe impoſſibile ſupra monſtratum eſt) quippe qui vel ſic maximus dicetur, quod non habeat maiorem. Sed puerilia ſunt hæc. Quantum autem ad Imperatorem attinet, eos errare crediderim, qui ad gloriam Romanum Pontificem Imperatorem dicunt, aut Regem. Ipſe enim longè clarioribus nominibus inſignitur, quod ſcilicet Paſtor, ſit & Pater omnium Regum, & Imperatorum, ac proindè Imperator, & Reges oues Chriſti Papæ commiſſæ, & filij Pontificis ſint, & tantò ſemper glorioſiores, quantò in virtuoſis obſequentiores. Habet, & clariora à ſanctis viris, & Concilijs comprobata, ſicut à Dyoniſ. dicitur diuinus, & à Maximo Cõſtantinopol. Patriarcha dicitur ſummus, & diuiniſſimus Paſtor. Arguitur 3. Nam in contrarium eſt Africanum Concilium, dicens diſt. 99. in cap. primæ Sedis. Primæ Sedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ Sedis Epiſcopus. Et ſequitur. Vniuerſalis autem, nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Hæc ibi. Indè iſte hunc textum non intelligens, nec rei veritatem, ac propterea ſe aliquid inueniſſe cui reſponderi nequeat ratus, ſolito fidentius inuehitur in Canones, & Canoniſtas, dicens: Hic in iudicium voco ipſos Canones, & Canoniſtas. Doceant me quæſo quid hic dicant. Iſte canon probatus eſt, & non ſolùm frigidos aſſerit, ſed & negat, & prohibet, ac damnat eos Canones, & Canoniſtas, qui Romanum Pontificem Principem, Caput, Summum, Maximum, appellant, deindè primatum ei auferens, pœnitus eum reliquis primarum Sedium Epiſcopis, ideſt Patriarchis æquat. Hæc iſte valdè ignoranter, pro quibus dico multa.

Primùm. Ex his quæ ſupra lib. 1. antequam viri huius malè dicta extrema ad me venirent ſcripta ſunt, patet Papam vniuerſalem, ideſt omnium Eccleſiarum Epiſcopum eſſe virtute non forma, licèt hoc vocabulum Romani Pontifices ex modeſtia recuſarint, tum etiam quia vocabulum ex æquiuocatione ſua hebetiores fortè lædebat, quippe ſi Papa erat vniuerſalis Epiſcopus, & illud de vniuerſalitate immediata ſuppoſito intelligebant, ſe viderent excluſos. Igitur ſicut ipſi recuſarunt immò, & prohibuerunt, vt ibi cap. nullus, Pelagius, & cap. ecce, Gregor. prohibuit, ità Concilia quoque, quæ omnia etiam Rom. Pontiſ. auctoritate celebrabantur ſi vniuerſalia erant, & firmabantur, vt probatum eſt, id ipſum ſtatuebant, non quin verè ſic dici potuiſſet, ſed quia ſic dici non oportuiſſet, nec ipſi Romani Pontifices voluiſſent ne inflaretur veritas, & charitas læderetur, vt dicitur in dict. cap. ecce. Dico 2. quòd licèt non ſit mea prima profeſſio, vice tamen Canoniſtarum, quos iſte in iudicium vocat, & qui iſtum admittere fortè non dignarentur, reſpondebo quid dicant. Et in primis dicerent, quod iſte textum, quem citat non intellexit, quippe qui non vetat Romanum Pontificem vocari Principem (cui Eccleſia Chriſtum inducit in Petro dicentem, ſuper plebem meam Principem te conſtitui) aut ſummum, vel maximum Sacerdotem, ſed loquitur decretum illud, vel canon in parte prima de Archiepiſcop. vel Patriarcha, aut Prima-

Yy 2 te

te ſedente in prima Sede Prouinciæ, & non Orbis. Viuerit iſte Canoniſtas, deindè imperat, alioquin ventos, & vmbras imperat oportet, quippe qui lucem verè intelligentiæ non percipiat. Nam canon iſte eſt tam patens, vt gloſtator indignum putatit ſuo commento, vnam tantùm exprimens dictionem, qua iſte ignorantiam ſuam, vel tergere, vel tegere potuiſſet. Dicerent ſecundò eſto de Romano Pontifice ſit ſermo, eſſe prohibitum ne dicatur vniuerſalis non quia non ſit, cum hoc aſſerat Conciliũ Chalcedonenſe, ſed quia quod verum eſt tacere interdum expediat, maximè volente Romano Præſide, vt in propoſito. Dicerent 3. Quòd iſte ignorantiſſimè loquitur: dicens illum Canonem Romanum Pontificem auferre primatum, ſed potiùs tribuit ſi ipſam verborum fraxim intellexiſſet, in aduerſatiua autem, & negatione nec, quæ nihil aliud ſonant, quàm quod & ſi Romanus Præſul poſſit dici ſummus, & maximus quod cæteri Epiſcopi nequeunt, vniuerſalis tamen nec etiam ipſe dicatur. Dicerent vltimò, quod iſte Africanum Concilium non vidit, quod qui viderunt, dicunt eiuſce capituli poteſtatem ſecundam, ibi, vniuerſalis autem, non eſſe Concilij, ſed Gratiani, qui ſic appoſitè loquutus eſt propter duo cap. ibid. citata, ſcilicet nullus, & ecce, quæ ſubiungere decreuerat.

Punctum 7. Aduerſarium iniuſtè decretum Anacleti impugnare 21. diſt. in nouo, dicens. In nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotalis cæpit ordo, quia ipſi primò Pontificatus in Eccleſia datus eſt, dicente Domino: Tu es Petrus. Hæc ibi. Contra hoc verò iſte nihil aliud dicit, quàm quod verum dicit ſi à Petro intelligatur Sacerdotalis ordo manaſſe in Eccleſiam latinam, quemadmodum, & Beatus Cyprian. epiſtola 3. Sedem beati Petri Principalem, & vndè Sacerdotalis ordo cæperit appellat, aut ſic capit, quod Petrus primus inter æquales Apoſtolos fuerit, erroneum verò eſt ſi ſentit, quòd omnis ordo Sacerdotalis primò, & ſolùm inde venerit. Hæc iſte, qui ſua auctoritate Anacletum damnat nihil adducens niſi Gladium Goliæ, ideſt beati Cypriani ſententiam, qui ſi dictum ſuum ad Eccleſiam Latinam ſolùm extenderet rectè eum adduceret, nunc autem videat iſte ſi ex dictis Cyprian. ſuam gloſſam probare queat, quod ſcilicet à Sede beati Petri Sacerdotalis ordo ex poteſtate, & non penitus emanarit, quin potiùs ipſe in eadem epiſtola Chriſtum dicit ſuam Eccleſiam ſuper Petro fundaſſe, & plaoè totam, vndè & in epiſtola ad 5. Presbyteros; dicit Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna, ſuper Petrum Domini voce fundata. Hæc ille. Fingat ergo iſte Cathedram Latinam, & Græcam ſi libet, ſed Cypriano hanc blaſphemiam non imponat. Alias etiam (vt omnes Doctores Græcos, & Græca Concilia, quæ ſupra contra hoc adduximus taceamus) nunc libet ſolum Græcum Imperatorem citare. Iuſtinianus enim in l. inter claras, C. de ſumm. Trinit. Papam eo quod ſucceſſor ſit beati Petri caput vocat omnium Eccleſiarum, & rurſùs in authent. vt Romana, legum, inquit, originẽ antiqua Roma ſortita eſt, & ſummi Pontificatus apicem, & ſacerdotij fontem. Hæc iſte, qui Eccleſiam Chriſti non ſcindit, vt ſcindit iſte Latinus. Et Hieronym. in lib. de obitu Sanctorum vocat Petrum caput Corporis Chriſti, & conſequenter totius vniuerſalis Eccleſiæ niſi Chriſtus habeat corpora duo.

Punctum 8. Aduerſarium iniuſtè, & ignoranter ridere decretum Pelagij in cap. ſancta diſt. 21. Sancta, inquit, Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri, primatum obtinuit, tu es, inquit, Petrus. Hæc ibi. Contra quod ex dictis aduerſarij arguitur.

Primò. Nam hic Pontifex, inquit, ſic loquitur, quaſi aliæ Eccleſiæ, nec ſanctæ, nec Catholicæ ſint. Soluitur. Ex dictis Pontificis non habetur alias Eccleſias non eſſe ſanctas, non eſſe autem Catholicas, ſiue ſequatur, ſiue non ſequatur impoſſibile eſt eſſe Catholicas, quia Catholica eſt ſolùm vniuerſalis in forma, vt omnis conuocatio fidelium, aut in virtute, vt ea quæ aliarum caput eſt, & ſi aliæ dicantur Catholicæ ex participatione huius eſt, vt ſupra per Cyprianum, & Ambroſium probauimus.

Secundò. Nam loquitur contra decreta adducta ex diſt. 99. Soluitur. Patuit ſupra quam nihil iſte decreta illa cœperit.

Tertiò. Si illis verbis Chriſtus Romanam Eccleſiam ſignificauit, cùm ipſa vix anno vigeſimo Eccleſiæ primitiuæ nata ſit, primùm quidem ſequitur, quòd ipſa Eccleſia primitiua non fuerit, & deindè qui claues à Romana Eccleſia non acceperunt, vt Stephanus, & omnes Martyres Orientalis Eccleſiæ, damnati cenſebuntur. Soluitur. Iſte veram doctrinam non capit. Cùm dixit Chriſtus, tu es Petrus, ſignificauit primò quidem Vicarium ſuum; deindè illam Eccleſiam, in qua ſuus Vicarius ſederet, quæ per ſe quidem reſpectu aliarum eſt prima, per accidens autem contingit, vt Antiochena ſit, vel Romana, vel alia ſi Deo placeret, immò aliquando nulla fuit, niſi Chriſtiana in genere, vt ab aſſumptione Petri ad Præſulatum vſque ad ſeſſionem in Antiochia. Cùm ergo Eccleſia Romana non ſit prima niſi gratia Petri, extunc fuit prima, non quando Chriſtus ea verba dixit, ſed quando Petrus Romæ ſedit, quo ibi non ſedente ipſa non eſſet prima. Et ſic patet ad omnia errata iſtius præter id, quod de Orientali Eccleſia dicit, quod ſupra exploſum eſt.

Quartò. Si per verbum Chriſti Romanæ Eccleſiæ poteſtas intelligitur, vt hic vult, & ſuper hanc petram Eccleſiam ſuam ſe ædificare pronunciat, ſequitur quòd vniuerſalia Eccleſia non ſuper fidem, ſed ſuper poteſtatem Romanæ Eccleſiæ ædificata eſt, & Eccleſia Romana non erit ædificata ſuper petram, ideſt, ſuam poteſtatem, nec ſuper fidem, ergo ſuper nihilum. Soluitur. Ex ignorantia ita argumentatus eſt. Petra enim illa Petrum, & Vicarium Chriſti ſignificat, non præciſè vt caro, & ſanguis, ideſt, homo eſt, ſed vt eſt Dei gratia, & vera fide, & reliquis donis Chriſti inſtructus; deindè verò ſignificat Eccleſiam Romanam, eatenùs quatenus ibi eſt petra prior, ideſt Vicarius Chriſti.

Pri-

Prima ergo petra in Eccleſiaſtica ſtructura Chriſtus eſt; ſecunda Petrus Chriſti donis inſtitutus: tertia Eccleſia Romana, capitata Vicario Chriſti, non Acephala capite iſto, vt erat antequam ibi Petrus ſederet, & ſuper his petris, totum reliquum Eccleſiæ Catholicæ corpus innititur. Vniuerſalis ergo Eccleſia, tota præter ſuum primum membrum, quod eſt Romana Eccleſia, fundatur immediatè ſuper Romana capitata: deindè ſuper Petro, primò autem ſuper Chriſto, Romana verò Eccleſia ſuper Petro, deindè ſuper Chriſto. Remoto autem Chriſto Petrus non fundat, nec Eccleſia Romana Petro reciſo. Amotis enim prioribus poſteriora quoque inde pendentia amoueantur oportet.

Quartò. Petrus fuit quidem primus Apoſtolorum, ſed nullam in eos auctoritatem habuit, ſed è contra, quia alij Apoſtoli tamquam maiores miſerunt Petrum. & Ioan, qui primiores erant ad Samaritas Act. 3. Soluitur. Iam in primo volumine oſtenſum eſt, quòd illa miſſio non importat maioritatem, quippè quæ non auctoritatiua, ſed conſultoria, & ſuaſoria fuit; vnde & duæ diuinæ perſonæ ſine inferioritate mittuntur, & duæ ſine maioritate mittunt. Illud ante aduertat Lector, quàm doctè hic ſcribat, qui inter Apoſtolos Petrum quidem facit primum: decem verò ex alijs facit Petro maiores. Quomodo cum primatu ſtet ſubiectio, iſte doceat,

Punctum 9. Aduerſarium iniuſtè, & ignorantiſſimè ridere, & impetere decretum Nicolai Papæ diſtinct. 21. in cap. inferior dicens. Inferior ſedes priorem abſoluere non poteſt: ſola enim potior inferiorem conuenienter abſoluit. Hinc liquidò prouidetur, quia quem non poteſt abſoluere, nec poteſt iudicio inferior potiorem ligare. Vnde Propheta ait, numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea,

His itaque ex diuina Scriptura commemoratis Sole clariùs exhibuimus: non poſſe quemquam qui minoris auctoritatis eſt, eum qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus ſubiugare. Hæc Nicolaus Papa, qui de Romana Sede non loquitur, ſed de facto Ignatij Conſtantinopolitani Patriarchæ, quem ſui Suffraganei, vt dicit Archid. & gloſs. inuidia, & Cæſareo fauore depoſuere, quod factum Nicolaus reprehendit. Iſte verò Martinus ignoranter in eum per verba nephanda non ratiocinando, ſed detrahendo baccbatur in hæc verba. Quis non miretur. Adeò iſte auctor ſub nomine Papæ ſcripturas tractat appoſitè. Deum facit ex Papa, cæteros Epiſcopos, non fratres, non homines ſaltem; ſed inſtrumenta facit. Hæc iſte, cuius verba puto neminem bonum poſſe non mirari. Deindè verò quia ibi in alio cap. idem Nicolaus, Eccleſiam Romanam matrem vocat omnium Eccleſiarum, iſte contra arguit ſic.

Primò. Nam antequam Romana Eccleſia eſſet, in Iudæa erat Eccleſia, quam Paulus vaſtabat Act. 8. immò & Eccleſiæ, quibus Paulus facie ignotus erat, Galat. 1. non ergo Romana mater omnium. Soluitur. Romana Eccleſia mater eſt omnium Eccleſiarum, eo modo quo beatus Petrus eſt pater, cuius gratia Romana Eccleſia, & caput, & mater aliarum eſt: vnde ex tempore ſedentis ibi Petri mater eſt iuriſdictione, & doctrina, licèt Eccleſia Iudæa mater Romanæ fuerit ſola prædicatione. Nec inconuenit in iſtis metaphoricis loquutionibus, aliquem fieri patrem, & aliquam Eccleſiam matrem eius Eccleſiæ, quæ priùs nata eſt; vnde Antiochena aliquando mater fuit Romanæ iuriſdictione, aliquando è contra, & nunc idem foret, ſi Petrus noſter Chriſto volente, transferet perpetuò ad Auinionem, aut aliam Sedem,

Arguit 2. Nam Paulus Rom. 11. docet Eccleſiam Hieroſolymitanam, iuſtè accipere collectam à Romanis, & alijs Gentibus, quòd ſpiritualium eorum participes facti eſſent, quo verbo Apoſtolus ſignificat Hieroſolymitanam Eccleſiam eſſe matricem, & radicem omnium Eccleſiarum. Soluitur. Procedit hæc ratio de maternitate, quæ eſt ex prædicatione præcisè, non quæ eſt ex iuriſdictione, & doctrina ſimul, ſed hæc eſt Romana, quæ iuridicè docet, quomodo circa ſpectantia ad fidem ſit docendum, vt ſupra monſtratum eſt,

Punctum 10. Aduerſarium iniuſtè, & Ignoranter ridere decretum Nicolai Papæ in cap. omnes diſt. 22. dicens, Romanam Eccleſiam fundaſſe omnes alias, eam verò ſolum Chriſtum fundaſſe, & beato Petro cœleſtis, & terreni Regni iura conceſſa. Contra iſta arguit iſte magno verborum ſtrepitu, ſed ignorantia longè maiore.

Primò ſic virtute. Si Eccleſiam Romanam Chriſtus, cæteras verò non Chriſtus, ſed Romana Eccleſia fundauit, qui Romanam ſuper petram fidei fundauit, alias non ſuper petram, ſed ſuper arenam fundauit. Soluitur. Pontifex non negat Eccleſias alias à Romana, Chriſtum fundaſſe, ſed aſſerit eas à Romana fundatas, cum quo ſtat eas fundatas à Deo, à Chriſto, à beato Petro; immò & magis, quippè quantò fundamentum eſt priùs, tantò plus fundat, & quantò cauſa prior, tantò efficacior. Eccleſia ergo Romana fundat, quia in ea eſt Petrus, & is quia in eo Chriſtus homo, qui etiam fundat, quod in eo ſit Deus.

Secundò. Eccleſia Romana, & aliæ Eccleſiæ omnes ſunt Eccleſia Chriſti; ergo ſupra petram fidei ſunt fundatæ, non ergo vna ſola Romana eſt fundata ſuper petram. Soluitur. Dico primò Eccleſiam Chriſti fundatam ſupra fidem quidem, ſed non ſupra fidem ab omni ſubiecto remotam, & ſecretam, cùm talis nulla ſit, ſicut nec accidens aliud ſine ſuſtentante ſubſtantia, ſed ſupra fidem in petra Petro entem ſemper, & perpetuò,

Dico 2. quòd tota Eccleſia Chriſti ſupra ſolidam petram fundatur, ſed ordine quodam, quod teſte Apoſtolo vnum corpus ſumus, alter autem alterius membra, & conſequenter caput ſpirituale habeamus oportet, & illud Eccleſia Romana gratia Petri eſt. Chriſtum ergo hominem auctor omnium bonorum Deus fundat, & ſuſtentat, Chriſtus homo Petrum, Petrus fideliſſimus Romanam Eccleſiam, & iſta omnes alias non ſine ordine diuino iure ſtatuto, quamquam iure humano ſupra Suffraganeos ſint Metropolitani, & Primates, aut quod dictu idem eſt Patriarchæ. Petrus enim fuit quidem Apoſtolorum

pri-

Digitized by Google

primus, ſed aliorum nullus ſecundus, aut tertius, quod etiam nunc videre licet in Epiſcopis, qui omnes Romano Præſuli æqualitrr ſubſunt nullo medio ordine iuriſdictionis, diuinæ, & ſi aliquando humanæ, vt dictum eſt. Igitur pater quàm ignoranter iſte arguat Pontificem, & quàm iniuſtè.

Tertiò. Nam blaſphemia eſt, inquit, quòd Petrus iura teneat cæleſtis Imperij, cùm in terra ſolùm teneat miniſterium verbi, imperium autem terrenum Chriſtus docuit ſpernere, in quo nec Chriſtus Dominus fuit, qui Regnum ſuum negat ex hoc Mundo eſſe. Mirum autem quòd Petrus in Vrbe Roma, & in Cruce Neronem ſuſtinuit, vel friuolum eſt in ſucceſſore Petri eſſe, quod in Petro non fuit. Soluitur. Vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam, ideſt, Chriſtianum populum eſſe regnum, patuerit ſatis primo libro capite ſecundo per Danielem, eſſe etiam Regnum cæleſte idem vates docuit, qui illud Regnum Cœli dixit, ſicut & Dominus frequenter in Euangelio; eſſe verò Regnum etiam terrenum patet quippè, quòd in terra ſit, & terrena in eo adminiſtrentur, alioquin non haberet Chriſtiana Monarchia Chriſtianum Cæſarem, bella populi Dei, & temporale regimen adminiſtrantem. Cùm ergo Regnum hoc cæleſte ſit, & idem etiam terrenum, & in hoc toto Petrus, ac perindè ſucceſſor ſit paſtor, & pater omnium Regum, & Imperatorum, quis negabit eum vtriuſque regni habere ius. Nunquid Chriſtianus Imperator, aut Chriſtiani Reges erunt infideles, & Pagani, aut Hæretici, vel Schiſmatici, vt Romanum Pontificem patrem, & paſtorem non agnoſcant; aut pòtiùs ſicut oues Chriſti paſtorem, ſicut filij patrem colunt, adorant, venerantur, & protegunt, & eorum brachio Pontifex ſummus Martinos iſtos eliminat, ne reliquum Eccleſiæ corpus inficiant.

Prætereà iſte miſer, Antonij Roſelli viri impijſſimi, & per Apoſtolicum Legatum, ac hæreticæ prauitatis Inquiſitorem Magiſtrum Henricum, inſtit. iamdudùm dàmnati, blaſphemiam conatur ſuſcitare, videlicèt quòd Chriſtus ſecundùm humanitatem fuerit Cæſari idolatræ ſubiectus, & conſequenter à Pilato iuſtè iudicatus. Dicit enim Chriſtum non habuiſſe terrenum principatum, cui à Patre data eſt omnis poteſtas propter humilitatem paſſionis Philip. 2. & apud Pſalm. poſtulanti dantur à Patre gentes in hæreditatem, quæ nouilli homini conuenire poſſunt, cùm Deus nec poſtulet, nec per obedientiam, & humilitatem aliquid mereatur. Quomodo autem in hoc Mundo, non ex hoc Mundo ſit Regnum Chriſti, diximus ſupra libro primo, capite ſecundo. Quod verò de Nerone obijcitur, rectè induceretur, ſi iure non iniuria egiſſet.

Quartò. Romana Eccleſia diuino verbo eſt ſuperior cæteris ſtatuta: ergo eodem verbo cæteræ ſtatutæ ſunt inferiores, contra id, quod dicebatur inferiores Eccleſiarum ordines à Romana inſtitui. Soluitur. Chriſtus, & verbum Dei cæteras inferiores inſtituit, & Eccleſia Romana id ipſum inſtituit, ſed virtute Petri, & Chriſti; vnde id Chriſtus per Eccleſiam Romanam Cephalatam ſtatuit.

Quintò. Si Eccleſia Romana eſt alijs ſuperior, non ſequitur, quòd Mediolanenſis ſit inferior, nec alia, vbi enim, inquit, ſcribitur hoc Corrolarium, cùm nulla alia nominetur. Soluitur, gradatim iſte ſuam oſtendit ignorantiam, neſciens comparatiuum negationem includere, quæ ſequentem terminum diſtribuens faciat teneri pro omnibus, vt eſſe ſuperiorem cæteris, vel alijs, ſit idem quod alijs omnibus. Et cùm quæritur vbi hoc ſit ſcriptum, dico quòd in antecedente. Quis neſciat ſi ſcriptum ſit, omne animal eſt ſubſtantia, ſequi hominem quoque eſſe ſubſtantiam etiam ſi non ſcribatur.

Sextò. Si quælibet alia Eccleſia eſt Eccleſia Chriſti, & li *meam* omnem Eccleſiam ſignificat, omnis Eccleſia Chriſti eſt fundata ſuper firmam petram, nec vllum eſt Eccleſiæ Romanæ priuilegium, vt Pontifex iſte dicit, ſi verò quælibet alia non eſt Eccleſia Chriſti, nec per li *meam* ſignificatur, etiam non ſtat priuilegium, cum nulla ſit, cui Romana ſuperior eſſe poſſit. Soluitur omnis Eccleſia tenens fidem Petri eſt Eccleſia Chriſti, & ſignificata per li *meam*, & fundata ſuper firmam petram, & tamen Romana habet prioritatis priuilegium, quia omnes Eccleſiæ fundantur ſuper petram ordine quodam non reſpectu earum, ſed reſpectu Romanæ, quæ eſt prima, & caput, niſi forrè caput alia membra non præcedit.

Septimò. Nàm reprehendit dictum Pontificem, quòd petram in qua fundatur Eccleſia, interpretetur poteſtatem Romanæ Eccleſiæ, quòd non benè, & fideliter dicit, quia illud ex verbis, aut mente Pontificis haberi nequitur.

Punctum 11. Iniuſtiſſimè iſte mordet Anacleti decretum diſtinct. 22. in cap. ſacroſancta, & contra eum multipliciter impingit.

Primò. Cùm dicitur ſuper hanc petram aut petra ſignificat fidem ſpiritus, aut exteriorem primatum. Si fidem, iàm ſuper eam omnes Eccleſiæ ſunt ædificatæ, quia de omni ſua Eccleſia Chriſtus dicit Eccleſiam meam, & ità ibi Romana Eccleſia nihil habet proprium, ſed omnia ſunt communiá, quia vbi eſt eadem fides, eſt quoque eadem clauium poteſtas, fidei enim, & Petræ datæ ſunt claues. Si verò poteſtatem, iterùm omnes Eccleſiæ ſunt æquales, quia cui à Chriſto dicitur Eccleſia mea, ei etiam dicitur ædificabo te ſuper petram, ideſt poteſtatem, & habebit eandem petram. Non ergo Romana erit prima. Soluitur. Dico vt ſupra, iſtam petram eſſe fidem non abſolutè, ſed in Petro, ità quòd eſt Petrus fidelis.

Et quamquam ſecundùm Aug. & Petrus, & Chriſtus petra iſta poſſit intelligi, tamen congruentius Petrus eſt, vt ſupra volumine primò probatum eſt. Et concedimus omnem, & totam Eccleſiam Chriſti ſuper iſtam petram eſſe fundatam, ſed ordine quodam, quia Petro, & conſequenter ſucceſſori à Domino mandatum eſt confirmare fratres ſuos, vnde omnes Epiſcopi, & omnes Eccleſiæ in Chriſto fundantur per Petrum, & Eccleſiam eius. Vnde negatur indè ſequi, quòd ibi Romana Eccleſia nihil habeat proprium; quoniam licèt ſit vna omnium Eccleſiarum fides, ab

vna

vna tamen Romana in omnes deſcendit quã-do id oportunum eſt, dum ipſa in ſuo capite Petri ſucceſſore docet, & quid credendum, & quid decredendum ſit, vt ſupra probatum eſt. Er quia cius eſt fidem docere, eius etiam eſt facere, vt idem ab omnibus incoucuſsè teoeatur, quod ſine auctoritate, & iuriſdictio-ne non eſt.

Secundò, arguit contra illud ibi dictum Romana Sedes eſt prima, Alexandrina 2. & 3. Antiochena, quia hic Ordo iàm diù mutatus eſt, & ſeqnitur, aut Alexandrinam diuino iure eſſe ſecundam, & Antiochenam tertiam, aut nec Romanam primam, quia eodem iure oportet eſſe primam, quo ſecundam, & ter-tiam, & quia ſecundam, & tertiam ſuo iure ordinat Romana, etiam ſeipſam primam ſuo iure ordinat. Soluitur. Inter Apoſtolns di-uino iure Petrus fuit primus iuriſdictinne, non antem aliquis alius ſecundus, vel tertius, quod eriam modo Epiſcoporum Collegium præſefert, in quo diuino iure vous Romanus eſt iuriſdictiooe primus, nullus autem iure diuino ſecundus, aut tertius, ſed ex Petri ordinatione, vt in primo libro nſtenſum eſt. Diuinn ergo inre Eccleſia Romana eſt pri-ma, cùm non ſit prima, niſi quia in ea ſedet primus Epiſcopus, aliæ vero iure humano ſunt ordinatę, vnde quod iſte ſine probatinne aſſumit, oportere endem iure omnes ordina-ti, falſum eſt.

Tertiò. Nàm dicit Anacletum errare in hiſtoria, ſcribendo, quòd Petrus Antiochiæ Ignatium conſtituit Epiſcopnm, cùm ei ſe-cundùm hiſtoriam Eccleſiaſticam ſucceſſerie Euodius, & huic Ignarins. Soluitur. Illud mirum eſſet, ſi iſte erubeſcere noſcet; quo-niam pacto audet Euſebium in huius hiſtoriæ narratione Anacleto præponere qnaſi hauc meliùs norit, quàm Anacletus, qui Ignatio apud Chtonicas contemporaneus eariterit, vt etiam ex epiſtola Ignatij ad Trallianos apertè claret, nec ipſe Anacletus, Ignatium dicit, Petro immediatè in Antiochia ſnc-ceſſiſſe, aut à Petro immediatè poſt ſe inſti-tutum, vt iſte dicit, ſed dicit à beato Petro inſtitutum, tacito Eoodio, ſiue quòd ſamo-ſior, ſiue quòd loogiori tempore Præſul ſuerit. Non enim Præſulum, ſed ſedium ordinem texebat.

Quartò reprehendit, quod ibi dicitur, quòd inter Apoſtnlos fuit quædam diſcretio poteſtatis, & licèt omnes eſſent Apoſtoli, Pe-tro tamen conceſſum eſt à Domino, & idip-ſum inter ſe voluerunt, vt reliquis omnibus Apoſtolis præeſſet. Hæc ibi.

Obſecro autem, inquit iſte, quæ fuit iſta diſcretio poteſtatis, numquid Petrus or-dinauit Apoſtolos, numquid miſit eos, num-quid eos confirmauit, vbi legiſti, inquit belua, quòd à Domino conceſſum eſt, Petro habere diſcretam poteſtatem ab alijs, quando hoc ipſi voluerunt? Vnde Petrus honore primus fuit, & non poteſtate. Soluitur. Dico Petrum Apoſtolos ordinaſſe Epiſcopos, vt ſupra pro-batum eſt; Paulum etiam ab eo, vel eius mi-niſtris ad Apoſtolatum aſſumptum iubente Deo, & præmiſſo ieiunio, ac oratione, & manuum impoſitione more ordinandorum, ad prædicandum miſſum: Act. 13. Dico in-ſuper, quòd iſte Anacletus, qui tanti amoris in Deum fuit, vt martyrij gloriam meruerit, non fuit belua, & Petrum alij præfuiſſe legit in illa voce: confirma fratres tuos: & tibi dabo claues, & paſce oues; inter quas vtique omnes Apoſtoli fuere ſi Chriſti ouile erat vnum ſub vno paſtore, iſte autem, qui ſan-ctum virum beluam, & ſcenicum dicit, po-tuit etiam hoc vidiſſe in his, quæ capit. prio-re, & ſupra libro primo conſcripſimus.

Quintò arguit, Nàm tam inſcius, in-quit, fuit iſte Anacletus, vt Cepham caput interpretetur, contra textum Euangelij Io: 1. vbi interpretatur Petrus. Soluitur. De hoc in primo libro dictum fuerat, quòd Cephas Siriacè dicatur Latinè Petrus à Petra, Græcè verò ſonat caput, quòd Græcè Cephali caput ſit, verùm quia illa petra futura erat caput, & principium totius Eccleſiaſticæ ſtructuræ, Anacletus qui potiùs ſenſum Domini, quàm ipſam vocem voluit expræſſiſſe, expræſſit Græcum ſignificatum. Eius ſignum eſt, quòd non dixit ſolùm caput, ſed etiam addidit, & principium, ſic dicens. Et idſi voluerunt id-ipſum, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſto-lis, & Cephas, ideſt caput, & principium teneret Apoſtolatus. Hæc ibi.

Sic penè præcisè loquutus eſt præclarus ille totius Bibliæ poſtillator Nicolaus de Ly-ra; ſic dicens. Tu vocaberis Cephas, ideſt capitaneus, & idem ſonat hoc nomen Petrus, quia ſundamentum habet quodammodo ca-pitis proprietatem. Quin immò iſtum no-ſtrum Architam, oportet cum Anacleto Hie-ronymum quoque omnium penè linguarum Monarcham coarguat, & rideat, quippè qui penè eiſdem verbis cum Anacleto interpreta-tur, in libro de obiect. San-Petrus, inquit, in Chriſto Eccleſiæ firmamentum: Cephas Cor-poris Chriſti, & Princeps, & caput eſt. Hæc ille.

Sextò, carpit illud, quod idem dicit, Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius, ideſt primi inter Sacerdotes: tùm inquit, quia cùm non fuerit in lege veteri, niſi vnus Sum-mus Sacerdos, non potuerunt duo eſſe primi, tùm etiam quia noua eſt grammatica, in Sa-cerdotibus, ideſt primi inter Sacerdotes. Soluitur. Iſtum iniuſtè calumnias ſtruere, quis non videat, quippè qui paulò ante ſcri-pſerit Petrum, & Ioannem primus fuiſſe Apo-ſtolorum, cùm in vno ordine eſſe nequeant duo prima. Eacuſet iſte dictum ſuum, & per ſuam defenſionem nos Anacletum pariter de-fendemus.

Et prætereà grammaticalis gloſs. dici neqnit, quæ ſententias, ſed quæ verba inter-pretatur. Si autem dicamus Anacletum ver-bo primitatis, quod ſuperlatiuum gradum ſonat, eatenſe vſum pro verbo principalitatis, vt li *primi* idem ſit, quod principales, quid dicet iſte iniuſtus calumniator, quamquam gloſs. iſtius aculeos retuderit, antequam pungerent, dicens, quòd in conſecratione ſacerdotali fuerunt pares; Moyſes autem fuit adminiſtratione maior, vnde eum arguebat de pœn. diſt. 3. inter hæc hircum, qui tamen non offerebat ſacrificia, ſed vota pro populo diſt. 36. ſiquis vult.

Hæc ex gloſs. quæ vult, quòd ambo fue-runt primi inter ſacerdotes, ſed non in eo, quòd Sacerdotes, ſed quantum ad ordinem

ipſum

Digitized by Google

ipſum fuerunt pares, quantum ad regimen populi, & in ſpectantibus ad Deum Moyſes fuit primus quantum ad ius ſacrificandi primus fuit Aaron, quippè qui iubente Deo factus eſt Summus Sacerdos, vt patet Exod. vlt. Et iſta luce clariùs patent per totum Pentatheucum, maximè Exod. 4. Vterque ergo primus fuit, ſed Moyſes ſimpliciter, maximè quia Sacerdotium fuit eo tempore ſub Regno, vel Principatu: Aaron verò primus ſecundùm quid.

Septimò, illud idem carpit, quòd dixerit Summum Sacerdotem Moſaycum figuraſſe Romanum Pontificem, quia ſolum Chriſtum, inquit, figurauit ille Sacerdos ſecundùm Apoſtolum ad Hebræos. Soluitur. Apoſtolus non aſtipulatur dictis iſtius, immò ille ſacerdos non potuiſſet figuraſſe Chriſtum niſi, & eius Vicarium, tùm quia loco Chriſti eum præſeferens ſignificat, tùm quia Sacerdotium Sacerdotium, & victima victimam, ſignificauit, quare ergo non etiam Sacerdos Summus Summum etiam Sacerdotem figurauit, artic. de conſtit. translato. In aliquo tamen particulari facto Pontifex ille Chriſtum ſolum figurauit, vt in introitu vnico in ſancta per ſanguinem, & ſiquid eſt eiuſmodi, in quo ſenſu Apoſtolus docuit.

Punctum 12. Aduerſarium iniuſtè mordere decretalem Paſchalis Papæ in capit. ſignificaſti de elect. Ibi enim Epiſcopus Panormitanus, & Rex, ac Magnates Siciliæ; mirantur, quòd Papa per Nuncios traderet pallium ſi iuramentum delarum præſtaret, reſpondet Papa, quòd mirentur Chriſtum conſcientiarum conditorem commiſſurum Petro oues conditionem poſuiſſe dicens: ſi diligis me, quia nos, qui conſcientias non videmus, qua ſollicitudine tantam debemus prælationem imponere. Inducebant illi contra, in Euangelio omne iuſiurandum à Domino eſſe prohibitum, nec ab Apoſtolis poſt Dominum, nec in Concilijs inueniri poſſe ſtatutum.

Reſpondet Papa, quòd Dominus dicens, quod ampliùs eſt, à malo eſt, permiſit, quòd propter malum, ſcilicet vitandum, puta receſſum ab vnitate, & obedientia Rom. Pont. iuretur, & quod iſti loquuntur quaſi Concilia Romano Pontifici legem præfixerint, cum è contra eius auctoritate, & celebrata, & confirmata ſint.

Carpit autem hæc iſte primò, quia illi adduxerunt præceptum Chriſti, & Conciliorum, & Papa, quid reſponderet non inuenit, Soluitur. Illi adduxerunt, quidem præceptum Chriſti, ſed malè intellectum, quia ſcilicet prohibuit quidem iurare, ſed tamen pro malo proximi euitando voluit licitum eſſe iuramentum. Quoad Concilia autem, non adduxerunt quicquam, ſed ab eorum auctoritate negatiuè arguebant, quaſi non debuiſſet illud iuramentum exigi, quia Concilia exigendum non ſtatuiſſent, quibus reſpondet Papa, quòd Concilia Papæ legem non ſtatuunt, ſed è contra.

Secundò. Aut exemplum Chriſti, inquit, inductum valet, aut non. Si non valet, induci non debuit, ſi valet, debet Papa illud imitari, & quærere in promouendo, dilectionem, & non iuramentum, ſicut & Chriſtus fecit. Soluitur. Iura Pontificum Romanorum in promouendo charitatem requirunt, quantum homini cognitum eſt, qui quòd eam non cognoſcat in proximo relinquit hoc Spiritui ſancto, qui in electionibus inuocatur, & quantum ad eum attinet eligentium corda mouet ad rectè eligendum Chriſtum Dominum diligentem, vnde & poſt miſſionem Spiritus ſancti electiones non fiunt ſorte, vt in Mathia, ſed voto. Vlteriùs quia neſciunt futura, iuramentum fidelitatis exigunt ab his, quibus maior cura committitur, non autem Chriſtus. Valet ergo exemplum Chriſti, quantum ad exactionem dilectionis, & ſollicitudinem obſeruandam ne committatur ei, qui ſit vel futurus ſit malus.

Sed recapitulat iſte, quia interrogationi Archiepiſcopi, non eſt ſatisfactum, quia quæritur quo iure iſta fidelitas exigatur, maximè ab eo, qui nulli iurat fidelitatem, quaſi imponens alteri, quod ne digito quidem vult mouere. Soluit. Quia iſte dicit ſe agere partes illius Archiepiſcopi, agam & ego partes Pontificis Romani, & dico quòd eam exigit auctoritate Chriſti à quo curam habent omnium ouium, & conſequenter eius eſt curare ne viri magni elati poteſtatis magnitudine, obedientiæ ſuperioris rebellent, & alios inſtar chore ſecum ad inferna deducant. Vide autem, quàm ſubtiliter iſte velit Romanum Pontificem cuius cura ſoli Deo incumbit, & qui inter homines ſit primus, alteri fidelitatem præſtare, aut ab alijs non exigere.

Sed iterùm recapitulat. Cur iſte Paſchalis exigit, quod alij non exegerunt. Soluit. primum quidem falſum eſt alios id non exegiſſe Pontifices, & ſi non forrè à prædeceſſoribus iſtius Archiepiſcopi, quod ex ipſo textu. d. cap. patet, vbi dicitur multos etiam poſt eiuſmodi iuramentum ab obedientia Sedis Apoſtolicæ reſiliuiſſe, quod etiam probatur ex cap. antiqua de priuilegijs, & patet etiam diſt. 100. cap. quoniam, & penè per totum, vbi etiam patet Gregor. ſanctiſſimum huiuſmodi iuramenta exegiſſe. Eſto tamen iſte Paſcalis primus eiuſmodi iuramenta exegerit, quis ignorat in dies noua emergere crimina, nouis prouiſionibus, aut præcauenda aut emendanda. Sic humiliato Martino iſto, expediens puto, vniuerſitates promouendis ad lauream, noua dare iuramenta.

Prætereà ſi iſte Paſchalis primus hoc iuramentum exegiſſet, quod negamus, non ampliùs peccaſſet, quàm is qui primus exegit. Aliquis, enim huic conſuetudini dederit initium oportet.

Tertiò arguit. Si Chriſtus conditionem poſuit cùm Petrum aſſumpſit, vt dicit iſte Paſchalis, iam nullus eſt Romanus Pontifex niſi diligat, & paſcat, quia non valet conditionata commiſſio, ſi conditio non ſtet, ſicut nec Archiepiſcopus Panormitanus, ſine conditione iuramenti, non eſſet Epiſcopus. Iam ergo in ſexcentis annis non habuimus Papam, nullus enim nos docuit verbum Dei. Soluit. Arguere iuriſdictionem à charitate, vt Prælatus ſit, qui diligit, non autem, qui non diligit, primò quidem proprium eſt hæreticorum Pauperum de Lugduno, deinde verò Eccleſia numquam ſciret, ſe vel vnum quidem habere Prælatum.

Dico

Dico autem, quòd conditio Domini non fuit conditio ſuſpenſiua actus, vt ſcilicet non eſſet Petrus paſtor, niſi conditione purificata, ſed eſt conditio neceſſariò requiſita, ſiue modus requiſitus ad rectè committendum, quia non benè committit, qui quantum in ſe eſt diligenti non committit, & hac conditione non ſuſpenſiua, ſed modificatiua Panorm. & Doct. de con. ap. cap. 1. & cap. de illis, & cap. ſuper eo.

Vnde Arch. diſt. 21. in nouo, exponit ſi pro quia.

Dico vlterius, quòd iſte non benè iudicat omnes Pontifices à ſexcentum annis, & infrà non dilexiſſe Dominum. Nec valet quod dicit, quia nullus nos docuit, primò quidem quia omnes docuerunt, vt decuit ideſt, vt Architecti docentes Doctores quomodo ſit docendum.

Secundò, quia conditio apposita per Dominum non fuit de docendo, ſed de diligendo, quæ dilectio charitatiua nos lateat oportet, ideòque iſte iudex eſt temerarius.

Quartò arguit. Si Paſchalis dictum iuramentum ex ſollicitudine exegit, non fuerunt ſolliciti Petrus, & Paulus, & alij Apoſtoli illud non exigentes, ſed neque Chriſtus. Solutio. Sequela negatur, quippè quòd ſolliciti fuere, nec tamen illud iuramentum exegerunt, quia tunc non oportebat, quia non erant tunc tot ſciſſores Eccleſiaſticæ vnitatis, quæ in ordine ad ſummum Hierarcham eſt, ſicut fuere deindè, quod maximè locum habuit in Chriſto, qui non ſolùm conſcientias, ſed etiam futura norat. Sed contra recapitulat iſte, quia hoc, quod Chriſtus conſcientias norat nihil iuuat, quia tunc dedit exemplum ab omnibus imitandum, & tamen iuramentum non exegit. Solut. Chriſtus conſcientias norat, & tamen ad dandum nobis exemplum, vt diligenter videamus cui detur cura, diligenter interrogauit de amore Dei, qui in cura ſemper exigitur, non autem de iuramento, quia non ſemper exigitur, ſed quando oportet, vnde ex diligentia, quam Chriſtus exercuit exemplum capimus curandi de amore Dei, & vlteriùs de amore proximi quærendo vnitatis, Eccleſiaſticę perpetuam firmitatem.

Sed iterùm iſte recapitulat. Si ignorantia conſcientiarum ſola eſt cauſa exigendi iuramenti cur iurantem non cogit Papa iurare ſe rectè iuraſſe, & id ſine fine cùm nunquam ſciat rectè iuratum. Solut. Ignoratio conſcientiarum non eſt cauſa immediata exigendi iuramentum, ſed ſollicitudinis obſeruandæ in impoſitione curarum, quæ ſollicitudo vrget ad exigendum iuramentum vbi ratio ſuadet, vbi videlicet eſt aliqua probabilis ſuſpicio futuri magni diſſidij, nec tamen oportet iurantem iurare ſe rectè, & verè iuraſſe, quippè hoc præſumi debet, niſi probabiliter conſtet de contrario.

Sed iterùm recapitulat primò, quia etiã debemus præſumere, quòd non ſcindet Eccleſiaſticam vnitatem, cùm enim charitas omnia credat bona debemus ſemper pręſumere. Solut. debemus pręſumere bonum quo ad iudicium de præſenti ne damnemus iniuſtè, ſed timenda, & præſumenda ſunt in futurum mala vbi imminet prouidendum, ne nos improuiſos inuadant.

Sic enim proximũ ſicut nos ipſos amare iubemur, in nobis autem ad præcauendum ſemper debemus timere partem deteriorem ſecundùm illud Iob. 9. verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti. Charitas autem credit quidem omnia, ſed non ſimpliciter verùm omnia credenda.

Secundò, quia Papa per illud iuramentum, aut explorat ſecreta, aut fratrem periculo deierandi exponit quorum vtrumque malum eſt. Solut. non exponit periculo deierandi quantum in ſe eſt, quippè qui præſumit eum bonum, cùm de oppoſito non conſtet; velle autem ſcire qualis ſit arcana voluntas promouendi, non eſt vitium, ſed prudentia, quamquam hìc hoc non quæratur, ſed poſito bona ſit, per iuſiurandum apponitur aliquale remedium, ne per inobedientiam, & ſchiſma fiat mala.

Tertiò, quia cùm poſt iuramentum etiam neſciatur conſcientia fratris toto tempore oporteret exigere iuramentum. Solut. iam patet, quòd iſta ignorantia non eſt cauſa proxima exigendi iuramentum, ſed habendæ ſollicitudinis in impoſitione regiminis ex qua ſequitur exactio iuramenti quando, & ſecundùm quod oportet. Generaliter autem dico ad prædicta, quod ſi quid valerent, nullus Rex, aut Princeps, exigere poſſet fidelitatis iuramentum.

Quintò arguit, quòd Paſchalis non benè reſponderit argumento Archiepiſcopi ſic dicens, Dominus ait, quid amplius eſt à malo eſt, hoc amplius, vt exigamus malum nos illo permittente compellit, hæc Paſchalis, qui intendit, quòd malum proximi, cogit nos permittente Chriſto amplius dicere, quàm eſt, vel non eſt, ſcilicet iurare, ſicut ſi dixero fratri aliquid ſaluti eius conducens, & ille decredat, illud decredere eius malum eſt, & propter hoc malum licitum eſt mihi ad eius bonum aliquid amplius dicere, quàm eſt, ideſt iurare, & ità verba Chriſti omnes interpretantur Doctores, & gloſæ, & ſpecialiter patet per Aug. 22. qu. 1. non eſt contra, & ferè per totum.

Et ad hunc ſenſum inducit hìc Paſchalis verba Chriſti, quòd ſcilicet malum, quod imminebat in Archiepiſcopo, ideſt inobedientia, & ſchiſma, cogebat eum exigere iuramentum, vt ſit ſenſus. Noſter ſermo eſſe debet eſt eſt, non non, quod amplius eſt ſcilicet iuramentum, non quidem ſemper malum eſt, ſed à malo eſt, quia ſcilicet malum proximi huius cauſa eſt.

Martinus autem hoc reprehendit primò dicens. Quod Chriſtus prohibet, & negat, hìc Paſchalis affirmat, & præcipit, Chriſtus dicit, quod ampliùs eſt à malo eſt, ideſt non debet fieri. Soluo autem, & dico iſtum non intellexiſſe Euangelicum textum. Non enim dicit Chriſtus, quod ampliùs eſt, malum eſt, vt ſcilicet fieri non debeat, vt gloſat iſte ſua auctoritate, ſed dixit à malo eſt, ſcilicet proximi, vt malum proximi ſit nobis cauſa, & iurandi, & iuramenta recipiendi.

Punctum vltimum Aduerſarius ſuam concluſionem in Ekium 13. malè poſuit, & malè probat, pro quo multa dico.

Primùm, enim ſe excuſat, quòd decreta quibus Romana primitas aſtruitur, dixerit nata à quadringentis annis, quia nata ſunt per Greg. IX. & Boniſ. VIII. & Clem. V. quippè abiudè babuerunt vſum, & robur.

Sed dico iſtam excuſationem non iuſtificare concluſionem eius, quippè qui falſum aſſumit cùm habuerint vſum, & robur etiam antequam in vnum per compilatorem cogerentur, quod patet diſt. 20. de libellis, vbi anno Domini, 851. quo floruit iſte Leo in tanta erant reuerentia, vt eum qui ea non reciperet Leo ſidenter exclamarit, ſine fructu tenere quatuor Euangelia, & prętereà in 1. lib. probauimus etiam per Doctores Gręcos ſemper fuiſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe legibus Romani Præſulis, & in cap. priore probauimus, quòd ſit in Eccleſia primus, & dignitate, & iuriſdictione, & conſequenter neceſſariò ei eſſe obediendum. Vnde circa annos Domini 408. Ioan. Chryſoſt. appellat ad Innocentium, qui eum tutatus eſt, & Archadium Cœſarem ob hoc excommunicauit, diſtinct. 96. duo ſunt, Item anno Domini circa 414. Apiauus per Zozimum, & Boniſacium contra Aphricanum Concilium fuit, reſtitutus, item circa annos Domini 494. Inan. ex Alexandria ad Gelaſium prouocauit, & fuit defenſatus,

Secundùm. Ad ſuæ concluſionis firmitatem, volens probare omnes Epiſcopos, immò Epiſcopus, & Presbyteros, ac proindè etiam Epiſcopum Vrbis eſſe pares, adducit Hieronymum in cap. legimus diſt. 93.

Sed dico, quòd Hieronymum, & capitulum illud, aut non intellexit, aut finxit, pro quo etiam ſciendum, vt ſupra multipliciter patuit, inter Apoſtolos diuino iure fuiſſe vnum primum, nullum autem ſecundum, vel tertium, & ſimiliter in Eccleſia ſemper fuit vnus primus paſtor Vicarius Chriſti, Petrique ſucceſſor, vt ſupra multipliciter etiam per ipſum Hieronymum probatum eſt, alij verò Epiſcopi diuino iure ſunt pares inuicem ſicut, & reliqui Apoſtoli, quorum typum gerunt, licèt humano iure Primas, & Metropolitanus habeat aliquem primatum ſuper Coepiſcopos, & ſimiliter Metropolitanus. Alij etiam ſacerdotes minores, 72. Diſcipulorum typum gerentes diuino iure Epiſcopis minores, ſibi omnes pares fuere.

Cùm tamen ſemper Epiſcopi, & ſacerdotes re ipſa diſtincti eſſent, nomine autem, & iuriſdictione indiſtincti, iure humano, in ſingulis Eccleſijs Prælatus eſt ex Presbyteris vnus, qui Epiſcopus eſſet. Et hoc probat illud capitulum, & aliud dictum Hieronymi, vt diſt. 95. olim, quo aſſerit Epiſcopos, & Presbyteros à principio fuiſſe æquales, ſcilicet iuriſdictione, & communiter Eccleſias rexiſſe, ſed bumana conſuetudine eleuatum vnum ex Presbyteris, qui præeſſet.

Quod equidem dictum non eſt verum de illo Epiſcopo, qui diuino præeſt, vt probauimus, alioquin non eſſet vnus paſtor in ouili Chriſti, ſed de alijs Epiſcopis tantùm, qui diuino iure, nec ſe, nec ſimplices ſacerdotes iuriſdictione præcedunt, & ſi ordine præcedant ſimplices ſacerdotes.

Alioquin doceat iſte quando aliquando Eccleſia Romana non gubernabatur per vnũ ſed communi Presbyterorum conſenſu; cùm primò in ea rexerit Petrus, deindè Linus, deindè Cletus, Clemens, Anacletus, & reliqui vſque ad Leonem Decimum nunc regentem Pontificem, ſcilicet 229. vt mille Annalia tradidere.

Adducit autem ad idem, d. cap. Epiſcopi, diſt. 95. quod nihil pœnitus facit, niſi quòd probat olim Epiſcopum non fuiſſe iuriſdictione Presbytero maiorem, fuit tamen ſemper maior conſecratione, & ordine. Quod ergo iſte dicit Epiſcopos omnes inuicem pares, verum eſt vno excepto, ſicut de Apoſtolis dictum eſt, quod verò dicit Epiſcopos Presbyteris, vel ſacerdotibus diuino iure pares, hæreſis fuit Arrianorum ante Aug. damnata, vt ipſe meminit in libro de hæreſi, capit. 53. vnde & Dionyſius ponit tres ordines ſacros, Præſulis, Sacerdotis, & Diaconi, & Dominus babuit Apoſtolos quaſi Epiſcopos & 72. quaſi Sacerdotes, Matth. 20. Marc. 3. Luc. 9. vt ibi gloſſa dicit. Tertium. Adducit & beatum Cyprianum, quem recitat Auguſtinus lib. 2. de Bapt. capit. 2. dicentem. Neque enim quiſque noſtrum, Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum instituit, aut tyrannico terrore obſequendi neceſſitate Collegas ſuos adigit, &c.

Sed dico, quòd iſte ea ignorantia, qua non intellexit cap. primæ Sedis diſt. 99. deceptus æquiuocatione primæ Sedis in Prouincia, & in Orbe, eadem laborat penè in omni hac ſua probatione. Cyprianus enim ſciuit vnum Epiſcopum iure diuino prælatum omnibus dignitate, & iuriſdictione, vt patuit ſupra, & diſtinctione 93. qu. & 24. quæſt. 1. aduocauit, & in ſua epiſt. 3. & ad 5. presbyteros, vbi Eccleſiam Chriſti ſuper Petrum fundatam dicit, & Concilia inſuper Africana de Metropolitano faciunt mentionem, immò & de Primate in concil. 3. vnde quæ de æqualitate Epiſcoporum dicit de Comprouincialibus, aut aliàs conuocatis in partem ſollicitudinis dicit: alioquin quomodo tam ſanctus Epiſcopus negaret ſuperioritatem Patriarcharum, & Metropolitanorum, tot Canonibus, & Concilijs probatam, immo & à ſancto Petro Apoſtolo ordinatam, vt teſtatur Clemens ſucceſſor diſtinct. 80. in illis. Adducit & Cyprian. in epiſt. 4. docentem quonam pacto Epiſcopus eligi debeat, ſed quia illud ad rem nihil attinet, tranſeamus. Aliquando enim adducit etiam Greg. multipliciter, qui vniuerſalis vocabulum prohibet, ſed iam de hoc ſupra dictum eſt. Et cùm negare non poſſit Petrum inſtitutum paſtorem per illa verba, paſce, per ea quæ hìc ex Greg. dicit, diuertit eò quòd etſi de Petro verum ſit, non tamen de ſucceſſore, quod tamen ſuperiùs improbatum eſt.

Deindè inuehit in eos, qui Papam beatiſſimum dicunt, quod quàm iuſtè, & doctè faciat, Dyoniſium interrogemus, quod primo capite Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Pontificem Diuinum vocat, & rursùs, vt eum, loquit, qui Sacerdotium dixit, ſacrorum ſimùl omnium vno vocabulo ſignauit ordinem, ità & qui Sacerdotem, ſeu Pontificem dicit, auguſtiorem protſuſque diuinum inſinuat, virum totius ſanctæ ſcientiæ periſiſſimum, in quo liquidò, ac perſpicuè ſacratus omnis ordo ſuus, & per-

& perfectus ſit, & poſſit agnoſci, & prætereà Concilium Chalcedonenſe Romanum Pontificem appellat Beatiſſimum, & Maximus Conſtantinopolitanus Patriarcha in epiſtola probata in 8. Synodo, ſucceſſores Petri vocat Summos Paſtores, ac diuiniſſimos, ſacroſque Pontifices, Hieronym. etiam diſt. 24. q. 1. in cap. hæc eſt fides, Papam vocat beatiſſimum, & Apoſtolum. Quid ſi oos eum diceremus proChriſtum, ſicut, & verè poſſumus? Sed miror quando iſte non reprehendat etiã, quod Papam eum dicimus, ideſt admirabilem, quippè qui vice admirabilis, & magni Dei ſedeat. Puerilia ſunt hæc, ideò miſſa ſint.

Quintum. Chriſtus Lucæ 22. Diſcipulis de primatu contendentibus: Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem exercent in eos benefici vocantur, non ſic erit inter vos, ſed qui maior eſt, vtrùm fiat ſicut minor, & qui præceſſor ſicut miniſtrator, & ponit exemplum ſui, qui vt miniſtratorem ſe gerebat.

Reſpondeo. In his verbis Domini, & in alijs, quæ iſte adducit, nihil aliud ſignatur, quàm quod Auguſtinus de Prælato in regula dicit, honore coram vobis prælatus ſit vobis, timore coram Deo ſubſtratus ſit, pedibus veſtris, vnde Saluator non prohibuit primatum niſi tyrannicum, vt in 1. lib. ex Chryſoſt. dictum eſt, prohibuit autem ambitum primatus, & mandauit humilitatem. quod ex ipſo quoque exemplo Chriſti inducto patuerit, qui ſe eſſe dixit, vt miniſtrator eſt, qui tamen etiam alibi dicit: vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis ſum etenim. Si ergo ego Dominus, & Magiſter, &c. Igitur Chriſtum Apoſtoli honore celebrabant, è contra ille ſe humiliabat.

Et hoc ſanè exemplum eius eſt, vt ſcilicet ſubditi Prælatos honorent, & Prælati ſeipſos humilient, & quaſi omnium ſerui aliorum, & non ſuæ vtilitati miniſtrent. Et ſi recapituletur, quippè Romæ ambitur primatus. Reſpondeo in primis me Romanam veritatem tueri, non autem Romanam ambitionem, ſed neque eam contra leges meas, ſicut iſte contra ſuas, vel maximè, tam publicè, & procaciter reprehendo, deindè verò dico, quod ſi de ambitione tractatur, Roma vbique eſt.

Seatum. In Actibus, inquit, Apoſtolorum Petrus æqualis ſcribitur cæteris Apoſtolis, & confirmationem ſui ſermonis à Iacobo accepit, nec vllus Apoſtolus ſub eo fuit, nec eſt auſus ordinare Mathiam.

Reſpondeo verò, quod ibi nequaquam ſcribitur æqualis, ſed ex ſcriptis patet, quod aliquando ſe geſſerit, vt æqualis, cæterum ibi multipliciter ſuam etiam primitatem demonſtrarit, vt primo libro oſtenſum eſt. Iacobus verò, ideò ſententiam Petri firmaſſe videtur, quippè Petrus iure primus loquutus eſt, nec conſequenter Iacobus loqui potuit niſi ſecundus, & non potuit non affirmare, quod Petrus aſtruxit in re vna, niſi alter falſum doceret. De ſubiectione verò aliorum Apoſtolorum ad Petrum iam abundè ſuprà dictum eſt. Mathiam autem, vel alium non eſt auſus ordinare ſine Deo, quippè qui non eſſet de diuina voluntate ſecurus, & certus, qua comperta etiam Paulum in Apoſtolatum euexit, vt probatum eſt. Sed quænam illatio iſta eſt; non eſt auſus creare Coapoſtolum; ergo non fuit primus inter Apoſtolos.

Septimum. Paulus Petrum reprehendit Galat. 2. in quo patet Romanum Pontificem ſubeſſe cuilibet meliùs ſentienti, nec ideò vetum eſſe, aut bonum, quia ipſe hoc dicit.

Reſpondeo. Quilibet ſalua modeſtia ſubditi, auctoritatem habet exercendi correctionem fraternam in Pontificem Romanum, ſi conſtet, quod contra Deum delinquat, quod & Paulus fecit, quantum autem attinet ad deciſiones dubiorum in fide, aut ſtatutã ferenda de moribus, nec ſuperiorem, nec parem habet, vt oſtenſum eſt. Petrus autem tunc non errabat decidendo, hoc enim eſt impoſſibile iuxta probata, ſed operando, quippè qui pia ſimulatione venialiter peccauit, vt ſuprà dictum eſt.

Si verò ad ſenſum iſtius, Pontifex ſubeſſet cuilibet meliùs ſentienti, videlicet, vt cuique liceret docere contra ea, quæ Pontifex decidendo docuiſſet, oporteret huius melioris ſenſus duobus litigantibus ſuperiorem Iudicem conſtitui, quod vel fingi nequit, aut quiſque hæreticus, aut etiam ſchiſmaticus pro voto diceret errare Pontificem, vt ſibi dicendi, quæ lubet facultatem nanciſcatur, quod eſt inſanire, & Eccleſiaſticam vnitatem pœnitùs eliminare, & contra diuinas literas mandantes Deuteron. 17. in omni re dubia ſtandum Summi Sacerdotis imperio periculo vitæ.

Octauum. Multas adducit hiſtorias, in quibus aliqui Romano Pontifici reſtiterunt.

Ad quas omnes in genere, dico primò, hiſtorias aduersùs tam euidentia Doctorum, Canonum, Conciliorum, & Scripturarum teſtimonia, eſſe non poſſe authenticas, quaſi iure facta ſint, quæ narrantur, quamquam authenticæ fortè ſunt in eo, quod iniuria geſta, verè narrant, quod etiam ex iſtius dictis hìc aſtruitur, quippè qui in ſuum fauorem citat, quod Acaius Cœſarienſis Liberium Papam depoſuit, quod iure fieri nequit, quippè qui Acaius hæreticus eſſet Arrianus, & id fecerit per vim fauore Conſtantij Cęſaris itidem Arriani, vt etiam docet Euſebius Cęſarienſ. Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 10. cap. 23.

Dico ſecundò, Romano Pontifici aliquos Epiſcopos, & reſtitiſſe, & reſiſtere multipliciter, & quinque quidem humiliter ſuadendo, conſulendo, rogando, quandoque verò ſuperbè; ceu ille Ioannes Conſtantinopolitanus, qui ſe Oecumenicos, ideſt vniuerſalem Patriarcham ſcribi iuſſit, conatus, vt Gregorius dicit, omnia Eccleſiæ membra ſibi ſubijcere, ſicut etiam aliquando Diœceſani auſi ſunt Metropolitanum inintia excommunicare, aut etiam deponere, vt de Ignatio Conſtantinopolitano Patriarcha patet, diſtinct. 21. inferior, iuncta gloſ. immò etiam alioquin, & Roman. Pontificem, ſicut Dioſcorus Alexandrinus Leonem, cuius temeritatem Chalcedonenſe Concilium vltum eſt, vt diſtinct. 22. in tantùm. Econtra verò Romani Præſules cedunt interdum Epiſcopis, vel conſilio, vel ſuaſionibus, vel precibus annuentes, vel ne ſe torrenti fruſtra opponant, maioris ruinę occaſionem prębituri. Et per

 hæc

Digitized by Google

hæc patet ad omnes hiſtorias, quæ per iſtum adductæ ſunt, aut adduci potuerunt; vnde & is quamquam in ſui erroris fomentum huiuſmodi narrationibus abutatur, ipſe tamen ſibi reſpondet tacitè, quod non iure, ſed iniuria acta ſint eiuſmodi, ſic concludens. Si hiſtorias conſideres, quomodo nunc Imperatores Papam, nunc ècontra Papa Imperatorrs, item Papa Epiſcopos, Epiſcopi Papam multarunt, ſtatuerunt, depoſuerunt, credas, & hiliada quadám vidrm. Hæc iſte.

Siugulas tamen eiuſmodi hiſtorias, vel obiter tangamus. Ecelrſiaſticæ, inquit, hiſtor.lib.5. Victor Pıimus Romanus Pontifex, Aſiæ Epiſcopos voluir excommunicare, redargntus verò eſt ab Itenæo Lugdunenſ. & cohercitus eriam à cæteris, & iuſſus pacem habere, quibus vt decuit ceſſit.

Reſpondeo. Infideliter recitat. Cùm enim in Dei Ecclrſia quidam Paſcha ſemper in 14. luna primi menſis quacumque die euenisſet celebrarent, & ieiunium Quadrageſimale ſoluerent, quidam verò ſolùm in die Dominica, quod runc ſurrexerir Dominus, ſuper iſta quæſtione Epiſcoporum celebrata ſunt mulra Concilia, vt Romæ cui præfnit Victor: Et Cęſareæ Palrſtinæ, cui præfuit Theophylus,& Ponti Prouinciæ,cui Palmeas, & Galliæ, cui Irenæus, & Achaiæ, cui Bachius, & Corinthi, cui eius Vrbis Epiſcopus ſimiliter præfuit, & hi omnes cenſuere in Dominica celebrandum Paſcha, ſed Concilium Aſianorum Epiſcoporum, cui præfuit Polycrates, ſenſit, quod in 14.luna, & irà factum eſt, vt Victor, qui rectè quidem ſentirbat, tamen indiſcretè paſſim Eccleſias Aſiæ ſeueriùs à communione ſeparabat, & argurus quidem eſt ab Irenæo, & ab alijs Epiſcopis iuſſus,'non quidem quaſi maioribus, vt iſte prætendit, alioquin non omnes Epiſcopi eſſent pares, vt iſte ſentit, ſed quaſi amatoribus mitiùs agere, cùm illa conſuetudo tollerari poſſet, ſicut & Prædeceſſores Romani Pontifices tuletanr, quibus Victor annuit, quia illa conſuetudo non adeò violentrr, ſed modeſtiùs abolenda erat, quod deindè factum eſt in Coucilio Nicæuo, vt pałet hiſtor.Eccleſiaſt. lib.10. cap.6. in fine,& teſtatur Iſidor.præſarione libri Conciliorum.

Igitur hiſtoria hæc nihil maioritatis arguit in Irenæo reſpectu Pontificis Romani, ſicut neque couſimilis in Paulo reſpectu Petri Apoſtoli.

Et rurſùs: Hiſtotiæ, inquit, tripartitę lib.4. Iulio prohibente Orientales Epiſcopi citra ſuam auctoritatem Concilium conuocarunt non curantes.

Reſpondeo. Hoc nihil arguit,niſi quod inobedientes, & ſchiſmatici fuere, vnde & tandem per infideles ſubiecti ſunt, & vaſtari, qui Vicario Chriſti ſubeſſe toties acceptaruot & totiens recuſarunt.

Et iterum: Humano, inquit, decreto Conſtantini Quarti Gręci Imperatoris Romanum Præſulem omnibus eſſe ſuperiorem ſancitum eſt, teſte Platina in Benedicto Secuodo.

Reſpondeo. Eſto verum diceret nil ampliùs concludererur, quàm quod Cœſar ſtaruerit, quòd prius Deus ordinatat, & ſchiſmatici præſtare recuſabanr. Ad hæc iſte infideliter tefert, quia ibi illud non ſtatuitur, ſed ius, quod ex conſuetudine, & voluntate Romanæ Ecclrſiæ Cœſari in electione Pontificis debebatur relaxatum eſt. Et rurſùs. Multarum Prouinciatum Epiſcopos Romani Præſules non dedere.

Reſpondeo. Hoc falſum eſſe cap.priore monſtratum eſt. Et rurſùs. Apud Hieronymum, inquit, de vir. illuſtr. Acaius Cœſarienſis diſcipulus Euſebij Pamphili, imperante Conſtanrio,Liberium Papam depoſuit.

Reſpondeo. Rectiùs fuerit dicere auctore Conſtanrlo Imperatore perfido,& Arriano. Dr hoc ſupra. Ecce quibus fundamentis iſte ſuam ſtructuram molitur.

Decimùm. Aut illa, inquit, ſententia vera eſt: Epiſcopos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores, diſt. 21. in nouo, anr falſa. Etſi vera alioquin ſvanè tanra auctorirate iactarerur, quomodò ſolus Romanus Pontifex eſt ſucceſſor vnius Apoſtoli, & non alij Epiſcopi aliorum Apoſtolorum, ſed & alij Apoſtoli ſucceſſorùm gloria priuantur.

Reſpnndeo vera quidem eſt, non tamen ad ſenſum iſtius, quaſi videlicet, quiſque Apoſtnlorum ſucceſſorem habuerit Epiſcopum, qui eidem præciſæ Eccleſiæ eadem iuriſdictione præſidrat, alioquin non niſi 12.in Eccleſia forent Epiſcopi, iuxtà Apoſtolicum numerum, ſed ſucceſſores immò dicuntur, quia in locum, ideſt gradum Apoſtolorum collocantur, ſicur omues Apoſtoli vni ſuberant, & non vnus alteri Petro dunıtaxat excepto, ità & omues Epiſcopi vni primo, & nnn inuicem ſubſunt. Vnde textus correctiùs loquens, quàm iſte capere potuerir, dicit Epiſcnpos non ſucceſſores Apoſtolorum, ſed loco, ideſt gradu Apoſtolorum ſurrexiſſe: Clemens autem ſurrexit, non ſolùm loco, & gradu Petri, verùm vltrà hoc eriam in iuriſdictione omnium, & præciſè Petrina.

Vndecimùm. Sı diuino mandaro Romanus Præſul eſt generalis Vicarius Dei, ſequitur ineuitabiliter peccare, immò hæreticos eſſe eos, qui ſub eo non fuerunt, & conſequenter Eccleſia primitiua; ſalrem vſque ad quatercentum annos, cum tot Martyribus hæretici erunt.

Reſpondeo illa conſequentia nulla eſt, ſequitur autem hypoteſi, illos peccaſſe, qui Romanæ Eccleſiæ ſubijci potuerunt,& noluerunt, nec rameu hi fuerunt ſtatim hæretici, cùm potuerint eſſe ſchiſmatici, hæretici autem ſunt, qui dicunt non eſſe Papæ ab omnibus obſequendum, non autem, qui non obſequuntur quidem, aſtruunt ramen obſequeodum. Qui verò à Romana Eccleſia habere nequeunt, quæ oportet, quamquam libenrius haberent ſi liceret, vt fortè etiam modò, multi ſunt in Oriente, nec hæretici, nec ſchiſmatici ſunt, quippè nullus contra ſuam voluntatem peccat,vtuntur autem priuilrgijs à Rom. Eccl. habitis, & plerumque etiam rati habitatione, vt Armeni, de quibus ſcientiam habeo, & Marronitæ, & multi Indiani, vt fertur, & fortè multi alij.

Duodecimùm. Iterùm teſumitur de ptimitate Eccleſiæ Hieroſolymiranæ, ſed ſupra ſatis dictum eſt, quòd Romanam tempore, non iuriſdictinne præcedit.

Tertiumdecimùm. Nàm hiſt. Eccl.l.10. cap.6. Concilium, inquit, Nicænum, ſtatuit

in

in hunc modum. Et apud Alexandriam, & in Vrbe Romana, vetuſta conſuetudo ſeruetur, vt vel ille Ægypti, vel hic ſub Vrbanatum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

Reſpondeo. Duo dicam. Primùm. Hiſtoria Eccleſiaſtica, quantum attinet ad Euſebium non habet niſi nouem libros cætera ſunt Ruphini, qui & dictum canonem malè adducit, vt patet ex Iſidor. in libro Conciliorum, & in decretis, diſt. 65. mos, vbi ſic habetur. Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia, & vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem, & Romano Epiſcopo parilis eſt mos; ſimiliter autem, & apud Antiochiam, & cæteras Prouincias, honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ.

Et rursùs. Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Heliæ, ideſt Hieroſolymorum Epiſcopo, honor deferatur, habeat conſequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ Ciuitatis honore proprio. Hęc ibi.

Iſte autem canon malè per Rufinum citatus, peius per Martinum eſt intellectus, quippè per Epiſcopum Romanum apud gloſs. intelligi poteſt Conſtantinopolitanus, vt ibi ſit ſermo de quatuor Patriarchis citrà Romanũ, quamquam ſint, qui dicant, quòd Hieroſolymitanus necdum erat Patriarcha, quippè, qui Metropolitanum ſuperiorem habebat, gloſs. tamen videtur ſentire, quòd iam eſſet Patriarcha, & honor Diœceſani erat in dando Epiſcopos; Patriarchæ autem in conſecrando. Eſto autem prædicta non ſint vera, tamen adhùc ſtat vera alia reſponſio.

Secundum ergo dictum ſit hoc. Nicæna Synodus Romani Præſulis Principatum declarauit, quod indè liquet, quia ſtatutorum ſuorum confirmationem à Romano Pontifice petiuit, vt ſupra lib. 1. capit. 11. puncto ſeptimo, & Athanaſius; qui in ea, & præſens & plurimus fuit poſt exilia, & latebras iterato petiuit, vt diſt. 15. ſeptuaginta; tùm etiam, quia ſtatuit vniuerſalia Concilia, ſolùm Romanæ Sedis auctoritate debere celebrari, vt vt vbi ſupra puncto tertio patuit; tùm etiam, quia in ea Synodo fuere Romanæ Sedis Legati, vt dicto punctò ſeptimo patuit, & habetur in dicto cap. ſeptuaginta, & omnes concordarunt (præter paucos, ideſt decem, & ſeptem Arrium ſequentes,) qui ſi eadem Synodus Eccleſiæ Romanæ Principatum per dicta verba auferre moliretur, vt iſte ſentit, quomodò conſenſiſſent in negationem primatus, quem in Romana Eccleſia tantopere etiam ſancti viri (vt iſte blaſphemando dicit). & tanto ardore cupiuerunt, quomodò etiam dictam ordinationem Romana Eccleſia confirmaſſet, & eam in ſua Bibliotheca, quaſi theſaurum ſeruaſſet, & diceret ſe habere 20. canones dictæ Synodi diſt. 19. prima, & hi ſunt viginti, & vnus quo hiſtoria Eccleſiaſtica commemorat, vno diuiſo in duos, fortè per errorem, & per iſtummet canonem malè per Hiſtor. Eccleſiaſticam citatum haberet, in volumine ſuorum decretorum diſt. 26. mos. Niſi fortè tantæ ſit ſapientiæ Martinus, vt intellexerit in canone illo negari primatum Eccleſiæ Romanæ, quod nec ipſa, nec eius Apocryſarij præſentes in Concilio intellexerunt. Illud igitur, in primis ſciendum, quòd à tempore Nicæni Concilij mos iſte in Dei Eccleſia ſtatutus, & obſeruatus eſt, vt Metropolitani curam Prouinciæ gererent, ità quòd vnaquęque Ciuitas ſuo Epiſcopo curaretur; & vlteriùs vno quodam ſuperiore in Prouincia, additi ſunt ex antiquo more, & Primates, vel Patriarchæ; vnde Iſidor. in lib. Concil. recitans canones Nicæni Concilij, in rubrica vna habet ſic. De Primatibus Epiſcoporum Metropolitanorum. Et ſequitur canon, quem Martinus allegat ſub alijs verbis ſic. Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem, & Romano Epiſcopo parilis mos eſt. Hæc ibi.

Vbi etiam patet, quòd ex conſuetudine, quam ſeruabat Patriarcha Romanus, vt ſcilicet peculiarem curam haberet aliquarum Eccleſiarum, quas hiſtor. Seo. dicit ſuburbanas, ideſt, ſub Vrbe poſitas puta Latinas, vel Italicas, infert quòd alij Patriarchæ debeant, & ipſi ſeruare, exemplo omnium primi.

Et idem, quòd ſcilicet Prouinciæ, & Regiones habeant Metropolitanum, vel Patriarcham curantem ſimplices Epiſcopos Iſidor. in præfat. lib. Concil. dicit ſtatutum in Synodo Nicæna, & idem in Concilio Conſtantinopolitano innouatum eſt, & idem in Antiocheno, vbi & canon vnus dicit. Scire oportet Epiſcopum Metropolitanum, qui pręeſt, curam & ſollicitudinem totius Prouinciæ ſuſcepiſſe. Ex his patet, quàm ignoranter iſte arguat.

Patet enim vni Epiſcopo poſſe curas multiplices, diſtinctaſque incumbere, ſcilicet, inquantum eſt Epiſcopus, vt ea eſt, qua Diœceſim vnam curat, & inquantum Metropolitanus, vel Primas, vt ea quæ vnius, vel plurium Prouinciarum, & hæ duæ Romano Epiſcopo congruunt, cùm & Epiſcopus, & Patriarcha ſit, & vlteriùs etiam tertia, quæ eſt Orbis vniuerſi, cùm ſit Paſtor totius ouilis Chriſti.

Ex prima autem cura, incumbit ei modo regimen Diœceſis Romanæ, ex ſecunda Ciuitatum ſuburbanarum, ex tertia totius Orbis prouiſio, & iſta cura ex diuino iure pendet, aliæ ex humano ſtatuto dictorum Conciliorum, & de priuil. antiqua, item ex humana conſuetudine, vt aſtruit decretum Nicænum.

Quartumdecimùm. Nàm idem Nicænum, inquit, Concilium ſtatuit non à Romano Epiſcopo, omnes Epiſcopos ordinari, ſed à Prouincialibus Epiſcopis.

Reſpondeo. Ad hoc iam patuit in fine prioris capituli, quia mediatè, vel immediatè Papa ordinat omnes, dum ordinat; & confirmat ordinatores aliorum, & ſtatuit quomodò ordinentur. Iſte autem loquitur acſi id, quod Concilium illud ſtatuit non ſemper Romano iure fuerit ſeruatum.

Quartumdecimùm. Nàm idem, inquit, Concilium Primatum Epiſcopo Hieroſolymitano, non Romano tribuit, dicens. Et vt Epiſcopo Hieroſolymitano antiquitùs tradita honoris prærogatiua ſeruetur, manente nihilominùs Metropolitani ipſius Prouinciæ dignitate.

Re-

Reſpondeo. Concilium ioquitur de dignitate, & primatu non ſimpliciter primo, ſed in Prouincia aliqua, quod ex Iſidor. patet vbi ſupra, qui eiuſmodi dicta ponit, ſub rubrica de primatibus Metropolitanorum. Et præterea hoc decretum cùm non exprimat, quæ dignitas eſt illa dicti Epiſcopi, ex eo nihil inferri poteſt niſi ſecundùm, quod in vſu fuit, qui habuit ſemper, vt per omnia Concilia patet, & ſpecialiter per Lugdunenſe in cap. antiqua de priuil. vt Hieroſolymitanus, nec primus eſſet, nec ſecundus, quod etiam infiniti canones aſtruxeruut. Vide ergo, quàm leuiter iſte mouetur, qui de doctis nil, vt videtur curans, ſolùm rudibus ſuadere curat.

Quintumdecimùm. Si Romana Eccleſia eſt prima propter primum Apoſtolum, eadem neceſſitate confitebimur Compoſtellanam eſſe ſecundam propter Apoſtolum ſecundum Iacobum, & Epheſinam tertiam propter tertium Apoſtolum Ioannem, & ſic per ordinem Apoſtolorum. Iſte autem Ordo nunquam ſeruatur. Quo ergo iure ſolus Petrus primam facit Eccleſiam, niſi humano, ſecundo loco, Compoſtellanæ cur Alexandrina, quæ & ipſa nullum habet Apoſtolum præfertur, cur Conſtantinopolitana, quæ & ipſa nullum habet Apoſtolum præfertur Epheſinę, cur Antiochena, Ediſenæ, quæ Apoſtolum Thomam habet, cur Hieroſolymitana his omnibus poſtponitur, quæ Chriſtum, Iacobum, Ioannem habuit, &c.

Reſpondeo. Ex ignorantia veritatis iſte auxiatur. Etſi enim ex diuinis literis probari poteſt Petrum diuino iure fuiſſe inter Apoſtolos primum, & honore, & dignitate, nunquam tamen iſte probabit, aut Iacobum ſecundum, aut Ioannem tertium Apoſtolum iuriſdictione, omnes enim diuino iure fuere ſub vno, & eorum qui ſuberant vni, nullus ſuberat alteri, quod etiam nunc Epiſcopalis Ordo præfert, quippè remotis his, quæ iure humano ſtatuta ſunt de primatibus Metropolitanorum, & primatum, ſtat omnium Ordo ſubiectionis ad vnum Romanum, & nullius aliorum adinuicem.

Ordo igitur dictarum Eccleſiarum eſt ab homine, ſed tamen totus à primitate pendet beati Petri, vt iure diuino Romana ſit prima, humano verò Alexandrina olim ſecunda, quippè eam Marcus Diſcipulus Petri eius mandato inſtituit, ac per indè ipſe Petrus inſtituit, tertia Conſtantinopolitana, propter, quòd ea Ciuitas ſit noua Roma, permutauit tamen Concilium, vt Conſtantinopolitana ſit ſecunda quod, Romanus Pontifex ægrè quidem tulit, non tamen irritauit, vt patuit ſupra; Antiochena autem, quarto loco ſuccedit, iterùm propter honorem diui Petri, ſed tamen quia Diſcipulus inrimior eſt magiſtro, quàm ſucceſſor prædeceſſori, quòd ſcilicet effectus magiſtri ſit, & Conſtantinopolis noua Roma ſit vnitior antiquæ Romæ à cuius Imperatore nomen, & Imperialem dignitatem nacta eſt, quàm Antiochia; idcircò quartum ſortita eſt locum, & Hieroſolymitana, in qua ſolus Iacobus inter Apoſtolos, & non Petrus ſedit; quintum, quippè quæ ſequi prędictas debeat, ſi iſte Patrum rationabili voto præcedant. Nec Chriſtus alicui Eccleſiæ dat primatum, quia priuato loco non præfuit. Si tamen Patribus placeret, alius eſſet poſſibilitet Ordo.

Sextumdecimùm. Si ad ſolos Petri ſucceſſores pertinet Verbum Chriſti: Tu es Petrus, & paſce oues: pari ſequela concludetur ſolius Romani ſucceſſores eſſe filios Mariæ in Cruce commendatos, ſolos plus cæteris dilectos, & conſequenter ab Epheſinis Epiſcopis accipiunt cæteri, quod ſint filij Eccleſiæ, & Mariæ, & ſoli Succeſſores Iacobi, & Ioannis eſſent filij tonitrui, &c.

Reſpondeo. Pudet & tedet tamdiù iſta puerilia recenſere. Succeſſio de qua ſermo labitur, eſt in iuriſdictione ſuper populo, non in perſonalibus gratijs, aut vitijs, & priuilegijs? quæ perſonam non tranſcendunt niſi ſpecialiter exprimatur, de con. præbendæ conſtitutus, & de regul. iuris priuilegium in 6. Non ergo par eſt ſequela.

Decimumſeptimùm. In fine, inquit, dico me neſcire, an Chriſtiana fides pati poſſit, quòd in terris aliud caput Eccleſiæ vniuerſalis ſtatuatur præter Chriſtum. Sunt qui Chriſtum in Eccleſiam triumphantem reijciunt, vt Romanum Pontificem militantis Eccleſiæ caput conſtituat, contra illud Matthæi vltimo: ecce ego vobiſcum ſum, & illud Act. 9. Saule Saule, quid me perſequeris. Ideò enim Regnum fidei Eccleſia vocatur, quòd Rex noſter non videtur, ſed creditur, ſicut dicit 1. Corinth. 15. oportet illum regnare, & hi Regnum rerum potentium faciunt, dùm viſibile caput erigunt. Hæc iſte, de quo miror quomodò verbis, tàm paucis dixerit falſa, tàm multa.

Dico ergo primò, quòd vnius corporis myſtici puta Ciuitatis, Regni, aut Eccleſiæ poſſunt eſſe multa capita ſubordinata, vt Pręſes, Proconſul, Rex, Cęſar, Papa, Chriſtus, Deus, vt ſupra probatum eſt, & nunc addo Petrum, & Succeſſores dici Eccleſiæ capita per Aug. in quodam ſermone, & per Concilium Oecumenicum Florentinum, & Greg. diſt. 12. pręceptis, quod quonammodo verum ſit, eſt ſuperiùs enodatum.

Dico ſecundò, quòd aliquos Chriſtianos ſic Chriſtum reijcere in Eccleſiam triumphantem, quòd iſtam quoque inuiſibiliter non regat, falſum eſt, & ab iſto mordaciter confictum.

Dico tertiò, me non meminiſſe, quòd legerim Regnum Eccleſiæ dici Regnum fidei in diuinis, aut alias authenticis literis, nec eſt verum, quia principalis Regni huius pars, ideſt Eccleſia triumphans, eſt Regnum ſpeciei, ideſt viſionis Dei fidem euacuantis, & ſi Eccleſia fidei Regnum dicatur, non ideò eſt, quia ſolùm Regem credibilem, & inuiſibilem habeamus, quippè etiam terrenum Regem habet Eccleſia Cæſarem, ſed quòd in hoc Regno credantur ea, quæ tenet, ac docet Chriſtiana, & Apoſtolica fides.

Dico quartò, quòd Eccleſiam eſſe Regnum, & in hoc Mundo, quo ad partem militantem, qui negant Danielem, & Chriſtum negant, qui Eccleſiam in ſuis parabolis appellat Regnum Cœlorum, & planum eſt, quòd non de triumphante, ſed militante, aut ſemper, aut crebrò loquatur.

Dico vltimò, repugnate diuinis literis

Ec-

Eccleſiam eſſe ſine capite, & regimine viſibili, nec Eccleſia eſſet benè inſtituta à Chriſto, niſi eſſet, qui decideret, præciperet, vetaret, ordinaret omnibus de agendis, quippè non eſt bona principatuum pluralitas.

Vltimùm. Concludo, inquit. Omnis Sacerdos in articulo mortis, & neceſſitatis, eſt Epiſcopus, eſt Papa, habens pleniſſimam plenitudinem poteſtatis ſuper conſitentem, vt tenet ſententia communis totius Eccleſiæ, & ex beati Cypriani epiſtolis euidenter conuincitur. Ergo nec Papa Epiſcopis, nec Epiſcopus eſt ſuperior Presbiteris, iure diuino. Tenet conſequentia, quia ius diuinum eſt immutabile, tàm in vita, quàm in morte.

Reſpondeo, & dico duo. Primùm. Eſto verum ſit, quòd iſte autumat, vel potiùs ſupponit, diuino iure æqualem eſſe in articulo mortis Pontificis, ac Epiſcoporum, & Sacerdotum auctoritatem, adhùc conſequentia negatur, & probatio, quam adducit vera quidem eſt in eo ſenſu, quòd pro eo tempore, quo Deus diuinum ius, vult eſſe diuinum ius non variatur; aliàs autem falſum eſſe oſtendit legalium obſeruatio ſacrificiorum, & circumciſio, quæ olim de iure diuino fuit, & nunc eſt contra ius diuinum. Eſto autem in omni ſenſu verum ſit, adhùc conſequentia non probatur, niſi aſſumatur falſum, videlicet ius diuinum, idem eſſe in caſu mortis, & in vita, quod negaret, qui prædictum ſuppoſitum admitteret ſicut etiam non ſequitur, æquè obſeruanda eſſe legalia, nunc, & tunc, quia ius diuinum ſit inuariabile, quod tamen ſequeretur iſto falſo aſſumpto, ius diuinum vnum, & idem fuiſſe tunc, & eſſe nunc, eo enim caſu ſequitur, quòd aut numquam diuino iure legalia fuerint obſeruanda, aut nunc quoque ſeruanda forent.

Secundùm. Ex alio etiam capite negatur conſequentia, quia etſi eſt æqua omnium prædictorum poteſtas, ab vno tamen ineſt alteri, vnde Epiſcopo maior erit Papa, & Sacerdote, à quibus poteſt etiam in caſu mortis auferre abſoluendi virtutem, ſicut & de facto aufert hæreticis, ſchiſmaticis, & omnibus præciſis, quibus etſi adeſt eſſentia clauium, non tamen exercitium, vel vſus ineſt, vt Doctores omnes, & iura clamant, & hoc rationabiliter valdè factum eſt, ne videlicet oues contactæ inficerent innoxias, maximè idiotas, & in criminis deteſtationem.

Nec prædictis obſtat ſi dicatur, quòd moriturus diuino iure tenetur petere abſolutionem ſi habet mortale, & Sacerdos præciſus diuino iure poſſet abſoluere, cùm claues, quas vtique habet, ad omnes abſoluendos de ſe protendi poſſint. Non obſtat, inquam: quippè, quòd moriens confiteri, & petere abſolutionem tenetur quidem ſi habet crimen lætale, ſed tamen ſubaudi ſi poteſt. Hoc eſt ſi copiam nactus ſit abſoluentis, quam vtique non habeat oportet, qui Sacerdotem non habet niſi præciſum, qui certè diuino iure abſoluere nequit, quippè, qui etſi habet eſſentiam clauium, non tamen habet vſum, ſeu exercitium, cùm non habeat ſubditum in quem vtatur, paſtore primo, cui ouium cunctarum cura incumbit, ſubtrahente ei ſubditos, & eius ligante manus. Nullus enim habet oues niſi Petro ſubminiſtrante, cuius ſunt oues omnes, vnde & reliqui Epiſcopi in partem ſunt vocati ſollicitudinis 2. quæſt. 6. decreto, & cap. qui ſe ſcit, ideſt in participium poteſtatis, nec non in partem ouium alendarum, & non in curam totius ouilis Ieſu Chriſti, primi ſummique Paſtoris. De quo multa dici potuiſſent, niſi iam tedio maximo mihi eſſet cum viro iſto contendere, meo iudicio, aut ignorante, aut malo, & præter audacem, ac mordacem, & cinicam eloquentiam habente penè nihil. A quo ſi eloquentiam ſecludas, quam frequens fama tenet non eius, ſed comitum eſſe nihil niſi indocta audacia, & impudens mordacitas ſuperſit neceſſe eſt. Adducetur quiſque ad hanc fidem, & credulitatem facilè, eo ſigno, vel maximè, quòd aut ad prædicta nihil omninò, niſi per ſilentium reſponſurus ſit, aut certè, ſiquid reſpondere ſtatuerit, neruos, ac robora mearum probationum acſi aculeos, & ſerpentes more ſuo vitabit, apprehenſis vero frondibus, fragore magno tonare, & boare conabitur. Vates ero verus. Quod tamen ſi efficerit, ſilentio me reſponſurum polliceor. Igitur tot, ac tanta de veritate Romana dicta ſint, quam contra iſtum defendendam ſuſcepi, Romana autem ſi, qua ſunt vitia, neque defendere, neque emendare, ſed neque etiam reprehendere meum eſt, longè autem minùs, aut probare, aut etiam adulando palpare.

EIVSDEM AVCTORIS.

DE PAPA, ET EIVS POTESTATE.

SVMMARIVM.

1 *Papa vnde dicatur, & à quo ſit eius auctoritas.*
2 *Papa poteſtas, à quo ſunt aliæ omnes poteſtates in Eccleſia.*
3 *Papa an renunciare poſſit Papatui.*
4 *Papa qualiter poſſit iudicari, & priuari.*
5 *Papa an poſſit errare.*
6 *Papa quid poſſit ſuper Inferos.*
7 *Papa quid poſſit ſuper Paganos, Iudæos, & Hereticos. & num 8. & 9*
10 *Papa quid poſſit in Imperatorem, & alios Reges, & num 11.*
12 *Papa an ſuo contractui poſſit contrauenire, ita quòd non obligetur.*
13 *Papa an poſſit abſoluere ab obligatione.*
14 *Papa an poſſit tollere leges ciuiles.*
15 *Papa an poſſit tollere ſtatuta Concilij generalis.*
16 *Papa an poſſit diſpenſare in præceptis legis naturalis, aut diuinæ.*

1 PAPA dictus eſt quaſi admirabilis, à Papa interiectione admirantis, eo quòd Vicarius ſit Chriſti & Dei, cuius eſt terra, & plenitudo eius, de decim. tua, el ſecundo, & de homicid. pro humanit. lib 6. & in Clem. Romani, de iureiuran. Et intellige Vicarius Dei expreſsè, & immediatè, & non mediante lumine rationis, ſicut ſunt principes: ſecundùm Her. de poteſt. Eccleſiaſtica, licèt aliquando, vt 63. diſtinct. ego Ludouicus, dicatur Vicarius beati Petri, ſed impropriè, ſcilicet gerens Vicariam, quam ge ſit Petrus. Vel ſecundùm Ioan. And. ſuper verbo, Papa, in procem. Clem. dicitur Papa, quaſi pater patrum, ſolus habens plenitudinem poteſtatis, 2. quæſt. 6. qui ſe ſcit; alij verò habent partem ſollicitudinis, vt ibi, & vt patet per S. Thom. 2. diſt. 64. in litera, habet apicem, ideſt, ſummum gradum poteſtatis in ſpiritualibus, & temporalibus æqualiter Petro Apoſtolo, vt dicit in 4. contra c. 76. & vt idem in 3. parte qu. 8 art. 6. & in 4. diſt. 50. & in multis alijs locis declarat, eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ aliquo modo, ſcilicet vt eſt Vicarius capitis, ideſt, Chriſti, quantum ad exteriorem gubernationem, licèt non ſecundùm interiorem influxum gratiæ; ſed Chriſtus tantùm, ſicut etiam dicitur ſponſus in quantum gerit vices ſponſi: nec tamen ſunt multi Eccleſiarum ſponſi, quia omnes Epiſcopi cooperantur Papæ vt principali, & alij inferiores Epiſcopis, vt dicit idem contra impugnator. Relig.

Primò verò quæritur, à quo ſit auctoritas iuriſdictionis Papæ, & aliorum in Eccleſia, vt omittamus poteſtatem ordinis? Et dico quantum ad papalem, quòd Heru. vbi ſupra, & recitat Archid. 3. parte, tit. 23. probat, quòd eam non poteſt habere à ſe, quia eſt Vicarius. Vnde eam ampliare, aut reſtringere non poteſt, nec ab vniuerſali Eccleſia, ſeu Communitate Chriſtiana, quia hanc poteſtatem hæc Communitas non inſtituit auctoritate ab alio collata, quia nec Papa hoc committere potuit, vt patet ex dictis: nec Chriſtus legitur hoc commiſiſſe nec auctoritate propria: tum quia includit aliquid excedens omnem humanam facultatem, puta ligare, & ſoluere in foro conſcientiæ, abſoluere à pœna debita in foro Dei per Indulgentias: tum etiam quia nulla Communitas poteſt dare iuriſdictionem, qua iudicatur de eo, quod debetur Domino illius, cuius dominium ab ea non dependet: quia ad inferiorem non pertinet iudicare de eo, quod competit ſuperiori.

Iſta autem poteſtas, vel iuriſdictio ordinat iſtam Communitatem ad impendendum debitum cultum Deo, cuius dominium in nullo ab iſta Communitate dependet: & conſequenter non eſt data à tali Communitate. Item quia poteſtatem immediatæ Vicariæ nullus conferre poteſt, niſi is, cuius Vicarius eſt is, qui eam habet. Ergo ſolùm à Chriſto inſtituta eſt, immediatè quidem in perſona beati Petri; in alijs autem ſucceſſoribus mediante electione Eccleſiæ, vel habentis vicem Eccleſiæ. Omnis autem alia poteſtas in Eccleſia, vt ibidem irrefragabiliter probat, eſt ab iſta, & ſub iſta, quantum ad inſtitutionem, ſiue collationem: ita quòd eſſe non poteſt ab vniuerſali Eccleſia, & quantum ad correctionem, & quantum ad ſuffragium: ita quòd ea Papa in adiutorium vti

po-

poteſt, etiam ſi ſit ſecularis. Vnde auctoritas generalis Concilij non eſt immediatè à Deo, ſed à Papa. Quidam tamen dicunt, quòd Concilium Conſtantienſe determinauit, quòd generalis Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet, etiam Papa tenetur obedire. Sed hoc non fuit ibi ſtatutum eo tempore, quo ibi fuit vniuerſale Concilium, vt teſtatur D. Ioan. de Turrecremata, qui ibi fuit præſens. Et idem eſt ſi quid adducatur de conſilio Baſileenſi, cuius decreta non fuerunt per Sedem Apoſtolicam approbata.

Ex his corollariè ſequitur, quòd nec Papa, nec ipſe cum tota Eccleſia facere poſſet, quin eſſet vna Chriſtianitas, vel Eccleſia gubernata ſub vno tantùm paſtore, vt etiam idem probat, quia Vicarius, & Communitas ſubiecta non poſſunt facere oppoſitum eius, quod principalis Dominus ordinauit, dicens: Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & erit vnum ouile, & vnus paſtor.

2 Secundò quæritur, quomodo à poteſtate Papæ ſint omnes aliæ poteſtates in Eccleſia, vel Chriſtianitate? Et dicit Aug. de Anch. in tractatu, de poteſt. Papæ, quòd in Eccleſia eſt triplex poteſtas, ſcilicet iuriſdictionis, quod intellige diſtinguendo in ordine ad inſtitutionem.

Prima eſt immediatè à Deo, vt ea quæ eſt Papæ, quia poteſtas iuriſdictionis ſpiritualium, & temporalium eſt per claues, quas Chriſtus immediatè promiſit Petro, dicens: Tibi dabo claues, & ſecundùm Her. exhibuit, dicens: Paſce oues meas.

Secunda, inquit, eſt deriuata à Deo per Papam, vt ea, quæ eſt omnium inferiorum Prælatorum, vt omnia iura volunt, & patet ratione, quia ſi eam Papa non daret, etiam auferre non poſſet, deponendo, priuando, & ſuſpendendo. Adde tu, alioquin ſi eam habent ab alio, ſtante cauſa poteſtatis remoueretur effectus, ideſt, ipſa poteſtas, vt ſi dator poteſtatis vellet aliquem eſſe Epiſcopum, & è contrario Papa illum deponeret.

Tertia eſt in miniſterium data, vt ea, quæ eſt Imperatoris, & etiam principum terrenorum, quæ reſpectu Papæ eſt ſubdelegata, ſeu ſubordinata, vt patet per cap. quicumque litem, 11. qu. 1. quia appellari poteſt ad Papam, ab omni principe, & iudice ſpirituali, & temporali, etiam ſi in temporalibus ſuperiorem non recognoſcat, vt not. in cap. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. ſint legit. & in cap. licèt, de foro compet. & in auth. vt dif. iud. in §. ſi tamen contigerit, & §. in ciuilibus, col. 9. 2. qu. 6. ad Romanam, 11. qu. 5. quicumque, & eſt concluſio Innoc. & Hoſt. in cap. inter dilectos, de fide inſtr. & indubitatum in manifeſtis iniurijs, quando alius ſuperior non habetur, vt patet per not. à Panormit. in cap. ſi duobus, de appellat. & idem intellige ſi habetur, ſed non miniſtrat iuſtitiam.

Quod autem dicitur in cap. ſi duobus de appel. non eſſe appellandum à Iudice ſeculari ad Papam, niſi in terris Eccleſiæ, ſecundùm Auguſtinum de Anch. intelligitur indifferenter, & in quibuſcumque, ſecùs in arduis ex cauſa vrgente. Et hoc eſt dictum, quòd quouſque poteſt haberi iuſtitia per ſuperiores temporales, non debet quis appellare Papam: ſecùs ſi eam habere non poteſt, & res eſt alicuius momenti. Et hoc, ſcilicet quòd talis poteſtas ſit in miniſterium data, & ſubordinata, probatur ratione, & doctrina Auguſt. de Anch.

Primò. Nam talem poteſtatem Papa inſtituit, quia poteſtas Papæ cuiuslibet ordinis dignitatem, & gradum habet inſtituere, diſt. 22. ſancta, & confirmat ſi eſt bona, & iudicat, atque condemnat, ſi non eſt bona, quia Zacharias Papa depoſuit Regem Francorum, quia non erat vtilis regno, 15. qu. 6. alius & Innocentius excommunicauit Archadium Imperatorem, & alius Innoc. Federicum depoſuit, 96. diſt. duo ſunt.

Secundò. Nam poteſtas Imperatoris, & omnium principum ſecularium iurat fidelitatem Papæ, & obedientiam, ab eo ſcilicet recognoſcens omne quod habet, vt patet diſt. 63. tibi Domino, & ſi aliquando Imperator temporalia dedit Papæ, vt Conſtantinus Silueſtro, non eſt donatio, ſed reſtitutio. Si autem èconuerſo Papa dedit Imperatori, non fuit ad recognitionem dominij, ſed pacis conſeruationem. Nec obſtat, quòd poteſtas imperialis eſt à Deo conceſſa ſecundùm multa iura, quia eſt à Deo mediante Papa, quia eam concedit non vt homo, ſed vt Vicarius Dei. Non obſtat etiam, quod dicitur in cap. quoniam, diſt. 10. quòd poteſtates ſunt diſtinctæ, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis, & ad diſtinctos fines ordinatæ, 96. diſt. duo ſunt, quia non ſunt ſic diſtinctæ, quin vna alteri, minor ſcilicet maiori, ſubalternetur adinſtar Lunæ, & Solis, nec ſunt diſtinctæ, quaſi ſemper ſint in diuerſis, ſed quia ſunt ordinatæ ad diſtincta ſcilicet ſpiritualia, & temporalia, & in vno, ac eodem ſummo Pontifice eſt vtraque in ſummo, vt dictum eſt, ſed non eodem modo, quia principaliorem, ideſt, ſpiritualem habet, quantum ad immediatam inſtitutionem, & executionem quantum ad omnes, & per omnia, minorem verò, ideſt, temporalem habet ſecundùm immediatam inſtitutionem, quia Imperatorem, & Dominum inſtituit; ſed non ſecundùm immediatam executionem, niſi ex cauſa, vt ſupra Legitimatio, §. 5. vt patet in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legitimi.

3 Tertiò quæritur, vtrùm Papa renunciare poſſit papatui, ſiue poteſtati papali? Et dico quòd ſic, vt expreſsè determinatur, de renunc. cap. 1. lib. 6. non obſtante, quòd ſit immediatè à Deo, quia ita eſt à Deo, vt dicit Aug. de Anch. quòd etiam eſt ab homine cooperatore per conſenſum, & volitionem. Vnde etiam per diſſenſum fit renunciatio, ſicut in naturalibus anima rationalis infuſa à Deo cooperante homine generante, poteſt opere humano à corpore tolli, & in moralibus gratia eſt à Deo cooperante libero arbitrio, & ſimiliter per

liberum arbitrium poteſt deperdi. Immò hoc poteſt ſecundùm Arch. poſt D. Aug. etiamſi iuraſſet, aut vouiſſet non renunciare, vt videret ſe impotentem ad talem curam, vel omninò inſufficientem. Vnde & quatuor renunciaſſe legimus, ſcilicet Clementem, Cyriacum, Marcellinum, & Cœleſtinum, licèt non ex eiſdem cauſis, vt patet per Arch. 3. parte, tit. 23. quos omnes Eccleſia canonizauit. Et licèt Dantes reprehendat Cœleſtinum de renunciatione tali: tamen rectiùs, & fideliùs Petratcha eum commendat in libro, de vita ſolitaria. Et idem, licèt ſubtiliori via, vt probat Pet. de Palud. in lib. de poteſt. Papæ, vt recitat Arch. vbi ſupra.

4 Quartò quæritur, vtrùm & quare, & quomodo poſſit Papa iudicari, & per depoſitionem papali auctoritate priuari? Et dico ſententialiter, & concludendo medullam dicendorum, quòd Papa iudicem non habet in terra, niſi deſinat eſſe caput, aut ſe spontè ſubijciat, & quòd à nullo poteſt deponi, niſi ſeipſum ſuo facto deponat: licèt per conſilium poſſit declarari depoſitus, & hæc ſic patent, nam in cap. nos ſi, 2. qu. 7. Deus iudicium Papæ ſine quæſtione ſuo reſeruauit arbitrio, & in cap. nemo, 9. qu. 3. dicitur: Nemo iudicabit primam Sedem. Neque enim ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur, ideſt, Papa. Et ibi gloſs. facit tres fallentias.

Primò, ſi Papa ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. qu. 7. nos ſi.

Secundò, cùm ſubmittit ſe ſuo Confeſſori, cui tenetur parere, & ligabit eum ſententia illius.

Tertiò in caſu hæreſis, 40. diſtinct. ſi Papa, quod intellige non in dubijs, quamdiù eſt caput, vt ſupra Fides, §. 7. & Concilium, §. 3. ſed in manifeſtis. Et deindè dicit in verbo, omni Clero, eſſe argumentum, quòd Concilium non poteſt Papam iudicare, vt de elect. ſignificaſti; vbi ſcilicet habetur, quòd Concilia non poſſunt legem præfigere Eccleſiæ Romanæ, ideſt; Papæ, quia eius auctoritate fiunt, & roborantur. Vnde, inquit, ſi totus Mundus ſententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24. qu. 1 hæc eſt fides; vbi ſcilicet Hieronymus dicit, ſua à nullo poſſe reprehendi, ſi fuerint probata per Papam. Et deindè dicit eſſe arg. contra in cap. legimus, diſt. 93. quia Orbis maior eſt Vrbe, & non ſoluit.

Sed tu dic hoc non dici, quaſi Orbis poſſit iudicare Vrbem, ideſt, Romanam Eccleſiam ratione capitis: ſed quia conſuetudo totius Orbis præualet conſuetudini, quam Eccleſia Romana ſeruat, licèt non præualeat illi, quam ſeruat, & ab alijs ſeruandam docet, de conſecr. diſt. 1. Baſilicas, vt etiam tenet gloſſa in d. cap. nemo. Dicit etiam Anacletus diſt. 79. eiectionem, ideſt depoſitionem ſummorum Pontificum ſibi Dominum reſeruaſſe, & conſequenter Concilium non poteſt illum deponere, & ſi alicubi dicatur hoc poſſe, intelligitur quantum ad iuridicam declarationem ſequente facto, per quod ipſe ſeipſum deponit. Et ideò Aug. de Anch. vbi ſupra, dicit, quòd Papa non eſt deponendus pro crimine quantumcumque notorio, niſi pro hæreſi, & hoc tantùm quando nollet emendari, vt not. Hug. diſt. 21. & gloſs. diſt. 40. ſi Papa, pro qua hæreſi ipſo facto deponitur, quia eſt caput Eccleſiæ, cùm Chriſtum, qui eſt caput, repræſentet: vnde & Chriſtus Petrum vocauit Cephas, ideſt, caput; capitis autem eſt influere vitam membris, vitę autem principium in ſpiritualibus eſt fides. Vnde ſi Papa deuiat à fide, eſt ſpiritualiter mortuus, & conſequenter non poteſt influere vitam, & conſequenter non eſt Papa, quia ipſo facto eſt depoſitus. Hæc ex illo. Et idem Petr. de Pal. in libro de poteſtate Papæ, ſentit dicens, quòd Papa quamdiù eſt Papa deponi non poteſt propter quodcumque crimen, nec à Concilio, nec à tota Eccleſia, nec à toto Mundo, non ſolùm quia eſt ſuperior nullum habens hominem ſupra ſe, qui eum valeat iudicare; ſed quia Deus ſibi Romani Præſulis, quandiù præſul eſt, iudicium reſeruauit, 9. qu. 3. aliorum.

Si tamē labitur in hęreſim, eo ipſo eſt pręciſus ab Eccleſia, & deponitur de facto, & deſinit eſſe caput Eccleſiæ, quia caput pręciſum, quandiu eſt præciſum, caput eſſe non poteſt illius corporis, à quo eſt præciſum. Per alia autem peccata eſt caput languidū, quod propter hoc nō deſinit eſſe caput, nec cōſequenter poteſt à membris iudicari: hæc ex illo: Sed contrà. Nam gloſ. in cap. ſi Papa, diſt. 90. quod non ſolùm pro hæreſi, ſed pro quocumque crimine notorio adulterij, ſimoniæ, & huiuſmodi, ſi eſſet incorrigibilis, & ſcandalizaret Eccleſiam, poſſet accuſari, quia contumacia eſt hæreſis, quæ conſequenter videtur velle, quod etiam poſſit deponi, vt imponit illi Arch. quia qui poteſt accuſari, poteſt puniri. Sed certè illa gloſ. directè textum euertit ibi dicentem. Papa cunctos iudicat à nemine iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius: id eſt, pro hæreſi ſolùm. Vndè dicit Petr. de Pal. vbi ſuprà, quòd iſta gloſ. eſt falſa: & contumacia dicitur hæreſis largè, ſicut & ſimonia, propter aliquam ſimilitudinem, cùm verò dicitur, Papam propter hęreſim poſſe deponi, vel eſſe depoſitum, ſumitur hæreſis propriè, id eſt, pro errore fixo eorum, quæ ſunt fidei. Et idem de ea dicit Auguſt. de Anch. addens, quod ſaluari poteſt, ſi illa incorrigibilitas alicuius vitij dicatur, quādo peccatum dicit non eſſe peccatum, quia eſſet verè, & propriè hæreticus.

Et adde tu, quòd iſtis ſtandum eſt, & non Canoniſtis, quia materia eſt Theologica: cùm auctoritas Papæ ſpectet ad ius diuinum: & maximè Pan. quia ſicut diabolus in omnibus operibus ſuis redolet ſuum primum peccatum ſuperbiæ, ambiens honores diuinos: ità iſte, quia fuit ſchiſmaticus conſentiens conciliabulo Baſileenſi contra Pontificem ſummum, ſemper in ſua doctrina fauet Concilijs contra Papam. Vide ſupra Concilium §. 3. Et ex dictis ibi limita hoc dictum, quòd Concilium non poteſt iudicare Papam, quando cer-

certum eſt, quòd ſit Papa: ſecus in dubio: quia tunc ipſe non eſt Iudex omnium, ſed pars; vndè cùm Eccleſia ſit ſufficienter à Chriſto inſtituta: huius litigij erit aliquis Iudex. Iſta autem indubitata concluſio, quòd Papa à nullo iudicari poteſt, niſi pro crimine hæreſis, quæ habetur in d. cap. nemo; patet etiam in cap. electionem, diſt. 79. & in cap. ipſi ſunt, 9. q. 3. & in cap. cuncta, eadem cauſa, & q. & in cap. oues, 2. q. 7. & per Innoc. III. ſer. de conſecr. Romani Pontificis, & per multa Concilia, vt refert d. Ioan. de Turrecr. Quid autem faciendum ſit, quando Papa ſuis motibus Eccleſiam deſtruit: dicit idem Petr. primò non eſſe obediendum in multis: ſed reſiſtendum per honeſtam reprehenſionem, exemplo Pauli reſiſtentis Petro in faciem. Galat. 2. Vndè ſi vellet totum Theſaurum Eccleſiæ, aut Patrimonium beati Petri dare parentibus eius, vel Eccleſiam deſtruere, & huiuſmodi, non eſſet permittendum, ſed reſiſtendum: tamen ſine depoſitione. Et intellige, quod huius ratio eſt: quia in deſtruendo nihil poteſt: & ſi de deſtructione conſtat, poteſt reſiſti. Secundò orandum eſſet vt corrigeretur à Deo, vel de medio tolleretur, & contra eius voluntatem Concilium conuocandum, & per illud Papa moneretur, vel Deus inuocaretur: & reſiſtendo in malis remedium opponeretur. Hoc tamen, & in omni ſimili caſu nulla multitudo conuocata habebet auctorita. tem Concilij ſine auctoritate Papæ, & ſi haberet auctoritatem conuenientem alijs partibus; ſicut & corpus ſine capite, poſſet habere motum grauium, ſed non vitalem.

5 Quintò quæritur, vtrùm Papa vtendo ſua poteſtate in iudicando, & ſtatuendo poſſit errare? Et de hoc dico, vt ſuprà Canonizatio, §. 3. & Concilium, §. 2. & Eccleſia 1. §. 2. & 3. & fides, §. 7.

6 Sextò quæritur, quid poſſit Papa ſuper inferos? Et dico quod poteſt facere indulgentias, eo modo quo ſuprà indulgentia, dictum eſt. Et ſi quæratur, vtrùm poſſit ſpoliare purgatorium pro libito ſuo: dico quòd non ſua voluntate præcisè, ſed mediante illo infinito Theſauro, & ſicut poteſt liberare à pœna peccatorum debita in hoc Mundo omnes, qui ſunt in Mundo, ſi faciant, quod mandat, etiam ſi eſſent millies plures, quàm ſint: ità liberare poteſt omnes, qui ſunt in purgatorio, ſi quis pro eis faciat, quod iubet: peccaret tamen indiſcretè concedendo. Et in iſto ſenſu dicunt Doctores, quod non poteſt ad libitum ſpoliare purgatorium, de quo ſuprà Indulgentia, §. 7.

Septimò quæritur, quid poſſit ſuprà Paganos? Et dico ex Arch. poſt Auguſt. de Anch. quod in eos habet iuriſdictionem: quia eſt Vicarius Chriſti habentis iuriſdictionem in omnes. Non tamen poteſt ab eis auferre dominia, ſi qua iuſtè tenent. Intellige, niſi eo modo, quo à Chriſtianis poteſt auferre propria bona, ſcilicet ex cauſa iuſta: quia Dominium eſt beneficium naturale, primò Polil. cùm quidam naturaliter ſint Domini, & quidem ſerui; beneficia autem naturalia etiàm dæmonibus nó ſunt ablata. Nec poteſt eos cogere ad relinquendum ſuos ritus, etiam quantum ad matrimonia, aut faciendum noſtros, ſicut nec ad fidem. Poteſt autem eos punire, ſcilicet pœna pecuniaria, vel corporali, non autem ſpirituali, id eſt, excommunicatione, cùm ſint extra, ſi peccent contra legem, quam recipiunt, ſicut & omnes alios, ſcilicet ſi peccent contra naturalem in manifeſtis, non autem diuinam veterem, aut nouam, vel contra poſitiuam ab eis non receptam, niſi ſint temporaliter ei ſubiecti, quia cogendi ſunt viuere legibus aliorum ſubiectorum, intellige niſi in concernentibus ſuos ritus, ne videantur melioris conditionis propter ſuam infidelitatem. Sicut ſi ſtatutum vetet portare arma, cogendi ſunt illud obſeruare, arr. diſt. 8. contra mortem. Similiter poteſt eos punire, ſi quid faciunt in ſua ſuperſtitione, quod vergat ad irreuerentiam fidei, de Iudæis, & Sarac. cle. vnica. Et idem intelligo poſſe quemlibet temporalem Dominorum Paganorum, quia eſt Miniſter, & Vicarius in hoc.

8 Octauò quæritur, quid poſſit in Iudæos? Et dico eum poſſe cogere illos ad ſeruandum ea, quæ Canones mandarunt, de quibus ſuprà Iudæi, per totum; non quidem plectendo pena ſpirituali per cenſuras, cùm foris ſint, ſed temporali, pecuniaria, & corporali, 28. q. 1. ſæpè, immò & per pœnas ſpirituales indirectè: puta excommunicando Principes eos non punientes, ſecundùm Archid.

9 Nonò quæritur, quid poſſit in hæreticos, & ſchiſmaticos? Et dico quòd hæreticos poteſt quadrupliciter punire, ſcilicet excommunicatione, depoſitione, rerum temporalium ablatione, & militari perſecutione, vt ſuprà, Clericus 1. & 2. ferè per totum. Schiſmaticos autem poteſt priuare poteſtate iuriſdictionis in ſubditos, & poteſtate Ordinis, ſeu conſecrationis quantum ad executionem, faciendo quòd non liceat eis vti actibus Ordinum ſuorum, vt infrà, Schiſma.

10 Decimò quæritur, quid iuris de poteſtate Papæ in Imperatorem? E dico multa ex Archid. 3. parte, tit. 23. poſt Aug. de Anch. vbi ſuprà.

Primùm. Licèt Dominium, ſeu Imperium tyrannicum tempore præceſſit ſacerdotium, quia ſcilicet ſecundùm Auguſt. 15. de Ciuit. Dei, primus Regum fuit Cain, & poſt diluuium Nembrot: primus autem Sacerdos fuit Melchiſedech, qui ſecundùm Hebræos fuit Semi primogenitus Noe, in quo incœpit Sacerdotium, poſt quem vſque ad legem Moſaycam deriuabatur ad primogenitos: naturale tamen, & iuſtum Imperium non eſt notum cœpiſſe antè Moyſem, qui à Deo inſtitutus fuit Princeps Populi ſui.

Secundùm. Papa eſt Imperatore maior dignitate, plùs quàm aurum plumbo, diſt. 96. duo ſunt, & Sol Luna, de maior. & obed. ſolitæ. Vndè & Alexander Magnus doctus viſione Dei apparentis ſibi in forma Summi Sacerdotis Iudæorum, eundem Sacerdotem obuium adorauit, in eo Deum,

inquiens, adorauit; & ſimiliter Octauianus ſuaſu Sibyllæ Tyburtinę adorauit Puerum, cuius Papa eſt Vicarius.

Tertiùm. Papa poteſt eligere Imperatorem per ſeipſum immediatè, quando ex iuſta, & rationabili cauſa expediret, quia principalis agentis habentis dirigere omnes fideles ad pacem, & finem ſpiritualem, eſt eligere Miniſtros. Vndè Imperator eſt Miniſter eius eo ipſo, quòd eſt Miniſter Dei. Rom. 13. cuius Vicarius eſt Papa. Ex quo ſequitur, quòd etiam poſſit eligere Electores Imperatoris, & mutare ex cauſa, eius etiam eſt electum confirmare, de elect. venerabilem, & confirmatum conſecrare, de ſacra vnct. cùm veniſſent, & confirmatum, & conſecratum coronare, d. cap. venerabilem, & in coronatione iuramentum fidelitatis excipere, diſt. 63. tibi Domino, & dignum excommunicatione excommunicare, 96. diſt. duo, & dignum depoſitione deponere; ſicut Innoc. III. Ottonem, & Innoc. IV. Federicum depoſuit, & dignum gladiaria perſecutione gladio perſequi, & bellum contra illum conuocare, & ab eius fidelitate Vaſſallos abſoluere 15. q. 6. nos Sanctorum. Nec obſtat, quòd Conſtantinus Imperator Syluestrum Papam coronauit: quia hoc non fecit, quaſi auctoritatem, vel Dominium præbens, ſed ſicut Miniſter obſequens, cuius ſignum fuit, quòd tenens equum eius exhibuit ſtratoris officium. Quod autem dicit Hugo, diſt. 96. cùm ad verum, quòd Imperator poteſtatem, & dignitatem non accepit ab Apoſtolico, ſed à Principibus, & Populo per electionem, planum hodie eſt eſſe falſum. Quod etiam dicit, has poteſtates eſſe à Deo, & diſtinctas, verum eſt eo modo, quo dictum eſt §. 2. Quod etiam dicit, Imperatorem eſſe maiorem Papa in temporalibus, eſt ſimpliciter falſum quantum ad iuriſdictionem: ſed verum, quantum ad immediatum vſum, & executionem, quo modo etiam dici poteſt maior Chriſto. Et ſic intelligitur dictum cap. cùm ad verum, 96. quòd Papa vſurpare ſibi non debet, ea quæ ſunt Imperatoris, quia ſcilicet non debet immediatè exequi temporalia, quod intellige niſi ex cauſa, vbi ſibi videtur expedire,

Quartùm. Conſtantinus potuit donare Syluestro Imperij temporalem adminiſtrationem, & eam recipere ab eo; quia Papa eſt Vicarius Dei, cui nos reddimus in recognitionem Dominij, & honoris ea, quæ ille nobis donat ad vſum, & ſtipendium laboris, iuxtà illud Dauid primi Paral. vl. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, & ad idem 12. quando 1. videntes. Vndè donauit Conſtantinus Papæ in venerationem, & recognitionem Dominij adminiſtrationem temporalem Imperij, & eandem immediatè Papa concedit Imperatori in vſum, & ſtipendium Officij, pro defenſione, & gubernatione pacifica Eccleſiæ.

Quintum. Non poteſt autem illa donatio per ſucceſſores reuocari, tamen quia ſemel Deo dicatum humano iudicio reuocari non poteſt, vt patet 12. q. 2. de rebus, & cap. ligna. de conſecrat. diſt. 1. tum etiam quia potiùs reddidit, quod erat ſubtractum, cùm Domini ſit terra, & plenitudo eius, quàm dederit, quod erat Imperij: tùm etiam quia donauit de conſenſu eorum, quorum erat dare talem poteſtatem, ideſt, Principum, Senatus, & Populi, à quibus acceperat, de quo vide in c. Conſtantinus, diſt. 97.

11 Vndecimò quæritur, quid iuris de poteſtate Papæ in alios Reges, & Principes Chriſtianos? Et dico, ſecundùm eoſdem, ſcilicet Archid. & Auguſt. de Anch. quòd omnes ei tenemur obedire, ſicut & Chriſto, cuius vices gerit, & in eos omnes habet vniuerſalem ſpiritualium, & temporalium iuriſdictionem, ſicut & in toto Orbe vice Dei viuentis, ſed temporalium adminiſtrationem non recipit, niſi in Regionibus Occidentalis Imperij per conceſſionem Conſtantini Imperatoris: nec vtitur hac adminiſtratione, niſi in aliquibus partibus mediante Imperatore, quem eligit: non autem in alijs Regnis Occidentalis Imperij, non propter carentiam auctoritatis, ſed propter nutriendum in filijs vinculum vnitatis, & pacis; quia propter tyrannicam vſurpationem Imperij, à diuerſis in diuerſis partibus ad vitandum ſcandalum, Iudæorum ſe tributarium fecit cum Petro, licèt non obligetur, Matthæi 17. 11. q. 3. inter verba. Et ideò poteſt Reges corrigere, ſicut Nicolaus Lotharium de adulterio reprehendit, 2. q. 1. ſcelus, & ex rationabili cauſa deponere, ſicut Zacharias depoſuit Regem Francorum ſubſtituens Pipinum, 15. q. 6. alius,

12 Duodecimò quæritur, vtrùm Papa habet in Chriſtianos, vel alios poteſtatem veniendi contra ſuum contractum, quaſi ex eo non obligetur? Et dico quòd non, quia ipſe non eſt Dominus Mundi, quò ad proprietatem, ſed quò ad iuriſdictionem ſolam, & protectionem, ſecundùm gloſ. & communiter Doctorum in procœmio Digeſtorum: ſicut nec Imperator, qui rei mei Dominium mihi auferre non poteſt ſine cauſa, ſecundùm Bartol. ibi quod etiam eſt verum, quo ad bona Eccleſiaſtica, quorum non eſt verè Dominus, ſed Diſpenſator, ſicut de omni Clerico dicit: S. Thom. in 6. quolibet art. 12. non obſtante gloſ. in c. cùm veniſſent, de iud. quæ dicit contrarium, quia eum damnant Doctor. dicentes quòd eſt eorum ſolùm Adminiſtrator, & Diſpenſator; vndè nec ea ſine cauſa alienare poteſt, & ſi facit, peccat mortaliter, ſecundùm Archid. 12. q. 2. non licet. Vndè de eo verum eſt, quod de Principe dicit Bald. in lib. de vſit. feud. in rubr. de natura feudi, ſcilicet quòd ex ſuo contractu obligatur. Vndè ſi inueſtiuit aliquem de Baronia, vel Caſtro, non poteſt eum ſine culpa priuare, nec ſucceſſores in Imperio, vel Regno, de iud. nouit. Nec obſtat, quòd habet plenitudinem poteſtatis; quia Deus ſubiecit ei leges, ſed non contractus ex quibus obligatur,

13 Decimotertiò quæritur, vtrùm poſſit aliquem abſoluere ab obligatione, qua tenetur alteri homini? Et dico ſecundùm

In-

Innoc. quòd hoc poteſt de plenirudine poteſtatis, art. 8. q. 3. per Principalem, C. de qua præſcr. benè à Zenone, C. de præc. Imperar. off. l. quoties, & idem Ho. & Beru. Sed hoc limita ex cauſa rationabili, & non aliter: quia, vt dictum eſt, §. priore, non eſt Domious Mundi, quo ad proprietatem, nec legem condendo poteſt auferre mihi rei meæ Dominum ſine cauſa, ſicut nec Imperator. Et ſic intellige, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. comm. pręd. qui §. ſecundùm Bartol. in hac materia eſt ſingularis, & ſic etiam intellige Pan. in cap. 2. de voto, quòd Papa auferre poteſt obligationem Laici, non ſubditi ei temporaliter contractam ex fidei præſtatione, non autem aliundè quæſitam, cùm ſit de iure gentium, in Clem. paſtoralis, de re iud. ſcilicet ſine cauſa rationabili, ſine qua, nec Imperator poſſet. Et idem à fortiori intellige hoc non poſſe Ciuitatem, aut Vniuerſitatem, vel Collegium. Ex magna tamen cauſa poſſet Papa à ſecularibus exigere ſubſidium temporale, vt ſi Eccleſia inuaderetur, & aliter prouidere non poſſet.

14 Decimoquartò quæritur, vtrùm poſſit tollere leges ciuiles? Et dicit Io: And, quòd vbi non habet iuriſdictionem temporalem, tollere non poteſt legem, quo ad forum ciuile, niſi in his, in quibus vertitur periculum animæ, cùm poteſtates ſint diſtinctæ, 96. diſt. cùm ad verum. In illis autem, in quibus animæ periculum vertitur, tollit quo ad vtrumque forum, de iud. nouit. de præſcr. cap. ſio, & de ſecun. num. c. pe. & vlt. de foro comp. lib. 6. & de iureiur. cap. fin. lib. 6. & in cap. 2. de except. lib. 6. & in cap. decernimus, de ſent. exc. lib. 6. quia in his leges non dedignantur ſacros Canones imitari, de Iud. Clerici, & in auten. vt Cleri Ap. prop. Epiſc. coll. 6. & ità tenet Sum. Roſ. & Suppl. Sed iſta determinatio procedit ex errore, quòd Papa non habet temporalem iuriſdictionem in tota Eccleſia, quod improbatum eſt multipliciter in hoc titulo. Vndè dico, quod de plenitudine poteſtatis ex cauſa rationabili poteſt omnes leges ciuiles euertere, & alias concedere, niſi inquantum ſpectant ad ius naturale, aut diuinum, nec Imperator cum omnibus legibus, & Populis Chriſtianis poſſent contrà eius voluntatem quicquam ſtatuere. Et hæc omnia patent ex dictis in hoc titulo, & ſuprà. Legitimatio, §. 4. nec quæ allegant Canoniſtæ contra hoc, aliquid concludunt, niſi ceſſante cauſa, & ex poteſtate iuridica, quæ ſcilicet eſt ſecundùm iura, quibus Papa ex neceſſitate non ſubditur.

15 Decimoquintò quæritur, vtrum Papa poſſit tolletare, ſeu mutare ſtatuta Concilij generalis? Et dicit S. Thom. in tract. contra impugn. tel. quòd ſic: quia ſine eius auctoritate nihil potuerunt ſtatuere: ſicut nec Concilium congregari. Et illud Zoaimi in cap. contra, 25. q. 1. contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel mutare, huius Sedis non poteſt auctoritas: dicit verum eſſe in his, quæ ſtatuta Patrum decreuerunt eſſe de iure diuino, ſicut ſunt articuli fidei, qui determinati ſunt per Concilia, quæ autem determinauerunt de iure poſitiuo, mutare poteſt, vel diſpenſare ſecundùm opportunitatem temporum, vel negotiorum, & hoc non faciendo contra illa ſtatuta: quia ſeruatur intentio ſtatuentium, quæ eſt vtilitas Eccleſiæ. Quidam tamen dicunt, quod poteſt tollere ſingula, ſed non omnia ſimul, quia eſſet deſtruere Statum Eccleſiæ. Et quantum ad hoc dico, quod diſpenſare poteſt contra vniuerſalem Statum Eccleſiæ, vt in cap. non deber. de conſan. quod Pan. intelligit quando non decoloraretur Status Eccleſiæ, vt puta quia ſubeſt cauſa mutandi. Secus vbi decoloraretur, ideſt vbi non ſubeſt cauſa, & ſic intelligitur, cap. propoſuit, de conceſ. præb. de quo etiam ſupra Concilium, §. 2. Sed adde iuxtà mentem S. Thom. quod quando ſubeſt cauſa, poteſt diſpenſare ſine peccato in omnibus, quæ ſunt iuris poſitiui, in quacumque materia, & in quibuſcumque perſonis fiant, ſine cauſa autem hoc poteſt ſic, quod ſi de facto irritaret, ſtatuta nulla eſſent, quia ab eius auctoritate dependent, tamen peccaret, nec eſſet permittendus. Ex ex his, & dictis ſuprà fides, §. 7. patet, quòd non benè dicit Sum. Aug. quòd ſine Concilio Papa decidere non poteſt in cauſa fidei, quia poteſt errare, & non Concilium 19. diſt. Anaſtaſius. Ad ſuum autem motiuum patet reſponſio ex dictis ſuprà Concilium, §. 2. & d. §. 7.

16 Decimoſextò quæritur, vtrùm Papa vt ad præſens de Deo taceamus, poſſit diſpenſando aliud immutare in præceptis legis naturalis, aut diuinæ? Et dico multa,

Primùm, Sicut dictum eſt ſuprà. Conſuetudo, §. 9. in lege naturali tria continentur, ſcilicet principia, quæ ſcilicet ex terminis ſuis cognoſcuntur, vt declina à malo, fac bonum, nulli nocendum, rationi obediendum, & huiuſmodi, & primæ concluſiones, & determinationes quædam particulares. Sed adde, & intellige, quòd primæ concluſiones dicuntur, quæ neceſſariò ſequuntur ex principijs primis immediatè: vt, non eſt nocendum: ergo neque occidendum, vel mediatè: vt, non eſt nocendum: ergo neque depoſitum eſt negandum, vel huiuſmodi. Particulares verò determinationes ſunt, quæ ex primis principijs non ſequuntur neceſſariò per conſequentias bonas, ſed dependent à voluntate humana, vel diuina, ſicut non ſequitur neceſſariò ex aliquo principio naturali, quòd fur debeat ſuſpendi, vel puniri in quadruplum.

Secundũ. Secundùm Heru. In di. 47. primi, circà præcepta ſciendũ eſt, quòd reuocare illa, eſt tollere obligationem vniuerſaliter, id eſt, quo ad omnem hominem, & omne tempus. Diſpenſare verò eſt relaxare obligationem quo ad hunc hominem, vel quo ad hoc tempus. Interpretari verò eſt dare intellectum præcepti, vel præcipienti ſtante obligatione, etiam quo ad hunc, & nunc, quæ quidem interpretatio, inquit, quandoque dicitur diſpenſatio, quia tollit obligationem non veram, ſed inſurgentem ex conſcientia dubitantis, & in manifeſtis pertinet ad omnes, in dubijs verò ad ſuperio-

rio-

riores, quod limita, ſi commodè poſſunt haberi, aliàs ſecus, vt cùm in repentinis periculum eſt in mora, de quo ſupra Diſpenſatio, §. 3.

Tertiùm. Secundùm S. Thom. in 4. diſtinct. 15. qu. 3. art. 2. qu. 1. tertium, 3. qu. 97. art. 4. ad tertium, inferior diſpenſare non poteſt in præceptis ſuperioris, niſi quantum ſibi permittitur, quod intellige expreſsè, vel interpretatiuè eo modo, quo in iure habentur argumenta, quòd diſpenſatio in ſtatutis Papæ aliquando ſit conceſſa Epiſcopis.

Quartùm. In præceptis diuini, aut naturalis iuris Papa diſpenſare non poteſt ſecundùm S. Thom. 4. quo. art. 13. & 1. diſt. 47. & 3. diſt. 37. quòd tamen fallit in tribus caſibus.

Primò quantum ad ius naturale, quo ad particulares applicationes iuris naturalis, aut etiam diuini, vt ſupra Conſuetudo, §. 9. quia hodie non habent vigorem, niſi ex lege poſitiua, ideòque Papa in oppoſitum poteſt.

Secundò quo ad ius diuinum, quando aliquid dicitur de iure diuino, quia continetur in doctrina Apoſtolorum, licèt non ſit ſtatutum à Deo, ſed ab Apoſtolis, ſicut quòd bigamus non promoueatur, 1. ad Timoth. 3. vt ſupra Bigamia, in 6.

Tertiò, ſecundùm Rich. quantum ad vtrumque, quando diſpenſatio ſumitur largè, & impropriè pro interpretatione, quæ aliud eſt, cùm poſſit circa articulos fidei interpretari, vt dictum eſt ſupra Fides, §. 7. non autem diſpenſare, vt ibi docet ſanctus Thomas. Vnde dico, quòd in votis poteſt propriè diſpenſare, hoc eſt, ius relaxare, in diuinis autem præceptis hoc non poteſt, ſed poteſt ea interpretari in dubio auctoritatiuè, ſcilicet vtrum in aliquo determinato caſu habeat locum ratio diuini, aut naturalis ſtatuti, vel non puta, vtrum iſta ſubtractio huiuſmodi rei ſit furtum, vel non, quod patet, quia interpretatur præceptum Dei de credendis.

Item, quia interpretatur omnia dubia circa Scripturam; & fidem & mores. Item quia inferior interpretari poteſt legem, vbi ad ſuperiorem conditorem recurſus commodè haberi non poteſt, vt patet ex dictis.

Item quia, vt dicit Rich. in 4. d. 38. ſi occurrat caſus, in quo non videretur locum habere ratio legis, non dediſſet Deus paſtorem, qui conſulere poſſet omnibus occurrentibus, & neceſſariò expediendis, non videretur fuiſſe bonus paterfamiliàs: nec poſſet dici Papa generalis commiſſarius Dei aſſumptus in plenitudinem poteſtatis: cuius contrarium determinatur. 2. qu. 7. qui ſe ſcit, & 24. qu. 1. quodcumque. Et ſic intellige, & limita capitula, quæ videntur dicere, quòd Papa contra diuinam legem non diſpenſat, ſcilicet vbi ratio legis non deficit, vt in primis principijs legis naturalis, & in præceptis primæ tabulæ, in quibus ipſe ordo in Deum præcipitur, & in præceptis ſecundæ tabulæ quantum ad ipſam iuſtitiam, vel ipſum ordinem ad proximum, qui in eis directè præcipitur, ſiue quantum ad rationem præcipiendi, ſecus quantum ad ipſam rem, quæ præcipitur, pro quo vide 1. 2. qu. cap. & 3. diſt. 37. & quantum ad particulares determinationes, & ſtatuta Apoſtolica. Sic etiam intellige dicta Canoniſtarum dicentia, quòd Papa poteſt ius diuinũ declarare, & interpretari, limitare, & diſtinguere, & etiam augere, quod intellige quantum ad particulares determinationes, & quantum ad interpretationem.

De Eccleſia, & Eccleſiaſticis priuilegijs, ac perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, & ſynagoga quid notent. Et cur Apoſtoli populum Chriſtianum Eccleſiam appellarunt. Item quo tuplex ſit Eccleſia, de quibus hic ſigillatim. Et de multiplici eius acceptione, remiſſiuè.*

2 *Chriſtus Caput ne ſit Eccleſiæ, an membrum.*

3 *Eccleſia, an errare poſſit. Et in quibus. Et quænam ſit Eccleſia illa, quæ errare nequit, & cuius doctrinæ infallibiliter inhærendum ſit, num. 4.*

5 *Eccleſiæ Romanæ quænam ſint priuilegia. Et ibidem quòd à tribus ipſi priuilegia conceſſa ſunt, à Deo ſcilicet, Papa, & Cæſare. Et quotuplicia ſint huiuſmodi priuilegia. Et ibidem de omnibus ſigillatim.*

6 *Eccleſiaſticæ perſonæ quænam ſint, & quotuplex earum priuilegium. Et priuilegio clericali quinam gaudeant concluſiones variæ de quibus fuſè, & apertè. vbi deuotorum, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum, proprietati rerum non renuntiantium, ſed ne matrimonio quidem, ſeptem genera referuntur.*

7 *Honorius regulam fratrum, ac ſororum de pœnitentia beati Dominici, approbauit, & Prædicatorum Ordinem.*

1 Eccleſia eſt nomen Græcorum, & Latinè ſonat conuocatio: ſicut ſynagoga eſt Hebraicum, & Latinè ſonat congregatio, vnde eccleſiare eſt conuocare, vel concionari. Et ideò Apoſtoli Chriſtianum populum ſemper Eccleſiam, & numquam ſynagogam appellari voluerunt, vt ipſis vocabulis Chriſtianorum fidelitas, & diſcretio Iudæorumque infidelitas, & beſtialitas notaretur, qui frequentiùs appellati ſunt nomine ſynagogæ, quia vt dicit Hugo, conuocantur homines propriè, pecora verò congregantur, vnde eorum ſunt Greges. Et ſic dicitur Eccleſia ſecundùm Græcos ab Eccleſijs quod eſt miſerans, quia miſericordia plena ſit, & numquam redeuntibus ſinum claudat. C. de ſum. Trinit. in epiſtola, inter claras, & de hæret. cap. ſuper eo lib. 6.

Videtur autem Eccleſia eſſe idem propriè quòd populus conuocatus, ſeu adunatus in Dei cultu. quæ dicitur Eccleſia ſpiritualis, tranſumptiuè autem locus, in quo po-

populus ad percipienda, quæ fidei ſunt, conuocatur, qui dicitur Eccleſia materialis. Eccleſia autem ſpiritualis eſt duplex, ſcilicet generalis, ideſt, totos populus Dei Chriſto vnitus per fidem, aut viſionem, & ſpiritualis, ſcilicet Eccleſia Chriſto per charitatem vnita.

Quæ duplex eſt, ſcilicet, triumphans, iam Deo coniuncta per gloriam: & militans, quæ etiam eſt duplex, ſcilicet Catholica, ſeu vniuerſalis, ſcilicet Dei populus per totum Orbem diffuſus, ſed propriè ei coniunctus per fidem, & charitatem, & ſpecialis, ſicut Eccleſia Mediol. & Bononien. & huiuſmodi, niſi eſſet Romana, quia illa eſt Eccleſia vniuerſalis in virtute: vt infrà, §. 3.

Sumitur autem Eccleſia alijs modis de quibus vide extrà, ne Prælat. 6. ſuas, in cap. quærelam, in gloſ. & ſpecialiter ſumitur, vt diuiditur contra populum, ſicut Clericus & multitudo Eccleſiaſticarum perſonarum dicitur Eccleſia, vt ibi patet.

2 Primò vero quæritur, quantum ad Eccleſiam generalem, verùm Chriſtus ſit Eccleſiæ membrum, vel Caput: Et dicit S. Thom. in 4. diſt. 49. quod Eccleſia dupliciter ſumitur, ſcilicet Corpus Chriſti myſticum præcisè, & ſic dicitur ſponſa Chriſti, & Corpus Chriſti myſticum ſimul cum Capite, ideſt Chriſto: vnde Chriſtus eſt Caput Sponſæ, non membrum, eſt tamen membrum Eccleſiæ.

3 Secundò quæritur, verùm Eccleſia poſſit errare: Et dico ſecundùm doctrinam S. Thom. & aliorum Doctorum, quòd errare non poteſt in ſpectantibus ad fidem, vel mores, ſed in his ſemper verum determinat, quia Chriſtus pro ea orauit, vt non deficiet fides eius, & Spiritus ſanctus docte eam omnem veritatem, ſcilicet in neceſſarijs ad ſalutem, vt ſunt fides, & mores, & ſic intellige 24. qu. 1. à recta, & ſimiliter creditur piè, quod errare non poſſit in canonizatione Sanctorum, vt dictum eſt ſupra Canonizat. §. 3. in alijs autem errare poteſt, quia ſequitur humanam opinionem, quæ falli poteſt, & ſic intellige cap. à nobis el. 2. de ſent. exc. Vnde S. Thom. in 2. 2. qu. 1. vult quod quilibet teneatur inhærere doctrinæ Eccleſiæ, tamquam regulæ infallibili, vide etiam infrà. Fides. & infrà vſus.

4 Tertiò quæritur, quæ ſit iſta Eccleſia, quæ errare non poteſt, & cuius doctrinæ infallibiter hæreodum eſt? Et dico quantum colligitur ex S. Thom. & alijs Doctor. maximè Archiep. 4. par. tit. 8. c. 4. quod dupliciter dicitur, ſcilicet formaliter, & virtualiter, & vtrumque horum dupliciter, & ſic ſumitur quadrupliciter. Iſta ergo dicitur primò formaliter, & verè: & eſt omnis populus fidelis per totum Orbem maximè Deo vnitus per charitatis amorem.

Et ſecundò dicitur formaliter, & repræſentatiuè, & eſt Concilium generale.

Tertiò dicitur virtualiter, & formaliter ſimul: & eſt Eccleſia Romana, quæ eſt Caput omnium Eccleſiarum, virtualiter continens auctoritatem totius Eccleſiæ.

Quartò etiam virtualiter, & repræſentatiuè ſimul, & eſt Collegium Cardinalium cum ſuo Capite, ideſt ſummo Pontifice, ſiue Papa, vel Caput Eccleſiæ, vtens ſcilicet auxilio, ſiue conſilio membrorum ſuorum, quantum poteſt, ad indagandam veritatem, non autem eſt Papa, vt ſingularis perſona, quæ poteſt errare. Et ſic intellige gloſ. in d. cap. à recta dicentem quod Eccleſia, quæ errare non poteſt, dicitur non Papa, ſed congregatio fidelium, quæ ſcilicet tenet fidem quam Petrus cum alijs populis docuit, & hæc dicitur Eccleſia Romana, & fides Eccleſiæ Romanæ, ſiue ſint Romæ, ſiue alibi. Et de his etiam ſupra Concilium, §. 2. & infrà, Fides §. 1.

5 Quartò quæritur, quæ ſint Eccleſiaſtica: ideſt Eccleſiæ Romanæ priuilegia? Et dico, quod ſint triplicia, ſcilicet à Deo, à Papa, à Cœſare conceſſa.

Priuilegium autem à Deo conceſſum Eccleſiæ vniuerſali, vel Romanæ, eſt dignitas, vel prærogatiua illi conceſſa in perſona beati Petri primi Romani Pontificis, & vniuerſalis Vicarij Ieſu Chriſti. Et hoc probatur per cap. omnis, diſt. 22. Ex quo etiam patet, quod tale priuilegium Eccleſiæ eſt etiam Papæ, & eſt multiplex, ſed tantum quinque enumerabo.

Primum eſt, quod ipſe Romanus Pontifex eſt Caput ſummum, & vnicum vniuerſalis Eccleſiæ: ſuper eam totam habens principatum, nulli inferior vel æqualis, ſed omnibus ſuperior, ex quo etiam habet ipſa Eccleſia Romana, quod ſit Caput, Princeps, & Mater omnium Eccleſiarum. Et iſta patet in cap. non decet 12. diſtin. vbi etiam patet, quod eadem dicitur Eccleſia Apoſtolica, & Romana: vnde eadem eſt Romana, & Apoſtolica, diſt. 19. ità Dominus.

Secundum. Nam idem Romanus Pontifex eſt generalis Prælatus, habens ſuper omnes iuriſdictionem, & plenitudinem poteſtatis, 2. qu. 6. qui ſe ſcit cæteræ autem Eccleſiæ vocatæ ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis vnde pallio, in quo confertur Pontificialis officij plenitudo, vt extrà, de auctor. & vſu pallij ipſe ſolus vtitur in Miſſarum ſolemnijs ſemper, & vbique: alij autem nec ſemper, nec vbique, ſed in Eccleſia ſua certis diebus.

Tertium. Nam ipſe condere poteſt ſtatuta perpetua, firma & immutabilia, diſt. 11. conſequens, quam firmitatem innuit Chriſtus dicens. Et ſuper hanc Petram, quaſi ſcilicet ipſe Chriſtus ſit fundamentum naturale, 1. Corinth. 3. Petrus autem etiam ſucceſſorum quaſi petra prima in fundamento: vnde ipſe poſt Chriſtum eſt Eccleſiæ fundamentum, ſecundùm Hieron. Chryſoſt. Orig. S. Thom.

Quartum. Nam ipſe ſolus dat robur & auctoritatem Concilijs, & ſtatutis Conciliorum, vt diſt. 17. per totum, & 2. qu. 5. ideò, & 3. quæſt. 6. dudùm, & hoc ſequitur ex 2. & 3.

Quintum. Nam omnes iudicat, & à nullo poteſt iudicari, diſt. 40. ſi Papa, niſi in-

inueniatur deuius à fide, 9.qu.3. conqnęſt. §. ſola, & de hoc ſupra Concilium, §. 2. & infrà Papa, §. 4. ad quod reducitur, quod ipſe haber interpretari omnia dubia, qui fil. ſint legit. per venerab. Sunt & alia molta. A Papa etiam ſunt Eccleſiæ Romanæ, & alijs conceſſa priuilegia, vt quod inijciens manus violentas in clericum ſit excommunicatus, & in Legatis ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes, de teſtam. relatum, & huiuſmodi. Ab Imperarore ſimiliter ſunt multa conceſſa ſparſa in iure ciuili, vt de Immunitate Eccleſiarum, & huiuſmodi.

6 Quintò quæritur, quæ ſint Eccleſiaſticæ perſonæ? Et dico multa ex doctrina Atchid.

Primum clericale priuilegium duplex eſt, ſcilicet perſonale, per quod clerici percuti violenter, ſuadente diabolo, ſine excommunicatione non poſſunt, 17. qu. 4. ſi quis & fori, per quod conueniri non poſſunt in cauſis ciuilibus, aut criminalibus ſub Iudice ſeculari, 6.qu.1. de perſona, nec de ſuis bonis patrimonialibus, vel Eccleſiarum, aut locorum ſuorum talliari debent; ſed liberi ſunt ab oneribus laicorum, vt impoſitionibus, prȩſtantijs, gabellis, pedagijs, & huiuſmodi.

Secundum, ſecundùm Hier. 12. qu. 1. duo ſunt genera Chriſtianorum: vnum diuino officio, contemplationi, & orationi dicatum, vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi, nullam inter ſe proprietatem habentes, quòd intellige ſecundùm tempora, quibus clerici viuebant in communi, ſecundùm Archid. vel de Religioſis, hodiè enim clerici ſeculares licitè proprium habent, vt 12. qu. 1. in multis capitulis, & de pec. cler. per totum. Aliud genus eſt laicorum. Laos enim Græcè, Latinè dicitur populus.

Vnde cùm ibi non detur tertium genus Chriſtianorum, oportet omnem non comprehenſum ſub genere laicorum, pertinere ad genus clericorum, ideſt deuotorum, & huiuſmodi dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ gaudentes priuilegio clericali. Et iſti ſecundùm Panor. cap. 2. de foro compet. ſunt hi, qui alieno actu eripiuntur à iuriſdictione Imperatoris, quæ eſt duplex, ſcilicet receptio ordinis, intellige etiam minoris, & conuerſio ad aliquam de Religionibus approbatis. Addè verò, quòd eſt tertius actus ſcilicet quo quis ſe obligat, & ſua perpetuò, & efficaciter alicui Religioſo, vel Clerico cum alteratione habitus de mente eiuſdem ibi. Adde etiam, quod eſt quartus, ſecundùm Ant. de Butr. vt infrà, par.7. ſcilicet viuere in communi regulariter. Adde etiam quintum, ideſt conſuetudinem rationabilem, & præſcriptam, quæ habet vim legis.

Tertium. Igitur perſonæ Eccleſiaſticæ ſine dubio dictis priuilegijs gaudentes, quoad Religioſos ſunt Canonici Regulares, Monachi Mendicantes, & omnes in aliqua Religione approbata tria vota profitentes, de ſtatu monach. cùm ad Monaſterium. Et ſimiliter conuerſi in huiuſmodi Religionibus obligati ad tria vota, vt expreſsè notatur in c. lex continentiæ, 27. qu.1. Et ſimiliter quoad perſonale priuilegium Religionum, & huiuſmodi, Nouitij, Clerici, vel Conuerſi, vt perſonæ Eccleſiaſticæ cenſentur, de ſent. excomm. religioſo: lib. 6. Adde idem eſſe de his qui ſe, & ſua obtulerunt cum alteratione habitus. Et idem de Monialibus, & earum Nouitijs, & Conuerſis, vt in d. cap. vt lex. Et vtroque gaudent priuilegio, etiam ſi efficiantur Apoſtatæ, vel reijciantur, vel licentientur ad manendum extrà Clauſtrum, ſi ſunt profeſſi tacitè, ſiue Clerici, ſiue Conuerſi, aut Moniales, vel Clerici ſeculares in ſacris conſtituti non incedentes in habitu, & tonſura, cùm ſciuntur eſſe tales: vide infrà Excommunicatio, 6. §.5.

Quartum. Et ſimiliter quoad Clericos perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt omnes conſtitui in ſacris, ideſt ſubdiaconatu, & ſuprà, immò conſtituti in minoribus, vt patet 11. quæſt. de perſona. vtroque priuilegio gaudentes etiam excommunicati, ſuſpenſi, depoſiti, & irregulares, niſi eſſent ſolemniter degradati, vt qui traduntur curiæ ſeculari, de pœnit. degradatio lib.6. Immò per Pſalmiſtatum, qui idem eſt, quòd prima tonſura, nec eſt Ordo, ſed diſpoſitio ad ordinem; ſecundùm Theologos efficitur, quis clericus gaudens priuilegio perſonali d. canonis, ſi quis ſuadente, vt expreſsè ponit gloſs. diſt.21. cap.1. & probatur per cap. non dubium, & per cap. parochiatos de ſentent. excommunic. In hoc tamen eſt differentia, quia in ſacris conſtituti priuilegium clericale retinent ſemper, nec ei poſſunt renuntiare, & ſi de facto dimittant clericatum tranſeundo ad actus omninò contrarios, vt contrahendo, aut vacando militiæ, vel negotiationi, & huiuſmodi, cogi debent redire ad clerum, & viuere clericaliter, licèt non incidant in canonem, qui eos capiunt, vel cȩdunt ignoranter, qui ſine habitu, & tonſura incedunt. Sed conſtituti in minoribus, ſi ſunt clerici ſeculares, poſſunt liberè, & ſine peccato dimittere clericatum contrahendo matrimonium, vel alijs exercitijs omninò laicalibus inſiſtendo. Et ſi contrahant cum vna, & Virgine deferentes tonſuram, & habitum, retinent priuilegium canonis, ſi quis ſuadente, nec trahi poſſunt ad iudicium ſeculare pro exceſſibus in ciuilibus, aut criminalibus, aut perſonaliter, vel pecuniariter à iudice condemnari, reali autem priuilegio non gaudent in talijs, & huiuſmodi, vt de cler. coniug. cap. vnico lib.6. Quando autem perdant priuilegium clericalè, vide ſupra Clericus, 2.§. fin.

Quintum. De conuerſis autem ad Eccleſiam ſecularem, ſiue clericorum ſecularium, vtrùm ſint Eccleſiaſticȩ perſonæ gloſ. in dict.cap. vt lex 27. q.1. diſtinguit: quia ſi retinent ſibi ſua, non gaudent huiuſmodi priuilegijs, ſecus ſi ſe, & ſua alicui Eccleſiæ tradunt, quia gaudent; licèt teneret matrimonium ſi contraherent, & filij indè nati poſſent petere legitimam portionem de rebus oblatis Eccleſiæ: vt 19. q.3. ſi qua mulier, & cap. ſequenti, quia non intelliguntur vouiſſe continentiam, & renuntiaſſe proprijs, ſicut conuerſi, vel obla-

ti ad

Digitized by Google

et ad Eccleſiam regularem. Sed Ioann. Andr. ſuper clem. 1. de decimis; limitat, quod gaudeot, ſi hoc ſaciant realiter cum effectu, & per illud verbum, cum effectu, dicit tolli primò fraudes; vndè noo gauderet hoc faciens ad fugiendum onera communitatis, quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, de reſcriptis, in cap. Sedes, & ſecundò conditiones, & pacta quæ ſuſpenſum tenerent talium oblationum effectum; vndè non ſufficit, quòd ſua donaſſent remanentes in ſeculo, retento ſibi vſufructu. Limitare etiam videtur gloſs. io cap. vt prioilegia, de priuilegijs, ſi mutent habitum: ità quod diſtinguatnr ab habito ſeculari, licèt ex toto non habeant habitum Monachalem, arg. 33. q. 5. quod Deo; vndè Archidiac. ſuper gloſs. cap. duo ſont, 12. q. 1. dicit, quod tales ex quo habitum mutant, perſonæ Eccleſiaſticæ habentur, & priuilegiati intelliguntur, argum. 12. q. 2. Eccleſiarum ſeruos. Panorm. etiam in d. cap. 2. videtur iimitare, vt noo gaudeant maximè priuilegio fori, niſi ſint oblati perpernò, & efficaciter licèt gloſ. io cap. clericum, 11. q. 1. velit indiſtinctè, quòd familia clericorum gaudeat priuilegio fori, quod ſpeciale, iuquit, videtur in familia Epiſcopi, de offic. Archidiac. cap. fin. Sed ego puto iu hoc ſtandum conſuetudini, ſi apparet, aliàs noo gaudeot, niſi ſint perpetuò oblati, & aliqualiter habitum mutent. Quidam autem dicuntur minores gaudentes clericali priuilegio, de quo vide Panorm. ibi.

Sextom. Quantum ad Deo deuotos autem, quorum, ſcilicet aliqui ex ſua profeſſione non reonntiant proprijs; nec matrimunio, nec aliquam regulam profitentur: dico, quod dicuntur Eccleſiaſticæ perſouæ, gaudentes huiuſmodi priuilegio perſonæ & fori, & quibus ioferre iniuriam perſouis, aut rebus, ſacrilegium reputatur, 17. quæſt. 4. quiſquis.

Primò, mulieres canonicæ ſeculares nuocupatæ, quæ Apoſtolico priuilegio eximuntur à poteſtate iudicis ſecularis, & ſi non ſunt exemptæ in particulari, ſubſunt diœceſano loci, & ab eo vt Eccleſiaſticæ perſonæ viſitantur, ſiue ſint exemptæ, ſiue non: quamuis retineant proprium, & aliquam de ſubſtantialibus religionum approbatarum non profiteantur, & ità tenet Archidiac. & benè, ratione conſuetudinis, & vitæ regularis, quamdiu in ea tolerantur. Qui etiam ſubdit: Nec tamen ex hoc ſtatus earum approbatur: de quibus in cap. indemnitatibus, de electhion. lib. 6. & in cle. attendentes de ſtatu Mouachor. & in cap. dilecta, de maior. & obedientiæ, in gloſs. immò videtur quaſi reprobari per cap. pernitioſum 18. q. 3.

Et ſecundò ſolenniter pœnitentes ſecundùm gloſs. 17. quæſt. 3. quiſquis, quod probat per cap. aliud 11. quæſt. 1. vbi dicit Leo, quòd talis, ſcilicet ſolemniter pœnitens, meliùs expectabit iudicium Eccleſiaſticum, quàm Forenſe. Sed non inſiſto hìc, quia hodie talis pœnitentia non imponitur, ſed quaſi videtur prohiberi de pœnit. diſtinct. 1. quamuis. Pro quo vide ſi vis Panorm. io dict. cap. 2. de foro competent. tenentem, quod non gaudent, licèt ipſi, & aliæ perſonæ miſerabiles poſſunt adire iudicem Eccleſiaſticum.

Tertiò, Templarij, vt notat. gloſs. 17. quæſt. 4. quiſquis, & ibi Archidiac. quod deTemplarijs ſancti Ioannis Hieroſolymitani certum eſt: cùm profiteantur regulam beati Auguſtini, & teneantur ad caſtitatem, & ſoorum beneficiorum habeant vſum, ſeu adminiſtrationem, non proprietatem.

Quartò, milites gandentes, de quibus licèt habeant proprietatem, & ſint vxorati: dicit Ioano. de Lig. ſe conſuluiſſe, & Bartol. ſe hoc notaſſe in l. ſemper, ff. de iur. immun. quod gandent hoc priuilegio, oiſi appareat eos in fraudem hoc feciſſe, talem babitum ſuſcipiendo, ſcilicet ad vitandum onera communitatis, de reſcript. ex tenore.

Quintò, milites de ſpata nuncupati, portantes rubeæ ſpatæ ſignum in pectore, gaudent hoc priuilegio, vt religioſi, & eorum priuilegium per Nicolaum V. renouatum eſt.

Sextò, etiam Eremitæ; vt dicit gloſſ. 16. quæſt. 1. qui verè, vbi dicitur, quod qui verè, & purè ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore; non obſtante, quod poſſint habere proprium, 18. q. 3. §. è contra Paulus. & quæ ſit regula eorum, non inuenitur. Sed contrarium tenere videtur Ludon. de Roman. & Panorm. & poſſet dici hoc habere locum in vagis, & profugis, nulli ſuperiori, vel regulæ aſtrictis, vide infrà Eremita §. 1.

Septimò, Ieſuati, qui licèt nullam regulam profiteantur, tameo deferunt habitum religioſum, & viuunt in communi, & continenter ſecundùm quaſdam eorum obſeruantias deuotas. Anton. de But. tenet, quod vt perſonæ Eccleſiaſticæ gaudeant huiuſmodi priuilegio, & dicit in cap. uullus, de foro compet. quòd generaliter omnes perſonæ regulariter viuentes, ſuut eccleſiaſticæ, quamuis non faciant profeſſionem: vt not. gloſs. in c. indemnitatibus, de elect. lib. 6. de maiorit. & obed. dilecta: gloſs. quod facit, inquit, pro Ieſuatis maribus, & fœminis, & idem dicit de muliere incluſa allegat. 11. quæſt. 1. de perſona, quod videtur intelligi de incluſe ſpontè ob deuotionem, & mutato habitu. Vide tameu Panorm. vbi ſupra teoentem contrarium.

Septimum. Quantum ad fratres, & ſorores tertii Ordinis beati Fraociſci, qui dicuntur Pizocherij, ſunt opioiones, quia dicuot quidam quod oon gaudent clericali priuilegio, quia nec ſunt Religioſi, nec clerici. Et ità ſentit gloſs. in cler. cùm ex eod. de ſenteot. excommun. & Pan. ibi, & Laud. & Ioann. Cal. io quodam conſilio, & Freder. iu alio conſilio. Alij verò dicunt, quòd ſic, quia ſunt de ordine, & modo vinendi approbato, vt in cle. 1. de relig. domin. & ità ſentit Zen. in dict. cle. cum ex eo, & Lap. & Ioanu. de Lig. & Archidiac. & Dyoniſ. & Bart. qui tamen dicit ſeruari contrarium in Ciuitate Peruſina,

na, vbi conueniuntur ſub iudice ſeculari, & ſoluunt collectas, quod procederet, ſi dictum habitum aſſumpſiſſent in fraudem, & de ea conſtaret, ſecundùm Ioann. de Imol. Si verò de ea non conſtet, verior eſt opinio Zen. vbi dicit: ſed Zabarell. per not. in cle. per literas, de præb. virtualiter diſtinguit, dicens eſſe conſiderandum ſtatum horum: quia ſi ſunt aſtricti ordini perpetuò, vt egredi non poſſint, videntur cenſeri perſonæ eccleſiaſticæ, quia deputatæ perpetuò ad vſum pium, aliàs non. Sed adde tu, quod nulli tali poſt ſuę regulæ profeſſionem licet ad ſeculum redire, ſed ad arctiorem tranſire religionem. Adde etiam quod hęc quæſtio ceſſat ex priuilegio Eugenij III. quod incipit, nimis; mandaris Epiſcopis, & Pręlatis, ne permittant eos in grauationibus Ciuitatum, & Communitatum à laicis vexari, niſi haberent bona alijs obligata. Innocent. etiam III. dedit eis priuilegium exemptionis, quod incipit, ne per ſecularia. Aliàs ceſſante priuilegio, iuxtà prædicta vera eſt opinio Zabarell.

Octauum. Quantùm ad fratres, ac ſorores de pœnitentia beati Dominici, idem dicendum eſt, ſcilicet quod ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, quia de ſimilibus idem eſt iudicium, de tranſact. inter corporalia, habent etiam regulam, quam profitentur, approbatam per Honorium.

7 Qui ordinem Prędicatorum approbauit, & confirmatam per Bonifacium IX. & Innocentium, cuius tranſgreſſio non obligat ad mortale, cuius profeſſio impedit reditum ad ſeculum, & cuius modum viuendi coniugati aſſumere non poſſunt, niſi ex mutuo conſenſu, & quem ſi aſſumant, vt quidem poſſunt matrimonio, tamen ſolutus in eo, contrahere non poteſt ſine peccato mortali, licèt teneret matrimonium, quia aſſumptio talis ſtatus cum profeſſione habet vim voti ſimplicis, & poſſunt manere in proprijs domibus, & habere proprium, ac etiam collegialiter viuere, & in communi, ſi volunt propria ſponté, non ex vi regulæ, & quantum ad aliquid ſunt magis priuilegiati, quàm fratres, & ſorores beati Franciſci, quia iſti admitti poſſunt ad diuinam fratrum Prædicatorum tempore interdicti, non autem illi olim hoc poterant, vt in cle. cùm ex eod. de ſent. excommunic. Sed intellige, quod iſti gaudent priuilegio clericali de iure, ſi ſunt perpetuò obligati cum ſuis; aliàs verò ex priuilegio, maximè Siſti IV. excommunicantis omnes imponentes eis grauamina, & bulla plumbea eſt Bononiæ.

Nonum. Quantùm ad Mantellatos & Pizocherios Fratrum Eremitarum, idem dicendum eſt, quod de prædictis ex priuilegio Bonifacij IX. Vide de iſta materia. Panorm. vbi ſupra in cap. 2. de foro compet. & de vxore clerici, & de multis alijs; vide etiam infra; Excommunicatio 6.

FR. SIXTI SENENSIS

Ordinis Prædicatorum.

EX PRÆCIPVIS CATHOLICÆ ECCLESIÆ Auctoribus collecta Bibliotheca.

Sixtus, vel Syſtus Senenſis Italus ex patria ſui cognominis oriundus, natus eſt ex Patre hebræo, deindè factus eſt Chriſtianus. Pluries relapſus deindè in hæreſim à Sacro Inquiſitionis Tribunali damnatus fuit ad ignem. At Pius V. cùm eſſet in minoribus prophetico ſpiritu, præuidens Sixtum eruditione ſumma pluribus profuturum, veniam ei, ne capitis à Summo Pontifice impetrauit, vt ipſemet in ſua epiſtola dedicatoria candidè profitetur. Metu olim ab inferis reuocatum, & errorum tenebris erutum ſincero veritatis lumine illuſtraſti, & ad ſublimioris obſeruantiam diſciplinæ perductum habitu ſanctæ profeſſionis tuæ, tuis ipſe veſtibus, tuis ipſemet manibus induiſti, & in filium tuo renatum ſpiritu adoptaſti. Sixtum igitur ſic abſolutum ad veram fidem reduxit. Prophetiæ ſucceſſit euentus, namque deindè Dominicanum ordinem profeſſus diſputationibus, concionibus eruditis, & pijs, doctiſſimiſque libris Eccleſiam Deo illuſtrauit. Singulariter emicuit in Scholaſtica Theologia, in Sacris voluminibus, & in lectione Patrum, & in ſinceriſſima verbi Dei prædicatione. Beatiſſimo Pio V. Pontifici Maximo ob varias linguas Latinam, Græcam, Hæbraicam vnà cum diſciplinis, & zelo Diuini cultus coniunctas extirit clariſſimus. Scripſit Bibliothecam Sanctam in tomos duos diuiſam. Ad ſanctiſſimum Pium V. Pontificem, Venetijs apud Franciſcum Franciſcium Senenſem 1566. in fol. qui ſunt deindè Lugduni, Francofurti, & alibi ſæpius recuſi, tomus primus in 4. libros diuiditur, ſecundus verò in libros octo. Item librum de vſu concordantiarum Sacrorum librorum; In varios diuinæ Scripturæ locos Aſtronomicarum quæſtionum librum alium; In varios diuinæ Scripturæ locos Geographicarum quæſtionum librum vnum; In varios diuinæ Scripturæ locos Phyſicarum quæſtionum alium librum; In aliquos locos Scripturæ librum vnum; In varios diuinæ Scripturæ locos quæſtiones, ſiue epiſtolas problematicas; In alios Scripturæ locos alium librum; Sex homilias in primum Pſalmum, in Pſalmum quinquageſimum Genuæ in concionibus explicatum viginti homilias, in tria prima capita Iobi homilias ſex; Quatuor tomos homiliarum ſuper Euangelia quadrageſimæ, quatuor annis Genuæ conciones enarratæ; Sex tomos homiliarum in Pentecoſten, & Aduentum, hoc eſt in ſingulos annos, tomos ſingulos ſex annis Genuæ pro concione ab Auctore enarratos, librum vnum cui titulus Sophias Monoteſſaron, hoc eſt Sapientiæ, vnius ex quatuor. In quatuor Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, Sapientiæ, Eccleſiaſtici libros; In Epiſtolam ad Romanos. Ad Ioannem Baptiſtam titulo S. Clementis; In eamdem epiſtolam quæſtiones Scholaſticas, homilias octo in Hexameron. Mortales artus exuit anno 1596. ætatis ſuæ anno 59. Genuæ in Con-

uentu S. Mariæ de Caſtello, cuius erat Filius. Eum cum ſummis laudibus meminerunt, Luſitanus in Bibliotheca ſui Ordinis, Seraphinus Razius, Alphonſus Fernandez in Concertatione Præd. Plodius de Viris Illuſtribus part. 2. lib. 4. Fontana de Romana Prouincia cap. 6. Antonius Poſſeuinus tom. 3. apparatus fol. 226. Aubertus Miræus de Scriptoribus ſeculi 16. capite 88. & alij. Quamplura autem notarunt Poſſeuinus in ſuo Apparatu in libris Sixti, & Ambroſius Altamura Centuria quarta. Cùm autem hic eximius Auctor non egerit ex profeſſo de Petro, & Summo Pontifice, ſed ſolùm pauca ſcripſerit, vix vnam, aut alteram paginam, ne longior ſit vita Auctoris, Auctore ipſo has paucas gemmas è tanto artifice colligimus.

ANNOTATIO LXVIII.

Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.
Matth. 16. 18

AVguſtinus ſermone de verbis Domini ſecundùm Matthæū ſermone 13. ità hunc locum exponit, vt dicat, Eccleſiam non eſſe fundatam ſuper petram, id eſt Petrum, ſed ſuper Petram, quæ Chriſtus eſt, ſic loquens: *Tu es ergo*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram, quam cognouiſti dicens, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, ædificabo Eccleſiam meam, ſuper me ędificabo te, non me ſuper te*. Idem quoque habet tractatu in Ioannem 124. in hæc verba: *Super hanc*, inquit, *petram ædificabo Eccleſiam meam, Petra enim erat Chriſtus, ſuper quod fundamentum etiam, ipſe ædificatus eſt Petrus, fundamentum quippè aliud nemo poteſt ponere præter id, quòd poſitum eſt, Chriſtus Ieſus.*

1 Cor. 3. 11.

Hæretici noſtrorum temporum irrident nos, quòd exponentes propoſitam Chriſti ſententiam, *Tu es Petrus*, dicamus, Petrum eſſe petram, ſuper quam fundata ſit Eccleſia, contra Auguſtini explanationem, & Pauli vocem, nullum ponentis fundamentum præter Chriſtum. Quibus reſpondemus, nos præſentem Auguſtini expoſitionem toto pectore re amplecti, & noſtram quoque interpretationem, vt ab eodem Auguſtino acceptam, firmiter retinere, is enim in primo Retractat. cap. 21. vtramque approbans, nec alteram alteri præferens, his verbis vtitur, [Dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in eo, tanquam in petra, fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verbis beatiſſimi Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo ait:

Hoc, ipſa petra Eccleſiæ
Canente, culpam diluit.

Sed ſcio me poſtea ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe, quod à Domino dictum eſt, *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, vt, ſuper hanc intelligeretur, quem confeſſus eſt Petrus, dicens: *Tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Harum autem duarum ſententiarum, quæ ſit probabilior, eligat Lector.] Hæc Auguſtinus, cui ſienti non contradicimus, ità nec aliud ponimus fundamentum primatium præter Chriſtum, credimus enim, & certa fide fatemur, Chriſtum eſſe primum, ac potiſſimum totius Eccleſiaſtici ædificij fundamentum, ſed ſuper hoc etiam fundamentum aſſerimus, alias petras ſuperimpoſitas, nempè Petrum, & cęteros Apoſtolos, quos Ioannes in Apocalypſi nominat duodecim fundamenta cęleſtis Ieruſalem, quibus reliquas Eccleſiaſticæ ſtructuræ partes ſuperędificatas eſſe non dubitamus, nec deſunt inter veteres partes, qui hanc Chriſti reſponſionem ad Petrum, interpretentur de Petro: ex quibus Clemens Romanus in epiſtola ad Iacobum prima, *Simon Petrus*, ait, *veræ fidei meritò, & integræ prædicationis obtentu fundamentum eſſe Eccleſiæ à Chriſto definitus eſt.* Origenes lib. 5. in epiſtola ad Romanos, inquit: *Petro cùm ſumma rerum de paſcendis ouibus traderetur & ſuper ipſum, velut ſuper terram, fundaretur Eccleſia, nullius virtutis alterius ab eo, niſi charitas exigetur.* Et in Matth. cap. 16. *Chriſtus de veritate dicebat Petro, Tu es Chriſtus Filij Dei viui: in quo. & beatificatus eſt, & per promiſſionem fieri meruit Eccleſiæ fundamentum.* Baſilius libro aduersùs Eunomium ſecundò, *Petrus, quoniam fide præſtabat, in ſe ipſo Eccleſia ædificationem ſuſcepit.* Theophylactus in explanatione loci huius. *Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod ſupra eum ædificauit Eccleſiam.* Eodem modo interpretantur Hieronymus libro in Matth. 3. & Chryſoſtomus cap. 16. in Matthæum.

Apoc. 21. 14.

Hilarius canone in Matthæum 16. hæc verba ad eundem modum exponit, quamquam huius verba Eraſmus contendat pertrahere in alium ſenſum, adijciens in margine ſcholium huiuſmodi, *Eccleſiæ fundamentum eſt fides*, quibus verbis interpretari voluit Hilarius, quaſi ſentiret fidem eſſe fundamentum, & petram, non autem Petrum. Hilarius tamen apertiſſimè de Petro loquitur, vt legenti eius verba manifeſtum eſt. Sed, vt etiam Eraſmo donemus, Hilarij mentem hoc loco non facilè depræhendi, quid ad ea dicturus eſt, quæ idem hac de re in expòſitione Pſalmi 103. his verbis, meridiana luce clarioribus, ſcribit? [Cùm Ieſus quædam de paſſione ſua locutus ad Diſcipulos fuiſſet, & Petrus tamquam indignum hoc de filio deteſtatus eſſet, Petrus cui ſuperius claues Cœlorum dederat, ſuper quem Eccleſiam ędificaturus erat, aduersùs quem portæ inferi non præualerent, qui quę in terris, vel ſoluiſſet, vel ligaſſet, ea in Cœlis, vel ſoluta perſiſterent, vel ligata, hunc itaque, tali conuicio deteſtantem hoc Sacramentum paſſionis, tali reſponſo excepit:

Vade

Digitized by Google

Matth.16.23 Vade poſt me Sathana, ſcandalum mihi es. tanta enim ei religio fuit pro humani generis ſalute patiendi, vt Petrum, primum filij Dei confeſſorem, Eccleſiæ fundamentum, Cœleſtis Regni ianitorem, & in terreno iudicio Iudicem Cœli, Satanæ conuicio nuncuparet.]

ANNOTATIO LXIX.

Super hanc Petram, ædificabo Eccleſiam meam. Matth.16.18.

ORigenes in Thomis ſuper Matthæum in tractatu ex his, quem nunc habemus, primò, hæc habet: [Petra eſt omnis, qui imitator eſt Chriſti, & ſuper omnes huiuſmodi ædificatur Eccleſia Dei, ſi autem ſuper vnum illum Petrum arbitraris vniuerſam Eccleſiam ædificari, quid dicis de Iacobo, & Ioanne, & filijs tonitrui, vel de ſingulis Apoſtolis?] Ioannes Bonderius in concertationibus aduersùs huius ſæculi hæreſes, titulo 31. articulo 4. refert hunc locum inter eos, quos Lutherani inducunt contra primatum Petri, dicentes Eccleſiam non eſſe in primis fundatam ſuper Petrum, ſed ſuper ſingulos quoſque fideles, & ad hæc addit, expoſitionem Origenis typicam eſſe, & ſecundùm allegoriam, quæ ad confirmanda dogmata afferri non ſolet, idque ex eo liquere, quòd Origenes portas inferi peccata, claues Regni Cœlorum, virtutes interpretetur.

ANNOTATIO LXX.

Portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Matth.16.18.

ORigenes tractatu ex his, qui nunc in Matth. ſuperſunt, primò, alludere videtur ad errorem Huſſitarum dicentium, poteſtatem Summi Pontificis, & Epiſcoporum, ità pendere ex imitatione ſanctitatis Petri, vt quoties ſanctitatem peccando amittant, etiam Petri poteſtatem amittant, verba ipſa hunc in modum ſcripta ſunt: [Quoniam qui Epiſcoporum locum ſibi vendicant, vtuntur eo dicto, ſicut Petrus, & claues Regni Cœlorum à Saluatore acceperunt, docentque ea, quæ ab illis ligata fuerint, hoc eſt condemnata, eadem, & in cœlis ligata, rursùs ea, quæ ſoluta fuerint ab ipſis, eadem, & in Cælis eſſe ſoluta, dicendum, eſt illos rectè loqui, ſi pariter, & facta habuerint, ob quæ dictum eſt illi, qui erat Petrus. Tu es Petrus, ſique tales fuerint, vt à Chriſto ſuper eos ædificetur Eccleſia, & ad eos illud iure referri poſsit. Portæ autem inferorum non debent præualere aduersùs eum, qui ligare vult, ac ſoluere, quòd ſi funibus ſuorum peccatorum conſtringitur, fruſtrà, vel ligat, vel ſoluit. Si quis ergo, cùm non ſit Petrus, nec habeat, quæ hic dicta ſunt, ſicut habuit Petrus, credit ſe ligaturum in terra, vt quæ ligauerit, ligata ſint, & in Cœlis, ac ſe ſoluturum ſuper terram, vt quæ ſoluerit, ſoluta ſint in Cœlis, hic inflatus eſt, non intelligens, quid ſibi velint Scripturæ, & tumefactus incidit in Diaboli ruinam.] Damnatur hic error auctoritate Concilij Tridentini, in cuius ſeſsione quartadecima habetur canon numero decimus in hæc verba; [Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, Anathema ſit.]

ANNOTATIO LXXI.

Tibi dabo Claues Regni Cælorum. Matth.16.19.

HIeronymus commentariorum in Matthæum lib.3. hoc exponens, tradere videtur Sacerdotes nullam habere ſoluendi, ac ligandi poteſtatem, neque ijs aliud à Chriſto conceſſum, niſi vt oſtendant, ac pronuncient peccatores ligatos, vel ſolutos, quam ſententiam his verbis complectitur: [Iſtum locum Epiſcopi, & Presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſæorum ſumunt ſupercilio, vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur, cùm apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe Sacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc à Sacerdote immundi fiant, non quò Sacerdotes leproſos faciant, & immundos, ſed quo habeant notitiam leproſi, & non leproſi, & poſsint diſcernere, qui mundus, quiùe immundus ſit, quo modo ergo ibi leproſum Sacerdos mundum, vel immundum facit, ſic, & hic alligat, vel ſoluit Epiſcopus, vel Presbyter: non eos, qui inſontes, vel noxij, ſed pro officio ſuo, cùm peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quiùe ſoluendus.

Petrus Pariſiorum Epiſcopus, Hieronymi verba clariùs explicans lib.4. Sententiarum, diſt.18. ſic fatur: [Varia à Doctoribus traduntur ſuper his, & in hac tanta varietate hoc ſanè dicere, ac ſentire poſſumus, quod ſolus Deus dimittit peccata, & retinet, & tamen Eccleſiæ contulit poteſtatem ligandi, & ſoluendi, ſed aliter ipſe ſoluit, vel ligat, aliter Eccleſia, ipſe enim per ſe tantùm dimittit peccatum, qui & animam mundat ab interiori macula, & à debito æternæ mortis ſoluit, non autem hoc ſacerdotibus conceſsit, quibus tamen tribuit poteſtatem ſoluendi, & ligandi, id eſt, oſtendendi homines ligatos, & ſolutos, vnde Dominus leproſum ſanitati prius per ſe reſtituit, deindè ad Sacerdotes miſit, quorum iudicio oſtenderetur mundatus: ità etiam Lazarum iam viuificatum Diſcipulis obtulit ſoluendum, quia etſi aliquis apud Deum ſit ſolutus, non tamen in facie Eccleſiæ ſolutus habetur, niſi per iudicium Sacerdotis. In ſoluendis ergo culpis, vel retinendis ità operatur Sacerdos Euangelicus, & iudicat, ſicut olim legalis in illis, qui contaminati erant lepra, quæ peccatum ſignificat.] Et hunc modum ligandi, & ſoluendi Hieronymus ſuprà notauit. Hucuſq; Petrus.

Emerſerunt ex hac Hieronymi explanatione duo errores. Prior, & vetuſtior eſt quo-

tun-

rundam Scholaſticorum, aſſerentium Excommunicationem, iniuſtè latam, nullius eſſe momenti, proindéque nec eſſe timendam: cuius aſſertionis anſam accceperunt ex eo, quòd Hieronymus dixit, Epiſcopos, qui arbitrantur ſe damnare innocentes, & ſoluere noxios, ſumere de phariſæorum ſupercilio, ac ſuperbia, Chriſti teſtimonio damnata. His occurrens. His occurreus. D. Thomas in 4. Sententia. diſtinct. 18. qu. 4. ait Hieronymum locutum eſſe, quatenus ad culpam attinet non ad penam, nullus enim innocens poteſt à Sacerdotibus in peccatis ligari, nec vllus in peccatis de induſtria perſeuerans à peccatis abſolui, in pœnis verò Eccleſiaſtici poſſunt peccatores, & ab iniuſtis paſtoribus, ex ira etiam, & odio excommunicantibus, ligari.

Poſterior, ac recentior error eſt, quem Martinus Lutherus hic, ibique detorſit, docens nullo modo à Sacerdotibus peccata retineri poſſe, vel ſolui. cuius inſaniam refellens Alphonſus Caſtrenſis libro primo aduersùs hæreſes, præſentem Hieronymi locum hunc in modum elucidat. [Quod verò Lutherus Hieronymum pro ſua ſententia adducit, ex praua intelligentia procedit, quamobrem verba hæc benè diſcurere oportet, quod Hieronymus dixit, videlicet quod Sacerdos pro officio ſuo, cùm peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit quiue ſoluendus, non autem dixit, ſcit, qui ligatus ſit quiue ſolutus, ſicut prius de Sacerdote veteris legis dixerat, eum diſcernere, qui mundus, quiue immundus ſit. Ex quibus verbis aperiſſimè conuincitur, beatum Hieronymum aliquod diſcrimen poſuiſſe inter Sacerdotem diſcernentem de lepra, & Sacerdotum Euangelicum abſoluentem à peccato, quoniam Sacerdos veteris Legis non mundabat leproſum, ſed ſolùm iudicabat eum fuiſſe mundatum, Sacerdos autem Euangelicus pœnitentem, qui ſua peccata coram eo, confitetur, per clauem ſcientiæ, & diſcretionis iudicat, an talis ſit dignus abſolutione, vel non, non tamen adhuc eſt abſolutus antè, quàm Sacerdos verba abſolutionis proferat, ſicut leproſus poſt munditiam aſſecutam verè eſt mundus antè quàm ſacerdos iudicaret eum mundum. Quapropter B. Hieronymus, de Sacerdote nouæ Legis loquens, non dixit, Scit qui ligandus ſit, quis va ſoluendus, quoniam ex cognitione peccatorum, & diſpoſitione ipſius pœnitentis agnoſcit, vtrùm abſoluere, vel ligare debeat, nam ſi cognouerit peccatorem obſtinatum in malo, taliter vt ſuſpicetur illum eſſe in propoſito redeundi ad vomitum indignum, qui abſolutionem recipiat, Cùm ergo Hieronymus dixit de Sacerdote, quòd ſcit, qui ligandus ſit, qui ve ſoluendus ſatis apertè innuit, poſt inſpectionem Sacerdotis, id eſt poſt audientiam peccatorum, aliquid adhuc reſtare quod operandum ſit à Sacerdote circà ipſum penitentem, nempè ligare, vel ſoluere. Quod autem Hieronymus dixit, quòd apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæritur intelligendum eſt, non quòd ſola quæratur reorum vita, ſed quòd principalius quæratur reorum vita, ſed quòd principaliùs quæratur tamquam fundamentum totius ſtructuræ, cui quodammodo innitatur quicquid à Sacerdote poſtea operatum fuerit in voto peccandi, quantumlibet Sacerdos verba abſolutionis proferat, numquam peccator erit abſolutus. Aliquid ergo magis operatur Sacerdos Euangelicus circa pœnitentem, quàm olim Sacerdos veteris Legis circà leproſum operabatur.]

ANNOTATIO LXXII.

Tibi dabo claues Regni Cælorum.
Matth. 16. 19.

IOannes Ferus libro tertio commētariorum in Matthæum, ad explicationem huius loci deueniens, adimere videtur Petro, ac Succeſſoribus eius omnem terreni Principatus poteſtatem, ac dominium rerum temporalium, dum ita ſcribit: [Tertiò obſeruandum, & illud, quod ſignanter dicit, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, non dicit, Regni terrarum, nihil hæc verba ſpectant ad terrenam poteſtatem, quam tamen ex his verbis ſtabilire nituntur, aſſerentes Petrum non dum in ſpiritualibus, ſed & in externis plenitudinem poteſtatis accepiſſe, id quod Bernardus libro primo De conſideratione ad Eugenium manifeſtè arguit. In criminibus, inquit, non in poſſeſſionibus eſt poteſtas veſtra, quoniam propter illa, & non propter has, accepiſtis claues Regni Cœlorum. Sequitur Quænam tibi maior videtur poteſtas, peccata remittendi, an prædia diuidendi? habent hæc terrena, & infima iudices ſuos, Reges, & Principes terræ, quid fines alienos inuaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? cur maior vis eſſe Domino? qui interpellatus [Luc. 12. 14], à quodam dicente, Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, reſpondit, Quis me conſtituit iudicem inter vos? &c.] Hæc ex Bernardo, Ferus, paulò infrà hæc addens: [Audiſtis Petro dictum eſſe, Tibi dabo claues, claues hæ, vt dixi, non materiales ſunt, ſed metaphoricè poteſtatem ſignificant, poteſtatem igitur accepit Petrus, non terrenam aliquam, vt poſſit ſcilicet dare, auferre, alienare Regna, Principatus, &c. nec talem poteſtatem, vt ſibi licuerit facere, quicquid libuiſſet, (id quod plerique ſomniant,) ſed poteſtatem accepit ligandi, ac ſoluendi, remittendi peccata, & retinendi, aperiendi, & claudendi, neque id pro libito ſuo, ſed tanquam miniſter voluntatem Domini perficiens.

Hucuſque Ferus, ſiue magis alius quiſpiam Feri nomine, non enim deſunt teſtes fide digni, qui pro certo aſſeuerunt ipſius commentaria in Matthæum, poſt mortem auctoris, antè, quàm excuderentur, ab hæreticis, præſertim hoc loco, deprauata. Ioannes Caluinus, noſtrorum temporum hæreſiarcha, in illa ſua impia Inſtitutione, cap. 8. abutitur aduersùs Pontificiam dignitatem eodem Bernardi teſtimonio, quod tamen ſi depoſitis priuatis odijs, æquo animo conſideretur, non id infert, quod ex eo Caluinus perperàm collegit, nempè Romano Pontifici nullum in ſæcularibus Regnis ius eſſe, nam cui credibile fuerit Bernardum talia ſenſiſſe, qui ſcribens

ad eundem Pontificem? & in eiſdem libris vtramque illi aſtruit ſpiritualium, ac temporalium poteſtatem, & vtroque illum incingit gladio, Eccleſiaſtico ſcilicet, ac Regio? In tertio iam citati operis volumine liberè fatetur, & clarè pronunciat, eſſe in Romano Epiſcopo non ſolùm Pontificiam Aaronis Summi Sacerdotis maieſtatem, ſed eam quoque politici Principatus iuriſdictionem, quæ olim fuit in Samuele Iudice, in Moſe Duce, in Melchiſedech Rege, & Sacerdote, ità enim Eugenium Papam alloquitur: [Age indagemus adhuc diligentiùs, quis ſis, quàm geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei, quis es? Sacerdos Magnus, Summus Pontifex, tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, Gubernatu Nohe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moſes, Iudicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Vnctione Chriſtus.] Et libro quinto eiuſdem
Matt. 26. 52. voluminis de vtroque gladio loquens, Pontificem compellat his verbis: [Quid tu vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? quem tamen, qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere ver-
Luc. 22. 38. bum Domini, dicentis ſic, Conuerte gladium tuum in vagina. Tuus ergo, & ipſe, tuo forſitan nutu, & ſi non tua manu euaginandus, alioquin ſi nullo modo ad te pertineret, & is, dicentibus Apoſtolis, Ecce duo gladij hìc: non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed, Nimis eſt. Vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritalis ſcilicet gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò, & ab Eccleſia exercendus eſt, ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum Sacerdotis.] Hæc Bernardus: ex quibus liquet, eum temporalis regni ditionem Romano Pontifici non abſtuliſſe, ſed magis contuliſſe.

Antiquies, Quomodo ergo intelligenda ſunt præmiſſa eius verba, quæ bis videntur aduerſa? Ioannis Turrecremenſis, Presbyter Cardinalis, libro Eccleſiaſticæ ſummæ ſecundo, capite 113. Bernardi verba expendens, ait duplicem eſſe temporalium rerum poteſtatem, monarchicam ſcilicet, ac paſtoralem. Porro monarchicam appellat ea, quæ hominem conſtituat vniuerſi Monarcham, hoc eſt, quæ illum ſic efficiat ſummum, ac ſingularem terrarum omnium Dominum, vt non ſolùm ei liceat Monarchæ ius, & nomen ſibi ipſi vendicare, ſed etiam ſuæ ditioni ſubditos ad Principatus, Regna, & Imperia, vtcumque ei viſum fuerit, aſſumere, aſſumpto verò etiam ſine cauſa ab eiſdem Regnis deponere, & ea Regna ex vno ad alterum pro ſuæ voluntatis arbitrio transferre. Huiuſmodi ergo poteſtatis genus exiſtimat Romanum Pontificem iure Pontificatus ſibi vſurpare non poſſe, ſiquidem cùm ipſe ſit Apoſtolatus Petri ſucceſſor, nequit Apoſtolico iure ſibi arrogare, quod Chriſtus Petro, & Apoſtolis interdixit, cum illis de Monarchia temporalis regni in-
Matth. 20. 25. 26. 27. ter ſe altercantibus dixit: [Reges gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſte, miniſter, & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, &c.] Neque hoc inficiantur Romani Pontifices, qui in decretis ſuis diſtinctione 96. cap. [Cum ad verum,] fatentur non licere ſibi Imperatorum titulos, iuraque arripere, & Principum ſæcularia dominia vſurpare.

Cæterùm paſtoralis rerum temporalium poteſtas ea eſt, quam Oecumenicum totius Chriſtiani Orbis Paſtorem ex paſtoralis curæ officio habere docet pro conſeruatione Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & adminiſtratione, ac diſpenſatione ſpiritualium Eccleſiæ bonorum, hanc quidem Romanus Pontifex Apoſtolico iure, & Euangelico præcepto habere cogitur, cùm enim ei à Chriſto mandatum ſit, vt veluti, vniuerſalis Chriſtiani Ouilis Paſtor vniuerſum Chriſti gregem paſcat, eique claues datæ ſunt, quibus ceu ianitor, & clauiger Cœleſtis Regni oues ſibi traditas introducat ad æternam fœlicitatem, neceſſarium eſt, vt Principum, Regum, & Imperatorum, qui primariæ ſunt Chriſtiani Gregis oues, curam gerat, & ſumma diligentia annitatur, vt eorum dignitates, Imperia, Regna, cæteraque terreſtria cómoda ſeruiant ad illuſtrandam Chriſti gloriam, ad propagandam Religionem Chriſtianæ cultum, ad firmandam Eccleſiæ quietem, & conſequendam Æterni Regni beatitudinem: in quam, vt in ſcopum, & finem regnandi vltimum, omnia Chriſtianorum Regum Regna proſpiciunt neceſſe eſt etiam, vt ipſe ingentem, & aſſiduam adhibeat ſollicitudinem, ne ſæcularium Principum negligentia, aut malitia, hæreſes, ſchiſmata diſſidia, bella atque alia his ſimilia inter oues Apoſtolicæ curæ commiſſas, oriantur, & ſi exorta fuerint, eius partes ſunt, vt Principes eccleſiaſticæ pacis perturbatores primùm paternè admoneat, & iuxtà Pauli, & Chriſti Legem corrigat, & corripiat, deindè ſi monita neglexerint, eos Eccleſiaſticis animaduerſionibus, & cenſuris coerceat, quod ſi fortè in reprobum ſenſum traditi, has quoque contempſerint, tunc Pontifex (ſi tamen id eccleſiaſticæ tranquillitati expedire cognoſcet) populos abſoluere poterit à iuramento obedientiæ, quo ſe Dominis illis deuinxerat, cùm adhuc iuſtè imperarent, ei quoque licitum erit, ipſos Dominos, incorrigibilis, & Eccleſiæ rebelles, principatuum ſuorum iuriſdictione priuare, & eorum iura ad alios orthodoxos Principes transferre, conuocatis etiam, ſi opus fuerit, militaribus piorum Ducum, ac Regum auxilijs ad correptionem rebellantium filiorum: quod, & grauiſſimi ſcriptores teſtantur olim, & ſæpè, & iure factum à Romanis Pontificibus: ex quibus Innocentius Pontifex eius nominis primus, ob iniuſtam Ioannis Chryſoſtomi expulſionem, anathemate notauit Archadium Auguſtum, cuius Patrem Theodoſium Magnum Auguſtum D. Ambroſius ob patratam aliquo innocentium Chriſtianorum cædam, non multo prius Eccleſia expulerat. Gelaſius Primus Anaſtaſium Imperatorem, non rectè de religione ſentientem, excommunicationis nexu obſtrinxit. Zacharias Primus Carolomanum, Francorum Regem, quod adminiſtrando Regno eſſet inutilis, regia dignitate deiecit, ſuffecto in eius locum Pipino eius fratre, & Caroli Magni Patre. Hadrianus Primus Deſide-

rium,

rium, Longobardorum Regem, ad direptionem Romanæ Vrbis properantem, edicto Pontificio in Inſubriam reuerti coegit, accitoque Carolo Magno Francorum Rege, Longobardicum iugum ab Italiæ ceruice excuſſit. Gregorius Tertius, Leonem Tertium Imperatorem, quòd omnes ſacras Imagines è templis eijci curaſſet, communione fidelium interdixit. Leo Tertius Pontifex, cùm cerneret Chriſtianæ reipublicæ curam à Græcis Imperatoribus negligi, tranſtulit Romani Imperij iura à Conſtantino, Irænes filio, ad Carolum magnum Francorum Regem, eique Auguſti titulum, & Imperatoris inſignia contulit. Leo Octauus rurſum ob iuſtas cauſas ex Francis ad Germanos Imperium tranſtulit, & Othonem, Saxonum Ducem, Primum ex Germania Imperatorem appellauit, nec longè poſt Gregorius Quintus conceſſit Germanis Principibus perpetuum ius eligendi Cæſares reſeruata tamen ſibi, ac Succeſsoribus ſuis auctoritate confirmandi, quos ipſi elegiſſent. Gregorius Septimus Henricum Tertium Imperatorem Apoſtolicæ Sedi rebellantem, ſacris omnibus interdixit, & Imperio depoſuit, nec illum ad priſtinam dignitatem reſtituit, niſi veniam erroris orantem. Alexander Tertius Federicum Ænobarbum Imperatorem, quòd Romanam Eccleſiam iniuſto bello oppugnaret, anathemate irretitum, & imperatoria maieſtate deiectum, non prius ad Imperium reuocari permiſit, quàm ille ſupplex culpam ſibi ignoſci præcaretur, præter eu veritatis ſtudio Vrbanum ſecundum, cuius edicto, vexillo, ac teſſera ſacrum illud ac memorabile bellum aduersùs Sarracenos confectum eſt, quo Ieroſolymorum & Syriæ Regna iterum à Chriſtianis recepta ſunt: omitto Gregorium Quartum, Leonem Quartum, Nicolaum Primum, Ioannem Octauum, ac pleroſque alios Pontifices, qui bellicis expetitionibus Italiam, Siciliam, variaſque Hiſpaniæ oras, à ſeruitute Sarracenorum ereptas, in libertatem vindicarunt. Quæ quidem omnia, cùm ſine certa rerum temporalium procuratione, adminiſtratione, ac iuriſdictione aliqua, nec ipſi expedire potuerint, nec alij Pontifices talia queant ſine eadem iuriſdictione paſtoralis officij munera explere, manifeſtum eſt, ſummum Chriſtianæ religionis Antiſtitem habere in terrenis totius Chriſtianæ reipublicæ facultatibus poteſtatem, & auctoritatem quandam paſtoralem, adminiſtratoriam, ac diſpenſatoriam, qualem decet Oecumenicum Orbis Chriſtiani Paſtorem habere.

His itaque hoc modo pitpenſiſ, ad ea, quæ Ioann. Caluinus, & Ioann. Ferrus ex Bernardo obiectant, reſpondemus, beatum illum virum non eo animo talia ſcripſiſſe, vt Romano Pontifici auferret paſtoralem adminiſtrandi, ac diſpenſandi temporalia poteſtatem, à ſe, vt iam oſtendimus, locupletiſſimo teſtimonio comporobatam, ſed vt Romanum Pontificem admoneret, ne ſibi monarchiam ſęcularium poſſeſſionum dominationem Apoſtolis, à Chriſto interdictam, iure Apoſtolico vſurparet, quod, & ipſe non obſcurè indicauit, cùm in ſecundo prædicti operis libro, poſtquam multa de Pontificis auctoritate diſſeruit, demum intulit: [Forma igitur Apoſtolica hæc eſt: Interdicitur dominatio, indicitur miniſtratio.] Cui ſubſcribens Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ quæſtione centeſima, art. primo, [Quamuis, ait res Eccleſiæ ſint Papæ, vt principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt eius, vt Domini, & poſſeſſoris.

STANISLAI HOSII

S. R. E. CARDINALIS,

Epiſcopi Varmienſis,

IN CONCILIO TRIDENTINO LEGATI.

DE LOCO, ET AVCTORITATE Romani Pontificis in Eccleſia Chriſti, & Concilijs.

Stanislaus Hoſius in Ciuitate Cracouien. Regni Polonię capite natus eſt anno 1504. die 8. Aptilis, patre Vlrico, Sigiſmundo Regi chariſſimo. Adhùc puer Grammaticam, aliaque literarum rudimenta perdidicit, & linguam Germanicam, & Latinam, optimorum virotum conſuetudine vtebatur, præcipnè Religioſos S. Dominici præ cæteris venerabatur, vt ſæpè cogitauerit de eorum inſtituto religioſo capeſſendo. Annum agens duodecimum Vilna Cracouiam miſſus eſt, vt in celeberrima Academia pijs, & eruditiſſimis Præceptoribus vteretur. Ibi in noua Lutheri dogmata conſcriptis carminibus iam tunc validè irruit. Vnde curioſum accidit, quod Nobilis in Pruſſia natus Hoſij amiciſſimus febri laboraret, & Hoſius ipſum inuiſens librum hæretici ſub eius capite detexit, combuſſit, & poſtridie cum libro febris euanuit. Tempore ipſo Bacchanalium in cubiculo recluſus D. Ioann. Chryſoſtomi homiliam de comparatione Regis, & Monachi ex Græca Latinam faciebat, & abſtractus à domeſticis ad conuiuium, iterùm eo relicto ad ſcriptionem intermiſſam ſe recepit. In literis humanioribus, Græcis, & Latinis, & in Philoſophia non ſine omnium admiratione, ità profecit, vt Ariſtotelem ſua lingua loquentem legeret, Ciceronem maximo cum fructu octies totum perlegerit. Relicta Polonia in Italiam ſe contulit, vt Patauij ſtudiorum curſum proſequeretur, vbi magna vſus eſt conſuetudine cum Reginaldo Polo, & vſus eſt Magiſtro, Lazaro Bonamico, viro doctrina claro. Seceſſit poſteà Bononiam Bonamicus, quem Hoſius ſecutus curſu ſtudiorum feliciter abſoluto Doctoratus lauream maxima cum laude eſt adeptus. Bononiam in patriam rediturus Baſileam deflectere cogitauit, vt Eraſmum Roterodamum virnm doctũ videret, eoq; etiam familiaritet vteretnr, at mutata ſententia rectà Cracouiam ſe contulit. Vbi in regiam aulam admiſſus Cancellaria Regia primò, & mox Canonicatu Craconienſi inuitus donatus eſt, quare ſacris initiatus ordinibus primum ſacrum fecit in Eccleſia Craconienſi S. Stanislao ſacra. Rogatus de diſſolutioue Matrimonij Regij literas ſcribere, reſpondit. Priùs ſe de gratia regis, de fortunis, ac de ipſa quoque vita deceſſurum, quàm rem Sacerdotis officio, qui non diuiſionis, ſed reconciliationis Miniſter eſt, ac perſona, vocationeque ſua indignam committeret. Quæ cum eſſent ad Regias aures perlata ſic animum illius perculerunt, vt ipſe quoque reſcindendi matrimonij cogitationem abieccrit, & quæ ſemel fue-

rant conſtituta rata habuerit. Dixitque aliquando Regina Bona habere Hoſium in animo ſerpentis prudentiam, & in moribus ſimplicitatem columbæ. Ad Epiſcopatum Culmenſem Sigiſmundus II. Poloniæ Rex Hoſium nominauit, at cum vellet eò pergere ad oues ſuas paſcendas Oratorem ſuum apud Cęſarem, & Ferdinandum Romanorum Regem elegit. Profectus in Germaniam Ferdinandum Regem Viennæ, Carolum eius fratrem Bruxellis, & Gandaui, & Philippum Catholicum Regem Caroli filium Antuerpiæ conuenit, Legationemque expoſuit, in qua tantis ſententiarum ponderibus, tanta loquendi elegantia, pacis, & vnitatis commoda recenſuit, vt ea loquendo effecerit, ob quæ miſſus fuerat ex vtilitate; & dignitate Regis. Cùm autem diutiùs, quàm conſtituerat moram in Belgio traheret, Sigiſmundus Rex magnam pecuniæ ſummam in ſumptus itineris ad eum tranſmiſit, qua cum non indigeret integram raro exemplo tranſmiſit ad Regem. In itinere ſemper cauit, ne ad hoſpitia hæreticorum diuerteret, viros doctos Catholicos vbique ſalutauit, & ope auxiliari iuuit. Poſt Legationem ad Eccleſiam Culmenſem nulla interpoſita mora, expoſita priùs coram Rege Legationis ſuæ ratione ſe recepit, cumque Turonenſes rerum nouarum cupidos agnouiſſet ad illos profectus, ne Catholicam fidem abijcerent tam ſedulam nauauit operam, vt reliquas omnes curas etiam viræ excluſiſſe videretur. Inter hæc Culmenſem Eccleſiam relinquere, ac Varmienſis curam ſuſcipere Iulij III. Pontificis Maximi Auctoritate iuſſus eſt. Ibi in legendis, & euoluendis veterum Patrum, & Eccleſiæ Doctorum immenſis voluminibus aſſiduam, ſine vlla intermiſſione operam nauauit, maximè autem ſanctiſſimi Auguſtini, quem ſexies à capite ad calcem legit; horas octo ſtudijs, octo negotijs quotidie inſumebat, otiumque ità in ſe, & alijs fugiebat, vt occuparet omnes ſuos lectione, ſcriptione, inueſtigatione librorum. Hæreticos omnes ità inſectabatur, vt per Sacerdotes, Theologos omninò conuerteret, & obſtinatos etiam è præfecturis abire iuſſu Regio cogeret. Catholicis libros optimos vbique ſuppeditabat, & præcipuè adoleſcentum nobilium curam tenuit, vt in fide Catholica alerentur. Cùm Gedanum aliquando Sigiſmundus Rex acceſſiſſet Hoſius quoque tum ſalutandi Regis, tum religionis cauſa ad Ciuitatem illam ſe contulit. Cumque Ciues Auguſtanæ Confeſſionis approbationem aureis armati gladijs à Sigiſmundo Rege peterent, Hoſius contra ne tantùm ſcelus admitteret toto pectore impediuit Regi liberè dicens: Ne te immiſceas, ò Rex, rebus Eccleſiaſticis, neque Epiſcopis in hac re præcipe, ſed ea potiùs ab illis diſce, tibi Deus imperium commiſit, nobis ea, quæ ſunt Eccleſiæ concredidit. Comitijs omnibus, quæ in Pruſſia habita ſunt, non tam interfuit, vt negotijs ſecularibus ſe immiſceret, quàm ne Reſpublica Eccleſiaſtica aliquid detrimenti caperet. Coegerat interea Synodum Prouinciæ ſuæ Nicolaus Dziergoukij Gneſnenſis Archiepiſcopus, ad quem etſi non pertineret Varmienſis Epiſcopus, noluit tamen illic Hoſius eius præſentiam deſiderari, quod quamuis Eccleſiaſtica iuriſdictio limites haberet, nullos haberet charitas. Profectus eſt igitur Petricouiam etiam cum naufragij diſcrimine, tranſmeauit Viſtulam procelloſo tempore, reclamantibus quamuis nautis, & domeſticis, cumque eſſet in medio flumine, & cæpiſſet mergi ad orationem conuerſus: Chriſte, inquit, tua agitur cauſa adiuua nos, ſicque periculum euaſit, & opportunè ad Synodum acceſſit. Quo loco ità profecit, vt ante omnia conſtitutum ſit, vt fidem Catholicam ſinguli iuramento profiterentur, cuius formulam de mandato Synodi confecit Hoſius. In quibuſdam Comitijs nonnulli Burgimagiſtri Lutherana lue infecti Hoſium Epiſcopum, vt illorum præſidem pro veteri conſuetudine cum ſalutare vellent, ne Aue quidem dicere volens, iuxta conſilium Apoſtoli manum ſubtraxit. Paulus interim IV. vt laboranti Eccleſiæ maximè neceſſaria remedia adhiberet, atque hæreſes tam latè longèque diſſeminatas extirparet viros illuſtres ad Vrbem accerſit, inter quos voluit eſſe Hoſium, vnde literis, vt in Vrbem veniret in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo è Polonia euocauit. Hoſius nulla malæ valetudinis cura, nulla temporis menſis, nempè Iulij conſideratione maximis itineribus vltima Auguſti Romam peruenit, acceptiſſimus Pontifici, qui in primo congreſſu per tres integras horas, de pace Eccleſiæ reſtituenda, elegantiſſimè perduxit. Et ad Cardinalatus honorem cùm Hoſium perducere vellet, ipſe ad genua Sanctitatis Suę prouolutus ſupplex ab eo poſtulauit, vt quiduis aliud præter hoc imperaret. Dum hæc agerentur, Paulus ex hac vita migrauit, ſucceſſitque Pius IV. cui nihil antiquiùs viſum eſt, quàm vt Oecumenicam Synodum conuocaret, atque ad eam

rem

Digitized by Google

rem perficiendam Hoſium Legatum ad Ferdinandum Cœſarem, & ad Maximilianum Bohemiæ Regem miſit. Ferdinandus Hoſio adueniente ſurrexit è ſolio, in caput eius incubuit, ac lachrymans dixit: Gratia Spiritus ſancti vobiſcum eſt. Spiritum Domini labia veſtra mouentem video, vera dicitis. In hac Legatione egregiam operam nauantem Pontifex in Cardinalium Collegium vniuerſo Senatu approbante adlegit, qui etiam ad maius honoris incrementum per duos Cubicularios Straſoldum, & Fidem rubrum pileum, & galerum Viennam vſque tranſmiſit. Per menſem integrum cunctabundus hæſit Hoſius, ſed Imperatoris Sigiſmundi, & aliorum Principum Legationibus, & precibus victus, præcipuè Ferdinandi ratione, ſcio tibi mandatum in virtute ſanctæ obedientiæ, vt oblatam dignitatem accipias, an non obedientiæ filius es? ipſo Annuntiationis die è manibus Archiepiſcopi Strigonienſis accepit. Præfuit primò Presbyter Cardinalis ſanctæ Sabinæ, deindè ſancti Laurentij in Pane, & Perna, mox ſancti Pancratij, & ſancti Clementis, poſtremò ſanctæ Mariæ Trans-Tyberim. Vix duo menſes abierant, cùm Hoſium Pontifex iterum magno ſacri Collegij conſenſu ſanctæ Sedis in Concilio Tridentino Legatum à Latere creat, qui mox Tridentum ſe contulit; nec timuit hæreticos Principes timorem incutientes dicens: Sacerdotes teſtante Euangelio occidi poſſe, vinci non poſſe. Eiectos ob fidem pecunijs iuuabat, & ad ſe inuitabat, alijs miſericors ſibi ſeuerus, ne quidem in morbo ob labores Tridenti habitos contracto ſe à ieiunio diſpenſans. Abſoluto Concilio obtenta à Pio Romano Pontifice facultate in Poloniam iter ſuum direxit, ibique ad commiſſum ſibi gregem curandum Patres Societatis Ieſu ex Italia, & Germania primus in Pruſſiam euocauit, Templum inſtituit, & Collegium, attribuens ſuppellectilem, & redditum. Poloniæ Regem hortatus aliquando, vt hæreticos deſpiceret, Rex ad eius prouolutus genua: Ago tibi gratias, quod me tanta libertate ad ea, quæ ſunt muneris mei hortari non deſinis, talem te ſemper agnoui ſalutis, honoriſque mei cupidiſſimum, talem nunc experior; perge vt feciſti Dei voluntatem mihi annuntiare. Paulò poſt idem Rex Poloniæ Sigimundus datis ad Hoſium literis poſtulabat, vt in Hiſpaniam ad Philippum Regem Catholicum proficiſci vellet, & de materna ſua hæreditate Barenſi nempè, & Roſſanenſi Ducatu, quem Regina Bona eius mater in Regno Neapolitano moriens reliquerat, deque cæteris ad hanc cauſam pertinentibus negotijs ex ſua, & Poloniæ Regni vtilitate transfigeret. Quem laborem quamuis annis, & curis oppreſſus non detrectauit, ſed vt ex temporibus incommodo, religionis commodum reportaret duo petijt, vnum, vt Sigiſmundus Rex ſignificationem publicam daret, ſe ab omnibus Nouatoribus animo alienum, ſicut & Catholicum Regem. Alterum vt Sereniſſimam Reginam conſortem ſuam Catholici Regis ſororem maritali animo, ac ſtudio complecteretur. Cùm autem Pio IV. iam defuncto ſuccederet Pius V. qui perſpiciens Cardinalis Hoſij merita in Eccleſia eum nihil tale cogitantem Apoſtolicæ Sedis in Polonia Legatum conſtituit. Viſum eſt tandem Sigiſmundo Regi ſuis, & Regni rationibus expedire, vt Hoſius Romam proficiſceretur, qui ne id faceret excuſauit ſe coram Rege, at vrgente eodem, ne grex ſibi commiſſus aliquid pateretur Rege, & Pontifice Romano annuentibus conſtituit Coepiſcopum Martinum Crommerum virum & de Polonica, & de Chriſtiana Republica optimè meritum, & ſibi ſucceſſorem. Commiſſo itaque tali viro grege iter Romam versùs arripuit, qua in Vrbe publico applauſu exceptus eſt. Pecuniam ità in pauperes erogabat, vt ſingulos aureos, ſub Aurora, vt lateret, numerari iubet. De eo Nicolaus Sanderus ait. Nam vt de ſolis Anglis loquar, quis Romam venit ex vlla Orbis parte, qui domum Hoſij non experiatur hoſpitium ſuum? habent ibi locum ſuum Presbyteri, habent & milites, denique fratres etiam Minores, etiam Minimi hoſpitaliſſimi Cardinalis nomen, tamquam ad commune miſeriarum perfugium confluebant, Germani, Angli, Bohemi, Hungari, Sclaui, Moſchi, trecentos in vna die prandio excepit, domeſticam ſuppellectilem vendens, quod ſcientes Cardinalis Madrutius, & Hippolytus, & Aloyſius Eſtenſes ſæpè magnam ſummam miſerunt. Et Gregorius XIII. remotis arbitris onuſtum dimittebat, vt inopibus omnia ſuppeditaret. Cùm de Sigiſmundi Regis morte nuntium accepiſſet, non ſolum Sublaci, vbi tum Æſtate degebat, ſed & Romæ rege dignas exequias in æde SS.Laurentij, & Damaſi peregit, aſtantibus Cardinalibus quadraginta, veſtijt pullis veſtibus centum pauperes, & tribus millibus magnam pecuniæ ſummam erogauit. Orationem prætereà funebrem à Staniſlao Reſcio recitatam conſcri-

pſit, vt nullam prorsùs grati animi ſignificationem omitteret. Poſt Sigiſmundum electus eſt communi omnium ordinum Regni conſenſu Rex Henricus Dux Andegauenſis Galliarum Regis Caroli IX. frater, cui hæretici, ne regni ſtatuta à Sigiſmundo primo lata, vel renouata executioni mandare vellet libellum porrexerunt. Quod cum ex amicorum literis cognouiſſet Hoſius,nullum non mouit lapidem, vt omnes hos conatus euerteret, Reſcium ſuum in Galliam miſit, qui poſt gratulationem electo factam,illum etiam, atque etiam rogaret, vt ſui, Chriſtianiſſimorumque Regum ſimilis eſſe vellet, nec vllis precibus adduceretur, vt iuramento interpoſito vllam præter Catholicam fidem in Regno Poloniæ admitteret. Sed cum aliquibus Gallorum proceribus viſum eſſet aliquid hæreticorum clamoribus concedere, vehementiſſimum dolorem expreſſit per literas ad Regem datas, & acerimas, quibus ne dum eſt offenſus Rex, ſed gratias egit. Erat Hoſius 70. annorum cùm Gregorius XIII. Maioris Pœnitentiarij munus, & inuito attribuit, cui ità attendit, vt ipſe peccata audiret maximo concurſu, quaſi homines antiquum aliquem Patrem viderent. Annos vixit ſeptuaginta quinque proſpera valetudine, ſed poſt per aliquo menſes languere cæpit; laxari corpus, nec cibum retinere, nec vmquam adductus, vt laborem, & pœnitentias mitigaret. Celebrato Romæ feſto SS.Petri, & Pauli Capranicam contendit, ibi initium viſus eſt vires recipere, ſed paulò poſt grauiùs cecidit. Rogatus eo tempore, vt Gregorio XIII. commendaret Nepotes, reſpondit: Timeant Dominum, & cuſtodiant mandata eius, & nihil eis deerit, ſcriptum eſt enim, Beatus vir, qui timet Dominum, gloria, & diuitæ in domo eius. Gregorius audiens eius grauem infirmitatem, miſit vnum ex Camerarijs ſuis, qui Apoſtolicam benedictionem ei tribueret. Munitus Sacramentis, in ijs verbis: In manus tuas commendo ſpiritum meum, lectæ paſſionis Dominicę obijt 1579. Cadauer Romam deductum, ſepelitur in ſancta Maria Trans-Tyberim, habuitque concionem eiuſdem Eccleſiæ Canonicus Thomas Freterus, & hæredes reliquit Pauperes exigui patrimonij. Scripſit Confeſſionem Catholicæ fidei Chriſtianæ aduersùs Auguſtanam Confeſſionem. Confutationem Prologomenon Brentij lib.5. De expreſſo Dei verbo. De Communione ſub vtraque ſpecie. Latini Sermonis obſeruationes. De Sacerdotum coniugio. De Miſſa vulgari lingua celebranda. Explicationem ſalutationis Angelicæ. Iudicium, & cenſuram de adoranda Trinitate. De Auctoritate Romani Pontificis in Eccleſia, & Concilijs. Fabiani Quadrantini recantationes. De oppreſſo Dei Verbo. De actis cum diuerſis Hæreticis. Epiſt.232. Examen, ſeu diſcuſſiones duas confœderationes. Homilias plures collationum veteris,& nouæ Eccleſiæ, quæ ipſo adhuc viuente triginta duo vicibus ſunt prælo commiſſa. Pius V. & Gregorius XIII. vocarunt ſolidam Eccleſiæ columnam, dictus eſt Phœnix Cardinalium, ſenex Abrahamiticus, Lutherani Fidem Polonicam vocant, Hoſianam, & Hoſium Deum Polonorum, quem vt ait Bellarminus Hæretici odio implacabili proſequuntur. Extat eius vita ſcripta à Stanislao Reſcio, eiuſque numiſma in vna parte, Stanislaus Hoſius Epiſcopus Varmienſis, in alia hæc ſcripſi vobis, de ijs, qui ſeducent vos.

AD

AD STANISLAI ORECHOVII

Epiſtolam præfixam

R E S P O N S I O.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO D. STANISLAO HOSIO, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, & Concilij Tridentini Præſidi, ac Varmienſi Epiſcopo, Domino ſuo clementiſſimo, Stanislaus Orechouius Roxolanus, perpetuam exoptat felicitatem.

PRimum omnium tibi, ſerò licèt, ſed tamen aliquando, hanc celſiſſimam ſedem dignitatis & honoris Cardinalitij, ita vt debeo gratulor: in qua tu ciuitatis Dei dignitatem & decus ſuſtines. Quod cùm decorum tibi, tum honorificum nobis Polonis eſt, qui os de oſſibus, & caro de carne tua ſumus: quos tu, vt titulis inſignibus, & pulcherrimis exornas: ita ſcriptis elegantiſſimis tuis ad omne pietatis munus informas: conſequeriſque vt Poloni, *amoyſoi* quondam, & *anomoi* reliquos inter mortales habiti, nunc, te auctore, atque duce præſtantiſſimo, ab omnibus & pij exiſtimentur, & docti: ita te magiſtro, atque principe ampliſſimo noſtræ Ciuitatis, humanitate compenſata eſt vetua illa gentis noſtræ barbaries, qua inter reliquas Chriſtianas gentes olim fuimus infames, quam ſcripta tua inueteratam ex noſtris moribus, diſciplinaque funditus deleuerunt: tu enim extitiſti in gente noſtra primus, qui directum nobis iter ad ingenuas artes, & ad humanitatem diſpoſitum demonſtrares, quibus rebus, te monitore, atque præmonſtratore, homines noſtri capti, incenſique, incredibili optimarum artium ſtudio cœperunt flagrare: nihil ſibi arduum ad capeſſendam virtutem, & ad vincendum, præſtandumque rati. In quo tamen ipſo ingeniorum æſtu à recto tramite abreptos eſſe noſtrum quamplurimos, & in itinera deuia delatos, ingemiſcendum eſt: multi enim ingenij præſidijs, atque doctrinæ fulti, ipſi patriæ, cuius & rem augere, & nomen ornare debebant, maxima detrimenta intulerunt: conatique ſunt, vt Polonia variata ſectis, & opinionibus conuulſa, à religione Catholica ad priſcam rediret idololatriam, vnde exortum eſt genus noſtrum.

Quid enim quæſo aliud ſunt hæreticorum commenta, quàm idola? quæ ne ſequamur, vetat Dei lex: vt turè aduerſus Brentium, & in Confeſſionum libris, tum in libro de expreſſo Dei verbo, planè ac dilucidè demonſtras. Hæc igitur idola, quoniam noſtrates quidam, non rationibus (quæ enim ad errorem quadrabit vnquam ratio?) ſed vi & armis tutantur: verendum eſt, ac maximoperè pertimeſcendum, ne fluctibus hiſce hæreticorum, referamur ad veterem illam Illyriorum idololatriam, è quibus orti ſumus. Quod ne accidat, cùm cæteris Tridentinis Patribus, tum tibi eius Concilij Præſidi, imprimis eſt prouidendum: præſertim cùm te huc deriuare cogat curas, & cogitationes tuas ipſa patria: quæ afflicta, nimiumque ſectis (vt tuo vtar verbo) diſſecta, ne ſe deſeras tanto in motu rerum, tuam fidem implorat: quæ, niſi iſtic Tridenti vos occurritis, præ libertate nimia, quæ ad licentiam iam exceſſit, citius quàm Germania, aut Gallia, motu conuelletur corruetque ſuo.

Occurrendi porrò ratio non alia aptior eſt: vt mihi quidem videtur, quàm ſi ditionem Regis noſtri ampliſſimam, latiſſimamque multifariam ritibus diuiſam, communione religionis, & ſocietate pietatis, in vnum Dei populum redigatis: vt ſublato illo, vt priſco, ita calamitoſo errore, quo in Polonia Latini aduersùs Græcos: Græci aduersùs Armenios, dum de ritibus diſputant, inflammantur: vno Deo, vna fide, vno baptiſmo in vnum populum redigamur: & vnum ſimus, quaſi vir vnus, in Domino. Vt ita tribus hiſce præſidijs inter ſe coniunctis, munitam contra hæreſes Poloniam vniuerſam habeamus: quò faciliùs à nobis reſutentur putridi, ac furinſi hæretici iſti, dum non Latinam Eccleſiam tantùm, quam hæretici aſpernantur, ſed vniuerſam Septentrionis, atque Orientis vicinitatem contra ſe facere nobiſcum intelligent.

Ac mea quidem ſententia, alia ratio ad refellendum iſtos in Polonia, iuſtior nulla eſt: quàm ſi fuerit Tridenti ex auctoritate Decretum, Roxolanos, atque Armenios ſecum facere, ac ſuarum partium eſſe, pugnant contra nos maximè. Quod ſi nos hoc illis damus, ſummam auctoritatem illis ad firmandum errorem dederimus. Eripiamus ergo tot gentes, atque nationes ex horum impiorum conſortio, & cum illis nos congregemus: conſpiremuſque ad auctoritatem, maieſtatemque Catholicæ Eccleſiæ defendendam, quæ Catholicam fidem peræquè in diſparibus ritibus, & vinum idem in varijs hydrijs, caſtè, integrèque conſeruat. Neque verò intelligo, quidnam ad coaleſcendum in vnum Dei populum Latinis in Sarmatia cum Roxolanis, atque Armenijs obſtent diuerſi ritus. Nam Roxolani, Conſtantinopolitanam: Armenij, Antiochenam ſequuntur Sedem, quæ ambæ Catholicæ, Apoſtolatu inſignes ſunt habitæ antiquitus in Eccleſia Sedes.

Quod ſi has nos, vt ſchiſmaticas ſpernimus, & pellimus Eccleſia, quid Eccleſia Catholica fiet? aut vbi nobis erit illud ampliſſimum Chriſti Regnum, quod daturum ſe pollicetur Filio ſuo, in Pſalmo cœleſtis Pater?

Poſtu-

Poſtula, iuquit, à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quod regnum Oceano, atque aſtris terminatum, ſi Regi Chriſto damus, quomodo ſecundùm Regem Chriſtum, Patriarchas quatuor, Præſides huic imperio non, dabimus? quos ſi more, inſtitutoque veteri Regno Chriſti, quæ Eccleſia eſt, conceſſerimus: Roxolanos quoque, atque Armenios, Conſtantinopolitanæ, & Antiochenæ ſedi ſubiectos, de corpore Chriſti eſſe germana membra agnoſcamus: & illis locum in Regno Chriſti cum Latinis demus neceſsè eſt: aliter vniuerſitas Eccleſiæ integra eſſe non poteſt, aut enim cum Patriarchalibus ſedibus, Roxolani, atque Armenij in Eccleſia ſunt retinendi, aut cum his pariter ex Eccleſia ſunt à vobis expellendi.

Iam de Concilio hoc noſtro Tridentino, quid tandem ſentiemus? aut quomodo illud Oecumenicum eſſe defendemus, ſi illi adfuerint vt ſchiſmatici, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, atque Antiochenus Patriarchæ? Iudices vtique Oecumenici conſenſu Conciliorum omnium. Nam ſi vos tres Vrbis Romæ Cardinales, quòd Concilio præſidetis, Iudices vos eſſe dixeritis, id non admittit Canon vetus, qui Presbyteros ab Vrbe Roma ad Concilium miſſos *topotiritas* Epiſcopi Romani non autem *archontas*, neque *igemonas*, aut aliquid eiuſmodi appellat, itaque in Concilijs eiuſmodi *topatiritai*, infra omnes Patriarchas ſcribendo aſſuerunt, quod quàm verum ſit: Conciliorum Oecumenicorum ſubſcriptiones docent. Vnde apparet, nihil minus Oecumenicum dici, quàm Concilium, in quo Patriarchæ, aut illorum *topotiritai* nulli fuerunt. Quamobrem, vt totum Chriſti perfectum ſit corpus Tridenti Patriarchæ ordine, atque loco in Eccleſia Dei maneant ſuo: vt cum his vna eorum ſubiecti vniuerſi, atque omnes ritibus, atque moribus differant licèt inter ſe, in Eccleſia tamen Catholica, quaſi in vno Chriſti corpore ſimul viuant.

Hæc me pluribus verbis, quàm volebam, tecum agere coegit: Primùm liber Andreæ Fricij nuperrimè in me editus, in quo impius ille, modis omnibus eleuat auctoritatem Concilij, Tridentini, quòd illi tres Patriarchæ abſint: pro ſchiſmaticis à vobis Latinis condemnati, quorum auctoritate ſe pugnare ait velle contra Romanam Apoſtolicam Sedem, ſic enim execratur hæreticus ille Catholicam, & Apoſtolicam Sedem, aduersùs quem: quoniam accuſationem paro, facilè probabo, fundamentum Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ idem eſſe, extra quod, fundamentum aliud nemo poteſt ponere, nec enim eſt quicquam, quod ad rem magnopere attineat, apud Occidentales, quod idem non ſit apud Orientales.

De vxore & de fermento lis erat inter nos capitalis. Sed tamen, neque vxor ſalutis noſtræ prora eſt, atque puppis, neque fermentum, ſalua panis ſubſtantia, variat Sacramentum, quæ ſubſtantia, inquam, tota verbis ſacratis, in Chriſti tranſit corpus: De calice quoque controuerſiæ nihil planè nobis ſupereſt. Nam apud Roxolanos, Græcorum inſtar, qui ſacrificio interſunt, ſanis, ac valentibus vtraque datur ſpecies: illis verò qui abſunt, & qui domi infirmi communicant, altera panis ſpecie ſunt contenti: tantumque ſe iſti credunt ſumere ſub vna ſpecie domi, quantum illi ſumunt in Templo apud Aram, ſub ſpecie vtraque. Quamobrem, cùm hæc, & alia Sacramenta omni numero, ordine, pondere, æqualiter inter Græcos, & Latinos conſtent: facile Fricium, Deo duce, & conſcientia illius teſte, conuincam, illum cum Orientali Eccleſia nihil habere commune, immò verò, vt Latinæ Eccleſiæ Fricius pro hæretico eſt condemnatus: ità quoque Orientali Eccleſiæ illum pro eodem ipſo condemnatum videri. Sed hac in re, ille ingens ineſt ſcrupulus, quonam modo, abſque Patriarchis Oecumenicis, Tridentinum Concilium Oecumenicum eſſe, Fricium, & cæteros, qui cœtum allatrant veſtrum, poterimus docere: id nos à vobis Concilij præſidibus diſcamus neceſsè eſt.

Neque verò propter Fricium *tantùm* id ego ex te ſcire aueo, ſed etiam propter auctoritatem librorum tuorum, quorum in nonnullis auctoritatem Græcorum eleuas: Roxolanoſque noſtros, totumque Illyricum genus, quod ampliſſimum, latiſſimumque ſub Conſtantinopolitana ſede eſt, pro ſchiſmaticis ducis, quæ ſententia tua; perperam fortaſſe intellecta, multos offendit. Minuit enim maieſtatem Regni Chriſti: Eccleſiam in anguſtum redigit: Romanum Epiſcopum, Dominum, immò *aytocratora* quendam cæteris Patriarchis imponit, ſchiſma parit, charitatem vulnerat, denique tunicam Chriſti in partes mille lacerat. Scio, & ità credo, Petrum Romanum (hoc enim nomine Papa apud me eſt, & ſemper erit) verticem, & os cæterorum omnium in Eccleſia Dei miniſtrorum eſſe, ſi munus illius Paſtoricium reſpicias. Sed eumdem tamen cæteris Patriarchis, Patriarchatu ipſo parem eſſe dico. Petrus enim Romanus, non ab homine, neque per hominem vllum, ſed à Domino Ieſu ſummo Paſtore, atque Pontifice maximo, paſcendi munus accepit, quo ille dijs (vt ita dicam) hominibuſque ſine exceptione omnibus præſtat maximè. Sed quod Romæ, Occidentalem plagam verſus, iuriſdictionem ſuam Patriarchalem adminiſtrat, & non alibi gentium, id ille habet & à Patribus acceptum, quorum auctoritate reliquæ quoque Patriarchales ſedes in principibus vrbibus ſunt conſtitutæ, atque in certas Diœceſes deſcriptæ.

Hæc eſt ſententia Conciliorum Oecumenicorum: in hoc etiam conſentiunt Doctores veteres: vt hæc ſententia non ſit aliud, quàm Plebiſcitum quoddam Chriſtianæ plebis, & conſenſus nationum omnium, aduersùs hanc ſententiam diuerſum te, in ſcriptis tuis, ſenſiſſe miramur cuncti. Sed ego tamen malo ipſe me tarditatis ingenij, quàm te erroris vllius condemnare, quem columen Eccleſiæ Dei nunc profitentur vniuerſi. Quare, antequam Fricio reſpondeam, abs te peto, pro tua pietate, doctrinaque præſtanti, mentem vt nobis declares tuam, nodumque hunc diſſoluas, quo valde diſtringor, ac planè, obligor. Nam, & ab auctoritate tua diſcedere fas mihi non eſt: & tibi me id dare, quod cum charitate pugnat maximè, ius viciſſim non eſt.

Neque verò vitanda tibi eſt quæſtionis à

me

Digitized by Google

me propoſitæ diſquiſitio. Sic enim habeto, Dum tu, & Cromerus Regno abeſtis, hæreticorum in me vniuerſam incubuiſſe manum, idque adeò, vt cuncta in Polonia, Antagoniſtam alium, ſe habere æquè granem hæretici negent, quàm autem id verè, viderint ipſi, ſed tamen Deo duce reſiſtimus iſtis, quantum poſſumus, & fidem, quam in baptiſmo profeſſi ſumus, neſcio quàm ſplendidè, at fideliter certè quidem, ac fortiter contra furioſos iſtos tutamur. Ex qua concertatione noſtra aeri, & vehementi, Chimæra nata eſt aduerſùs Srancarum Neſtorianum: & Fricius contra Fricium Arianum, & epiſtola cum conclusionibus ad Principem Radiuilum. Poſtremò, Dialogi lingua domeſtica, atque vernacula, In quibus triangulari forma Poloniam conſtare docemus, its vt eius trianguli conum, Altare teneat: baſim verò latere dextro, Sacerdos: ſiniſtro autem, Rex ipſe ſuſtineat: hoc modo.

A

S . . R

In his Dialogis, ſi in tuas manus fortè venerit, caue putes quicquam datum eſſe à me cuiuſquam auribus. Res demonſtratione per *analyſin* tractatur certa, quæ in cauſas reſoluta ſuas, à determinatis principijs, per determinatas concluſiones à nobis perducitur, vt nihil videatur contra poſſe afferri *tò dè pragma elenchon doſei*. Quapropter, quoniam me vides aſſiduum, acrem, atque acerbum ſingulari Dei munere hæreticorum in Polonia aduerſarium eſſe, non illum Magnum Hoſium, neque hunc doctum Crometum, ſed Orichonium ruſticum, ſqualoris plenum, ac pulueris, quod aratorem decet, fac ſuppedites nobis ad hanc quæſtionem de tuo: quo adiuti facilius contra iſtos furioſos adminiſtremus indictum bellum, pro honore Dei, & pro ſalute Patriæ, quæ iam iam labaſcit, precepſque ruit. Amiſimus Poloſcum, accepta inſigni plaga: Braslauium etiam nuper ad ſolum exuſtum eſt.

In Comitijs Petricouiæ actum eſt nihil: Iudiciorum noua forma, moribus & inſtitutis noſtris repugnans, eſt inſtituta: quorum iudiciorum, quidam Iudices, non Crucem Seruatoris ſignum, quod luce palàm execrantur, ſed Solem ipſum iurant. Ità ſignum illud filij hominis apud nos iam viluit, vt, gentium ad morem, militiam Cœli, iuremus: hoc eſt, in militiam Cœli, non autem in Chriſtum Cruci affixum credamus. Quod enim quis iurat: in id vtique credit. Ità nos Poloni, (proh dolor) auerſi ab Eccleſia Catholica, ſenſim in idololatriam priſcam, è qua antè 600. annos nati ſumus, ab integro delabimur. O Domine, ſalua nos, perimus. Vxor & liberi mei te ſalutant, tibique ſe vna mecum commendant, teque orant, vt matrimonio noſtro apud Patres, ſi vſus venerit, iſtic ne deſis. Poſtremò, nos ità commendatos tibi habebis, vt habere ſoles eos, qui tecum cor ſunt vnum, & anima vna. Bene vale. Datæ Peremiſſiæ oppido Roxolaniæ 29. menſis Maij. Anno Chriſti Dei noſtri 1563.

STANIS-

STANISLAVS HOSIVS

Cardinalis Varmienſis,

STANISLAO ORECHOVIO S.D.

SERA gratulatio reprehendi non ſolet, ſed ne ſerum videri debet, quidquid quocumque tandem tempore, ex amoris abundantia proficiſcitur. Cuius generis gratulationem hanc tuam eſſe, mihi perſuadeo. Etſi quod mihi gratuleris, nihil eſt. Quid enim ex hoc loco, in quo me nunc Deus eſſe voluit, præter incredibiles quaſdam curas, animique ſollicitudines, & non mediocres labores ad me redundat? vt interea taceam de multis alijs incommodis, quæ ferre neceſſè eſt, in hac ſpecola poſitum. Itaque conſolationis magis egere videor, quàm quòd vlla ſit iuſta gratulandi cauſa.

Sed ego nec moleſtias vllas, nec labores, nec periculum defugerim, nec mihi quicquam eorum graue futurum eſſet, etiamſi calix ille bibendus foret, quem prior amariſſimum hauſit pro ſalute noſtra Dominus noſter Ieſus Chriſtus: dummodò afflictis Eccleſiæ rebus, opera mea ſuccurri poſſet. Intereà tamen, ſic me ab omnibus his rebus, quibus id effici queat, imparatum agnoſco, ſic omni ferè facultate deſtitutum, vt nihil ad eam, præter egregiam quandam voluntatem, & eam cùm primis alacrem adferre queam. Quam largè vobis emetiri poſſum, cætera ſunt ab alijs quærenda, quibus maior ſuppetit ſubueniendi facultas. Inprimis autem ab eo, ſine quo, ne cogitare quidem aliquid idonei ſumus ex nobis, tamquam ex nobis: Qui niſi domum ædificauerit, in vanum laborant, qui ædificant eam: Niſi Ciuitatem ſuam cuſtodierit, fruſtrà vigilant, qui cuſtodiunt eam. Et autem reuera, vt ſcribis, ingemiſcendum, ſicut in magna reliqui Orbis Chriſtiani parte, ſic in noſtra quoque Polonia, quam plurimos ingeniorum æſtu à recto tramite abreptos, & in deuia itinera delatos eſſe. Quos ſi per hos labores noſtros, quos hìc maiores, quàm credi facilè queat, ſuſtinemus in viam reuocandi poteſtas daretur, ne ego præclarè operam hìc meam collocaſſe me arbitrarer: etiamſi grauibus curis, & ſollicitudinibus oppreſſus extremum ſpiritum exhalarem.

In magna id fœlicitatis meæ parte ponerem, ſi vel morte mea, ſi minus reliquarum nationum, ſaltem patriæ noſtræ ſalus repræſentari poſſet. Sed inuitos ſeruare, per quàm difficilè eſt. Audio deploratos iſtos homines, palàm in Comitijs Regni iactaſſe: quicquid quacumque tandem de re Decretum fuerit, in hoc ſacro Concilio, (quod illi tamen Concilij nomine non dignantur) id ſe ne pili quidem facturos eſſe. Quæ autem his medendi ratio poterit inueniri, qui medicinam omnem reſpuunt; & vltro, ſuo, quod aiunt, inmento, ſibi mortem adſciſcunt ſempiternam? Aduenerunt hùc ex omni ferè terrarum Orbe, quam latè patet Eccleſia Catholica, Patres ducenti ſexaginta, nullius rei magis, quàm liberorum ſuorum ſalutis auari: quorum languoribus tam periculoſis adferre medicinam cupiunt. Et ſunt in hac arte medendi, tam exercitati: vt aut ab illis, aut à nullo prætereà mortalium, ſalus ſit expectanda.

Sed quid facias his, qui tanta ſunt inſania correpti: tunc vt ſibi ſani maximè videantur, cùm eos in extremo mortis periculo verſari conſtat? Rectè dici de illis poſſet illud Euangelicum: Si cœci eſſetis, peccatum non haberetis: Nunc autem, quia dicitis, videmus, peccatum veſtrum manet, nec ſpes vlla reliqua ſanitatis eſſe videtur. Deus orandus, illius eſt auxilium implorandum, qui poteſt etiam ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare. Ab illo ſupplicibus votis petendum eſt, vt auferat hominibus iſte cor lapideum, & donet cor carneum, & Spiritum ſuum ponat in medio eorum, & faciat, vt in præceptis eius ambulent, & iudicia eius cuſtodiant, & habitent in terra, quam dedit Patribus eorum, & ſint illi in populum, & ipſe viciſſim illis in Deum, nec in veterem illam idololatriam, à qua ſemel Dei gratia liberati ſumus, relabantur.

Quam verò tu rationem oſtendis occurrendi malis his, quibus patria noſtra miſerandum in modum affligitur, eam hìc nos obuijs, quod aiunt vlnis, amplecteremur, ſi per tuos iſtos Roxolanos, & Armenos liceret. Nàm ſi putas, propter diuerſos ritus, eos à nobis pro Catholicis non agnoſci, toto cęlo, quod aiunt, erras.

Non dubito, quin legeris acta Concilij Lateranenſis, in quo pręſentes adfuerunt Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus Patriar-

triarchæ, Metropolitæ 70. Epiſcopi 412. Abbates, Priores, & Conuentuales 530. Græci, & Romani Imperij Legati, Regum verò Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri Oratores.

In his diſertis verbis teſtatur ſancta Synodus, quòd Græcos ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuertentes, fouere, & honorare velit: mores, & ritus eorum quantum cum Deo poſſit ſuſtinendo. Nulla igitur nobis eſt cum Græcis de moribus, ac ritibus diſceptatio, de quibus ne in Florentino quidem Concilia tria verba commutata fuere. Nàm quæ vna de re diſputatio fuit inita: nùm in fermentato conſecrare liceret, facilè fuit ea ſublata, permiſſio illis ritu ſuo, dùm ne ipſi Latinorum ritum damnarent.

Sed magnus fuit ſemper Græcorum tumor, & arrogantia, poſteà quàm ab obedientia Sedis Apoſtolicæ ſe ſubtraxerunt, & vſque eo Latinos abominari cœperunt, vt ſi quando Sacerdos Latinus ad Altare Græcorum Sacrificium obtuliſſet, non priùs ipſi ſacra in eodem Altari facerent, quàm Altare, tamquam Sacrificio Latinorum inquinatum, lauiſſent.

Quin & baptizatos ab illis rebaptizabant; quemadmodùm in actis Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. celebrati videre licet. Non ignoras proculdubio, qui labores ab Eugenio IV. ſuſcepi fuerint, antè annos plus minus centum viginti, vt Græcos, & Armenos, ad Eccleſiæ corpus, vnde ſegregati fuerant, reduceret. Et ceſſit illi conatus hic non infœliciter.

Sed quod bona tua venia dictum velim, nota eſt omnibus huius gentis lenitas, & inconſtantia. Quater decies ad Eccleſiæ corpus reuerſi, totidem vicibus ab eadem ſe præciderunt. Quem autem præciſionis huius ſuæ fructum tulerint, non ſine magno dolore cernimus. Quamobrem quod cupere te oſtendis, idem & nos multò ardentiùs cupimus, vt in vnum nobiſcum populum redigantur, vt multitudinis credentium ſit cor vnum, & anima vna, vt fiat vnus Paſtor, & vnum ouile.

Scis miſſum à Pontifice Nuncium fuiſſe, qui Moſcotum Principem ad Concilium inuitaret; adeò nihil ab eò prætermiſſum eſt, quod ad coniungendos nobiſcum Roxolanos pertinere videretur. Quod autem res non ſucceſſerit; temporum iniquitati tribuendum eſt.

Quid autem ſibi volunt illa verba tua: Eripiamus tot gentes ex impiorum conſortio, & vnà cum illis nos congregemus? Cur non illi potiùs nobiſcum, quàm nos congregemus cum ipſis? De quibus rectè cum Cypriano dicere poſſumus, quòd non nos ab illis, ſed illi diſceſſerunt à nobis; redeant vnde diſceſſerunt; nihil impediet rituum diuerſitas, quo minus omnes in vnum Dei populum coaleſcamus.

An autem, & mihi non licebit illum verſiculum vſurpare contra te *poion ſe epos phygen ercos adonton*. Tunè præſidere nomine Romani Pontificis Legatos illius negas? Quid autem aliud contendunt maioribus clamoribus hi, qui ſegregauerunt ſemetipſos, quos tu ſcriptis tuis grauiter admodùm, & eleganter inſectaris, quibus cum hac in parte facere te, cùm ſis acerrimus Petri Romani propugnator, vt credam, adduci non poſſum.

Falleris autem, ſi ſolos Legatos Oecumenici Concilij, cui præſident, Iudices eſſe putas. Iudicium enim Epiſcoporum eſt; Legatorum verò inter alia proprium eſt, & hoc munus, quibus de rebus illis iudicandum ſit proponere. Quòd illi tamen minimè faciunt, niſi communicato priùs cum Regum, & Principum Oratoribus Conſilio, qui quod cuiuſque Regni, & Prouinciæ rationibus expedire maximè videtur, id proponi per Legatos poſtulant. Hi poſteaquam ad Patres his de rebus retulerunt, eorum ſententias audiunt, ac præcipuam eius rei curam habent, vt rectè, atque ordine gerantur omnia: ne qua confuſio, ne qua fiat perturbatio. Ipſi autem à ſententijs dicendis abſtinent, ne ſi priores dicant, alios in ſententiam ſuam pertraxiſſe credantur, qui fuerint eorum auctoritatem ſecuti. Per vnum igitur, & alterum menſem inter ſolos Epiſcopos de rebus propoſitis diſceptatur, inter quos poſteaquam conuenit; tùm primum conſeſſus: vulgò ſeſſionem appellant, in Eccleſia Cathedrali fit. Ibi de ſuperiore loco leguntur omnia, quæcumque ſunt vnanimi Patrum conſenſu Decreta: ſimul quæritur ab omnibus, nùm ea probent, Primo loco rogati ſententiam Legati, probari ſibi dicunt, quod ordine ſuo deinceps itidem faciunt, quotquot præſentes adſunt in Concilio, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes. Sic itaque ſoli ſunt Epiſcopi, qui magna conquiſitione facta, de rebus propoſitis iudicant. A quibus quod vnanimiter Decretum eſt, id qui locum Romani Pontificis obtinent, primo loco ſuis quoque ſententijs approbant.

Sed nec illud exiſtimare debes, quamuis tres illi Patriarchæ præſentes hìc non adſint (ſolus enim adeſt Hieroſolymitanus Patriarcha) abeſſe propretereà Græcorum omnes Epiſcopos, ſunt ex illis nonnulli nobiſcum, quorum nomina in ſcheda deſcripta tibi mitto.

Quod verò ſcribis, Legatos, ſiue *Topotiritar*, Romani Pontificis infrà omnes Patriarchas ſubſcribendo adfuiſſe, vellem vnum ſaltem Concilium Oecumenicum produxiſſes, in quo factum id eſſe conſtaret. A me quidem, quæ typis excuſa ſunt, lecta ſunt omnia diligenter: Non modò nihil tale, verùm contraria potiùs in illis omnia videre mihi licuit.

Primum illud, quod eſt longè celeberrimum, Nicænum, Legatos habuit Oſium Corduben. Vitum, & Vincentium Presbyteros, quos primo loco ſubſcripſiſſe video. Quin & à Socrate, qui ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, primo loco recitantur, antè Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum Patriarchas, qui præſentes tùm adfuerunt. Et extat nihilominùs in primo tomo Conciliorum epiſtola Synodi Nicænæ ad Silueſtrum Papam, in qua, quicquid conſtituerunt in illo Concilio, precantur oris ipſius conſortio confirmari. Quod & factum eſt, quemadmodùm ex reſponſo Silueſtri videre licet.

In Synodo Conſtantinopolitana prima,

Tom. XIX. Ddd quæ

quæ ſecunda eſt Oecumenica, fateor quòd non reperio quemquam Romani Pontificis Vicarium adfuiſſe. Lego tamen apud Theodoretum, à Patribus eiuſdem Concilij quandam ad Papam Damaſum epiſtolam ſcriptam, qua ſe tamquam Pontificis illius membra, literis ipſius ad Romanam Synodum accerſitos fuiſſe dicunt, ſimul indicant, nihil ſe libentiùs facturos fuiſſe, quàm, vt ipſius deſiderio, ſuis Eccleſijs derelictis, obtemperarent. Quoniam verò ad eiuſdem Pontificis literas, poſt Concilium Aquileienſes miſſas iam Conſtantinopolim conuenerant, non ſe fuiſſe paratos, præterquam ad ſolam peregrinationem Conſtantinopolitanam, (his enim illi verbis vtuntur) cùm non priùs eſſent facti certiores de longiore profectione, quàm Conſtantinopolim veniſſent. Itaque temporis anguſtijs excludi ſe, quo minùs Romam venire poſſint: Mittere nihilominus quoſdam collegas ſuos.

Ex hac epiſtola facilè perſpicere licet, quòd Synodus Conſtantinopolitana, Romani Pontificis auctoritate fuerit congregata, qui tamen poſteà, Romæ potiùs illam conuocandam eſſe putauit. Sed iàm prioribus literis parentes, Aquileienſi Concilio peracto, Conſtantinopolim Patres fuerant profecti. Quin & ex reſponſo Damaſi, & ex his, quæ ſcribit Ruffinus, non obſcurè colligitur, quòd priùs Romæ fuit Apollinaris, cum diſcipulo ſuo Timotheo condemnatus à Damaſo Papa, & Petro Alexandrino: qui tùm præſens ibidem aderat: quodque poſteà Damaſi ſententiam ſecuti ſunt Patres in Concilio Conſtantinopolitano. Quam etiam ob cauſam Theodoſium Imperatorem edixiſſe ſcribit Zozomenus, vt cuncti populi ſibi ſubditi, eam religionem retinerent, quam vertex Apoſtolorum Petrus Romanis initio tradidiſſet, ac tùm Damaſus Romanus Epiſcopus, & Petrus Alexandrinus cuſtodirent, & vt illi ſoli, qui pari Triadem honore colerent, Eccleſia Catholica nominarentur: reliqui verò contraria ſententes, hæretici vocarentur, & ſupplicijs afficerentur. Quod edictum in Iuſtiniani quoque Codicem relatum eſſe non ignoras. Tanta fuit apud Imperatores illos Romanæ Synodi auctoritas, quæ ſub illud ipſum tempus habita fuit, quo Conſtantinopolitana prima.

Quod ad Synodum Oecumenicam tertiam attinet habitam Epheſi, per quam exiguum eius fragmentum habemus, nec in illo reperiuntur vllæ ſubſcriptiones Epiſcoporum. Sed Græcus auctor Euagrius teſtis eſt, quod in ea præſederit Cyrillus Alexandrinus, Cœleſtini locum gerens. Et indicant hoc etiam acta Concilij Chalcedonenſis, in quo multa tranſcripta reperiuntur ex actis Epheſinæ Synodi. In quorum actorum particula quadam Concilij Chalcedonenſis actis inſerta, reperiuntur Patrum ſubſcriptiones; inter quas primo loco ſubſcribit Cyrillus Alexandrinus, agens vices ſanctiſſimi, ac beatiſſimi Archiepiſcopi Romanæ Eccleſiæ Cœleſtini. Qui potuit autem is, locum tenere, & agere vices Pontificis Romani, ſi quod tu velle videris, omnes Patriarchæ pari fuerunt poteſtate præditi? Mænas autem in ſua profeſſione fidei, quam Vigilio miſit, additos Cyrillo collegas fuiſſe ſcribit, Arcadium, & Proiectum Epiſcopos, & Philippum Preſbyterum. Quò magis autem intelligas, quantum quoque fuerit Romani Pontificis auctoritas, in formula, qua Neſtorius deponitur, ſcribit Euagrius, his verbis Concilij Patres vſos fuiſſe. Quod neceſſitate tam Canonum, quàm epiſtolæ Cœleſtini Pontificis coacti, frequenter illachrymantes, ad hanc tam duram ſententiam proceſſerint. Nec diſſimilia verba reperire licet in epiſtola, quam eadem Synodus Epheſina ſcripſit ad Neſtorium, quæ in primo tomo Conciliorum habetur. Ex his perſpicuum cuiuis eſſe poteſt, quod hæc quoque Synodus, in condemnando Neſtorio, Romani Pontificis auctoritatem fuerit ſecuta, qui prior Synodum eadem de cauſa Romæ congregaſſe videtur. Quod non obſcurè Nicæphorus quoque in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria ſignificat.

Quarta fuit Oecumenica Synodus Chalcedonenſis. In ea quin primo loco ſubſcripſerint Paſchaſius, Lucentius, & Bonifacius Presbyteri, habentes locum Romani Archiepiſcopi ſenioris Romæ Leonis, dubium non eſt. Poſt hos verò, ſubſcripſerunt Anatolius Conſtantinopolitanus, Maximus Antiochenus, & Iuuenalis Hieroſolymitanus. Conſtat & hoc ex actis illius Concilij, quòd Legati Pontificis interceſſerunt, cùm abſentibus illis, primus poſt Romanum Pontificem locus Conſtantinopolitano Patriarchę fuiſſet attributus. Itaque Decretum hoc induci petiuerunt, ac ſcire ſe velle dixerunt, quid Apoſtolico viro vniuerſalis Eccleſiæ Papæ referre debeant, vt ipſe vel de ſuæ Sedis iniuria, vel de Canonum euerſione poſſet ferre ſententiam. In hoc Chalcedonenſi Concilio, Leo Pontifex, non ipſe ſibi nomen Oecumenici Patriarchæ arrogauit, quemadmodùm Patriarchas Conſtantinopolitanos feciſſe ſcimus, verùm hac eum appellatione Synodus vniuerſalis eſt dignata. Qua longè antè dignatus eſt etiam Liberium Athanaſius, vnà cum vniuerſis Ægyptiorum Epiſcopis cùm ad eum ſcribens diceret: Huius rei gratia, vniuerſalis vobis à Chriſto commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Quin etiam cùm illius epiſtola legeretur, acclamatum fuit à cunctis: Omnes ita credimus: Papa Leo ſic credit: Anathema ei, qui partit, & qui diuidit. Hæc fides Leonis Archiepiſcopi. Petrus per Leonem locutus eſt, Apoſtoli ita docuerunt. Piè, & verè Leo docuit; Omnes ita credimus. Sicut Leo, ita credimus. Et quamuis præſentes in eo Concilio Legati Pontificis adfuerint, ſcriptis tamen ad eum literis, petiuit ſancta Synodus, vt ipſius Decreta auctoritate ſua confirmaret. Quod ille fecit quidem non inuitus, quantum ad fidei dogmata pertinet; cæterùm, vt approbaret, quæ reclamantibus ipſius Legatis de Patriarcha Conſtantinopolitano conſtituta fuerant, proximum vt locum obtineret à Romano Pontifice, nullis vnquam rationibus adduci potuit.

Adfuere nihilominus quidam ex Italia Epiſcopi, Sabinus, Epiphanius, Aſterius, Leo, Ruſticus, Theophanes, & Pelagius, qui coadiutores Mœnæ vocantur, qui iuxtà pium

iuſſum

Digitized by Google

iuſſum Imperatoris à dextra parte Mœnæ Patriarcha conſidere iuſſi ſunt: cùm fuiſſent à Sede Apoſtolica nuper miſſi.

Quinta Synodus Oecumenica fuit iterùm Conſtantinopoli celebrata. Nullum in ea Pontificis Legatum adfuiſſe lego. Cauſam hanc fuiſſe puto, quod initio præſens in ea fuiſſe videtur Pontifex Agapetus, per quem Anthimus Patriarcha Conſtantinopolitanus propter hæreſim Eutychetis depoſitus, & Mœnas in eius locum fuit ſubſtitutus, quemadmodùm ex ipſa conſtitutione Iuſtiniani Imperatoris contra Anthimum, Petrum, Senem, & Soaram liquet. Fuit autem Agapetus paulò poſt, quàm venerat Conſtantinopolim, ex hac vita ſublatus. Venit eò poſteà Vigilius; ſed is, quamuis inuitatus, venire tamen ad Synodum recuſauit: quemadmodùm & ab Euagrio, & à Nicephoro memoriæ proditum eſt.

Cùm itaque nec Vigilius Pontifex, nec qui cum eo Conſtantinopolim venerant Epiſcopi, Concilio vellent intereſſe, præſedit illi Mœnas Patriarcha. Sicut autem ſcribitur in actione prima, iuxtà iuſſum Imperatoris, Coadiutores conſederant à dextris; Sabinus, Epiphanius, Aſterius, Leo, Ruſticus, Theophanes, & Pelagius, omnes ex Italica regione ab Apoſtolica Sede nuper miſſi.] Poſteà verò, ſicut in prima actione, eiuſdem Synodi legitur, conſentientes fuerunt Agapeto Papæ antiquæ Romæ hùc venienti. Hæc ſunt ipſa verba, in actionis ipſius principio poſita; quæ reperiuntur etiam initio ſecundæ, tertiæ, & quartæ actionis. Niſi quod in tribus his additur: Conſentiente ſanctæ memoriæ Agapeto. Ex quibus verbis coniecturam facere licet, quòd in actione prima fuerit adhùc ſuperſtes Agatho. De quo legitur in vetuſto quodam codice manu ſcripto, qui fuit inſcriptus: Ordo Romanorum Pontificum, quòd Diuinæ Incarnationis anno 529. Iuſtiniani Decimi Conſtantinopolim aſcendens, Synodum celebrauit, contra impium Seuerum, & Iulianum Halicanaſenſem, & cæteros Theopaſchitas: inter quos & Anthimus, vt conſentaneus eorum depoſitus, à throno proiectus eſt, cùm Epiſcopatum tenuiſſet Vrbis Regiæ menſibus decem, & conſecratur pro eo Mœnas ab Agapeto. Subſcripſerunt igitur in actione prima verbis his: Sabinus ſequens definitionem ſanctę recordationis Papæ Hormiſdæ, anathematizans Seuerum, Petrum, Zoatam, &c. Nullus eorum, quòd Pontificis alicuius locum tenuerint, meminit niſi quòd initio cuiuſque actionis dicitur: Ab Apoſtolica Sede miſſi. A quo verò Pontifice miſſi fuerint, non conſtat. Conſtat autem Agapetum præſentem adfuiſſe, priùs etiam, quàm illi Conſtantinopolim Epiſcopi veniſſe videntur. Itaque ſequuntur Hormiſdæ ſententiam, qui prior eoſdem Hæreticos condemnauerat. Cùm autem actiones eſſent reliquæ celebrandæ, prolatus eſt actus Synodalis epiſtolæ, ſcriptæ à ſanctæ memoriæ Agapeto, qua ſignificat, Anthimum à ſe depoſitum, & in eius locum eſſe Męnam ſubſtitutum, quem ſuis Agapetus ipſe manibus ordinauerat. Quo lecto, vocatus eſt Anthimus ad cauſam dicendam. Qui cùm ſe non ſiſteret, à Synodo condemnatus eſt. Ibi Latini omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt hac formula: Ego Sabinus definitionem ſanctę recordationis Patris noſtri Papæ Agapeti ſequendo, de perſona Anthimi ſubſcripſi. Quin & Menas Patriarcha ſententiam contra eumdem ferens, reſpicere ſe fatetur ad ea, quæ à ſanctæ memoriæ Papa Agapeto conſtituta fuere. Se enim Apoſtolicam Sedem ſequi, & ei obedire: communicatores ipſius, communicatores habere: & condemnatos ab ipſa, ſe condemnare. Petrus Hieroſolymitanus, & ipſe profitetur in ſua ſententia, quòd ſententia depoſitionis primùm ab Agathone fuerit lata, deindè à Mœna confirmata, & ei ſe tamquàm benè formatæ ſubſcribere. Sic & de Seuero, & de Anthimo, nihil eſt in illa Synodo conſtitutum, quod non anteà fuerit & ab Hormiſda, & ab Agapeto declaratum. Quæ omnia Vigilius quoque ſucceſſor Agaperi, qui & ipſe Conſtantinopolim ſub illud tempus venerat, rata habuit. Cęterùm Synodo trium Capitulorum, quę fuit poſteà ſubſecuta, vt vel ipſe, vel Epiſcoporum, qui cum eo erant, quiſque ſubſcribere, adduci numquam potuerunt.

Hìc illud accuratius tecum expende, quòd in hac quoque Synodo nihil decretum eſt, quod non aliquanto antè, Hormiſda, & ab Agapeto, & à Vigilio Pontificibus fuerit conſtitutum. Priùs enim omnes, qui ſunt in illa Synodo reprobati, Pontificum horum auctoritate fuerunt damnati, quorum illa iudicium ſecuta videtur, præcipuè verò Vigilij Pontificis, qui tum præſens aderat, ceteris tamen ex cauſis Concilio non interfuit, ſcripto cuidam uti videbatur. Tum & illud conſidera, ſi verum, quod ſcribitur à te, Petrum Romanum (vtar enim verbo tuo) Patriarchatu cęteris Patriarchis eſſe parem, quam poteſtatem habuit Agapetus, Conſtantinopolitanum Patriarcham de gradu ſuo deturbandi, deque cœtu eijciendi? Quodque magis etiam eſt ſtupendum, fauebat Anthimi Partibus Imperator.

Cumque libertate Pontificis offenderetur, grauibus comminationibus vſus fuit. Pontifex autem, ſicut apud Zonaram legimus, riſit, iugulumque nudauit, ac ſe paratum oſtendit, omnia pro veritatis defenſione pati, cùm nihil in votis haberet, quàm vt eum Imperator tali exitu ex hac vita dignaretur. Imperator verò ceſſit poſteà Pontifici, nec impediuit, quo minùs Anthimus loco ſuo moueretur.

Cæterùm ſimul, vt ex hac vita diſceſſiſſet Agapetus, apud ſucceſſorem eius Papam Silverium, vxoris conſilijs adductus, iterum de reſtituendo Anthimo plurimùm laborauit. Quod facere Pontifex cùm recuſaſſet, eum deportari iuſſit, ac Vigilium in eius locum ſufficiendum curauit, quod Auguſtæ ſpem feciſſet, ſanctèque promiſiſſet, ſe ſimul vt eſſet Pontifex factus, Anthimum in eum locum ex quo deiectus fuerat ab Agapeto, reſtituturum, & tribus capitulis ſubſcripturum. Quod ille tamen promiſſum poſteà non præſtitit, atque ob eam cauſam capi, & Conſtantinopolim duci iuſſus eſt, vbi extrema quæque priùs pati voluit, quàm vt, quod malè promiſerat, præſtaret. Atque hæc fuit cauſa, quamobrem ad Concilium illud vocatus, ve-

nire nunquam voluit, ſed ſcriptam ſuam ſententiam Imperatori ſe miſſurum dixit. Quem ego libellum, ex Vaticana Bibliotheca deſcriptum legi. In qua Synodo trium Capitulorum apertè eoutradicit. Quamuis autem infeſtum ſibi haberet Imperatorem Vigilius, quòd ad illiùs nutum ſe conuertere nolebat, tamen in Menam quoque Patriarcham, ſua poteſtate vſus eſt, & eum à communione quatuor menſium exclusit. Quin & illud de eo ſcribit Gregorius, quod in eadem Vrbe Regia conſtitutus, contra Theodoram, tunc Auguſtam, & Acephalos, damnationis promulgauit ſententiam.

Eſt autem, & illud animaduerſione dignum; quod in ſexta Synodo generali narratur, Monnthelitas, quò faciliùs opinionem ſuam probare poſſent, confinxiſſe quandam epiſtolam ſub nomine Vigilij, ad Iuſtinianum, & Theodoram vxorem eius ſeriptam, de eo, quòd vna ſit Chriſti voluntas.

Tantum in ſententia Romani Pontificis pondus eſſe iudicabant. Quin & aliquot antè ſeculis, Conſtantius Imperator nihil non fecit, quo poſſet partim vi, partim etiam pollicitationibus munerum, ſicut ipſe ſcribit Athanaſius, pertrahere Liberium, vt Athanaſij damnationi ſubſcriberet. Tam ardenti deſiderio nitebatur, inquit Ammianus Marcellinus, auctoritate Epiſcopi æternæ Vrbis, firmare, quod iam impletum eſſe ſciebat, Intelligebat enim irrita fore omnia, quæcumque acta ab alijs fuiſſent, niſi Romanis Pontificis conſenſus acceſſiſſet.

Sexta Synodus tertiùm fuit Conſtantinopoli congregata, in qua primo loco ſubſcripſiſſe lego Theodorum, & Georgium Preſbyteros, & Ioannem Diaconum, locum gerentes Agathonis beatiſſimi, ac vniuerſalis Papæ Vrbis Romæ. Poſt eum Gregorium Conſtantinopolitanum Patriarcham, & alios deinceps, In qua Synodo, cùm lecta fuiſſet Romani Pontificis Agathonis epiſtola, ſtatim ſicut anteà in Concilio Chalcedonenſi fuit ab omnibus acclamatum, ſeque ſic omnes credere ſunt profeſſi, quòd quæ ſcripta fuerunt ab Agathone, tanquam à Spiritu ſancto dictata per os ſancti, ac beati Principis Apoſtolorum Petri ſic ea reciperent, ac reuerenter amplecterentur. Et in proſphonetico ſermone dictum fuit: Charta, & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur: Quos ille prior condemnauerat, eos illius iudicium ſecuta ſancta Synodus, ipſa quoque ſibi condemnandos eſſe putauit.

Septima Synodus iterùm habita fuit Nicææ, ſtatim in prima actione, primus locus tribuitur Petro Archipresbytero, & Petro Monacho, Vicarius Apoſtolicæ Sedis, cui præerat ſanctiſſimus, beatiſſimuſque Archiepiſcopus veteris Romæ Hadrianus Secundus, Taraſio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano & alijs deinceps. Et ſcribit ad Michaelem Imperatorem Nicolaus Pontifex: Secundò, in Nicæa collectæ Synodo Apoſtolica noſtra Sedes præſedit.

Qui locus etiam in ſcribendo ſemper fuit ſeruatus. In hac Synodo cùm lectæ fuiſſent epiſtolæ duæ Pontificis Hadriani, ad Imperatorem vna, ad Patriarcham Thaſium altera, acclamauerunt Patres: Vniuerſa ſancta Synodus ſic credit, & ſic docet. Ac ſinguli poſtea, ſic ſe credere, ſic ſentire, ſic tenere, ſic docere, ſic ex toto corde confiteri profeſſi ſunt.

Octaua Synodus, quam ante annos plus minùs decem in Eccleſia mea Varmienſi ſcriptam reperi, quartùm habita fuit Conſtantinopoli, Præſederunt in ea Donatus, & Stephanus Epiſcopi, locum tenentes Hadriani Pontificis Romani, & ſubſcripſerunt hac forma: Ego Donatus Dei gratia Epiſcopus Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ locum obtinens Domini mei Hadriani, Summi Pontificis, & vniuerſalis Papæ, omnia, quæ ſuperiùs leguntur, huic ſanctæ, & vniuerſali Synodo præſidens, atque ad voluntatem eximij Præſulis promulgaui, & manu propria ſubſcripſi. Qua forma, & eius duo collegæ ſunt vſi. Hic Legati Romani Pontificis, apertè ſe præſidere Concilio profitentur. Poſt illos Ignatius Conſtantinopolitanus Patriarcha ſubſcripſit hac forma: Ignatius Epiſcopus Conſtantinopolitas, ſanctam hanc vniuerſalem Synodum ſuſcipiens, & omnibus, quę ab ea iudicata, & ſcripta ſunt concordans, & definiens, ſubſcripſi. Quam eamdem formam in ſubſcribendo ſecuti ſunt, Ioſeph vices agens Patriarchæ Alexandrini, Thomas Antiochenus, Helias Hieroſolymitanus. Poſt hos, Imperatores. Fuit in ea Synodo Photius Patriarcha, qui iam anteà per Nicolaum Papam depoſitus fuerat, & in ſuum priſtinum locum Ignatius reſtitutus.

Hæ ſunt octo Synodi generales, quas recenſet Gratianus, in quibus, excepta ſecunda, & quinta, Romani Pontificis Legati præſediſſe, primoque loco decretis Concilij ſubſcripſiſſe videntur. Quas ego diligenter omnes oculis ipſe meis perluſtraui. Quo magis illud miror, quomodo tibi venerit in mentem ſcribere, Legatos Pontificis, infrà omnes Patriarchas ſubſcribendo adfuiſſe, quemve ſis auctorem in hac aſſertione tua ſecutus. Aut alios tu Concil. libros habuiſti: quàm quos Coloniæ bis editos ipſi vidimus, aut errorem hunc ex nouatorum libris hauſiſti.

Vidi quendam libellum Vigilij manu ſcriptum, nec adhuc quod ſciam in lucem editum, in quo inſerta eſt profeſſio Menæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, in ea quatuor Synodis Oecumenicis enumeratis, ſic loquitur Menas: In quibus iuxta tempora ſua prædeceſſores ſanctitatis veſtræ beatiſſimi Papæ Senioris Romæ ipſis Synodis præſederunt. Quid apertiùs dici potuit ad probandum, quòd in Synodis Oecumenicis Romani Pontifices per ſuos Vicarios præſederint. In Chalcedonenſi quoque Synodo ſic legitur Paſchaſius, & Lucentius Reuerend. Epiſcopi & Bonifacius Presbyter, tenentes locum Sedis Apoſtolicæ, quia miſſi Apoſtolici ſemper in Synodis prius loqui, & confirmare ſoliti ſunt, per Paſchaſium dixerunt, Ex his quoque verbis liquidò conſtare poteſt, quem locum in Synodis Vicarij Romani Pontificis tenuerint,

Quod verò Fricium eleuare ſcribis auctoritatem Concilij Tridentini, propterea quòd illi tres Patriarchæ præſentes non adſint.

Digitized by Google

ſine, nihil eſt, quòd ſcriptis illius moueare, quaſi propterea Concilium hoc non ſit Oecumenicum. Vnus tantùm eſt Oecumenicus Patriarcha Petrus Romanus, qui ſicubi præſens adeſt in Epiſcoporum Concilio, quod eſt ipſius auctoritate congregatum, etiamſi non omnes ad illud vocati veniant, non propterea non erit Concilium illud Oecumenicum. Vocati ſunt Angli, Dani, Sueti, Germaniæ Principes nonnulli, neque tamen cum ſuum ad illos Petrus Romanus Nuntium ablegaſſet, vt inuitati venirent, adduci potuerunt.

Num ideò Concilium hoc Oecumenicum eſſe negabimus? Etiamſi Chriſti Corpus hoc, ad pauciora membra, quod abſit, redactum eſſe, inter quæ numerari non poſſunt, niſi qui Chriſto parent, & eius Vicario Romano Petro, non ideò tamen corpus in ſuo genere, non eſſe perfectum diceretur. Vbicunque Petrus Romanus, vel ipſe præſens adeſt, vel ſuos habet Vicarios, quandoquidem ſolus ille verè dicitur, & eſt Oecumenicus Patriarcha, quod Concilium ipſius eſt auctoritate congregatum, id verè dicitur Oecumenicum. Interea tamen, & illud latere te nolo, quod ad Alexandrinum quoque Patriarcham Pontifex miſit, qui vel vt ipſe veniret, vel vt ſuos hùc Vicarios, mitteret, eum hortarentur. Cùm autem nihil hac Legatione profectum ſit, num tu Pontificis culpam hanc eſſe dices? Quin illud animaduerterunt hi, qui fuere, Patriarcham illum, totamque gentem illam ipſi ſubiectam, hæreſi Neſtoriana grauiter admodum laborare. Sed ego non dubito, ſi quod aſſerere videris, Patriarchæ iſti tui Catholici eſſent, quòd pridem citra dubitationem vllam Legatos hùc ſuos miſiſſent. Verùm, quod de Alexandrino renunciauit, qui miſſus ad eum fuerat; idem & de Conſtantinopolitano, & Antiocheno Patriarcha nobis exiſtimare licet. Quamuis enim ante annos centum viginti, Conſtantinopolitanus Concilij Florentini Decretis, in quo præſens aderat, ſubſcripſerit, vna cum Imperatore, & Epiſcopis quos ad illud Concilium ſecum adduxerat, Patriarcha tamen mortuo, ſimul vt Græci domum rediere, nihil eorum, quæ decreta fuerunt in illo Concilio; ratum, eos habuiſſe tu non ignoras. Et huius leuitatis, atque inconſtantiæ ſuæ, poſteàquam iterum, atque iterum ab Eccleſia Romana ſe præcidit: graues admodum pœnas gens illa perſoluit, Nam ſtatim, vt fidem datam violauit, in Turcarum poteſtatem recidit, quorum eam nunc grauiſſimo iugo premi, non ſine magno animorum noſtrorum dolore conſpicimus.

Nec ſoli hoc illi contigit. Quotquot gentes aliæ ſuaue Chriſti iugum, per Vicarium ſuum Petrum Romanum Eccleſiam gubernantis excuſſerunt, in eaſdem calamitates inciderunt. Adeò verum eſt, quod à propheta ſcriptum legimus. Gens, & Regnum, quòd non ſeruierit tibi, peribit. Vnus Paſtor, vt ſit, oportet, & vnum ouile. Vnum Paſtorem hunc ſi Chriſtum eſſe dicis, libenter vnà tecum. Vnum eſſe agnoſcimus, & profitemur: Sed cum ille nobiſcum in terris verſare deſierit, nec eum amplius in humana forma contemplari nobis liceat, quæ eſt illius infinita bonitas, noluit Eccleſiam ſuam omni ſua præſentia eſſe deſtitutam, ſed vnius vti miniſterio voluit, per quem vnitas in Eccleſia retineri poſſit.

Vnum in ea Petrum loco ſuo conſtituit, cui ſuas oues paſcendi munus commiſit. Quem non ſolùm in Occidente, verùm & in Oriente, ſummam in omnes Patriarchas, & Epiſcopos auctoritatem, & poteſtatem habere voluit, qua non ſemel illum in eos vſum fuiſſe legimus.

De Conſtantinopolitana Eccleſia ſcribit Gregorius ille Magnus. Quis eam dubitet Sedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam, quod & Dominus piiſſimus Imperator, & frater noſter Euthichius, eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus aſſiduè profitentur? Paulus Conſtantinopolitanus, à Synodo quadam Ariana depoſitus, & ex Eccleſia ſua fuit pulſus: Is Romam poſteà confugit ad Iulium Pontificem, quo tempore venerunt in eandem Vrbem itidem è ſuis eiectis ſedibus, Athanaſius Alexandrinus, Aſclepas Gazæ, Marcellus Ancyræ, Lucius Adrianopolitanus, Epiſcopus. Excepit omnes Iulius perbenignè, & eos omnibus eſt humanitatis officijs proſequutus. Cumque cauſas eorum cognouiſſet, ſcriptis ad Orientem literis, ſuum cuique locum reſtituit: Et eius auctoritate factum eſſe ſcribit Zoſomenus, vt ſuam quiſque Sedem reciperet. Quamuis iuſſu Imperatoris Conſtantij, quo nihil fuit inconſtantius, iterùm paulò poſt indè pulſi fuerit. Neque tamen propterea Iulius fractus animo conquieuit, ſed Conſtantis Imperatoris, qui fuit frater Conſtantij, fidem implorauit. Cuius impulſu fecit Conſtantius inuitus, vt ſuis eorum quemque Sedibus reſtitueret. Ioannes quoque Conſtantinopolitanus Patriarcha, non temerè Chryſoſtomus appellatus, à Synodo quadam innocens damnatus, ad Innocentium Pontificem ſe recepit. Qui poſteàquam cauſam illius cognouit, hominem abſoluit, & eum Sedi ſuæ reſtituendum curauit. Cùm autem Arcadius, & Honorius Imperatores, à Pontifice moniti, ſegnius Ioannis reſtitutionem procurarent, vtrumque vnà cum Arſatio iam vita functo, & Attico Conſtantinopolitano, qui ſedem eius occupauerant, & Theophilo Aleſandrino, per quem eiectus fuerat, excommunicauit. Sicut à Nicephoro ſcriptum legimus, apud quem etiam extat Innocentij præclara quædam ea de re ſcripta epiſtola. Proclus quoque Cœleſtini Pontificis beneficio, Conſtantinopolitanam Sedem adeptus eſſe legitur: Cui cùm ſucceſſiſſet Flauianus, confictis quibuſdam criminibus, in Epheſ. 2. Synodo fuit damnatus,

Quamuis autem illa Synodus Oecumenica eſſe putaretur, ab ipſius tamen ſententia; ſicut ſcribit Liberatus, ad Sedem Apoſtolicam appellauit, & eſt per Leonem Pont. abſolutus, qui de reſtituendo illo Eccleſiæ ſuæ plurimum laborauit, quod cùm illo viuo perfici non potuiſſet, ſaltem vt mortui corpus ex Epheſo Conſtantinopolim transferretur, ac religioſa, celebrique pompa inter adita templi Apoſtolorum conderetur, effecit, De Methodio quoque ſcribit Gregorius Pontifex. In Græcia perſecutione feruente: hic apud beatum

tum

rum Petrum, & apud nos, vbi olim Athanaſius, vbi Paulus, vbi plurimi cum illis, & præter illos, vbi denique ſemper Catholici ſubuenitur, conſequuti ſunt requiem, donec apprehenderet Olimpum certaminis, iam ſatiatus lacte huius matris omnium, ſanctæ videlicet Romanæ Eccleſiæ, Catholicum dogma defendere fuerit eruditus.

Ac talem quidem ſe geſſit Petrus Romanus, erga probos & ſanctos Patriarchas Conſtantinopolitanos, quod ſi qui fuerunt eorum diſſimiles, pro eo, vt ipſorum peccata merebantur, grauiſſimis in eos animaduerſionibus eſt vſus. Sic Arſacium, & Atticum, ſicut paulò antè commemorauimus, anathematis fulmine percuſſit Innocentius. Idem Acatio fecere Simplicius, Fęlix, & Gelaſius, quorum hic, ne mortuo quidem Acatio, pepercit. Idem de Neſtorio fecit Cœleſtinus, de Anthimo Agapetus, de Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, Agatho, & eum ſecutus Leo ſecundus, deque Photio Nicolaus, & ſucceſſor eius Adrianus. Nec ſoli fuere Conſtantinopolitani, in quos hac ſua poteſtate Petrus Romanus vſus eſt. Etiam Polychronium Hieroſolymitanum cùm eſſet è Sede ſua deturbatus, per Sixtum Pont. illi reſtitutum eſſe legimus.

Porrò Antiochena Eccleſia, cùm adhuc viueret Hieronymus, quemadmodum ipſe ſcribit, in tres partes fuit ſciſſa, quarum vnaquæque ipſum ad ſe rapere feſtinabat. Sed quid ad hæc Hieronymus? Ego interim, inquit, clamito: Siquis Cathedrę Petri iungitur, meus eſt: Meletius, Vitalis, & Paulinus, tibi hærere ſe dicunt, Poſſem credere, ſi hoc vnus aſſereret. Nunc autem duo mentiuntur, aut omnes.

Et iterùm: Non noui, inquit, Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, ſpargit. Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Sic ille ad Damaſum ſcribens negabat eum eſſe Chriſti, qui cum Chriſti Vicario Rom. Petro non colligeret: Cum quo etiam ij colligere ſe non rarò ſimulabant, qui diuerſam ab illius doctrina fidem ſequebantur. Quod non ſolùm Latinus Hieronymus, verùm & Græcus ille Theodoretus in ſua teſtatur hiſtoria. Tanta fuit Romanæ Sedis auctoritas, vt ſolus ille Catholicus haberetur, qui Romano Petro Chriſti Vicario hæreret, atque cum eo colligeret. Itàque Catholicos Epiſcopos, & Hieronymus, & Ambroſius, Romanam, Eccleſiam appellant. Vt autem ad Paulinum redeamus, Euagrius illi ſucceſſiſſe legitur, inter quem, & Flauianum eiuſdem Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum, grauis exorta fuit controuerſia. Extat Ambroſij epiſtola, qua Theophilum Alexandrinum hortatur, vt ad Romanum Pontificem vtriuſque cauſam remittendam curet.

Qui deindè Presbytero ſuo ad Damaſum miſſo, rem omnem compoſuit, ac vt Flauiano delictum, quod iuramento violato admiſerat, remitteretur, impertauit, Quin & ipſe Flauianus, Romam Oratores miſit, ex Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis, Antiochenis, qui lite, quæ decem, & ſeptem annos durauerat ſopita, concordiam Eccleſijs conciliauerant, ſicut, in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcriptum legimus. Ab Hormiſda verò Papa, Seuerum & Petrum, itidem & à Fęlice depoſitos fuiſſe aliquanto ante, quàm Synodus Conſtantinopolitana congregata fuerat, ex actis eiuſdem Synodi cognoſcere licet.

Quòd autem ad Alexandrinos Patriarchas attinet, diximus iam de Athanaſio, deque ſucceſſore illius Petro, quemadmodum ij cum Sedibus ſuis pulſi fuiſſent, auctoritate Iulij Pontificis reſtituti ſunt, deque Theophilo Alexandrino, propter Ioannem Chryſoſtomum ex Eccleſia ſua deturbatum, è cœtu piorum eiecto. Cyrillum quoque nouis quibuſdam dignitatis inſignibus ornatum à Cæleſtino fuiſſe tradit Nicephorus. Idem proterio quoque fecit Leo Pontifex, quemadmodum ex epiſtola quadam ipſius ad eum ſcripta conſtare poteſt. Cyrum autem Alexandrinum Agatho Pontifex anathemate percuſſit.

Sic igitur quatuor iſtos Patriarchas, & ornauit benè merentes Petrus Romanus, & iuſtis pœnis affecit, quoties ab officij ſui religione declinarent. Huius auctoritatem ſequebantur omnes, quotquot Chriſtiani, Catholici cenſeri volebant. Huius iudicio ſe ſcriptaque ſua omnia ſubijciebant, ac ſi quas prouinciales Synodos alicubi, quamlibet in remotis terris congregaſſent, ab hoc ſuas conſtitutiones approbari petiuerunt. Sic Mileuitanum, ſic & Carthaginenſe Concilium feciſſe, atque ab Innocentio, vt Concilij ſui ſtatutis, Apoſtolicæ Sedis adhiberet auctoritatem, petiuiſſe: teſtis eſt in ſuis epiſtolis Auguſtin. Idem factum eſt ab Orientalibus Epiſcopis ad Symmachum ſcribentibus, & aliquanto ante ab his, qui cum Athanaſio conuenerant Alexandriam, cùm ad Felicem Papam ſcriberent.

Nec à Catholicis modò fuit hoc ità factitatum, verùm & ab ipſis hæreticis. Euſebium, qui fuit Arrianæ factionis, vna cum ſua Synodo Antiochena, ad Iulium Pontificem reſcripſiſſe, vt in Athanaſij cauſa iudex eſſe vellet, ſimul, vt acta Synodi, iudicio ſuo comprobaret, petiuiſſe, narrat Socrates. De Fortunato Pſeudoepiſcopo ab hæreticis conſtituto, deque Baſilide, quod ad Petri Cathedram appellauerint, memoriæ prodidit Cyprian. Fecit idem Petrus Abelardus, cùm in ſuſpicionem hæreſeos à Bernardo vocatus fuiſſet. De Pelagio ſcribit Auguſtin. quòd is literas, quibus ſe purgaret, libellumque fidei ſuæ, Romam ad Papam Innocentium miſerit.

Refert idem de Cœleſtino, quòd is Beati Papæ Innoc. literis non eſt auſus obſiſtere, immò, quæ ſedes illa damnauerat, ſe quoque damnaturum omnia promiſiſe: Eutychen quoque libellum ſibi miſiſſet, deque iniuſta damnatione quæſtum eſſe, quodque ſententiam illius per omnia ſecuturus eſſet, ſpopondiſſe, ſibique propèmodum obrepiſſe, non obſcurè Leo Pontifex indicat, ſcribens ad Theodoſium, & ad Flauianum, Flauianus verò, cur eum excommunicauerit, eidem Leoni rationem reddit, & approbat hoc illius factum Leo; Proterius etiam Alexandrinus, cùm & ipſe veniſſet in ſuſpicionem quorumdam errorum, apud eundem Leonem ſe purgat, de quo teſtimonium, hoc, quòd eſſet Catholicus, Imperatori Martiano reddit Leo. De Anthimo legitur in ſententia Synodi Conſtantinopolitanę ſecundę, quòd is ad Patriarchas

chas

chas ſcripſerit, ſe per omnia ſequi Sedem Apoſtolicam.

Quod ab eo tamen falsò fuit affirmatum. De Pyrrho Patriarcha Conſtantinopolitano narrat Zonaras, quòd cùm ad Sedem ſuam redire cuperet, libellum de fide ſua Papæ obtulerit, quo ſe Monothelitarum hæreſim deſeruiſſe ſimulabat, Papa libellum approbauit, ſed poſteaquam comperit, eum Rauennam digreſſum, hæreſim ſuam cælare non potuiſſe, conuocatis Epiſcopis, eum penitùs condemnauit.

Hæc è multis pauca propterea nobis commemorare viſum eſt, vt ex his liquidò, dilucidèque perſpicere liceret, quàm ſit illud verum, quòd reliqui Patriarchæ, patriarchatu pares Petro Romano fuerint. Nam quod Petrus Romanus in omnes illos Patriarchas, à Deo ſibi tradita poteſtate ſit vſus, ex his, quæ recenſuimus, planum feciſſe videmur. Quod autem aliquis illorum Patriarcharum parem in Petrum Romanum poteſtatem exercuerit, me nuſquam legere memini, nec aliquod exemplum eius rei abs te proferri poſſe puto.

Nam ſi quid attuleris, vel de Dioſcoro, vel de Acatio hæreticis, priuatæ libidiuis fuit hoc & vſurpatæ cuiuſdam, non autem legitimæ poteſtatis, quam poteſtatem agnouerunt in Petro Romano, ſicut reliqui omnes Catholici, & Orthodoxi, ità & quatuor illi Patriarchæ, ad eius fidem ſæpè confugerunt, eius Iudicio ſe, ſuaque omnia ſubiecerunt, quod nùmquam ſimiliter à Romanis Pontificibus factum fuiſſe, docere potes.

Sed quorſum attinet in his diutiùs immorari? Legiſti proculdubio, cuius anteà memini, Lateranenſis acta Concilij, quod ante trecentos quinquaginta plus minus annos fuit congregatum, quo nullum fuit vnquam Patrum numero frequentius? cùm in eo præſentes adfuerint etiam ipſi Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, quibus aſſentientibus, hæc fuit ſanctio conſtituta, quam ad verbum deſcribendam eſſe duximus. Antiqua patriarchalium Sedium priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali Synodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpotè mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, reſeruata cuilibet propria dignitate, ità quòd poſtquam eorum Antiſtites, à Romano Pontifice acceperint pallium, quod eſt plenitudinis pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter, & ipſi ſuis Suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem Canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.

Fuit autem & aliud Concilium Florentię celebratum, ducenteſimo pòſt anno, in quo conſtitutum eſt, Romano Pontifici in beato Petro, paſcendi, regendi & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Præſens adfuit in eo Concilio non Patriarcha tantùm cum ſuis Metropolitanis, & Epiſcopis, verùm & Imperator ipſe Conſtantinopolitanus.

Habes igitur quid ſit, qua de re nunc inter nos agitur, in duobus iſtis celeberrimis Concilijs conſtitutum. Audebis autem tu, vel negare, vel in dubium reuocare, quod non Occidentis tantùm, verùm & Orientis Epiſcoporum tanto conſenſu receptum eſſe vides? Audebis dicere, cæteris Patriarchis, patriarchatu parem eſſe Petrum Romanum, nec vllam in eos poteſtatem habere? Cùm ille poteſtatem hanc in omnes, non ab homine, neque per hominem, ſed ab ipſo Domino acceperit. Qui cùm dixit Petro, paſce oues meas, non Occidentis tantùm, aut Orientis, verùm Orbis totius oues, vt paſceret præcepit. Inter quas, etiam Patriarchas iſtos tuos eſſe voluit, qui paſtores quidem ſunt ſui gregis in patriarchatu ſuo, & ſuam in eum iuriſdictionem exercent: Sed cum Petro collati, grex ſunt, & inter oues illius numerantur. Aliter Eccleſia conſiſtere non poteſt, niſi vnus aliquis in ea ſumma cum poteſtate verſaretur. Cùm præclarè dictum ſit ab illo ſancto Martyre.

Quod non aliundè nata ſunt ſchiſmata, & hæreſes, quàm indè, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: Cui ſi ſecundùm diuina magiſteria fraternitas obtemperaret vniuerſa, nemo diſſidio vnitatis, Chriſti ſcinderet Eccleſiam.

Putas autem tu, quòd Græci tui, ſiue Roxolani, & Armeni, & quotquot alij ſub reliquis Patriarchis vitam degunt, ſic ipſi diſſiderent inter ſe, tamque multis, & varijs erroribus ſcaterent, ſi Romanum Petrum Chriſti Vicarium, & vniuerſalis Eccleſiæ rectorem agnoſcerent? Idem de finitima nobis Germania dicere licet, quæ numquam hoc infelici noſtro ſeculo fuiſſet in tot ſectas tam diſſectas miſerandum in modum diſſecta: niſi priùs ab obedientia Romani Petri diſceſſiſſet, verùm quid illis accidit, ſimul vt quam Papæ debent reuerentiam, & obedientiam, ab ea ſe ſubduxerint, multos Papas nacti ſunt, atque tot in ea nunc fides exiſtunt, quot voluntates, tot doctrinæ, quot mores. Et poſteàquam receſſum eſt ab ea fide, quæ ſola eſt, dum plures fiunt, ad id cœperunt eſſe, ne vlla ſit. Ac agnoſcunt hoc ipſimet, mutuoque ſibi inuicem obijciunt.

Accuſat Philippum Illyricus, quod Papam agere velit in Saxonia, nec ab opinione ſua quemquam diſſentire patiatur. Accuſat viciſſim Illyricum, & Gallum Philippus, ac de vtroque ſcribit his verbis: Cùm hoc mirabilium hominum genere agi nihil poteſt, qui ſuo arbitratu damnant quidlibet neque perſonis auditis, neque dijudicatis rebus, cogunt Concilia, quando & vbi ipſis placet, atque vendicant ſibi maiorem, magiſque intolerabilem, & minus excuſabilem auctoritatem, ac poteſtatem, quam Papa Romanus vnquam.

Quæ quò tandem euaſura videantur, cogitetur. Paulò autem antè ſcribit, quòd hęc licentia quamdam Anarchiam peperit. Vides vbi multi volunt eſſe Papæ, quemadmodum ipſi mutuò ſe ferre non poſſunt. Nec Illyri-

cum

cum Philippus, nec Philippum fert Illyricus, vt interim de Caluino, deque reliquis peſtibus nihil dicam.

Vtinam autem nulla nobis domeſtica ſuccurrerent exempla, quæ proferre liceret. Verùm teſtatiora ſunt multorũ oculis, quàm vellemus. Poſteàquam apud nos quoque plerique ſibi defugiendam eſſe Rom. Pontif. auctoritatem putauerunt, an ſibi de vulgo quiſque non maiorem, magiſque intolerabilem, & minus excuſabilem, quàm ille poteſtatem, & auctoritatem ſumit, dum arbitrio ſuo, vel damnat, vel ſtatuit quidlibet, rebus non intellectis, nec perſonis auditis? Quorſum autem res euaſerit, nihil opus eſt, quod ego ſcribam, cùm oculis ipſe tuis cernas. An autem & Anarchiam quoque non vides? Vtinam ea non videretur. Quid autem Anarchiam hanc nobis peperit, niſi multitudo Paparum. Poſteà quam omnes Sacerdotes, omnes Pontifices facti ſunt, Reges quoque facti ſunt omnes.

Neque maior eſt apud iſtos Regis, quàm Pontificis auctoritas, (proh dolor) vtramque ſimul excuſam ab his poteſtatem videmus, qui ſuaue Chriſti iugum, per Petrum Romanum Eccleſiam ſuam gubernantis excuſſerunt. Verùm hæc politica miſſa faciamus, & ad inſtitutum redeamus.

Quod ſi vis, vt vna ſit fides, vt vna ſit Eccleſia, vt multitudinis credentium ſit cor vnum, & anima vna, paſtor vnus, vnus in Eccleſia Patriarcha ſit Oecumenicus oportet, à cuius dignitate ſalus pendet Eccleſiæ. Cui ſi non exors quædam, & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes. Scripſit hoc quidam vir ſumma vitæ ſanctimonia, & ſingulari doctrina prædictus. Verùm nihil eſt neceſſe, vt hæc in libris legamus. in factis noſtrorum oculis ipſi noſtris cernimus, nihil vt ſit opus abire longius.

Cùm itàque ſatis tibi iam demonſtraſſe videar (ſed quid ego dico me demonſtraſſe, cùm res ipſa clamet?) vnam fidem, vnam Eccleſiam eſſe non poſſe, niſi paſtor ſit vnus, & vnus Oecumenicus Patriarcha, quem non alium eſſe, quàm Petrum Romanum, tu quoque non diffiteris: Waldicas iſtos tuos, & Metropolitas hortare, vt Petrum hunc, in Pio Quarto Ipſius legitimo ſucceſſore, paſtorem ſuum vnà nobiſcum agnoſcant, atque ad ſacrum Concilium hoc, ab ipſo legitimè indictum, veniant, & ſi de dogmate aliquo non ſatis inter nos, & illos conuenit, illi dijudicandum permittant, illius Iudicio ſe ſubmittant.

Quod ſi nulla dogmatum fuerit inter nos controuerſia, nihil faciemus libentiùs, quàm vt obuijs, quod aiunt, vlnis, eos ad Eccleſiæ gremium redeuntes, recipiamus. Nec impediat quicquam rituum diuerſitas; quo minus in vnum Dei populum coaleſcamus omnes. Quod ſi perfectum opera tua fuerit, maximam apud homines laudem tibi comparaueris, nec vllum Deo ſacrificium gratiùs offerre poteris. Nihil autem eſt, quod illi de ſuis ritibus velint eſſe ſolliciti, facilè permittentur, dummodo nulla ſit fidei diſcrepantia.

Chimera tua multorum hic virorum doctiſſimorum teritur manibus, & eorum iudicio vehementer probatur. Quam, & ego legi lubens, teque de iſta præclara voluntate tuendæ fidei Catholicæ contra Chriſti Crucis inimicos, non poſſum non vehementer amare. Dialogos quoque tuos vernacula lingua conſcriptos legi, in quibus & dicendi vim, & orationis impetum, & libertatem, imprimis autem Zelum iſtum tuum verè Chriſtianum, valdè ſum admiratus. Quod ſi par eſſet Zelus in his in quibus eſſe debebat, minus nunc laboraremus, minore verſaretur in diſcrimine patria noſtra.

Quod autem nobis teſtimonium tribuis, vehementer metuo, ſi diligentius expenſum fuerit, ne beneuolentiæ magis in me tuæ, quàm Iudicij teſtimonium eſſe videatur. Nam quæ tu mihi plena manu tribuis, ea non agnoſco: quin illud apertè profiteor, ſcribendi facultate multò te nobis eſſe ſuperiorem. Nihil eſt autem triangulo tuo verius. Nam vbi non eſt Altare, neque Sacerdos, ibi neque Regem legitimum agnoſci dubium non eſt, nec eſt, quòd quiſquam exiſtimet, in eiuſmodi regno firmitatis aliquid eſſe poſſe. Nam vbi nullum eſt Sacerdotium, neque ſacrificium, ibi nec Deus vllus eſſe creditur. Abſque Deo verò, qui fieri poteſt, vt Regnum aliquod conſiſtere diù queat?

Clades, quas in calce literarum tuarum commemoras: peccata noſtra merentur. Sed hæ tamen maiorem animo meo cruciatum, quàm facilè credi poſſit, attulerunt, quin illud metuo vehementer, ne *folia* ſint hæc, quæ ceciderunt hactenus, neue paulò poſt cadant etiam arbores. Vix enim ferre Deus diutiùs hæc tam impia poterit. Quem ſupplex precor, vt miſereatur noſtri, vt illuminet vultum ſuum ſuper nos, vt conuertat nos, & auertat iram ſuam à nobis. Bene vale. Ex Tridento vltima menſis Auguſti. Anno Domini 1563.

EPI-

Digitized by Google

E P I S T O L A

D. STANISLAI HOSII

Cardinalis Epiſcopi Varmienſis.

AD ILLVSTRISS. BRVNSVICI DVCEM HENRICVM.

ILluſtriſſime Princeps, & Domine, dedit ad me non ita pridem Auguſta literas Dominus Ludolphus Haluerius Illuſtritatis veſtræ Vicecancellarius, quibus perhumaniter illius verbis me ſalutauit, ſimul à me petiuit, vt in quo ſtatu res hic verſentur, Illuſtritati veſtræ perſcriberem. Quod ego tantò maiore cum alacritate faciendum eſſe mihi putaui, quantò plures cauſæ ſunt, quibus Illuſtritati veſtræ me plurimùm eſſe deuinctum profiteor. Inter quas eſt illa quidem minimè vulgaris, quòd cùm ſororem Sereniſſimi Regis mei, ſibi matrimonio iunctam habeat, non poſſum illam hoc nomine non plurimùm obſeruare. Sed eſt alia maior etiam, quòd cùm inter eos vitam degat, qui doctrinis varijs, & peregrinis abducti, in aliud neſcio, quod Euangelium ſe transferri paſſi ſunt, conſtanter nihilominùs in eo permanet Illuſtritas veſtra, quod à puero didicit, & ſe verè Catholicum, & Orthodoxum principem eſſe declarat. Quo nomine meritò colitur à pijs omnibus, & in oculis fertur.

Ego verò quanti faciam hanc illius in fide Catholica conſtantiam, quanta in illam, vel propter vnam hanc cauſam meæ voluntatis inclinatione propendeam, nulla ſatis oratione conſequi poſſum. Itaque non ſolùm in hoc vulgari admodùm officij genere lubens Illuſtritati veſtræ gratificabor, verùm etiam ſi quod eſſe poſſit aliud obſequij ſeruitutis genus, quo magis animum erga illam meum teſtatum Illuſtritati veſtræ facere poſſim, hoc certò de me ſibi perſuadeat, quòd nullum in me addictiſſimi ſeruitoris officium requiri vnquam patiar. Quamobrem de ſtatu Concilij, quod hoc tempore ſcribam aliud non eſt, quàm apertum id eſſe 15. Kalendas Februarij, quod Eccleſiæ ſuæ felix, fauſtum, & fortunatum Deus eſſe velit, & habitam eſſe primam ſeſſionem ad 4. kalendas Martij: Alteri ſeſſioni diem eſſe dictam, 17. Kalendas Iunij. Quot verò hic Oratores adſint & Epiſcopi, è ſcheda præſentibus incluſa Illuſtritas veſtra cognoſcet. Ac adferebantur huc gratiſſimi nobis rumores, etiam Illuſtriſſimos Principes Electores Saxoniæ, & Brandeburgenſem, huc ſuos citò miſſuros, quibus vehementer fuimus exhilarati, niſi quòd ea de re certi nihil adhuc habemus. Deum autem precamur, vt & horum, & aliorum principum mentes in hanc voluntatem impellat, quò ſuos Oratores mittere ne recuſent, cùm cauſam recuſandi nullam habeant.

Nec enim aliud uos cupimus vehementius, nec aliam ob rem tam frequentes in hanc Germaniæ ciuitatem conuenimus, quàm vt quod infirmum eſt, conſolidare, quod ægrotum ſanare, quod confractum alligare, quod abiectum reducere, quod perierat, quærere poſſimus: non cum auſteritate imperando, & potentia, ſed in ſpiritu lenitatis omnes, qui voluerint inſtruendo, quò cognoſcant, nihil à nobis præter ſalutem ipſorum quæſitum eſſe. Quem ſuæ diſceſſionis à nobis fructum tulerint, non ſine magno ſuo periculo multi iam in Germania didicerunt. Nam vt reliquas calamitates taceam, quibus per hos annos quadragiuta grauiter afflicta fuit nobiliſſima hæc Prouincia, quo auctore primùm ab Eccleſia Dei diſceſſio facta eſt, is quemadmodùm ipſe Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic & ipſum à ſuis quotidiana conciſione diuidi videmus, vt vbicumque doctrina ipſius recepta eſt, ibi tot fides, quot voluntates, tot eſſe doctrinas, quot mores, cernere liceat. Et quemadmodùm præclarus quidam Eccleſiæ Doctor ſcripſit, poſteaquàm ita fides ſcribi cœptæ ſunt, vti volumus, aut ita vti volumus intelligi, tandem eò res redacta eſt, vt ibi exceſſum eſt ab ea fide, quæ ſola eſt, dum plures fiunt, ad id cœperint eſſe, ne vlla ſit. Quod etiam ipſimet queruntur non vno loco qui ſegregauerunt ſemetipſos, ad atheiſmum tandem apud pleroſque ventum eſſe.

Vidimus hic Ducum Vinarienſium librum, quo nouem, vidimus alium miniſtrorum Mansfeldenſium, quo ſectæ ſunt vndecim condemnatæ, quæ ferè omnes non aliundè, quàm à Luthero duxerunt origiuem. Ex his duobus libris cognouimus, Ienenſes & Manſ-

Digitized by Google

feldenſes miniſtros, non magis à nobis Chriſtianis, quos per contumeliam, vt ipſis videtur Papiſtas vocant, abhorrere, quàm à Wittembergenſibus, & Lipſenſibus, quibus viſum eſt in certis Doctrinæ Chriſtianæ capitibus, ab ipſis etiam Lutheri placitis non leuiter diſſidere, nec illius ſententiæ, quæ non alio loco, quàm quo Dei verbum à multis habetur, in omnibus ſubſcribere. An autem non præſtaret, ſi qua ſecta condemnanda eſt, vt id publicè totius Orbis decreto fieret potiùs, quàm in aliquo Saxoniæ angulo? Certè quod Catholicum eſſe debet, de eo nihil niſi in Eccleſia Catholica, quam Concilium Oecumenicum repræſentat, ſtatuere fas eſt: alioqui Catholicum dici non poterit.

Non eſt Wirtembergenſis fides noſtra, ſed neque Wirtembergenſis, neque Ienenſis, neque Tygurina, neque Geneuenſis, ſed eſt & vocatur Catholica fides, nuſquam vt aliquid ſtatuere de ea liceat niſi in eo Concilio, quod propterea vocatur Oecumenicum, quod ex vniuerſo Orbe Chriſtiano conuocantur ad id omnes, quotquot ſe Chriſtianos eſſe profitentur, vt quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. Vidimus & Flacci, & Galli, & Amſdorffij, & Vvigandi, & Heshuſij, & Matthæi cuiuſdam iniquiſſimi, ſeditioſiſſimique Iudicis, (qui ſceptro Magiſtratus potiùs coercendus, quàm ſtylo refutandus eſſet) conuicia & maledicta: quibus grauiſſimis afficiunt non miniſtros tantùm, verùm & principes Electores omnes, quamuis ſuppreſſis eorum nominibus: nec minùs illos, quàm nos, pro condemnatis habent, & eorum communione, conſuetudineque ſuis interdicunt.

Legimus & Philippi Melancthonis, (qui miſer, cùm ei Lutherus in pleriſque non ſatisfaceret, iuit de virtute in virtutem, & ex Lutherano factus eſt ad extremum Caluinianus,) graues querimonias de hoc mirabilium hominum genere, qui ſuo arbitratu damnant quidlibet, neque perſonis auditis, neque rebus diiudicatis, cum quibus nihil agi poſſe dicit. Cogunt, inquit, Concilia, quando, & vbi ipſis placet, atque vendicant ſibi maiorem, magis intolerabilem, & minùs excuſabilem auctoritatem ac poteſtatem, quàm Papa Romanus vnquam. Quæ quo tandem euaſura videantur, cogitent, inquit. Paulò ante verò ſcribit, quòd in Anarchiam euaſerint. An autem id verum ſit, ſcire meliùs poſſunt, quorum res oculis eſt ſubiecta, Quamquam & ego mihi videor animaduertiſſe quibuſdam in locis, vbi ſuaue Chriſti iugum per miniſtrum ſuum Pontificem Eccleſiam gubernantis excuſſum eſt, etiam principum iugum non ferè tolerari. Vidimus & Clebitij quemdam libellum, qui inſcribitur, Victoria veritatis, & ruina papatus Saxonici, contra Heshuſium ſcriptum, in quo Lutheranos ad Synodum, & ad diſputationem de præſentia, vel abſentia potiùs, vt ille ſentit, Chriſti Corporis, & Sanguinis in Euchariſtiæ Sacramento prouocat, ac eaſdem illis leges præſcribit, quas ipſi nobis Chriſtianis præſcribere conſueuerunt. Quorſum autem res redijt per Deum immortalem.

Putauit Lutherus euerſurum ſe Papatum Romanum, qui mille quingentis annis in Eccleſia Dei durauit, duraturus etiam iuxta Chriſti promiſſum, ad finem vſque ſeculi, ecce autem ipſius Lutheri papatum, quem vix dum annos quadraginta duraſſe conſtat in Saxonia, ſaluo Romano, iam euerſum priùs eſſe non temerè Sacramentarij gloriantur, cùm bona pars eorum, qui Lutheri fidem fuerant amplexi, reiecta ea, Zuinglij ſiue Caluini doctrinam ſit ſequuta. Ac plurimos in Germania videre liceat, qui de præſentia Chriſti Corporis in Euchariſtia non ſolùm ab Eccleſia Dei, verùm ab ipſius etiam Lutheri placitis diſceſſerunt, multoque nunc latiùs Caluini doctrinam propagatam videre licet, quàm fuit vnquam Lutherana. Quo libentiùs adduci deberent hi, qui dici volunt Confeſſionis Auguſtanæ, vt quibus de rebus inter ſe diſceptant, de his iudicium penès hoc Oecumenicum Concilium eſſe vellent. Et habituri hìc eſſent æquiores iudices opinione ſua. Vidimus Flacci ſupplicatorios quoſdam libellos, quibus inſtat, & vrget mirabiliter, vt in Germania, vel potiùs in Saxonia Synodus congregetur: à qua tamen arceri vult primum Chriſtianos omnes, quos illi viſum eſt vocare Papiſtas, deindè Seruetianos, Suenckfeldianos, Antinomos, Anabaptiſtas, & Oſiandrinos, neque ſibi cum alijs, quàm cum Synergiſtis, Maioriſtis, & Adiaphoriſtis rem eſſe vult, ac miras tragœdias excitat de Confeſſione Auguſtana, quam eſſe multis in locis mutatam, ac deprauatam quiritatur, neque dubitat alicubi falſi crimen impingere Philippo, quòd non magis Confeſſionem Auguſtanam, quàm ipſos etiam Lutheri libros plurimis in locis adulterauerit. Nec id ſine cauſa.

Nam contuli ego quoque aliquot exemplaria Confeſſionis Auguſtanæ, & ita ſe rem habere comperi: Nec vlla mihi viſa eſt propiùs accedere ad eam, quæ fuit Auguſtæ oblata Chriſtianiſſimo Imperatori Carolo, cuius memoria in benedictione eſt, quàm ea, quæ Flacci opera Ienæ Typis eſt excuſa, & extat in librorum Lutheri tomo quarto. Cùm itaque de confeſſionis etiam ipſius Auguſtanæ fide inter iſtos diſceptetur, quam toties mutatam, & deprauatam eſſe, non modò Zuingliani ſiue Caluiniani, verùm & ipſi vociferantur veri Lutherani, qui cothurnum quemdam eam appellant, vtrique pedi aptum, cùm auctor ipſius, qui ſuis eam conſcripſit manibus, & in alijs multis, & in eo, quod præcipuum eſt Chriſtianæ doctrinæ caput, de præſentia Chriſti Corporis, & Sanguinis in Euchariſtia, non ab Eccleſia modò, verùm & à ſeipſo, & à magiſtro ſuo Luthero diuerſum ſentiat, & cum Caluino conſentiat, nonne ſatius foret, vt de hac Confeſſione, quid in ea rectè recipi poſſet, quid non, huic Oecumenico potiùs Concilio iudicandi poteſtatem iſti permitterent, eique ſe ſubijcerent, quàm vt vnius hominis arbitrio toties mutata tantam ipſis etiam Lutheranis de ea diſceptandi, & altercandi materiam præberet? Mihi verò ſi cuiuſquam alterius, certè Lutheranæ ſectæ, vel maximè videtur intereſſe, doctrinam vt ſuam ſiue Confeſſionem huic Oecumenico Concilio diiudicandam permittat: quandoquidem non ſolùm per Sacramentarios ea nonnullis locis vehementer oppugna-

gnatur; ac propemodùm expugnatur, verùm etiam ipſorum Lutheranorum inter ſe mutuis diffidijs extinguitur. Cuperet Flaccus hoc iudicium in Saxonia fieri: cur autem non ibi potiùs, vbi totus congregatur Orbis Chriſtianus? Scilicet, Saxonica fides condenda, & non Catholica potiùs nobis eſt retinenda.

Certè magis ex vſu, magis etiam ex dignitate foret Principum iſtorum, vt controuerſias iſtas miniſtrorum ſuorum, eorum iudicio potiùs diſceptandas permitterent, quos pro legitimis iudicibus agnoſcunt, & Dominus eorum Cæſarea Maieſtas, & quotquot ſunt alij per Orbem vniuerſum Chriſtiani, & Orthodoxi Reges, & Principes, quàm vt vel Flacco ſe, vel Gallo, vel qui ſunt eiuſdem farinæ, ſubmitterent. Neque dubitare debent, quin Patres hos multò eſſent æquiores habituri, quàm illos, neſcio quos. Eſſet hìc non magis cognoſcendi locus, idque tolerabilioribus conditionibus, quàm quas præceptoribus ſuis proponit Flaccus. Et cùm in Symbolo profiteamur omnes, credere nos ſanctam Eccleſiam Catholicam, nonnè magis velle deberent Catholicam confeſſionem habere Principes iſti, quàm vel Saxonicam, vel Auguſtanam, vel neſcio quam aliam? Iàm enim non modò Prouinciæ, verùm & Ciuitates ferè ſingulæ, proprias & priuatas ſuas confeſſiones adferunt.

Qua de re vbi ſtatui poteſt meliùs, quàm in hoc Oecumenico, quod Catholicam Eccleſiam repræſentat, Concilio? Quamobrem quod ſua ſponte facturam illuſtritatem veſtram non dubito, maiorem in modum ab illa peto, vt inſtare velit apud Principes iſtos Germaniæ, & eis perſuadere, quos præſertim habet aliqua ſibi propinquitate, familiaritateque coniunctos, vt ſuos huc Oratores, primo quoque tempore mittant. Audio, quòd non ità pridem Illuſtriſſimi Domini Marchionis Brandeburgenſ. Electoris filia nupſit Illuſtritatis veſtræ filio, quod illi matrimonium feliciter euenire cupio.

Cùm autem is non alienus ab Eccleſia Catholica ſit viſus, promiſerit etiam proximè ſuperiori anno Nuncio Apoſtolico ſe ſuum huc Oratorem miſſurum, facilè perfecerit apud illum Illuſtritas veſtra, auctoritate vt præſtet, quod promiſit. Scio non defuturos, qui dehortentur Illuſtritatem eius ne faciat, vel hanc ſolam ob cauſam, quòd à Pontifice Romano Concilium hoc eſt indictum, cuius iugum excuſſum ab omnibus cuperent: nec alia de re magis laborant, quàm vt nomen illius, quàm maximè odioſum, & inuiſum reddant omnibus, quòd ſublato gubernatore, faciliùs circà Eccleſiæ naufragium graſſari ſe poſſe perſuaſum habent.

Sed quis tandem eſt, qui poſſet, præter hunc, Oecumenicum Concilium conuocare? Nihil iam de eo dicam, quòd ſemper hæc fuerit Eccleſiaſtica regula, iam indè à mille trecentis, & ampliùs annis, ne præter ſententiam Romani Pontificis Concilium vllum celebrare liceret. Fingamus licere, vt alius quiſquam indicet. Quis erit ille, qui poſſit hoc præſtare? Num Imperatoria Maieſtas? Eſt quidem is Regum omnium, & Principum Excellentiſſimus, verùm nec à Gallis, nec ab Hiſpanis, nec ab Anglis, nec à Polonis, nec à multis alijs eo loco habetur, vt ei tamquam ſuperiori, dicto audientes eſſe velint, qui Regnorum, horum, & aliorum, gubernacula tenent. Contrà verò, Pontifici Romano libenter hunc honorem habent, & ipſa Maieſtas Imperatoria, & omnes Reges, & Principes, quotquot Catholici, & Orthodoxi cenſeri volunt, vt eum tamquam ſuperiorem agnoſcant, & ei debitam reuerentiam, & obedientiam præſtent, atque ab eo vocati, vel ipſi veniant ad Concilium, vel ſaltem ſuos Oratores mittant. Quod iam à pleriſque factum eſſe, ex ea, quam Illuſtritati veſtræ mitto, ſcheda cognoſcet.

Cùm itàque vel ipſa luce ſit clariùs, quòd Oecumenicum Concilium nemo poſſit alius congregare præter Pontificem, cùm ſuos ad illud Oratores Imperatoria Maieſtas, iam ablegauerit, qui ſubiecti ſunt illi Germaniæ Principes, cur id facere detrectent, quod ab Imperatore, & Domino ſuo factum iam eſſe vident? Nihil honori ſuo detrahi perſuaſum habet Maieſtas Imperatoria, quin aliqua potiùs illum acceſſione cumulari credit, ſi gloriam hanc Deo det, vt quem illi viſum eſt ſuum in terris Vicarium conſtituere, debitam ei reuerentiam tribuat. Et certè nulla res eſt, in qua piorum Principum, vel fides magis exerceatur, vel Chriſtiana quædam humilitas, qua nihil Deo gratius eſt, clariùs eniteſcat, quàm cum non hoc ab illis attenditur, quis ille ſit, quem in Petri Cathedra Deus collocauit, cùm fieri quandoque poſſit, vt eadem qua cæteri præditus infirmitate, nec vitæ prorſus inculpatæ, nec omnibus his rebus, quibus libentius homines honorem quendam, & venerationem tribuunt, ſi ſatis inſtructus, verùm id ſolùm ſpectatur, quòd Chriſti Vicarius, quòd Petri legitimus ſucceſſor eſt, vt honos omnis non ad hominem, qui & infirmus eſt, & ſuis ipſe ſæpè vitijs non caret, verùm ad ipſum Deum referatur, per quem in iſta Cathedra collocatus eſt.

Nec in homine fiduciæ quicquam ponitur, quod qui facit, eum Propheta maledictum eſſe dicit, ſed in ſolo Domino, qui poteſt per quamlibet indignum peccatorem, contra ſpem etiam, & expectationem multorum, ea præſtare, quæ maximum ipſius Eccleſiæ fructum adferre queant, quò ſic perſpicuum fiat omnibus, non id hominibus virtute contigiſſe, verùm excelſi dextra factum eſſe. Quam itàque Deo gloriam dat Imperatoria Maieſtas, & eius exemplo cæteri Reges, & Principes Chriſtiani, cur eandem gloriam Deo non dent, etiam ſubiecti Maieſtati illius Germaniæ Principes, vt ipſi per miniſtrum ſuum Pontificem ad Concilium eos vocanti pareant, & ſuos huc Oratores primo quoque tempore mittant? Dicant illi quicquid volent, vnus vt Eccleſiæ præſit neceſſe eſt, ſi debet vnitas in ea retineri. Et quàm verum ſit illud, quòd non aliundè ſchiſmata, & hæreſes obortæ ſunt, quàm indè, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur, non iam in Cypriani tantùm libris legimus, verùm etiam in his, quæ facta ſunt in Germania, oculis ipſi noſtris cernimus.

Excuſſiſſe quidam ſibi videntur iugum Pontificis, quid autem ex eo conſequutum eſt? Tot fides, quot voluntates, & pro vno Papa, multos iam eſſe nacti videntur.

Nolo iam dicere de his, qui Caluini verbum, pro Dei verbo ſunt amplexi, quemadmodum hi querantur de illis, qui Lutheri potiùs, quàm Caluini verbum, tamquam Dei verbum adorare malunt, quòd non ſuſtulerint, verùm ad ſe pertranaerint Papæ tyrannidem, proque ligneo iugo Papa collo excuſſo, ferreum ab illis impoſitum ſit? Nihil itàque dicam de Sacramentarijs, quibus nihil eſt impurius, an autem ad eundem modum de ſe mutuò non querantur Lutherani? Quàm grauiter ferat Philippus, quòd maiorem, magiſque intolerabilem, & minùs excuſabilem auctoritatem, ac poteſtatem, quàm Papa Romanus vmquam, ſibi vendicent Flaccus, & Gallus, paulò antè commemoraui. Nunc audiat Illuſtritas veſtra, quid viciſſim de Philippo præceptore ſuo, quamuis ſuppreſſo illius nomine, ſcribat Gallus.

Eſt verò id muneris, & officij mei, haud ſecùs, atque illorum, vt veritati patrociner, & ei contradicentes reprehendam, qualeſcumque demùm ſint illi, etiamſi ſit Angelus è Cœlo. Adeòque perſuaſum habeo, hoc ipſo plus me eis honoris, & beneficij deferre coram Deo, dum illos culpito, ſuorum errorum admoneo, atque ad pœnitentiam eos inuito, quàm illos ipſos adulatores, & palpones omnes, qui ſua adulatione illos in erroribus confirmant, atque in pœnitentia detinent. An verò perſuaſum habent eiuſmodi ſe eſſe præceptores, vt ipſorum dictis omnibus neceſſe ſit fidem commodare diſcipulos? aut id genus ſanctos, qui errare non poſſint? Atqui ſanè, nec apud Ethnicos quidem nouum iſthuc eſt, vt interim diſcipulo diuinitùs veritas pateſacta ſit, atque etiamnum pateſieri poſſit præ illius præceptore, in qua etiam non debitet à ſuo diſſentire Magiſtro. Vnde illa nata eſt ſententia, amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas. Atque ante illos quidam inſigni prediti ſanctimonia errauere, & in errorem alios induxere.

Tùm quoque neceſſe eſt Lutherum itidem, vt ſinant adhùc eſſe præceptorem, & præceptorem omnium præceptorum Chriſtum, à quibus ipſi defecerunt, quemadmodum in hoc omnis noſtra ſuperior diſputatio acquieſcit: Quibus ipſimet iam preceptoribus ſeſe opponunt, planèque ingratos declarant pro veritate manifeſtata. Pergunt interim, mittuntque in errorem, & mittuntur, idque ſub preceptorum titulo, perindè vt olim Iudei ſub legis, & Pontificij ſub Eccleſię titulo.

Atque illi lepidam hanc, & ſetiam collationem (à Doctore, tenebat tantummodò) accipiant, qui ſic dicere ſolitus erat, eſtque ſanè ſalutaris oratio, quam operępretium ſit non ignorare modò Chriſtianos pro ſui fida commonitione. Quemadmodum Iudęi, ait, clamabant, Templum Domini, Templum Domini, & Papiſtæ hactenùs clamitarunt, & neque dum clamitare deſinunt, Eccleſia, Eccleſia, ità nimirùm etiam noſtri iam crepitant Magiſtri, & Scholaſtici Vittembergenſes: neque ex ipſo fundamento, quicquam norunt aliud, niſi preceptores, preceptores. Interim preceptoris Chriſti, cui teſtimonium reddit Deus, Hic eſt filius meus, ipſum audite: tùm quoque preceptoris Lutheri, cui & ſcripta, & opera teſtimonium afferunt, diuinitùs illum ceu proſtemum vltimi temporis huius Eliam Eccleſiæ, & doctrinæ reformandæ excitatum horum, inquam, preceptorum, tùm Papiſtas, tùm Adiaphoriſtas magna cœpit obliuio.

Huc etiam illud pertinet, quòd nos nouos Pontifices, ſiue Papas, & Eccleſiæ reformatores criminantur. Atqui verò iſthuc ipſum in illos equidem quadrare puto. Vt enim Romanus Pontifex id ſibi arrogat, ſe errare non poſſe, ſe eſſe vniuerſalem totius Eccleſiæ Epiſcopum, quicquid ipſe dicat, & ſtatuat, id valere oportere, & mera eſſe diuina oracula, de quibus nemini ambigere, nec cuiquam contradicere fas ſit, idque eò, quòd Cathedræ Petri ipſe heres ſit, aut eſſe velit, haud aliter profectò Witembergenſes ſeſe comparant, dum, Lutheri & ſpiritus eius ex ſede heredes eſſe volunt, cuius tamen ſpiritus, vt iam cœptum, tantumdem propemodum apud illos reſidere videatur, quantum ſpiritus Petri Romæ apud Pontificem, Cardinales, Epiſcopos, & illorum gregem, &c.

Nec pauca eiuſdem generis apud Flaccum, & Amſdorfum reperire licet, niſi quod omnia nunc in medium adferre, neceſſe non eſt. Hoc tantum oſtendere volui, poſteaquam Papæ iugum excuſſum eſt in Germania, multos ibi natos eſſe Papas, & eos magis intolerabiles, ſi quid Philippo credimus, quàm fuit vllus vmquam Papa Romanus. Indè ſunt iſtæ ſectæ, tàm inter ſe mirabiliter diſſectæ, dum quiſque ſe pro Papa gerit, dum quiſque, quod ipſe docet, id tamquam Dei verbum ab omnibus adorari vult, vt iam tot habere Germania Deos videatur, quot habet nouæ doctrinæ magiſtros, dum vniuſcuiuſque eorum verbum, tamquam Dei verbum, & Chriſti recipit Euangelium (ſic enim doctrinam ſuam appellari volunt.) Nec erit ſectarum iſtarum finis vllus, niſi priùs eò redeatur, vnde diſceſſum eſt. Incidi nuper in libellum quendam Ioannis Spangembergij, quem edidit anno proximo ſuperiore, cuius inſcriptio hæc eſt:

Verax narratio beneficiorum, per Diuum Martinum Lutherum, piæ memoriæ, præſertim Germaniæ diuitus præſtitorum, & deteſtandæ ingratitudinis erga eiuſmodi ingentia beneficia, & munera, &c.

Inter alia Lutheri beneficia, numerat & hoc, quòd Antichriſtum reuelauerit. Quòd ſi nihil aliud feciſſet, vel hoc ſolo nomine dignum eum fuiſſe ſcribit, cui ſummus honos haberetur. In fine verò libelli prophetias quaſdam (ſic enim vocat) ex libris Lutheri congerit, inter quas ponit, & hanc de fructibus reuelati Antichriſti.

Vetus verbum eſt, & à multis Doctoribus repetitum, quòd poſt reuelationem Antichriſti, tàm erunt homines feri, quòd iam deinceps nollent Deum agnoſcere, nec vllam illius rationem habere, ſed iuxtà ſuam quiſque voluntatem faciet, quicquid Diabolus, & caro ſuaſerit. Hoc tempus iam impletum videmus. Poſteàquam enim admirabili qua-

dam,

dam, & ſingulari Dei gratia Antichriſtianiſmi, ſiue Papatus horrenda mendacia, ac doli, deceptioneſque manifeſtatæ ſunt, incipiunt iam homines nihil ampliùs credere, & poſteàquam à vinculis Papatus ſe liberos eſſe vident, volunt etiam eſse liberi, & ſoluti ab Euangelio, & à præceptis Dei, & volunt, vt deinceps rectum ſit, & iuſtum, quicquid vnicuique viſum fuerit.

Obſecro diligenter Illuſtritas veſtra ſecum expendat hæc verba. Nec enim verius fuit, quod Chaiphas, olim dixit, quàm quod nunc hic Pſeudo-propheta ſcribit. Quamuis enim falsò Papatum vocet Antichriſtianiſmum, cùm hic ſtatus, qui nunc eſt in multis Germaniæ locis, multò ſit hoc nomine dignior, hoc tamen veriſſimum eſt, quòd poſteaquam Chriſti ſuaue iugum per Papam Eccleſiam ſuam gubernantis excuſſum, & ipſum Papam Antichriſtum eſſe falsò perſuaſum eſt plurimis, & Chriſti iugum ſimul eſt excuſſum, ac eò res redacta (proh dolor) quòd qui diruperunt vincula Papatus, ijdem illi nec Euangelij, nec Dei præceptorum vinculis vllis alligati iam eſſe volunt, ac diruptorum vinculorum fructum hunc ferunt, vt iam deinceps nihil credant, & faciat quiſque, quod ſibi videtur. Qua de re requeritur etiam Hieronymus Menczelius, cuius libellum de Paſtoribus legi, eodem illo anno impreſſum Islebeij, quàm iſti nouam Bethleem eſſe volunt, in qua nouus Chriſtus natus ſit, vel Antichriſtus potiùs. In cuius libri præfatione ſunt hæc verba:

Poſteàquam per ſanctum Euangelium à Papæ tyrannide, & poteſtate liberati ſunt, & aſſuerunt omnes illius conſtitutiones reijcere, progrediuntur vlteriùs, & volunt prorsùs eandem conſuetudinem in alijs quoque rebus omnibus, ſiue ſint bonæ, ſiue malæ, retinere. Volunt eſſe liberi, nec à quoquam prohiberi, quominùs arbitratu ſuo viuant, haud aliter, quàm ſi Euangelium eſſet talis doctrina, quæ vnicuique concedat poteſtatem faciendi, quòd illi placet, quæ nullum ordinem, nec vllam diſciplinam ferre poſſit. Quod ſi quis eis reſiſtere fuerit auſus, eò veniunt audaciæ, vt non ſolùm odia ſuſcipiant erga ſuos prędicatores, & eos contumelijs afficiant, verùm etiam pro virili ſua tyrannicè perſequantur. Ac ſi quem volunt ordinem prædicatores conſtituere, ſtatim vim eſſe dicunt minimè Chriſtianam, & nouationem quandam, & introductionem veteris Papatus, per quam prædicatores propriam ſuam poteſtatem, & dominationem in commiſſum ſibi gregem ſtabilire velint. Qui ſi pergant vgere exequutionem eorum, quæ conſtituerunt, non ſolùm conuicijs afficiuntur, verùm etiam ad extremum expelluntur.

Neque diſſimilia quęritur Heshuſius in eo libello, quem, & ipſe de Paſtoribus ſcripſit. Videt igitur Illuſtritas veſtra, quo loco ſit Germaniæ ſtatus, poſteàquam ea multis in locis Papæ iugum excuſſit: quod commutatum, non excuſſum eſſe videtur, cùm alio cuiuſuis potiùs, quàm Chriſti, multò grauiore iugo, pręmatur. Accuſat autem Spangembergius in eo libello, ex quo paulò antè nonnulla produxi, non Chriſtianos, quos ipſe vocat Papiſtas, verùm illos ipſos accuſat ingratitudinis, qui Lutheri verbum, tamquam Chriſti verbum quadraginta his, & ampliùs annis adorarunt, Wittembergenſes potiſſimùm, Lipſenſes, & qui ſunt ſub Duce Wittembergenſi. Hos igitur grauiter accuſat, quòd acceptorum à Luthero beneficiorum immemores, auſi fuerint in decem, aut vndecim doctrinæ capitibus ab ipſius doctrina, quam purum Dei verbum eſſe perſuaſum omnes habere cupit, diſcedere, quodque hi eum elogijs ornauerint.

Vocant eum Philautum, ideſt, eiuſmodi hominem, qui non niſi de ſe vno præclarè ſenſerit, ſibi vni plurimum tribuerit, cuique arriſerit, præterquam, quod ipſe dixiſſet, & feciſſet. Appellant iterùm Philonicum, & Eriſticum, ideſt, hominem vſque adeò rixoſum, vt ſemper ſuam tueatur ſententiam tanquam æquam, nemini quicquam concedere, nulli cædere velit, ſuam dumtaxat aucupetur gloriam, nec quenquam præter ſe ferre ſuſtineat.

Itemque Doctorem Hyperbolicum, puta, qui ex culice poſſit efficere camelum, qui mille iactitet, & vix quinque cogitet: effutiat quicquid in buccam venerit, flocci pendens num, vel verum, vel falſum ſit quod dicit: denique, qui duplo plus aſſerat, quàm ipſa habeat rei veritas. Nuncupant etiam illum Polypragmenicum, qui ſe procaciter, & petulanter negotijs omnibus, immiſceat, qui plura ſibi expedienda ſumat, quàm ipſius poſcat prouincia, rebuſque quæ tamen nihil ad illum pertineant, ſeſe ingenerat. Tùm quoque ingenij oſtentatorem eum nominant, qui non niſi ingenij acumen pręter neceſſitatem oſtentare, ſeſeque venditare voluerit. Sed & Stoicum, durum capitonem, qui non niſi ſuo vixerit cerebro, atque alios tyrannica continuerit, & prętlerit ſeruiture. Denique Somniatorem eum vocant, & proh dolor, miſerandum in modo iſthæc coquunt, atque permiſcent, &c.

Quod ſi diſcipulorum Lutheri tale de Luthero fuit indicium, & certum eſt, non deeſſe quoſdam etiam Principes, qui Melanchthonis doctrinam ſibi potiùs amplectendam eſſe putant, quàm Lutheri, ac rectè ab eo factum exiſtimant, quòd non in omnibus cum Luthero conſenſerit, ſed in quibuſdam ad nos Chriſtianos, in alijs verò nonnullis dogmatibus ad Zuinglianos, ſiue Caluinianos deflexerit, vel hæc ipſa res calcar addere poſſet Germaniæ Principibus, vt ne vel Spangembergij, vel Illyrici indicio de doctrina Lutheri ſtare, ſed eam Oecumenico potiùs Concilio diſceptandam permittere vellent. Sic enim, & diſſidia, quæ ſunt inter miniſtros eorum, tolli faciliùs, & ipſi Principes ad agnitionem veritatis redire celerius poſſent. Sic autem in eodem illo libello de Luthero ſcribit Spangembergius, vt eum exæquare Chriſto videatur, nec alio ferè loco, quàm quo ſcripturas Canonicas, eius libros haberi velit. Accuſant nos idololatriæ;

Poteſtne autem eſſe maior, ac manifeſtior idololatria, quàm ſit hæc, vnius alicuius hominis verbum, in quo nec doctrina excellens, nec vlla eſt vitæ ſanctimonia, tanquam Dei verbum recipere, & coram illo incuruari, ac ſi quis ab eo diſceſſerit, eum è cœtu ſuo eijce-

cere? vtinam vellent iſti Principes memores eſſe verborum, quibus in Propheticis,& Apoſtolicis literis idola fugere mouentur, & cùm intelligant, nihil aliud eſſe, quàm mera quędam idola, Lutherum, Philippum, Flaccum, Brentium, temis, quod aiunt, & velis illa fungerent, deque eo, quæ doctrina Verbum Dei cenſeri debeat, pœnes Eccleſiam Catholicam, quam Concilium Oecumenicum repręſentat, iudicium eſſe mallent, quàm pœnes Flaccum, vel Brentium, vel neſcio quos alios Saxonicos miniſtros. Etiam extrà Saxoniam leguntur, & intelliguntur ſcripturæ, & rectiùs ibi iudicari poteſt, qui ſit germanus ſcripturæ ſenſus, vbi totus Orbis conuenit in Chriſti nomine, quàm in paucorum conuenticulo. Quod Catholicum dogma cenſeri debet, in Eccleſia Catholica debet approbari: quam fruſtrà ſe credere in ſymbolo profitentur, qui malunt vnius alicuius priuati hominis, aut etiam paucorum in angulo aliquo conuenientium, ac diuerſum ab illa ſtatuentium, quàm illius ſententiam ſequi. Sæpè iam periculum fecerunt, multa ſunt inter eos colloquia, multa ſunt habita conuenticula. Quid autem aliud lucrifecerunt, quàm quod magis ex illis incerti, quàm fuerant antèà, diſceſſerunt, magis etiam inter ſe pugnantes? Huc itàque ſuos mittant potiùs Principes: hic quæ doctrina cum verbo Dei conſentiat, quæue cum illo pugnet, doceri velint. Nàm ſicut in miniſtrorum ſuorum conuenticulis, ſiue, vt ipſi vocant, colloquijs iam experimento didicerunt, quòd miſcuit Deus in medio eorum ſpiritum vertiginis, vt errare facerent Ægyptum in omni opere ſuo: ità pręſentem hic adeſſe Spiritus ſancti gratiam cognoſcerent. Non erit hic Deus ille diſſenſionis, qui regnat in locis, vbi ſuaue Chriſti iugum, per miniſtrum ſuum Pontificem Eccleſiam gubernantis, excuſſum eſt, ſed erit Deus pacis, & dilectionis, qui faciet vtraque vnum, & per diuerſitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregabit.

Quod ità eueniat, ſupplices miſericordiam illius implorabimus. Hæc ergo propterea pluribus Illuſtritati veſtræ ſcribenda putaui, vt ſi viſum illi fuerit, communicet cum Illuſtriſſimo Principe Domino Ioachino Electore Braudeburgenſi, qui non alienus à nobis eſſe videtur: Quo nomine Illuſtritatem illius plurimum obſeruo: præcipuè cùm & ipſe, ſereniſſimi Regis, & Domini mei ſororem in matrimonio habeat, quam conſtanter in fide Catholica perſeuerare, non ſine magna animi mei voluptate audio. Sed quod ab ea defeciſse, & in aliud neſcio, quod Euangelium translatus eſse dicitur filius eius Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ingentem ex eo dolorem accipio, neque poſſum tamen adhùc animum inducere, vt credam factum id ab eo fuiſse. Quęſo Illuſtritatem veſtram, velit ea de re me certiorem reddere, & apud quoſcumque Germaniæ Principes aliquid auctoritate valet, præcipuè verò apud affinem ſuum Illuſtriſſimum Dominum Marchionem Electorem, efficere conetur, vt ſuos huc Oratores primo quoque tempore mittat. Nàm quòd ipſa facturu ſit hoc Illuſtritas veſtra, omni prorsùs cunctatione ſemota, mihi quidem dubium non eſt. Pręclarè merebitur de matre ſua Eccleſia, ſi quàm plurimos in eandem voluntatem impulerit, & cùm apud homines laudem, tùm apud Deum ingentem ex eo gratiam conſequetur. Qui vt Illuſtritatem veſtram pro Eccleſiæ ſuæ defenſione, quam diutiſſimè ſeruet incolumem, & felicem, diuinam illius Maieſtatem ſupplex oro, meque gratiæ illius commendo. Datum Tridenti 24. Die Martij, Anno Domini 1562.

Illuſtritatis Veſtræ

Seruitor deditiſſimus
Stanislaus, Card. Varmien.

EIVS-

EIVSDEM AVCTORIS.

DE CONCILIIS OECVMENICIS.

CAP. XXIV.

Quòd Concilium Oecumenicum Eccleſiam Catholicam repræſentat.

NEque verò dubitare debet quiſquam Chriſtianus, quin Concilium Oecumenicum legitimè congregatum Eccleſiam Catholicam repræſentet. Quamobrem, quod ab illo ſtatuitur, ab Eccleſia ſancta catholica ſtatuitur. Quod etiam Auguſtinus indicat, cùm plenarij Concilij ſententiam totius Eccleſiæ conſenſionem vocat. Et antè eum Athanaſius: Ea, inquit, cauſa fuit, cur vniuerſus Orbis in Concilium coiret. Vniuerſum Orbem vocat trecentos decem, & octo Patres in Concilio Nicæno congregatos. Et in octaua Synodo, quæ quarta fuit Conſtantinopolitana, Bahanis Photium ſic alloquutus legitur: Loquere Domine Photi, totus Mundus hìc eſt. Totum mundum vocauit Synodum Oecumenicam.

Quoniam igitur Eccleſia Spiritu ſancto regitur, in his, quæ pertinent ad fidem, errare nullo modo poteſt. Qui itàque non credit Oecumenico Concilio, qui non acquieſcit in eo, quod ab illo definitum eſt, ſed in dubium reuocare conatur, denuoque diſceptari vult de his, quæ ſemel illius iudicio terminata, rectèque conſtituta ſunt, non credit Sanctam Eccleſiam Catholicam: Spiritui Sancto per os illius loquenti repugnat: atque ideò Catholicus, aut Chriſtianus dici non meretur: ſed habendus eſt, iuxtà Matth. 18. Chriſti præceptum, tanquam Ethnicus, & Publicanus. Præclarè Leo Pontifex epiſt. 78. Quæ patefacta ſunt quærere, quæ perfecta ſunt retractare, & quæ ſunt definita conuellere, quid aliud eſt, quàm de adeptis gratiam non referre? & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Quamobrem non ſunt audiendi, qui denuò de his referri volunt, de quibus decreta Conciliorum interceſſerunt. Quid enim? Superiorum Conciliorum actis reſciſſis, an non ingens diſciplinæ, Religionis, & Inſtitutorum perturbatio, neque mediocris rerum diuinarum, & humanarum omnium eſſet confuſio ſequutura? Quid fide noſtra incertiùs? quid inſtitutis mutabiliùs? quid Eccleſiæ ſtatu futurum eſſet perturbatiùs? Quis tandem quærendi? quis diſputandi finis eſſet expectandus?

Exoptatur Concilium ab omnibus. Quis autem erit eius vſus? ſi poſteaquàm decretum in eo quicquam fuerit, poſt aliquod temporis interuallum de eo, quod ſemel eſt decretum, diſputare, atque illud reſcindere, vel ſaltem in dubium reuocare licebit? Quid aliud hoc fuerit, quàm efficere, vt ſemper fluctuent hominum conſcientiæ, ſi nihil pro certo, & indubitato habuerint? vt poſſit Paulinum illud dici: Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Poſtulabatur hoc priſcis etiam temporibus ab Arrianis, vt quibus de rebus Nicænæ Synodi decretum interceſſerat, de his denuò diſceptare liceret: verùm Decretum eſt à pijs, ſufficere debere Nicænæ Synodi decreta: nec in illis quicquam deinceps curioſè diuexandum eſſe. Cùmque nouam quandam ſcripturam de fide (quam nunc vocant confeſſionem) Valens, & Vrſatius produxiſſent: iuſſit Synodus, & aliarum hæreſum, & Nicæni quoque Concilij expoſitionem legi: vt alijs hæreſibus damnatis, Nicænis Decretis conſentirent: & in poſterum nemo de iſtis conquereretur, aut Synodum efflagitaret, ſed præteritis contentus eſſet. Abſurdum enim eſſe, quaſi iàm primùm credere incipientes talia conſcribere, & præcedentium temporum traditionem traducere, qua vſi tàm ipſi, quàm maiores, Eccleſijs præfuiſſent. In Chalcedonenſi verò Concilio non permiſſum eſt itidem in Decreta Nicænæ Synodi inquiri: quin clamauit Sancta Synodus: Si quis retractat, anathema ſit. Si quis ſuper iſta inquirit, anathema ſit. Maledictus, qui addit. Maledictus, qui aufert. Maledictus, qui innouat. Ibidem cùm eſſet propoſita Leonis epiſtola, nihil aliud quæſitum eſt, quàm illud: Num expoſitionibus trecentorum octodecim Sanctorum Patrum, & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim, & in Epheſino Concilio à Sanctiſſimo Epiſcopo Cyrillo expoſitæ fidei concordaret. Cùmque omnes Epiſcopi concordare dixiſſent, ità ſtatim recepta eſt, vt qui contrà ſentirent, pro hæreticis haberentur. Hoc eſt, quod ab Athanaſio quoque ſcriptum legimus: Quæ nunc à tot, ac talibus Epiſcopis probata ſunt, ac Decreta, clarèque de-

demonſtrata, ſuperuacaneum eſſe denuò reuocare in iudicium, nemo non confitebitur: ne ſi nunc quoque examinetur, & denuò iudicentur; ac rurſus examinentur, atque iterum, in infinitum exeat iſta curioſitas. Leo quoque Pontifex epiſt. 63. Quotieſcumque diuina gratia adminiſtrante, illos qui foris ſunt, foure doctrinæ, aut ſubmergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus Sancti diuinitas in Chalcedonenſi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrumque hoſtem nouellæ perfidiæ ſermonem noſtrum cum omni cautela libremus: non iàm, quod abſit, tanquam de dubijs diſſerentes,
Idem Epiſt. 78.
ſed auctoritate ſua, quæ benè definita ſunt, adſtruentes. Et iterum: Prænoſcat, inquit, pietas veſtra venerabilis Imperator, hos quos ſpondeo dirigendos, non ad confligendum cum hoſtibus fidei, nec ad certandum contrà illos, à Sede Apoſtolica profecturos: quia de rebus, & apud Nicæam, & apud Chalcedonam ſicut Deo placuit definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia, & infirma ſint, quæ tanta per Spiritum Sanctum fixit auctoritas.

Extat Valentiniani Imperatoris, ſimul & ipſis collegæ Martiani edictum, in quo Decreta Synodi Chalcedonenſis rata ab omnibus haberi volunt: vbi his verbis vtuntur: Ceſſet igitur iàm prophana contentio. Nam verè impius, atque ſacrilegus eſt, qui poſt tot Sacerdotum ſententiam opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippè dementiæ eſt, in medio, & perſpicuo die commentitium lumen inquirere. Quiſquis enim poſt veritatem repertam aliquid vlterius diſcutit, mendacium quærit. Neque itàque, vel Clericus, vel Militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis de fide Chriſtiana publicè turbis adunatis, & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hinc tumultus, & perfidiæ occaſionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contendit, cùm ea, quæ nunc de fide Chriſtiana ſtatuta ſunt, iuxtà Apoſtolicas expoſitiones, & ſtatuta Sanctorum Patrum trecentorum decem, & octo, & centum quinquaginta, definita eſſe noſcuntur. Nam in contemptores huius legis pœna non deerit, quia non ſolùm contrà fidem benè compoſitam veniunt, ſed etiam cum Iudæis, & Paganis ex huiuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria. Quibus verbis etiam ad Palladium ſcribens Martianus vſus fuiſſe videtur, ſicut in codicem Iuſtiniani relatum eſſe legimus.

Eſt & aliud edictum Martiani ad Conſtantinopolitanos, vbi dicit: Admonuimus vniuerſos, vt de Religione diſputare deſinerent: quoniam vnus, & alter tanta ſecreta inuenire non poteſt, maximè cum ſummo labore, & ampliſſimis orationibus tot venerabiles Sacerdotes, niſi Deo, vt credendum eſt, auctore, ad indaginem veritatis non potuerint peruenire. Leonem quoque Pontificem ſequutus Gelaſius: Patres, inquit, noſtri Catholici docti Pontifices in vnaquaque hæreſi: quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholica, atque Apoſtolica ſecundùm ſcripturarum tramitem, prædicationemque maiorum, facta ſemel congregatione ſanxerunt: inconuulſum voluerunt deinceps, firmumque conſtare: nec in eadem hac cauſa denuò, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recentiori præſumptione permiſerunt, ſapientiſſimè prouidentes: quoniam ſi Decreta ſalubriter, cuiquam liceret iterare, nullum prorsùs contrà ſingulos errores ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper ijſdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Neque diſſimilia leguntur apud Symmachum ad Cæſarium Dardaniæ, & apud ſucceſſorem eius Hormiſdam ad Epiphanium ſcribentem. Quos ſequutus Gregorius, quatuor Concilia, quæ ſuam ætatem præceſſerant, ſicut Sancti Euangelij quatuor libros ſe ſuſcipere, & venerari fatetur, quorum fidei ſi quis addere, vel adimere aliquid præſumpſerit, eum anathemate ferit. Cunctas, inquit, perſonas, quas illa reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector. Quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit, aut ſoluere, quos ligant: aut ligare, quos ſoluunt. Quod antè Gregorium feciſſe quoque Theodoſium Cœnobiarcham, auctor eſt Symon Metaphraſtes. Cùm enim ſuggeſtum is conſcendiſſet, in quò ſolent legere Sacerdotes. Si quis, inquit, quatuor ſanctas Synodos non tanti eſſe æſtimat, quanti quatuor Euangelia, ſit anathema. In quam ſententiam ab Agathone quoque nonnulla ſcripta ſunt ad Conſtantinum Imperatorem, ſicut in actione quarta ſextę Synodi Conſtantinopolitanæ legitur.

Verùm iſti putant, quod de Dialecticis ſuis, & Rhethoricis, quodque de locis communibus faciunt, vt quotannis propè ſcripta ſua mutent, idem in tam ſeriò fidei Catholicæ negotio facere licere. Sed alia eſt Catholicæ, alia ſingularis, & priuatæ fidei ratio. In illa eſt conſtans, & perpetua voluntas: In hac, & titus, & doctrina mutatur in annos, ac modò non in dies ſingulos ſicut ſcriptum eſt: Stultus vt Luna mutatur. De Regis hominis decreto, poſteaquam ſemel pronunciatum eſt, diſputare fas non eſt, ſed ei parere neceſſè eſt, & fas erit de Spiritus Sancti Decreto per os Eccleſiæ loquentis diſceptare, atque illud in dubium reuocare? Abſit à piorum cordibus hęc tam impia cogitatio. Libet autem etiam eius ea de re ſententiam adſcribere, qui fuit noſtri temporis hæreſeon architectus. Is Pſalmum 82. enarrans. Legimus, inquit, quid Sancti Patres in Concilio Nicæno fecerint, ſimul vt Arrianorum doctrinam legi audiuerunt, exhibilarunt eam vnanimiter, neque dignati ſunt eam audire, nec paſſi ſunt, vt eam defenderent, ſed condemnarunt eos eueſtigiò abſque vlla diſputatione, Deut. 13.
tanquam manifeſtos blaſphematores. Moſes etiam in ſua lege præcepit, vt tales falſi doctores lapidentur. Ad eundem modum, & hic non eſt multum diſputandum, ſed inauditi, atque inaudita cauſa condemnandi ſunt tales manifeſti blaſphematores. Sicut etiam Titum 3.
præcipit Paulus ad Titum III. debere Hæreticum vitari poſt vnam atque alteram admonitionem.

Et Timotheo prohibet contentiones, & diſputationes, quæ nihil aliud efficiunt, quàm

quòd

quòd auditores perturbant. Non rales communes articuli totius Chriſtianitaris, ſunt iàm ſatis auditi, declarati, & concluſi, ſcripto, & confeſſione totius communis Chriſtiauitatis, ſunt multis miraculis coofirmati, ſuot multo ſanguine Sanctorum Martyrum conſiguati, ſuot omuium Doctorum libris deſcnſi, oeque deinceps vllius indigent magiſterio, aut artificio. Deindè verò angulariuoi Prædicatorum nequitia eſt cohibenda: qui non vocati, neque miſſi, reputunt in domos, & venenum ſuum effundunt, priuſquam Patochi, aut Magiſtratus reſciſcere poſſint. Hi ſunt fures, & latrones, de quibus loquitur apud Ioaonem Chriſtus, qui in alienas Eccleſias irruunt, & alicnum officium ſibi vſurpaot, quod eis non commiſſum, ſed prohibitum eſt. Hacteous Lurherus.

Sed ſcripium eſt, aiunt, ab Auguſtino, etiam ipſa plenaria Concilia, ſæpè priora poſterioribus emendari. Seriptum eſt: ſed non eo ſenſu, quaſi quòd ſemel in cauſa fidei ſtatutum eſt in vno aliquo plenario Concilio, id in altero tettactari poſteà liceat. Vel vnum Concilium aliquod plenarium legitimè coogregatum profetatur, in quo prioribus plenarijs Concilijs itidem legitimè congregaris, contrarium ſit aliquid conſtiturum in his, quæ ad fidem perrinent: proferri proculdubio nullum porcrit. Nam ſi quis, vel Ariminenſe, vel Syrmienſe, vel Antiochenum, vel Epheſioum ſecundum, aut ſi quæ fuetunt alia eiuſdem generis Concilia congregata protulerit, quandoquidem auctoritate Romani Pontificis, vel coogtegata, vel comprobata iuxtà Canones Nicæni Concilij non ſunt, legitimè congtegata Concilia nequaquam dici poſſunt; ſed conuenticula potius, & conciliabula. Eſt quidem irà, quòd in his, quæ facti ſunt, fieri poteſt, vt fallatur aliquaodo pleuarium Concilium, non autem io his, quæ fidei.

Quò reſpexiſſe Auguſtinum, cùm diceret, plenaria Concilia priora, poſterioribus emendari, vel ea, quæ ſtatim ſequuntur verba, planum faciunt. Subiungit enioi eneſtigiò: cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat. Quamobtem in his, quæ ſunt iutis poſitiui, quæ vel ad exteroom aliquem ritum, vel ad Eccleſiaſticam pertinent diſciplinam, quoniam pro perſonarum, locorum, & temporum citcumſtantia, murationem aliquando teqoirant, fit nonnonquam, vt priora Concilia poſterioribus emendentur: quòd quædam ſuperioribus ſeculis quadrare poterant, quæ poſteriotibus minimè conuenire, vel ipſa magiſtta rerum experientia compertum eſt. Itàque cùm longè ſint omnium vetuſtiſſimi Canones, qui vocantur Apoſtolorum, qooniam tamen in corum pleriſque nimio plùs inerat ſęueritatis, qoàm poſteriora ſecula ferre poſſe videbantur: factum eſt, vt poſterioribus Concilijs emendarentur, mitigarenturque. Eſt Cauon Apoſtolicus, deponi debere Presbyterum fornicantem, quem in Concilio Gangreuſi, ſicut à Gratiano citatur, legimus cmendarum, pœnamque mitigatam: Sic in Concilio Niceno conſtitutuoi fuie, vt Alexandrinus Patriarcha proximum à Romano Pontifice locum teneret, cui non ità multò poſt in Conſtantinopolitana Synodo prælatus eſt Conſtanrinopolitanus. Adeò verùm eſt, quod Iſidori, Gregorij, Hieronymique productis ſententijs oſteodit Gratianus, in pleriſque decernendis cauſam, locum, tempus, perſonas conſiderari oportere, quæ quoniam perpetua non ſuut, fit vt in eiuſmodi etiam plenariorum Conciliorum Decreta nonnunquam priora poſteriotibus emendentur, quæ tamen in his, quæ pertinent ad fidem, fixa, & immobilia eſſe oportet, ac ſempiterno tempore duratura.

Neque verò propterea Concilium Oecumenicum nou repræſentat Eccleſiam Catholicam, quòd non omnes è vulgo ad illud conuocantur, eique intetſunt. Nam nec fieri id vlla ratione poteſt, & ſi maximè fieri poſſet, quid tamen aliud turba, quàm turbationem eſſet allarura? Præclarè dictum eſt à Ioanne Chryſoſtomo, quòd multitudo eſt mater ſeditionis, & contumaciæ, paucitas verò magiſtra diſciplinæ. Neque ſine cauſa multitudo bellua multorum capitum à quodam Poeta vocatur. Patres liberorum ſuorum ſaluti, & tranquillitati proſpicere tenentur: Patrum autem locum in Eccleſia tenent Epiſcopi. Satis itàque ſemper fuit exiſtimatum, ſi quos oportet de ſalute liberorum eſſe ſolicitos, ad quos ea cura propriè pertinet, hi ex vniuerſo Orbe Chriſtiano ad Concilium eſſent conuocati. Cùm de ſeculi rebus agitur, cùmque de his, quę ad ſecularem Rempublicam perrinent, habetur conſultatio, fieri videmus, vt non omnes accerſantur vndique, quòd ea res magis ad excitandum tumultum, quàm ad aliquid ex vſu Reipublicæ ſtatuendum pertineret. Sed conueniunt Senarores, Optimates, ac Primarij terræ cuiuſque viri: qui poſteaquam conuenerunt, Regnum vniuerſum, aut Reſpublica conueniſſe dicitur, & quæ fiunt in eiuſmodi conuentu conſtitutiones, Regni coonſtitutiones vocantur.

Sic Leo Magnus epiſt. 24. & 26. Canonum Nicææ habirorum decreta, quò trecenti tantùm decem, & octo conuenerant Epiſcopi, à totius Mundi Sacerdoribus dicit eſſe conſtitura. Et alio loco Canones illos Spiritu Dei conditos, & totius Mundi reuerentia ſcribit eſſe conſecratos. Quò magis autem intelligi queat, ità ſe rem habere, manifeſtum, id è Scripturis faciemus. Poſt deſcripta illam magnifici Templi à Salomone fabricationem, dicit Scriptura: Tum congregati 5. Regum 8.
ſunt omnes maiores natu Iſrael ad Regem Salomonem in Hieruſalem, vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid. Ac paulò pòſt: Conuertitque Rex faciem ſuam, & benedixie omni Eccleſiæ. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat. Omni Eccleſiæ benedictum, omnem Eccleſiam Iſrael ſtetiſſe dicit: cùm anteà maiores natu tantùm Principes tribuum, & Duces familiarum commemoraſſet. Quid aliud his verbis indicans, quàm quòd illi repræſentabant omnem Eccleſiam? Nam reliquus ferè cœtus omnis, à primatijs pendere conſueuit. Apoſtolorum temporibus Concilium Hieroſolymis legimus eſſe celebra- Actor. 15.
tum, quod Lucas deſcribens: Conuenerunt inquit, Apoſtoli, & Seniores, qui Græcè Presbyteri vocantur, videre de verbo hoc. Conuenerunt, ait, non fœminæ, non iuuenes,

nes, non laici, ſed Apoſtoli, & Prebyteri. Mox inducit Petrum loquentem, quem rectè ſcribit Hieronymus in epiſt. ad Auguſt. Principem in eo Concilio lati decreti fuiſſe. Poſt cuius orationem, tacuit, inquit, omnis multitudo, & audiebant Barnabam, ac Paulum narrantes, quanta Deus fecit ſigna, & prodigia in gentibus per eos. Et poſtquam tacuerunt reſpondit Iacobus, &c. Hi ſunt omnes, quos dixiſſe ſententiam ſcribit Lucas: Petrus primo loco, tum Barnabas, Paulus, Iacobus. Omnis, inquit, reliqua multitudo tacuit. Quod verò ſubiungitur: Tum placuit Apoſtolis, & Senioribus, cum omni Eccleſia, nequaquam ex eo colligi rectè poteſt, præter Apoſtolos quenquam alium dixiſſe ſententiam, cùm disertè ſcripſerit Lucas, multitudinem omnem tacuiſſe. Quoniam verò Apoſtolorum decreto libenter pro eo vt debuit, paruit omnis multitudo, nec ab eo diſſentire ſibi quiſquam fas eſſe putauit, quod fuit ab Apoſtolis decretum, omnibus placuiſſe, omnes in eo ſcribitur acquieuiſſe, & omnium nomine epiſtola mittitur.

Neque verò neceſſe eſt hac de re multa verba facere. Quotquot habita ſunt deinceps Concilia, non ab alijs, quàm Epiſcopis habita eſſe, qui libros Conciliorum legerit cognoſcet.

Itàque, & Auguſtinus vocat non ſemel Concilia Epiſcoporum, ante quem Papa Marcellus, Synodum vniuerſalem, Synodum Epiſcoporum nominauit.

Leo quoque Papa frequenter in epiſtolis ſuis vocat Epiſcopale Concilium.

Itidem, & Flauianus in epiſtola ad Theodoſium, quæ eſt inter epiſt. Leonis 9.

Et Ruffinus nunc Epiſcopale, nunc Epiſcoporum Concilium vocat.

Extat epiſtola Pulcheriæ Auguſtæ inter præambulares epiſtolas in Synodum Chalcedonenſem, qua monet Bythiniæ Strategum, vt Clericos, Monachos, Laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omninò de ciuitate, deque locis ipſis vbi Concilium haberetur, expelleret. Si quis autem propterea edictum hoc putat auctoritatem non habere, quòd à fœmina profectum eſt, is ſi fortè ignorat, diſcat, hanc Deo dicatam Virginem, cùm ad fratrem eius Theodoſium recens ablactatum Orbis terrarum Imperium eſſet deuolutum, & fratris, & Imperij procuratricem à Deo fuiſſe conſtitutam, cumque de ipſius ſententia Martianus fuiſset, mortuo fratre, Imperator deſignatus, Imperij nihilominus conſortem fuiſse, ac vnà cum illo Chalcedonenſi Concilio interfuiſse.

De qua ſcribit Sozomenus, quòd nondum quintumdecimum ætatis annum egreſſa, ſupra ætatem ſapientiſſimum, ac diuinum Spiritum accepit, eiuſque ſtudio, & ſapientia perfectum eſse narrat, vt ſuis temporibus hæreſes non obtinerent.

Quam & Leo Pontifex ille, quem ter ſanctum, & Oecumenicum Patriarcham, ſancta Synodus Chalcedonenſis appellauit, ſcriptis ad eam epiſtolis aliquot, magnis effert laudibus: Quam Gregorius quoque Nyſſenus oratione ſua celebrat, qua vitam illius deſcribit. Quin & in octaua Synodo cùm pro more laudare vellent Eudoxiam Auguſtam, vocauerunt eam nouam Iudith, nouam Helenam, nouam Pulcheriam. Adeò celebre fuit Pulcheriæ nomen etiam ſexcentis pòſt annis, quàm fuiſset mortua. Sed & in actis Concilij Chalcedonenſis ſemel, & iterum has voces emiſsas legimus: Synodus Epiſcoporum eſt, non Clericorum, ſuperfluos foras mitte, vt quod à Pulcheria præceptum, id auctoritate Synodi confirmatum eſse videamus.

Ibidem etiam ſcriptum reperimus, quòd cùm ad Martinum Archimandritam directa fuiſset chartula, vt ſubſcriberet, non acquieuerit, dicens: Non eſt meum ſubſcribere; Epiſcoporum tantùm eſt.

Auxentius autem Abbas, cùm eſset ad eandem Synodum inuitatus, ne venire quidem ad eam voluit, dicens: Non eſt Monachorum docere, ſed potiùs doceri, hoc verò ijs ſolis conuenit, qui ſunt honorati Pontificatu.

Vidit hoc Theodoſius Imperator, qui ſanctæ Synodo ſcribens Epheſinæ primæ: Illicitum eſt, inquit, eum, qui non ſit ex ordine ſanctorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.

Et in epiſtola ad Cyrillum, quæ habetur in operum eius to. 4. Nos ſanè non patiemur, inquit, vt ſimul & Vrbes, & Eccleſiæ turbentur, neque vt inexcuſſa nobis ſit ea doctrina, cui dijudicandæ præfici oportet eos, qui circumquaque Sacerdotio præſident, & per quos in ſententia veritatis firmiores ſumus, & poſthac erimus.

Vidit & Valentinianus, qui cùm per Epiſcopum Hypatianum verbis Epiſcoporum per Helleſpontum, & Bythiniam agentium, fuiſset rogatus, vt ipſis ad corrigendum dogma conuenire permitteret, ſic eum reſpondiſse narrat Sozomenus: Mihi qui in ſorte ſum plebis, fas non eſt talia curioſius perſcrutari: Sacerdotes, quibus iſta curæ ſunt, inter ſeipſos quocunque loco voluerint conueniant. Ac rectè quidem Valentinianus. Nam ſicut legimus in actis Apoſtolorum ſolos Epiſcopos poſuit Deus regere Eccleſiam ſuam, illis dictum eſt: Paſcite, qui in vobis eſt gregem.

Et per Hieremiam Dominus: Dabo, inquit, Paſtores, qui paſcant vos ſcientia, & doctrina.

Et ad Timotheum, ac Titum ſcribens Apoſtolus, quem Epiſcopum, eundem, & Doctorem eſſe vult. Paſtorum eſt, gregis curam habere paſcendo, iubendoque ducere: Ouium eſt diſcendo, & obtemperando ſequi. Sed neſcis, dicit quidam ex ouibus Paſtores eſſe ſolere? Scio. Verùm, & illud ſcio priuſquam, id ſint aſſequutæ, priuſquam legitimè ſint ad hoc munus vocatæ, Paſtorum eis officio fungi non licere, cùm ſcriptum ſit. Nec quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Expectent igitur dum vocentur, dum Paſtores fiant, neque ſe priùs, quàm factæ fuerint, ad munus Paſtorum ingerant. Quamobrem ſemper hoc à ſancta Catholica Eccleſia fuit obſeruatum, vt ad iudicandum de his, quæ ad fidem Catholicam, ſanamque doctrinam pertinerent, non admitterentur, niſi Catholici Epiſcopi, etiamſi ad Concilium communicandum ex

ordi-

Google

ordine quoque Sacerdotum viri doctrina excellentes adhiberi conſueuerunt.

Quòd autem Reges, & Imperatores Concilijs interfuiſſe quandoque legimus, non ob eam rem adfuiſſe credendi ſunt, vt aliquid ipſi ſtatuerent de rebus ad fidem pertinentibus, vtque ſibi earum cognitionem, aut iudicium vſurparent, verùm vt auctoritatem, vnitatem, & concordiam Concilij tuerentur, & quæ ſalubriter eſſent in eo conſtituta, ea vt ſeruarentur ab omnibus, prouiderent. Sed hic Varemundus, & hi, qui ſunt in eadem hæreſi, Nicolai Pontificis auctoritatem nobis obijciunt, cuius verba Gratianus in eum librum retulit, quem ipſe decretorum inſcripſit, ex quibus probare conantur, etiam laicis, vel ſententiæ dicendæ, vel iudicandi de controuerſijs concedi poteſtatem oportere. Quid autem? an non rectè de iſtis dicere poſſumus, quòd in eadem illa epiſtola ſcriptum à Gelaſio profert idem Nicolaus: Nobis, inquit, opponunt Canones, dum neſciunt, quid loquantur.

Niſi fortè ſcire, quid loquantur exiſtimandi ſunt, qui ipſi tela contra ſe miniſtrant, qui pro ſua ſententia tuenda, teſtimonium ex illa Nicolai Pontificis epiſtola producunt, in qua nihil aliud per Pontificem agitur, quàm quod etiam Imperatoris Theodoſij ſcripto, cuius paulò antè meminimus, prolato, tractatibus Eccleſiaſticis eos immiſcere ſe, qui non ſint ex ordine ſanctorum Epiſcoporum, illicitum eſſe docetur. Quæ namque res alia cauſam Nicolao dedit eius epiſtolæ conſcribendæ? Quàm quòd Michael Imperator Conſtantinopolitanus ad votum ſecularium, quorum numeroſa millia collegerat, congregato Concilio Præſularem Cathedram aſcendit, & aduersùs Ignatium Patriarcham Conſtantinopolitanum Sacerdotalis officium arripuit miniſterij, quem de Sede ſua deiecit, & in eius locum Photium quendam ſuffecit, qui poſteà per Hadrianum, Nicolai ſucceſſorem, congregata etiam Synodo Conſtantinopoli, quæ dicitur octaua, legitimè depoſitus, & in Sedem ſuam Ignatius reſtitutus eſt. Hunc igitur Michaelem alloquitur Pontifex his verbis: Dicite, quæſumus, vbi legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros in Synodalibus conuentibus interſuiſſe, niſi fortè in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis eſt, quæ non ſolùm ad Clericos, verùm etiam ad laicos, & ad omnes omninò pertinet Chriſtianos? Quid aliud hæc verba ſibi volunt, niſi quòd quoties de Domini Sacerdotibus erat iudicium, nemo Imperatorum Synodo interfuerit, cui nec Valentinianus Auguſtus intereſſe voluiſſe in eadem epiſtola commemoratur, cùm Sixto Pontifici quædam crimina fuiſſent obiecta, ſed ſurgens à Concilio, dedit in arbitrio Sixti Epiſcopi, vt iudicaret iudicium ſuum: cùm autem de fide tractatum eſt, Imperatores nonnunquam interſuiſſe? Nunquid autem quoniam interfuerunt, ideò ſtatim, quod proprium munus eſt Epiſcoporum, ſententias dixerunt? de fidei controuerſijs iudicauerunt? Minimè gentium: Verùm ad hoc tantùm interfuerunt, vt pacem, tranquillitatem, & concordiam tuerentur, quodque de ſententia Patrum in Concilio ſtatutum eſſet, id firmum, & ratum eſſe iuberent, edictiſque propoſitis, inuiolatè ab omnibus obſeruari præciperent.

Verùm vniuerſalis eſt, inquit Nicolaus, fides, communis eſt omnium, non ſolùm ad Clericos, verùm & ad laicos, & ad omnes omninò pertinet Chriſtianos. Quid igitur ex eo colligis? Pertinet ad omnes fides, ergo pertinet ad omnes iudicium de fide. Quin tu eadem ratione colligis, vniuerſalis eſt iuſtitia, communis eſt omnium, quid enim ſunt regna remota iuſtitia, niſi mera latrocinia? pertinet ad omnes vt ius ſuum cuique tribuatur, pertinet igitur ad omnes ius dicere? neque ſoli Reges, aut Principes, aut quibus hæc ab illis eſt mandata iuriſdictio, de cauſis ciuilibus, vel criminalibus iudicandi poteſtatem habebunt? Quid eſt hoc aliud, quàm ordinem ex rebus tollere, quàm ſurſum, & deorſum omnia miſcere? Quàm dum à tyrannide metuis; anarchiam quandam inducere velle? Profertur, & alia Gratiani ſententia. Epiſcoporum Concilia ſunt inualida ad definiendum, atque ità, ſi Dijs placet, argumentatur homo Dialecticus: Nihil quod eſt inualidum ad definiendum, eſt Concilium generale: Concilia Epiſcoporum ſunt inualida ad definiendum, Concilia igitur Epiſcoporum non ſunt Concilia generalia. Quid huic homini facias tam Dialectico? qui tanquam Pſittacus verba profert non intellecta? Scilicet de generalibus Concilijs legitimè congregatis ibi loquitur Gratiani ſunt, Epiſcoporum Concilia, vt ex præmiſſis apparet, ſunt inualida ad definiendum, ad conſtituendum, non autem ad corrigendum. Quòd ſi præmiſſa legiſſet hic homo, nunquam ſententiæ Gratiani contrarium ſyllogiſmum produxiſſet. Quid enim eſt in præmiſſis? Legatur tota diſtinctio, quæ præceſſit, nihil aliud in ea reperietur, quàm quòd Marcelli, Iulij, Damaſi, Gregorij, Pelagij, Symmachi, ſententijs probatur. Concilia Epiſcoporum, quæ preſentiam Papæ non habent, aut eius auctoritate congregata non ſunt, ad definiendum, & conſtituendum aliquid, nihil roboris habere. Saltem gloſſam legiſſet ſubtilis iſte diſputator, ſi præmiſſa legere non vacabat, de Prouincialibus Concilijs loqui Gratianum didiciſſet, quòd in eis nihil generaliter conſtitui poteſt. Quamobrem non contra alios magis hæc verba faciunt, quàm contra eos, qui Nationale Concilium expetunt, in quo de fidei controuerſijs conſtituatur aliquid. Huius generis Concilia planè ſunt inualida, & conuenticula potiùs, Conciliabulaque, quàm Concilia dici merentur. Siquidem fides, quam profitemur, Catholica eſt, & dicitur, nec ad vnam gentem aliquam, ſed ad omnes, & vniuerſos pertinet, qui Chriſtiani cenſeri volunt, in quacunque tandem Orbis parte ſint conſtituti. Quamobrem ſeorſum, aliquid in gente quapiam à reliquo Chriſtiano populo conſtituere velle, quid fuerit aliud, quàm ab Eccleſia, fideque Catholica ſe velle ſegregare? Huc itàque reſpexit Gratianus, cùm dixit, Epiſcoporum Concilia ad definiendum eſſe inualida, non quòd non aliquid in illis definiri, & conſtitui poſſit, ſed quòd iuxta morem in Eccleſia Dei,

iam indè à temporibus Apoſtolorum ſemper obſeruatum, de maioribus cauſis, fidei præſertim, ad Sedem Apoſtolicam, aut ad Concilium Oecumenicum illius auctoritate congregatum, referre ſit neceſſe.

Scripſit de Vandalica perſequutione tres libros Victor, Auguſtini propemodum æqualis. In eorum altero, crudelem illum tyrannum Hunericum Vandalorum Regem edixiſſe narrat Catholicis, vt ad certum diem Carthaginem venirent, de fidei ratione cum ſuis Epiſcopis conflictum inituri. Sed quid ad hæc Eugenius Epiſcopus Catholicorum nomine? Augnoſcat, inquit, Rex, nos diſputationem legis, cum adiutorio Dei nullatenus declinare, vel fugere, ſed ſine vniuerſitatis aſſenſu, nos non debere aſſerendæ fidei noſtræ cauſas aſſumere: debere etiam tranſmarinarum omuium partium, qui nobis ſunt in vna religione, vel communione conſortes agnoſcere, quòd totius Mundi cauſa agitur, non ſpecialis Prouinciarum Africanarum tantummodò. Cumque per Obadum Præpoſitum regni ſui dici rex iuſſiſſet. Subde mihi vniuerſum Orbem terrarum, vt ſub poteſtatem meam totus Mundus redigatur, & facio, ò Eugeni, quod dicis.

Reſpondit Eugenius: Quod rationem non habet, dici non debuit: ſic eſt hoc, quomodo ſi dicatur homini, vt per aera feratur, & volitet, quod moris non eſt humanæ naturæ; Dixi enim, ſi noſtram fidem, quæ vna, & vera eſt, poteſtas regia cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos, ſcribam, & ego fratribus meis, vt veniant Coepiſcopi mei, qui vobis nobiſcum communem fidem noſtram valeant demonſtrare, & præcipuè Eccleſia Romana, quæ Caput eſt omnium Eccleſiarum. Senſit igitur hoc ipſum Eugenius apud Victorem, quòd Gratianus, in vna aliqua Prouincia, ſiue natione, de fide, quæ Catholica eſt, & ad vniuerſos pertinet, nihil ità conſtitui poſſe, vt ratum ab omnibus haberi, ſit neceſſe, niſi fortè ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſubſequuta ſit approbatio. Quamobrem hæc Gratiani ſententia non contra nos facit, ſed contra eos potiùs, à quibus tanto ſtudio Nationale Concilium expeti videmus.

Sed inueniuntur inter Laicos, dicis, multi doctrinis varijs perpolliti, in Theologia etiam exercitatiores, quàm ſunt multi Epiſcoporum. Fac ità eſſe, numquid ideò tollemus ordinem ex rebus? & non illud ſtudebimus potiùs, vt in eligendis Epiſcopis Pauli præſcriptum, Canonumque decreta ſeruentur? Reperiuntur etiam de populo priuati multi, quibus maior ineſt iuriſprudentia, quam nonnullis ex his, qui cum poteſtate verſantur, ſiue Regibus, ſiue Principibus, ſiue Iudicibus, ſiue quibuſcumque tandem alijs, quibus iuris dicendi poteſtas eſt permiſſa, num igitur tu, quia cautus, & prudens tibi videris, ac præ cæteris Iuriſconſultus, Regem, aut Principem de ſuo ſolio deturbabis? ac tibi ipſi dicendi iuris auctoritatem à nemine conceſſam vſurpabis? Poteſtnè cogitari, vel dici quicquam abſurdius, & ad ſeditionem in populo contra legitimam poteſtatem excitandam aptius? Habet autem, vt ne ſis neſcius, ſuos etiam Principes Eccleſia, de quibus per Prophetam dictum eſt: Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Pſalm 44
Hos, inquit Clemens Romanus, Principes vobis, & Reges, præeſſe putate, ac tributa, ſicut Regibus pendite, à vobis enim, & ipſos, & familiares ipſorum ali oportet, quemadmodum Samuel præcepit populo de Rege, & Moyſes de Sacerdotibus in Leuitico, ſic & nos vobis de Epiſcopis præcipimus. Nam ſi ibi multitudo pro rata portione tantò Regi munera præſtabat, quantò magis, & nunc Epiſcopus accipere debet à vobis, quæ ſunt à Deo ſibi conſtituta ad ſuſtentationem ſuam, & eorum qui ſunt cum ipſo Clericorum. Quod ſi verò aliquid etiam huic orationi addi oportet, plus hic accipiat, quàm ille quondam. Nam ille tantùm ea, quæ pertinent ad militiam adminiſtrat, belli, paciſque moderator, ad tuenda corpora. Hic verò Dei Sacerdotium adminiſtrat, corpus, & animam liberans à periculis. Quantò igitur anima à corpore præſtantior, tantò Sacerdotium Regno ſublimius. Ligat enim Sacerdotium, & ſoluit eos, qui vel pœna, vel venia digni ſunt. Itàque Epiſcopum amare debetis, vt Patrem, timere, vt Regem, honorare vt Dominum. Fructus veſtros, & opera manuum veſtrarum in benedictionem veſtram offerentes illi primitias veſtras, & decimas veſtras, partes veſtras, & munera veſtra dantes ipſi tanquam Sacerdoti Dei, primitias frumenti, vini, olei, fructuum, & omnium quæcunque vnus Deus ſuppeditat vobis, & erit tibi oblatio tua accepta in odorem ſuauitatis Domino Deo tuo. Et benedicet Dominus opera manuum tuarum, & multiplicabit bona terræ tuæ, quandoquidem benedictio ſuper caput largientis. Oporter autem vos noſſe, quòd quamuis liberauerit vos Dominus à ſeruitute vinculorum, quæ fuerunt inducta ſuper caput largientis. Oporter autem vos noſſe, quòd quamuis liberauerit vos Dominus à ſeruiture vinculorum, quæ fuerunt inducta ſuper vos, & deduxerit vos in locum refrigerij, nec amplius permiſit vos ſacrificare ratione carentia animalia pro peccatis, liberauerit etiam vos illis expiationibus ab hircis emiſſarijs, à lauacris continuis & aſperſionibus, non tamen ab oblationibus vos liberauit, quas debetis Sacerdotibus, neque ab ea, quam debetis egentibus, beneficentia. Dicit enim Dominus vobis: Niſi abundauerit veſtra iuſtitia pluſquàm Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Sic autem abundabit iuſtitia veſtra, ſi maiorem curam habueritis Sacerdotum, orphanorum, viduarum, ſicut ſcriptum eſt? Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſecula.

Et iterùm: Per miſericordiam, & fidem purgantur peccata.

Et rurſùs: Anima benedicta omnis ſimplex. Sic itàque facies tu, ſicut Dominus ordinauit, & dabis Sacerdoti ea, quæ debentur ei, primitias, & decimas, area, & torcularia pro peccatis tanquàm mediatori inter Deum, & eos, qui purgationis indigent, & venia. Te namque dare conuenit, illum autem diſpenſare tanquàm œconomum, & adminiſtratorem Eccleſiaſticarum rerum. Ne-

que

que verò diſcuties tuum Epiſcopum, nec obſeruabis diſpenſationem illius, quemadmodum in ea ſe gerat, quando, cum quibus, vbi, benè, vel malè, vel conuenienter.

Habet enim, Iudicem Deum, qui in eius manus diſpenſationem commiſit, & dignum eum effecit Sacerdotio tanti loci. Hactenus Clemens de Principatu Sacerdotum.

Principatus autem hic Eccleſiæ, de quo tractat Clemens, tantò eſt omni Regno excellentior: ſicut à Chryſoſtomo, & Gregorio Nazianzeno in oratione, quam de Hieremiæ dictis, præſente Imperatore habuit: ſcriptum legimus, quantum inter ſpiritum, & carnem, inter Cœlum, & terram, inter diuina, & humana, diſcrimen, & interuallum eſſe poteſt.

De quo ſcribit etiam Ambroſius: Quòd ſi regum fulgori ſublimitatem Epiſcopalem compares, & Principum diademati, longè diadema fuerit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares.

Chryſoſtomus quoque: Maiorem, inquit, eſſe Principatum Sacerdotis, quàm Regis. Propterea Rex Caput ſubmittit manui Sacerdotis, & vbique in Veteri Scriptura Sacerdotes inungebant Reges.

Enarrans illum Pſalmi locum Auguſtinus: Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij. Quid eſt, inquit, pro Patribus tuis tibi ſunt nati filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum Mundum, vnde nati ſunt? ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum.

Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum, non vides Paulum, quia non vides eos, per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas: pro Patribus tuis tibi ſunt nati filij conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Hæc eſt Eccleſia Catholica, filij eius conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram, filij eius conſtituti ſunt pro Patribus. Agnoſcant, qui præciſi ſunt, veniant ad vnitatem: adducantur ad templum Regis, &c.

His igitur Principibus, non his, qui ſibi docti præ cæteris videntur, ad hoc munus vocati non ſunt, Eccleſias regendi, ligandi, ſoluendi, deque fidei cauſis cognoſcendi poteſtas eſt conceſſa.

Sed libet hic Catholici cuiuſdam Imperatoris verba adſcribere, ex octaua Synodo Conſtantinopolitana, quam in Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Varmienſis Bibliotheca pulchris characteribus in charta pecorina ſcriptam reperimus. Is, abſoluta iàm Synodo, oratione quadam ad omnes, qui tùm præſentes aderant, vſus, his tandem verbis laicos alloquitur: De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè conuerſamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitùs reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari.

Hoc enim inueſtigare, & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi, & ligandi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas, ac Cœleſtes adepti ſunt claues, non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus. Quantæcumque enim religionis, & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiamſi vniuerſa virtute interiùs polleat, donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet.

Rursùsque; Quantumcumque Epiſcopus ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, Paſtoris nominis, & dignitatis damna non patietur.

Quæ ergo ratio eſt, in ordine ouium conſtitutis Paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea, quæ ſuper nos ſunt quærendi, & ambigendi? Oportet ergo nos cum timore, & fide ſincera hos audire, & à facie eorum vereri, cùm ſint Miniſtri Domini Omnipotentis, & huius formam poſſideant, & nihil ampliùs, quàm ea, quæ noſtri ordinis ſunt, requirere. Nunc autem, vt videmus, adeò multos malitia in inſaniam accendit, vt obliuiſcentes proprij ordinis, & quòd pedes ſint minimè cogitantes, legem ponere velint oculis.

Oculos vocare Baſilius videtur Epiſcopos, quos Ambroſius, Baſilium Cæſarienſem auctorem ſecutus, oculorum in Eccleſia fungi ſcribit officio.

De quibus etiam in octauo Concilio Toletano legitur, dùm ſecundùm carnis aſſumptæ myſterium Eccleſiæ ſuæ fuerit dignatus caput exiſtere Chriſtus, meritò in membris eius, intentio Epiſcoporum, officia cernitur peragere oculorum.

Sic & Auguſtinus ſanctos Apoſtolos vocat oculos: Quantacumque religione ſit, & ſapientia laicus, etiamſi vniuerſa virtute polleat, fas tamen non eſſe cenſet Baſilius illi de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, quòd proprium hoc ſit Epiſcopi munus, etiamſi multò ſit is in virtute, ſapientiaque inferior: idque Gregorij, quem Theologum Græci vocant, ſententiam ſequutus, qui in oratione ſeptima, qua ſe excuſat, cur tam diù, à functione abſtinuerit Eccleſiaſtica, ſic populum affatur: Vos oues, nolite paſcere Paſtores, neque ſuper terminos eorum eleuemini: ſatis enim vobis eſt, ſi rectè paſcimini: nolite iudicare Iudices, nec legem feratis Legiſlatoribus. Deus enim nequaquam Deus eſt ſeditionis, & confuſionis, ſed ordinis, & pacis. Nemo igitur caput ſit, qui vix manus, aut pes eſſe poſſit, ſiue membrum aliud corporis honorabilius, Sed vnuſquiſque fratres in eo ordine, in quo vocatus eſt, permaneat, licèt etiam dignior exiſtat: in illoque magis præſentem amet claritatem, quàm vt eam, quam non accepit, quærat. Nemo, qui ſine periculo ſubeſſe poteſt, imperare deſideret: nec ſubiectionis lex ſoluatur, qua tam terreſtria, quàm Cœleſtia ſunt colligata: neque dominationem multiplicem ſine dominatione faciamus. Hæc Gregorius. Quæ poſtrema verba ſic habent græcè, *midè poioymen anarchian tia polyarchian*. Quæ ſic latinè ſignificantius reddere poſſis. Neque committamus, vt dùm imperare multos volumus, anarchia quædam efficiatur. Qui plura ſcribit in eamdem ſententiam in oratione de modera-

ratio-

ratione in diſputationibus ſetuanda, quæ eſt in ordine 23.

Interea tamen illud non concedimus, inueniri multos laicos, multis etiam Epiſcopis in Theologia magis exercitatos; neque enim ſi quis communes alicuius locos legit diligentiùs, ideò ſtatim in Theologia dici debet exercitatior, quàm Epiſcopus. Ac fieri quidem poteſt, vt reperiatur nonnumquam Epiſcopus minus in ſcripturis verſatus, quàm exigere videtur ea perſona, quam ſuſtinet: num idem propterea de omnibus iudicium eſſe debet? Nulla eſt Prouincia, in qua non reperire tamen aliquos liceat, minimè vulgari doctrina præditos.

Certè in eo Concilio, quod proximis ſuperioribus annis Tridenti fuit habitum, etſi Cœtus ingens fuiſſe dicitur inferioris ordinis virorum, qui doctrina præſtare multum exiſtimarentur: non alij tamen excellere magis viſi ſunt, quàm Epiſcopi, à quibus pleraque ſunt animaduerſa, quę inferioris ordinis viri docti minimè conſideraſſent.

Sed nouum non eſt, quòd ab Hæreticis Epiſcopi Catholici priùs omnia & facere, & pati parati, quàm vt ſcindi Chriſti tunicam inconſutilem permitterent: ſtupidi, bardi, & trunci iudicantur.

Sic Arius Hæreticus, vir Dialecticarum nugarum non imperitus, in quadam epiſtola, quam hiſtoriæ ſuæ Theodoretus inſeruit, eos Epiſcopos, qui ſententiæ ſuæ ſunt aduerſari, non ineruditos modò, verùm & Hæreticos, Hæreticus ipſe vocat.

Sic de Sabino narrat Socrates, quòd is Nicœnæ Synodi Patres tamquàm ſimplices, & idiotas perſtrinxerit, quibus tamen hoc elogium tribuit Euſebius, quòd eorum alij celebres erant verbo ſapientiæ, alij firmitudine, & tolerantia continentiæ, alij medio modo ornati. Semper enim, quæ præclara, rara ſunt, neque fieri poteſt, vbi maior eſt aliqua congregatio, vt excellenter omnes docti ſint.

Sunt alij mediocres, ſunt & infrà mediocritatem conſtituti: qui ſicubi timor abeſt, & arrogantia, quæ ſolet eos ferè comitari, qui ſunt aliqua doctrinæ opinione inflati, doctiorum ſententiam non inuiti ſequuntur. Et certè præſtat in eiuſmodi Cœtu eſſe aliquem non doctiſſimum, qui cùm ſe videre minus intelligat, in eorum, quos plus videre perſuaſum habet, ſententia lubens acquieſcit; vt ſit non inter alta ſapientes, verùm humilibus conſentientes; quàm tales multos, quales deſcribit Sapiens Prouer. 26. Vidiſtin hominem, qui ſibi ſapiens eſſe videtur? ſpes eſt de ſtulto, quàm de eo multò maior; nàm qui ſunt præfracto animo, nihil vt niſi, quod ipſi intelligunt, rectum eſſe putent, quamuis ad rem potiùs, quàm ad componenda dogmatum in Eccleſia diſſidia idonei eſſe videantur.

Quam in ſententiam etiam à Ioanne Chryſoſtomo ſcriptum legimus: Præſtat proba ignoratione detineri, quàm falſa opinione mancipari. Nàm qui neſcit, facilè ratione ducitur; qui verò ſcire credit cùm neſciat, non poteſt facilè veritatem ſuſcipere, ſed maiori ſudore opus eſt, vt antequam vera inculcentur, falſa ex animo eius eijciantur.

Nàm & in charta, vbi nihil ſcriptum eſt, facilimè ſcribitur, literis verò plena, non ſimiliter; neceſsè enim eſt priora deleri. Et terra facilius aratro proſcinditur, quæ nihil habet, quàm quæ vepribus eſt referta. Nihil igitur impedit, quominus eſſe Concilia dicantur Epiſcoporum, etiamſi non ita, vt deberent, in ſacris literis omnes Epiſcopi ſint verſati, cùm præſertim neque fuerit, neque futurum ſit Concilium vllum tam Oecumenicum, vt omnes ad illud Orbis Chriſtiani totius Epiſcopi conueniant: neque mitti ferè conſueuerunt ex vnaquaque Prouincia, niſi de quibus eſt opinio doctrinæ ſingularis.

Verùm interfuerunt Imperatores, & Reges Concilijs. Quis negat interfuiſſe? cùm eos etiam noſtro tempore literis Pontificijs ad Concilium inuitari, nemini ſit obſcurum. Quod verò de cauſa fidei iudicauerint, hoc eſt, quod conſtanter negamus. Euoluantur omnia Concilia, quæ à nato Chriſto habita ſunt ad hæc vſque noſtra tempora, nullum reperietur, in quo ſibi quiſquam Imperatorum de fidei cauſa iudicium arrogauerit.

Longum autem eſſet enumerare omnia, præſertim Prouincialia, quæ rectè Gratianus ad definiendum, & conſtituendum inualida eſſe docet, de quibus etiam Canonem quemdam legimus octauæ Synodi generalis, in quo hæc verba reperiuntur: Illud autem tamquam peroſum quiddam ab auribus noſtris repulimus, quod à quibuſdam imperitis dicitur, non poſſe Synodum abſque principali præſentia celebrari, cùm nuſquam ſacri Canones conuenire ſeculares Principes in Concilijs ſanxerint; ſed ſolos Antiſtites. Vndè nec interfuiſſe illos Synodis, exceptis Concilijs vniuerſalibus inuenimus. Neque enim fas eſt ſeculares Principes ſpectatores fieri rerum, quæ Sacerdotibus Dei nonnumquàm eueniunt.

Cæterùm recenſet idem Gratianus, & antè eum Iuo Carnotenſis, octo Synodos Oecumenicas: quarum prima, ſicut à Damaſo ſcriptum legimus, cum Silueſtri conſenſu, Nicææ habita eſt anno à Chriſto nato 330. plus minus; quod etiam indicat epilogus Romanæ Synodi ſub eodem Silueſtro habitæ; vbi legitur 318. Epiſcopos Silueſtri vocatione fuiſſe Nicææ congregatos. Quin & in ſexta Synodo ſcriptum eſt, Conſtantinum, & Silueſtrum Nicææ magnam Synodum congregaſſe. In ea Synodo, qui Chriſtum creaturã eſſe aſſerebat, & eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ negabat, Arij hæreſis eſt extirpata.

Secunda, 56. annis, vel ſi Georgio Cedreno credimus, 60. annis poſt, Conſtantinopoli, per Damaſum congregata, quod ex Patrum verbis in epiſtola quadam ad Damaſum ſcripta colligere licet, vbi ſic loquuntur: Conſtantinopoli, mandato literarum ſuperiori anno à veſtra Reuerentia poſt Concilium Aquileienſe ad ſanctiſſimum Imperatorem Theodoſium miſſarum, ad iter duntaxat Conſtantinopolim vſque faciundum nos præparauimus. Quam epiſtolam legat apud Theodoretum, qui volet, in Eccleſiaſtica hiſtoria.

In hac Synodo Macedonius à Damaſo, Petro

Digitized by Google

Petro quoque Alexandrino præſente, ſicut in reſponſo Damaſi apud eumdem Theodoretum legere licet, eſt damnatus, qui Spiritum ſanctum eſſe Deum inficiabatur, ſimul & Apollinarius, qui Chriſtum, ipſe demens, eſſe ſine mente blaſphemabat.

Tertia, 40. annis interiectis, Epheſij, Cœleſtino inſtante Pontifice congregata, quod indicat illa epiſtola Patrum Epheſi congregatorum ad Cœleſtinum, vbi ſic loquontur: Tùm Eccleſiæ Canonibus, tùm epiſtola ſanctiſſimi Patris noſtri, & collegæ Cœleſtini Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ neceſſariò compulſi, idque non ſine crebris lachrymis ad hanc ſeueram ſententiam contra Neſtorium pronunciandam venimus: in qua Neſtorius eſt anathemate redditus execrabilis, qui propria ſtultitia ſeductus, alium antè ſecula Deum Verbum, alium verò ex Virgine pro noſtra ſalute incarnatum nugatus eſt.

Quarta, poſt interuallum annorum 30. Chalcedone, iuſſione Leonis Pontificis congregata. Sic enim ſcribunt ad Leonem Auguſtum Epiſcopi ſecundæ Mediæ: In Chalcedonenſium Ciuitate, multi Epiſcopi conuenerunt per iuſſionem Leonis Romani Pontificis, qui verè caput eſt Epiſcoporum.

Et ad Martianum Auguſtum ſcribens Leo: Popoſceram, inquit, à glorioſiſſima clementia veſtra, vt Synodum, quam pro reparanda Orientalis Eccleſiæ pace à nobis etiam petitam neceſſariam iudicaſtis, aliquantiſper differri ad tempus oportunum iuberetis: in qua Euthyces, vnà cum Dioſcoro, qui duas in vno Chriſto naturas incommutabiliter vnitas negauerit: vnam autem naturam ex duabus fuiſſe compoſitam prodigioſè pronunciauerat, infinitis execrationibus eſt deuotus.

Quinta, 102. annis poſt, iterum Conſtantinopoli, inſtante Iuſtino Imperatore per Hormiſdam Papam congregata fuit, ſicut in Pontificali legitur: in qua Origenes, Euagrius, & Didymus, propter falſam quædam, & peregrina dogmata ſunt damnati. Sed Germana quinta Synodus primùm in lucem prodijt anno 1567. Nàm quæ legitur in prioribus editionibus ſecundi tomi Conciliorum, non fuiſſe videtur Germana quinta Synodus Oecumenica. In hac igitur quinta Germana, ſicut etiam à Gregorio ſcriptum legimus; Epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur. Theodorus perſonam mediatoris Dei, & hominum in duabus ſubſtantijs ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, & ſcripta Theodoreti, per quæ beati Cyrilli, fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata, refutantur.

Sexta, poſteaquàm 129. anni interceſſerunt, tertium Conſtantinopoli: in qua Sergius, Pyrrhus, Petrus, & Polychronius, qui vnam tantùm in Chriſto voluntatem, & operationem eſſe contendebant, è cœtu piorum eiecti, & anathemate ſunt percuſſi. Quod idem aliquot annis antè factum fuit à Martino Papa in Concilio Lateranenſi.

Septima, 60. poſt annis, iterum Nicææ, in qua, qui demoliti fuerant Imagines, & eas Idola vocabant, Baſilius, Theodoſius, Siſinius, & alij nonnulli ſunt Hæretici pronunciati.

Octaua, poſt 100. plus minus annorum interuallum, quartum Conſtantinopoli, in qua Photius, qui per vim de Sede ſua deturbato Ignatio Conſtantinopolitano Patriarcha, in locum eius inuaſerat, legitimè de eo deiectus, & tamquam nouus Dioſcorus, & qui cum Iconomachis facere videretur, anathema pronunciatus eſt.

Interfuit Nicænæ Synodo Conſtantinus Imperator, ſed quomodò interfuit? Cùm paucis poſtremus omnium ingreſſus, poſita modica quadam ſede, non prius conſedit, quàm annuiſſent Epiſcopi: cumque de concordia, & pace pleraque diſſeruiſſet, diligentiorem dogmatum inquiſitionem ipſorum ſententiæ permiſit, ſicut in hiſtorijs ſuis Euſebius, Socrates, Theodoretus, memoriæ prodiderunt. Itaque trecentos decem, & octo Epiſcopos in eo Concilio ſubſcripſiſſe legimus, Conſtantinum ſubſcripſiſſe non legimus. Quin illud de eo tradit Zozomenus, quòd cùm ipſi fidei ſcripturam artificiosè conſtructam Arrius obtuliſſet, arbitratus fuit Imperator eum conformia cum illis ſentire, de quibus in Nicæna Synodo conuenerat; quo nomine gauiſus quidem eſt, verùm tantùm ipſe ſibi non permiſit, vt eos ad communionem reciperet, priuſquam cauſa ab illis, penès quos erat poteſtas, ſicut Eccleſiæ norma poſtulat, & diiudicaretur, & diligenter examinaretur. Mittit igitur ad Epiſcopos Hieroſolymis tum temporis congregatos. Ex quibus verbis manifeſtè conſtat, quòd ſecundùm Eccleſiæ legem de rebus fidei, non licebat alijs cognoſcere, præter Epiſcopos.

Interfuit Conſtantinopolitanæ Synodo Theodoſius. Numquid ſubſcripſit? Solos Epiſcopos centum quinquaginta ſubſcripſiſſe legimus. Tertiæ Synodo, quæ fuit Epheſi habita, ducentorum Epiſcoporum, non quidem interfuit Imperator, ſed miſit loco ſuo Candidianum. Scribit autem ipſe ad Synodum, qua cum poteſtate miſerit, his verbis: Deputatus eſt, inquit, Candidianus magnificentiſſimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſque ad ſanctiſſimam Synodum veſtram, & in nullo quidem, quæ faciendæ ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones communicare: Illicitum namque eſt eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus. Ac miſerat idem ad eam, quæ iterum fuit Epheſi congregata, Synodum, quæ tamen inter approbatas non numeratur, Elpidium Comitem, & Eulogium Tribunum, non vt de cauſa fidei iudicarent, ſed valentes, inquit, noſtris iuſſionibus miniſtrare de his, quæ in Epheſo à ſancta Synodo fuerint conſtituta, & nullum fieri tumultum permittere: Sed & ſi quem videritis conturbationibus, & tumultui ſtudentem ad læſionem ſanctæ fidei, hunc cuſtodiæ mancipare. In quam ſententiam etiam ad Proclum Aſiæ Proconſulem ſcripta eiuſdem Imperatoris extat epiſtola.

Interfuit Chalcedonenſi Martianus, ſed à Legatis Leonis Papæ petitus: vt ſui præſentiam præſtaret Concilio, quòd ipſo abſente, ſe ad Concilium non occurſuros dicerent, ſicut in Breuiatio ſuo teſtatur Liberatus. Quam autem ad rem interfuit? Narrat hoc

ipſe

ipſe dicens: Ad confirmandam fidem, non, ad oſtendendam virtutem, vt nunc per hanc ſanctam Synodum depoſita nebula, quæ nunc in his paucis annis ex prauitate quorundam, & auaritia viſa eſt exoriri, ſemper ſeruentur, quæ ſtatuta ſunt. Sexcentos triginta Epiſcopos ſubſcripſiſſe legimus, Martianum ſubſcripſiſſe non legimus. In quinta, quæ eſt Conſtantinopolitana ſecunda, non interfuit quidem Imperator ipſe: verùm Theodorum Silentiarum cum literis miſit ad Synodum ſcriptis, quæ, poſteaquàm lectæ fuerunt per Stephanum Epiſcopum Raphiæ, dixerunt Epiſcopi: Theodorus vir magnificus exeat, cùm ſatisfecit pijſſimi Imperatoris iuſſioni. Soli centum ſexagintaquinque Epiſcopi, & ſententias dixerunt, & ſubſcripſerunt, in hunc modum: Eutychius miſericordia Dei Epiſcopus Conſtantinopoleos, decreui, & ſubſcripſi. Qua forma etiam ſubſcripſerunt omnes alij, Vigilius Pontifex præſens tunc aderat Conſtantinopoli. Sed quamuis & à Patribus, & ab Imperatore fuerit inuitatus, nec ipſe tamen venit, nec miſit ſuo nomine quemquam. Nihilominùs recitatæ ſunt epiſtolæ quædam Vigilij ad Ruſticum, & Sebaſtianum, & ad Valentinianum, & Aurelianum Epiſcopos, quarum auctoritatem ſe ſecutos Patres oſtenderunt in his condemnandis, quos anathema pronunciauerant, vt ne quid præter ſententiam eius feciſſe viderentur. Scribit autem Photius in eo libro, quem de Concilijs edidit, quòd quamuis ad ſacri cœtus proauctus Vigilius promptus non eſſet, communem Patrum fidem libello comprobauit.

In ſexta, quæ fuit Conſtantinopolitana tertia, & Imperator Conſtantinus interfuit, & multi cum eo viri illuſtres, qui etiam glorioſiſſimi iudices vocantur, itidem vt in Chalcedonenſi Synodo fuerant vocati. Sed nec Imperator, nec quiſquam eorum, qui vocantur iudices, hoc ſibi arrogauit, vt de fidei cauſa iudicaret. Sicut autem in Chalcedonenſi, ità in hac ſexta Synodo Conſtantinopolitana non aliam ob rem, & Imperatorem, & iudices iſtos interfuiſſe liquet, quàm vt ordine omnia agi procurarent, ne quid per vim, aut per tumultum fieret, vt libera cuique poteſtas dicendi daretur. Si quid per vim, aut tumultum factum eſſet, de eo cognoſcerent, ac de ſontibus pœnas debitas ſumerent. Atque ad hanc, non ad aliam rem iudices conſtituti fuiſſe videntur, quod ex actis vtriuſque Synodi, & quartæ Chalcedonenſis, & ſextæ Conſtantinopolitanæ videre licet. Quid enim aliud ibi iudices, aut etiam Imperator ipſe, quàm legi preces, quæ acta eſſent recitari, authentica monumenta proferri, ad obiecta reſponderi, ſi qui cupiebant audiri, eos intromitti mandabant, vociferationes prohibebant, ſi qua vis illata, ſi quid per tumultum factum eſſet, cognoſcebant: vbi de fide agebatur, Synodo iudicium permittebant. Quod vel illa verba indicant in actione prima Chalcedonenſi, vbi iudices, & Senatus dixerunt. Dicat ſancta Synodus, ſi canonicis epiſtolis ſanctæ memoriæ Cyrilli conſonat interloquutio Euſtathij Reuerendi Epiſcopi. Et in octaua actione ijdem iudices. Omnis iam dubitatio de Theodoreto reuerendo eſt ſoluta, quippè, & Neſtorium coram nobis anathematizauit, & à ſanctiſſimo Leone ſuſceptus eſt, & definitionem fidei ſuſcepit, & epiſtolæ ſanctiſſimi Leonis ſubſcripſit. Deeſt igitur vt ſententia à Deo amabilitate veſtra proferatur, vt Eccleſiam ſuam recipiat, ſicut & ſanctiſſimus Leo iudicauit. Qua ſententia per Epiſcopos lata, dixerunt iudices, vt ſecundùm decretum ſancti Concilij (non ſuum, aut Imperatoris) Theodoretus Eccleſiam reciperet. Similiter & de Iba factum eſt, & de alijs nonnullis. Ad eundem modum in ſexta quoque Synodo Imperator, & ſanctum Concilium dixiſſe leguntur. Diſcuerat Georgius codices, proueniat lectio, fiat lectio, alter liber relegatur. Itidem & glorioſiſſimi iudices nunc hunc, nunc illum intromitti iuſſerunt. Poſteaquàm verò ventum eſt ad ſententiam contra Macharium ſerendam, iam nec Imperator loquitur, nec Iudices, ſed ſola ſancta Synodus: quemadmodum ex duodecima, & ſedecima actione videre licet. Sed & in actione decimaoctaua, poſteaquàm ſubſcripſiſſent treceni quinquaginta Epiſcopi, in ipſo fine ſubſcripſiſſe legitur Imperator in hæc verba: Et ſubſcriptionem pijſſimi, & Chriſto dilecti Conſtantini Imperatoris, legimus & conſenſimus. Ac mox: Conſtantinus pijſſimus Imperator dixit: Edicat ſanctum, & vniuerſale Concilium, ſi cum conſenſu omnium Epiſcoporum promulgata eſt definitio, quæ ad præſens celebrata eſt. Cumque ſanctum Concilium exclamaſſet: Omnes ità credimus: edictum ſcribi fecit Imperator, vt quod fuit à Concilio definitum, id omnes firmiter obſeruarent. Ac primus fuit hic, qui ſubſcripſiſſe Concilij definitioni videtur, ſed non iudicans, verùm conſentiens tantùm: quod factum etiam à quibuſdam in Concilio Arauſicano viris illuſtribus eadem forma legimus. Quamuis in octaua Synodo generali, cùm poſtularetur à Baſilio Imperatore, vt primus ipſe ſubſcriberet Concilij decretis, reſpondiſſe legitur. Tranquilliſſimum imperium noſtrum ſequutum præcedentes, & iuſtiſſimos Imperatores, Conſtantinum videlicèt Magnum, & Theodoſium, ac Martianum, ac cæteros, vult ſubſcribere poſt ſubſcriptionem omnium Deo amabilium Epiſcoporum, ſed quoniam poſtulat præferri nos Sanctitas veſtra, ſubſcribam poſt ſubſcriptionem omnium ſanctiſſimorum Vicariorum: Edocti enim ſumus à Chriſto vero Deo noſtro, habere exaltantem humilitatem.

Ex quibus verbis colligitur, ſubſcripſiſſe quidem Imperatores in alijs Concilijs Oecumenicis, verùm in his actis, quæ habemus, præterquàm in ſexta, & octaua Synodo nullius Imperatoris ſubſcriptionem reperire licuit. In Chalcedonenſi verò Concilio Epiſcopi ſubſcripſerunt hac forma: Flauius Epiſcopus Conſtantinopolitanus iudicans. Et alio quodam loco, definiens ſubſcripſi: Preſbyteri verò ſimpliciter: Euſebius Presbyter ſubſcripſi. Quæ forma etiam in quinta Synodo inter Epiſcopos, & Presbyteros fuit obſeruata, vt Epiſcopi ſubſcriberent, definiui, & ſubſcripſi: Presbyteri, ſequendo definita ſubſcripſi. In ſeptima Synodo, quæ eſt ſecunda Nicæna, interfuerunt quidem duo Se-

nato-

natores: ſed initio pauca loquuti, perpetuò poſteà racuetunt: Epiſcopi, qui numero fuerunt trecenti quinquaginta, decreuerunt, & ſnbſcripſerunt, præterea nemn. In octaua Synodo, quæ fuit Conſtanrinopolitana quarta, interfuit quidem Baſilius Imperator, & ſubſcripſit, ſed quàm ab eo fuerit alienus, vt aliquas in iudicando ſibi partes de fidei negotio ſumeret, ex his, quæ ſnpetiùs ſcripta ſunt, cognoſcere licet. Primo loco ſubſeripſerunt Legati, quos Hadtianus Pontifex Romanus miſerat, hac forma: Ego Donatus Dei gratia Epiſcopus ſanctæ Oſtienſis Eccleſiæ, locum obtineus Domini mei Hadtiani ſummi Pontificia, & vniuerſalis Papæ, omnia quæ ſuperiùs leguntut, huic ſanctæ, & vniuerſali Synodo pręſidens, atque ad voluntatem eiuſdem eximij Pręſulis promulgaui, & manu propria ſubſcripſi. Qua fotma & cnllegæ eius duo vſi ſunt. Ignatius verò hac forma ſubſcripſit: Ignatius miſericordia Dei Epiſcopus Conſtantinopoleos nouæ Romæ, ſanctam hanc vniuerſalem Synodum ſuſcipiens, & omnibus, quæ ab ea iudicara, & ſeripta ſunt, concotdans, & definiens ſubſcripſi manu propria. Quam eandem formam in ſubſcribendo ſequuti ſunt Ioſeph vices agens Patriarchæ Alexandrini, Thomas Antiocheni, Helias Hieroſolymitani. Poſt quos tamdem ſubſcripſerunt Imperatores hac forma: Baſilius Conſtantinus, & Leo perpetui Auguſti in Chriſto Deo fideles Principes Romanorum: & magni Imperatores, ſanctam hanc & vniuetſalem Synodum ſuſcipientes, & omnibus, quæ ab ipſa definita, & ſcripta ſunt, concordantes, ſubſeribimus manu propria. Ex co videre licet, qnòd Imperarores, vel quicumque alij non Epiſcopi, etiam in ſubſcriptionibus ſuis diligentet cauerunt, ne quid tamquàm iudicantes in fidei, aut quacnmque tamdem Eccleſiaſtica cauſa feciſſe viderentut.

Simul & illud notatu dignum eſt, quòd In Oecumenicis Cnncilijs pręſidebant Romani Pontificis Legari. Extat in Bibliotheca Vaticana Vigilij libellus manuſcriptus, nec adhuc quod ſciamus in lucem editus, in quo inſerta eſt profeſſio Mennæ Patriarchæ Conſtantinopòlitani. In ea quatuot Synodis Oecumenicis enumeratis ſic loquitur Mennas. In quibus iuxtà tempora ſua prædeceſſores Sanctltatis veſtræ beatiſſimi Papæ ſenioris Romæ ipſis Synodis præſederunr. In Chalcedonenſi quoque Synodo ſic legitut. Paſchaſius, & Lucenſius Reuetendiſſimi Epiſcopi, & Bonifacius Presbyter tenentes locum Sedis Apoſtolicæ, quia Miſſi Apoſtolici ſemper in Synodis priùs loqui, & confirmare ſoliti ſunt, per Paſchaſium dixerunt. Et aliquanto ſupetiùs: Paruitatem noſtram Pontiſex huic ſancto Concilio pro ſe præſidere præcepit. Ideòque neceſſarium eſt hæc, quæ in medium proferuntut pet noſtram interlocutionem diſceptari.

Vſque eo autem Impetatores Catholici indicium in cauſa fidei ſibi non arrogarunt, vt ne hæretici quidem id feciſſe videantur. Huneticus Arrianus quamlibet ſæuus tyrannus, nun ipſe tamen iudicium de fide ſibi ſnmpſit, ſed Patriarcham Cyrillum iudicem eſſe pernſiſit. Theodoricus itidem Artianus ad iudicium Eccleſiaſticum vocatus in Synodali arbitrio eſſe dixir, in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerenriam de Eccleſiaſticis negocijs pertinere. Quid autem? quod vix hæreticorum aliquem feciſſe quiſquam reperier, id ſacturum quemquam putamus, qui vel micam in ſe Chriſtiani pectoris habeat, quique Catholicus, & Orthodoxus dici & eſſe velir? Nihil eſt, quòd in priſcis illis commemorandis longiores ſimus, uoſtri eriam ſeculi Principes non minori præditos religione videre licuit.

Anui iam triginta, & ampliùs interceſſerunt, cùm noua quædam, & peregrina dogmara ſparſit in vulgus Martinus Lucherus, qui princeps fuit, & auctor ſectarnm, quibus miſerandum in modum Germaniam diſſectam eſſe videmus: Quas, quæ clades, quæ ſint calamitates conſequutæ, quis eſt qui ſine lachrymis commemorare queat? Si Turcarum ipſe tyrannus cum quamlibet numeroſo exercitu Germaniam peragraſſet, maiore illam clade vix afficere potuiſſet. Hunc itaque Martinum Lutherum tot ſectarum, rotque cladium auctorem, paternè monuerat initio Leo Pontifex, vt errores ſuos teuocaret, arque ad ſanam aliquando mentem rediret: Sed cùm nihil paternis adhortationibus ſuis profeciſſet, de Concilio Patrum ampliſſimorum, & eorum qui doctrina ſacrarum literarum præſtabanr Martinum hæreticum pronunciauit, ac miſſo ad vnnm omnium Chriſtianiſſimum, Imperatorem, verèque Catholicum eius nominis Quintum, qui feliciter adhuc imperat, Legaro, poſtulauit ab eo tamquam primario Eccleſiæ filio, & Aduocato, vt ſententiam Sedis Apoſtolicæ ſequutus, pœnas cnntrà eum decerneret, quibus hæretici condemnari conſueuerunt, iuxtà morem à veteribus Chriſtianis, & Orthodoxis Imperatoribus obſeruari ſolitum. Neque enim nouum hoc eſt, qnòd Epiſcoporum ſenrentiam Imperatotes, & Reges exequutioni mandare conſueuerunr: Sic namque Conſtantinum, ſic Valentinianum, & Theodoſium, ſic Archadium, & Honorium, & Martianum, & alios feciſſe legimus. Et extat in Synodo quinta Conſtantinopolitana conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris contrà Anrhimum, Seuerum, Petrum, & Zoaram, in qua his verbis vtitur: Rem non inſolitam Imperio, & nos facienres ad præſentem venimus legem. Quoties enim Sacerdotum ſententia quoſdam indignos ſacerdotio de ſacris ſedibus depoſuit, quemadmodum Neſtorium, Eutychen, Arrium, Macedonium, Eunomium, & quoſdam alios, ad iniquitatem non minores illis, toties impetium eiuſdem ſententiæ, & ordinationis, cum ſacerdotum auctoritare fuit. Hornm igitut exemplū ſequutus Carolus Quintus Imperatot, puri Dei verbi propugnator acerrimus, non grauatim ſe ſacturum oſtendit, quod à primario Eccleſiæ filio, & Aduocato factum oportebar. Quoniam verò vehementer inſtabant, nonnulli, vt prius hominem ad ſe vocaret, quàm ad exequutionem decreti à Sede Apoſtolica lari proceſſiſſet, cùm illis negare non potuiſſet, ne quis factum hoc illius ſecùs interpretari poſſit, in edicto ſuo, quod promulgari fecit, cauſam cur eum acceſſiri fecerit, his verbis adſcripſit: Non vt nos, inquit,

quit, de hoc negocio iodicaremos, aut agnoſceremus, cùm id proculdubio ad Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam pertineat, neque vt res ſacroſanctæ Fidei noſtræ, nunc tandem poſt tot ſęcula per nouas altercationes, cum magno fidelium ſcandalo, & perturbatione, ac infidelium deriſione, in controuerſiam vocari pateremur, ſed vt cum vulgi, & plurimorum ità petentium ſatisfactione, hominis animum percontantes, cum bonis monitionibus, ac ſuaſionibus ad rectam ſemitam, ſi fieri poſſet, reduceremus, numquid, & hic obſcurè tulit, minimè ſuarum eſſe partium de fidei cauſa cognoſcere? Quod clarius etiam oſtendit poſteà, cum poſtulantibus id à ſe nonullis, non velle ſe quicquam determinare, neque poſſe concludere de negocio religionis, reſpondit, ſed apud Pontificem Romanum pro officio ſuo diligenter ſe daturum operam de congregando Concilio generali, ſicut in Auguſtanæ confeſsionis exordio legitur.

Sed iam ad Reges noſtros veniamus, qui, ex qua Carolus Imperator paternum, ex eadem clariſſima Auſtriæ Familia maternum ſuum genus ducunt. Et Sanctus ille Rex Sigiſmundus, eius nominis primus, qui ante annos non ità multos in Chriſto obdormiuit, cùm alijs heroicis virtutibus multis clarus, tùm in tuenda Fide Catholica conſtantia quadam, & animi robore ſingulari præditus, & qui libenter veſtigijs eius incedit Sereniſsimus Filius hic eius, eiuſdem nominis Secundus, quem vtinam paterna fælicitate paternos annos aſſequutum, Regni huius gubernacula longiſsimo tempore tenentem videamus: nunquid non, & ipſi non eodem animo, eadem ſententia, eademque religione fuerunt? Po-
Matth. 20. ſtularunt ab vtroque nonnulli (quibus rectè dici potuit, neſcitis quid petatis,) vt purum Euangelium in Regno ſuo prædicari permitterent: Reſpondit Diuus Pater: ſui non eſſe muneris de puritate verbi cognoſcere: ad Epiſcoporum id officium pertinere, quorum quidem hac de re iudicio ſe etiam ipſum libenter maieſtas eius ſubmitteret, eorumque iuriſdictionem ſaluam in omnibus eſſe vellet.

Reſpondit ijſdem propè verbis Sereniſs. Filius eius. Neque dubitandum eſt, quin quotquot ſunt Catholici Reges, & Principes, ſi quis eis iudicium de cauſis fidei delatum vellet, idem omnes vno ſint ore reſponſuri. Quòd ſi maximè ſecùs aliquis feciſſe reperiretur, nec allegandus tamen eſt error, nec defendendus, & verum eſt, quod prouerbio dicitur, vna hirundo non facit ver.

Auſus eſt, & re, & nomine Baſiliſcus Imperator circulares dare literas, quibus Chalcedonenſe Concilium, & Leonis libellum per anathema damnaret: Quod tamen ipſum fecit Epiſcoporum ſuorum ſententiam ſequutus, qui circularibus eiuſmodi literis etiam ſubſcripſerunt, vt magis exequutoris, quàm iudicis officio functus videri queat. Sed has tamen ipſas circulares literas non ità multò poſt aboleri, & eis contrarias ſcribi iuſsit, ſicut apud Euagrium, Liberatum, Nicephorum ſcriptum reperimus. Auſus fuit, & Leo Imperator imagines demoliri, & Sanctorum venerationi detrahere, ſed aduerſùs eum in hæc verba ſcripſit Ioannes Damaſcenus: Non approbo Imperatorem, qui rapta, & inuecta tyrannide inuadit Sacerdotij dignitatem. Non Imperatores poteſtatem acceperunt ligandi, atque ſoluendi. Ac paucis interiectis: Non conſentio, vt Eccleſia paciſcatur ſe exequuturam Imperialia edicti formulam: immò vt mordicus tueatur traditiones à Patribus acceptas, ſiue ſcripto proditas, ſiue citra ſcripturam vſu Eccleſiæ comprobatas. Magis autem placidè ſimul, & feſtiuè Eulogius Preſbyter, quem cùm Barſes Valentis Imperatoris Præfectus hortaretur, vt in doctrina fidei ſe cum Imperatore coniungeret. Numquid, ait, vnà cum Imperio etiam ille Pontificatum eſt conſequutus? Nam, & Paſtorem habemus, & nutus illius ſequimur.

Cùm Gaianas præſente Ioanne Chryſoſtomo peteret ab Imperatore ſuę quoque partis hominibus; hoc eſt, Arriania vnam è ſacris domibus concedi. Reſpondit Chryſoſtomus: non licere Imperatori aliquid audere in rebus Eccleſiaſticis ſi velit eſſe omninò pius: quemadmodum in illius vita ſcribit Symon Metaphraſtes. In eandem ſententiam quoſdam Patres, contra Leonem Iſauricum dixiſſe, narrat Theoſterictus vitam Nicetæ magiſtri ſui deſcribens, inter quos, & hæc Theodori verba recitat. Ne tentes nunc ò Imperator Eccleſiaſticum ſtatum diſſoluere. Ait enim Apoſtolus: Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia ſua, primùm Apoſtolos, deindè Prophetas, tertiò paſtores, & Doctores, ad perfectionem Sanctorum. Non dixit Reges. Tibi quidem ò Imperator ciuilis ſtatus, & exercitus commiſſus eſt, hæc igitur cura.

Eccleſiam autem paſtoribus, & Doctoribus, vt ait Apoſtolus, derelinque. At ſi non vis hoc facere: ſi quis peruertendæ fidei noſtræ cauſa de Cœlo nobis aliquid nunciauerit, ipſum non audiemus, tantum abeſt vt te audituri ſimus. Neque diſsimilia de quodam Epiſcopo Oeniandro refert Georgius Cedrenus in ſuis Annalibus. Cæterùm Lucifer, & Hilarius non minore libertate Conſtantium adorti ſunt, quàm Ioannes Damaſcenus Leonem. Libet autem adſcribere verba Luciferi, Cùm is Deuteronomij locum illum produxiſſet. Loquere ad Sacerdotes, & Iudices, & nunciabunt tibi iudicium, & facies ſecundùm omne præceptum, quod nunciauerint tibi. Homo quicumque fecerit in ſuperbia, ne audiat Sacerdotem, morietur homo ille, & tollet malum de Iſrael. Quomodo, inquit, dicere poteris, iudicare te poſſe de Epiſcopis, quibus niſi obedieris iam quantum apud Deum mortis pœna fueris mulctatus. Cùm hæc ità ſint. Tu qui es profanus ad Dei domeſticos, quare iſtam ſumis in Dei Sacerdotem auctoritatem, cùm etiam ipſos iudices Iudæos, tum quando in lege manebant Dei, ex genere habere permiſerit ſuo. Hortatus eſt eundem Conſtantinum Oſius Epiſcopus Cordubenſis, &c. vt ne ſuos comites ad ſynodos mitteret: Quid enim tale, inquit, à Conſtante actum eſt? Aut quis ibi Epiſcopus relegatus? aut quando iudicijs Eccleſiaſticis interfuit? aut quis ipſius Palatinus vim adhibuit, vt contra aliquem ſubſcriptio fieret? Deſine quæſo, & memineris te mortalem eſ-

ſe,

ſe, reformidam diem iudicij: ſerua te in illam diem purum, ne te miſceas Eccleſiaſticis, neq; nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium oculis malignis carpit, contradicit ordinationi diuinæ: ita, & tu caue, ne quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens, magno crimini fias obnoxius. Date, ſcriptum eſt, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Neque igitur fas eſt nobis in terris Imperium tenere: neque tu thymiamatum, & ſacrorum poteſtatem habes Imperator. Hæc illius epiſtolæ verba in ſua quadam ad ſolitariam vitam agentes epiſtola inſerit Athanaſius, qui nonnullis interiectis: Iſtud eſt, inquit, iudicium Epiſcoporum. Quid cum eo commune habet Imperator? Sin contrà, iſta minis Cæſaris conflatur, quid opus eſt hominibus titulo Epiſcopi? Quando à condito æuo auditum eſt? quando iudicium Eccleſiæ ab Imperatore auctoritatem ſuam accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt? Plurimæ ante hac Synodi fuerunt, multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt, ſed neque Patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt: nec Princeps in rebus Eccleſiaſticis curioſum ſe præbuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos in literis ſalutabat Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit.

Nunc autem nouum quoddam ab Arriana hæreſi ſpectaculum editur: conuenerunt in vnum hæretici, & Imperator Conſtantius, vt ille quidem ſub prætextu Epiſcoporum ſua poteſtate aduersùs eos, quos velit vtatur, & tamen in perſequutione mouenda perſequutor non appelletur: illi verò ſuccincti Principis poteſtate inſidias faciunt, quibus volunt.

Hactenus Athanaſius: Et interea profert quidam diſputationem à Vigilio conſcriptam, inter Arrium, & Athanaſium, in qua Probus quidam ethnicus ſic alloquitur vtrumque, Imperatoris Conſtantini auctoritate communitus. Præcepi inter vos fidei negotium ventilari, Reſpondit Athanaſius: Et quis tam vecors audeat principalia præcepta abnuere? Sic ille fictus Athanaſius. At verus Athanaſius, cuius verba ex illius germano libro citauimus, longè diuerſum ſenſit.

Cæterùm, vt ne rerum imperitis imponatur, ſciat lector, inter Arrium, & Athanaſium Alexandrinum coram Probo iudice nullam vnquam diſputationem habitam fuiſſe. Fatetur hoc etiam ipſe Vigilius, qui fuit auctor huius libelli de diſputatione hac, quòd eam ſub nomine Athanaſij conſcripſerit, tanquam ſi præſentes, inquit, cum præſentibus agerent: vbi etiam cognitoris perſona videtur inducta. Si fuiſſet vnquam hæc habita diſputatio, certè Euſebius, Ruffinus, Socrates, Theodoretus, Zozomenus, Nicæphorus, & alij Scriptores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ mentionem illius aliquam feciſſent: ſiculneum, vt planè ſit iſtorum in hac Arrij cum Athanaſio diſputatione præſidium. Sed in cauſa Cæciliani Carthaginenſis Archiepiſcopi, Conſtantinum Imperatorem iudicem fuiſſe certiùs eſt, aiunt, quàm vt inficias ire quiſquam poſſit.

Demus hoc. Nam quod hæretici Donatiſtæ cauſam hanc ad eum detulerint, & Optatus, & Auguſtinus teſtantur. Sed interea ſcribit Auguſtinus, quòd non eſt auſus Imperator de cauſa Epiſcopi iudicare, quam diſcutiendam eam, atque finiendam Epiſcopis delegauit; Quod & factum eſt in Vrbe Roma Præſidente Melchiade cum multis Collegis ſuis. Et extat apud Euſebium Imperatoris epiſtola, quam ad Melchiadem Pontificem ea de re ſcripſit. Si nulla religione prohibeatur Imperator, quo minus de cauſis Eccleſiaſticis iudicaret, cur dicit Auguſtinus, quòd non fuerit auſus id facere: Sciebat ille, quòd hoc ſui muneris non eſſet, quamobrem ad Pontificem Romanum, ad cuius cognitionem propriè pertinebat, cauſam remiſit.

Quin addit Optatus, quòd cùm ei preces Donatiſtarum oblatæ fuiſſent, liuore plenus reſpondérit: Petitis à me in ſæculo iudicium, cùm ipſe Chriſti iudicium expectem. Sed quæ poſteà conſecuta ſunt videamus. Fuit Cæcilianus innocens à Pontifice Romano pronunciatus. Donatiſtæ verò, libet autem Auguſtini verbis vti, tantæ auctoritatis Epiſcopus non apud alios collegas, ſed apud Imperatorem auſi ſunt accuſare, quòd malè iudicarint. Dedit igitur ille aliud Arelatenſe iudicium, aliorum ſcilicet Epiſcoporum, non quia iam neceſſe erat, ſed eorum peruerſitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neque enim auſus eſt Chriſtianus Imperator ſic eorum tumultuoſas, & fallaces querelas ſuſcipere, vt de iudicio Epiſcoporum, qui Romæ ſederent ipſe iudicaret, ſed alios Epiſcopos dedit. Quẽ etiam iterum exclamaſſe ſcribit Optatus: O rapida furoris audacia. Sicut audaciam, & impudentiam Donatiſtarum grauiter Auguſtinus reprehendit, ſic religionem hanc, & modeſtiam Imperatoris laudat, ac longè ordinatius eum egiſſe dicit, cùm Epiſcoporum cauſam ad ſe delatam ad Epiſcopos remiſit, quandoquidem eam ad iudicium ſuum non pertinere ſciebat. A quibus tamen cùm iterum ad Imperatorem prouocatum fuiſſet, ſcribit Auguſtinus, quòd ipſorum hanc pertinaciam admodum deteſtatus tandem eorũ importunitati ceſſerit, vt de illa cauſa poſt Epiſcopos iudicaret, à Sanctis Antiſtitibus poſteà veniam petiturus. Habes qualis Iudex in Eccleſiaſtica cauſa fuerit Conſtantinus, quàm ſit hanc hæreticorum importunitatem deteſtatus, quàm inuitus munus hoc, quod ad ſe minimè pertinebat, ſuſceperit. Et intereà non eſt veritus blatero quidam ineptiſſimus, qui fingit ipſe ſibi monſtra, quæ oppugnet, neſciens quid loquatur, aut de quibus affirmet, non eſt inquam veritus aſſeuerare, quòd Auguſtinus Conſtantini factum hoc non modò non reprehenderit, verùm etiam cum laude retulerit. Si cum laude retulerit, quòd ceſſerit hæreticorum peruerſitatibus, cur addidit, veniam à ſanctis Antiſtitibus petiturus.

Certè, quæ cum laude geruntur, eorum veniam petere neceſſe non eſt. Quamobrem peccaſſe quidem Conſtantinum innuit Auguſtinus.

ſtinus, quòd de Epiſcopis, etiam poſt Epiſcoporum iudicium indicauerit, ſed quoniam inuitus fecit, victus importunitate Donatiſtarum, quorum pertinaciam hanc vehementer deteſtatur, huius delicti ſui veniam non difficulter eum eſſe conſecuturum iudicauit, cùm præſertim executoris magis, quàm iudicis officio functus videatur.

Nec enim diuerſum aliquid ab eo quod per Epiſcopos decretum erat, pronunciauit, ſed idem illud prorſus: Cæcilianum innocentiſſimum, accuſatores eius improbiſſimos eſſe. Legem etiam tulit, vt res conuictorum, & pertinaciter vnitati reſiſtentium fiſco vendicarentur. Sed quid opus eſt pluribus verbis, quod non liceat Imperatoribus de cauſis Eccleſiaſticis iudicare, planum enim facere ipſius ea de re Conſtantini ſententiam audiamus.

Narrat Ruffinus in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria, quòd qui fuerunt Epiſcopi Nicæ congregati, libellos quoſdam obtulerant Conſtantino, quibus ſe inuicem accuſabant, quos ille recepit quidem à ſingulis, & eos in ſinu ſuo continuit, nec quid in eis continetetur aperiens, ità fuit Epiſcopos affatus. Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Propter, quod Dei ſolius expectate iudicium, & veſtra iurgia quæcumque ſunt ad illud diuinum reſeruentur iudicium: vos enim nobis à Deo eſtis dati Dij, & conueniens non eſt, vt homo Deos iudicet, ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit. Quàm diuerſa fuit hæc Imperatoris pientiſſimi ſententia ab ea, quam profert inſulſus hic Battalogus. Non Imperatores ille de Epiſcopis, verùm Epiſcopos de Imperatoribus cùm eſſet Imperator ipſe iudicare voluit, vt illorum ipſe, non autē illi ſuo iudicio ſubijcerentur, æquum eſſe cenſuit.

Quid autem ſi nec illorum diuerſa fuit ſententia, qui cauſam hanc Eccleſiaſticam ad Imperatorem Conſtantinum detulerant? Quid ſi ijdem illi ſuum hoc factum condemnarunt? Inſtitueràt Honorius Imperator, vt collatio fieret inter Auguſtinum, & Donatiſtas. Quos tum clamores Donatiſtæ non edebant? quantam ex ea re inuidiam & odium conflare Catholicis conabantur, quòd Eccleſiæ cauſam apud Imperatorem agerent? Sed quid ad hæc Auguſtinus? Quod in nobis, inquit, modò reprehendunt, dicentes: Non debere Chriſtianos contra inimicos Chriſti aliquid à Chriſtianis Imperatoribus poſtulare, priores idipſi fecerunt. Sic ſuum hoc factum ipſi Donatiſtæ reprehendebant, quos Optatus etiam his verbis alloquitur. Quid de nobis dicitis, quid Chriſto cum Regibus? quid Epiſcopis cum palatijs? Si noxa eſt noſſe Reges, vos tota perfundit inuidia: Nam hoc priores maiores veſtri fecerunt. An autem hæc Donatiſtarum vox eadem propè cum illa non eſt, quam ex Athanaſio paulò antè protulimus. Sic & ipſos hæreticos iudicaſſe videmus nefarium ſcelus deſignati, ſi cauſam Eccleſiæ cognoſcat Imperator, quæ quòd ad Honorium à Catholicis delata fuit, neceſſitate factum eſt, quæ cùm ingens telum ſit, legem non habere dicitur. Magnus enim fuit furor Donatiſtarum, qui totam occupauerat Africam violentis aggreſsionibus, latrocinationibus, itinerum obſidionibus, rapinis, ignibus, cædibus, ſicut ſcribit Auguſtinus: Multa vaſtantes, cuncta terrentes.

Nihil ab eorum inſidijs erat ſatis tutum Auguſtino præſertim, quem ſicut memoriæ prodidit Poſſidonius, velut lupum occidendum eſſe in defenſionem gregis, ſcilicet, ſui, dicebant. Hæc igitur neceſſitas compulit Catholicos, vt ab Imperatore iudicem dari ſibi peterent. Et erat hoc extraordinarium, & agebatur cauſa mixti fori, cùm in ea ciuilis quæſtio facti de Cæciliano verſaretur, deque ordinatore eius Fœlice, quam ipſi priores olim ad Conſtantinum detulerant. Deindè, qui præſidebat ei collationi, cognitio magis illi, quàm iuriſdictio mandata videbatur, vt cognitoris potiùs, quàm iudicis perſonam ſuſtineret. Scripſit breuiculum collationis huius Auguſtinus, non aliud ei, quàm cognitoris nomen in eo tribuit.

Idem facit, & Poſſidonius. Graues nihilominus ea de re Donatiſtæ querimonias edebant. Nefarium eſt ſcelus quæritabantur, Imperatorem de cauſis Eccleſiaſticis iudicare, adeò nec ipſis hæreticis tolerabile facinus hoc videbatur. Hæc nos hoc in loco pluribus verbis commemoranda duximus in hac nouiſſima æditione, quod vidimus inſulſi Battalogi cuiuſdam librum, quem de traditionibus inſcripſit, in quo multis modis probare nititur iudicium de cauſa religionis ad Reges, & Principes pertinere. Quo libro ſicut nihil inſanius, ità nihil poteſt eſſe maledicentius: Cùm enim habere ſe malam cauſam intelligat, ſic ſe tandem in ea fore ſuperiorem perſuaſum habet, ſi Græca, Latina, Germana lingua, quàm plurima probra, conuitia, maledicta mendaciter eiaculatus fuerit in eum, quem non nouit, ſi ſceleratum, impium, diabolicum vocauerit, ſi in ima tartara detruſerit. Quaſi verò maledixiſſe viciſſe ſit. Nos verò caput hoc inſanum ad Antyciras relegabimus, & ad Imperatoris Valentiniani res geſtas venienus. Is Iuſtinæ matris impulſu, cùm puer adhuc eſſet propemodum, ſibi de fide iudicium vſurpare conatus eſt.

Cæterùm his ad eum verbis Ambroſium ſcripſiſſe legimus: Dalmatius me tribunus, & notarius mandato, vt allegauit, clementiæ conuenit, tuæ, poſtulans vt ipſe iudices legerem, ſicut legiſſet Auxentius, nec tamen expreſſit eorum nomina, qui fuerant poſtulati, ſed id addidit, quòd in conſiſtorio eſſet futura contentio, arbitrio pietatis iudicio tuæ.

Cui rei reſpondeo, vt arbitror, cōpetenter, nec quiſquam contumacem iudicare me debet, cùm hoc aſſeram, quod auguſtæ memoriæ Pater tuus, non ſolùm ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſanxit ſuis. In cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſſimilis (hæc enim verba reſcripti ſunt) hoc eſt, ſacerdotes de ſacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam ſi aliàs quoque argueretur Epiſcopus, & morum eſſet examinanda cau-

ſa,

ſa,etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere.

Quis igitur contumacitet reſpondit clementiæ tuæ? ille qui te patri ſimilem eſſe deſiderat, an qui vult eſſe diſſimilem? niſi fortè vilis quibuſdam tanti Imperatoris exiſtimatur ſententia, cuius & fides, confeſſionis conſtantia probata eſt, & ſapientia, meliorata rei publicæ profectibus prædicatur. Quando audiſti clementiſſime Imperator, in cauſa fidei laicos de Epiſcopo iudicaſſe? Ità ergo quadam adulatione curabimus, vt ſacerdotalis iuris ſimus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipſe alijs putem eſſe credendum? Si docendus eſt Epiſcopus à laico quid ſequitur? Laicus ergo diſputet, & Epiſcopus audiat? Epiſcopus diſcat à laico? At certè ſi vel Scripturarum ſeriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt, qui abnuat, in cauſa, fidei, in cauſa inquam fidei, Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare? Eris Deo fauente etiam ſenectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc cenſebis, qualis ille Epiſcopus ſit, qui laicis ius ſacerdotale ſubſternit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris æui dicebat, non eſt meum iudicare inter Epiſcopos, tua nunc dicit clementia, ego debeo iudicare.

Neque verò ſcripſit hæc modò, verùm & dixit Ambroſius, quemadmodum ad ſororem ſcribens ipſe narrat: Noli te grauare, inquit, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere. Eſto Deo ſubditus: Scriptum

Matth. 22. eſt: Quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Atque hæc quidem contra Valentinianum Ambroſius. Qui cum Aquileienſi Concilio interfuiſſet, in quo quidam Arrij ſectator Palladius, itidem vt noſtri temporis hæretici, iudicium Epiſcoporum fugiebat, ac alios quoſdam ex vtraque parte auditores venire volebat. Quos quæris auditores? inquit Ambroſius: Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de ſacerdotibus.

Ac paulò poſt: Etſi in multis impietatibus deprehenſus ſit Palladius, erubiſcimus tamen, vt videatur qui ſacerdotium ſibi vendicat à laicis eſſe damnatus, qui & in hoc ipſo damnandus eſt, quòd laicorum expectat ſententiam, cùm magis de laicis ſacerdotes debeant iudicare.

Audine tu Varemunde, quid dicat Ambroſius? In cauſa fidei negat laicos vnquam de Epiſcopo iudicaſſe, in cauſa fidei Epiſcopos de Imperatoribus, non Imperatores de Epiſcopis iudicare dicit ſolere, nec eſſe dignum cenſet, Epiſcopi nomine, qui laicis ius ſacerdotale ſubſternit: Palladium autem, vel hoc ipſo nomine damnandum iudicat, quòd laicorum expectat ſententiam, cùm magis de laicis ſacerdotes debeant iudicare. Quod ſi tyrannicum eſſe putas affirmare, ad iudicium de rebus religionis ſolos Epiſcopos in Concilium admittendos, nonne tyrannum apertè vocas Ambroſium, cuius hæc eſt ſententia? qui mortem priùs oppetere, quàm laicis ius ſacerdotale ſubſternere fuit paratus: At quem tu virum inſimulare tanti criminis audes? cum cuius iam indè à mille ducentis annis ſemper in Eccleſia Dei ſacroſancta fuit apud omnes memoria, quem Ruffinus Eccleſiæ murum, & turrim validiſſimam, quem Auguſtinus ab illo baptizatus, in optimis notum eſſe ſcribit Orbi terræ, & pium Dei cultorem appellat, quem epiſtola quadam Baſilius celebrat: Cui Pelagius quoque quamuis hæreticus hoc elogium tribuit, quòd in eius præcipuè libris Romana fides eluceat, qui ſcriptorum inter Latinos flos quidam ſpecioſus enituerit, cuius fidem & puriſſimum in ſcripturis ſenſum, ne inimicus quidem auſus ſit reprehendere, quem denique tanta fuiſſe vitę ſanctimonia narrat Auguſtinus, vt eum viuum adhuc etiam dæmones confiterentur, atque vt ſibi parceret, obſecrarent. Hunc tu talem virum, cui non Catholici modò, verùmetiam veritatis hoſtes hæretici, quin & dæmones ipſi, fidei, doctrinæ, ſanctimoniæ, tam illuſtre teſtimonium tribuerunt, vocare tyrannum, & hanc ei tam turpem notam inurere audebis? Sed non eſt tyrannus Varemunde, qui ius ſuum tuetur, ſed Epiſcopi nomine dignus non eſt, qui laicis ius ſacerdotale ſubſternit.

Quin tu potiùs Varemunde gladiatorio quodam animo viam ad tyrannidem affectare videris, qui paſtores loco ſubmoues, qui per vim Epiſcopos iure ſuo ſpoliare, & in ordinem cogere, qui, quæ propria eſt eorum iuriſdictio, eam laicis mandare contendis, Fecit quidem hoc Valentinianus quondam Imperator, vt virum hunc ſanctiſſimum, epiſcopale ſuum ius pro eo, vt debuit viriliter tuentem, tyrannum & pluſquàm tyrannum appellaret, ſed fecit puer, fecit à matre deceptus, & eum facti non ità multò poſt pęnituit, informatuſque fide ac inſtitutis Catholici Principis Theodoſij, tanto in Ambroſium affectu poſt incubuit. vt quem anteà perſequebatur, eum diligeret, quem antè vt aduerſarium repellebat, eum vt parentem putaret. Pientiſſimus autem Imperator Theodoſius, vt quamuis propter patratam cædem Eccleſiæ primum ingreſſu per Ambroſium prohibitus, deindè iam reconciliatus, cancellos egredi iuſſus eſſet, intra quos myſteria peragebantur, quòd Imperatores purpura facerer, ſacerdotes non faceret, non modò tyrannidis ei probrum non obiecit, verùmetiam hac ipſa de cauſa præ cæteris eum Epiſcopi nomine dignum eſſe iudicauit, neque ſe noſſe quemquam affirmauit, qui ſciret Epiſcopum agere, præter vnum Ambroſium. Da Chriſte tales tyrannos Eccleſiæ tuæ multos, qualis vel Ambroſius hic fuit, vel ante eum Babilas à Chryſoſtomo celebratus, vel poſterioribus ſeculis Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus in Anglia, Stanislaus Cracouienſis Epiſcopus in Polonia. Tales, quos tu tyrannos, Chriſtus autem bonos paſtores vocat, ſi nunc haberet multos Eccleſia, qui laicis ius ſacerdotale non ſubſternerent, qui aſcenderent ex aduerſo, qui murum ſe pro domo Iſrael opponerent, ac ſtarent in prælio in die Domini, parati ſemper animas ponere pro ouibus ſuis: neque tibi viam ad tyrannidem affectare liceret, neque tot lupi graſſarentur in ouili Chriſti, neque tam diù tam fœdè ſciſſam inconſu-

Digitized by Google

ſutilem Chriſti tunicam videremus.

Quid autem dicis Vatemunde? ſi quod tu tyrannicum eſſe vis, id iuſtum, & legitimum eſſe iudicauerint etiam hi, quorum te partis eſſe non obſcurè fers: qui confeſſionis Auguſtanæ, quam Chriſtianæ cenſeri malunt? Tanta eſt vis veritatis, vt etiam per hoſtium veritatis iugula nonnunquam erumpat. Nunquid non hæc verba ſunt veſtræ confeſſionis Auguſtanæ? Secundùm Euangelium, ſeu, vt loquuntur de iure diuino, nulla iuriſdictio competit Epiſcopis, hoc eſt, his, quibus eſt commiſſum miniſterium verbi, & ſacramentorum, niſi remittere peccata: item cognoſcere doctrinam, & doctrinam diſſentientem ab Euangelio reijcere, & impios, quorum nota eſt impietas, excludere à communione Eccleſiæ. Audinè tu Vatemunde, quid illi ipſi confiteantur, quorum tu partis es? Cognoſcere doctrinam, & doctrinam ab Euangelio diſſentientem reijcere, nulla circuitione vſi, diſertis verbis iuriſdictionis Epiſcoporum eſſe dicunt, atque hac in parte cum Catholicis conſentiunt. Cur igitur tu, quod in eadem illa confeſſione, quam es amplexus, prohibetur, commiſcees poteſtates, Eccleſiaſticam, & ciuilem? cur laicos irrumpere iubes in alienum officium?

Sed in re, vel meridiana luce clariore confirmanda, quam etiam ipſi concedere coguntur aduerſarij longiores eſſe uolumus, cùm præſertim inſtituti noſtri non fuerit hoc loco de iuriſdictione Epiſcoporum differere: ſed illud modò propoſitum habuimus, quæ ſit Eccleſia Catholica, demonſtrare: quo nomine non pars, neque enim ſunt partes in Eccleſia, verùm totum quiddam ſignificatur.
Pſalm. 65. Docet hoc Auguſtinus, explicans illud ex Pſalmo: Iubilate Deo omnis terra. Nemo, inquit, in parte iubilet, omnis terra iubilet, Catholica iubilet. Catholica totum tenet,
Pſalm 49. quicumque partem tenet, à toto præciſus eſt, vlulare vult, non iubilare.

Et iterùm alio loco. Non audio oſtendentes partes: Deus deorum totum mihi oſtendit, qui vocauit terram à Solis ortu vſq; ad occaſum, totum redemit: partes autem, ideſt calumniantes condemnauit. Non ſunt ergo partes in Eccleſia, quæ totum tenet, in
Pſalm. 121. qua idipſum dicunt omnes, vt rectè de ea Propheta ſcripſerit: Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio in idipſum. Odioſum eſt partis nomen. Siquidem de parte dici volunt, ait Auguſtinus, qui in vnitate non ſunt, de altera parte ſunt, & de ipſa parte aſcendunt, ideſt, extolluntur, & volunt tollere oues.

Et alio loco: Væ illis, qui oderunt vnitatem Eccleſiæ, partes ſibi faciunt in hominibus. Et iterùm: Omnes hæretici in paucis & in parte ſunt: Et ad Seuerinum ſcribens: Catholica Græcè appellatur, quòd per totum Orbem terrarum diffunditur, hanc ignorare nulli licet, ideò ſecundùm verbum Domini noſtri Ieſu Chriſti abſcondi non poteſt. Pars autem Donati in ſolis Afris calumniatur Orbi terrarum. Et de baptiſmo contra Donati-
Math. 5. ſtas: Induentes lupos ſuos pellibus ouium, dicunt: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, & ab Vniuerſitate ciuitatis ſuper montem conſtitutæ, ad particulas inſidiarum ſuarum multos ſeparant, & iugulatos abſumunt. Et in Ioannem ſcribens: propter illos, qui ſe diuiſuri erant, & dicturi. Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Et vellent eum oſtendere in parte. Qui emit totum, & poſſedit totum, continuè ſecutus, adiunxit: Non tantùm noſtrorum, ſed & totius Mundi.

Apud eos itaque partes ſunt, qui ſe præciderunt à Catholica, de quibus dicit Iudas, quòd ſegregauerunt ſemetipſos. Quomodo autem ſegregauerunt? Segregauerunt ſe ſuo quodam ſingulari iudicio, ſua quadam ſolitaria opinione. Nam cùm idem anteà ſenſiſſent, quod nos, ac quod vniuerſa ſentit, ac ſemper ſenſit Eccleſia: ab eo poſteà receſſerunt, atque ita ſingulares quoſdam ſuos intellectus, ſolitarias ſuas opiniones ſequuti, in varias partes diſſecti ſunt. Sic à Cypriano dicitur pars Nouati: & in octaua Synodo Oecumenica pars Photij: ab Auguſtino pars Maximiniani, pars Primiani, pars Maiorini, pars Donati ſexcentis in locis. Et ferè videre licet Auguſtinum Catholicam, ſiue Orbem terrarum, aut totum, Donati parti opponere. Sic in Pſalmo contra partem Donati. Ego Catholica dicor, & vos de parte Donati. Et contra Parmenianum, contra pacem vnitatis, etiam in parte Donati.

Et iterùm: Frumenta præter partem Donati, in toto terrarum Orbe defecerunt. Et iterùm: Ab ipſa parte Donati ad vnitatem Catholicam remeare. Sic ad Honoratum ſcribens: Eccleſia Catholica, inquit, eſt etiam in Africa, quia per omnes terras eam Deus eſſe voluit, & prædixit: pars autem veſtra, quæ Donati dicitur: non eſt in omnibus illis locis, in quibus & literæ, & ſermo, & facta Apoſtolica cucurrerunt. Et ad Donatum: Vtrùm nobiſcum in Chriſti pace, in Eccleſiæ Catholicæ vnitate, in fraterna charitate gaudere, an pro nefaria diſſeoſione, pro Donati parte, pro ſacrilega diuiſione, importunitatem, noſtræ circa ſe dilectionis diutiùs ſuſtinere. Et ad Celerem: Nullam fuiſſe iuſtam cauſam, cur ab Orbe terrarum, quo Eccleſia Catholica diffunditur, ſe pars Donati dirimeret. Et ad Generoſum: Si tibi Angelus de Cœlo diceret: Dimitte Chriſtianitatem Orbis terræ, & tene partem Donati, cuius ordo tibi exponitur in epiſtola Epiſcopi tuæ ciuitatis, anathema eſſe deberet: quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare à promiſſis Dei.

Si enim ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò certius & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus? cui totius Eccleſiæ figuram gerenti, Dominus ait: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus, &c. In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur. Et alio loco: Vtrùm ſicut à Catholicis videbat, ita etiam in parte Donati electi eſſent. Et in eodem libro: Quicumque recitabantur Catholici Epiſcopi ex his locis, vbi non erat pars Donati. Et in Pſalm. 54.
Pſalmos ſcribens: Ponite ante oculos vnitatem Orbis terrarum, vnde ſe iſti diuiſerunt, ponite & partem Donati. Et in alium Pſalmum ſcribens: Tu qui dimiſiſti vnitatem

om-

omnium gentium, & in parte remanſiſti, pol-
luiſti teſtamentum Chriſti. Et iterùm in
Pſalm. 56. alium Pſalmum: Qualem veſaniam patian-
tur Hæretici, quæſo vt attendatis. Illi præ-
ciſi à compagine Eccleſiæ Chriſti, & partem
tenentes, totum omittentes, nolunt commu-
nicare Orbi terrarum, quo diffuſa eſt gloria
Chriſti.

Nos autem Catholici in omni terra ſumus, quia omni terræ communicamus, quacumque gloria Chriſti diffuſa eſt. Et de verbis Apoſtoli: Si tu dicis, Chriſtus eſt ſponſus partis Donati: Ego tabulas lego, & inuenio eſſe Chriſtum ſponſum Eccleſiæ diffuſæ toto Orbe terrarum. Et contra Creſconium: Non inuidemus in parte Donati pacem damnatorum, ſic & Chriſti pacem non reſpuant in Orbem terrarum. Et de vnitate Eccleſiæ. A Chriſti Corpore, quod eſt Eccleſia, ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacumque diffunditur, ſed in alia parte ſeparata inueniatur. Quod genus loquendi etiam in Concilio Africano vſurpatum videmus: Vbicumque Catholica fuit, & pars Donati. Et iterùm: Si fortè antiqui Catholici ſuum Epiſcopum voluerint, & illi ſuum: qui ex Donati parte conuerſi ſunt.

Et paulò poſt: Si fuerit Epiſcopus ad Catholicam ex Donati parte conuerſus. Optatus grauiter inſectatur Parmenianum, quòd is dixerit duas Eccleſias, duas, inquit, Eccleſias comparare voluiſti, quaſi ſola Africa habeat populos Chriſtianos, in qua vitio veſtro duæ videntur partes effectæ. Et dum immemor factus es Chriſti dicentis: Vnam eſſe ſponſam ſuam. Tu in Africa non dixiſti duas eſſe partes, ſed duas Eccleſias. Certè vna eſt, quæ ex voce Chriſti meruit iudicari. Qui ait, vna eſt columba mea, vna ſponſa mea. Et paucis interiectis, vt oſtendam partem veſtram cunctis morſibus paſtam. Et iterùm nonnullis interiectis: Gaudet totus Orbis de vnitate Catholica, præter partem Africæ: & in eodem libro ſcribit: Cùm veniret aliquis Donatiſta, ſolitum eſſe dicere. Quid apud vos agitur de parte mea? Quaſi iam populum cum Deo diuideret, vt intrepidè ſuam diceret partem. Et interrogati apud Iudicem: Dixerunt ſe eſſe de parte Donati, de Chriſto tacuerunt.

Sic noſtra ętate rectè dicitur pars Caluini, ſiue magiſtri illius Zuinglij, pars Balthaſaris Anabaptiſtæ, & aliorum, qui cùm ſint à toto præciſi, Eccleſia & in Eccleſia eſſe deſierunt, cùm Eccleſiæ nomen, ſicut etiam à Chryſoſtomo traditum legimus, conſenſus, concordiæque nomen ſit: vt qui diſſecti ſunt in varias partes, nequaquam poſſint appellari hoc cognomine. Nam niſi vna ſit, vnam fidem, vnam ſpem, vnam charitatem retinendo, Eccleſia dici, & eſſe non poteſt. Sicut Chriſtus diuiſus non eſt, ita neque corpus eius Eccleſia: vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, vna eſt domus Dei viui, ſancta Catholica Eccleſia.

CAP. XXV.

Tertia nota Eccleſiæ, quòd ſit vna.

Atque hæc tertia eſt Eccleſiæ nota, quæ
dignoſci poſſit ab ijs, qui vel præciſi
ſunt ab ea: cuius generis ſunt, quibus interdi-
ctum eſt piorum cœtu, quos vocamus excom-
municatos; vel qui ipſi ſe vltrò præciderunt:
quales ſunt Hæretici, & Schiſmatici. Quos
cùm in tot ſectas miserè diſſectos videamus,
manet nihilominùs Eccleſia noſtra Catholica
vna, de qua ſponſus in Canticis clamat: Vna Cantic. 6.
eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri
ſuæ. Hanc illius vnitatem ſignificauit incon- Ioann. 19.
ſutilis illa Chriſti tunica, quam qui Chriſtum
crucifixerunt milites, non ſciudendam, ſed Pſalm. 21.
iuxtà id, quod prædixerat Propheta, ſortem
ſuper eam mittendam eſſe cenſuerunt. Hanc Exod. 12.
ſignificauit vna illa domus, in qua comede- Apoc. 13.
batur agnus, qui figura fuit agni illius incon-
taminati Chriſti ab origine Mundi occiſi.
Hanc expreſſit Apoſtolus cùm dixit: Vnum
corpus, vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna
ſpe vocationis veſtræ.

Viſibilibus illa rebus, nimirum ſacramentis, fidei confeſſione, bonis operibus, publicis orationibus, in locum etiam ſæpè viſibilem, quæ domus orationis dicitur, congregatur. Et propterea vocat eam Apoſtolus vnum corpus, quòd ex multis viſibilibus membris conſtet, ne quis commentitiam aliquam eſſe dicat, quæ ſub hominibus aſpectum non cadat. Porrò, qui congregat eam, qui vitam huic præſtat corpori, Spiritus ſanctus eſt: Propterea ſpiritum etiam vnum appellat, quòd per eum in cordibus hominum diffuſa charitate retinetur vnitas in vinculo pacis: vt idipſum dicant, idipſum ſentiant, idem ſapiant omnes, atque vnanimes vno ore honorificent Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Sola ergo ſancta Catholica Eccleſia vna eſt, terra eſt vnius labij, vnus in ea Chriſtus adoratur, vna regula veritatis obſeruatur, denique multitudinis credentium eſt cor vnum, & anima vna, non concordia, & voluntate, ſed ſecundùm naturam fidei, quæ vna eſt, quemadmodùm Hilarius interpretatur. Quod etiam Beda teſtatur his verbis: Re vera omnes per Orbem Catholici vnam veritatis regulam ſequuntur, non autem omnes Hæretici, & Infideles vnanimo errori conſentiunt, verùm non minus ſemet alterutrum, quàm ipſam veritatis viam impugnant.

Videre autem licet admirabilem curam illius, & ſollicitudinem in vnitate ſpiritus retinenda. Cùm enim ex multis conſtet Eccleſijs, quæ tamen omnes vna ſunt Eccleſia, cùm per Orbem vniuerſum longè, latèque diffuſa, linguarumque, & morum in ea ſit magna diuerſitas: eoſdem tamen ritus, eaſdem vbique ſeruat ceremonias, quin & lingua non niſi vna & eadem nimirum Latina ſacrificia peragit, laudeſque Deo decantat, ea præſertim, quæ eſt Occidentis, & Septentrionis Eccleſia, vt ſi quis etiam ab extremo Orbe veniat homo

Chri-

Chriſtianus, eſſe ibi cor vnum, animam vnam, ſpiritum vnum intelligat.

Nunc tu mihi omnes circumſpice, qui nomen Euangrlij prætendentes, vt erroris in eo ſui latebras conſtituant, ſe ab vna hac ſancta Catholica Eccleſia ſegregauerunt: quot homines, tot eſſe propè de dogmatibus fidei ſententias neque nobiſcum magis, quàm ipſos inter ſe digladiari, & diſſidere videbis, vt nullum adferri certius erroris eorum argumentum poſſit. In vna domo duos aliquando reperire vix licet, qui ſibi inuicem ex omni parte conſentiant, quodque maiore etiam dignum eſt admiratione, aliud eos iiſdem de rebus hodiè, cras aliud ſentire vidras.

Hinc illud præclarè dictum à Chriſtiano, & Catholico Principe Georgio quondam Saxoniæ Duce commemoratur: Nam ſcire ſe quidem dicebat, quid hoc anno crederent vicini ſui Vvittembergenſes: quid verò proximè in ſequenti anno credituri eſſent, ſe neſcire, quòd ſubindè dogmata ſua variarent. Indicant hoc non modò libelli eorum, verùm & ritus toties correcti, & mutati. Conati ſunt illi alta ſapiendo, & humilibus non conſentiendo,
Gen. 11. Turrim Babel extruere. Ecce autem, quomodo depreſſit Deus eorum arrogantiam. Quæ fuit aliquando terra vnius labij, tantam in ea nunc linguarum confuſionem factam eſſe cernimus, vt non modò mutuò ſe, verùm etiam ipſi ſe non intelligant.

Sic vbi fuit non ita pridem ſancta ciuitas Hieruſalem, cuius participatio in idipſum, ibi nunc facta eſt Babylon mater fornicationum, & abominationum, terra facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi. De vtraque ciuitate ſic ſcribit venerabilis Beda. Benè in Babylonis conſtructione linguarum vnitas per ſpiritum
Cap. 5. Marci. ſuperbiæ ſciſſa, in Hieroſolyma eſt per gratiam ſancti Spiritus linguarum varietas adunata: & illa confuſio, hæc viſio pacis interpretatur, quia videlicet electos in pluribus linguis, & gentibus, vna fides, ac pietas toto Orbe pacificandos confirmat, reprobos autem plures ſectæ, quàm linguæ
Oſeæ 10. diſſociando confundunt.

Quis autem alius exitus eſt expectandus, niſi quem prędixit Propheta? Diuiſum eſt, inquit, cor eorum, nunc interibunt: cùm prę ſertim à Chriſto quoque dictum ſit, quòd omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Bellum hęreticorum pax eſt Eccleſiæ: Fidem illi noſtram, ſicut ab Hilario ſcriptum eſt, dum ſibi aduerſantur, confirmant. Et pręclare ſcriptum eſt à Gregorio: Magna omnipotentis Dei eſt gratia, quòd in ipſis, qui à ſanctæ Eccleſiæ doctrina diuiſi ſunt, vnitas non eſt, quoniam omne regnum in ſę
Luc. 11. diuiſum non ſtabit, & ſancta Eccleſia ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dum hęreticorum quęſtionibus impugnatur: ità vt apertè impleatur, quod per Pſalmiſtam contra hęreticos de Deo dictum eſt: Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Nàm dum ipſi in ſuo prauo errore diuiduntur, cor nobis Dei appropinquat, quia eruditi aduerſitatibus, intellectum eius ſubtilius inuenimus.

Neque verò noſtro tantùm hoc æuo ſic accidiſse putandum eſt: Iampridem hoc ità futurum Propheta prædixit. Et concurrere, inquit, faciam Aegyptios aduersùs Aegyptios.

Scripſit etiam antiquiſſimus Tertullianus de ſui temporis hæreticis, quòd etiam à regulis ipſi ſuis variant inter ſe, dum ſuo proindè modulatur vnuſquiſque arbitrio, quæ accepit, quemadmodum de arbitrio ſuo ea compoſuit ille, qui tradidit. Suo quoque de ſeculo ſcribit Hilarius: periculoſum nobis admodum, atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas eſse, quot mores: & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt, dum aut ità fides ſcribuntur, vt volumus, aut ità, vt volumus, intelliguntur. Et cùm ſecundùm vnum Deum, & vnum Dominum, & vnum Bapriſma, etiam fides vna ſit, excidimus ab ea fide, quæ ſola eſt, & dum plures fiunt, ad id cœperunt eſse, ne vlla ſit.

Gregorius quoque Pontifex. Habent, inquit, hoc hæretici proprium, quòd in eo gradu in quo de Eccleſia exeunt, diù ſtare non poſsunt, ſed ad deteriora quotidiè ruunt, & ſentiendo priora, in multis ſe partibus ſcidunt, atque à ſemetipſis, plerumque longiùs confuſionis ſuæ altercatione diuiduntur. Ante quem auctor operis imperfecti in Matthæum hæreticorum perfidiam aſſimilat arenæ. Nunquam enim, inquit, ſapiunt vnum, ſed quot ſunt, tot ſententias habent.

Et confutatione Synodi, quæ falsò ſeptima dicta eſt, Epiphanius: Hunc morem habent hæretici, quoties vno verbo pietatem contempſerint, & à via veritatis aberrauerint, in multos, & varios errores labi: vniformis enim res veritas, mendacium autem in varia diſtrahitur.

Et Nicephorus in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria ſic ſcribit: Sed non diù hæreticos tulit, qui ſalutis noſtræ curam gerit Deus. Nam adulterina Eccleſiæ dogmata, quæ paulatim emicuerant, breui ſunt extincta, ita ſeipſis inter ſe abolita, cùm alij ſuper alios nouis rebus ſtuderent; atque inter ſe conflictarentur, non aliter quam fluctuum commotiones inſurgentes ſubindè, atque decidentes in varias multipliceſque abeunt formas, & poſtremò, vt nihil eorum appareat, euaneſcunt. Contra veritatis ipſius cauſa, tùm incrementa ſua capiebat, magiſque in dies augebatur, acceſſionem quandam, & robur certum ex hæreticorum inſultu ſumens. Semper enim ſibi conſtabat Eccleſiæ Catholicæ ſplendor, & ſtatus, & grauitas eius, modeſtia, libertas, diuinus vitæ, morumque diuerſorum Ordo, doctrinęque ſynceritas apud Græcos ſimul, & Barbaros mirificè relucere cernebatur,

Quoties hæreſis exorta eſt in Eccleſia, non ferè ſola exorta eſt. Nolo hic commemorare Arrios, Eunomios, Macedonios, Marciones, Seueros, quorum ſectæ iam ſunt obſoletæ, quos in partes aliquot fuiſſe diuiſos Ambroſius, Epiphanius, Ruffinus, Theodoretus, Sozomenus, Theodorus in ſua Iſagoge ad Anaſtaſium, Nicephorus, ac qui præceſſit hos omnes Euſebius, memoriæ prodiderunt, ità vt cùm eorum eſſent plura nomina: vna tamen eſſet perfidia, impietate non diſſonans, communione diſcordans, non diſſimili fraude, ſed cogitatione diſcreta.

Neque

Neque dicam de ijs, quibus euo ſuo ante quadringentos annos idem aecidiſſe ſcribie Bernaidus. Patrum aut certè anorum noſtrorum memoria ſecta quædam in Boemia, & Morauia nata eſt eorum, qui vtramque Speciem Euchariſtiæ neceſſariò ſumi à Chriſtianis omnibus debere contenderent. Nunquid ea ſola fuit? minimè gentium. Simul vt ab Eccleſiæ conſenſu ſemel diſceſſum eſt, ità variæ ſunt, & multæ ex vna hac hæreſes prorogatæ, vt quod omnibus inconfeſſo eſt, qui per eas Prouincias iter faciunt, intra vnius oppidi mœnia ſex, aut ſeptem etiam ſectas reperire liceat, raraque domus eſt, in qua non aliud maritus, aliud vxor, aliud liberi, aliud credat familia. Cùm verè dictum ſit ab Euagrio, cùm de fide diſceptatur: diſſident patres à filijs, ac filij à parentibus: maritus à coniuge, ac coniux à marito. Sic fit, vbi ab vno, vbi à vero, vbi ab vnius ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ conſenſu diſceditur: Veritas enim haudquaquam eſſe multiplex poteſt: ſed vt Spiritus diuinus vnicus eſt, ità verum, quod illo docente cognoſcitur, non niſi vnum eſt.

Atque ea demùm vera doctrina eſt, & hoc veros doctores arguit, quemadmodum à maioribus traditum eſſe refert Athanaſius, vt eadem inter ſeſe profiteantur, neque diuerſa ſentiant, vel inter ipſos, vel à ſuis maioribus diſſidentes. Etenim qui in hunc modum affecti non ſunt, improbi potiùs, quàm veri doctores dicendi ſunt. Quamobrem euenit eiuſmodi, quod viatoribus vſu venire ſolet: ſi quando à recto itinere aberrarunt: Vt enim illi alias ex alijs ſemitas ingredientes vagantur, & errant, nullum peritum regionum ducem ſequuti, ſic iſti Duce carentes Eccleſia, quam reliquerunt, cùm de rectæ fidei, religioniſque curriculo deflexerint, alia ex alijs impietatis diuerticula ſunt ingreſſi, capitibuſque diſſecti, cauda verò colligari, in ſola vnius ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ ſententia
Ioann. 19. oppugnanda ſunt concordes, haud aliter, quàm olim Herodes, & Pilatus inter ſe paulò antè diſſidentes, in Domini paſſione fuerunt amicitia fœderari.

Huius rei figuram fuiſſe putat Auguſtinus, quòd Sampſon vulpium caudas colligaſſe legitur: Vulpes enim inſidioſos maximè hæreticos ſignificant, doloſos, fraudolentos, cauernoſis anfractibus latentes, & decipientes, de quibus etiam in Canticis dicitur: Capite nobis vulpeculas exterminantes vineas. De ijs intelligi vult Rupertus, quod in Apocalypſi ſcriptum eſt: Commanducauerunt linguas ſuas. Quomodò, inquit, commanducauerunt? nimirùm contra ſemetipſos ſentiendo. Nàm contra Catholicam quidem Eccleſiam pari, & quaſi concordi malignitatis ſpiritu depugnant, ſed contra ſemetipſos diſcorditer confligendo, hæreſes multifidas fecerunt, & ità ſuas quiſque partes defendendo, contendendo, atque rixando, linguas ſuas commanducant.

Præclarè ſcriptum eſt ab Epiphanio. Quemadmodum ſi quis tranſitum reperiat in ſepe circa publicam viam, & per hunc ſibi eundem eſſe putet, & relicta publica via per hunc eat, putans ſe propinquiſſimum habere, vnde reflexu facto curſus viam apprehendat. Ignoret autem quod murus conſiſtit altiſſimus, & longo interuallo extructus. Percurrat autem, & non reperiat per quam viam exitum faciat: & per vnum ſignum, ſiue miliare progreſſus, adhùc ampliùs viam non reperiat, & ſic ad plures ſe conuertat.

Cùm autem ſic laboret, & facultatem non habeat per quam viam ad rectum iter perueniat, fortaſis neque inuenire poterit, niſi reflexerit per eam, per quam etiam ingreſſus eſt. Sic omnis hæreſis velut compendium quoddam inuenire putans à longa via diſceſſit. Inuentus eſt autem illi murus infractus ipſa ignorantiæ implicatio. Et non vtique inuenerit talis quomodò ad veram viam perueniat, niſi reflexerit ad primariam viam, hoc eſt Regiam. Sicut etiam lex ipſa palàm clamat ſancto Moſe dicente: Non declinabimus ad dexteram, aut ad ſiniſtram, non declinabimus hinc, aut illinc, via Regia ibimus. Eſt enim via Regia ſancta Dei Eccleſia, & iter veritatis, vnaquæque verò harum Regia relicta, & ad dextram, aut ad ſiniſtram inclinatione facta vbi deinceps nimium ſe in errorem dederit, diſtrahetur, & non ampliùs menſuram habet, apud vnamquamque ſectam erroris impudentia.

CAP. XXVI.

Quod aliter vnitas retineri non poteſt, quàm ſi vnus aliquis præſit Eccleſiæ, cui pareant omnes.

QVam autem cauſam eſſe dicemus, quòd cùm perpetuò ſibi conſtet Eccleſia, ſitque admirabilis quædam in ea fidei dogmatum conſenſio, qui ſemel ab ea deſciuerunt, tanta eſt eorum inter ſe diſtractio, & opinionum varietas? Quam aliam? niſi quòd qui permanent in Eccleſia, fas eis non eſt, vt ambulent inflati ſenſu carnis ſuæ, vt ſuos aliquos intellectus adferant ſingulares, quos mordicus poſteà tueantur, & defendant, ſed cùm ſint vnius corporis membra, cuius caput Chriſtus eſt, neceſſe eſt, vt caput ſuum teneant, atque in illius obſequium intellectum ſuum captiuent.

Porrò qui caput eſt Eccleſiæ Chriſtus, ad Patrem ſuum Cœleſtem ex hoc Mundo migraturus, atque ità facturus, vt genus humanum corporali ſua præſentia deſtitueret, cùm ſub ſuæ tempus paſſionis oraſſet Patrem, vt Ioann. 18. eos, quos dederat ſibi, ſeruaret, vt eſſent vnum, ſicut ipſe cum Patre vnum eſt, quo faciliùs vnitas hæc ſempiternis temporibus retineri poſſet, aſcenſurus ad Patrem, vni etiam Eccleſiæ ſuæ mandauit, vni Petro paſcendas oues ſuas commiſit, vnum illum Principem deſignauit multis argumentis: vt ipſe quidem in Cœlis auctor eſſet vnitatis perpetuæ, Pe- Ioann. 21. trus autem, & quiſquis ei ſucceſſiſſet, eiuſdem retinendæ Dux, & Princeps in terris haberetur.

Vnitatis itàque conſtituendæ principium Chriſtus, & retinendæ per eundem Chriſtum Petrus, & eius ſucceſſor ſtatuitur. Hoc vniuerſa credidit antiquitas: Hoc ſacroſanctum Nicœnum Concilium confeſſum eſſe legimus:

Hoc modo non ædita voce clamat ipſa natura. quòd non poteſt aliter Ordo conſiſtere, non poteſt aliter vnitas in Eccleſia retineri, quàm ſi præſit vnus. Hoc in apibus, hoc in gruibus, hoc in alijs etiam pleriſque brutis animantibus videre licet. Habent caput vnum, ducem vnum, quem ſequuntur: ſic in arboribus videmus multos ramuſculos ad virgam, multas virgas ad ramum, multos ramos ad ſtipitem, multos ſtipites ad radicem vnam infigi; vt omnia ſocia fiant, & ſuccum, qui eſt in radice, participent: ſicut à Paulo dicitur: Socius radicis, & pinguedinis factus es. Quòd ſi in naturis rerum, multò magis idem fieri neceſſe eſt in humana ſocietate, quæ niſi ab vno aliquo gubernetur, ſtare non poteſt. Propterea dicit Dominus per Prophetam: Suſcitabo ſuper eos Paſtores vnum.

Et rurſùs: Paſtor erit vnus omnium eorum. Et in Euangelio: Erit vnus Paſtor,
Ioan.10. & vnum ouile. Quem vnum, & ſolum bonum Paſtorem libenter Chriſtum agnoſcimus, libenter eum eſſe caput, & fundamentum Eccleſiæ profitemur. Quin & illud non obſcurè ſcrimus, nos credere, quòd ſolus ille ſufficiat ad Eccleſiam ſuam regendam, gubernandam, & in vnitate conſeruandam.

Cæterùm ſicut ipſe eſt, qui Sacramenta perficit omnia, ipſe eſt, qui baptizat, ipſe eſt, qui peccata dimittit, ipſe eſt verus Sacerdos, qui cùm ſemetipſum ſemel obtulerit in ara Crucis, ſua virtute Corpus ſuum, & Sanguinem ex eo, quod panis erat, & vinum conficit, vt iterùm offeratur non in mortem, ſed in mortis recordationem: & tamen quia cum ſuis fidelibus non erat in corpore permanſurus, miniſtros elegit, quibus in Sacramentis adminiſtrandis vteretur: Sic ipſe caput, ipſe gubernator eſt Eccleſiæ ſuæ, ipſe ordinem in ea ſimul, & vnitatem conſeruat.

Quoniam verò præſentiam ſui corporalem, & viſibilem Eccleſiæ ſubtracturus erat, vnius viri miniſterio voluit, per quem vnitas hæc retineretur. Et ſicut ſcribit Auguſtinus. In Cathedra vnitatis doctrinam poſuit veritatis. Huic itàque præ cæteris oues loco ſui paſcendas commiſit, ac à ſeipſo petrum cognomen tribuit. Nam cùm petram eſſe Chriſtum dicat Apoſtolus, cum Petro in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumpto, nomen hoc communicare dignatus eſt: Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Ab ipſo, ſicut ſcribit S. Leo, quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus, in Eccleſiam diffundi voluit, vt exortem ſe myſterij intelligere eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit
Matth.16. nominari, dicendo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Vt æterni ædificatio Templi, mirabili munere gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſteret. Cùm autem his Chriſti verbis vno ore à ſanctis Patribus tam Græcis, quàm Latinis Eccleſia ſuper Petrum ędificata dicitur, tantùm abeſt, vt quicquam ea re Chriſti gloriæ detractum exiſtimari poſſit, magis vt etiam illuſtrata videatur. Neque enim quiſquam eſt, qui eat inficias: quin illud vniuerſa prædicat Eccleſia, Chriſtum eſſe petram illam inuiolabilem, eſſe lapidem illum angularem, qui fecit vtraque vnum, eſſe fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere. Sed cùm verùm ſit illud, quod à Diuo Dionyſio ſcriptum eſt: Bonum eſſe ſui ipſius maximè diffuſiuum, & communicatiuum, quid magis facere potuit ad gloriam illuſtrandam, ad incredibilem ſui bonitatem toti Mundo manifeſtandam, quàm ſi quod ipſi poteſtate proprium eſt, id participatione quadam eſſe ſibi cum homine commune voluiſſe diceretur? Numquid non ſolus ipſe eſt lux inacceſſibilis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum? & Ioan.8.
tamen Apoſtolis dixiſſe legitur: Vos eſtis lux Mundi. Numquid non ipſe ſolus bonus Matth.5.
eſt? nam nemo bonus niſi Deus: Sunt & hæc tamen illius verba: Bonus homo de theſauro Matth.12.
cordis ſui profert bona. Numquid non ſolus ipſe peccata remittit? nam hoc non eſt Luc.5.
niſi Dei proprium: eandem tamen poteſtatem Sacerdotibus quoque conceſſit, dicens: Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis. Ioan.20.
Sed quid opus eſt hæc enumerando recenſere? Poteſtne quicquam eſſe glorioſiùs, quàm & dici, & eſſe Dei filium? Hanc quoque gloriam adeò non inuidit mortalium generi ſumma illa bonitas, vt quòd ſolus ipſe natura eſt, nos quoque per adoptionis gratiam Dei Patris, Filios, & hæredes, fratres autem ſuos, & cohæredes eſſe vellet. Et non intelligunt ſpiritus iſti fanatici, iuſto Dei iudicio in reprobum ſenſum dati, ſe eſſe potius, qui Chriſti gloriam obſcurent, dum de illius bonitate detrahunt, quæ illi tanta eſt, vt cùm ſemetipſum tradiderit, cùm ſanguinem ſuum pro nobis fuderit, veriſimile non ſit, eſſe quicquam, quod communicare nobiſcum paratus non ſit: cùm præſertim iſta cauſa fuerit, quamobrem Dei filius hominis filius fieri dignatus eſt, vt hominum filijs Dei filios eſſe liceret. Adducens hunc Euangelij locum Baſilius de pœnitentia: Etiamſi Petra eſt, inquit, non vt Chriſtus petra eſt, ſed vt Petrus petra. Chriſtus enim reuera petra eſt immobilis, & inconcuſſa, Petrus verò propter hanc petram. Largitur enim Deus ſuas dignitates, non euacuans ſe, ſed habens dat. Lux eſt, vos eſtis, inquit, lux Mundi: Sacerdos eſt, ſacerdotes facit. Ouis eſt, ecce, inquit, mitto vos tanquam oues in medio luporum. Petra eſt, petram facit, & quæ propria ſunt illius largitur ſeruis. Hoc ſignum eſt aliquem eſſe diuitem, habere, & largiri. At noſtri diuites quando largiuntur, imminuunt aliquid ex ijs, quæ habent, non enim verè ſunt diuites, aliena ſunt, quæ poſſidemus: hic verò ſic diues, vt quantumcumque largiatur, nihilominùs æquè diues maneat, tanquam fons quidam perennis, quantumcumque ex eo auferis, fluxus non imminuitur. Cui non diſſimilia ſcribit, qui libenter eum imitatur, Ambroſius. Et æqualis eius Paulinus. Enumeratis multis nominibus, quæ nobiſcum Chriſtus communicauit, inter quæ recenſet etiam hoc ipſum petræ nomen, cuius gratiam diſcipulo ſuo non negauit. Sed quid miramur, inquit, eum famulis ſuis indulſiſſe ſua nomina, quibus & Patrem ſuum participat, & Regnum? Dedit enim poteſtatem excipientibus ſe filios Dei fieri, & quantum in ipſo eſt, omnibus dixit hominibus, Dij Ioan.1.
eſtis,

Pſalm. 81. eſtis, & filij excelſi omnes. Et ſecutus hos Cyrillus Alexandrinus pluribus verbis docet. Quòd cum ipſe Chriſtus lux vera ſit, lucem vocauit Sanctos Apoſtolos. Et cum ipſe natura ſolus verè ſit filius, nobis in ipſum credentibus poteſtatem dedit Patrem vocandi Deum, vtpotè qui dignitate, ac iure filij locupletamur. Cùm ipſe ſit vnus vniuerſorum Præceptor, & ſortitò habeat Orbem terrarum: hoc dedit Sanctis eos coronans ſua gloria: quia ipſius Cooperarij extiterint, & ingenui, & germani populorum Moderatores, multos luctati fuerant. Sic etiam fundamentum, & baſis inconcuſſa Chriſtus eſt, qui omnia coercet, ac continet vt benè firma ſint. In ipſo enim ędificamur omnes domus ſpiritualis compacti per Spiritum, &c.

Nihilominus & Apoſtolos, & Euangeliſtas Scriptura vócat fundamenta, & proxima, & viciniora, qui fuerunt omnes teſtes, & Miniſtri ſermonis facti in confirmationem fidei. Sicut dictum eſt voce pſallentis. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et à Paulo ſuperædificati ſuper fundamenta Apoſtolorum, & Prophetarum. Sic in Apocal. Murus Ciuitatis habens fundamenta 12. & in ipſis duodecim nomina, duodecim Apoſtolorum. Chriſtus igitur eſt primum, & maximum fundamentum. Qui ſicut apertè dicitur, Sanctus Sanctorum, ſic figuratè fundamentum fundamentorum. Si Sacramenta cogites, Chriſtus eſt Sanctus Sanctorum, ſi gregem ſubditum cogites, Chriſtus eſt Paſtor Paſtorum: ſi fabricam cogites, Chriſtus eſt fundamentum fundamentorum. Iiſdem prorsùs verbis vtitur Auguſtinus, ac mox ſubdit. In ædificij iſtis non poteſt idem lapis eſſe in imo, & in ſummo. Si fuerit in imo, in ſummo non erit. Si in ſummo fuerit, in imo non erit. Anguſtias enim omnia pęnè corpora patiuntur, nec vbiq; eſſe poſſunt, nec ſemper. Diuinitas autem, quæ vbique preſtò adeſt, vndique ad eam poteſt duci ſimilitudo, & totum poteſt eſſe in ſimilitudinibus, quia nihil eorum eſt in proprietatibus. Numquid Chriſtus eſt ianua, quemadmodum ianuas videmus factas à fabro? Non vtique. Et tamen dixit Ego ſum ianua. Aut numquid ſic eſt paſtor quemadmodum vidimus Paſtores iſtos præpoſitos pecorum? Et tamen dixit: Ego ſum Paſtor. Et vno loco ambas res dixit. In Euangelio dixit: Quia Paſtor per ianuam intrat. Et ibi dixit: Ego ſum Paſtor bonus. Et ibi dixit: Ego ſum ianua. Paſtor intrat per ianuam. Et quis es Paſtor, qui intrat per ianuam? Ego ſum Paſtor bonus. Quæ eſt ergo ianua, qua intras tu Paſtor bone? Ego, ſum ianua. Quomodo ergo tu omnia? quomodo ergo per te omnia? verbi gratia, cùm Paulus intrat per ianuam. Nonne Chriſtus intrat per ianuam? Quare? Non quia Paulus Chriſtus, ſed quia in Paulo Chriſtus, & per Chriſtum Paulus ipſe dixit. An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus? Cùm Sancti eius, & fideles eius intrant per ianuam, nonnè Chriſtus intrat per ianuam? Quomodo probamus? Quia Sanctos ipſos perſequebatur Saulus, nondùm Paulus, quando exclamauit de Cœlo: Saule Saule cur me perſequeris? Ergo fundamentum, & lapis angularis eſt ipſe ab imo ſurgens, ſi tamen ab imo. Etenim origo fundamenti huius ſummitatem tenet. Et quemadmodum fundamentum corporeæ fabricæ in imo eſt: ſic fundamentum ſpiritualis fabricæ in ſummo eſt. Si ad terram ædificaremur, in imo nobis ponendum erat fundamentum. Quia cœleſtis fabrica eſt, ad Cœlos proceſſit fundamentum noſtrum. Ipſe ergo angularis lapis, monteſque Apoſtoli, Prophetæ magni portantes fabricam Ciuitatis, faciunt vnum quoddam ædificium.

Continet itàque virtute ſua molem Eccleſiæ Chriſtus, ac inuiſibiliter eam gubernat, ſed quemadmodum in Sacramentis cùm ipſe ſolus inuiſibiliter operetur omnia, miniſterio tamen vtitur viſibilium Sacerdotum: ſic viſibilem in terris elegit Miniſtrum, per quem Eccleſiæ molem hanc ſuſtineret: per quem gregem ſuum viſibilem inuiſibilis ipſe gubernaret. Eſt igitur fundamentum, & petra Chriſtus, eſt fundamentum, & petra fides de Chriſto, quam confeſſus eſt Petrus: eſt fundamentum, & petra Petrus ipſe confitens Chriſtum. Hæc adeò ſibi non aduerſantur, vt niſi credas, Eccleſiam ſuper Petrum confitentem Chriſtum ædificatam eſſe, nihil credas, nec vbi ſit Eccleſia ſcire queas. Nam ſi petram nolis niſi Chriſtum ipſum intelligere: quod futurum Chriſtus prædixit, dicet Lutherus. Ecce hic eſt Chriſtus: dicet Zuinglius, ſiue Caluinus, ecce hic eſt: Anabaptiſtæ contrà, apud neutrum eſſe dicent, ſed ſibi ſolis eum vendicabunt: idem Adamitæ facient, idem Iconomachi. Quid ergo aliud, quàm commentitia erit Eccleſia, cuius nec fundamentum, nec ædificium agnoſci poterit? Si verò petram interpreteris fidem, quam confeſſus eſt Petrus, idem illud eueniet. Nam & hanc iſti certatim ad ſe rapient, ſibique ſinguli certatim vſurpabunt.

Quamobrem ſi talem eſſe volumus Eccleſiam, quæ videri, & agnoſci poſſit, neceſſe eſt, vt viſibilem eſſe petram ſtatuamus, ſuper quam illa ſit viſibilis ædificata, vt petræ nomine, Petrum Petrique ſucceſſorem confitentem Chriſtum intelligi velimus. Hoc eſt, quod dicit Hieronymus: Super Petrum fundatur Eccleſia, licèt idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues Regni Cœlorum accipiant: vt ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. Quod antè illum ſcriptum erat etiam à Cypriano. Hoc erant vtique cæteri, inquit, Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur. Sed & antè hunc Anacletus, qui vixit Apoſtolorum temporibus: Licèt omnes, inquit, pares eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt: vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput, & principium teneret Apoſtolorum.

Quoniam itàque vna eſt Eccleſia, ſuper vnum, qui claues eius accepit voce Domini fundata eſt: per quem fit, vt Epiſcopatus etiam vnus ſit multorum Epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus: ſicut ad Iubaianum, & ad Antonianum ſcribens, teſtatur

Cyprianus. Ambroſius quoque explicans illum Pauli locum: vt ſcias quemadmodum te oporteat in Dei domo conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Cùm totus, inquit, Mundus Dei ſit Eccleſia, tamen domus eius dicitur, cuius hodie Rector eſt Damaſus. Et eum ſecutus Auguſtinus; Contra ſedentem, inquit in Cathedra, cui totus Orbis Chriſtianus in tranſmarinis, & longè remotis terris, & in Africanis grauioribus, & aduersùs eiuſmodi fallacias robuſtioribus communicaret Eccleſijs, Epiſcopum alterum ordinauerunt. Hieronymus quoque ſalutem Eccleſię dicit à Summi Sacerdotis dignitate pendere, cui ſi non exors quædam, & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes. Neque enim aliundè ſchiſmata, & hæreſes obortæ ſunt, quàm indè, quod Sacerdoti nõ Dei obtemperatur, dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur: quemadmodum ad Florentium Pupianum, & ad Cornelium ſcribens teſtatur Sanctus ille Martyr Cyprianus. Vnum itàque toti præeſſe Eccleſię, vſque eo neceſſarium eſt, vt abſque hoc Eccleſia vna eſſe non poſſit. Vnus autem hic Petri Apoſtoli ſucceſſor ſit oportet: atque indè eſt, quòd Eccleſia noſtra, quemadmodum vna, ità etiam Apoſtolica dicitur.

CAP. XXVII.

Quarta Eccleſia nota, quòd ſit Apoſtolica.

ET hæc quarta iam eſt Eccleſiæ nota. Cùm autem vocamus eam Apoſtolicam, non excludimus Patriarchas, & Prophetas. Neque enim ab Apoſtolis, quemadmodum anteà dictum eſt, verùm ab ipſo Adam, ſiue filio eius Abel exordium ſumpſit Eccleſia, quæ ædificata eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. Nam quod Apoſtoli factum eſſe prædicauerunt, id Prophetæ futurum prædixerunt. Qua de re ſic aliquando ſcripſit Origenes: Non ex aduentu Saluatoris in carne ſponſam dici, aut Eccleſiam putes, ſed ab initio humani generis, & ab ipſa conſtitutione Mundi. Ac paucis interiectis: prima fundamenta congregationis Eccleſiæ ſtatim ab initio ſunt poſita, vndè & Apoſtolus dicit: Ædificari Eccleſiam non ſolùm ſuper Apoſtolorum fundamentum, ſed etiam Prophetarum: inter Prophetas autem
Gen cap. 2. numeratur, & Adam, quia magnum myſterium prophetauit in Chriſto, & in Eccleſiam, dicens: Propter hoc relinquet homo Patrem ſuum. Ob hanc etiam cauſam vocatur ab Eſaia filia Sion, quod ſicut annotauit Cyrillus, primi ex ſanguine Iſraelis oriundi crediderunt. Et gentium Eccleſia velut filia quædam dicta eſt eius, quę ab initio ab illis conſtituta eſt. Nec diſſimiliter Hieronymus hunc Eſaiæ locum interpretatur. Dicitur itàque Eccleſia Apoſtolica, in qua, & doctrina Apoſtolorum, & legitima eſt Epiſcoporum ſucceſſio, à temporibus Apoſtolorum ad hæc vſque noſtra deducta. Porrò doctrina Apoſtolorum non ſcripto tantùm, verùm & traditione conſtat: quos, quę ad conſtituendam Eccleſiam, quæ ad fidem, quæ ad Religionem, quæ ad Ritus, & cœremonias pertinent, multa docuiſſe dubium non eſt, quæ nuſquam ſcripta repetiuntur. Scribens ad Theſſalonicenſes Apoſtolus dicit: State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Quibus verbis palàm indicat, præter ea, quæ ſcripſerat, ſe non minùs præclara, quin & præclariora ſolo ſermone docuiſſe, cùm ſermonem priùs, quàm epiſtolam nominat. Id quod vel indè magis etiam liquet, quòd qua ratione Cœnæ Dominicæ memoria celebrari debeat, verbo tradidiſſe videtur. Ità enim dicit ſcribens ad Corinthios: Cætera (nimirum de Sacramento Euchariſtiæ) cùm venero, diſponam. Ex quo loco ſcribens ad Ianuarium colligit Auguſtinus, à Paulo totum illum ordinem agendi, quem vniuerſa per Orbem Eccleſia tenet, inſtitutum eſſe, quod nulla morum diuerſitate varietur. Alio quoque loco dicit Paulus: Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis præcepta mea, tenetis. Rursùs Timotheo ſcribens: Quę audiſti, inquit, à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Quibus ex verbis illud intelligere licet, quod etiam ab Irenæo ſcriptum eſt, de multis rebus, quæ literis mandatæ non erant, edoctam ab Apoſtolis recentem illam Eccleſiam fuiſſe, quæ ſucceſſores Apoſtolorum Epiſcopi ſibi per manus ab illis tradita, ſuis viciſſim ipſi ſucceſſoribus, Eccleſięque tradiderunt.

Quamobrem quiſquis Apoſtolicam Eccleſiam credere ſe profitetur, eum non modò, quæ ſcripta, verùm etiam quæ viua voce tradita ſunt per Apoſtolos, tenere oportet: Quæ niſi recepta fuerint, de ſumma fidei noſtræ periclitabimur. Neque enim alia re magis differre viſi ſunt à Catholicis hæretici plerique, quàm quòd hi ſolas recipiebant ſcripturas, illi verò traditionibus etiam eccleſiaſticis inhærendum eſſe cenſebant. Sic de Montano ſcribit Euſebius. Quòd is inſolita non contra Scripturas, ſed contra traditionem, & conſuetudinem antiquæ ſucceſſionis, ſub ſpecie prophetiæ loqui cœperit. Sic Hilarius, ſuo quoque tempore cùm dixiſſet quidam: Nolo verba, quæ non ſcripta ſunt dici. Dic, inquit, priùs ſi rectè dici putas: Nolo aduersùs noua venena nouas medicamentorum comparationes, nolo aduersùs nouos hoſtes noua bella: nolo aduersùs nouas inſidias Concilia recentia. Athanaſij verba ſunt hæc cùm ex Theognoſto, Dyoniſio Alexandrino, & Origene probaſſet, filium eiuſdem eſſe cum patre eſſentiæ. Ecce, inquit, nos quidem ex patribus ad patres, per manus traditam fuiſſe hanc ſententiam demonſtrauimus. Vos autem, ò noui Iudæi, & Caiphæ diſcipuli, quos tandem nominum veſtrorum poteſtis oſtendere progenitores? Ad eumdem modum Ambroſius quoque.

Sed dicis, inquit, Homonſion nominari non debere, quia in Scripturis diuinis non

con-

Digitized by Google

continéatur. Quarto & ego homo, qui hoc prohibes, ſi ideò nominari non debet, quia ſcriptum non eſt, an ideò quia ità credi non liceat. Quòd ſi ità credendum eſt, cur non ità profitendum? Corde enim, inquit Apoſtolus, creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Et paucis interiectis: Si enim Subſtantiæ vocabulum inde times dicere: quia ſcriptum non eſt, timere identidem debes Deum ex Deo, lumen ex lumine profiteri. Videtur autem hæc Ambroſius à Gregorio Nazianzeno mutuatus. Similiter Epiphanius cùm quærerent Arriani, quæ ſcriptura dixit de coeſſentialitate, quis ex Apoſtolis eſſentiam Dei dixit, quærit viciſſim. Reſpondete nobis Arrij diſcipuli, vbi ſcripta eſt hæc vox ingenitus, oſtendite locum. Neque enim lex dixit, neque Prophetæ, neque Euangelium, neque Apoſtoli. Si itaque piè dicimus, dictionem non ſcriptam, eſtque recepta dum pro gloria Dei dicitur: quid nos reprehendit etiamſi vox coeſſentialis non eſt ſcripta? Quem ſequutus Cyrillus cùm diceret Hermias: At nomen Homouſion vbinam ponit ſcriptura? Reſpondit: Vbinam oro nominauit ſcriptura Deum incorporeum, infigurabilem, incircumſcriptum, & inregnatum ſiue Regi non ſubditum, & nihilominùs ità eſt nolentibus illis. Nihil damni verbum ſecum adfert, etiamſi non reperiatur in ſcripturis: ſiquidem veriſſimum fuerit quod per ea ſignificatur. Ex his igitur Athanaſij, Epiphanij, Hilarij, Ambroſij verbis, diſcimus quòd Arriani Seleucæ congregati palàm prædicabant, ſe nihil præter ſcripturas diuinas recipere.

Quamobrem ex non ſcriptis ſermonibus, piè tamen intellectis damnati ſunt. Nam cùm reijcerent illi vocem Homouſij, proptereà quòd nuſquam in ſcripturis reperiretur, Athanaſius & qui cum eo faciebant Epiſcopi Catholici, teſtimonio Patrum, qui doctrinam hanc ab Apoſtolis receperant, eos refellebant. Nam Apoſtolorum eſſe traditionem, quòd Filius eiuſdem cum Patre ſit ſubſtantiæ, Felix Pontifex ad Benignum ſcribens, teſtatur. E ſcripturis Eluidius Mariæ perpetuam virginitatem: è ſcripturis Donatiſtæ paruulorum Baptiſmum impugnabant. Sed ſicut illum Hieronymus, ità hos Auguſtinus Eccleſiæ traditione refellit: Cuius tantam eſſe vim Paulus voluit, vt non dubitanter diceret: Etiamſi nos, aut Angelus de Cœlo Euangelizet vobis præterquamquod euangelizauimus vobis, anathema ſit: Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Non dixit; Si quis vos docuerit aliter, quàm ſcripſit Matthæus, aut Marcus, aut Lucas, aut Ioannes, aut quàm ipſi ſcripſimus, ſed præter id, quod euangelizauimus, hoc eſt, prædicauimus vobis, præter id, quod ipſi coràm docuimus, & concionando tradidimus vobis, prętér id, quod accepiſtis, hoc eſt, audiuiſtis, & coràm didiciſtis à nobis quatuor eſſe Euangelia, quæ Scriptura nobis prodit? & tamen ſi quis ea non credat, hęreticus eſt. Credimus igitur, non quia ſcriptum eſt, ſed quia ſic ab Apoſtolis legitima Epiſcoporum, & Sacerdotum ſucceſſione per manus nobis traditum eſt. Ad eundem modum, tres perſonas Deum vnum, eſſe, nulla nobis expreſsè tradit Scriptura atque adeò ne reperitur quidem perſonæ nomen in Scripturis de Deo dictum, ſicut nec Trinitatis: nos tamen tres perſonas dicimus, non quia Scriptura dicit, inquit Auguſtinus, ſed quia Scriptura non contradicit, & quia ſic ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus traditum accepimus: quorum etiam eſſe traditionem, vt paruuli baptizentur, Dyoniſius, & Origenes teſtantur. Sed & quòd in Miſſæ ſacrificio pro defunctis oratur, Apoſtolorum eſſe traditionem narrat Chryſoſtomus. Quòd de maioribus Eccleſiæ cauſis ad Sedem Apoſtolicam ſit referendum, Apoſtolos inſtituiſſe ſcribit Zepherinus Pontifex, & Martyr: quamuis ante eum, alij quoque nonnulli Symbolum, quod vocant Apoſtolicum, ab Apoſtolis confectum eſſe narrant Clemens, Cyprianus vel potiùs Ruffinus: illius enim videtur eſſe Symboli explicatio, quæ Cypriano quoque inſcribitur, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Leo Pontifex, & alij. Neque tamen vel in actis Apoſtolorum, vel in reliqua noui Teſtamenti Scriptura vniuerſa, vlla fit eius rei mentio.

Sed quorſum attinet ſingulas Apoſtolorum traditiones enumerare, quarum bonam partem inuenire licet apud Iuſtinum, Origenem, Tertullianum, Athanaſium, Baſilium, Hieronymum. Multa eſſe refert Auguſtinus, quæ neque in literis Apoſtolorum, neque in Concilijs poſteriorum reperiuntur, & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis Apoſtolis tradita, & commendata creduntur.

C A P. XXVIII.

Quòd vbi legitima Epiſcoporum ſucceſſio eſt, ibi doctrina Apoſtolorum, ibi vera eſt vna, Sancta, Catholica, Apoſtolica Eccleſia.

Didicimus ergo iam, ibi eſſe Apoſtolicam Eccleſiam, vbi eſt doctrina Apoſtolorum. Porrò doctrina Apoſtolorum ibi eſt, vbi eſt legitima Epiſcoporum ſucceſſio, à temporibus Apoſtolorum ad hæc vſque noſtra: quæ ſucceſſio vbi non eſt, ibi non eſt Eccleſia Chriſti, ſed Sathanæ Synagoga. Hanc Eccleſiæ notam quia non habent, non agnoſcunt hæretici: nam neque traditiones Apoſtolicas admittunt, cum Arrianis atque alijs hæreticis nihil præter ſcripturas recipientes: neque ferre poſſunt aures eorum, vt de legitima Epiſcoporum ſucceſſione quicquam dicatur. Nobis verò tantò maiore alacritate excipienda eſt nota hæc, quantò magis abhorrere ab illa hæreticos, & ſchiſmaticos videmus, quandoquidem non fuit ferè quiſquam Sanctorum Patrum, qui non eam inter præcipuas Eccleſiæ notas numerauerit: Irenæus Apoſtolorum temporibus fuit proximus, eius hæc verba ſunt: Agnitio vera, eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo Mundo, ſecundùm ſucceſ-

ſiones

Digitized by Google

ſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos cuſtodita. Et alio loco ijs tantùm Epiſcopis obedire iubet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum ſucceſſione Epiſcopatus chariſma veritatis certum acceperunt: Reliquos verò, qui abſiſtunt, à principali ſucceſſione quocumque loco colligantur, ſuſpectos haberi vult. Neque multò poſterior Tertullianus, vbi de hæreticis ait: Cupio, inquit, oſtendant mihi, ex qua auctoritate prodierint: edant originis Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ità per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorem, & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Eccleſia Smyrneorum Polycarpum à Ioanne collocatum refert, ſicut Romanorum Clementem, à Petro ordinatum edit, proindè vtique, & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatu conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Qui verò fuit propemodum æqualis eius Origenes: Cùm, inquit, multi ſint, qui ſe putent ſentire, quæ Chriſti ſunt, & nonnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant, ſeruetur verò Eccleſiaſtica prædicatio, per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad præſens in Eccleſijs permanens: Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat traditione,

Porrò Cyprianus tantum huic notæ tribuit, vt Eccleſiam eſſe dicat, plebem Sacerdoti ſuo adunatam, & paſtori ſuo gregem adhærentem. Adducens verba illa Petri: Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes: Loquitur, inquit, ibi Petrus, ſuper quem ædificanda erat Eccleſia, docens, etſi contumax, & ſuperba audire nolentium multitudo diſcedat, quòd Eccleſia tamen Chriſtianorum non recedit. Ad extremum ſcire debes, inquit, Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, etſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe, & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes, obrepunt, cùm Eccleſia, quæ Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtique connexa, & cohærentium ſibi inuicem Sacerdotum glutino copulata. Ac rurſus ad Magnum ſcribens: Eccleſia, inquit, vna eſt, quæ vna intus eſſe, & foris non poteſt. Si enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit: ſi verò apud Cornelium fuit: qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſſit, Nouatianus in Eccleſia non eſt. Ibi indicauit Eccleſiam eſſe Cyprianus, vbi fuiſſet Papa Cornelius. Qui alio loco, cum Cornelio eſſe, idem eſſe ſcribit, quod cum Catholica Eccleſia communicare. Quem ſequutus Optatus, dum probare conatur Cecilianum eſſe Catholicum, & Maiorinum hæreticum: Non Cecilianus, inquit, receſſit à Cathedra Petri, ſed Maiorinus, in Cathedram ſedes, quæ antè ipſum Maiorinum originem non habebat, Et Ambroſius, vbi Petrus, inquit, ibi Eccleſia eſt,

Ioan. 6.

Neque diſſimiliter Hieronymus, qui ſcribens ad Damaſum: Faceſſat, inquit, inuidia Romani culminis, recedat ambitio, cum ſucceſſore Piſcatoris, & Diſcipulo crucis loquor. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, ideſt, Cathedræ Petri communione conſocior ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt, Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Ac paulò poſt: Non noui, inquit, Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum: quicumque tecum non colligit, ſpargit: qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt, Sic ille vir ſanctiſſimus iuxtà ac doctiſſimus, quicumque cum ſucceſſore piſcatoris Damaſo Papa non colligerent, Sathaniſtas, & Antichriſtos eos haberi voluit: itaque nihil habere cum illis commune volebat. Quod apertiùs etiam in proximè inſequenti ſcribit epiſtola: In tres, inquit, partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat: Ego interim clamito; Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere ſe dicunt: poſſem credere, ſi hoc vnus aſſereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Tanta fuit Apoſtolicæ Sedis auctoritas, vt illi ſe hærere etiam hæretici fingerent, cui qui non eſſet iunctus, eum pro ſuo non habebat Hieronymus. Qui quod eo loco ſcribit, idem etiam Theodoretus teſtatur de Paulino, deque Apollinare, quod aſſeuerabat vterque ſe cum Damaſo ſentire, quò facilius morbum ſuum tegere poſſet. Sic de Eutichete ſcribit Leo Pontifex, quòd ſententiam ipſius per omnia ſe ſecuturum ſpopondetit. De Anthemio verò legitur in ſententia Synodi Conſtantinopolitanæ ſecundæ, quòd is ad Patriarchas ſcripſerit, ſe per omnia ſequi Apoſtolicam Sedem. Iuſtinianus verò Imperator in epiſtola ad Epiphanium, quæ eſt in ſexta Synodo: Quia ſæpè numero, inquit, hæretici in his locis extiterunt, qui iudicio illius venerandæ Sedis ſublati ſunt, licet nobis dicere, ac pronunciare omnes eos, qui habere illam pro capite noluerint, non eſſe Dei Sacerdotes, neque fideles ſeruos.

Genes. 7.

Auguſtinus in pluribus locis notam hanc agnoſcit: qui disertis etiam verbis extra Eccleſiam eſſe pronunciat, qui relicto Epiſcopo, Dei ordinatione ſuccedanea præſidente, aut ſibimetipſis, aut ſemetipſos conſtituunt Epiſcopos, Præpoſitos, Primates. Cuius hæc etiam verba leguntur. Multa ſunt, quæ me in Eccleſia gremio iuſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio populorum, atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata, tenet ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas Dominus poſt reſurrectionem ſuam commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum Sacerdotium ſucceſſio: tenet poſtremò ipſum catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta ſola Eccleſia obtinuit, vt cùm omnes hæretici ſe catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Rurſus in Pſalmo contra partem donati; Numerate, inquit, Sacerdo-

tes

Digitized by Google

tes vel ab ipſa Petri Sede, & in ordine illo Patrum quis cui ſucceſſit videte, ipſa eſt petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ. Quod autem in eo Pſalmo ſcripſit, in epiſtola ad Generoſum ipſe fecit, ac Romanos Epiſcopos inuicem ſibi ſuccedentes enumerauit à Petro, vſque ad Athanaſium: Quibus enumeratis. In hoc ordine, inquit, ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur. Et contrà Fauſtum ſcribens: Vides, inquit, quid hac in re Eccleſiæ Catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibi Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Et paulò pòſt: Quæ Apoſtolorum confirmata temporibus, per ſucceſſiones Epiſcoporum, & propagationes Eccleſiarum tamquam in ſede, quadam ſublimiter conſtituta eſt, cui ſeruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Quod idem ab Optato quoque, qui fuit æqualis Auguſtini, factum legimus. Is contra Parmenianum ſcribens, eum ſcire dicit, Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo vno Cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur, vt iam ſchiſmaticus eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedra vnica, quæ eſt prima, ſedet prior Petrus, cui ſucceſsit Linus, ac enumeratis vſque ad Syricium, qui tum in Cathedra ſedebat, Romanis Pontificibus: Veſtræ, inquit, Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis Sanctam Eccleſiam vendicare. Simili enumeratione ſucceſsionis Pontificum Romanorum, vſus eſt antiquiſsimus Epiphanius, & qui præceſſit eum Irænæus. Quo in loco ſimul illud aſſeuerat, quod ad Romanam Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Enumerationem autem Irenæi tranſcripſit in Eccleſiaſticam ſuam hiſtoriam Euſebius.

Longum eſſet ſingulos enumerando recenſere, qui ex hac nota ſucceſſionis Apoſtolicæ, Eccleſiam agnoſcendam eſſe putauerunt. Qua in ſententia cùm fuerint antiquiſsimi, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus: Optatus, nota hæc Eccleſiæ, quam Sancti Patres agnoſcunt, vna omnium clariſſima, maximeque Eccleſiæ propria eſt habenda, quantumlibet reclamantibus hæreticis, qui eam ſibi nulla ratione poſſunt arrogare. Quibus, & nos, cum Tertulliano, & Optato dicere poſſumus, Oſtendant ex qua auctoritate prodierunt: ædant origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum: reddant originem Cathedræ ſuæ, confingant ſaltem aliquid de ſucceſſione legitima, ſed neque quod confingant habent. Nam illud in confeſſo eſt, non modò nullam eſſe apud illos Sacerdotum, & Epiſcoporum ſucceſsionem, qui ante triginta hos annos nati ſunt, verùm etiam eorum Eccleſias nunc quoque Sacerdotibus, & Epiſcopis legitimè ordinatis, præterquam ſi qui à catholica defecerunt, prorſus carere. Quamobrem apud eos templa videre licet, ſicut ſacrificio, ità & Sacerdotio deſtituta, in horrea nonnulla, pleraque in ſtabula, vel in caulas conuerſa.

Egregia verò Eccleſia, in qua nullus Epiſcopus, nullus Sacerdos, nullum eſt Sacrificium: in qua cuiuis de fæce vulgi prorſus illotis, quod aiunt, manibus, & ad Sacramentorum, & ad verbi miniſterium, citrà vocationem vllam legitimam, accedere licet. Quare cùm ipſi in Eccleſia non ſint, illud omni ope contendunt, & elaborant, vt ne vlla ſit Eccleſia. Cùm enim niſi vna ſit, vlla eſſe non poſsit, vna autem eſſe nequeat, niſi ex vno pendeat, qui præſit omnibus, ad vnum hunc expugnandum ſuas omnes machinas conuertunt. Quod ideò per membra ſua facit Sathanas, ſicut à Cypriano ſcriptum eſt, ideò præpoſitum Eccleſiæ ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublato, atrocius, atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur,

Itaque Sathaniſtarũ non eſt maius aliud ſtudium, quàm, vt quem Chriſti Vicarium, quem Petri Succeſſorem eſſe vident, cuius miniſterio fieri perſpiciunt, vt in Eccleſia ſpiritus vnitas in vinculo pacis retineatur, eius auctoritati detrahant, eum inuiſum, & exoſum reddant omnibus: Aliter enim diſpergere cum Sathana non poſſunt, niſi quo miniſtro Chriſtus vtitur in colligendo grege ſuo, quem precioſo ſanguine ſuo redimere dignatus eſt, ab eo, quàm fieri poſsit maximè voluntates hominum auerſas reddant. Quemadmodum, qui vult regnum euerſum, aut aliquam in eo ſeditionem concitatam, caput regni petit imprimis, illud famoſis libellis proſcindit, & quibuſcumque poteſt artibus in odium, & contemptum omnium adducere conatur: Sic illi, dum hoc vnum ſtudent, vt Eccleſiam perturbent, vt illius vnitatem ſcindant caput Eccleſiæ ſub Chriſto capite, quibus modis poſſunt, etiam confictis criminationibus oppugnant.

Intelligit Sathanas, quod etiam à Cypriano ſcriptum eſt, concordiam ſimul iunctam omninò vinci non poſſe. Quamobrem ſicut lupus ouem à grege ſecernere, ſicut accipiter columbam ab agmine volantium ſeparare, ſic ille, cum ſibi ſatis aduerſus omnes virium non eſſe videat, circumuenire quærit ſolitudinem ſingulorum, ac per quem fieri videt, vt ſimul iungantur omnes, eum ratione cupit euerſum. Sed eæ Sathanæ inſidiæ cauendæ ſunt pijs omnibus, tantoque maiore ſtudio enitendum illis eſt, vt in vna, ſancta Catholica, Apoſtolica Eccleſia perſeuerent, quemque illi præſidere ſuo loco Chriſtus voluit, ei dicto ſint audientes, ad eum, ſi qua ſit de fidei dogmatibus dubitatio exorta, referant. Nam hoc ità fieri oportere, ab ipſis Apoſtolis inſtitutum eſt, neque ſecus fuit vnquam in Eccleſia Catholica obſeruatum.

Habentur libri Conciliorum, in quos non modò acta Synodorum, verùm etiam epiſtolæ multorum Sanctorum Pontificum, & Martyrum ſunt relatæ. Legat qui volet Anacleti, Euariſti, Alexandri, Zepherini, Marcellini, Cornelij, Lucij, Melchiadis, Marci, Iulij, Innocentij, Damaſi, Leonis, Agathonis, Gelaſij, Hormiſdæ epiſtolas, non aliter ſe rem habere perſpiciet. Verùm, & ex quatuor illis Concilijs, quæ haud aliter, atque quatuor Euangelia recipiuntur ab omnibus

ijs,

ijs, qui Chiſtiani cenſeri volunt, idipſum cognoſcet. Neque diuerſum reperiet in Eccleſiaſtica hiſtoria, vbi commemoratur Concilium quoddam Antiqchiæ celebratum, auctoritatem, vel hoc nomine non habuiſſe, quod ei, nec Iulius interſuit maximæ Romæ Epiſcopus, nec in locum ſuum aliquem deſtinauit: cùm vtique regula eccleſiaſtica iubeat, non oporrere pręter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari. Extar inter Auguſtini Epiſtolas vna Patrum Concilij Carrhaginenſis, in qua petunt ab Innocentio Papa, vt Concilij ſui ſtatutis Apoſtolicæ Sedis adhibeatur auctoritas. Extat, & alia eiuſdem argumenti, ab Auguſtino, & cæteris Epiſcopis in Concilio Mileuitano congregatis ſcripta. Cui reſpondens Innocentius; Diligenter, inqnit, & congruè Apoſtolico conſulitis honori: honori, inquam, illius quem ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum, ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ, ſcilicet regulæ formam ſequuti, quam toto ſemper ab Orbe mecum nouiſtis eſſe ſeruatam. Ac paulò poſt: Scientes, quòd per omnes prouincias, de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanant, præſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Epiſcopos noſtros non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis, & honoris auctorem referre debere.

Quod autem à Patribus in Africano, & Mileuitano Concilio congregatis, idem cùm ab alijs quibuſdam Orientalibus Epiſcopis ad Symmachum ſcribentibus, tum ab his, qui cum Athanaſio conuenerant Alexandriæ factum eſſe legimus. Quin & Synodi magnæ & vniuerſalis Chalcedonenſis ad Leonem extat epiſtola, qua petunt, vt ſuis decretis eorum honoret iudicium.

Sed quid ego Synodum Calcedonenſem commemoro? non fuit vlla ferè Synodus, vel prouincialis, vel Oecumenica de rebus grauioribus, præſertim ad fidem pertinentibus habita, quæ decreta ſua Romani Pontificis auctoritate confirmari non peteret, quod vetuſto more, iam inde ab ipſis Apoſtolis per longam Epiſcoporum, & Sacerdotum ſucceſſionem, quaſi per manus traditum, ſic ſemper fuiſſe receptum, indicat etiam factum Polycarpi, quem propterea Romam aduentaſſe narrat apud Euſebium Irenæus, vt cum Aniceto Pontifice de controuerſia, quæ de die Paſchatis celebrando fuit ſuſcepta conferret, apud quem etiam, vt ei Patrum ritum obſeruare liceret, impetrauit.

Cæterum, qui ſucceſſit Aniceto Victor Pontifex, congregato Romæ Concilio, tandem decreuit, vt Romanus Ritus obſeruaretur ab omnibus. Sed progreſſu temporis, quam Sedi Romanæ debuerunt obedientiam, præſtiterunt, & adeò decretum hoc Victoris obtinuit, vt qui non paruiſſent, heretici cenſerentur, & quartadecumani vocarentur, ſicut apud Philaſtrium Epiphanium, Auguſtinum, Theodoretum, & alios nonnullos videre licet.

Scribit etiam Hieronymus, quòd Irenæus Photini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, Presbyter à martyribus eiuſdem loci, ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones Legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherium Epiſcopum perferret literas. Orientales etiam Epiſcopi, cùm de nouo chriſmate conficiendo Romanam Sedem conſuluiſſent, hoc à Fabiano Pontifice reſponſum tulerunt, vt habetur in primo tomo Conciliorum. Exigit dilectio veſtra Sedis Apoſtolicæ conſulta, quæ vobis denegare non poſſumus, hoc autem & prædeceſſores noſtros egiſſe liquet, & nos, qui in eadem ſede collocati ſumus, agere debere, fraterna charitas, & obedientiæ debitum compellit.

Etiam Origenem ſcribit Hieronymus ad eundem Fabianum, dediſſe literas, quibus quorundam ſe pœnitere ſcriptorum indicat, & cauſam temeritatis in Ambroſium quendam refert. Cyprianus Romanam ſedem tanti fecit, vt quamuis ea vacaret, mortuo Fabiano Pontifice: tamen ad Clerum Romanum de communione lapſis danda referendum, nec ea de re ſibi quicquam ſtatuendum eſſe cenſeret, antequam Fabiano ſucceſſor datus fuiſſet. Quin cum electus Cornelius, non vrbis, ſed Orbis totius Epiſcopum eum etiam hi confeſſi ſunt, qui prius Nouati partes ſequebantur.

Nos, inquiunt, Cornelium Epiſcopum ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſię electum à Deo ſcimus, non Romanæ tantùm, ſed ſanctiſſimæ Catholicæ, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem agnoſcunt Cornelium.

Dionyſius quoque Alexandrinus, cùm apud Pontificem eiuſdem nominis, quemadmodum Athanaſius teſtatur, quaſi de fide non rectè ſentiret, accuſatus fuiſſet; re comperta, dari ſibi, quæ fuerant obiecta à Pontifice poſtulauit, quibus acceptis, opus ædidit ſub nomine Elenchi, & Apologię à ſe purgandum.

Idem ad Xiſtum quoque Pontificem Stephani ſucceſſorem, de eo, num eſſent hæretici rebaptizandi, retulit, metuens, ne per errorem laberetur. Extat etiam Dionyſij Pontificis epiſtola ad Seuerum Epiſcopum, de Eccleſijs, inquit, Parochianis, vnde Apoſtolicam Sedem conſulere voluiſti, qualiter ſint per Cordubenſem Eccleſiam diuidendæ Sacerdotibus, nihil aliud intimare poſſumus, quàm vt ſequaris ea, quæ nos in Eccleſia Romana nuper egimus. Extat etiam Epheſini Concilij epiſtola ad Cœleſtinum, ad quem his verbis vtitur. Eſt enim vobis tam eximijs hoc in more poſitum, vt fulcra Eccleſiarum conſtituatis. Expreſſit interpres vim verbi Græci *ſtirigma*, quo Synodus eſt vſa, reſpiciens in illum Euangelij locum; Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Græcè eſt, *ſtirizon*.

Qui verò nomine Romani Pontificis eidem Concilio præſuit Cyrillus Alexandrinus, ad eumdem Cœleſtinum, de hæreſi Neſtorij referens. Quandoquidem, inquit, Deus à nobis in eiuſmodi cauſa vigilantiam poſtulat; & longinqui temporis Eccleſiarum conſuetudo ſuadet, communicare cum tua ſanctitate, neceſſè eſt mihi ſcribere, &c.

Neceſſarium eſſe dixit Cyrillus communicare cum Sede Romana, quandoquidem longinqui temporis conſuetudo poſtulat. Cuius conſuetudinis meminit etiam aliquot ſeculis poſt Sophronius in epiſtola, quam

ſcri-

ſcripſit ad Honorium: Apoſtolica, inquit, & vetus traditio inualuit, vt qui ad Hierarchiam eliguntur (vocat autem Hierarchiam Epiſcoparum) ad eos, qui in Hierarchijs adminiſtrandis maiores ſunt, omninò ſincerè referant, quid ſentiant; & qua fide ſint, vt Paulus illis tradidit, valdè cautè, ne in vacuum currerent, ſi qua in parte fides manca eſſet.

Paulus enim, cùm alioqui arcana Dei, quæ non licet homini loqui, audiuiſſet: metuebat tamen, ne cum alijs Euangelium prædicaret, ipſe reprobus fieret. Vndè & Hieroſolymam aſcendit, quamquàm Chriſti Diſcipulus Cæleſtis, & anteceſſoribus ſuis Diuinis Diſcipulis ſe ſubmiſit; & Euangelicam doctrinam, quam prædicabat ijs, qui videbantur alijs antecellere, manifeſtauit, ac dogma cum eis communicauit: poſcens, vt firmum ſibi fieret, quod tradebat.

Hunc itaque Paulum ſecutus Sophronius, ſubiungit: Huic nos conſuetudini ſeruientes, ad nos *theoſophoys*, ideſt, Diuina ſapientes, qualis ſit fides noſtra, ſcribimus, vt probetur: ne terminos æternos, quos Patres noſtri poſuerunt, tranſire videamur. Scribimus, inquam, ad vos, qui non ſolùm diſcernere noſtis ab adulterinis legitima dogmata; ſed etiam ſupplere, quæ deſunt, poteſtis.

In eamdem ſententiam ſcribit & Baſilius in epiſtola data Sabino Diacono ad Pontificem Romanum: Reuera, inquit, dignum eſt illa excellentiſſima voce, qua te beatum iudicauit, quod pietati tuæ donatum à Domino eſt: ſcilicet, vt quod adulterinum eſt, à legitimo, & puro diſcernas: ac fidem Patrum ſine vlla diſtractione prædices.

Quamobrem ex Baſilio, Sophronius illa poſtrema verba mutuatus fuiſſe videtur: vt non Sophronij magis, quàm Baſilij ſententia fuiſſe videatur: Proprium eſſe Pontificis Romani munus, ab adulterinis legitima dogmata diſcernere.

De quo Sophronio, ſicut in actis Concilij Lateranenſis, quod ſub Martino Primo fuit habitum, legimus, narrat Stephanus primus Hieroſolymitanę Prouinciæ Epiſcopus, quòd ſibi mandauerit: adiurans etiam, vt id faceret: vt de finibus terræ ad terminos eius deambularet, donec ad Apoſtolorum Sedem, vbi Orthodoxorum dogmatum fundamenta exiſtunt, perueniret: ac ibi proponeret, quæ vulnera ſunt ab Hæreticis quibuſdam Eccleſijs inflicta: ſimul medicinale conſultum peteret. Nàm ſic, inquit, olim, & ab antiquis fieri per Apoſtolicam, ſiue Canonicam conſueuit auctoritatem. Apoſtolicam hanc fuiſſe traditionem innuit Sophronius.

Petrus etiam Antiochenus Patriarcha, promotionem ſuam ad Epiſcopale faſtigium, non ita multis poſt ſeculis, & electionem à Clero, & populo factam: quin & fidem ſuam, ſecundùm antiquæ conſuetudinis religioſum, & valdè neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ, & primæ Sedi, cui tùm Leo IX. præſidebat, annunciare, & exponere curauit; ſicut ad eum ſcribens ipſe Leo teſtatur; qui promotionem eius Epiſcopalem libens approbat, collaudat, & confirmat.

Et qui præceſſit hos duos, Theodoretus, ad Leonem magnum ſcribens: Si Paulus, inquit, Prędicator veritatis, & Spiritus ſancti Tuba, ad Petrum accurrit: vt his, qui Antiochiæ de viuendo ſecundùm legem Moyſis diſceptabant, definitionem, & explicationem ab eo ferret; multò magis nos, qui puſilli ſumus, & viles, ad ſolium veſtrum Apoſtolicum accurrimus: vt à vobis medicinam vlceribus Eccleſiarum feramus; ſiquidem vobis conuenit, in omnibus rebus primas tenere.

De Tharaſio quoque ſcribit Georgius Cedrenus; quòd cùm fuiſſet electus Patriarcha Conſtantinopolitanus, miſit Romam literas, fideique ſuæ confeſſionem; & eſt ab Hadriano Papa, quemadmodùm petiuit, approbatus.

Similiter & ſucceſſor eius Nicephorus, miſit & ipſe fidei ſuæ confeſſionem ad Leonem Tertium, & eam firmari petiuit, his verbis vſus: Quia veſtra fides Euangelica, munda, & immaculata eſt, extrà quam non eſt alia; neque Romanis finibus terminata circumſcribitur, neque terminis Mundi finitur: ſicut Propheticæ, & Apoſtolicæ voces teſtantur: In omnem terram exiuit ſonus Diuinæ prædicationis, & fines Orbis terræ verba prædicantium.

Hæc præfatus, petit vt mittat *Logoys ſtirizontas, cai ſinetizontas*, hoc eſt, ſermones firmantes fidem ſuam, & intellectum dantes; alludens ad illud Chriſti dictum: Tu autem conuerſus, confirma fratres tuos: vt, inquit, veſtris doctrinis ſtemus in hac fide integri, & ſolidi.

Fuit autem & hoc Apoſtolica traditione profectum: vt Romanus Pontifex, ſimul vt erat creatus, ad firmandos fratres in fide, fidem ſuam, tamquam regulam, & formam eis mitteret.

Quod Gelaſius teſtatur ad Laurentium de Lygindo ſcribens, qui nos, inquit, admones, vt velut medicinam quamdam fidei Epiſcopis per Illyricum, vel alijs miniſtrare debeamus; quamquam hoc copioſiſſimè factum eſt à beatæ recordationis prædeceſſore noſtro. Et quia mos eſt Romanæ Eccleſiæ, Sacerdoti nouiter conſtituto, fidei ſuæ formam ad ſanctas Eccleſias prorogare: hæc eadem compendioſa nimis breuitate ſtudui renouare; vt ſub qua fide viuendum ſit, ſecundùm ſtatuta Patrum, in hac epiſtola noſtra per breuitatem ſine faſtidio Lector cognoſcat.

Et antè hos omnes, monet Stephanum Pontificem Cyprianus, vt non ſolùm excommunicet Martianum Arelatenſem Epiſcopum, verùm etiam alium in locum eius ſubſtituat; propterea quòd Nouatiani ſectam ſecutus, multos ſeduxerit.

Extat epiſtola Syricij Papæ ad Mediolanenſem Eccleſiam, qua certos quoſdam Hæreticos damnat; cui reſpondens Ambroſius, cum ſuis Coepiſcopis: Iouinianum, inquit Auxentium, &c. quos ſanctitas tua damnauit, ſcias à nobis quoque ſecundùm iudicium tuum eſſe damnatos.

His non diſſimilia leguntur etiam in epiſtola quadam Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Hormiſdam Papam. Sed quorſum attinet omnes recenſere, quos idem feciſſe conſtat? Scribit Hieronymus, quòd in chartis Eccleſiaſticis Damaſum iuuerit Ro-

m̃ſnum Epiſcopum: hoc eſt, vt nunc loquuntur, à ſecretis illi fuerit: & Orientis, & Occidentis Synodicis conſultationibus reſponderit. Ex quo cuiuis perſpicuum eſse poteſt, quòd & Oriens, & Occidens vniuerſus de cauſis Eccleſiaſticis ad Romanum Pontificem referebat, & ab eo conſilia petebat.

Quod ipſe quoque fecit Hieronymus epiſt.58. cùm eſſet in Syria. Nàm cùm in tres partes ibi ſciſſa eſſet Eccleſia, & Hieronymum vnaquæque ad ſe rapere feſtinaret: petit à Pontifice doceri, apud quem communicare debeat; &, noli deſpicere, inquit, animam, pro qua Chriſtus mortuus eſt.

Ac in præcedenti epiſtola: Non timebo, inquit, tres hypoſtaſes dicere, ſi iubetis. Abſurdum videbatur Hieronymo tres hypoſtaſes dicere; ſed ſi cenſeret ita Pontifex Romanus, non ſe recuſaturum ſcribit. Tanta fuit apud virum hunc ſanctiſſimum ſanctæ Romanæ Sedis auctoritas.

Scribit idem alio loco, epiſtola 11. ad Euſtachium, Orientis, & Occidentis Epiſcopos, ob quaſdam diſſenſiones, Romam Imperiales literas contraxiſſe.

Quid autem aliud indè rectè colligi poteſt, quàm quòd etiam Imperatores de rebus Eccleſiaſticis iudicium ſibi non arrogabant; ſed litigantes ad Romanum Pontificem, tamquàm legitimum earum Iudicem remittebant; ſicut Conſtantinum de Cœciliano feciſſe, iàm anteà commemorauimus.

Ad Athanaſium ſcribens Baſilius, monet, vt ſcribatur Epiſcopo Romano, vt quæ geruntur in his terris, conſideret, & iudicij ſui decretum interponat. Et quæ difficilè eſt, inquit, aliquos indè de Concilij ſententia mitti; Ipſe auctoritatem rei tribuat delectis viris, qui laborem quidem itineris perferre poſſint: lenitate verò, ac facilitate morum, cum etiam commoda oratione, & prudentia, eos, qui à recta via deflexerunt corrigere; quique acta Ariminenſis Concilij ſecùm ferant, ad ea reſcindendum, quæ violenter iſthic acta ſunt.

Sic Baſilius, epiſt. 52. etiam acta Concilij, ad quod propè 400. Epiſcopi conueniſſe leguntur; Romano Pontifici poteſtatem tribuit reſcindendi.

Ac teſtatur hoc etiam Gelaſius epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, aliquot exemplis productis: quòd Apoſtolica Sedes, frequenter more maiorum, etiam ſine vlla Synodo præcedente, & ſoluendi, quos iniquè Synodus damnauerat; & damnandi, nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuerit poteſtatem.

Qui verò libenter Baſilium ſequitur Ambroſius in epiſt. 78. Theophilum admonet, vt in cauſa inter Euagrium, & Flauianum, ad Romanæ Sacerdotem Eccleſiæ referat.

Itidem & Auguſtinus cùm eſſet in Concilio quodam Prouinciali ſententia lata contra quemdam Antonium Epiſcopum Suſſalenſem obſecrat Cœleſtinum, vt quæ fuerunt acta in eo Concilio rata habere velit. Quæ quidem epiſtola nondùm typis mandata, nuper eſt in Vaticano reperta. Indè liquet, quòd Apoſtolica fuerit hæc traditio ſemper in Eccleſia Catholica obſeruata, vt in cauſis fidei ad Pontificem referretur: ſimùl etiam, vt de iniurijs, ſi quas vel ab ipſis Imperatoribus accepiſſent Epiſcopi, etiamſi Synodi alicuius decretum interceſſiſſet, quæ numquàm ex Imperatoris nutu pendebat: ſi qui de ſuis ſedibus illius auctoritate fuiſſent eiecti, tamquàm ad tutiſſimum ſuæ communionis portum, eos Romam confugiſſe narrat Hieronymus, & in Eccleſiaſtica legimus hiſtoria.

Sic Alexandrinis in epiſt.16. ad Princip. Athanaſium: & Antiochenis Paulum à Iulio: ſic Petrum Athanaſij ſucceſſorem à Damaſo, & alios multos, quos recenſere longum foret, Eccleſijs ſuis legimus reſtitutos; ſic de Ioanne Chryſoſtomo narrat Georgius Patriarcha, qui conſcripſit vitam eius: quòd cùm ad inſtantiam Imperatricis Eudoxiæ Synodus habita fuiſſet, cuius decreto, de Cathedra ſua deturbatus, & in exilium actus fuerat, confugit ad Sedem Romanam, & per Innocentium Primum Eccleſiæ ſuæ Conſtantinopolitanæ fuit reſtitutus; qui ſcribens ad Arcadium Imperatorem his verbis vſus eſt: Vox ſanguinis fratris mei, Ioannis clamat aduerſum te, ò Imperator. Et paulò poſt: Quamobrem ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apoſtoli concreditus eſt, ſeparo te, & illam (Eudoxiam intellige) à participatione immaculatorum Sacramentorum, & quemcumque Epiſcopum, & Clericum, qui præſumpſerit ea vobis miniſtrare.

Meminit autem huius hiſtoriæ non modò Georgius Patriarcha, verùm & Palladius Helenopoleos Epiſcopus, & Theodorus Eccleſiæ Latinæ Diaconus, & Proſper contra collatorem, & Gelaſius ad Epiſcopos Dardaniæ ſcribens; & Nicephorus, & Simeon Methaphraſtes, & alij nonnulli.

De Briccio quoque diui Martini ſucceſſore ſcribunt, Seuerus Sulpitius, & Gregorius Turonenſis: quòd cùm ex Eccleſia ſua Turonenſi fuiſſet eiectus; eam Bonifacij decreto recuperauit.

Extat epiſtola Theodoreti ad Leonem in fine voluminum Conciliorum, quæ Coloniæ anno 1567. ſunt impreſſa: in qua poſt multa Romanæ Sedis præconia ſcribit ſe à Cyrilli Alexandrini ſententia ad eum appellaſſe, ac ipſius iudicio, qualecumque tandem id fuerit, ſe ſtare velle promittit; & eſt is in Concilio Chalcedonenſi, poſteà per Legatos Leonis Pontificis Eccleſiæ ſuæ reſtitutus.

Idem fecit hic ipſe Leo Pontifex de Proterio quoque Alexandrinæ Vrbis Epiſcopo: qui cum ſatisfactionis plenas de fide ſua ad eum literas direxiſſet, noluit vt honorem ſuæ perderet Eccleſiæ; ſed Sedis ſuæ priuilegia paternæ antiquitatis exemplo, iuxtà Canonum illibata iura poſſideret: quemadmodùm in epiſtolis, quas ad Iulianum, & Martianum Auguſtum Leo ſcripſit, videre licet.

Idem aliquot ſeculis poſt fecit Hadrianus Pontifex de Ignatio Patriarcha Conſtantinopolitano, qui cùm per iniuriam eiectus de Sede ſua, & in eius locum Photius fuiſſet receptus; hunc exturbauit, illum autem Sedi ſuæ reſtituit; ſicut in actis Concilij octaui Conſtantinopolitani legitur.

Extat autem etiam epiſtola Epiſcoporum

rum

tum Africanorum in Concilio Manticaniæ congregatorum ad Damaſum Pontificem, in qua quæruntur de vicinis Epiſcopis, qui non conſulto Romano Pontifice, quoſdam ex fratribus damnaſſent, & vt eos defendat, petunt. Quod etiam ab illo Pontifice poſteà factum fuit.

Vndè ſatis conſtat, quòd ex omni terrarum Orbe, ſemper ad Romanum Pontificem de cauſis grauioribus relatum fuit, ac ſi quis grauatum ſe ſenſiſſet, appellatum.

Qui de bello Gothorum ſcripſit Procopius ex Biſantio quoque Legatos ad Romanum Pontificem veniſſe narrat Chriſtianorum altercationis ſedandę cauſa. Quod adeò fuit moribus receptum, vt ab ipſis etiam Hæreticis perſæpè id factitatum eſſe, memoria proditum ſit.

Antiquiſſimus auctor Tertullianus de Praxea, quamvis Hæretico, ſcribit: quòd cum ab his, qui Montani ſectæ fuerunt, per falſam narrationem literæ pacis à Pontifice impetratæ fuiſſent; ipſe fraudes eorum detegendo, vt literas pacis iàm emiſſas reuocaret, effecerit veritate manifeſtata.

Literas autem pacis Tertullianus appellat eas, quas Romanus Pontifex ad Eccleſias mittebat, earum fidem, communionem, & ſocietatem approbantes, quas Auguſtinus communicatorias literas vocat,

Cuiuſmodi literarum exemplum apud Leonem ad Anatolium ſcribentem, videre licet.

Quas etiam formatas appellati ſcribit Auguſtinus dicens: Quærebam, inquit, vtrùm epiſtolas communicatorias, quas formatas dicimus, poſſet quò vellem dare, & affirmabam, quod manifeſtum erat omnibus, hoc modo facillimè illam de Eccleſia Catholica terminari poſſe quæſtionem. Ante quem etiam Optatus de Damaſo, vel Syricio loquens: Cum quo nobis totius Orbis, inquit, commercio formatarum in vna communioni ſocietate concordat.

Hìc in Tertulliani ſcripto duo conſideranda ſunt: primùm, quòd Montaniſtæ, quamuis hæretici, fidem tamen ſuam à Pontifice petierunt approbari, deinde, quòd Praxeas, & ipſe hæreticus ad eumdem Pontificem confugit, eorum dolos detexit, & vt literas pacis reuocare, obtinuit. Ex ijs verò quæ leguntur apud Optatum facilè liquet, quòd non alius eſſe Catholicus cenſebatur, quàm qui cum Pontifice Romano commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordaret.

Fortunatum etiam ab hęreticis Pſeudo-epiſcopum conſtitutum, & Baſilidem ad Petri Cathedram appellaſſe, & eos Pontifici Cornelio propemodum obrepſiſſe teſtatur Cyprianus.

Euſebius quoque Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad Iulium Pontificem Romanum Legatos miſit, atque ab eo petiuit, vt in Athanaſij cauſa iudex eſſe vellet, quòd ipſe quoque fateretur Athanaſius.

Quin illa tota Synodus Epiſcoporum, quę fuit Antiochiæ cum Euſebio congregata, petiuit acta ſua Pontificis eiuſdem iudicio comprobari: Romanam Eccleſiam primas apud omnes ferre confeſſa: vtpotè, quæ Apoſtolorum ſchola, & pietatis eſſet Metropolis, quemadmodum apud Zozomenum videre licet.

Ante quem etiam Athanaſius in epiſtola quadam ad ſolitariam vitam agentes, hiſtoriam hanc diligenter tractauit, vbi narrat, quòd cum Euſebiani Romam contra Athanaſium ſcripſiſſent, Epiſcopus Romanus fieri Synodum iuſſit, ac Presbyteros ſuos ad Euſebianos miſit certum diem definiens, vt aut ſe ſiſterent præſentes, aut ſe ſuſpectos haberi modis omnibus cognoſcerent.

Narrat idem de ijſdem, quòd cum à Marcello Gallatiæ Epiſcopo de hæreſi reprehenſi fuiſſent, idem ipſi quoque crimen impegerunt, & eum in exilium eiecerunt: ille autem profectus Romam ſe innocentem docuit.

Et extat apud Epiphanium eius ad Iulium Pontificem epiſtola, qua petit, vt qui contra ſe ſcripſerunt, eos accerſat, vt ſe Romæ ſiſtant, quos etiam per annum, & menſes tres Romæ ſe dicit expectaſſe: cumque non venirent, inde diſceſſurus, ſuam fidem ſua manu conſcriptam Pontifici tradidit.

De Vrſacio quoque, ac Valente refert Epiphanius, quòd vnà cum libellis profecti ſunt ad Iulium Romanum Pontificem, pro ratione reddenda de ſuo errore, ac delicto, quòd calumnias ſtruxiſſent Athanaſio, ac ſuſcipe nos, inquiunt, ad communionem; & pœnitentiam.

De Euſtachio, quoque ſcribit Baſilius, quòd cum in Melitina Synodo depoſitus, & Epiſcopatu ſuo eiectus eſſet, Romam profectus eſt, & cum in conditiones quaſdam à beatiſſimo Epiſcopo propoſitas conſenſiſſent ab eo ſcriptam epiſtolam attulit, per quam reſtitueretur, eam vbi Thianæ Synodo exhibuit, in ſuum locum reſtitutus eſt. Quæritur autem de eo Baſilius, quòd iam fidem eam, in quam receptus fuerat, depopularetur: cumque illis faceret, qui homouſion anathemate percellerent. Quoniam igitur, inquit, iſthinc vires accepit lædendi Eccleſiam, ac publicandæ ſuæ impietatis fiducia, quam vos dediſtis ad ſubuerſionem multorum vſus: neceſſe eſt, vt iſthinc quoque veniat malorum iſtorum correctio, ſcribaturque Eccleſijs, quibus quidem conditionibus ad communionem ſuſceptus ſit: ſimul verò adijciatur, quomodo iam immutata ſententia gratiam à Patribus, qui tum aderant, acceptam irritam reddat.

Meminit Gregorius, quoque Nazianzenus Vitalij cuiuſdam Appolinariſtæ, quòd is, ità poſtulante Damaſo Romæ Epiſcopo, fidem ſuam literis conſignatam ædidit, & eam Orientales amplexi fuerunt. Sed posteaquam idem Damaſus rectius edoctus fuit, ſimul etiam qui Vitalium ſequebantur, in priſtinis expoſitionibus perſtare audiſſet, eos ab Eccleſia proſcripſit, fideique libellum cum anathematiſmo deluit, ac fraudem eam, in quam per ſimplicitatem inciderat, permoleſtè tulit.

Pelagium quoque literas, quibus ſe purgaret, libellumque fidei ſuæ miſiſſe Ro-

mam ad Innocentium Pontificem, quin & ad Soſimum ſucceſſorem eius, & ab vtroque damnatum eſſe, teſtis eſt Auguſtinus.

Cœleſtium, quoque beati Papæ Innocentij literis non fuiſſe auſum obſiſtere, immò ſe omnia, quæ Sedes illa damnauerat, ſe damnaturum promiſiſſe, neque tamen quæ promiſerat præſtitiſſe. Libet autem hìc adſcribere Proſperi quoque verba contra collatorem de Cœleſtino Pontifice. Venerabilis memoriæ Pontifex Cœleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt: ſciens damnatis non examen iuſtitiæ, ſed ſolùm pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum: Cœleſtinum quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantem, totius Italiæ finibus iuſſit extrudi. Nec verò ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauerit, quando quoſdam inimicos gratiæ ſuæ ſolum originis occupantes, & ab illo ſecreto excluſit Oceani, & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam inſulam ſtudet ſeruare, Catholicam fecit, & Barbaram Chriſtianam. Per hunc Virum etiam Orientales Eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt: quando Cyrillo Alexandrinæ Vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori ad execrandam Neſtorianam impietatem, Apoſtolico auxiliatus eſt gladio, quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum proſternerentur, per hunc virum, intra Gallias iſtis ipſis, qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt maleloquentiæ eſt adempta libertas: quando conſultantium actione ſuſcepta, & librorum, qui errantibus diſplicebant, pietate laudata, quid oporteat de eorum auctoritate ſentiri, ſancto manifeſtauit eloquio.

De Xiſto quoque Cœleſtini ſucceſſore loquitur hic idem in eodem libro: Confidimus Domini protectione præſtandum, vt quod operatus eſt in Innocentio, Soſimo, Bonifacio, Cœleſtino operetur etiam & in Xiſto, vt ſicut illi Lupos abegere manifeſtos, ità hic depellat occultos. Et in chronicis Iulianus Pelagiani erroris aſſertor, correctionis ſpem præſeferens, molitus eſt communionem irrepere. Sed his inſidijs Xiſtus Papa, Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus patere permiſit, & ità omnes Catholicos, defectione fallacis beſtiæ, gaudere fecit, quaſi tunc primum ſuperbiſſimam hæreſim Apoſtolicus gladius obtruncaſſet.

Eutichen etiam libellum Leoni miſiſſe, deque iniuſta damnatione quæſtum eſſe, patet ex ijs, quæ ſcripſit Leo Pontifex ad Theodoſium, & ad Flauianum.

Flauianus quoque cur eum excommunicauerit, eidem Leoni cauſam reddit, & approbat eius hoc factum Leo.

De Anthimo Conſtantinopolitano Patriarcha, quanto ſtudio fuit laboratum à Iuſtiniano Imperatore, & ab eius coniuge, vt cùm Agapetus in communionem ſuſciperet, qui deceptilibus rationibus vſus, ſicut habetur in Synodo ſecunda Conſtantinopolitana promiſit ſe omnia facere quæcumque Summus Pontifex magnæ Sedis Apoſtolicæ decerneret. Et ad ſanctiſſimos Patriarchas ſcripſit, ſe per omnia ſequi Sedem Apoſtolicam. Sed cùm ipſe Conſtantinopolim Agapetus veniſſet, & fraudem eius cognouiſſet, eum de Sede ſua deiecit, & in locum eius Mennam ſuffecit, quem tamen Agapeto mortuo, vt reuocaret ſucceſſor, eius Siluerius, Auguſta petiuit. Sed is reſcripſit, ſi quid Aimonio credimus: Auguſta Domina, rem hanc nunquam faciam, vt reuocem hominem in damnata perfidia permanentem: quem Auguſta poſteà curauit in exilium deportandum, & in ejus locum Vigilium ſufficiendum, cùm priùs fidem illi ſuam obſtrinxiſſet, quòd eſſet Anthimum in Sedem ſuam reſtituturus. Verùm is Pontifex factus Auguſtæ reſcripſit. Abſit hoc à me Domina Auguſta, priùs locutus ſum malè, & inſipienter, nunc autem nullo modo tibi conſentio, vt reuocem hominem hæreticum, & anathematizatum. Qui cùm Conſtantinopolim adductus, & multis probris, atque cruciatibus affectus fuiſſet, nihil tamen in gratiam Auguſtæ fecit: quin potiùs contra ipſam & Acephalos, vt ſcribit Gregorius, damnationis promulgauit ſententiam: extrema quæque pati priùs paratus, quàm vt aliquid indignum Petri Cathedra faceret. Pyrrum, refert Zonaras, cùm in Sedem ſuam Conſtantinopolitanam redire cuperet, ſimulaſſe, quod Monothelitarum hæreſim deſeruerit, libellumque de fide ſua Theodoro Papæ obtuliſſe, in quo acta ſua contra Catholicam fidem omnia damnauerat, ſed clam poſteà Rauennam digreſſum, hæreſim celare non potuiſſe. Quo comperto Papa, conuocatis ſuis Epiſcopis, eum ſub anathematis vinculo condemnauit.

Idem teſtantur Leo quoque Nonus Pontifex, Beda, & Cedrenus. De Legatis Armeniorum Epiſcoporum, & eorum Metropolitano (quem quòd amplius mille Epiſcopos ſub ſe habet, Catholicon vocant) ſcribit Otho Friſingenſis in hiſtoria ſua, quòd ab vltimo penè Oriente Summum Pontificem Eugenium Viterbij, poſt iter vnius anni & ſex menſium adierunt, eique ex parte illius Eccleſiæ ſubiectionem omnimodam (nobis, inquit, cum alijs multis præſentibus) obtulerunt. Cum enim inter eos, & Græcos de ritu ſacrificij diſceptaretur: Romanam Eccleſiam iudicem eligentes formam ſacrificij iuxta conſuetudinem eius, ſibi tradi depoſcebant.

Et alibi: Vidimus etiam ibi tunc de Syria Gabulenſem Epiſcopum, cuius præcipuè opera, ad plenum, Antiochia Romanæ Sedi ſubeſſe cœpit.

Petrus etiam Habailardus ipſo Bernardo teſte, Sedem Apoſtolicam appellauit. Qua de re ſic ſcribit Gotfridus Claraualleniſ Monachus, Benardi vitam deſcribens. Quando verò Petrus ille refugium inueniret in Sede Petri, tam longè diſſidens à fide Petri? Et ipſum ergo Auctorem eadem ſententia, cum erroribus ſuis Apoſtolicus Præſul inuoluens, ſcripta incendio, ſcriptorem ſilentio condemnauit.

Idem factum eſt de Berengario quoque qui primus Chriſti Corporis, & Sanguinis veritatem in Euchariſtiæ Sacramento negauit, qui Leonis IX. Victoris II. Nicolai II. & Gregorij VII. ſententijs condemnatus, tandem errorem ſuum reuocauit. Cuius exemplum ſequutus etiam fuit Petrus Habailardus,

dus, pœnitentiam egit vterque, & in Eccleſiæ Catholicæ communione deceſſit vterque.

De Valdenſibus narrat Abbas Veſpergenſis, quòd ante 300. ferè annos, genus quoddam vitæ Monaſticæ profeſſi fuerint: pauperes etiam de Lugduno vocati, quos etiam ſe vidiſſe ſcribit apud Sedem Apoſtolicam, petentes ab ea ſectam ſuam confirmari, quòd ſe vitam Apoſtolorum agere dicerent: cùm nihil ipſi poſſiderent, nec vllum certum locum haberent: cæterùm circuirent per vicos, & caſtella. Cùm verò, qui tum Eccleſiæ præerat Lucius Pontifex, & hypocriſim eorum, & fœdos errores quoſdam cognouiſſet, eorum petitionem reiecit, duos autem ordines Prædicatorum, & Minorum approbauit. Quòd cum animaduerſum ab illis fuiſſet, iugum Pontificis excuſſerunt, & ei nomen Antichriſti tribuerunt, libenter eum pro Chriſti Vicario agnituri, ſi deteſtabilem eorum ſectam approbaſſet. Quod præter Abbatem Veſpergenſem teſtatur etiam Guido Carmelita, Tritemius, & Emilius de geſtis Francorum. Scripſit ætate noſtra rerum quarundam geſtarum commentarios Ioannes Fox, in quibus recitat quædam ex epiſtola Ioannis Vikleff ad Vrbanum Papam, in qua verbis iſtis vtitur: Gaudeo planè detegere cuicumque fidem meam, & ſpecialiter Romano Pontifici, quia ſuppono, quòd ſi ſit Orthodoxa, ipſe fidem meam humiliter confirmabit, & ſi erit erronea, emendabit.

Et paulò poſt: Suppono iterùm, quòd Romanus Pontifex, cùm Summus Chriſti Vicarius in terris ſit, ad illam legem Euangelij ſeruiantes maximè obligatur.

Et iterùm paucis interiectis: Si in iſtis erranero, volo humiliter, etiam per mortem emendari, & ſi in perſona propria ad votum potero laborare, vellem præſentiam Romani Pontificis humiliter viſitare. Num autem & is Romani Pontificis Principatum in Eccleſia non agnouit? Num ad eum pertinere de doctrina iudicium ignorauit? An autem idem non fecit eius diſcipulus noſtri temporis Hereſiarcha Martinus Lutherus, cùm ante 53. annos ad Leonem X. ità ſcripſit: Beatiſſime Papa, proſtratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus, quæ ſum & habeo: viuiſica, occide: voca, reuoca: approba, & reproba vt placuerit: vocem tuam, vocem Chriſti in te præſidentis, & loquentis agnoſcam. Sed ſimul vt ab eo ſuos errores condemnatos eſſe vidit, ſtatim eandem, quam Valdenſes, & Vikleff, cantilenam canere cœpit. Ex his cuilibet perſpicuum eſſe poteſt, quòd etiam ipſis hæreticis certum eſt hoc & indubitatum, legitimum in cauſa fidei iudicem totius Eccleſiæ ſub capite Chriſto Caput, Chriſtique Vicarium in terris non alium eſſe, quàm Romanum Pontificem.

Quamobrem quoties nouam aliquam doctrinam proferunt, ad illum initio referunt, ab illo iudicari petunt, ſed ſimul, vt quod petunt, non obtinuerunt, iam illis Chriſti Vicarius eſſe deſinit, & nullum eſſe poteſt conuitij genus; quo illum non afficiant: Magnus fuit Orbis totius Imperator hæreticus ille Conſtantius: cuius opera perfectum eſt, vt in Concilio Tyri celebrato condemnaretur Athanaſius: qui tamen irritum eſſe putabat, id omne, quod in Concilio fuerat conſtitutum, niſi Romani Pontificis accederet auctoritas: cui nunc precibus, nunc minis perſuadere conatus eſt, vt Concilium illud ratum haberent, Athanaſijque damnationi ſubſcriberet, quem etiam ipſe coram allocutus: Totus, inquit, terrarum Orbis de eius impietate ſententiam tulit. Cùmque refragaretur, nihilominùs Liberius Pontifex: Tantane, inquit, Orbis terræ pars. Liberi in te reſidet, vt tu ſolus homini impio ſubſidio venire, & pacem Orbis, ac Mundi totius dirimere audeas? Cui Liberius: Eſto, inquit, quòd ego ſolus ſim, non tamen propterea cauſa fidei ſit inferior.

Hic videre licet, quantum auctoritatis, quamvis impius, & hæreticus Imperator ille, Romano Pontifici detulerit, vt niſi ſubſcripſiſſet vnus ille, minimè ratum fore crederet, quicquid eſſet ab Orbe toto conſtitutum.

Quod admiratus etiam, quamvis Ethnicus Amianus ille Marcellinus, hiſtoriam hanc tractans lib. 15. Licèt ſciret, inquit, impletum de Athanaſio Imperator, quòd cupiebat; tamen auctoritate, qua potiuntur Æternæ Vrbis Epiſcopi, ardenti deſiderio firmari nitebatur.

Æternam Vrbem, Eccleſiam Romanam vocabat, aduerſus quam non poſſe præualere portas Inferi, in Euangelio ſcriptum, à Chriſtianis aliquando audierat. Nàm quæ fuit ex lapidibus, & cœmento fabricata, eam Æternam Vrbem eſſe vt crederet, veriſimile non eſt: cùm vetuſtate conſumi poſſe non ignoraret.

Quin & alius quamlibet magnus Chriſtianæ fidei perſecutor, Aurelianus Imperator, cùm ad eum relatum eſſet de Paulo Samoſateno, quòd is in Synodo quadam Epiſcoporum condemnatus, Epiſcopalique dignitate priuatus, domo nihilominùs Epiſcopali excedere nollet; cùmque peteretur, vt Synodi ſententiam approbaret, adeò non ignorauit, ad Romanum Pontificem de fide, deque cauſis Eccleſiaſticis iudicium pertinere, vt eos Romam remitteret; vt cui Romæ domus adiudicata fuiſſet, is ea potiretur.

Sic inſita fuit hæc opinio mortalium omnium animis, etiam eorum, qui Chriſtum ignorabant; ſi quid inter Epiſcopos, & Sacerdotes, vel de fidei cauſa, vel quacumque tandem alia de re controuerteretur, id nullius alterius, quàm Romani Pontificis iudicio terminari debere.

Neque verò temerè factum exiſtimari debet, vt Eccleſiæ Romanæ tanta ſemper eſſet auctoritas; nàm præter quam quòd ea maxima eſt omnium, & antiquiſſima, à glorioſiſſimis Apoſtolis Petro, & Paulo conſtituta, atque fundata; vt ab ea Sacerdotalem vnitatem exortam eſſe dicat Cyprianus; ac propterea radicem, & matrem Eccleſiæ Catholicæ vocet; & Apoſtolicæ Cathedræ ſemper in ea viguiſſe Principatum, aſſerat Auguſtinus.

Tertullianus verò totam doctrinam Apoſtolos ei cum ſanguine ſuo profudiſſe dicat, cùm omnes aliæ Eccleſiæ, quibus

Apo-

Apoſtoli præfuerunt, à fide defecerint; ſola hæc ſancta, & Apoſtolica, Mater omnium Chriſti Eccleſiarum Eccleſia; ſicut à ſancto Martyre Lucio, & ab alijs quibuſdam ſcriptum legimus; poſteà per Omnipotentis Dei gratiam, à tramite Apoſtolicæ traditionis numquàm errasse probatur: nec Hæreticorum nouitatibus deprauata ſuccubuit; ſed quam ab exordio fidei Chriſtianæ normam ab ipſis Apoſtolis accepit, in ea ſemper illibata permanſit, ſecundùm ipſius Domini noſtri Diuinam pollicitationem, qui dixit: Petre, Ecce Sathanas, expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum; Ego autem pro te rogaui, vt non non deficiat fides tua: & tu conuerſus confirma fratres tuos.

Defecit Hieroſolymitana Eccleſia, cui præſedit Iacobus; defecit Achaia, vbi Andreas; defecit Aſia, vbi Ioannes; defecit Æthyopia, vbi Matthæus; defecit Phrygia, vbi Philippus; defecit Græcia, vbi Paulus Euangelium prædicauit; ſoli fuerunt Romani, quorum fides, cum Apoſtolo prædicante, laudata ſit, numquàm ad eos vel habuit, quemadmodùm ſcriptum eſt à Cypriano, vel habere poteſt acceſſum perfidia.

Cui tale tribuit elogium Theodoretus ad Rhenatum Presbyterum ex Cardinalium Collegio ſcribens: Tenet enim, inquit, ſancta iſta Sedes gubernacula gerendarum cuncti Orbis Eccleſiarum; cùm propter alia, tùm quia ſemper Hæretici fœtoris expers permanſit; neque vllus vmquam, qui contra ſentiret, in ea ſedit; quin potiùs Apoſtolicam gratiam inuiolatam cuſtodiuit.

Antè quem etiam Baſilius ſcribens ad Occidentales Epiſcopos: Aut enim, inquit, tantùm habet efficaciæ ſermo conſuetus, quantum vox peregrina ad conſolandum deiectos valet, præſertim ſi illa adferatur à viris, qui cum primis gratia Dei inſtructi eſſe cognoſcuntur, quales vos cunctis mortalibus prædicamini, quòd in fide illibati permaneatis, & Apoſtolicum depoſitum illæſum ſeruetis. Non ſic habent res noſtræ, &c.

Et ad Ruffinum ſcribens Hironymus: Scito, inquit, Romanam fidem Apoſtolico ore laudatam, iſtiuſmodi præſtigias non recipere, etiamſi Angelus aliter annunciet, quàm ſemèl prædicatum ſit, Pauli auctoritate munitam non poſſe mutari. Ad Damaſum quoque ſcribens, apud ſolos Romanos incorruptam ſeruari dicit Patrum auctoritatem. Quodam etiam loco Romanam fidem, eamdem eſſe vult fidem catholicam. Fidem ſuam, inquit, quam vocat? eamne qua Romana pollet Eccleſia, an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam reſponderit, ergo catholici ſumus.

Rurſus ad Pammachium, & Oceanum ſcribens: Quiſquis es, inquit, aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod antè neſciuimus? cur profers in medium, quod Petrus & Paulus ædere noluerunt? vſque ad hunc diem ſine iſta doctrina Mundus Chriſtianus fuit. Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum. Ad Demetriadem quoque ſcribens hortatur, vt ſancti Innocentij, qui Apoſtolicæ Cathedræ ſucceſſor eſt, fidem teneat, nec peregrinam doctrinam recipiat.

Ambroſius verò: Percontatus eſt, inquit, ab Epiſcopo, vtrum nam cum Epiſcopis catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conueniret? Qui etiam alio loco ſe cupere ſcribit in omnibus Romanam Eccleſiam ſequi. Vſq; adeò autem Romana fides catholica ſemper fides eſt habita, vt Gratianus Imperator, quo imperante vixit Hieronymus, noluerit de fide diſputari: verùm edictum fecerit, vt cuncti ſubditi eam religionem retinerent, quam vertex Apoſtolorum Petrus initio tradiſſet, ac tum Damaſus Romanus Epiſcopus cuſtodiret: Quod non modò in Eccleſiaſtica legitur hiſtoria, verumetiam edictum ipſum in Codicem Imperatoris Iuſtiniani relatum eſt. In Chalcedonenſi quoque Concilio legimus acclamatum: Omnes ita credimus. Papa Leo ſic credit, Cyrillus ita credit, Papa Leo ita interpretatus eſt. Et iterum: Omnes ſic credimus, Papa Leo ſic credit. Anathema ei, qui partit, & ei qui diuidit.

Hæc fides Leonis Archiepiſcopi: Leo ſic credit. Leo & Anatholius ſic credunt. Et iterum: Petrus per Leonem ita loquutus eſt, Apoſtoli ita docuerunt, piè & verè Leo docuit. Ac paulò poſt: Omnes ita credimus, ſicut Leo, ita credimus.

In quinta quoque Synodo Conſtantinopolitana, Menas Patriarcha Conſtantinopolitanus cum facta mentione Agapeti Romani Pontificis, quòd Antimum condemnaſſet, pœnitentiæ nihilominus tempore ei dato damnauit eum, & ipſe ſua ſententia, & poſteà verbis his vſus eſt: Nos enim ſicut ſcit veſtra charitas, Apoſtolicam Sedem ſequimur, & ei obedimus, & ipſius communicatores, communicatores habemus, & condemnatos ab ipſa, & nos condemnamus.

In ſexta quoque Conſtantinopolitana Synodo, cùm itidem legeretur, Pontificis Agathonis epiſtola, quæ ſcripta fuit ab illo tamquam à Spiritu ſancto dictata, ac per os ſancti, ac beati Principis Apoſtolorum Petri, ſtatim receperunt, & amplexi ſunt omnes, ac in prophanetico ſermone dictum fuit. Charta & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur.

Et in ſeptima Synodo, quæ fuit iterum habita Nicææ, cùm lectæ fuiſſent epiſtolæ duę Pontificis Adriani, ad Imperatorem vna, ad Patriarcham Taraſium altera, acclamauerunt Patres, vniuerſa ſancta Synodus ſic credit, & ſic docet. Ac ſinguli poſteà ſic ſe credere, ſic ſentire, ſic tenere, ſic docere, ſic in toto corde confiteri profeſſi ſunt.

Ex his omnibus perſpicuum cuius eſſe poteſt, ex eo tempore, quo Chriſtus in Cœlum aſcendit, quantum fuerit Apoſtolicæ, hoc eſt, Romanæ ſemper Eccleſiæ tributum, ad quam de fidei cauſis referebatur, quòd ibi potiſſimum ſarcita iri damna fidei ſpes eſſet, vbi non poſſet fides ſentire defectum: Quam ſolius ſedis huius prærogatiuam eſſe dicit Bernardus. Et ſunt intereà, qui neſcio cuius Wittembergenſis, heri, quod aiunt, & nudiuſtertius natæ Eccleſiæ iudicio, ſcripta ſua ſubijcere malunt, quàm illius omnium antiquiſſimæ, ſanctiſſimæque Eccleſiæ, cui totam

doctri-

doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, cui Euangelium ſuum Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt: quæ mille iam qoingentis, & amplius aonis ita eſt cathnlica ſemper & Apoſtolica habita, numquam vt vlla fuerit hæreſeos labe maculata.

De qua proximis etiam ſuperioribus ſeculis cui perpetua cum Berengario pugna fuit, ſic ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Lanfranco ſcriptum legimus. Romanorum morem ideo in ſacris rebus tam multæ gentes imitantur; quia & tanti magiſterij ex apice Apoſtolico primordijs clarent, & nulla per Orbem Eccleſia æquè, vt Romana ab omni fæce hæreſum cunctis retrò temporibus pura permanſit. Beati Doctores, ſi non iiſdem verbis, eiſdem tamen ſententijs multis in locis concorditer aſtruxerunt: Hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat. Sic ante 400. & amplius annos: Hæreticum ille pronunciauit, quicumque diuerſum ab Eccleſia Romana docuiſſet. In qua quicquid grauioribus de cauſis, fidei præſertim decernitur: non eſt exiſtimandum, quòd ſolus ſit Iulius, verbi gratia, aut Pius, qui decernat, vt errare tamquam homo poſſit. Habet ille, ſicut Cyprianus loquitur, florentiſſimum Clerum ſecum vnà præſidentem, ſingulari doctrina præſtantem: de cuius conſilio, ſi quid grauioribus de rebus, præſertim de fidei cauſis decernit, labi & errare non poteſt.

CAP. XXIX.

Quòd fides Eccleſiæ propterea deſerenda non ſit, quòd præſident illi quandoque, qui vitæ non omnino ſunt inculpatæ.

CÆterum verum eſſe illud comperimus, quod ab Auguſtino ſcriptum eſt, quòd cùm non habeant hæretici, quod in cauſa ſuæ diuiſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſimè iactant, vt quia ipſam diuinæ ſcripturæ veritatem, qua vbique diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur, criminari & obſcurare non poſſunt, homines per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus fingere quicquid in mentem venerit, poſſint. Numquam enim id ab vllis hæreticis tam eſt impudenter factum, quàm hoc infelici noſtro ſeculo fieri videmus. Cùmque enim ſe malam habere cauſam intelligant, ad eas ſe artes conuertunt, quibus vti conſueuerunt ij, qui malas cauſas defendendas ſuſceperunt.

Cumque ſint in Rhetorum præceptis diligenter exercitati, non alia in re magis laborant, quàm vt odio, inuidia, & huiuſmodi motibus animorum excitandis, hominibus imperitis errorem obijcere queant. Quamobrem Eccleſiæ Præſides, præcipuè verò Chriſti Vicarium, Petrique ſucceſſorem falſis etiã criminationibus in odium & contemptum omnium adducere conantur. Quæ eſt autem iſta tam inſana maledicendi rabies? aut à quo alio, quàm à Sathana auctore profecta? facilè vt ſathaniſtam agnoſcere liceat. Certè Dei præceptum eſt: Principi plebis tuæ non maledices. Dei digito ſcriptum eſt: Maledici regnum Dei non conſequentur. Atqui ex iſtorum libris ſi quis maledicta & conuitia, ſi falſas criminationes auferre velit, chartas propemodum omnes vacuas reliquerit. Is demum Euangelij propugnator habetur acerrimus, qui Pontificem Romanum, & reliquos Epiſcopos omni conuitiorum genere, quàm acerbiſſimè fuerit inſectatus. Et quod ſuo quoque tempore queritur eueniſſe Baſilius, vt quiſque lingua eſt ad maledicendum, & ad blaſphemandum procaciſſima, ita præ cæteris maximè iudicatur idoneus, qui verbi miniſterio fungatur. Exod. 28.

Ac demus hoc illis: deflexiſſe, aut deflectere quandoque de recto vitæ curriculo Pontificem: numquid ideò fides in Chriſtum, quam ille docet, abijcienda eſt? Præclarè dictum eſt à Tertulliano; ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas? Dummodo ille recta doceat, quemadmodum recta docere certum eſt, quid mea refert, qua ſit ille vita? Deinde verò, quis ego ſum, qui ſedentem in Petri Cathedra ſeruum iudicem alienum? Domino ſuo ille ſtat, aut cadit, vni illi vitæ ſuæ, commiſſique Pontificatus rationem redditurus. Cùm ventum erit ad Chriſti tribunal, antè quod omnes nos oportet manifeſtari, non quæretur à nobis, quid Pontifex fecerit: non illius, ſed noſtræ à nobis vitæ ratio repoſcetur: referet vnuſquiſque propria corporis, prout ipſe geſſerit, ſiue bonum, ſiue malum: Prout ipſe, inquit, non prout Pontifex geſſerit. Quamobrem non ſibi ſumat ouis, vt à quo venit ipſa iudicanda, paſtorem ſuum iudicet, neque qua ſit illa vita, quicquam ad ſalutem ſuam intereſſe putet. Securum te Chriſtus in hac parte fecit, dicens: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: Dicunt enim, & non faciunt: Dicunt quæ Dei ſunt, faciunt quæ ſua ſunt: Dicunt bona ex Cathedra Moyſi, faciunt mala ex peſtilentia ſua. Matth. 23.

Non eſt itaque deſerenda ſanctitas Cathedræ, neque propter paſtores malos, gregis eſt vnitas diuidenda. Præclarè Auguſtinus: Si omnes per totum Orbem tales eſſent, quales vaniſſimè criminaris, Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit? & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas cathedram peſtilentiæ, Cathedram Apoſtolicam? ſi propter homines, quos putas legem loqui & non facere, numquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt enim, & non faciunt, cathedræ, in qua ſedebant vllam facit iniuriam? Nonne illam cathedram Moyſi commendauit, & illos ſeruato cathedræ honore redarguit? Ait enim ſuper cathedram Moyſi ſedent, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis. Sed quid eſt

aliud,

alind, quàm neſcire dicere, & tamen non
poſſe niſi maledicere.

Monet Iacobus, ne Chriſti fidem in ac-
ceptione perſonarum habeamus, quandoqui-
dem perſonarum reſpectus, vt eſt apud Augu-
ſtinum, erroris eſt mater, qui etiam à perfido
fidem percipi poſſe docet. Per aſinam loqui
Dominus dignatus eſt, qui minus loquatur
per hominem quamuis grauibus flagitijs coo-
pertum? Spiritus vbi vult ſpirat, etiamſi vo-
luntati eius is, qui loquitur, non conueniat.
Balaam pretio conductus, vt populo Dei ma-
lediceret, profectus fuerat, contrà tamen,
atque animo deſtinauerat, ſimul ac in conſpe-
ctum populi venit, ei benedixit. Saul Rex
ad occidendum Dauidem properauerat, cuius
poſteaquam poteſtas erat facta, contra quam
propoſuerat, veniens ad cuneum Propheta-
rum, in quo fuerat Dauid, prophetauit, &
1. Reg. 19. ipſe coram Samuele cum cæteris, cùm factus
eſſet ſuper eum Spiritus Domini.

Quis ignorat quales fuerint Sacerdotum
Principes & Scribæ temporibus Herodis? qui
tamen vbi naſceretur Chriſtus interrogati, ſe-
Matth. 2. mora quauis cunctatione, dixerunt: In Beth-
leem Iudæ. Caipha quid eſſe potuit nequius?
qui quem ſceleratè nactus erat Pontificatum
pretio redemptum, geſſit etiam ſceleratius: &
tamen is cùm diceret, expedit vobis, vt vnus
moriatur pro populo, & non tota gens pereat,
non à ſemetipſo hoc dixit, quemadmodum
Ioannes teſtatur, ſed cùm eſſet Pontifex anni
Ioann. 18. illius, prophetauit. Si non deſtituebatur do-
no prophetiæ, quamlibet eſſet impius, qui
ſedebat in Moyſi cathedra, certè multò mi-
nus eo deſtitui credendus eſt, qui ſedet in
Matth. 23. Cathedra Petri, ſuper quem Chriſtus ædifi-
cauit Eccleſiam ſuam, cuius à Domino cura
ſuſcipitur ſpecialis, pro cuius fide propriè ſup-
Matth. 16. plicatur, tamquam aliorum ſtatus certior ſit
futurus, ſi mens Principis victa non fuerit:
aduerſus quem numquam eſſe portas inferi
præualituras promiſit is, qui mentiri, & fal-
lere neſcit.

Numerentur omnes Pontifices à Petro
ad hunc vſque Pium Quintum, nullus in iſta
cathedra ſedit Arrianus, nullus Donatiſta,
nullus Pelagianus, nullus Lutheranus, nullus
qui hæreſim aliquam profeſſus eſſet. Non
abs re autem fuerit quæ ſcripta ſunt in anna-
libus de Vigilio Papa, quamuis ea paulò ante
recenſuerimus, nunc quoque breuibus com-
memorare. Cùm is per ſcelus ad Pontifica-
tum perueniſſet, nam Siluerium Papam, cuius
erat Diaconus, inſtigante Auguſta de ſede
ſua deturbandum, atque in exilium deportan-
dum curauerat, quòd is omnia ſe prius & fa-
cere & pati paratum diceret, quàm vt, quod
Auguſta tanto ſtudio poſtulabat, Anthemium,
qui propter Eutychetis hæreſim de ſede Con-
ſtantinopolitana per Agapetum anteceſſorem
ſuum deiectus fuerat, in ſedem illam reſtitue-
ret: poſteaquam in locum Silerij opera Au-
guſtæ ſuffectus, ac Pontifex Romanus deſi-
gnatus eſt, ea lege, vt quod Silerius con-
ſtanter facere detrectabat, id ipſe facturum
ſe, atque Anthemium reſtituturum ad Eccle-
ſiam Conſtantinopolitanam promitteret, res
eſt admiratione digna, ſtatim vt Petri Cathe-
dram aſcendit, idem illi quod Saul euenit:
nam ſuper eum quoque factus eſt Spiritus Do-
mini, cumque longè alio animo ad Eccleſiæ
gubernacula acceſſiſſet, admonitus ab Augu-
ſta promiſſi, prius extrema quæque ſe paſſu-
rum reſpondit, quàm vt hæreticum in ſedem,
ex qua merito ſuo deturbatus fuerat, reſti-
tueret.

Quòd ſe negaret in beati Petri Sede con-
ſtitutum, quòd Apocriſarius cùm eſſet, impu-
dentiſſimè promiſerat adimplere poſſe. Cum-
que multa probra, multos etiam graues cru-
ciatus, famemque diuturnam in carcere per-
tuliſſet, tulit omnia forti animo, quòd multò
ſe grauiora ſupplicia commeritum diceret,
qui malis artibus Pontificatum aſſequutus,
horrendum facinus contra ſanctum Pontifi-
cem Silerium deſignaſſet. Non fuit hic Pon-
tifex in primo ſuo ingreſſu Caiphæ diſſimilis,
effecit tamen ſedis huius priuilegium, vt à
fide aberrare non potuerit, quodque impiè
promiſerat, id piè poſteà negauit, ac eo, quod
decebat animo Chriſtianum Pontificem, tulit
omnia potius ſortiter quamlibet acerba,
quàm vt aliquid indignum Petri ſucceſſore
de religione ſtatueret.

Ex quo videre licet quantum ſit Roma-
næ Sedis Priuilegium. Nam vt ab alijs pec-
catis non ſemper immunes fuerint Romani
Pontifices, obtinuit tamen hoc venerabilis &
efficax oratio Chriſti, quemadmodum ſcri-
bit Leo Nonus ad Petrum Epiſcopum, quòd
hactenus fides Petri non defecit, nec defectu-
ra creditur in throno illius in ſeculum. Quæ
propriæ ſunt inferorum portæ, numquam ad-
uerſus hanc Sedem hæreſes vllæ præualuerunt,
nec deinceps etiam per Dei miſericordiam
præualebunt. Quare meritò ſanctiſſimi vo-
cantur, qui ſedent in illa Cathedra. Quam-
uis enim non omnes habeant vitæ ſanctita-
tem, quam habere ſine innocentia nemo po-
teſt, eſt tamen, ſicut ab Auguſtino memoriæ
proditum legimus, quædam vnctionis: eſt
quædam Sacramenti quoque ſanctitas, qua
carere numquam poſſunt. Quamobrem nihil
pios mouere debet, ſi fortè ij præſunt aliquan-
do in Eccleſia, qui non ſunt ſine crimine.
Quin & illud potius reputare ſecum debet ho-
mo Chriſtianus: quòd non ſine iuſto Dei iu-
dicio dantur Eccleſiæ præſides. Nonne duo Matth. 10.
paſſeres aſſe veneunt, dicit Chriſtus, & neuter
eorum cadit in terram ſine patris veſtri vo-
luntate?

Cùm ille nec minima fieri ſine voluntate
Dei dicat, exiſtimat aliquis ſumma, & ma-
gna, aut non ſciente, aut non permittente
Deo in Eccleſia fieri? & Sacerdotes, & diſpen-
ſatores eius non de eius ſententia ordinari?
Hoc eſt, dicit Cyprianus, fidem non habere,
qua viuimus, hoc eſt, Deo honorem non da-
re, cuius nutu, & arbitrio regi omnia & gu-
bernari ſcimus, & credimus. Ex quibus Cy-
priani verbis illud diſcimus, quòd certò no-
bis perſuaſum eſſe debet, Dei iudicio fieri Sa-
cerdotes, Epiſcopos, & Eccleſiæ Præſides, &
eos aut ſciente, aut permittente Deo ordina-
ri. Scit autem Deus quos probat, neſcit quos
reprobat.

Sic enim ait Paulus de ijs, qui probati
ſunt: Nouit Dominus qui ſunt eius. Repro-
bis verò dicit ipſe Dominus in Euangelio: Luc. 13.
Neſcio vos vnde ſitis. Sic & fatuis virgini-
bus: Amen dico vobis, neſcio vos. Sciens Matth. 25.
ergo

ergo Deo fiunt probati Sacerdotes, & Pontifices, permittente autem Deo fiunt ij, qui ſunt minus probati. Nam facit quandoque Deus hypocritam regnare propter peccata populi, vt ſit ſicut populus ita & Sacerdos: Eſa. 24. Qui ſi malus eſt, ſibi malus eſt, neque tibi quicquam eius improbitas officit, ſi factis eius malis non communicas. Tibi mandatum eſt, non vt in vitam illius iniquitas, ſed vt, quæ Matth. 10. dixerit, facias, cùm præſertim ex ea dicat cathedra, cuius quemadmodum anteà dictum eſt, cura Deo eſt ſpecialis.

Explicans illa verba diuus Hieronymus, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: Præmiſerat, inquit, qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit. Ad ſusceptionẽ magiſtrorum diſcipulos prouocauerat. Poterat occulta eſſe credentium reſponſio, ergo & Pſeudoprophetas, & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam miniſtrare? Hoc Dominus anteà procurans dicit, non perſonas ſuſcipiendas eſſe, ſed nomina: & mercedem non perdere ſuſcipientes, licet indignus fuerit, qui ſuſceptus ſit. Non perſonas itàque Chriſtus, ſed nomina ſuſcipi vult, hoc eſt, non vult attendi, qualis perſona ſit, quoue vitæ merito, cuius miniſterio Deus vtitur, ſiue in Eccleſia ſua gubernanda, ſiue in doctrina propaganda, ſiue in Sacramentis adminiſtrandis: Iudas ne ſit, an Petrus, an Paulus, attendi non vult, ſed ſolùm hoc quòd ſedet in Cathedra Petri, quòd Apo- Malach. 2. ſtolus, quòd Chriſti legatus, quòd Sacerdos, quòd Epiſcopus, quòd Angelus eſt Domini exercituum, de cuius ore legem Dei requirere iuſſus es, hoc ſolum ſpectari vult.

Si Iudas eſt, quandoquidem Apoſtolus eſt, & pro Chriſto legatione fungitur, nihil te moueat, quòd fur eſt. Audi nihilominus reuerenter, audi diligenter, audi legationem eius obedienter: Quæ dixerit, facito, quæ fecerit, facere nolito. Non ad ipſum referre animum, verùm ad illum, cuius nomen gerit. Euangelium, dicit Auguſtinus, fur quoque Iudas ſine detrimento fidelium prædicauit, ac quicumque non recepit illum, Chri- Ioann. 12. ſtum ipſum non recepit, qui æquè Iudæ dixerat, atque Petro, vel Ioanni: Qui vos reijcit, me reijcit.

Si verò Petrus eſt, aut Ioannes, qui eadem legatione fungitur, & dictis pareto, & facta imitare. Incerta erit ſalus noſtra, ſi ex ſanctitate pendebit docentium, aut Sacramen- Hierem. 17. ta miniſtrantium. Prauum eſt & inſcrutabile cor hominis, vt qui ſanctus, quiue minus ſanctus ſit, non poſſit niſi ſolus ille ſcire, qui ſcrutatur corda, & renes. Itàque fit non ratò, ſanctus vt eſſe videatur, qui non eſt, quique perſequutor eſt, aut Publicanus hodie, cras fiat Apoſtolus.

Quamobrem rectè à Propheta dictum eſt: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Etiam ſi quis certò ſciat, iuſtum aliquem & Inno- Pſalm. 3. centem eſſe, atque omni prorſus macula carere, tamen ſi in illius ſanctitate ſpem ſuam collocat, ſi ſalutem ab illo expectat, maledictus eſt.

Nam Domini eſt ſalus, &: Vana ſalus Pſalm. 53. hominis. Pridem hæretici ſunt habiti, & Auguſtini ſeculo Donatiſtæ, & Bernardi æuo, qui ſe vocabant Apoſtolicos, qui vtrique noluerunt, ibi eſſe Eccleſiam Apoſtolicam, vbi non eſſet vita Apoſtolica, & Sacramentorum dignitatem ex miniſtrorum virtute metiebantur.

Quamobrem procul abſit à mentibus Piorum error hic, quin ij potiùs cùm audiunt eos, qui præſident, aliquorum criminum inſimulari, ac eos infamiæ nota aſperſos per hominum ora traduci, meminerint ſcriptum Eccleſ. 10. eſſe: Qui citò credit, leuis eſt corde, ac Sem Geneſ. 9. & Iaphet imitentur potiùs laudatos Noe filios, qui tegere ſunt, & cooperire conati, quàm impium illum Cham, cui meritò poſteà pater maledixit, qui verenda patris nudare auſus eſt.

Certum eſt, multa crimina falſa contra eos, qui ſedent in Cathedra Petri, à ſataniſtis confingi, & euenire ferè ſolet ijs, qui ſumma cum poteſtate verſantur, etiam ſi nulla in re ab officij ſui religione declinauerint, vt voculas tamen hominum, eorumque reprehenſionem quandoque non effugiant, vt non ſine cauſa dictum illud celebretur, Regium eſt malè audire, cùm benè feceris.

Tutius fuerit in hanc partem peccare, ſi conuitijs iſtorum, & impudentibus nonnunquam calumnijs non modò fides non habeatur, verùm ne aures quidem accommodentur, ſi modò peccatum dici poteſt, quod in laude potiùs poni debet. Ingentem gloriam ex hac ſua Chriſtiana pietate, & modeſtia Chriſtianiſſimus Imperator Conſtantinus conſequutus eſt, cui cùm eſſent oblati libelli, in quibus crimina quædam Sacerdotum, & Epiſcoporum continebantur, non ſatis habuit, quòd eos exuri fecit, cùm ſe ab illis, non illos à ſe iudicari oportere diceret, verùm & hoc inſuper adiecisſe legitur, ſi fortè ſuis oculis turpe facinus aliquod Epiſcopum deſignantem conſpexiſſet, obtecturus id fuerit paludamento ſuo, ne cuius oculi ea re offenderentur. Gregorius tractans illum locum ex Geneſi de Cham.

Quid eſt ergo, inquit, quod filij verenda patris ſuperiecto dorſis pallio auerſi venientes operiunt, niſi quòd bonis ſubditis præpoſitorum ſuorum mala diſplicent. Vt tamen hæc ab alijs occultent, operimentum auerſi deferunt, quia indicantes factum, & venerantes magiſterium nolunt videre, quod tegunt.

Sed hic dicet aliquis: Quid autem ſi teſtatiora ſunt non vnius alicuius, verùm etiam multorum oculis, quæ ab ijs, qui præſident, nefaria patrantur, ſi non eam quam oporteret Eccleſiæ curam gerere, ac quibuſuis alijs in rebus potiùs, quàm in ijs, quæ propriè ad ipſorum officium pertinent, mentes occupatas habere videntur? Quid aliud, quàm illud faciendum eſt, quod feciſſe diſcipulos Matth. 8. legimus, cùm dormiente Chriſto naiculam fluctibus operiri vidiſſent. Excitarunt enim eum dormientem, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus. Hoc diſcipulorum exemplum, quicumque Pij ſunt, imitari debent. Vident nauiculam, in quam aſcendit Chriſtus, hoc eſt, vnam, Sanctam, Catholicam, Apoſtolicam Eccleſiam, ità procellis, ac tempeſtatibus iactari, atque agitari, vt mergenda iam

iam eſſe videatur ? Simul & hoc intelligunt, tempeſtatis huius non poſtremam eſſe cauſam quòd in Vicarijs ſuis obdormuit Chriſtus, qui commodis huius mundi deliniti, profundo ſomno ità ſunt conſopiti, vt quamlibet vellices, quamlibet inclames, non queant expergiſci.

Confugiant ad ſummum Nauclerum Chriſtum, accedant ad ipſum nihil in fide hæſitantes, eum in vicarijs ſuis dormientem excitent, ac ſupplici voce precantes, exclament: Domine, ſalua nos, perimus. Expergiſcere in ijs, quibus in gubernanda Eccleſię tuæ naui vices tuas committere dignatus es. Excitee eos è profundo ſomno ſpiritus timoris tui, ac per eos iam experrectos impera ventis, & mari, quò tandem aliquando ſedatis tempeſtatibus, ab omnibus exoptata tranquillitas conſequatur, vt videntes homines mirentur, & glorificent te, dicentes: Qualis eſt hic, quia etiam miniſtris eius venti & mare obediunt?

Hæc eſt ratio, qua ſuccurri poſſit malis præſentibus, vt vita noſtra in melius commutata ſupplices Deum vno ore cuncti precemur, ſi fortè per eos ſtat, qui præſunt, quo minus Eccleſiæ periclitanti ſuccurratur, quandoquidem in ipſius manu corda ſunt Principum, vt ipſe inclinent ea ad illa conſilia capienda, quibus diù deſiderata pax, & tranquillitas Eccleſiæ Dei reſtitui tandem poſſit. Quam enim Sataniſtæ rationem ſequuntur, vt ſiue declament de loco ſuperiore, ſiue ſcribant aliquid, non alia in re plus temporis conſumant, quàm in Pontificibus maledictis inceſſendis, in fama eorum multis etiam confictis criminibus laceranda, magis id adeò maiorem etiam excitandam tempeſtatem, quàm excitatam tranquillandam facere videtur. Sed hæc tandem dicta ſufficiant, quò ad explicationem huius articuli, quo nos credere ſanctam Eccleſiam Catholicam profitemur.

THOMÆ

Digitized by Google

THOMÆ CAIETANI, SEV DE VIO, CARDINALIS TIT. S. XYSTI.

Opuſcula in tres diſtincta Tomos.

TRACTATVS PRIMVS PRIMI TOMI.

DE COMPARATIONE AVCTORITATIS PAPÆ, & Concilij in viginti octo Capita diuiſus.

M. Fr. Thomas Caietanus ità communiter dictus à Patria, vbi natus eſt parentibus nobilitate inſignibus, aliàs de Vio, ſiue Vius, vt habet Sixtus Senenſis, habuit Patrem Franciſcum, & Iſabettam de Siero, quæ cùm vterum ferret per quietem viſa eſt in vtero continere paruulum, quem S. Thomas Aquinas literas edocebat, edoctumque ſecum trahebat in Cœlum: Anno ſalutis 1470. in diui Iacobi feſto natus eſt, cui Pater Iacobi nomen indidit. Puer quaſi diui Thomæ Aquinatis veſtigia ſequutus, Doctores ediſcendo in admirationem attulit, literarum vnicam delectationem, cæteras fugiens, ſecutus. Sexdecim annos natus ad Dominicanum Cœnobium confugit, quod incolebant Caietæ Dominicani è Prouincia Longobardiæ, ibique ſe abdidit. Multis cum illecebris parentes allicere conati ſunt, vt ab eo ſanctitatis curſu reuocarent, ſed irrito conatu, ſicut anteà coniugium ab ipſis cupitum propoſuerant, ſed ipſe plus ſemper conſtans, & Dominicani extrà Cœnobium clam ſubductum cymba aduectum Neapolim in diui Dominici miſerunt, & mutato in profeſſione nomine Iacobi in Thomam, aliquot ibi annis commoratus eſt; Mox Patauium, Ticinum, aliaque ſtudiorum loca peragrauit, vt vigeſimum ſecundum agens annum doctiſſimus in Philoſophiæ, ac Theologiæ diſciplinis euaſerit, tantique ingenij, vt omnes ſuæ ætatis doctos viros diſceptando ſuperaret. Iuuenis adhuc dum Prædicatores Conuentum Ferrariæ de more celebrarent in publica literarum concertatione cum Pico Mirandulano ingeniorum Phœnice congreſſus ſpectantibus Ferrariæ duce, totoque Ferrarienſium Senatu, ipſoque Pico poſtulante palàm inſignibus, ac titulo Doctoris à ſupremo Ordinis Magiſtro ornatus fuit. Legit Veronæ, Bergomi, Brixiæ, Mantuæ, Venetijs, Papiæ, ac Mediolani, Patauij cum Trombetta, & Mau-

ritio grauiſſimis viris ſumma cum laude congreſſus eſt. Ludouico Sfortiæ Duci
Mediolanenſi extitit charus, ad cuius inſtantiam Papiæ publicè interpretatus eſt
acutiſſimè libros Sententiarum, & libros de Cœlo, & Mundo. Anno ætatis ſuæ
trigeſimo tertio Comitijs Generalibus Romæ celebratis Anno 1501. non ſemel
cum tanta admiratione Curiæ diſputauit, vt ex vnanimi Patrum ſententia, pro-
mouente quoque Cardinali Oliuerio Prædicatorum Ordinis Protectore, Procura-
tor Generalis ſui Ordinis electus fuerit. Quo tempore per decem annos in Col-
legio Sapientiæ Romæ Philoſophiæ, & ſacris literis enodandus extitit Præfe-
ctus. Cùm ad trigeſimum octauum ætatis annum perueniſſet ſedente Iulio II.
Pontifice, qua tempeſtate à Ludouico Rege Concilium Piſanum in ſchiſmate
fuit indictum, Caietanus ſcripto libro de poteſtate Pontificis, tantùm Romanæ
ſanit Eccleſiæ, vt illud Conciliabulum exiſtimandum deciderit, & ad Conci-
lium Lateranenſe celebrandum Pontificem fuerit adhortatus. A Vincentio Ban-
dello Generalis Vicarius datus eſt, & Ioanne Claree Gallo ſublato Magiſter Or-
dinis quadrageſimum ætatis ſuæ nondùm egreſſus annum, communi voto ob ſin-
gularem morum, & doctrinæ excellentiam eligitur Generalis; Et per decen-
nium ità rexit, vt S. Dominicum præſidere nonnulli illius ęui affirmarint. Caie-
tani nomine nullum in Vrbe clàrius, Iulius II. eum Purpuræ deſtinauerat, ſed
morte præuentus hanc ſucceſſori laudem reliquit. Leo igitur vt operoſiùs lite-
rariam frugem, ac ſummam Religionis Maieſtatem extollèret, plures ſupremi
ordinis Antiſtites præcipua ſanctitate redimitos, ac ſcientiarum omnium emi-
nentia celebres inter purpuratos Patres cooptauit, inter quos vnus Thomas, ſed
præter ipſius expectationem, vt de ſe ipſo teſtatur. Primò igitur presbyter Car-
dinalis S. Sixti, mox vt ſcribunt aliqui S. Praxedis, ad Maximilianum Imperato-
rem Legatus de Latere Martini Lutheri doctrinam confutaturus, eſt miſſus. Cùm
illuc perueniſſet Martinum, cuius ſaluti conſulere optabat, iuſſit accerſiri; acceſ-
ſit ille, ſed furenti ſimilis, cùm vel Legati Maieſtas, vel ſcelerum conſcientia eum
conſterneret, ad eius pedes flexis poplitibus conſtitit. Cardinalis hominem
ſuaui monens oratione, & ad reſipiſcentiam incendens, pœnitenti, editoſque li-
bros Apoſtolicæ Sedis iudicio ſubijcienti veniam ſpopondit, & Martinus omnia
ſe facturum promiſit. At re in alterum diem dilata, vel potentium aura fretus,
vel impiorum conſilijs deceptus, à ſententia diſceſſit, ac ſatellitibus ſtipatus re-
diens ſuperbia, & barbaro furore tumidus, quæ verbis, vel ſcriptis docuit, non
ea eſſe, quæ emendari vellet, impudentiſſimè dixit. Monitus iterùm à Legato,
& reprehenſus, elleboro non curandus, diſceſſit, & appellationem ad Pontificem
interiecit, & clàm Auguſta ſe ſubducens non curandus diſceſſit, & eam affigi in
locis publicis curauit, vt maiorem inuidiam Pontifici, & Cardinali concitaret.
Cardinali tamen literas poſthæc ſcribens blandiſſimas, gratias egit, de exhibita
in ſe clementia, & prouocandi neceſſitatem excuſauit, culpam agnoſcens nimiæ
ſuæ vehementiæ, & irreuerentiæ in ipſum, & Pontificem; Apud alios nihilomi-
nùs, vt erat verſipellis, & verbis, & ſcriptis eumdem Cardinalem inſectatus eſt.
Quare cùm nec precibus, validiſque rationibus, nec Summi Pontificis, ac Im-
peratoris, aliorumque Chriſtianorum Principum viribus immanem illam bel-
luam ad ſanitatem reuocare poſſet, Romam redijt; vbi à Pontifice palatium
S. Mariæ in Vialata accepit, & Archiepiſcopatu Panormitano inſignitus eſt. A
Carolo V. Epiſcopus Caietanus nominatus eſt, vt ſuæ patriæ animabus guber-
nandis incumberet. Deſignatus fuerat Archiepiſcopus Panormitanus à Leone,
quòd Romæ apud Pontificem deceſſiſſet Franciſcus Remolinus Panormitanus
Antiſtes, ſed Senatus Siculus aſſerens Archiepiſcopatum Panormitanum ſpe-
ctare ad Iuſpatronatum Regium, nunquam dedit poſſeſſionem Caietano. Mor-
tuo Leone cùm differretur Pontificis electio Hadrianum Florentium Belgam
Caietani hortatu in Pontificem elegerunt, qui vt Ludouicum adoleſcentem
Pannoniæ Regem à Scytha bello petitum ſua prudentia, & auctoritate iuuaret,
Thomam in Pannoniam legauit cum magna auri copia; vix tamen eos fines atti-
gerat Cardinalis Legatus, cum Rex monitu Georgij Tomeris Varadienſium
Epiſcopi temerè collatis ſignis omnibus ſuis ad vnum amiſſis, ſaluti fuga conſu-
lens in paludium cœno miſerè interijt. Iuſtis Regi perſolutis, quoniam ſe nil
ſperabat profuturum de reditu in Italiam cogitabat, cùm literas à Clemen-
te VII. Hadriani ſucceſſore accepit, quibus eum Romam reuocabat. Redijt
pauper, ſed in paupertate ditiſſimus, & multò Romano Pontifici charior. Cle-
mens reuocati Thomæ opera, conſilioque in rebus omnibus ad bonos mores,

& ſi-

Google

& fidem ſpectantibus ſemper eſt vſus. Cùm Henricus VIII. Angliæ Rex verum ſuum matrimonium irritum diceret, Thomas iuſſu Clementis rem perpendit, & illud verum, & firmum ſententia ſua ſtabiliuit. In tumultibus verò, quibus Italia tota, & Vrbs ipſa Romæ vexata eſt, quando nempè Borbonius Romanam Vrbem afflixit, commorabatur Caietanus Captanicæ, certior ibi factus de Romana clade in amici cuiuſdam domum ſe abdidit, quam Germani iam depopulati fuerant, ideòque tutius ibi eſſe poſſe arbitrabatur. At cùm miles quidam reſciſſet, ibi Cardinalem retineri comparata militum manu impetu in domum facto Cardinalem captiuum duxit, à quo ſi libertatem cuperet quinque millia aureorum poſtulauit, & habuit, vnde eò inopiæ redactus eſt Caietanus, vt ſi à Garzia Manriquez non accepiſſet veſtem, inter homines verſari non potuiſſet. Pacatis Italiæ rebus Setia, quò ſe contulerat, Romam veniens liberaliſſimè ab omnibus Romanis, & Pontifice eſt exceptus. Anno qui mortalis vitæ finem præceſſit, ad mortem ſe comparauit, humile ſepulchrum in Templo S. Mariæ ſuper Mineruam veſtibulo ad ſcalas veterum more cadauera extrà templa ſepeliendi laudans elegit. Corpus ſine funeris pompa, ſine ſumptu noctu humari præcepit, & die S. Laurentij 1543. vel vt alij volunt 10. Septembris obijt. Moriens hęredes reliquit pauperes. Plura doctiſſimè, & acutiſſimè ſcripſit, videlicet cùm eſſet adoleſcens, ſuper librum de ente, & eſſentia D. Thomæ, ſuper libros Poſteriorum Ariſtotelis, Brixiæ 1496. ſuper Prędicabilia Porphyrij, & Prædicamenta Ariſtotelis 1498. Commentaria ſuper tres libros de Anima finiuit Romæ, cùm eſſet Magiſter Generalis Ordinis Anno ſalutis 1509. Magiſter commentatus eſt Summam S. Thomæ; cùmque in primam partem doctiſſimus, & admirabilis in Speculabilibus haberetur, tam acutè deindè in ſecundam partem moralia tractauit, tam exactè, & copioſè Martini de Magiſtris argutias, & ratiocinationes enucleat, vt neſcias qua ex parte eum mireris. Cardinalis renunciatus in tertiam partem proſequutus eſt Commentaria, quæ inceperat Generalis. Scripſit autem Opuſculorum tomos quatuor: Apologiam pro Opuſculo de poteſtate Papæ, de Maleficijs, Cambijs, de Monte Pietatis. De Votis, de Vſura, de Eleemoſyna. De Conceptu entis, de Infinitate Dei, de bonis per vſuram acquiſitis. De Nouitijs, de Caſtitate, de Pontificatu, de Simonia, de Celatione Confeſſionis, de Spaſimo B. Virginis, de eius Conceptione, de Nominum Analogia, de Subiecto naturalis Philoſophiæ, de Matrimonio, de Circumſtantijs diei feſti, de potentia neutra, de Vſu rerum ſpiritualium in peccato mortali, Reſponſio ad quæſt. de voto, & vnitate peccati, de pollutione Confeſſarij ex audientia confeſſionis, An ſumi poſſint reliquiæ Calicis poſt ablutionem, An Sacerdos celebrans pro multis ſingulis ſatisfaciat. Plures orationes in Capella Pontificia dictas. Edidit quoque ſummam de caſibus è ſua patria Caietanam dictam, compendioſam, ac reſolutam, tanquam memoriale quoddam pro doctis. Scripſiſſe ſuper Metaphyſicam communiter fertur apud Plodium de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum lib. 4. Sed non reperitur diui Thomæ comment. in lib. Periherm. Ariſtotelis, quia morte preuentus non abſoluerat Caietanus perfecit, & in integrum conſummauit. Pentatheucum iuxtà literæ ſenſum omnium difficilium ex Hebręa, & Gręca veritate nudo, breuique ſermone expoſuit, ad Clementem VII. Omnes libros hiſtoricos, qui de canone Hebręorum ſunt ad eumdem. Romæ apud Antonium Bladum 1551. in Ioſue librum vnum, in Iudicum librum vnum, in Ruth librum vnum, in Regum libros quatuor, in Paralipomenon libros duos, in Eſdram librum vnum, in Nehemiam librum vnum, in Iob librum vnum apud Antonium Bladum Romæ 1531. in Pſalterium ad Clementem VII. librum vnum, Venetijs apud Iuntam anno 1530. In Prouerbia librum vnum apud Bladum Romæ 1542. Prophetias expoſiturus tria priora capitula Iſaiæ tantùm expoſuit reliqua prępeditus non potuit abſoluere in 4. Euangeliſtas libri quatuor, & omnia Euangelia prodierunt Pariſijs apud Hieronymum Marref anno 1546. & Lugduni anno 1574. in Acta Apoſtolorum librum vnum; In omnes Epiſtolas Pauli ad Carolum V. Auguſtum libros 14. in Epiſtolas canonicos libros 7. ex varijs noui Teſtamenti locis Ientaculorum libri 8. vbi exponuntur loca 64. inſignia noui Teſtamenti, totius veteris Teſtamenti ex Hebraico translatio, & noui Teſtamenti emendatio iuxtà Gręcos codices. Adeſt & Collectarium operum Caietani contra Lutherum. Opuſcula de Fide, & operibus, de Communione, de Confeſſione, de Satisfactione, de Inuocatione Sanctorum, quæ fuerunt impreſſa Lugduni 1530. apud Frelleos. Scripſerunt

de

de tanto viro, Io: Baptiſta Flauius in oratione funebri, & vita eius Ciacconius Ant. Sanderus in Elogijs Cardinalium, Andreas Victorellus in additionibus ad Ciacconium, Panuinius de Romanis Pontificibus, Spondanus in Annalibus Eccleſiaſticis, Franciſcus Guicciardinus in hiſtoria, Vghellus in additionibus ad Ciacconium; Olmeda in eius vita, Hieronymus Ruſcelli in Epiſtola ad Principes, Vincentius Baronius, Leander Albertus, Poſſeuinus, Bellarminus, Labbè, & innumeri alij. Clemens VII. Romanus Pontifex, dum Roma deprædaretur, & indignè à militibus tractaretur, ea pro Caietano verba protulit, Cauete ne extinguatis lumen Eccleſiæ. Ludouicus Sfortia, cognominatus Morus, Dux Mediolani, cùm valdè impensè foueret Patres Prædicatores; & quadam die ad Cænobium Gratiarum ſe conferret, videns Caietanum ſtatura modicum, conuerſus ad Antiſtitem ait, cur ſimiles homunculos aleret, & Thomas præſens ait, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, vnde cognita Thomæ doctrina vnum præ cunctis impensè coluit. Audiendus eſt Antonius Poſſeuinus Tom. 3. Apparatus Sacri. Vir tam vitæ ſanctimonia, quàm ingenij præſtantia illuſtris, ſubtiliſſimus, Dialecticus, admirabilis Philoſophus, Theologus incomparabilis, & inter eruditiſſimos ſui Sęculi longè eruditiſſimus. Et paulò poſt; Nec multò poſt cùm Clemens Summus Pontifex in grauiſſimam, & à Medicis deploratam ægritudinem incidiſſet ipſe quoque grauiſsimè ægrotare cępit, quaſi ſe imminenti Pontificatus oneri ſurripere veller, ad quod communi omnium expectatione, votiſque vocabatur, ac morte ſua Pontificis mortem præuenit. Qui plura cupit, legat huius Cardinalis vitam, quam ſcripſit Antonius Fonſeca Luſitanus Ordinis Prædicatorum, quæ cum Commentarijs in Pentateuchum edita fuit Sixti Senenſis, & Antonij Poſſeuini teſtimonio, vel Io: Baptiſtam Flauium domeſticum teſtimonium, & luculentum, qui ſedente Patrum frequenti Senatu Caietano defuncto funebri, & encomiaſtica laude parentauit.

CAPVT PRIMVM.

Quòd Papa habeat ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei.

INtendens Reſolutè comparare poteſtatem Papæ poteſtati Eccleſiæ, & Concilij vniuerſalis, primò poteſtas Papæ ſuo loco ponenda eſt; deindè comparabitur ſpecialiter Apoſtolorum auctoritati, poſt Eccleſiæ & Concilij vniuerſalis abſolutè, & deinceps in caſibus, primò hæreſis, ſecundò incorrigibilitatis, & demùm in euentibus, vt ſic reſolutè habeatur, & ſimpliciter, & ſecundùm quid. Et intendo pro ſolis viris doctis abſque vlla paſſione rationabilia tantùm dicere, ſub iudicio tamen ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Et ne quis putet ponere me falcem in alienam meſſem præmitto, quòd quia auctoritas Papæ immediatè eſt à Deo, & reuelata in ſacra Scriptura, & auctoritas Eccleſiæ vniuerſalis immediatè dicitur eſſe à Deo, vt Conſtantienſe Concilium declarauit; ideò materia iſta, primò & principaliter, & Theologorum, quorum eſt ſacram Scripturam & diuina opera ſcrutari.

Secundariò autem, inquantum ſcilicet eſt in ſacris Canonibus declarata, ad Canoniſtas ſpectat. Propter quod grauiter errant in hac re, Canoniſtis primò deferentes. Oportet ergo virum docilem, vtroſque Theologos & Canoniſtas, in re hac perſpicere, & in ſuo quemque loco honorando theologiæ primatum dare, vtpotè quæ ex proprijs poteſt hoc determinare, Canonicum autem ius non niſi ad theologicam recurrat auctoritatem, ſcilicet ſacræ Scripturæ, quæ vera theologia eſt.

A Primo igitur inchoando dicimus, quòd certa eſt iſta propoſitio, Papa habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, fundaturque ſuper inſtitutione Ieſu Chriſti. Matthæi 16. & Ioan. vlt. Saluator ſiquidem noſter Rex regum & Dominus dominantium, quamuis potuiſſet Chriſtianam Rempublicam in terris, diuerſis modis regendam diſponere, voluit tamen & ſtatuit, vt non popularc, non diuitum, non potentum, non optimatum, multorum, aut paucorum eſſet regimen, ſed vnius tantùm, promittens ſoli Petro, Matthæi decimoſexto; Tibi dabo claues, &c. & eidem ſoli promiſſionem exhibens, curam omnium ouium ſuarum committens, Ioann. vlt. Paſce oues meas. Comparatiua ſiquidem interrogatio, à qua ſermo incępit dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? conuincit etiam proteruos, quòd Petro, vt diſtincto ab Apoſtolis præſentibus, ad quos refertur comparatio, & non in perſona eorum loquebatur Dominus. Et licet hi textus ſufficere deberet, quoniam tunc factus eſt Petrus paſtor vniuerſalis, dum dictum eſt in præſenti, Paſce oues meas, non has vel illas, ſed indiſtinctè, vt omnes comprehenderet, vt Greg. notat. Non deſunt tamen gloſſæ Chryſoſtomi dicentis ibidem, prætericns alios, Petro loquitur, Præpoſitus loco mei eſto, & caput fratrum tuorum, & Theophyli dicentis, quòd commiſſionem ouium Mundi Petro commendat, non alij. Et Leo Papa in cap. ità Domi-

minus, diſtinctione 19. & in 6. de electione, cap. Fundamenta: dicit, Ità Dominus muneris Sacramentum ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet.

Et meritò, inquit diuus Thomas in 4. contra gentiles capit. 76. ſic Saluator noſter inſtituit, quia regimen Eccleſiæ eſt optimè ordinatum, optimum autem regimen eſt vnius quod ex fine regiminis apparet: eſt enim finis pax, quæ in vnitate conſiſtit, & conſtat quòd melius eſt cauſa vnitatis vnius, quàm multi, qui non niſi vt in vnum venientes, eam cauſant, eſt ergo Eccleſiæ regimen inſtitutum vt vnus ſolus præſit vniuerſæ Reipublicæ. Et tu valdè notabis aſſumptum, ſcilicet quòd Ieſus Chriſtus inſtituit tale regimen, vt claudas hora oppunentium de regali regimine inſtituto à Senatu, ſeu populo libero, non enim Eccleſia, aut populus Chriſtianus, aut Concilium aliquod vniuerſale, ſed Chriſtus ipſe, qui viuit, & regnat, inſtituit tale regimen, ſic, vt Petrus non Eccleſiæ, ſed Ieſu Chriſti Vicarius eſſet, vt ex Concilio Lugdunenſi in cap. Vbi periculum, de electionibus, libro 6. patet, vbi Papa dicitur Ieſu Chriſti Vicarius.

Et in cap. Quàmuis, diſt. 21. Pelagius Papa dicit, Sancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica nullis Synodis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris, primatum obtinuit. Afferuntur quoque in dicto capitulo contra Gentiles, multæ ad hoc propoſitum rationes, de Primatu Papæ, & de neceſſitate eiuſdem vltra Ieſum Chriſtum in Cœlis, quas poteris ibi videre. Firmatur autem aſſerta propoſitio auctoritate Martini V. in Concilio Conſtantienſi, vbi deffinita eſt, vt patet, in bulla condemnationis Ioannis Wicleff. In Concilio quoque Oecumenico Florentino, ſub Eugenio IV. (vbi vnio Græcorum, & Armenorum cum Romana Eccleſia facta eſt) habentur hæc verba, Deffinimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum Orbem tenere primatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam, à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Hæc ibi.

Ex quibus patet propoſitionem dictam non ſolùm eſſe veram, ſed contrariam eſſe erroneam, vt etiam ſanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum, cap. 65. & tribus ſequentibus, tangit, & pertinet ad errores Ioannis Huſs, damnatos in Concilio Conſtantienſi, à Martino V.

CAP. II.

Opiniones aliorum de comparatione poteſtatis Petri primi Papæ, & Apoſtolorum.

QVamnis autem Papæ poteſtas Petro Apoſtolo primùm collata, oſtenſa ſit ſuprema, non deſunt tamen, qui Apoſtolos reliquos parem poteſtatem accepiſſe à Chriſto arguant.

Et vt veritas clariùs eluceſcat, ſcito quòd in hac re duo dubia inuoluuntur, quæ ſi ſeparentur, perſpicuam magis ſortientur veritatem.

Alterum dubium eſt de æqualitate poteſtatis Petri, & aliorum Apoſtolorum.

Alterum, de modo habendi poteſtatem, an ſcilicet omnes immediatè habuerint eam à Ieſu Chriſto, an ſolus Petrus immediatè à Chriſto, alij verò ab eodem mediante Petro.

Et quo ad vtrumque dubium, duæ ſunt opiniones extremæ.

Prima eſt dicentium, quòd omnes Apoſtoli parem poteſtatem a Ieſu Chriſto immediatè habuerunt. Et hi vtrumque ſimul multipliciter probant ex ſacra Scriptura.

Primò ex eo, quòd Matth. 18. Saluator omnibus Apoſtolis replicauit, quod ſoli Petro dixerat in cap. 16. ait enim. Quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c.

Et verbum illud Ioan. vlt. dictum Petro, Paſce oues meas, omnibus Apoſtolis in ſententia dictum eſt, quoniam paſcere tripliciter ſit doctrina, vita, & correctione. Hæc autem omnia omnibus dicta ſunt Apoſtolis.

Primum, Matth. vlt. Docete omnes gentes.

Secundum, Matth. 5. Vos eſtis lux mundi, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, &c.

Tertium Ioan. vlt. quorum remiſeritis peccata &c.

Secundò ex 2. cap. ad Galat. vbi Paulus dicit, quòd Hieroſolymis Petrus, & alij Apoſtoli nil ſibi contulerunt, nec doctrinæ, nec poteſtatis, vt ibidem bis habet ſanctus Thomas, ſed dederunt ei dexteras ſocietatis, & quòd in Antiochena reſtitit Petro in faciem, quia reprehenſibilis erat. Hæc enim, non ſunt inter ſuperiorem, & ſubditos, ſed potiùs inter ſocios. In Actibus Apoſtolorum, 8. cap. legimus, quòd Apoſtoli, miſerunt Petrum, & Ioannem in Samariam. Conſtat autem, quòd maior non eſt, qui mittitur, mittente, iuxta illud, Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, nec Apoſtolus maior eo, qui miſit illum, Ioan. 13. Et confirmatur hoc auctoritate ſanctorum Canonum.

Primò Anacleti, diſt. 21. cap. In nono. Cæteri Apoſtoli, inquit, cum beato Petro pari conſortio præditi, & honorem & poteſtatem acceperunt.

Secundò, Cypriani in capit. Loquitur Dominus, 24. quæſt. 1. Hoc cæteri Apoſtoli erant quod Petrus fuit, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, Hietonymi ſupet epiſtolam ad Galatas, & habetur 2. qu, 7. Canone. Paulua cap. Paulus Petrum reprehendit, quòd non auderet, niſi ſe non imparem ſciret.

Altera extrema opinio eſt, diſcordantium in vtroque, & dicentium, quòd nec parem poteſtatem, nec immediatè à Ieſu Chriſto omnes Apoſtoli acceperunt poteſtatem, ſed ſolus Petrus immediatè à Domino Ieſu Chriſto poteſtatem accepit, & omnes eis ſubiecti fuerunt, ab ipſo poteſtatem habentes. Et de modo quidem habendi poteſtatem, ſcilicet quòd ſolus Petrus habuit eam à Domino Ieſu immediatè, probant in communi quidem ex textu Anacleti, diſt. 21. in nouo. Petro primò Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, in ſpeciali autem quo ad poteſtatem ordinis, non ſacerdotalis (hanc enim conſtat habuiſſe omnes immediatè à Chriſto in cœna dicente: Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis, quo ad actum celebrandi Miſſas, & poſt reſurrectionem, quo ad actum abſoluendi in Sacramento pœnitentiæ, dicente, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.) ſed epiſcopalis, probant ex conſecratione Iacobi, & Pauli, ac Barnabæ. Iacobus enim ordinatus ſuit Archiepiſcopus Hieroſolymit. à Petro, & Iacobo, & Ioanne, vt dicitur in Can. Porrò, diſt. 66. Et Paulus, & Barnabas ordinati ab alijs fuerunt. Dicitur enim Actuum 13. Dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum, & Barnabam, &c. Et ſubiungitur, Imponentes eis manus, dimiſerunt, gloſſa, in modum ordinandorum, & in Can. quòd die Dominico, diſt. 75. Quo ad poteſtatem verò iuriſdictionis (cum nullibi clarius appareat, quàm Matth. 18. vbi Apoſtolis dicit Dominus Ieſus, Quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c. probant ex hoc, quod Chriſtus ſoli Petro dixerat, Quodcumque ſolueris, &c. Matth. 16. Ex ipſo, inquiunt, ordine promiſſionum inſinuat, quòd poteſtas ligandi, & ſoluendi ordine quodam exhibenda erat, vt ſcilicet per Petrum ad alios deriuaretur, vt ſanctus Thomas in 4. contra Gentiles cap. 76. & in 4. Senten. diſt. 24. qu. vlt. dicit. Affertur quoque auctoritas Leonis ſupra inducta ex Can. ità Dominus, Diſt. 19. clarè dicentis, quòd Chriſtus hoc diſpoſuit, vt ab ipſo Petro quaſi à quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet.

De æqualitate verò poteſtatis Apoſtolorum quatuor inuenio expoſitiones, ſuſtinentes cum hoc Petri auctoritatem ſuper omnes.

Prima diſtinguit poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis, & omnes dicit eſſe æquales in poteſtate ordinis, ſicut omnes Epiſcopi ſunt æquales tali poteſtate. Petrus autem ſuper omnes dicitur poteſtate iuriſdictionis.

Secunda dicit, quòd omnes Apoſtoli fuerunt in poteſtate iuriſdictionis pares, ideſt, ſimiles. Probatque in Scriptura paritatem pro ſimilitudine ſumi, ex Leuit. 18. Cauete ne vos ſimiliter euomat, cùm paria feceritis, gloſſ. ideſt, ſimilia.

Tertia (& eſt ſancti Thomæ in Secunda ſecundæ, qu. 33. art. 4. ad ſecundum) quòd fuerunt pares aliquo modo quantum ad fidei defenſionem. Inquit enim ſic, coram omnibus Paulus Petrum non reprehendiſſet, niſi aliquo modo par eſſet, quantum ad fidei defenſionem.

Quarta eſt eiuſdem ſuper epiſtolam ad Galat. 2. cap. quòd Apoſtoli fuerunt æquales, quantum ad executionem auctoritatis. Ait enim Apoſtolus, ſcilicet Paulus fuit par Petro in executione auctoritatis, non autem in auctoritate regiminis.

CAP. III.

Rationabilis ſententia, quòd Petro ſubiecti erant cæteri Apoſtoli.

ALIaris duabus extremis opinionibus, media mihi via incedendum occurrit, & dicendum, quòd Apoſtoli, inter ſe poſſunt comparari dupliciter.

Primò, inquantum Apoſtoli, & ſic omnes fuerunt æquales. Alio modo inquantum oues Chriſti, ab eo hic corporali conuerſatione ſeparatæ, & ſic Petrus ſolus eſt paſtor, & reliqui Apoſtoli oues ſub illius cura. Sed quia non ſufficit dicere, ſed oportet declarare, & probare ſic eſſe, vt dicimus, declaro primò dignitatem, & poteſtatem Apoſtolatus.

Scribitur in primis Luc. 9. capit. quòd conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent, & miſit illos prædicare Regnum Dei, & ſanare infirmos. Matth. quoque vlt. legitur, quòd eiſdem Dominus dixit, Euntes in Mundum vniuerſum, docete omnes gentes, baptizantes & docentes ſeruare omnia, quæ mandaui vobis. In prima quoque epiſtola Pauli ad Corinth. 12. cap. legitur, quòd Deus poſuit in Eccleſia primùm Apoſtolos, vbi gloſſ. interlinearis in verbo, primum, dicit dignitate & tempore. Et in verbo Apoſtolos dicit, omnium ordinatores, & iudices. In decr. diſtin. 68. cap. Quorum vices, dicitur ex Auguſt. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt, & conſtituti Epiſcopi. Et in Concilio Oecumenico Florentino ſub Eugen. IV. inter documenta fidei de miniſtro confirmationis habentur hæc verba. Hanc, ſcilicet confirmationem non niſi Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis, legitur (quorum vicem tenent Epiſcopi) quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant.

Diuus Thomas ſuper præallatis verbis ex prima epiſtola ad Corinth. 12. cap. dicit hæc verba, Maiores autem miniſtri in Eccleſia ſunt Apoſtoli, ad quorum officium tria pertinent.

Quorum primùm eſt auctoritatis gubernandi fidelem populum, quæ propriè pertinet ad officium Apoſtolatus; ſecundò, facultas docendi; tertiò, poteſtas miracula faciendi ad confirmationem doctrinæ. Hæc ille.

Et poſt quam ſubiunxit, quod tertium horum ordinatur ad ſecundum, & ſecundum ad primum, ſubdit, Deus poſuit primum

Apo-

Apoſtolos, quorum regimini commiſit Eccleſiam.

Ee tripliciter probat. Primò per illud Luc. 22. Et ego diſpouo vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum.

Secundò, per illud Apoc. 21. Murus Ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum.

Tertiò, per illud ad Rom. 8. Nos ipſi primitias Spiritus habentes: maiori enim gradui maior datur gratia.

Ex his omnibus facilè eſt videre, quòd Apoſtoli inquantum Apoſtoli, habuerunt non ſolùm poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis. Auctoritas enim gubernandi Eccleſiam, quæ eſt Apoſtolatui propria, ſine iuriſdictionis poteſtate non eſt. Et ſi huic adiunxeris, quòd non habuerunt Apoſtolatum à Chriſto mediante Petro, ſed immediatè ab ipſo Ieſu Chriſto, iuxtà illud Ioann. 20. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, & Matthæi 10. & Marci 3. & *Lucæ 6.* patet, quòd ipſe fecit eos Apoſtolos.

Et ad Galat. 1. Paulus probat ſe Apoſtolum, quia neque ab hominibus, neque ab homine, tàm mittente, quàm docente eſt Apoſtolus, Soluens vtrumque dubium, ſcilicet & de poteſtatis æqualitate, & de modo habendi, quòd ſcilicèt Apoſtoli quantum ad Apoſtolatus auctoritatem fuerunt æquales ſimpliciter, & quòd hanc poteſtatem habuerunt à Ieſu Chriſto immediatè, ſicut & Apoſtolatum. Dixit autem ſimpliciter, quia ſecundùm quod nihil prohibet, vnum Apoſtolum habere Apoſtolarum digniorem altero, vt Paulus alijs, iuxtà gloſs. interlinearem ad Gal. 1. in verbo. Qui ſuſcitauit eum à mortuis, dicentem in perſona Pauli, Et itá dignius me conſtituit per immortalem Chriſtum, quàm alios per mortalem, & gloſs. marginalem ex Auguſt. in lib. Retractationum ex eadem radice.

Propter quod Diuus Thomas, ibidem dicit, Paulum ad dexteram, & Petrum ad ſiniſtram in bullis Papalibus imprimi. Dignitas enim iſta ex parte ſtatus vocantis, quia ſcilicet eſt immortalis non facit vocatum Apoſtolum maiorem ſimpliciter, ſed quo ad hoc.

Si autem Conſideremus, quòd etiam ipſi Apoſtoli oues erant Chriſti, à quo ſtatutum eſt, vt ſit vnum ouile, & vnus Paſtor, ſic Petrus inuenitur ille vnus Paſtor cui dictum eſt: Paſce oues meas non has vel illas, & reliqui inueniuntur vnius ouilis oues. In cuius ſignum Petrus ſtatim factus Paſtor, curam Ioann. ſuſcepit, interrogans de eo? Hic autem quid, vt patet Ioannis vltimo. Quomodò autem verificari poſſunt hæc duo ſimul, quod ſcilicet omnes Apoſtoli fuerunt pares in auctoritate gubernandi Eccleſiam, atque à Ieſu Chriſto eam immediatè habuerunt, & quòd Petrus ſolus fuit inſtitutus Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & maior auctoritate ſuper alios Apoſtolos, itá quòd ab ipſo capite in totum Eccleſiæ corpus poteſtas deriuata eſt, difficile apparet prima fronte, ſed ſi ſubtiliter contemplati fuerimus, videbimus de facto omnia vera ſimul fuiſſe. Sciendum eſt namque, quòd ſicut in natura dupliciter aliqua fiunt, ſcilicet naturaliter, vt cùm homo generat hominem, & infirmus ex virtute naturæ ſanatur, & ſupernaturaliter ſicut cùm homo creatus eſt à Deo, & infirmus miraculo ſanatur, itá in Eccleſia duplici quoque modo aliquid fit, ſcilicet ordinariè, vt cùm ſeruato iuris ordine creatur Epiſcopus, & de ſpeciali gratia à Principe, vt ſi ſtatim aliquis crearetur Epiſcopus, vt de Ambroſio contingit.

Vtroque autem modo Princeps noſter Ieſus Chriſtus primitiua Eccleſia vnus eſt, nam in inſtitutione Eccleſiaſtici regiminis ordinario iure perpetuò ſeruandi Monarchium, ideſt, vnius Principatum inſtituit, & poſuit Petrum caput vnum totius corporis Eccleſiæ, à quo in omnes poteſtas iuriſdictionis, & ordinis ordinariè deriuaretur. Et hoc intendunt omnes ſacri auctores, cum dependentia omnium à Petro doctrinam tradunt. In erogando verò ex ſpeciali gratia, ſicut præuenit Petrum in conferendo poteſtatem ordinis (dum ipſe Dominus per ſeipſum etiam alios Apoſtolos fecit Sacerdotes in vltima Cœna, & Confeſſores poſt Reſurrectionem, & Sacramentum confirmationis in die Pentecoſtes) itá præuenit eundē in dando auctoritatem gubernādi, ordinandi, iudicandiq; Eccleſiam, vt ex allatis patet auctoritatibus. Et quemadmodum nihil obſtat maioritati ipſius Petri capitis, quòd alij non habuerunt ab ipſo poteſtatem ordinis (quia hoc non fuit ex defectu poteſtatis in Petro, aut exemptione aliorum ab ipſo, ſed ex præuentione ſuperioris, qui priùs dedit id ſubditis Petri ex gratia, quod ordinariè dandum erat eiſdem à Petro) itá etiam, nihil officit excellentiæ poteſtatis iuriſdictionis Petri ſuper omnes, quòd eius ſubditis Saluator ſuperior omnibus dedit illam poteſtatem ex gratia, quàm à Petro per viam ordinariam erant accepturi. Modus itàque varius dandi, & accipiendi poteſtatem clarificat veritatem. In Petro enim, & à Petro inchoat omnis Eccleſiæ poteſtas, & deriuatur in totam Eccleſiam via ordinaria, & rursùs aliqui Petro ſubditi plures poteſtates acceperunt à Chriſto immediatè, quas à Petro accepturi erant, via præuentionis gratuitæ. Et ſic Eccleſia vna ſub vnico tantùm capite, Petro ſcilicet, & habet Apoſtolos omnes, immediatè à Chriſto poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis habentes ex gratia præueniente, & habet Petrum ſolum caput Apôſtolorum cœterorum, & omnium à quo in Apoſtolos aliquos, & in omnes ordinariè poteſtas ordinis, & iuriſdictionis deriuanda eſt. Sunt ergo ſimul vera, quæ aduerſari ſibijnuicem videbantur.

Et vt clariùs eluceſcant dicta, ſcito quinque eſſe differentias inter poteſtatem Petri, & aliorum Apoſtolorum.

Prima eſt in modo dandi, & accipiendi, quia Petro data eſt ordinariè, alijs autem ex ſpeciali gratia, vt explanatum eſt.

Secunda eſt in officio (& ſequitur ex prima) quòd Petrus factus eſt Vicarius generalis Ieſu Chriſti, alij verò facti velut Legati, ſeu Delegati eius, iuxtà illud Pauli 2. ad Corinth. 5. Legatione pro Chriſto fungimur; & ad Ephel. vltim. Legatione fungor in catena iſta. [illegible] hoc ipſum Apoſtoli nomen importat [illegible]ſumptum, quamuis extenſo vo-

vocabulo in præfatione dicantur Vicarij.

Tertia eſt in obiecto poteſtatis, quòd aliorum poteſtas iuriſdictionis non erat ſupra ſeinuicem, ſed ſuper alios, Petri verò poteſtas erat, & ſuper ipſos reliquos Apoſtolos dicente ſibi ſoli Chriſto, paſce oues meas, in quarum numero ſine dubio erant Apoſtoli. Vbi Chryſoſt. dicit in perſona Chriſti ad Petrum, Loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum.

Quarta eſt in perpetuitate poteſtatis, quia aliorum poteſtas finienda erat cum vita eorum, quoniam data eſt eis in perſonis proprijs pro ſolis perſonis proprijs, & non pro eorum ſucceſſoribus. Petri verò poteſtas, vſque ad conſummationem ſeculi perſeuerat, quia data eſt ſibi in perſona propria non ſolùm pro ſeipſo, ſed omnibus ſucceſſoribus ſuis, quod ſancti Doctores exprimunt ſub alijs verbis, dicendo, quòd data eſt Petro in perſona Eccleſiæ. Et ex hac differentia oritur, quòd nullus eſt ſucceſſor Ioannis, aut Iacobi, nec etiam Pauli Apoſtoli in auctoritate Apoſtolatus vniuerſalis gubernationis Eccleſiæ, ſicut Apoſtoli gubernabant vbique, ſed tantùm in poteſtate ordinis, & regiminis vnius certæ Eccleſiæ ſuccedunt Epiſcopi, ſed ſolus Petri ſucceſſor eſt, & dicitur Papa, vt patet in allegatis ſuperius.

Quinta, & vltima pro nunc eſt in ipſa eſſentia poteſtatis, quoniam auctoritas communiter Apoſtolis data, ex vi Apoſtolatus fuit velut potentia executiua, vnde & à ſancto Thoma vocatur auctoritas gubernandi, gubernatio enim executionem ſonat. Auctoritas verò data ſoli Petro cùm factus eſt Papa, dicente Chriſto. Paſce oues meas, eſt potentia præceptiua, & propterea vocatur à ſancto Thoma auctoritas regiminis, propter quod dixit ſanctus Thomas: Paulus fuit par Petro in executione, non in auctoritate regiminis, ad Galat. 2. ad Corinth. 12. Eccleſiæ regimen, quod ſonat executionem, non auctoritatem regiminis, quod ſonat imperium, commiſſum dicit Apoſtolis. Vnde & in præfatione non appellantur Vicarij abſolutè, ſed Vicarij operis, dicente Eccleſia ad Deum de Apoſtolis, Quos operis tui Vicarios, quaſi diceret Vicarios ad exequendum. Verùm tamen, quia vnum pro alio quandoque poni poteſt, ſi etiam inueniretur paritas in auctoritate regiminis, piè exponendum eſſet pro executiua potentia, dedit enim Saluator omnibus Apoſtolis communiter, vt exequi poſſent in eis, ad quos mittebantur, omnia quæ poterat exequi Petrus, puta inſtituere Eccleſias, & Epiſcopos docere, excommunicare, &c. Petro autem abſolutè dedit poteſtatem omnium.

Et ſi Paulus aliquo modo, id eſt executiuè erat par Petro quantum ad defenſionem fidei, vt ex Secunda ſecundæ dictum eſt. Et ſi non penetras differentiam hanc inter poteſtatem executiuam, & præceptiuam, vide illam in exemplo. Epiſcopi habent officium prædicandi, & fratres Prædicatores habent etiam officium prædicandi (cùm ad hoc inſtituti ſint) ſed differenter, quia Epiſcopi ex propria auctoritate hoc faciunt, fratres verò Prædicatores auctoritate Papæ delegantis eis id officium, hanc prædicationis exercendæ poteſtatem. Sic enim proportionaliter de poteſtate gubernandi Eccleſiam in Petro, & alijs Apoſtolis fuit: Petrus enim ex propria ſui Pontificatus officij auctoritate gubernabat, alij verò Apoſtoli ex priuilegio Domini delegantis eis gubernationis officium. Nunc ſupereſt reſpondere obiectis in ſequenti capitulo.

CAP. IV.

In quo ſoluuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri Primatu ſuper alios Apoſtolos.

VT autem ordinatè ſatisfiat obiectis: primò, ad primo inductas obiectiones, & ſic deceps reſpondebitur.

Ad auctoritatem ergo ex Matth. 18. dicitur, quòd in verbis dictis Petro ſoli cap. 16. & in verbis dictis omnibus, cap. 18. Perſpicienda ſunt duo, ſcilicet Ordo, & poteſtas data. Ordo fuit, quòd priùs Petro ſoli eſt dictum: Quodcunque ſolueris, & deindè omnibus, Et ex hoc ordine inſinuat Dominus ordinarium progreſſum poteſtatis ſoluendi, & ligandi, quòd ſcilicet à Petro ad cæteros deriuanda eſt propter vnitatem capitis, & corporis Eccleſiæ, vt ex auctoritatibus ſancti Thomæ allatis ex 4. contra Gent. & 4. Sent. apparet. Poteſtas data fuit, vt dictum eſt, ad gubernatiuam Eccleſiæ poteſtatem pertinens, & æqualis modo dicto. Et ex hoc oſtendit Dominus, quòd ipſe ex gratuita præuentione dare voluit Apoſtolis. Ambo igitur ſimul conſiderata oſtendunt magis, quod dicimus eſſe verum.

Ad illud Ioannis vltimo, quàmuis malè probetur, quòd correctio iuriſdictionalis ſit commiſſa omnibus per illud. Quorum remiſeritis peccata, quoniam hæc verba ad correctionem fori pœnitentiæ ſpectant, quia tamen poſſet probari per illud Matth. 18. Quæcunque ſolueris, vbi Saluator loquitur de exteriori iuriſdictione, qua Eccleſiam non audiens, fit Ethnicus, & Publicanus, reſpondetur, quòd in veritate Saluator illa verba, etiam quò ad ſenſum, Paſce oues meas, ſoli Petro dixit, vt probatum eſt.

Et quòd ſi inuenitur aliquid ſimile commiſſum Apoſtolis (puta paſtorale officium) vt ex eodem fundamento dicatur, quòd nulli commiſſæ ſunt oues Chriſti indiſtinctè, vt comprehendantur omnes, niſi Petro: alijs verò commiſſæ ſunt oues determinatè, ſaltem hac determinatione, ſcilicet aliæ ab ipſis Apoſtolis ſaltem Petro.

Et propterea alij poſſunt dici delegati paſtores, iuxtà illud præfationis. Quos operis tui Vicarios eiſdem contuliſti præeſſe paſtores, quaſi diceret, quòd gregi tuo contuliſti Apoſtolos præeſſe paſtores, vt Vicarios operis tui, id eſt, miſſos, vt vice tua ad executionem operis tui. Petrus autem creatus eſt paſtor ouium Chriſti abſolutè, & vniuerſaliter, dicente Chriſto ipſi ſoli, Paſce oues meas. Vnde (vt vnico verbo dicatur) plus

da-

datum eſt per hæc verba Petro, quàm per quęcumque alia ſimul congregata cæteris, quia auctoritas regiminis vniuerſalis ſimpliciter hìc clauditur, quàmuis totum paſtorale officium executiuè conceſſum ſit omnibus Apoſtolis.

Ad auctoritatem ex 2. cap. ad Gal. iam patet, quòd nihil doctrinæ, aut poteſtatis accepit Paulus à Petro, non ex defectu poteſtatis in Petro, ſed ex præuentione gratuita, qua à Domino Ieſu habuit poteſtatem, & ſcientiam, vt ipſemet in 1. cap. dixerat, Dextras autem ſocietatis propter veritatem fidei, quam docebant, non ſolùm namque ſocij, ſed fratres in vnitate fidei ſumus, iuxtà illud Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis. Quomodo verò in faciem reſtitit, vt par, iam declaratum eſt, quòd de paritate in executione officij defenſiui fidei intelligitur.

Ad illud verò, quòd in Actibus Apoſtolorum Petrus, & Ioannes miſſi ſunt, facilè patet, ex Theologis in 1. Sententia, diſt. 15. Reſponſio, quòd non oportet mittentem eſſe maiorem miſſo. Et nihilominùs in propoſito miſſi dicuntur conſilio, vel amore, non auctoritate aliorum.

Ad auctoritates Anacleti, Cypriani, & Hieronymi iam patet, quid dicendum ex fundamento iam poſito. Vnde vir Docte, quia non vagando, ſed ex eadem radice omnia ſoluuntur, teſtimonium habens, quòd doctrina hæc vera eſt. Verò enim omnia conſonant, & oportet ex quo quid eſt rei, omnes difficultates proprias ſoluere, vt Phyloſophus dicit 4. Phyſ. Ex eadem quoque radice patet de poſitione aliorum, quam recitauimus circà modum habendi poteſtatem à Chriſto immediatè. Patet inquam de poteſtate ordinis, quòd nihil refert an Dominus Ieſus præuenerit Petrus in faciendo omnes Apoſtolos Epiſcopos (vt Gloſ. in Can. porrò. diſtinct. 66. Sentire videtur contra textum) ad eos ordinandos Petro reliquerit, vt præallegata ſonant. Si enim Petro hoc dimiſit, ordinarium progreſſum poteſtatis ordinis in ſtatuto curſu non præuenit, & ſi ipſe ordinauit per ſeipſum, gratuita præuentione, non reuocatione ſtatuti ordinis hoc fecit.

De poteſtate verò iuriſdictionis, iam dictum eſt, quòd gratuita præuentione per ſeipſum eam omnibus exequendam dedit, qui in ordine dandi, ſeu promittendi, ordinarium progreſſum deriuationis illius ad alios per Petrum fore ſtatuit, vt allatæ auctoritates docent.

Et his omnibus clarè liquet, quòd Petrus ſolus Princeps caput, & Paſtor eſt Apoſtolorum, & quòd ei ſubditi fuerunt Apoſtoli, vt oues Paſtori, & quòd ordinaria via ab ipſo poteſtatem ſortiri erant ordinis, & iuriſdictionis, licèt gratuita præuentione poteſtatem iuriſdictionis, executiuam æqualem à Domino immediatè habuerint: poteſtatem autem ordinis Epiſcopalem immediatè, vel mediatè, omnes etiam à Domino habuerunt æqualem.

Et ſi prædicta perſpicaciter intuitus fueris, videbis quòd Petrus, licèt Apoſtolus, & Papa fuerit ſimpliciter maior cæteris. Linus tamen, Cletus, aut Clemens non ſic, ſe habebat ad Ioannem Apoſtolum, & Euangeliſtam, qui viuebat, ſed aliquo modo vt par, & excedens, & exceſſus. Erant enim pares in poteſtate executiua regiminis Eccleſiæ, pro quanto Ioannes poterat ex Apoſtolatu exequi quicquid poterat Papa, Erat Papa excedens in auctoritate regiminis, ſicut de Petri auctoritate dictum eſt, quia illius erat ſucceſſor, & Ieſu Chriſti Vicarius ipſe, non Ioannes, Erat & exceſſus in dignitate Apoſtolatus, quia Ioannes erat Apoſtolus, Linus autem, aut Clemens non. Et quia Apoſtolis non Papæ condendi libros ſacræ Scripturæ conceſſum eſt, dicente illis Domino, quòd Spiritus ſanctus doceret eos omnia, & omnem veritatem, vnde Aug. de conſenſu Euangel. Lucas, & Marcus ſcripſerunt illo tempore, quo ab ipſis in carne manentibus Apoſtolis probari meruerunt, ideò præualuiſſet ſententia Ioann. ſententiæ Clementis Papæ in doctrina fidei, & morum, ſicut modò præualet Euangelium Ioannis ſententiæ cuiuſcumque Papæ, & totius Eccleſiæ.

Nec obſtat illud Aug. Euangelio non crederem, niſi me auctoritas Eccleſiæ admoneret, quia ipſe Ioannes, & ſimiliter quilibet Apoſtolus Eccleſia erat Ieſu Chriſti auctoritate, teſtante hoc ipſo Ioanne, qui de ſeipſo loquens cap. vltimo dicit in perſona Eccleſiæ, quam auctoritate Chriſti gerebat: Et ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. Ex quo namque conſtat Apoſtolorum aliquem ſcripſiſſe ad doctrinam Eccleſiæ, Eccleſiæ auctoritatem habet.

Ex his autem patet, quòd duarum extremarum opinionum, ſcilicet dicentis, quòd omnes Apoſtoli eodem modo ſint inſtituti à Chriſto Vicarij ſui, & dicentis, quòd Chriſtus immediatè ſoli Petro dedit poteſtatem iuriſdictionis, neutra videtur vera, quàmuis iſta ſecunda ſit non reprobanda, ſed exponenda. Media autem via ſola vera eſt, quam declarauimus ſcilicet, quòd ſolus Petrus habuit Vicariatum Ieſu Chriſti, & ſolus immediatè poteſtatem iuriſdictionis ordinariæ a Chriſto accepit: ità quòd ab eo alij ordinario iure accepturi erant, & ei ſunt ſubiecti; hoc enim modo verificatur ſecunda opinio. Et cum hoc Ieſus Chriſtus Dominus iuris, præueniendo delegari cæteris parem in exequendo poteſtatem (vt dictum eſt) & hoc veritatis habet prima opinio. Sequere ergo medium.

CAP. V.

In quo ponuntur rationes tenentium, quòd Eccleſia vniuerſalis, ſeu Concilium vniuerſale habeat poteſtatem ſupra Papam ſimpliciter, ità quòd Papa eſt illi ſubditus.

EXaminata comparatione poteſtatis Papę ad Apoſtolos ratione ſui Apoſtolatus, comparando modò eſt Papæ poteſtas Eccleſiæ vniuerſalis, ſeu Concilij vniuerſalis poteſtati: nunc quidem abſolutè, poſtmodùm,

verò in euentibus, & caſibus, vt promiſimus. Et quoniam oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt, aſſeram primò rationes primarias, in quibus conſiſtit vis, quibus probatur Papam ſubeſſe Eccleſiæ, ſeu Concilij vniuerſalis iudicio. Et ne contingat ſæpiùs Eccleſiam, & Concilium iungere, pro eodem ſumantur, quoniam non niſi ſicut repræſentans, & repræſentatum diſtinguuntur.

Fundant igitur hi conſtitutionem dictam primò in actis Concilij Conſtanctienſis ſub Ioanne XXIII. Anno Dom. 1415. vbi in ſeſſione 5. habita die 6. menſis Aprilis ſic legitur. Hæc ſancta Synodus declarat, quòd ipſa in Spiritu ſancto legitimè congregata, Concilium generale faciens, & Eccleſiam Catholicam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcumque ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ Eccleſiæ in capite, & in membris. Hæc ibi.

Et ſubiungitur aliud Decretum in hæc verba. Item declarat, quòd quicumque cuiuſcumque conditionis, ſtatus, dignitatis, etiam ſi papalis, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus, aut præceptis huius ſacræ Synodi, & cuiuſcumque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit, recurrendo. Hæc ibi.

Ex quibus habentur tria. Primò, quòd Concilium vniuerſale habet auctoritatem à Ieſu Chriſto immediatè.

Secundò, quòd Papa tenetur ei obedire.

Tertiò, quòd ipſa Synodus habet poteſtatem coactiuam ſupra Papam, dum punitioni eum ſubijcit.

Confirmaturque eadem ſententia per Concilium Baſileenſe celebratum anno Domini 1431. ſub Eugenio IV. vbi reſumpta ſunt hæc decreta in ſeſſione ſecunda, & 18. Deindè in condemnatione errorum Ioannis Wicleff. in eodem Concilio Conſtantienſi ſeſſione 8. & poſtmodùm per Bullam Martini V. ſacro approbante Concilio firmata ibidem. Vbi inter alia ſic damnatur articulus iſte ſcilicet, Non eſt neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias: error ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia, aut Concilium generale, aut proquanto negare primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares. Hæc ibi.

Ex qua condemnatione habetur, quòd Concilium vniuerſale eſt ſuprema Eccleſiarum, & conſequenter eſt ſuperior Eccleſia Romana, quæ eſt vna Eccleſiarum. Et confirmatur hanc eſſe intentionem Patrum: quia faciunt differentiam inter primatum Concilij, & ſummi Pontificis: quoniam de Concilio dicunt ſimpliciter, quòd eſt ſuprema inter alias Eccleſias. De ſummo verò Pontifice dicunt: quòd habet primatum reſpectu Eccleſiarum particularium.

Fundant quoque hoc idem in Euangelio, & Doctoribus: ex eo quòd claues Regni Cœlorum, officium paſtorale, & poteſtas ligandi, atque ſoluendi, Eccleſiæ datæ ſunt dupliciter, ſcilicet auctoritatiuè, & finaliter. Et quòd auctoritatiuè Eccleſia ipſa hæc habeat, teſtatur in primis Matth. 18. cap. vbi poſtquàm Dominus dixerat: Dic Eccleſiæ; & ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus: ſtatim ſubdit, Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cœlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo. Vbi manifeſtè Eccleſiæ hanc contulit poteſtatem vniuerſalem: ad hoc enim illa verba ſubdidit Dominus (vt Hieronymus ibidem dicit cum Hilario) ne priuata auctoritate reputaretur non audiens Eccleſiam Ethnicus, & Publicanus, ſed diuina auctoritate Eccleſiæ collata.

Teſtatur deindè Auguſt. ſuper Ioann. (vt habetur 24. q. 1. Can. quodcumque,) vbi concluditur, quòd Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. Et rursùs ſermone 10. ſuper Ioann. loquens de poteſtate ligandi, & ſoluendi, dicit: Hoc Petrus cum omnibus tanquam perſonam gerens ipſius vnitatis accepit. Et iterum in Sermone Apoſtolorum Petri, & Pauli, Petrus totius Eccleſiæ geſtabat perſonam: & propreteà audire meruit. Tibi dabo claues Regni Cœlorum. Has enim claues non ipſe, vt homo vnus, ſed vt vnitas accepit Eccleſiæ. Et in libro de Agone Chriſtiano. Non ſine cauſa inter Apoſtolus, Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim Eccleſiæ claues datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt. Et cùm ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me? Paſce oues meas.

Et confirmatur hoc ratione. Quia non minùs iuris habet Eccleſia in clauibus ibi datis à Ieſu Chriſto, quàm in rebus, ſed dominium rerum temporalium principaliter eſt in Eccleſia: cùm etiam Papa non ſit Dominus, ſed diſpenſator rerum Eccleſiæ, vt ſanctus Thomas dicit in 22. q. 100. art. 1. ad ſeptimum; ergo Eccleſia principalius habet claues, quàm Papa. Et confirmatur hoc rursùs. Quia cùm rectum ſit iudex ſui, & obliqui, & Eccleſia vniuerſalis adeò ſit recta, vt errare poſſit, vt patet, Papa autem errare poſſit etiam in fide (vt patet 40. diſt. cap. ſi Papa) conſequens eſt, quòd Eccleſia excellentiùs, & priùs habeat claues, quàm Papa, immò quòd habeat etiam vt iudex Papæ.

Quòd autem finaliter Eccleſiæ datæ ſint claues, vt patet ex 2. ad Corinth. 13. Poteſtatem mihi Dominus dedit in ædificationem, & non deſtructionem. Et ſanctus Thom. in tractat. contra Impugnantes religionem, expreſsè tenet quòd poteſtas iuriſdictionis Prælatorum eſt propter bonum ſubditorum: & propterea nulla iniuria ſit Prælato inferiori, puta Epiſcopo, quando eximitur ab eo Abbas propter bonum Eccleſiæ. Ex quibus ſequitur, quòd Papa eſt propter Eccleſiam, & non èconuerſo, & conſequenter claues Papæ datæ ſunt propter Eccleſiam finaliter.

Fundant, & tertiò idem ſuper principijs naturaliter per ſe notis. Omne, inquiunt, totum eſt maius ſua parte, Eccleſia vniuerſalis eſt totum, & Papa pars: ergo Eccleſia vniuer-

uerſalis maior eſt Papa. Proceſſus bonus. Et maior eſt principium per ſe notum. Mi-oor eſt Apoſtoli ad Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus, ſinguli autem alterius membra, & Hieronym. ad propo ſitum in cap. Legimus, diſt.95. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt vrbe.

Fundant demum hoc idem ſuper hoc, quòd Eccleſia conſtituta eſt à Domino Ieſu Chriſto iudex Papæ in caſu peccati, vt patet Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Ex qua auctoritate licèt loquatur in caſu peccati, quia incipit; Si peccauerit, & propterea non ſpectet ad præſens caput, in quo comparatur Papa Eccleſiæ non in caſu, ſed abſolutè: volunt tamen elicere etiam quòd Eccleſia ſit abſolutè ſupra Papam. Tum quia ordinarius iudex alicuius in puniendo. eſt etiam ordinarius iudex illius abſolutè, tum quia iudex, & lex non differunt niſi ſicut animatum, & inanimatum, vt patet 5. Ethic. Ad eandem autem legis auctoritatem cuius eſt vnus actus legis, ſcilicet punire, ſpectant tres reliqui, ſcilicèt imperate, vetare, & permittere. Ad eiuſdem ergo iudicis ordinarij auctoritatem ſpectabunt omnes iudicis actus, ad quem ſpectat punire. Et ſic cùm Eccleſia ſit iudex ordinarius Papæ in puniendo, ſequitur quòd erit ſimpliciter iudex eiuſdem in imperando, vetando, & permittendo: hi enim quatuor actus ſunt legis, vt in 12. q.92. art. 2. habes à Diuo Thoma.

Et confirmatur hoc ſacrorum auctoritate Canonum, 25. enim quæſtione prima contra ſtatuta, dicit Zoximus Papa; contra ſtatuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec huius quidem Sedis poteſt auctoritas. Et in cap.1. dicitur: Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare. Ex quibus habetur, & quòd Papa non eſt ſupra poteſtatem Concilij, & quòd ad primam ſalutem ſpectant ſtatuta Patrum, non Papæ; Multa quoque in eadem cauſa, & quæſt. dicuntur ad hoc, quæ breuitatis cauſa omittuntur.

CAP. VI.

Quid ſit ſenſus, quo quæſtio de comparatione auctoritatis Concilij, & Papæ vertitur in dubium.

AD euidentiam huius comparationis præ. declarandi ſunt termini, quid ſcilicet nomine Eccleſiæ, ſeu Concilij vniuerſalis intelligitur, ne in vanum tota diſputatio ſit. Eccleſia vniuerſalis duo ſignificare poteſt in propoſito, aut totum corpus eccleſiaſticum conſtans ex omnibus membris, comprehenſo etiam capite, ideſt Papa: aut totum reſiduum corpus Eccleſiæ diſtinctum contra caput, ideſt Papam: Concilium quoque vniuerſale, aut ſumitur cum capite, ideſt Papa, vel perſonaliter, vel auctoritate eius auctorizatum, aut ſine Papa vtroque modo. Et ſic tres comparationes examinandæ ſunt.

Prima eſt inter Papam, & Eccleſiam ſeu Concilium ſine capite, ideſt Papa omninò. Secunda eſt inter Papam, & Eccleſiam ſeu Concilium cum capite perſonaliter. Tertia eſt inter Papam, & Eccleſiam, ſeu Concilium auctorizatum à Papa.

Et quoniam omnes hæ comparationes ſupponunt Papam eſſe caput Eccleſiæ vniuerſalis, & non ſolùm ſingulorum membrorum, vt inimici veritatis gloſſant: hoc primo monſtratur. Primò ex auctoritate ipſius Conſtantienſis Concilij ante, & poſt electionem Martini V. vt patet in ſeſſione 15. eiuſdem, & in bulla Martini V. vbi damnatur propoſitio illa Ioannis Huſs, Petrus nec eſt, nec fuit caput Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ. Et altera ſcilicet, Non eſt ſcintilla apparentiæ, quòd oportet eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum ipſa militante Eccleſia conuerſetur. Hìc expreſsè damnatur, quòd Petrus non fuit caput Catholicæ Eccleſiæ: Catholicum enim idem eſt, quod vniuerſale. Et ſimiliter damnatur, quòd non oporteat eſſe præter Chriſtum, qui in Cœlis eſt, vnum caput quod regat Eccleſiam, conuerſans cum ea, quod eſt Papa, vt latiùs oſtendit diuus Thom. hanc neceſſitatem in 4. contra Gent.c.76. Hieronym. quoque in libro de Ortu, & Obitu ſanctorum in nouo Teſtamento, Petrus, inquit, in Chriſti Eccleſia firmamentum eſt, Cephas corporis Chriſti Principatus, & caput eſt. Si Petrus eſt caput corporis Chriſti, ergo totius Eccleſiæ collectiuè: iuxtà illud Apoſtoli ad Roman.12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Et 24. q.1. rogamus vos, Marcellus Papa expreſsè dicit, quòd Petrus eſt caput totius Eccleſiæ. Et in Concilio Lugdun. Gregor. X. vt habetur in cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. Papam Vicarium Ieſu Chriſti, Petri ſucceſſorem, rectorem vniuerſalis Eccleſiæ, & directorem gregis dominici vocat. Ritus quoque Romanæ Eccleſiæ habet, vt cùm Papa ſe ſubſcribit in aliqua vniuerſalis negotij bulla, dicit ſic: Ego N. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus: ex quibus patet, quòd cauillatio dicens, quòd Papa eſt caput membrorum Eccleſiæ, & non ipſius ſimul Eccleſiæ, erronea eſt: Quo namque pacto debuit, aut potuit meliùs explicari à Sanctis, quàm per nomina collectiua? & appoſita quandoque nomina vniuerſitatis expreſſerunt Eccleſiam, Gregem, Corpus Chriſti, explicando totam vniuerſalem Catholicam. Dicant iſti quomodò debet dici, & conuincantur ſaltem ex verbis ipſius Conſtantienſis, & Baſileenſis Concilij: vbi eiſdem verbis ſignificatur Eccleſia collectiuè: cùm millies ibi replicatur; Hęc ſancta Synodus vniuerſalem, ſeu Catholicam Eccleſiam repræſentans.

De prima ergo comparatione (ſcilicet inter Papam, & Eccleſiam vniuerſalem ſine capite) apertè conſtat quid dicendum ſit, ſcilicet, quòd Papa ſit ſuper eam. Tum quia eſt corpus enormiter diminutum, quia eſt truncum abſque principali membro: ac per hoc non eſt vniuerſalis Eccleſia, quæ perfectum ſignificat: tum quia Dei perfecta ſunt opera, Deuteronomij 32. ac per hoc non conuenit diuinæ prouidentiæ in tam imperfecto corpore ſupremam auctoritatem locare,

re,

re,ſed magis ipſum à capite dependere. Et ſi inſtetur, quòd Apoſtolica Sede vacante, inuenitur vniuerſalis Ecrleſia, & tamen ſine capite,quod eſt Papa, reſpondetur, quòd non inuenitur vniuerſalis Eccleſia, niſi imperfecta: ità quòd imperfectio iſta eſt conditio diminuens ly *Vniuerſalis Eccleſia*, ſicut corpus truncum diminuit à corpore integro, vniuerſale soim vniuerſitatem claudit in ſe membrorum officialium, quorum præcipuum eſt caput. Vodè tunc Eccleſia eſt Acephala: & eſt abſque eius ſuprema parte, & poteſtate. Et qui hoc negat, in errorem Ioannis Huſs negantis neceſſitatem capitis Eccleſiæ in terris (damnatum & à Sancto Thoma, & à Martino V. cum Concilio Conſtantienſi, vt dictum eſt) incidit. Et ſi de Eccleſia vniuerſali ſic ſumpta intelligatur, quòd habet immediatè poteſtatem à Chriſto, & quòd ipſa repræſentatur per vniuerſale Concilium, erratur errore intollerabili, vt patet ex allatis auctoritatibus, & inferiùs magis eluceſcet.

De ſecunda autem comparatione in altero extremo, ſcilicet inter Papam ex vna parte, & Eccleſiam totam, ideſt etiam cum Papa ex altera parte, dicitur quod Papa cum reſiduo Eccleſiæ, non eſt maioris poteſtatis iuriſdictionis ſpiritualis, quàm ipſe ſolus, quia poteſtas ſua continet in ſe omnium reliquorum poteſtates, vt earum cauſa vniuerſalis. Nulla enim eſt poteſtas iuriſdictionis in Eccleſia, quæ non ſit in Papa, vt patet inductiuè. Quin etiam poteſtas electiua ipſius Papæ, in Papæ poteſtate eſt. Quod patet tum ex facto Petri, qui elegit ſibi ſucceſſorem (vt 18. quæſt. 1. Can. ſi Petrus; Dicit Ioannes III.) cum ex eo,quod Papa ordinat actum electiuæ poteſtatis, determinando quando, & qualiter debet fieri electio, & quod plus eſt, determinando ſubiectum illius poteſtatis, dum conſtituit, quod ad duas partes Cardinalium ad minùs ſpectet electio. Probatur & ex cap. Si Papa, diſt.40. vbi dicitur,quod vniuerſitas fidelium ſuam ſalutem poſt Dominum ex Papæ incolumitare animaduertit propenſius pendere. Et diſt. 19. Canon. Ità Dominus Leo Papa dicit: Huius muneris ſacramentum. ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodam capite dona ſua voluit in corpus omne diffunderet. Vbi manifeſtè patet, à Papa omne reliquum corpus Eccleſiæ, velut à capite poteſtatem ſortiri. Et ſic ſumendo Eccleſiam vniuerſalem, conſtat quod habet immediatè auctoritatem à Ieſu Chriſto, nihil enim mediat inter ipſam, & Ieſum Chriſtum. Sed ex hoc non habetur. quod comparando membra aliqua, puta corpus ſine capite, ad Chriſtum, quòd habeans immediatè poteſtatem ab ipſo, ſed ſufficit, quod totum habeat immediatè à Ieſu Chriſto; partes autem inter ſe ordine quodam, & ità in caput primò, & per caput in corpus reliquum poteſtatem diffundit Saluator noſter, iuxtà dicta, & dicenda, Vndè patet, quòd tota Eccleſia non habet poteſtatem ſupra Papam ſolùm, nec èconuerſo, quia Papa cum Eccleſia reliqua non facit maius in poteſtate, ſed plures poteſtates.

De tertia autem comparatione, quæ eſt media, & eſt inter Papam, & conſilium auctorizatum à Papa, ex antedictis facilè ſumitur quid dicendum eſt, ſcilicet quod non eſt maioris auctoritatis, quàm Papa, à quo ſolo auctorixari poteſt, vt patet 17. diſt. per totum, & extrà, de elect. cap. ſignificaſti, vbi dicitur, quod omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem, & facta ſunt, & robur acceperunt.

His tribus comparationibus ſecundùm veritatem præmiſſis, quarta ſuperadditur ſecundùm opinionem, & eſt inter Eccleſiam vniuerſalem, & quandam communitatem, ſiue Papa prima pars eius, non caput totius auctoritatis in ea velit in eam conuenire, ſiue non, ex vna parte, & Papam ex altera parte. Et quia comparatio inter diuerſa eſt, & eiuſdem ad ſeipſum ſubiectio non eſt, ſicut nec iuſtitia, propriè loquendo, cùm dicunt hi, quòd Eccleſia vniuerſalis eſt ſupra Papam, alterum duorum intendunt, aut enim intendunt per Eccleſiam vniuerſalem congregationem fidelium, velut quandam communitatem, ſiue Papa pars prima illius velit intereſſe, ſiue non, aut intendunt ipſam fidelium congregationem auctoritate capitis, ſcilicet ſummi Pontificis ſactam: Ità quòd ipſum congregari, ſolùm dependeat à Papa in Eccleſia vniuerſali, in Concilio verò duo dependeant à Papa ſcilicet congregari, & repræſentare vniuerſalem Eccleſiam, ità quod in his intendunt, quòd ſecluſa auctoritate Papæ ex quo congregata eſt Eccleſia, vel Concilium ſit comparatio poteſtatis Eccleſiæ, vel Concilij ex vna parte, & Papæ ex altera. Totus ergo ſuturus ſermo de Erclesia, ſeu Concilio vt diſtinguitur contra Papam, erit de Eccleſia, & Concilio, ſecluſa Papæ auctoritate poſt congregationem legitimè factam.

Et contra hos dicentes Eccleſiam habere auctoritatem ſupra Papam, ratio eſt, quia poſitio iſta peruertit ordinem regiminis Eccleſiæ, oportet oamque ſecundùm iſtos regimen Eccleſiæ eſſe Democraticum, ſeu populare, in quo tota auctoritas apud nullum reſidet, ſed in tota communitate, ſicut in capitulo accidit, vt S. Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 19. queſt. 1. art. 1. dicit. Et hoc ipſi volunt, dum Eccleſiam velut communitatem liberam poteſtatem ſupra Papam, quaſi Regem habere dicunt, vt Senatus, Popoluſque Romanus habebat ſuper Imperatorem. Et quia hoc ipſi non reputant inconueniens, quantum ad rem, licèt vocabula horrere videantur, ideò circa rem inſiſtendo, monſtrandum eſt, quòd non communitati Eccleſiæ, ſed vni ſoli in illa Chriſtus plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticæ dedit,

CAP.

CAP. VII.

Quòd Papa ſit ſuper poteſtatem Eccleſiæ vniuerſalis, & Concilij generalis, vt diſtinguitur contra Papam.

PRincipium huius veritatis ex Domini noſtri Ieſu Chriſti auctoritate ſumitur, vbi Ioann. vlt. ſoli Petro, vt diſtincto ab alijs, dicit. Paſce oues meas, vt deductum in primo cap. fuit In hoc inſtituens regimen Eccleſiæ Monarchicum. Et ſi ridiculoſa illa reſponſio detur, quòd Chriſtus dicit Petro: Paſce oues meas, non Eccleſiam meam, quaſi feceris eum Paſtorem ſingularum ouium, non ipſius Eccleſiæ, quæ ſignificat totum conſurgens ex omnibus ouibus, maniſeſtè excluditur hoc ex eo, quòd in oratione dicitur. Deus omnium fidelium Paſtor, & Rector famulum tuum. N. quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti. Et in Concilio Lugdun. de elect. lib.6. vbi periculum, Papa Rector vniuerſalis Eccleſiæ, & gregis Dominici director dicitur, vbi patet, quòd reſpectu Eccleſiæ, & gregis, quæ collectiones ſignificant, & non ſolùm reſpectu particularium Paſtor, & Rector, & Director eſt Papa. Et quia hæc eſt vltima fuga harum vulpecularum, vineam Domini demolientium, idcircò in omnibus auferendis vigilandum eſt, vt de ipſa collatione, ſeu communitate concludamus non prælatam, ſed ſubditam eſſe Papæ.

Amplius, Ioannis decimo. Saluator, inquit, alias oues habeo, &c. & ſubdit: Et fiet vnum ouile, & vnus Paſtor. Certum eſt, quòd ouile non ſignificat oues, ſed vnum continens oues. Et ex gloſſa inter lineari in principio illius capituli, vbi dicitur. Qui non intrat per oſtium in ouile, exponente in ouile, ideſt in Catholicam Eccleſiam, habetur, quòd per vnum ouile intelligitur Eccleſia vna ex Iudæis, & Gentilibus. Ex hac auctoritate arguitur ſic, Eccleſia vt vna ex Iudæis, & Gentilibus, eſt ouile, & Petrus cui dictum eſt: Paſce oues meas, eſt Paſtor vnus illius ouilis, ergo Eccleſia vt vna, non eſt ſuper Papam, ſed ſub eo, vt ouile ſub Paſtore. Et confirmatur hoc. Quia Eccleſia, ſeu Concilium diſtinctum contra Papam, aut eſt oues, aut ouile, aut Paſtor. Non oues, quia ex vtriſque ouibus ouile vnum conſtituendum dicit Dominus. Non Paſtor, quia cùm Petrus ſit vnus Paſtor Eccleſiæ, vt monſtratum eſt: ſi Eccleſia eſſet alius Paſtor, eſſent duo Paſtores, contra Dominum dicentem: Fiet vnus Paſtor. Ergo ouile, & cùm non ſit ouile, nullius Paſtoris, eſt ouile vnum vnius Paſtoris, qui eſt Dominici gregis Rector, & Director, Papa ſcilicet. Et confirmatur, quòd de Papa ſpecialiter loquatur, quia verbo futuri temporis vtitur ſignificante futurum fieri. Fiet, inquit, ouile vnum vtriſque conuenientibus, & vnus Paſtor. Et quoniam, quod eſt, non fit, nec fiet, ipſe Dominus, qui de ſeipſo præmiſit pluries ibidem. Ego ſum Paſtor bonus, non eſt poſtmodum factus Paſtor vnus, ſed dum ſoli Petro poſtmodum dictum eſt. Paſce oues meas, non has, vel illas, impletum eſt: Fiet vnus Paſtor, loco illius Summi Paſtoris, qui ſolus eſt Paſtor bonus per eſſentiam Eccleſiæ.

Amplius: Non minùs Papa eſt Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ, quàm quilibet Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ, ſed quilibet Epiſcopus eſt Epiſcopus, & ſingularum perſonarum, & totius collectionis earum in vnam communitatem, ergo & Papa eſt Epiſcopus ſingulorum, & vniuerſorum Chriſtianorum in vnam Catholicam Eccleſiam collectorum. Et confirmatur hoc: Quia cùm Eccleſia ſit nomen collectiuum, & ſignificat collectionem fidelium (vt dicitur, de Conſecratione diſtinctione prima capitulo Eccleſia,) & Epiſcopus Eccleſiæ talis, oportet, vt primò ſit Epiſcopus ipſius Eccleſiæ, & ſecundario ſingularum perſonarum, ac per hoc Papa, qui intitulatur Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, & non illorum, aut omnium Chriſtianorum, primò eſt Epiſcopus ipſius Eccleſiæ Catholicæ, & ſecundario membrorum eius. Et verè ſic eſt, quia primò debet ſuper intendere bono proprio ipſius vnius Eccleſiæ Catholicæ, & deindè bonis proprijs membrorum omnium.

Et ſi ſtudiosè quæratur quo pacto Papa poteſt dici Epiſcopus, & Caput Eccleſiæ Catholicæ, cùm Eccleſia Catholica includat ipſum Papam, patet reſponſio dupliciter.

Primò, quòd hic eſt diſtributio accomoda, ſicut cùm dicitur: Cœlum continet omnia corpora, non quòd contineat ſeipſum, ſed quia continet omnia poſſibilia contineri: pariformiter enim dicitur, quòd Papa eſt Caput, & Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, non quòd ſit Caput, Epiſcopus, Rector, &c. ſuiipſius, ſed quia eſt Caput omnis poſſibilis habere Caput, Rectorem, & Epiſcopum.

Secundò dicitur, quòd quia ſecundùm Hylarium ſermo rei, & non res ſermoni debet eſſe ſubiecta, ea ratione Papa dicitur Caput, & Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, quia in Eccleſia Catholica ipſe Capitis, & Epiſcopi locum tenet.

Amplius, Papa habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, ergo Papa non ſubeſt Eccleſiæ. Antecedens patet ex condemnatione iam dicta in Concilio Conſtantienſi, per Martinum Quintum, vbi de Papa loquendo dicitur, habens ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei. Conſequentia probatur, quia ſupra ſupremam auctoritatem in Eccleſia Dei non poteſt maior intelligi in eadem Eccleſia Dei, etiam ſi fingendi detur licentia. Immò ex hoc etiam ſequitur, quòd tam Eccleſia, quàm Concilium Papæ ſubditur, quia non ſunt duæ ſupremæ poteſtates in Eccleſia Dei, Principatuum enim pluralitas mala cùm ſit, (vt patet duodecimo Metaphyſi,) à Ieſu Chriſto ſummè bono, qui vult Eccleſiam ſuam optimè diſponi, eſſe non poteſt. Et confirmatur hoc auctoritate Innocentij Tertij in Concilio generali, extra, de pœnit. & rem. can. cum ex eo, vbi dicitur, quod Romanus Pontifex plenitudinem obtinet poteſtatis. Et cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. idem dicit: Nos ſecundùm plenitudinem poteſtatis, de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. Et extra

Google

tra de electione, in cap. ſignificaſti. Paſchalis dicit: Aiunt in Concilijs ſtatutum non inueniti, quaſi Romanæ Eccleſiæ legem Concilia vlla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem, & ſacta ſint, & robnt acceperint. Quæ omnia pro plenitudine poteſtaris Papæ ſupra Concilia, & conſequenrer vniuerſalem Eccleſiam allata ſunt. Et confirmantur auctoritate Sancti Thomæ in tractatu contta impugnantes Religionem, vbi dicit hæc verba: Sancti Patres in Concilijs congregati, nihil ſtatuere poſſunt, niſi auctoritate Romani Pontificis ioterueniente, ſine qua etiam, nec Concilium congregari poteſt. Hæc ille.

Amplius, Papa eſt proximus, & immediatus Vicarius Chriſti, & Apoſtolorum: ergo nullam habet in terris poteſtatem, priorem ſe. Antecedens patet in ſæpè dicta condemnatione articulorum à Martino V. in Concilio Conſtantienſi, vbi vnus ex reprobatis articulis eſt iſte. Eccleſia Romana eſt Synagoga Satanæ, nec Papa eſt proximus, & immediatus Vicarius Chriſti, & Apoſtolorum. Conſequentia patet, quia proximo, & immediato nihil eſt propinquiùs, & immediatiùs. Et ex hoc patet primò, quòd erroneum eſt dicere, quòd Eccleſia, vt diſtinguitur contra Papam habet immediatè auctoritatem à Chriſto ſupra Papam: ſic enim non Papa, ſed Eccleſia eſſet proximè, & immediatè Chriſti vicaria. Impoſſibile eſt enim eſſe duo ſubordinata ambo æquè proxima, & immediata Chriſto, vt patet iſtos fingere. Et confirmatur auctoritate S. Tho. dicentis in tract. contra errores Græcorum, cap. 66. Chriſti Vicarius ſuo primatu, & prouidentia vniuerſalem Eccleſiam tamquàm fidelis Miniſter Chriſti ſubiectam ſeruat, & oppoſitum ſentire dicit eſſe errorem.

Poſtremò reuideatur quæſo definitio facta in Concilio Florentino, quod quia ex Orientali, & Occidentali ſimul Eccleſia conflatum eſt, cæteris Occidentalibus tantùm antefertur. Et ibi (vt in primo cap. verba adduximus) non ſolùm dicitur, quòd Papa eſt omnium Chriſtianorum Pater, & Doctor, ſed quod etiam vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, Gubernator, & Rector, cum plena poteſtate à Domino Ieſu Chriſto inſtitutus in Beato Petro. Dicant ipſi quomodo potuerit clariùs exprimi, quod non ſolùm omnium membrorum, ſed ipſius vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, & Rector, & Gubernator èſt, quod non mediante Eccleſia, ſed in Petro, cuius eſt ſucceſſor, plenam poteſtatem paſcendi, regendi, gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto accepit. Et videant ſi tantum luminis eis conceſſum fuerit, quod Hæreticorum more Scripturas, & Sanctorum dicta oporret eos extorquere, vt eorum proteruus error defendatur. Fortè nulla Scriptura tam clara in fide habetur, quàm non poſſit extorta expoſitio ad ſuum trahere propoſitum, ſed veritas tunc inuenitur, cum planus Scripturæ ſenſus iuxtà Sanctorum conſenſum quæritur.

CAP. VIII.

In quo reſpondetur obiectionibus ſumptis ex auctoritate Concilij Conſtantienſis, & Baſileenſis.

VT ordinatè autem obiectis diſtinctè ſatisfiat, inchoandum eſt à Decretis Concilij Conſtan. ad quæ duæ reſponſiones dantur.

Prima, negans illa eſſe autentica auctoritate veri Concilij facta, quoniam facta ſunt tempore ſchiſmatis, quo erant tres Papæ in Eccleſia Dei, ab vna ſola obedientia, ſcilicet Ioannis XXIII. abſente etiam illo ſuo Papa. Quod conſtat ex eo, quod illa promulgata ſunt anno Domini 1415. die 6. Aprilis in ſeſſione 5. & obedientia Gregorij XII. coniuncta eſt illi die 4. Menſis Iulij eiuſdem anni in ſeſſione 14. & obedientia Benedicti XIII. iungi cœpit anno Domini 1416. die 13. Octobris in ſeſſione 22. Vndè dicere, quòd illa obedientia conſtitueret Concilium generale, Catholicam Eccleſiam repræſentans, nihil aliud eſt, quàm renouare antiquum ſchiſma, & damnare, vt ſchiſmaticas duas obedientias, & quod ſemper fuit, & eſt dubium facere certum.

Et ſi dicatur, quod Martinus V. approbauit illa decreta, & illam Synodum, decreta quidem in ſeſſione vltima, vbi legitur, quod dixit, quod omnia, & ſingula determinata, concluſa, & decreta in materijs fidei per præſens Concilium, concilialiter tenere, & inuiolabiliter obſeruare volebant, & nunquã contra ire quoquomodo, ipſaque ſic concilialiter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Hæc ille. Conſtat autem quòd Concilium eſſe ſupra Papam, vel Papam ſupra illud, materia fidei eſt; ergo decreta illa in ſeſſione 5. facta ſuper ſuperioritate Concilij ſupra Papam, ſunt approbata. Synodum verò in Bulla condemnationis articulorum Ioannis Vuicleff, ſacro approbante Concilio, vbi interrogatoria ponens dicit: Vtrùm credat, quod condemnationes Ioannis Vuicleff, Ioannis Huſſ, & Hieronymi de Praga facta de perſonis eorum, libris, & documentis per ſacrum generale Conſtantienſe Concilium, ſint ritè, & iuſtè factæ, & à quolibet Catholico pro talibus tenendæ, & aſſerendæ? Hęc ibi. Et cùm conſtet, quod contra Ioannem Vuicleff in ſeſſione 8. contra Ioannem Huſſ, in ſeſſione 15. contra Hieronymum de Praga in ſeſſione 21. ſententia lata fuerit, conſequens eſt, quòd tunc antè vnionem obedientiarum omnium Concilium generale fuerit, ſi Martinus in tali Bulla verum dicit.

Reſpondendum eſt, quòd tractari aliquid in materia fidei contingit dupliciter, ſcilicet materialiter, & formaliter. Tunc tractatur formaliter materia fidei, quando tractatur, vt credenda, vel damnanda à fide. Tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quando tractatur res quidem pertinens

ad

ad fidem, ſed vt credenda, vel non credenda, ſed quacumque alia ratione, extra formalem enim infinita contingit eſſe. Et quia niſi ſermo intelligatur formaliter, perit certitudo: ideò verba Martini V. in illa vltima ſeſſione formaliter ſunt intelligenda. In Concilio ſiquidem illo fuerat in materia fidei tractatum, & deciſum formaliter, vt patet in ſeſſionibus allegatis contra illos tres ſupradictos, vt etiam in ſeſſione 19. & fuerant multa alia tractata, ſed non vt materia fidei, inter quæ ſunt illa ſeſſionis 4.& 5. In cuius ſignum nulli fuerunt deputati ibi ad videndum de fide, quin potiùs deputatio in materia fidei cœpit poſt hæc in ſeſſione 6.vt patet ibi, nulla etiam fit ibi mentio de credendo, vel non credendo.

Martinus autem V. approbauit decreta in materia fidei formaliter tantùm, & non illa alià. Et hoc euidenter etiam patet, quia illa verba dixit, reſpondens requiſitioni Oratorum Regis Poloniæ exigentium, quod acta per Concilium contra illos prænominatos Hæreticos firma eſſent, vt patet in ſeſſione vltima, & propterea Bulla illa condemnationis ſubſecuta eſt. Ad inſtantiam verò de approbatione Synodi dicitur, quod per illud, & alia interrogatoria ibidem de Concilio Conſtantienſi poſita, totum à nobiliori parte Martinus nominauit, Congregatio ſiquidem Conſtantien. quæ inchoauit in ſola obedientia ſub Ioan. XXIII. & iterum poſt in coniuncta obedientia ſub Gregorio XII. in coniunctione obedientiæ Benedicti XIII. conſummata eſt, & poſt Martinum electum auctorizata facto præſidentiæ perſonalis in Concilium vniuerſale, ab hoc nobiliori, & certiori ſtatu totaConcilium vniuerſale vocatur, & nuncupatiuè in quolibet ſtatu Concilium vniuerſale appellatur, nominibus vtendo vt plures. Fundatur autem hæc declaratio ſuper eo, quod non eſt rationi conſentaneum, Martinum voluiſſe declarare alias obedientias fuiſſe extra Eccleſiam, ſed verbo proferre honoris nominibus vtendo, vt plures vtuntur, abſque veritatis tamen offenſa. Vnde in illa Bulla bis oppoſitum declarauit, ſcilicet in articulo, Papa habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, & in illo Petrus fuit Caput Eccleſiæ Catholicæ. Et vt inſinuaretur, quòd Concilium ab vltima parte appellabat, in præcedenti interrogatorio, præterito adiunxit præſens, dicens, quod Concilium approbauit, & approbat, condemnauit, & condemnat, quaſi præteritum non ſuffecerit. Et quia iàm ex iſto priore interrogatorio habitum erat, quòd Concilium Conſtantienſe in præſenti ſub Martino V. condemnat illos tres, non oportuit in vltimo interrogatorio, præterito iungere præſens; iàm enim præteritum ſupponebat pro Concilio ſub Martino, quia iàm damnauerat, & ſic etiam verba ſaluantur verbaliter. Hęc eſt prima reſponſio ad principale motiuum.

Secunda autem eſt, dato quòd decreta illa valeant, intelligenda ſunt cum grano ſalis: quomodo autem dicendum eſt ad ſingula? In primis, cùm dicitur quòd Concilium poteſtatem à Chriſto immediatè habet, poteſt dupliciter intelligi; primò de Concilio, vt diſtinguitur contra Papam. Et ſic eſt falſum, vt patet per inductas auctoritates, extra de elect. cap. Significaſti, vbi dicitur, quòd robur habent omnia Concilia à Romanæ Sedis auctoritate, & diſt. 16. ità Dominus vbi Leo dicit, quòd à Petro quaſi à quodam capite in corpus omne auctoritas manat; & Sanctus Thomas in tractatu contra impugnantes Religionem dicit, quòd Sancti Patres in Concilijs congregati nihil poſſunt ſtatuere ſine Romani Pontificis auctoritate interueniente, ſine qua nec congregari Concilium poteſt. Hæc ille. Et nota quod dicit, Sancti Patres, quia Patribus non ſanctis, ſed præſumptuoſis nulla lex poſita eſt, ſed præſumptio eorum ſibi ipſis eſt lex.

Secundò poteſt intelligi de Concilio, incluſo Papa. Et in hoc ſenſu eſt verum, quòd habet immediatè auctoritatem à Ieſu Chriſto. Et quòd ſic interpretandum ſit, ex duobus verbis illius decreti colligitur.

Primum eſt: Legitimè congregata: conſtat enim, quòd legitima Congregatio Concilij generalis ad Papam ſpectat, vt ex nunc illatis teſtibus patet, & diſtinctio 17. per totum; ſecundum eſt Eccleſiam Catholicam repræſentans, corpus namque Eccleſiaſticum vniuerſum (quod Eccleſia Catholica, ideſt vniuerſalis ſignificat) non eſt ipſum vniuerſum corpus Eccleſiaſticum ſi ſine capite ſit, vel intelligatur. Papam autem ex dictis conſtat Caput eſſe totius Eccleſiæ Catholicæ, ac per hoc Concilij ipſam repræſentantis. Et ſi mundi cordis oculo perſpiciatur, apparebit quòd Concilium habet, quòd repræſentet vniuerſalem Eccleſiam à Papa, qui habet pleniſſimam curam vniuerſalis Eccleſiæ. Quis enim Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis paucis (vt communiter accipere videtur) contulit vota totius Populi Chriſtiani, niſi Papa? oportet enim aut ipſos Chriſtianos hoc feciſſe, aut aliquem ſupplere potentem eorum vota. Et cum ipſos non transferre vota ſua in eos, experientia teſtetur, quia potius ſi requirerentur Chriſtiani infiniti inuenirentur, qui refutarent transferre vota in alios, & per ſe ipſos intereſſe mallent, aut Concilium non celebrandum ducerent. Relinquitur ergo, quod Papa, qui ſolus eſt Pater, Paſtor, Doctor, Rector, & Gubernator omnium, & ſingulorum Chriſtianorum cum plenitudine poteſtatis, vota totius Eccleſiæ transfert in Concilium, congregando, & roborando, vt ei videtur. Propter quod ſine Papa Patres ſancti congregati nihil poſſunt, & diſſolui poteſt Concilium à Papa, auferendo ab eis, quod ampliùs vniuerſalem Eccleſiam non repræſentent auctoritatiuè. Nec eſt verum ſi dicatur, quod Eccleſia ratum habet Concilium, non reclamando: ideò enim non reclamat, quia in vero Concilio Papa ſupplet, in falſo autem, quia contra præſumptuoſos præualere non ſperant docti, ignorantes autem neſcij ſilent; hoc autem non eſt approbari ab Eccleſia, ſed non moleſtari ab illa.

Deindè cùm dicitur, quod ipſi Concilio, ſeu eius Decretis, etiam Papa obedire tenetur, multis diſtinctionibus iuxtà multos terminos opus eſt. Diſtinguendum eſt enim de Papa dubio, vel certo: ſicut enim quod neſcitur conſecratum, pro non conſecrato ha-

habetur: & reconſecratur ſecundùm ſacros Canones (vt patet extrà de Presbytero non baptizato, cap. veniens, & de conſecr. diſt. 1. cap. ſolemnitates;) ſic qui, neſcit legitimè electus Papa, tamquam non Papa obedire tenetur, & hoc directè pertinet ad illa Decreta ratione Schiſmatis, quando erant tres Papæ, & nullus indubitatus ex ſua electione. De Papa autem certo, & indubitato diſtinguendum eſt, quia vel eſt ſermo de his, quæ à Concilio, & Decretis eis ſtatuuntur de iure Diuino, vt ea, quæ ſunt fidei, vel naturalis iuris, vt ea, quæ ſunt virtutum, & vitiorum moralium, & ſic Papa tenetur obedire, nec poteſt contra ea diſpenſare. Et ſic interpretanda ſunt Decreta illa; vndè in tribus dicit debitum obedire, ſcilicet in his, quæ ſunt fidei, reformationis, & amotionis ſchiſmatis: hæc enim cum ſpectantibus ad ea, aut ad ius Diuinum, aut ad ius naturale ſpectant. Vel eſt ſermo de his, quæ ſunt purè iuris poſitiui, & ſic diſtinguendum eſt de obedientia, ſcilicet quo ad iudicium Diuinum, vel humanum, & dicendum, quod licèt Princeps ſit ſolutus legibus, nec Concilia legem vllam coactiuam in iudicio humano præfixerint Romanę Sedi, in iudicio tamen Diuino tenetur Papa obedire, vt S. Thom. expreſsè habet in Prima ſecundæ, quęſt. 96. art. 5. ad tertium. Et in cap. confidimus, 25. quæſt. 1. Gelaſius Papa dicit: vniuerſalis Eccleſiæ conſtitutum nullum magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam.

Demùm cum ſubditur de punitione contumaciter contemnentium, poteſt dupliciter intelligi. Primò indifferenter, vt quilibet etiam indubitatus Papa, in quocumque peccato contra ius Diuinum, aut naturale contumax, punitioni humanæ ſubijciatur. Et hic ſenſus eſt contra Sacros Canones, vt patet in cap. ſi Papa, diſt. 40. & diſt. 79. cap. electionem, & in cap. aliorum 9. quæſt. 3. Nec eſt acceptandum, quod id, quod infinito temporis ſpatio à tot eſt Patribus approbatum, vnico verbo deſtruere voluerunt conditores Canonum.

Secundò poteſt intelligi diſcretè ſecundùm proportionem materiæ, & perſonæ, & ſic cùm Prælati communiter non ſint puniendi (exemplo Dei, qui non punjuit publicè Aaron de idololatria, vt S. Thom. dicit in 4. Sen. diſt. 46. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 2. ad quintum;) & Papa non ſit puniendus facto, ſed verbis reprehendendus publicè (vt ex S. Tho. colligitur in 4. Sen. diſt. 19. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 2. ad ſecundum, & in Secunda ſecundæ, quęſt. 33. art. 4. in caſu quo publicè in periculum Eccleſiæ peccat, vt Petrus reprehenſus fuit à Paulo ad Gal. 2.) & in caſu quo poteſt deponi, etiam facto depoſitionis puniri poſſit: conſequens eſt, quod ſic diſcretè, & proportionaliter intelligantur verba illius Decreti.

Ex quibus omnibus clarè patet, quòd nec ex illis Decretis habetur ſuperioritas Concilij, aut Eccleſiæ ſupra Papam. Vndè non oportet aliter reſpondere ad eandem ex Concilio Baſilienſi, in ſeſſione 2. & 18. De quo tamen ſciendum eſt, quod licèt ab Eugenio IV. fuerit approbatum, quo ad inchoationem, & proſecutionem, & multa pro illo Concilio in Bullis ſuis dixerit, numquam tamen illius approbauit Decreta, quin potiùs in Concilio Florentino ſtatim definiuit Romanum Pontificem eſſe Caput, Paſtorem, Doctorem, & Rectorem vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſuperiùs attulimus. Refert quoque Dominus Ioann. de Torre Cremata (qui fuit præſens vtrique Concilio) in lib. 3. de Eccleſia, cap. 100. multos defectus, qui in Concilio Baſilien. in conflatione illorum Decretorum interuenerunt, ſcilicet, quod non fuerunt vnanimiter concluſa, nec cum conſenſu Præſidentium Legatorum Domini Papæ, qui talibus intereſſe recuſarunt, nec expectatis Oratoribus Angliæ, & Caſtellæ, quos in via nouerant conſtitutos, nec auditi ſunt viri multi ſapientes, videntes hæc eſſe contra doctrinam Sanctorum, ſed promulgata ſunt ad furorem hoſtium Apoſtolicę Sedis, cum multitudine Populi nullius auctoritatis. Vndè ex neutro Concilio admittuntur, vt valida.

Nos tamen ex abundanti iuſtitia, illa gloſſauimus. Et ſi gloſſas contra intentionem Auctorum dixerit aliquis ex alijs actis eorum Conciliorum hoc conuincens: reſpondebo primò, quod ego homo ſum, & video, quæ foris ſunt, quo ad ipſa Decretorum verba, Deus autem intuetur cor. Quo ad alia verò acta eorumdem Conciliorum atteſtantium aliam fuiſſe Auctorum intentionem, dicam de Conſtantien. quod ſicut errauit vſurpans in vna ſola obedientia vniuerſalem Eccleſiam, ità errauit conſequenter in procedentibus ex ea, quoniam tunc illa Decreta fecit. De Baſilien. verò notorium eſt, quod errauit, cùm contra vnum verum, & indubitatum Pontificem Eugenium IV. proceſſit, vſque ad depoſitionem incluſiuè, qui tamen cum ſucceſſoribus ſuis verus Papa eſt. Dicam ſecundò, quod ſi honorem veritatis recuſant, falſa, erronea, ac igni obnoxia ſunt.

CAP. IX.

In quo ſoluuntur reliquæ obiectiones contra idem factæ.

Expeditis auctoritatibus Conciliorum Conſtantienſis, & Baſilienſis, quæ nullius auctoritatis cenſentur, ſoluendæ conſequenter ſunt obiectiones, quæ ex vera, ac certa auctoritate procedunt, iuxtà ordinem, quo inductę ſunt.

Ad declarationem igitur Martini V. in condemnatione articulorum, ſcilicet, quod errori eſt non credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, ſi per Romanam Eccleſiam intelligitur Eccleſia vniuerſalis, vel Concilium vniuerſale, aut pro quanto negat primatum Summi Pontificis ſuper particulares Eccleſias: Reſpondetur, quòd quia comparatio eſt inter diuerſa, & hæc tria, ſcilicet Eccleſia vniuerſalis, Concilium vniuerſale, & Eccleſia Romana, ſingula ſunt quædam corpora myſtica, integra conſtantia ex capite, & membris reliquis, & in capite non ſolùm conueniunt, ſed identificantur (Papa ſiquidem caput proprium vniuerſalis Eccleſiæ, & Concilij, & Romanæ Ec-

cleſiæ eſt) in membris antem teliquis diſtinguuntur, vel ſicut repræſentans, & repræſentatum, vt membra Eccleſiæ, & Concilij, vel ſicut pars, & totum, ſicut membra reliqua Romanę Eccleſiæ partes ſunt membrorum reliquorum, Concilij, & Eccleſię vniuerſalis, vt patet: idcircò cùm ſit comparario inter Eccleſiam, ſeu Concilium vniuerſale, & Eccleſiam Romanam non ſit comparatio ſecundùm Caput, ſed ſecundùm reliqua vtriuſque membra, ſecundùm quæ rectè dicitur, quod tam Eccleſia, quàm Synodus vniuerſalis eſt ſuperioe Eccleſia Romana, vt ex illo articulo deducitur; vndè admiſſio illius comparatiuè nihil concludit contta Papæ auctoritatem.

Poſſet nihilominùs dici, quod quia eſſe ſupremam inter Eccleſias, conuenit Eccleſię ratione capitis, & Eccleſia Romana ratione capitis eſt de eſſentia Concilij, & Eccleſiæ vniuerſalis, & nulla comparatio etiam cum dictione excluſiua excludit intrinſeca, idcircò non eſt admittenda comparatio Concilij ad Eccleſiam Romanam, quæ ad hoc, quod eſt eſſe ſupremam inter Eccleſias, ſicut nec quo ad capur, quia ſicut idem eſt capue, ità eadem eſt ſuperioritas, & uegaretur illa illatio, ergo Concilium eſt ſupremum inter alias Eccleſias etiam Romanam. Et ad probationem, quia Romana Eccleſia eſt vna Eccleſiarum, reſpondetur, quòd plùs requiritur ad comparationem iſtam; oportee enim quòd ſit vna, & diſtincta capite proprio ab Eccleſia, quæ eſt Concilium, quod hic non eſt. Ex calce verò illius articuli, ſcilicet, quod primatus Papæ eſt ſuper Eccleſias particulares, cùm ſit ſermo affirmatiuus de Primatu ſuper particulares, & non negatiuus de Primatu ſuper vniuerſalem Eccleſiam, nihil habetur in oppoſitum, quod enim non fuit expreſſum ibi, eſt expreſſum alibi, vt additum eſt.

Ad obiectionem ſumptam ex Euangelio Matth. 18. Quæcumque ſolueritis, &c. dicitur quod ad literam, hæc tria tantùm ad propoſitum habentur. Primum eſt quod à Chriſto immediatè Apoſtolis data eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi, quod ſuperiùs conceſſimus conſotmitee ad capit. in nouo, diſt. 21.

Secundum eſt, quod poteſtas data eſt vniuerſalis, iuxtà illa verba, quæcumque ſolueritis. Sed tamen non eſt adeò vniuerſalis, vt verba ſonant, ſed ly: *Quæcumque*, diſtribuit pro ſubiectis, ità quod ſenſus eſt: Quæcumque vobis ſubiecta ſolueritis, aut ligaueritia, &c. alioquin oportet dicere, quod omninò occulta potuiſſent ſoluere, vel ligare, contra illud Apoſtoli 1. ad Corinth. 4. Nolite antè tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita, &c. Et quia Petrus non erat eis ſubiectus, ſed prælatus, cùm ſactus fuit Paſtot Eccleſiæ, ideò ſub illa diſtributiua non concludebatur Papa, vtporè non ſubiectus. Tertium autem eſt, quòd ex illo contextu inſinuatur, quod Eccleſia quælibet abitura eſſet poteſtatem, ità ligandi, & ſoluendi, vt ſoluta, & ligata ab ea, eſſent ſoluta, & ligata in Cœlo, & hoc in ſibi ſubiectis. Vndè ſicut ridiculum eſt ex hoc, quod Eccleſia Bononienſis habet hanc auctoritatem, inſerre: ergo poteſt ligare, aut ſoluere non ſubiecta: ità ex hoc, quod Eccleſia vniuerſalis habet hanc auctoritatem, non poteſt inferri, niſi quod poteſt in ſubiecta; quamuis enim multò plura ſint ſubiecta vniuerſali Eccleſiæ, quàm Bononienſi, nihilominùs in hoc formali conueniunt, quòd nulla Eccleſia poteſt niſi in ſibi ſubiecta. Ex hoc autem non habetur, quòd Papa eſt ei ſubiectus, nec etiam habetur, vt ſuperius dictum eſt, quòd habeat à Chriſto immediatè poteſtatem, quia modus habendi, ſcilicèt immediatè à Chriſto, ex ſpeciali gratia ad perſonas ſuas fuie. Quod autem alicui gratioſè conceditue, non debet ab alijs trahi in exemplum: à Chriſto enim habent omnes Eccleſiæ hanc poteſtatem, ſed non immediatè.

Ad auctoritates Auguſtini dicentis, quòd Petrus in perſona Eccleſiæ, & vnitatis, & clauea accepit. Dicendum eſt, quod per hæc omnia intelligendum eſt hoc, ſcilicèt, quod non ſoli perſonæ Petri, ſed officio ſuo perpetuo duraturo hęc collaea ſunt. Et quia officium Petri eſt officium capitia, quod habet influete in corpus reliquum: ideò officio capitali data toti corpori, data dicuntur, & ſunt. Non poteſt ſiquidem eſpera corpus remanere, ſi capue officium ſuum facit; vndè & Leo Papa diſt. 19. cap. ità Dominus, ipſi Domino attribuie, quod à Petro in corpus omne poteſtas deriuaretur. Quia ergo vnitas officij communicatiui toti Eccleſię claues accepit in perſona Petri; ideò dicitur quod Petrus perſonam Eccleſiæ gerebat, & quod vnitas non vnus clauea accepit, & quod ad omnes dicitur: Amas me? Paſce oues meas, & ſimilia, & non propterea dicitur quaſi communitas popularis, aut ſanatoria poteſtatem acceperit. Hic enim ſenſus contra Auguſtinum, & Ieſum Chriſtum eſt, vt oſtenſum eſt; & ipſe Auguſtinus in quæſtione noui, & veteris Teſtamenti aperit dicens: Saluator cùm pro ſe, & Petto dari iubet didragma, pro omnibus ſoluiſſe videtue, quia ſicut in Saluatore erane omnes cauſæ magiſterij: ità & poſt Saluatorem. in Petro omnes continentur: ipſum enim conſtituit capur eorum, vt eſſet Paſtot Gregia Dominici. In quibus verbis docet, quòd in officio capitali Petri omnes ſubintelliguntur.

Ad primam aneem rationem dicitur, quòd licèt non minus iuria habeae Eccleſia in poteſtare iuriſdictionis, quàm in bonis temporalibus, tamen non eodem, ſed alio modo habet. Nam poteſtatem iuriſdictionis obtinee, vt regimen monarchicum, dominium autem temporalium, vt communitas. Et ratio diuerſitatis eſt, quia poteſtas iuriſdictionis eſt à Ieſu Chriſto, qui tale ſtatuit regimen, Dominum autem rerum eſt à donatoribus hominibus transferentibus dominium, quod ipſi habebane in communitarem Eccleſiæ, & non in vnum aliquem. Et hoc apparet in Eccleſijs particularibus, in quibus manifeſtè Eccleſiæ in Epiſcopo habene poteſtatem iuriſdictionis, non autem dominium rerum.

Ad aliam verò rationem, quod Eccleſia non poteſt errare, diſtinguendum eſt de errore perſonali in credendo, & in ſententialiter auctoritatiuè definiendo, & rursùs de Eccleſia vniuerſali claudendo in ſe Papam, & vt diſtinguitur contra eius auctoritatem, & dicendum eſt, quod Papa, quia eſt vna ſingu-

laris perſona, magis poteſt in fide errare. quàm totum teſiduum Eccleſiæ, ſed hoc non ſpectat ad propoſitum. Errore autem iudiciali in fide eſt è conuerſo, quia magis poteſt errare communitas Eccleſiæ ſine auctoritate Papæ, quàm Papa. Et ratio eſt, quia error Papæ in definitina ſententia fidei eſt error totius Eccleſiæ, & veræ vniuerſalis Eccleſiæ capitis, & membrorum quia ad ipſum ſpectat determinare finaliter de fide quid tenendum, & quid repellendum, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneatur, vt Sanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum, cap.67. auctoritate Cyrilli, & Maximi oſtendit, & in Secunda Secundæ, quæſt.1.artic.vltimo, probat ratione. Impoſſibile eſt autem vniuerſalem Eccleſiam errare in fide, ergo impoſſibile eſt Papam in iudicio definitiuo auctoritatiuè errare in fide. Secus eſt in alijs, vt Sanctus Thomas in Quoli.8.artic.vltim.oſtendit. Vnde argumentum militat ad oppoſitum, quia Papa in huiuſmodi iudicio eſt rectiſſimus propter aſſiſtentiam Spiritus Sancti, in iudicio fidei propter vniuerſale bonum fidei, ſicut promiſit Ioannis 14. Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem, & Petro dixit Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Iuxta quod etiam 24. quæſt. 1. dicit Innocentius Papa cap. quoties. Quoties ratio fidei ventilatur, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis honorem, ſeu auctoritatem habentem, recurrendum. Et ſcito, quod cùm dicitur de errore iudiciali, quod ſola vniuerſalis Eccleſia errare in fide non poteſt, non excluditur Summus Pontifex, ſed includitur, quia auctoritas determinandi de fide competens vniuerſali Eccleſiæ, principaliter reſidet in Romano Pontifice, vt Sanctus Thomas in Secunda Secundæ, quæſt. 11. artic.3. ad tertium dicit. Immo ipſa auctoritas, quę vniuerſalis Eccleſiæ dicitur, non niſi illa Papæ eſt, vt ex inducta auctoritate ex quæſt. 1. Secunda Secundæ, (vbi finalis ſententia de fide ad Papam ſpectare probatur) patet. Et propterea in allegato Quolib. Sanctus Thomas iudicio Eccleſiæ, & Papæ, vt ſynonimis vtitur, aperiens expreſsè, quod ſententiæ Papæ per aſſiſtentiam diuinæ prouidentiæ ſtandum eſt. Et propterea oportet eſſe cautum, ne vocabulis aliter intellectis fallamur. Certi namque ſumus, quòd nec Papa, nec Eccleſia, aut ſynodus vniuerſalis integra poteſt in fide errare iudicando auctoritatiuè de fide. De Eccleſia autem, ac Synodo acephala nihil inuenio, quia nihil auctoritatis, ſine capite in ea video, quamuis merita multa. Et non aduertere ad hanc diſtinctionem de fide perſonali, vel in iudicio auctoritatiuè, eſt cauſa quare à multis ignoranter, & in materia fidei Eccleſia, immò Doctores Papæ præferantur, conſiderant enim ipſum non officium tum aſſiſtentia diuina ad fidem in officio, etſi non in perſona.

Ad id verò, quod additur, quòd claues ſunt propter Eccleſiam finaliter, concedo ingenuè, quod Papa vt poteſtatem iuriſdictionis habens eſt propter bonum fidei, & pacis Eccleſiæ, vt ex capite 77. quarti, contra Gent. Sancti Thomæ apparet, & eſt ignobilior ipſa Pace Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum, & hoc eſt, quia Papa non eſt Princeps, niſi vt miniſter, & Vicarius naturalis Principis, qui eſt ſummum bonum, ad quod ordinatur bonum commune totius communitatis, vt ex 12. Metaphyſ. habetur.

Ad rationem ex principio illo, Omne totum eſt maius ſua parte, dicitur conceſſo illo principio formaliter (ſcilicet de toto, & parte vt ſic) quòd licèt Papa quo ad perſonā, & merita, ſit pars Eccleſiæ vniuerſalis, ſecundū poteſtatem tamen iuriſdictionis, (de qua eſt ſermo) non eſt pars ità, quòd poteſtas Eccleſiæ vniuerſalis non conſurgit ex poteſtate iuriſdictionis Papæ, & aliorum, vt totum ex partibus, ſed poteſtas Papæ eſt tota poteſtas Eccleſiæ vniuerſalis, & aliæ poteſtates ſunt participationes ipſius in partem ſollicitudinis datæ, iam enim dictum eſt, quòd non plus poteſt Papa, & Eccleſia, quàm Papa ſolus, licèt plures poteſtates ſint poteſtates Papæ, & Eccleſiæ, quàm Papæ ſolius. Et ſi ex ratione capitis, quia eſt membrum, & pars corporis, inſtare velis, reſpice ad Ieſum Chriſtum, qui caput verum totius Eccleſiæ, ſic eſt, vt non solùm quo ad poteſtatem, ſed nec quo ad nobilitatem, & ſanctitatem ſit pars Eccleſiæ. Et vide quòd in his myſticis loquutionibus non oportet ea, quę imperfectionis ſunt (vt eſt eſſe partem) ſaluare in his, quæ ſunt ſuperioris ordinis, quales ſunt Ieſus Chriſtus, & eius Vicarius generalis, qui quo ad nobilitatem, & ſanctitatem, & perſonam pars eſt Eccleſiæ.

Ad illud verò Hieronymi, quòd Orbis maior eſt vrbe, reſpondetur quod verum eſt, quo ad multa: puta merita, virtutes, ſcientiam, & in propoſito ſecundùm vigorem conſuetudinis, non poteſtatis, id eſt ſupra poteſtatem Orbis. Et quod hæc ſit intentio Hieronymi, ex contextu patet, quia de conſuetudine Eccleſiarum, qua Diaconi ſub præsbyteris ſedent, loquitur.

Ad rationem formatam ſuper mandato Domini, Dic Eccleſiæ, quia aduerſarij ſanctas gloſſas reſugiunt (vt pro Eccleſia prælatus vt ſic intelligatur cum ſactis Doctoribus eadem ſententia) aliter dicitur, quòd Dominus in illo mandato affirmatiuo plura ordinatè mandat.

Primò actum charitatis, Corripe eum inter te, & ipſum.

Secundò actus iudiciales. Adhibe duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & Dic Eccleſiæ. Inter hos autem actus hæc eſt differentia, quòd actus charitatis extendit ſe ad omne peccatum in proximum, & ad omnem fratrem, vt patet: actus verò iudiciales non extendunt ſe ad omne peccatum in proximum, nec ad omnem fratrem. Et quòd non ad omne peccatum in proximum, ex eo lucidiſsimè patet, quòd ſunt quædam peccata contrà nos quibus conuincendis non poſſunt adhiberi teſtes, vt patet de peccato coniugis tentantis ſacto coniugem in lecto ad peccatum contrà naturam, & de ſecretiſſimis ſermonibus. In his enim quia non poſſunt teſtes adhiberi: locum non habet præceptum hoc affirmatiuum, Adhibe tecum duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, nec illud, Dic Eccleſiæ: quia intelligitur in peccatis ſubiectis adhibitioni teſtium. Quod

etiam

etiam non ad omnem fratrem, ex eodem fundamento habetur, quia ſcilicet ſi eſt aliquis frater, qui non ſit ſubiectus alicui in terris, de illo non intelligitur præceptum Adhibe tecum: nec, Dic Eccleſiæ: vanum enim hoc eſſet.

Et quia Papa eſt talis frater, ideo præceptum hoc non habet locum ſimpliciter contra Papam. Dico autem ſimpliciter, vt præſeruem me à caſu in quo poteſt deponi.

Et quòd hæc ſit vera expoſitio ad literam, probatur ratione, & auctoritate. Ratione quidem, quia Saluator in hoc præcepto duo exprimit vniformiter, ſcilicet perſonam peccantem: Frater tuus, & peccatum, Peccauerit in te (vtrumque enim abſque exceptione aliqua indefinitè ponit,) & tamen oportet quod ad peccatum limitare ad peccatum capax adhibitionis teſtium: ergo quo ad fratrem limitare etiam oportet ad fratrem ſubiectum communicantem tecum in Patre in terris. Et hoc poteſt accipi ex illo verbo, Frater tuus id eſt, purè frater, id eſt, qui ita ſit tibi frater, vt non ſit plus quàm frater: cæteri namque Prælati tui non ſunt ſimpliciter plus, quàm frater: ſed quo ad aliquid: Papa verò ſimpliciter. Qua ergo ratione limitatio admittitur peccati, admittenda eſt, & limitatio peccatis fratris. Auctoritas eſt Sancti Thomæ in quarto Sententiarum diſtinctione decimanona, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, quæſtiuncula tertia ad ſecundum: dicentis, quòd ſi Prælatus non habet ſuperiorem, recurrendum, eſt ad Deum, qui eum emendet, vel de medio ſubtrahat, hoc enim propter ſolum Papam oportet dici, quia cæteri Prælati habent ſuperiorem, Nec ſolus eſt Sanctus Thomas, ſed nunc, nunc infinitæ ferè auctoritates, oſtendentes Papam omninò non habere ſuperiorem: ac per hoc non claudi ſub appellatione fratris peccantis quo ad actus iudiciales.

Ex quo patet, quàm temerè quidam dicant, quòd ſuper hoc textu abſque omni calumnia, plenitudo poteſtatis gladij ſpiritualis, & executio eius in Eccleſia collecta, ac per hoc in Concilio vniuerſali ſuper quemlibet Chriſtianum, qui eſt frater noſter, etiam ſi Papa fuerit, fundatur, & quod ſuper hoc fundatur poteſtas definiendi, determinandi, ſtatuendi, exercendi, conſtituendi, leges, etiam ſupra perſonam Papæ, & vſum poteſtatis eius.

Hæc enim ex dictis, & dicendis patet eſſe erronea, & dicentes hæc, neſciunt diſcernere, quòd præcepta, quæ dantur de actibus iuſtitiæ iudicialis, intelligatur tam in factis, quàm in perſonis ſubiectis, & non alijs, & quòd iſta præcepta non probant ſubiectionem talis facti, vel talis perſonæ ad Eccleſiam, ſed de ſubiectis illi quæcumque, & quicumque ſint diſponit. Ignorantiæ ergo eſt ex hoc textu ſubiectionem Papæ arguere. Et vt conuincantur iſti, practicetur textus iſte ſic.

Primò, tex. non magis loquitur de Eccleſia vniuerſali, quàm particulari pura Mediolanenſi. Et hoc etiam conuincitur ex hoc quòd peccante in me fratre meo Mediolani, ſufficit dicere Eccleſiæ illi, & ſi illam non audierit, erit ſicut Ethnicus, & cætera. Indiſtinctè ergo de Eccleſia loquitur. Tunc vltrà cùm dicitur, Dic Eccleſiæ, aut ſumitur Eccleſia communiter pro collectione fidelium quomodolibet, & hoc non, quia ſi non audiret totam collectionem Mediolanenſium abſq; Prælatis, non eſſet, ſicut Ethnicus, & Publicanus, vt patet. Aut ſumitur Eccleſia pro collectione fidelium, cum Prælato, & ſi ſic ſumitur, ergo etiam Eccleſia vniuerſalis, cum ſibi dicendum eſt, non ſumitur pro acephala, ſed cum capite, qui eſt Papa. Ex hoc ipſo ergo præcepto Domini intellecto proportionaliter de Eccleſia Vniuerſali, Papa comprehendi oſtenditur, non ſub appellatione fratris peccantis, ſed Eccleſiæ iudicantis, quia Eccleſiæ, cum capite, & non acephalæ dicendum mandat peccatum fratris peccantis. Ruſus Papa non eſt deterioris conditionis reſpectu Eccleſiæ ſuæ, quàm quilibet Epiſcopus reſpectu Eccleſiæ ſuæ, ſed Epiſcopus peccans in fratrem ſuum, non denuntiatur Eccleſiæ ſuæ acephalæ, ſed Eccleſiæ, id eſt Prælato ſuperiori, & ſufficienter impletur mandatum Domini, ergo Papa non denuntiatur Eccleſiæ Catholicæ, cuius eſt Epiſcopus, acephalæ, ſed ſuperiori, qui eſt Ieſus Chriſtus clamando ad Deum, qui eſt paratus citò facere vindictam clamantium ad ſe, multò magis, quàm iudex terreſtris, vt ipſe teſtatur Lucæ 18.

Negandum eſt igitur, quòd Eccleſia vniuerſalis, ſit iudex ordinarius Papæ in puniendo, & conſequenter, quòd ſit ſimpliciter, & abſolutè illius iudex, & conſequenter, quòd quemcumque legis actum poſſit ſuper eum in aliquo euentu, vel caſu ſit illius Iudex, inferius examinabitur.

Repugnare quoque ſacris Canonibus, quòd Eccleſia vniuerſalis ſit Iudex Papæ in puniendo abſolutè, manifeſtè patet, quia ſic de quolibet peccato Papę in proximum poſſet denuntiari Papa, iudicari, & puniri, ſi fraternam admonitionem non audiſſet, contra capitulum, Si Papa, diſtinctione quadrageſima, & capite, Multa, nona, quæſtione tertia, ſcilicet patet, nemo: aliorum: facta, cuncta, & contra omnes Canones Pontificum, ſcilicet Bonifacij, Nicolai, Innocentij, Simachi, Anterij, & Gelaſij. Et licèt aliquod horum patiatur fortè gloſſam, quod loquitur de particulari Iudice, & non de vniuerſali Eccleſia, multa tamen capitula omne iudicium citra diuinum excludunt, vt capitulum patet, vbi ſunt de Sede Apoſtolica hæc verba, cuius auctoritate maius non eſt iudicium. Similiter capitula aliorum, vbi ſunt hæc verba, Aliorum cauſas hominum Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius Præſulem ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio, vbi etiam Papa excludit, proſequendo obiectiones in contrarium. Eſt, & contra extrauagantem Bonifacij Octaui. Vnam Sanctam, vbi definiens, inquit, Si deuiat terrena poteſtas, iudicatur à ſpirituali, ſi deuiat ſpiritualis, iudicatur minor à ſuperiori, ſi verò ſuprema, à ſolo Deo, & non ab homine poteſt iudicari. Hæc ille. Et eſt contra multos Doctores in Theologia quidem (vt refert Dominus Ioannes de Turre Cremata in libro ſecundo de Eccleſia, capite nonageſimo quarto,) Hugonem de Sancto Victore, Albertum Magnum, Sanctum Thomam, Alexandrum de Ales, Sanctum

ctum Bonauenturam, Petrum de Tarantaſio, Vlricum, Ricardum, Petrum de Palude, Herueum, Auguſtiuum de Ancona, Alexandrum de Alpidio. In iure autem Canonico, Hoſtienſem, Ioannem Andream, Guidonem, Archidiaconum, Innocentium, & Aluarum.

Ad vltimò allata ex ſacris Canonibus, ex eo quòd Papa non poteſt contra ſtatura Patrum, reſponſionem habeo Diui Thomæ in Tractatu contra impugnantea religionem, quòd intelligitur quo ad ea, quæ ſunt iuris diuini, vel naturæ. Et hoc etiam habetur in gloſſa illius, & præcedentis capituli, Sunt quidam.

Ad capitulum, prima ſalus eodem modo dicendum eſt, aduertendum quòd Patrum appellatione venit principaliter Papa, qui eſt pater Patrum.

Quod autem Ioannes Gerſon affert contra ſummos Pontifices illud Gratiani, diſtinctione quarta, Leges inſtituuntur cùm promulgantur, firmantur autem cum moribus vtentium comprobantur, quaſi examen ſupremum legum ſit, vnde firmantur, riſu magis, quàm reſponſione digum eſt. Relinquitur igitur certùm, & indubiè tenendum, quòd Papa eſt ſupra vniuerſalem Eccleſiam, non ſolùm ſecundùm ſingulas peſonas, & Eccleſias, ſed ſecundùm ipſam Eccleſiæ communitatem, ſolum Deum ſuperiorem habens.

CAP. X.

De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui Concilium eſſe ſupra Papam.

HActenus ſimpliciter eſt diſputatum, & concluſum, quòd Papa habet poteſtatem ſupra vniuerſali Eccleſia, & Concilio, vt Caput, Paſtor, Rector, & Director illius. Deinceps noua quædam imaginatio Ioannis Gerſon in Tractatu de poteſtate Eccleſiaſtica, & in tractatu de auferibilitate ſponſi, ſeu papæ, tractanda confutandaq; eſt, quoniam periculoſa eſt valde, & ſanctæ Matri Eccleſiæ plurimum nociua. Et vt melius obſeruare ſe ab his omnes poſſint, recitanda eſt ſua imaginatio.

Ponit in primis poteſtatem Eccleſiaſticam velut quoddam totum integrale diſtingui in ſuas partes integrales, Papatum, Cardinalatum, Patriarchatum, Epiſcopatum, Sacerdotiumque, Eccleſiamque integrari ex his ita vult, vt ſublato non Papa, ſed Papatu, non ſit Eccleſia vniuerſalis. Vultque proindè in Eccleſia, & Concilio vniuerſali, ſiue Papa ſit, ſiue non, claudi auctoritatem papalem, quàm ſupremam poteſtatem Eccleſiaſticam, & plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticæ, formaliter poteſtatiuè, & originaliter reliquas continentem, & in ſolo Romano Pontifice formaliter poteſtatiuè, & originaliter reliquas continentem, & in ſolo Romano Pontifice formaliter, & ſubiectiuè eſſe fatetur à Ieſu Chriſto Petro datam. Fatetur quoque Eccleſiæ regimen à Ieſu Chriſto inſtitutum Monarchicum, ità quòd hoc non niſi à ſolo Deo mutabile eſt, & Monarchicum eſſe Papam.

Cùm his quoque diſtinguit, & benè, & poteſtatem Eccleſiaſticam tripliciter accipi:

Primò ſecundum ſe ipſam, vt Papatum ſecundùm ſe.

Secundò, ſecundùm applicationem ad hanc, vel illam perſonam, vt quòd Papatus ſit in Ioann. vel Mart.

Tertiò, ſecundùm exequutionem, vt quod Papa faciat, vel non faciat hoc, vel illud. Et appoſita altera diſtinctione de multiplici modo eſſendi in aliquo, vult quod licèt, quęlibet eccleſiaſtica poteſtas ſit formaliter, & ſubiectiuè tantùm in ſuppoſitis formaliter denominatis ab illa (puta papalis in Papa, cardinalitia in Cardinali, epiſcopalis in Epiſcopo) nihilominùs quælibet eccleſiaſtica poteſtas eſt in Eccleſia vniuerſali, ſeu Concilio vniuerſali illam repreſentante tripliciter.

Primò, ſicut in fine, quia data eſt in ædificationem Corporis Chriſti.

Secundò, ſicut in regulante applicationem ipſius ad perſonam.

Tertiò, ſicut in regulante vſum, ſeu exequutionem poteſtatis in perſona exiſtentis. Et de primo, ac ſecundo modo non eſſe dicit facultatem: de tertio autem ſimiliter dicit, ſi conſideretur, quod poteſtas papalis data eſt in ædificationem Eccleſiæ. Et probat ſic. Papa eſt peccabilis, & poteſt hac poteſtate in deſtructionem Eccleſiæ abuti, ſimiliter Sacrum Collegium Cardinalium non eſt in gratia, vel fide confirmatum, ergo oportet, vt aliqua ſit relicta inobliquabilis, quod indeuiabilis regula ad optimo Legiſlatore Chriſto, ſecundùm quam poſſit abuſus huiuſmodi poteſtatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem eſt Eccleſia, ſeu vniuerſale conſilium ergo in Eccleſia vniuerſali eſt Papatus, vt in regulatiuo exequutionis ipſius.

Et confirmatur, quia, cum medium virtutis non habeatur niſi prout ſapiens iudicabit, & Papa habeat poteſtatem in ædificationem, prout ſapiens iudicabit, finalis reſolutio huius iudicij fiet ad Eccleſiam ſeu Concilium, vbi eſt ſapientia indeuiabilis. Et hìc, inquit, fundantur multa, vt quod Papa iudicari poteſt, & deponi per Concilium, quod Concilio ſubijcitur quo ad vſum ſuæ poteſtatis, & ſibi poteſt dici. Cur ità facis? & quod in Concilio eſt etiam poteſtas papalis quarto modo, ſcilicet ſuppletiuè, quod ſcilicet ſupplendo facere poteſt, quicquid poteſt Papa, vt decreta, & acta Concilij Conſtantienſis teſtantur.

Diſtinguit prætereà poteſtatem Papæ in eam, quæ ſibi à Ieſu Chriſto tributa eſt in Petro, tamquam ſuo Vicario, & Monarchæ, tam ordinis, quàm iuriſdictionis in foro voluntario, & inuito, (& hanc vult eſſe ſupernaturalem,) & in eam quæ conuenit Papæ ex iure naturæ, & poſitiuo. Naturæ quidem, quia dictamen naturalis iuris vult, vt ſupremus in aliqua politia, gaudeat multis priuilegijs, & honoribus ſuper alios. Poſitiuo verò multiplici in propoſito ipſius Eccleſiæ, ſeu generalium Conciliorum, ſicut communitas perfecta ſuo capiti dare poteſt. Et hanc vult eſſe auctoritatem interpretandi, diſpen-

ſan-

Digitized by Google

ſandique in ſtatutis Coocilij generalis, prout occurrens neceſſitas, vel euidens vtilitas poſtulat, vbi pro tunc eecurſus ad generale Concilium non patet. Peoptee cuius diſtinctionis ignorantiam multam ortam putat ignorantiam in putantibus omnia poſſe Papam ex auctoritate ſibi à Chriſto tradita.

Concilium igitur eſſe ſupra Papam, habereque vim coactiuam ſuper illum, poſſeque illi leges imponere circa vſum poteſtatis, ſuſpendere ab exequutione, & deponere cum culpa, & ſine culpa, infert. Comparare propterea, inquit Eccleſiam Papæ, nihil aliud eſt quàm comparare totum parti integrali, & quærere quod ſit maius. Conſtat enim quod Eccleſiæ, ſeu Concilij voiuerſalis auctoritas, maioe eſt auctoritate Papæ in ſex,

Primò io amplitudioe, vel extenſione.

Secundò, in infallibili directiooe.

Tertiò, in morum reformatione in capite, & io membris.

Quartò, in coactina poteſtate.

Quintò, in cauſarum fidei difficilium vltimata deciſione.

Sextò, quia copioſior, complectitur enim ſaltem virtualiter omnem poteſtatem, & omne politicum regimeo papale, imperiale, regale, ariſtocraticum, & dimocraticum.

Confirmat dicta ſua ex Apoſtolorum Actibus pluribus, quia ſcilicet Iacobus, non Petrus definiuit in Concilio, actorum 15. & ibidem noo Petri nomine, ſed communitatis ſcribitur ad Antiochiam, Apoſtoli, & Seniores, &c. & miſerunt Petrum, & Ioannem tamquàm ſubditos Eccleſiæ, actorum 8. & Petrus compulſus eſt rationem reddere de ingreſſu ad Centurionem, actorum 11.

Fundat autem ſuper allatis priùs ex Matthæi 18. anctoritatibus: Dic Eccleſiæ: & Quæcumque ligaueritis ſupee terram; & Concilio Conſtaotien. Et concludit, quòd luce clarius ex principijs Theologiæ cooclusa eſt ſubiectio Papæ ad Concilium.

Et vſque adeò progreditur, vt peſtiferam, perniciosiſſimamque doctrinam appellet, pooentem Papam ſupra Concilium, aut ſaltem oon imparem illi.

CAP. XI.

Quòd ſecluſo Papa in Eccleſia, non eſt Papatus ſuppletiuè, & ſicut in regulante vſum ipſius.

PRincipium veritatis videndæ circa recitata à radice ſumendo, declarabimus.

Primò, id, ſuper quod tota hæc conſurgit fabrica, falſum eſſe, ſcilicet, quòd ſecluſo Papa, quomodolibet in Eccleſia Dei ſit Papatus, ſicut in regulatiuo ipſius, quantum ad vſum, & ſuppletiuè.

Deindè oſtenditur falſum eſſe, quòd Papa habeat aliquam poteſtatem ab Eccleſia, ſed omnia poteſt ex Papatus auctoritate. Et deinceps ſigillatim omnia examinando determinabuntur, manifeſtata priùs veritate, circa poteſtatem applicandi poteſtates Eccleſiaſticas ad perſonas, an ſit in Eccleſia ſecluſo Papa.

Sic enim modò de Eccleſia, vt diſtinguitur contra Papam, loquimur, & ſic volumus intelligi, dùm de his ſermo eſt. Si Papatus igitur eſt ſic in Eccleſia, cùm Eccleſia non habeat ipſum ex ſeipſa (vt aduerſarius fatetur) oportet, quòd datus ſit ei à Deo. Et cùm huiuſmodi donata à Deo, neſciamus, niſi per reuelationem in ſacra Scriptura, vel traditione Apoſtolorom, vel in ſanctis Doctoribus, aut determinatione Apoſtolica contentam, aut per rationem ex principijs Theologicis efficaciter probantem: ſi in nullo horum reuelatio hæc inuenitur; ſed oppoſitum, ſi Theologica ratio non conuincit; ſed potiùs adducit ad hoc, ſentiendum eſt oppoſitum.

Et quidem, quòd in ſacra Scriptura donatio iſta non reperiatur, ex antedictis patet, auctoritates enim ſumptæ ex Matthæi 18. nihil dant, niſi ſupra ſubiecta Eccleſiæ indefinitè, vt prædeclaratum eſt. Vndè ex eis non poteſt huius, vel illius ſubiecto probari; ſed haberi, quam poteſtatem in ſubiecto habeat.

Ex geſtis verò ab Apoſtolis nihil tale habetur, quia Act. 8. licet Petrus, & Ioannes ſint miſſi, non tamen vt ſubiecti. Spiritus enim ſanctus miſſus eſt à Filio, iuxta illud Ioannis 16. Quem ego mittam vobis; & tamen non eſt ſubiectus. Malè Theologus eſt, qui ex miſſum eſſe, infert ſubditum eſſe. Actuum verò 11. diſceptatio eorum, qui erant ex circumciſione aduersùs Petrum, nullam ſuperioritatem; ſed ambiguam æmulationem legis Moyſi præſeſere. Et quòd illa diſceptatio non ab Apoſtolis: ſed conuerſis Iudæis, & præcipuè Phariſæis fuerit Textus ille iunctus cum capitulo 15. (vbi illi de hæreſi Phariſæorum, dicebant legalia imponenda etiam Gentilibus) inſinuat.

Et rursùs, reprehenſio non factis, ſed verbis, ſubditis quandoque licita eſt aduersùs Prælatos, vt de Petro, & Paulo apparet ad Galatas 2. & ſuperiùs ex ſancto Thoma oſtendimus.

Et item Gregorius (vt habetur ſecunda quæſtione ſeptima, cap. Petrus) hoc ſoluit, quòd Petrus voluit vti auctoritate ſua. Actuum verò 15. non fuit Concilium vniuerſale, nec Iacobus dedit ſententiam, & ideò nihil facit ad propoſitum. Quòd non fuerit Concilium vniuerſale, patet ex hoc, quòd non fuerunt ibi, niſi tres ex duodecim Apoſtolis, vt ad Galatas 2. habetur, ſcilicet, Petrus, Iacobus, & Ioannes. Quòd enim narratur Actuum 15. tunc fuit, quando Paulus poſt annos quatuordecim aſcendiſſe ſe Hieroſolymam, ad Galatas 2. refert, vt gloſſa ordinaria dicit Act. 15. Quòd Iacobus ſententiam non dederit, ſed iudicium ſuum dixerit poſt Petrum loquens, ex eo patet, quod ſubditur. Tunc placuit Apoſtolis, & Senioribus cum omni Eccleſia eligere, & mittere, &c. ſcribentes per manus ipſorum.

Concluſio ergo, in qua ſtat proculdubio ſententia definitiua, in communi facta eſt, non à Petro, nec Iacobo.

Et ſcito, quòd quia ſolutio quæſtionis petebatur non à Petro, ſed ab Apoſtolis, & Presbyteris præſentibus Hieroſolymis, vt patet in eodem cap. 15. ideò Petrus ſimplici

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolatu, non Papali auctoritate vſus, exhibuit ſe ſicut vnom ex alijs in tali conuentu, & commuol nomine Apoſtolorum appellatione conteotus ſuit.

Et benè, quia omnia tempus habene, necdùm autem erat tempus vtendi plenitudine poteſtatis ſuæ, io ſtatuto præcipuè tranſitorio, quale fuit propoſitum à Iacobo, cùm dicit, Ego iudico, ideſt, hoc eſt iudicium meum, &c.

Aduenit poſtmodùm tempus, quo Papa manifeſtauit ſuæ plenitudinem poteſtatis, vt patet legenti geſta Patrum, & Eccleſiæ.

Quamvis & hìc Petrus primus inueniatur, & in electiooe Matthiæ, & in condemnatione Ananiæ, & Saphiræ, & Simonis, & ex traditiooe ſucceſſiua Apoſtolorum, Papam potiùs, quàm Concilium primatum obtinere animis, vocibuſque Chriſtiaoorum inhibitum eſt, vſque ad Concilium Conſtantienſe, ad quod vſque tempus ſancti Doctores abſque dubio hoc docuerunt.

Nec Concilium Conſtantienſe, aut Baſileenſe oppoſitum determinare potuit, quia ſi Hieronymi ſolius auctoritas innixa ſacræ Scripturæ præualuit Concilio, (vt patet 36. quæſt. 2. cap. tria, iuncto cap. placuit) quantò magis tanta lucida nubes teſtium inductorum innixa ſacræ Scripturæ apertè, vt monſtratum eſt, & mooſtrabitur, præualet Coogregationi Conſtaotienſi, aotè Martinum, & Baſileenſi Concilio. Omnia enim Coocilia per Romanæ Sedis auctoritatem robur acceperunt, & facta ſunt, vt capit. ſigoificaſti, de elect. allatum eſt.

Quòd autem nec ratione ex Theologicis principijs hoc habetur, ſed potiùs oppoſitum manifeſtatur, tota eoim ratio huius conſiſtit in hoc, quòd Summus Prouiſor, & Legislator Dominus Ieſus Chriſtus oon reliqoit Eccleſiam dilectiſſimam ſine ſufficienti regula, & inobliquabili in remedium occorrentiom defectuum; ſed Papa eſt peccabilis, Eccleſia verò errare non poteſt; ergo.

Hæc enim ratio ad hoc propoſitum noo ſolùm non procedit ex principijs Theologię, ſed in hæreſim addocit damoatam: pro fundamentoro enim ſumitur, quòd Eccleſia non poteſt errare: aut loquuntur de errore perſonali in gratia gratum faciente, aut de errore iudiciali, definiendo io quacomque re Eccleſiæ, vel io fide. Si loquuntur de errore perſonali io gratia, io hæreſim incidiout damnatam, quòd poteſtas Eccleſiaſtica fundatur ſuper charitate, & tameo hoc modo contra ſeipſum oportee, quòd intendat iſte homo, quia expreſsè affert pro ratione, quia Papa eſt peccabilis, & ſacrum Collegium ei aſſiſtens noo eſt confirmatum io fide, & gratia.

Ex hoc ergo, quòd apud ipſum Eccleſia eſt firmata in fide, & gratia, & propterea inobliquabilis, oportet dicere, quòd à Deo habeat regulatiuam poteſtatem vſus omnis Eccleſiaſticæ poteſtatis. Et hoc quid aliud eſt dicere, quàm ſequi hęreſim illorum, qui, quoniam, vbi ſunt duo, vel tres congregati in oomine Domini, in medio eorum eſt Dominus, Eccleſiaſticam poteſtatem in bonis Chriſtiaois ponunt?

Amplius. Quis reuelaoit huic homioi, quòd Prælatorum congregatio in Concilio gener. ſecluſo Papa, ſit confirmata magis in fide, & gratia perſonali, quàm Collegium Cardinalium? quare ooo poſſunt omoes illi eſſe in peccato mortali ſicut iſti?

Præterea. Quamvis Eccleſiæ ſit promiſſa gratia perſonalis io aliquo ſuppoſito ſemper (iuxtà illud Matt. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum omoibus diebus, vſque ad coosummatiooem ſeculi,) quis hoc promiſit Prælatis iſtis ſic coogregatis magis, quàm Collegio Cardioalium cum Papa?

Quæcumque enim auctoritas afferatur de congregatis, ſcilicèt: Vbi duo, vel tres, &c. Si duo ex vobis cooſenſerint, & ſimilia, oon magis habet locum in illa acephala congregatione, quàm in iſta noo acephala, quæ verè eſt in oomioe Domini, ſaltem quoad auctoritatem.

Nec poteſt dici, quòd hoc conueniat Concilio dicto ex repræſentata Eccleſia vniuerſali, quia gratiæ perſonales repræſentati non tranſeunt in repræſentaotem, vt patet inductiuè.

Si verò loquuntur de errore in iudicialiter definiendo de re qualibet, conſtat & quòd Papa, & quòd Concilium ſimol cum Papa errare poteſt, malè iudicando de voo Regoo, qood iſte habet ius eius, & non alter, aut quòd ille Epiſcopus ſit ſimoniacus, vt patet io cap. à nobis, de ſentent. excomm. & io vol. ſancti Thomæ, vbi ſupra.

Si autem de iudicio fidei ſit ſermo, tuoc aut comparatur Papa, & Coocilium ſecundùm proprias naturas, & vires; & ſic tam Papa, quàm Concilium poteſt errare, quia omois homo mendax. Aut ſecuodùm aſſiſteotiam Diuinæ prouidentiæ; & ſic falſum, & erroneum eſt dicere, quòd Papa poſſit errare: quia hoc eſſet dicere, quòd Eccleſia tota poteſt errare io fide, quia ad ipſum pertinet determinare de fide, vt habetur de Baptiſmo, & eius effectu, cap. maiores, & 24. quęſtione 1. capitulis, à recta, memor ſum, & quoties. Et quicquid determioatum eſt ab ipſo de fide, omnes Chriſti-fideles ſequi oportet, vt patet ex hoc, quòd hæreticus cenſetur, qui damoatæ ab Apoſtolica Sede concluſioni io fide, adhæret pertinaciter: & ex hoc quòd qui aliter docet, & ſentit de fide, & Sacramentis Eccleſiæ, quàm Romana Eccleſia hæreticus eſt, vt patet ex ſancto Thoma in 2. 2. quæſt. 1. artic. vlt. doceote, quòd ad Summi Pontificis auctoritatem pertinet, finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur; & in quęſt. 11. artic. 2. ad 3. quod contra Papæ auctoritatem in materia fidei; nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum Doctorum ſuam ſenteotiam defendit; & ex ca. ſi Papa diſtinct. 40. vbi dicitur, quòd ea ipſo poſe Domioum vniuerſorum ſalus dependet; & per hoc infallibile Papæ iudicium, impletur illud Ioann. 14. quod Spiritus ſanctus docturus eſt nos omnia.

Colligendo igitur rationis ſolutionem, dicitur, quòd ſemper altera præmiſſarum eſt erronea.

Si enim eſt ſermo de obliquitate à gratia, illa vniuerſalis eſt erronea, ſcilicèt, quòd obliquum oportet regulari io tertia à recto,

& eſt

& eſt expreſsè damnara etiam à Concilio Conſtantienſi ſub Martino.

Si autem eſt ſermo obliquitate à iudicio fidei, illa propoſitio eſt erronea, ſcilicèt, quòd Papa poteſt errare,& reliquum Eccleſiæ non. Confirmantur hæc auctoritatibus ſupra allaris.

Et hæc reſponſio eſt ratio ſumpta ex parte cauſæ materialis, ex hac enim habetur, quòd non magis communitas,quàm vna perſona in officio Vicariatus Chriſti poſitã, quantùm ad ea, quæ ſunt fidei, habet, quòd ſit ſubiectum, ſeu materia aſſiſtentiæ Diuinæ, cùm non ſit differentia apud Deum in multis, aut paucis, vno, vel pluribus ſaluarẽ, immò ex quo Monarchicum inſtitutum eſt regimen|, in vno ſolo conſtituta eſt poteſtas; vt S.Thom.in 4. ſentent. diſtinct.19. quæſt.1. dicit. Ex quo patet, quòd voluntariè dicitur, quòd Papa habet poteſtatem in ædificationem, prout Sapiens, ideſt Concilium determinabit.

In his enim, quæ ſunt fidei, ſecundùm Diuinam Sapientiam in Scripturis reuelatam, & ſibi aſſiſtentem; in directione autem morum, ſecundùm prudentiam Monaſticam, & politicam, quæ in Principe eſt, ædificarẽ Eccleſiam debet.

Et ad hæc multum adiuuatur ex Concilio ſanctorum Patrum, & propreteà cum veneratione à Summis Pontificibus ſuſcipiuntur; oſtendunt ſiquidem ſtatuta inter Papæ, quòd ſequi ſecundùm Deum debet, quamvis cogere ipſum nequeant, vt ex prima ſecundæ S.Thom. allatum eſt.

Rationes autem, quæ concernunt depoſitionem Papæ, inferiùs ſoluentur.

Ex parte verò cauſæ formalis, quia Papatus eſt ex formali ſua ratione ſuprema in Eccleſia Dei poteſtas, vt ex antèdictis habetur, & iſtemet fatetur. Suprema autem poteſtate in Eccleſia repugnant dari in Eccleſia ſuperiorem, quia iàm non eſſet ſuprema iñ Eccleſia; ſed poteſtas in Eccleſia, regulatiua Papatus, quò ad vſum eſt ſuperior Papatus; ergo in Eccleſia Dei non eſt talis poteſtas, & conſequenter non eſt illa Papatus, ſicut iñ regulatiuo vſus illius.

Prima propoſitio aſſumpta (vt dictum eſt) patet ex determinatione etiam Concilij Conſtantienſis, ſub Martino V.

Secunda autem eſt nota ex terminis.

Tertia autem, & probatur, & eſt ab eo confeſſa.

Probatur quidem, quia cùm par in parem non habet imperium; & propreteà vnus Papa non poteſt ligare manus alterius, oportet ſi Eccleſia poteſt ligare manus Papæ, conſtituendo leges coactiuas circa vſum Papatus, & ſuſpendendo ab exequutione, quòd poteſtas Eccleſiæ non ſit par Papatui, ſed ſuperior Papatu.

Confeſſa eſt autem ab hoc viro, cùm loquens de diſpenſatione facta à Papa dicit, Tenet, &c.

Hæc diſpenſatio ſi non contineat errorem apertum, aut niſi fuerit ſuperiori legẽ prohibita, quòd dicitur propter ſtatuta fieri poſſibilia circa Papalis vſum poteſtatis per generale Concilium. Hæc ille.

Et vt magis pateat horum fictio, aduertendùm eſt, quòd quemadmodùm in adunatione omnium ſenſuum exteriorum in vnum ſubiectum, non inueniretur aliquis vnus Iudex præter ſingulas ſenſuum poteſtates, niſi ſenſus ſuperior eis omnibus, & communis omnibus præiungeretur; & propreteà oportet ponere ſenſum communem, vt patet in ſecundo de anima, vnicum, & communẽ omnium ſenſibilium iudicem altiorem omnibus, quo vno vnum ſubiectum habens plures ſenſuum poteſtates iudicat; ita poſito, ſed non conceſſo, quod in Eccleſia inuenirentur omnes poteſtates Eccleſiaſticæ, ſcilicèt, Papatus, Cardinalatus, &c. Si ex eis non reſultaret, aut quomodolibet eis iungeretur vnã alia poteſtas, nihil poſſet, niſi quòd ſecundùm ſingulas poteſtates Papatus, Cardinalatus, Epiſcopatus, &c. poſſet perindè enim eſt, vt dicitur in ſecundo de anima, duabus potentijs iudicare, ac ſi duo Iudices eſſent. Et concurſu igitur omnium poteſtatum in Eccleſia vniuerſali etiam cum Papa, non plùs poteſt apud Sapientes tota Eccleſia cum Papã, quàm poſſint ſingulæ poteſtates, ac per hoc cùm Papatus non poſſit ligare manus Papæ, nec tota Eccleſia hoc poteſt, niſi fingatur ſuperior quædam poteſtas Papatu, qua Eccleſiæ communitas vtens iudicet de ſingularum poteſtatum actibus, & ſi hoc fingitur, contratradicitur veritati, & ſibi ipſi, qui Eccleſiam ex Papatu, Cardinalatu, Epiſcopatu, &c. componi vult.

Ex cauſa demùm finali probatur intentum quadrupliciter.

Primò, quia: *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charibdim*. Si enim propter hunc finem, vt quilibet potens errare, habeat ſuperiorem in terris, oportet hanc in Eccleſiã ſupra Papam poteſtatem ponere, quis corriget Concilium ipſum potens errare? immò, quòd de facto errauit in decretis illis Conſtantienſi, & Baſileenſi, & in multis alijs errare poteſt.

Prupter quod à Concilio ad Papam conceditur appellatio, vt S. Thom. in quæſt. de poteſt. Dei quæſt.10. artic.4. ad 13. dicit. Et de Concilio Baſileenſi, quòd quamvis legitimè congregatum, errauerit notoriè, conuincitur ex ipſius verbis in ſecunda ſeſſione: ſcilicèt: Synodus Baſileenſis decernit, & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione, ac morum generali reformatione Eccleſiæ in capite, & in membris, necnon pace inter Chriſtianos procuranda, in Spiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quamvis auctoritate, etiamſi Papali dignitate præfulgeat, diſſolui, aut ad alium locum transferri, ſeu ad aliud tempus prorogari debuit, aut potuit, debet, aut poteſt, debebit, aut poterit in futurum, abſque eiuſdem Synodi Baſileenſis deliberatione, & conſenſu. Hæc ibi.

Vbi manifeſtiſſimè apparet, quòd etiam in his, quæ ſunt iuris poſitiui, qualia ſunt tempus, & locus Concilij, determinauerunt non habere poteſtatem Summum Pontificem, etiam antequam ipſa Synodus congregatã ibi tunc eſſet; quòd tam erroneum eſt, vt argumentatione non egeat. Et hoc vnum ideò attuli, vt oſtendatur, & quòd Concilium ritè etiam congregatum auctoritate Rom. Pontificis,

ficis, ipſo habente, aut non conſentiente decretis errare poteſt, & errauit, & vt ex hoc voo manifeſtè falſo in principio Concilij illius decreto, omnium decretorum illius auctoritas quanta ſit cognoſcatur.

Inquit eoim Auguſtinus, quòd ſi vel minimum mendacium in ſacra Scriptura admittitur, tota perit.

Secuudò, quia verus finis poteſtatis Eccleſiaſticæ ſcilicèt, vnitas fidei, charitatis, & pacis, quæ vna eſt Eccleſia, & perueniruc ad Patriam Cœleſtem, meliùs cauſatur per vuum, quàm per plures cooueuientes in vnum.

Tertiò, quia nimis derogat dignitati ſupernaturalis ordiois poſitio illa, quaſi ſicut Deus in naturalibus creauit hominem liberum, & reliquit eum io manu Concilij ſui, quo fit, vt communitas libera Regem conſtituat cum certis legibus tacitis, vel expreſſis, ſic diſpoſuerit Chriſtus ſupernaturali regimine Eccleſiæ dando commuoitati poteſtatem ſupra Principem. Longè quippè aliter eſt, nàm ſupernaturalis regimiuis firmitas non ſuper humano concilio, ſed ſuper Diuina aſſiſtentia ſupernaturali fundatur, ac per hoc ad infallibilitatem inſallibilitee conſequendam, ipſa ſupernaturalis regiminis reſolutio reſpuit recurſum ad poteſtatem communitatis.

Quartò, qoia eum gratia perficiat naturam per modum eius, & Diuina Sapientia diſponat omnia ſuauiter, oportet vt Ieſus Chriſtus diſponat regimeu Eccleſiæ ſuæ, vt viuus, non vt defunctus, propter quod non antè mortem, ſed poſt reſurrectionem in æternum non moriturus, Petrum ioſtituit non ſucceſſorem, ſed Vicarium ſuum.

Commune eſt autem omnibus Principibus viuentibus Vicarios inſtituentibus, ve poteſtatem Reipublicæ ſuper Vicarium non dent, ſed ſibi reſeruent iudicaudum. Dominus igitur Ieſus Chriſtus communitati Eccleſiæ non dedit poteſtatem ſuper ſuo Vicario, ſed illi ſuam aſſiſtentiam nou deſuturam aperieus, Lucæ 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; ipſi confirmatione aliorum commiſit, ſubdens: Confirma fratres tuos. Et hæc ratio licèt magis ex modo, quàm fine regiminis ſumatur; oſtendit tamen, quòd ad conſequendum Eccleſiæ finem ex modo regiminis non conuenit in Eccleſia talem ponere poteſtatem. Quia ergo poſita poteſtas iſta in Eccleſia ſupra Papam, regimini Eccleſiæ per Vicarium, ſub Ieſu Chriſto viuente non conſonat, & ſupernaturali reſolutioni Eccleſiaſtici iudicij derogat, & ad verum Eccleſiæ finem inepta eſt, & intentum finem correctionis omnium errare potentium non aſſequitur, rationali formali Papatus repugnat aſſiſtentiæ Chriſti ad Papæ iudicium in his, quæ ſunt fidei obſtat, & nulla auctoritate authentica, aut ratione efficaci aſſeritur, totque Sanctorum teſtimonijs aduerſatur, concludendum eſt, quòd fruſtrà, ignorantet, temerè, atque impiè prædicatur, ſcribitur, & defenditur.

C A P. XII.

Quod ſecluſo Papa, non ſit in Eccleſia poteſtas legislatiua.

QVoniam autem, prætee dictam poteſtatem, duas alias io Concilio locat, ſecluſo Papa, ſcilicet poteſtatem applicandi poteſtates Eccleſiaſticas ad perſonas, & poteſtatem condendi, interpretandique auctoritatiuè legis, de his aliquantiſper dicendum eſt.

Auctoritas Eccleſiæ in coodeodis legibus conuenit Eccleſiæ ſecundùm iſtum ex hoc, quòd eſt communitas perfecta. Vndè ſi quælibet communitas libera, & perfecta poteſt condere leges, & ipſius ſolius auctoritate poſſunt mutari conditæ ab ea leges, ſic in Eccleſia etiam oportet.

Sed vt breuiter error iſtius pateat, omiſſo, quòd Eccleſia abſque Papa non eſt communitas perfecta, quia ſine capite, dicimus, quòd quia Eccleſia vniuerſa diſtincta contra Papam eſt communitas ſubiecta à Ieſu Chriſto Papæ, vt patet ex auctoritatibus inductis, teſtantibus ipſum eſſe Paſtorem, Rectorem, Epiſcopum, Directoremque omnium Chriſtianorum, & Vniuerſalis, ſeu Catholicæ Eccleſiæ, conſequens eſt, quòd Eccleſia, etſi poſſit ordinare per modum ſocietatis cuiuſdam, non tamen poteſt aliquid ſtatuere, habens vim coactiuam, non ſolus circa actus Papæ, ſed nec circa quemcumque Chriſtianum, niſi ratione auctoritatis Prælatorum illius, ſi illi ad hoc concurrunt, & ſi fiat de facto, non valet, niſi auctoritate Romani Pontificis implicitè, vel explicitè roboretur. Vndè ſanctus Thomas, vt ſuperiùs adductum eſt, ioquit: Sancti Patres in Concilijs congregati, nihil poſſunt ſtatuere, niſi interueniente auctoritate Romani Pontificis. Et, vt prædictum eſt, rectè dixit, ſancti Patres, quia multi Patres ex ſua temeritate poſſunt ſtatuere, etiam ligando manus Pontifici Summo. Et confirmatur hoc ex diſtinctione legis poſita a ſancto Thoma in prima ſecundæ, q. 90. art. vlt. vbi ex prædeterminatis concluditur, quòd lex eſt rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis, promulgata. Ex hoc enim patet, quòd lex Eccleſiæ nihil aliud eſt, quàm rationis ordinatio ad Eccleſiæ commune bonum à Papa, qui curam habet communitatis Eccleſiaſticæ promulgata, ac per hoc communitas Eccleſiæ, cui ſui ipſius cura non eſt relicta à Ieſu Chriſto, ſed commiſſa Papæ, non poteſt leges auctoritatiuè facere. Et hoc cognoſcentes ſancti Patres, à Papa robur decretorum ſuorum recognouerunt, vt etiam exorto hoc errore poſt electum Martinum Papam V. ipſa requiſitio Oratorum Regis Poloniæ, quòd approbarentur deciſa in materia fidei à Martino teſtatur, vt patet in Seſſione vltima. Et Baſilienſes multum inſteterunt apud Eugenium IV. vt decreta Baſilienſis Concilij approbaret, & numquam obtinuerunt, vt Dominus Ioannes de Turrecremata refert, & in geſtis Baſilienſis Concilij apparet.

Am-

Ampliùs, Auctoritas Eccleſiæ determinatiua de his, quæ ſunt fidei, principaliter reſider in ſummo Pontif. & non ſolùm principaliter, ſed finaliter, itá quòd ad ipſum ſpectat finalis de fide determinatio, nec exſpectat Concilium, ſed Concilij ſententia à Papa confirmatur, & à Concilio, ad Papam appellatur, vt ſanctus Thomas in allatis locis, & Secunda ſecundæ, & quæſtio, de Potentia Dei, & contra errores Græcorum docet, ergo à fortiori ad Papam principaliter, & finaliter ſpectat cætera ſtatuere, & fruſtra à Concilio ad eum appellaretur, niſi iuſtitiam poſſet ſupra Concilium miniſtrare.

Ampliùs, Conſuetudo Eccleſiæ habet, & habuit, vt Papa in omnibus, quæ non ſunt de iure naturæ, aut diuino, poſſit non ſolùm diſpenſare, ſed mutare iura, non ergo ipſe à Concilio in interpretando dependet, ſed econuerſo. Et ex hoc patet, quòd capitulum frequens, in Concilio Conſtantienſi decretum, niſi Apoſtolica auctoritate firmatum ſit, non habet certam vim obligariuam, quoniam in ſeſſione 39. ante electum Martinum factum eſt.

CAP. XIII.

Quòd poteſtas applicatiua Eccleſiaſtica poteſtatis ad perſonam, non eſt in Eccleſia ſecluſo Papa niſi in caſu.

DE Auctoritate autem applicatiua Papatus, & aliarum Eccleſiaſticarum poteſtatum ad hanc perſonam, vel illam, ſciendum eſt, quòd poteſtas iſta regulariter, & principaliter eſt in Papa, & non niſi in caſu in Concilio, ſeu Eccleſia. Et in Papa quidem eſſe poteſtatem hanc quo ad applicationem poteſtatum inferiorum Papatu, patet tum ex geſtis Apoſtolorum, dum ſingulos Epiſcopos per loca inſtituebant, tum Eccleſiæ conſuetudine, quæ quotidiè hæc à Papa facientem ſuſcipit abſque conſcientiæ ſcrupulo, tum ex ratione officij ſui, ad eundem namque ſpectat plena poteſtas ſupremi regiminis, & aſſumptio aliorum in partem ſollicitudinis, vt patet Exodi 18. vbi Moyſes dux populi ex conſilio Iethro elegit, & conſtituit Principes populi, & millenos, & centuriones, & decanos. Quo ad applicationem verò Papatus, & ex geſtis beati Petri Apoſtoli, cum inſtituit Clementem Papam, vt habetur 8. qu. 1. Si Petrus, ex auctoritate Ioannis tertij, qui ſedit anno Domini 600. tempore Iuſtini Imperatoris, & ex continua obſeruatione liquet. Papa namque inſtituit ad quos ſpectet electio, & mutat & limitat ſic actum electionis, vt oppoſito modo ſit irritus. In Eccleſia autem, ſeu Concilio non eſſe hanc auctoritatem ſecluſo Papa, ex hoc patet, quòd tota Eccleſia non poteſt auctoritatiuè mutare legem factam à Papa, puta quòd electio non ſpectet ad Cardinales veros, & indubitatos, quòd electus à minus, quàm duabus partibus Cardinalium, ſit Papa, ſed benè econuerſo, Papa poſſet ſtatuere, quòd electus à minus, quàm duabus partibus Cardinalium, ſit Papa, & quòd electio ſpectaret ad tales, & tot Prælatos, & non ad hos, qui vocantur Cardinales, quia eiuſdem eſt deſtituere, cuius auctoritatiuè eſt conſtituere in his, quæ ſunt iuris poſitiui, quale eſt, quòd electio ſpectet magis ad Presbyteros, & Diaconos talium Eccleſiarum Romę, qui vocantur Cardinales, quàm ad Canonicos Lateranenſes, & ſancti Petri, magis ad Epiſcopos Hoſtienſem, Sabinenſem, Præneſtinum, Tuſculanenſem, Albanenſem, & Portuen. quàm ad alios Epiſcopos. Hoc enim nec à diuino, nec à naturali iure eſſe conſtat.

Si enim poteſtas ipſa applicatiua eſſet in Eccleſia, ſecluſo Papa, poſſet Eccleſia mutare ſtatuta Papæ, circa applicationem huiuſmodi. Vnde ſecundùm veritatem, Concilium, ſecluſo Papa, quia nihil poteſt niſi quòd per ſingulas poteſtates in eo contentas poteſt, nec vnum quidem, & illum minimum poteſt conſtituere Epiſcopum, ſi illi Prælati ad quos ſpectat illum conſtituere, defuerint. Papa autem poteſt, & eligere, & conſtituere Epiſcopos vbique terrarum ſua ſola auctoritate, quæ non ſua, ſed illius eſt, qui graditur in multitudine fortitudinis ſuæ.

In caſu autem permiſſionis, puta, quia Papa nihil ſtatuit in oppoſitum, & ambiguitatis, quia neſcitur ſi aliquis eſt verus Cardinalis, & ſimilium euentuum mortuo, vel incerto Papa, vt tempore magni ſchiſmatis inchoati, ſub Vrbano ſexto contigiſſe videtur, in Eccleſia Dei eſſe poteſtatem applicatiuam Papatus ad perſonam, ſeruatis debitis requiſitionibus, ne perplexa ſit, aſſerendum eſt. Et tunc per viam deuolutionis ad vniuerſalem Eccleſiam poteſtas hæc deuenire videtur. tamquam non exiſtentibus electoribus determinatis à Papa ad repræſentandum illam in hoc actu pro bono ipſius Eccleſiæ. Iam enim oſtenſum eſt, quòd Eccleſiæ cura non ſibi ipſi, ſed Petro à Chriſto commiſſa eſt, & propterea determinatio Petri, ad exercendum electionis actum nomine Eccleſiæ præualet, tam determinationi, quàm actui ipſius Eccleſiæ, cuius nomine, ſed non auctoritate fit.

Quid autem de poteſtate depoſitiua ſentiendum ſit, inferius tractabitur, Domino concedente. Hæc autem dicta ſunt, vt pateat, Concilium ſecluſo Papa, nec regulatiuam vſus papalis poteſtatis, nec legum conditiuam, & interpretatiuam, nec applicatiuam omnis poteſtatis Eccleſiaſticæ ad perſonam poteſtatem auctoritatiuè habere, ſed omnia a Papa mendicare ipſum oportet.

Et per hæc etiam ſatis elatum reſtat, quòd Concilium non habet Papalem poteſtatem ſuppletiuè. Etſi contra hæc afferantur geſta in Concilio Conſtantienſi, iam dictum eſt, quòd propter incertitudinem Papæ, & electorum in his, quæ electionis actus exigebat, admitti poteſt congregatio illa poſt vnionem trium obedientiarum.

Veruntamen perfectum, ac indubitatum Concilium abſque vero, & indubitato Papa, & vno eorum contradicente, eſſe non potuit, propter quod illius acta non niſi ſub Martino

quinto authentica ſunt, ſub quo nihil geſtum eſt à Concilio ſicut prius.

CAP. XIV.

In quo ſoluuntur rationes contra Papam, quòd Eccleſia ſit totum, & auctoritas eius maior in ſex.

Qvod verò dicitur, quòd comparate Eccleſiam Papæ, eſt comparare totum parti integrali, de poteſtatibus Eccleſiaſticis loquendo, quia de his eſt ſermo, facillimum eſt ſoluere, immò ſophiſticum monſtrare, nam ſophiſma eſt. Nam ſicut vnitas eſt pars numeri, & ſenarius numerus eſt maior tam vnitate, quàm dualitate, ità Papatus, qui eſt vnica poteſtas Eccleſiaſtica, eſt pars totius numeri poteſtatis Eccleſiaſticæ. Et hoc modo poteſtas Eccleſiæ eſt maior poteſtate Papæ, ſicut totum parte, & hoc eſt dicere, quia ſunt plures poteſtates, quàm poteſtas Papæ, quòd gratis conceditur. Sed ex hoc non ſequitur, quòd poteſtas Eccleſiæ ſit maior, ideſt plus poſſit, quàm Papa, in quo ſenſu diſputatur.

Vnde puerile eſt, quòd ex diſtinctione poteſtatis Eccleſiaſticæ in Papatum, Cardinalatum, Epiſcopatum, &c. inferatur, quòd quærere, an Eccleſia ſit maior Papa, eſt quærere an totum ſit maius parte integrali.

Quod etiam dicitur, quòd Eccleſiæ auctoritas eſt maior auctoritate Papæ in ſex, falſum & erroneum eſt: quoniam ſi ſumatur Eccleſia, vt diſtincta contra Papam, nullo modo eſt maior Papa, niſi amplitudine ſeu extenſione numeri, quia Papa eſt vna poteſtas, illa multæ. Ex quo enim oſtenſum eſt quòd Papatus, ſecluſo Papa, non eſt in Eccleſia niſi potentia miniſterialiter electiua, quia ſcilicet poteſt ſede vacante Papam eligere per Cardinales, vel per ſe ipſam in caſu, & Papatus eſt poteſtas ſuprema, ad quam ſpectat cauſas fidei determinare, & qui certus eſt, non eget ampliùs certificari, erroneum eſt dicere, quòd vltima deciſio fidei non ad Papam, ſed ad Concilium ſpectat, & tantò magis erroneum, quantò de Concilio dicitur diſtincto contra Papam.

Et quoniam ſola diuina aſſiſtentia cauſa eſt inobliquabilis directionis, & iudicij in Eccleſia, & hæc adeſt Papæ, & ſimiliter Papatus eſt poteſtas omnium aliarum poteſtatum, coactiuum vim habens, & omnem poteſtatem virtualiter continens, conſequens eſt, quòd auctoritatiuè Eccleſia non ſit maior Papa, ſed econtrario in cæteris quinque enumeratis cap. 10.

Et ſic patet quanta cæcitate percuſſus fuerit iſte Gerſon, dicens quòd luce clariùs ex principijs Theologiæ deducta erat concluſio iſta, quam monſtrauimus erroneam.

Et rursùs quàm præſumptuoſus fuerit, appellando Doctrinam Sanctorum, annis 140. approbatam, peſtiferam & perniciosiſſimam. Nec excuſatur niſi affectata fortè ignorantia ex declaratione Concilij Conſtantienſis, in vna tantùm obedientia ſub Ioann. XXIII. Papa dubio, profugo etiam & reclamante, vt dicitur.

CAP. XV.

Opinio aliorum, quòd in Eccleſia ſecluſo Papa, eſt auctoritas congregandi Generale Concilium.

Et quoniam inter ſingulares auctoritates Rom. Pont. poteſtas congregandi Generale Concilium computatur, & hanc aliqui putant alijs conuenire poſse, idcirco in hac quoque Concilium Papæ comparandum ſpecialiter eſt.

Eſt igitur nonnullorum opinio, quòd quamuis regulariter congregatio Concilij ſpectet ad Papam, vt in cap. Significaſti de elect. & diſt. 17. per totum in decretis patet, in caſu tamen aliquo congregari Generale Concilium poteſt, Papa non conſentiente, ac etiam ignito.

Fundant hoc ſuper illo principio, ſcilicet, Regulæ generales patiuntur exceptiones, præſertim vbi caſus particulares incidunt variabiles modis infinitis, quod probatur ex *epieiceia* in 5. Ethic. & gnome in 6. Eth. virtutibus poſitis ab Ariſt. ad has exceptiones. Ex his namque oportet dicere, quòd quandocumque obſeruatio legis diſſiparet vnitatem, quæ eſt finis legis, & obeſſet Reipub. non eſſet in illo caſu ſeruanda.

Et propterea ſi Papa requiſitus nollet neceſſarium congregare Concilium, non eſt ſeruanda pro tunc lex, quòd ad ipſum ſpectat congregare, ſed ipſo inuito congregari poteſt. Explanat autem dictus Ioannes Gerſon tres in ſpecie caſus, in quibus congregatio Generalis Concilij ſit legitimè ſine Papa.

Primus eſt dum deſit eſſe, quod tripliciter accidere poteſt, ſcilicet vel per mortem naturalem, vel per mortem ciuilem, vt ſi cadat in perpetuam *maniam*, aut ſi ad eum captiuatum non pateat acceſſus, vel per mortem canonicam, puta depoſitionem.

Secundus eſt, dum ſufficienter requiſitus Papa de conuocando Concilium, renuit contumaciter in perniciem Eccleſiæ, præſertim ſi tangat ipſum.

Tertius eſt, ſi Concilium poſtquam à Papa eſt legitimè congregatum, ſtatuat certum tempus, & locum pro celebrando Generali Concilio, puta intrà quinquennium, vel de decennio in decennium, etiam vbi Papa renueret. De auctoritate autem Concilij ſine Papa, dicit quòd fulcitur, & vtitur auctoritate, primò Ieſu Chriſti indefectibilis capitis Eccleſiæ.

Secundò legum ſuarum tam diuinæ, quàm naturalis, quæ hanc licentiam vel neceſſitati, vel manifeſtæ charitati, vel religioſæ pietati concedunt, pro quo facit auctoritas Domini Marci 11. excuſantis diſcipulos à violatione Sabbathi, exemplo Dauid, propter neceſſitatem.

Sunt, & alij duo caſus poſiti à Felino io ca-

Digitized by Google

capic. Supet literis columna decima in titulo de reſcript. & ab Alexand. in 17. diſt. Can. Synodum.

Primus eſt in caſu, quo Papa poteſt legitimè deponi, quia ex quo Concilio contra Papam diſtincto ineſt poteſtas deponendi Papam, oportet quòd poſſit ſeipſum diſperſum congregare, vt deponat, alioquin cum Papa deponendus nollet congregare Concilium, non poſſet deponi.

Secundus eſt, cum dubia eſt electio facta de Papa, alioquin perplexa eſſet Eccleſia, dum neſciret ſe habere Papam, & non poſſet obuiare. Et hoc modo conſummata eſt congregatio Concil. Conſtantien. Bened. XIII. nolente Concilium autenticare, quantum ſua intererat.

CAP. XVI.

Quomodo verificetur, quòd Concilium poteſt, aut non poteſt, ſine Papa congregari.

AD euidentiam propoſitæ ambiguitatis ſcire oportet, quòd aliud eſt loqui de conuocatione, & congregatione perſonarum, ex quibus conſtitui poteſt Concilium, & aliud eſt loqui de conuocatione, ſeu congregatione Concilij.

Primum enim ſignificat ſolummodo congregationem ad ſimul eſſe quo ad locum, tempus, collationem mutuam, & huiuſmodi: ſecundum autem ſignificat congregationem ad auctoritatiuè diſponendum de vniuerſali Eccleſia.

Et ſi de primo fiat quæſtio dicendum eſt, quòd regulariter ſpectat ad Papam, ſicut ad quemlibet Principem ſpectat conuocatio procerum Regni ſui, & ſi ipſo inſcio huiuſmodi conuocatio ſit, ſuſpicio generatur coniurationis.

Hoc tamen non ſic ſpectat ad Papam, quin in multis caſibus poſſit, & ſine ipſo, & contra ipſum fieri.

Et ſecundùm hunc ſenſum verificari poteſt dictum aliquorum, quòd Concilium poteſt congregari ſine Papa, & quòd Papæ poteſtas congregandi Concilium introducta eſt de iure poſitiuo, vt in Can. vlt. diſtinctionis decimæſeptimæ, Alexander dixit, pro quanto ad modum iuris poſitiui exceptiones patitur, & vana eſt quæſtio de poteſtate ſic congregandi, quando ſunt vndecumque congregati Patres.

Sed ſi de ſecundo modo congregandi fiat quæſtio, diſtinguendum eſt, quòd duplex eſt Concilium auctoritatiuum, quoddam perfectum ſimpliciter, quoddam perfectum ſecundùm præſentem ſtatum Eccleſiæ.

Vocatur Concilium perfectum ſimpliciter, quod conſtat ex capite, & membris, quod poteſt ſimpliciter ſtatuere, & ordinare vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ.

Vocatur Concilium perfectum ſecundùm præſentem ſtatum, quod conſtat ex membris poſſibilibus inueniri, Eccleſia in tali ſtatu exiſtente, & poteſt quo ad aliquid tantùm de vniuerſali Eccleſia ſe impedire. Et vtrumque horum, licèt habeat latitudinem, quia Concilium perfectum ſimpliciter ſit capite præſente perſonaliter, & hoc eſt perfectum in ſummo, de quo non eſt dubium, quòd errare in his quæ ſunt fidei, non poteſt. Quando autem ſit per legatos, cum adhuc ſuperſit Papa, ad quem finalis determinatio eorum, quæ ſunt fidei, & conſequenter reliquarum cauſarum ſpectat, & à quo ſententia Concilij confirmatur, (vt patet ex dictis.) ſi erraret in aliquo, (vt de Concilio Baſilienſi patet,) habet correctorem Papam, ſicut & illud habuit, & habet. Concilium quoque perfectum ſecundùm præſentem ſtatum Eccleſiæ pluribus modis contingit, quia & exiſtente vno Papa hæretico deponendo, & exiſtentibus pluribus Pontificibus ſummis dubijs, quale fuit Concilium Conſtantienſe, licèt inquam latitudo ſit in vtroque, quo ad congregationem, tamen ſic ſe habent, quòd Concilium perfectum ſimpliciter ſolus Papa poteſt congregare.

Ità quod, nec mortuo, nec hæretico, nec quomodolibet aliter ſe habente Papa, poteſt Concilium perfectum ſimpliciter abſque Papę conſenſu fieri, & ſi fiat, de facto nullius auctoritatis eſt.

Probatur hoc primò ex dictis, quia ſcilicet communitas Eccleſiæ ſine Papa non habet poteſtatem Papalem, niſi in potentia electiua, vt oſtenſum eſt. Concilium autem perfectum ſimpliciter, includit poteſtatem Papalem in actu, ergo Concilium hoc non eſt perfectum ſimpliciter.

Secundò, quia ſi communitas Eccleſiæ abſque Papa conſtitueret Concilium perfectum ſimpliciter, cùm ad tale Concilium ſpectet ordinare ſimpliciter vniuerſalem Eccleſiam, & hoc ſit proprium Vicariatus Ieſu Chriſti, vt patet, ſequitur quòd communitas Eccleſiæ eſſet Vicaria Chriſti, & ſic Ieſus Chriſtus haberet in terris duos Vicarios ſuos & Papa non eſſet Vicarius Ieſu Chriſti immediatè, ſed eſſet Vicarius Vicarij, puta Concilij Acephali in terris, quod non ſolùm eſt erroneum, ſed fatuum.

Tertiò. Quia cùm ſolus Papa ex cura vniuerſalis Eccleſiæ habeat poteſtatem determinandi de fide, ordinandi ſymbolum, & congregandi Concilium (vt in quæſtione prædicta ſanctus Thomas probat ex ratione vnitatis fidei) ſicut cura vniuerſalis Eccleſiæ ex iure diuino conuenit ſoli Papæ, ita hæc ſpectantia immediatè ad ipſam curam vniuerſalis Eccleſiæ. Et confirmatur hæc ratio ex Doctrina eiuſdem ſancti Thomę in prima ſecundæ, qu. 100. art. 8. Quia ſcilicet ea, quæ ſunt de iure diuino determinata ab ipſo Deo, non ſolùm in communi ratione iuſtitiæ, ſed etiam quantum ad determinationem ad ſingulares actus, non ſunt diſpenſabilia à Prælatis Eccleſiæ, ſed à ſolo Deo. Verbi gratia, quia à Deo prohibita eſt ſimplex fornicatio, quod eſt coniungi non ſuæ, non poteſt fieri ab Eccleſia, quòd coniunctio cum hac non ſua, ſit quandoque licita, ſed ſolus Deus hoc poteſt: ſed Deus in ſolo Petro, & ſucceſſoribus poſuit curam vniuerſalis Eccleſiæ, & non reliquit ipſi Eccleſiæ curam ſuiipſius, & ad curam vniuerſalis Eccleſiæ ſpectat Concilij congregatio, & celebratio, vt patet ex eius

offi-

officio principali; ergo ſolus Deus poteſt in hoc diſpenſare.

Nec habet locum in hoc *epieiceia*, aut gnome, quoniam expreſsè in quinto Ethicorum dicitur, quòd eſt directio iuſtitiæ legalis, quam nos ius poſitiuum vocamus, quòd quia ab homine eſt non potente præuidere, & prouidere ſingulis euentibus defectibile eſt in caſu, & tunc gnome in intellectu practico, & *epieiceia*, in voluntate ſupplent, non interpretando ambigua, ſed manifeſta ſpectando, & eligendo, vt ſanctus Thomas in Secunda ſecundæ, quęſt. 120. articulo primo ad tertium, aperit. Non eſt ergo regula hæc, vt morales, grammaticales, ciuiles, aut canonicæ, ſed diuini iuris, à quo excipi nequit. Et ſic intelligenda ſunt quæ dicuntur in diſtinctione decimaſeptima, & propterea dixit S. Thomas, quòd ſancti Patres nihil poſſunt in Concilijs congregati ſtatuere, niſi auctoritate Romani Pontificis interueniente.

Concilium perfectum ſecundùm præſentem Eccleſiæ ſtatum poteſt congregari ſine Papa, & eo inuito ſi requiſitus non vult ipſe illud congregare, ſed non habet poteſtatem ad ordinandam vniuerſalem Eccleſiam, ſed ad prouidendum illi caſui tunc occurrenti. Et licèt caſus humani variabiles ſint infinitis modis, puta, ſi contingeret mori omnes Electores Papæ: ſi contingeret tale quid (quòd Electores non poſſent eligere ſine conuocatione Concilij, ad reprimendum, diſcernendum, vel pacificandum, &c.) omiſſis his, & ſimilibus, duos tantùm certos caſus, & qui fuerunt quandoque & poſſunt eſſe, affecto, in quibus Concilium tale congregandum eſt.

Primus eſt, ſi Papa propter hæreſim eſt deponendus, tunc enim ex quo requiſitus renuit, poſſunt Cardinales, poteſt Imperator, poſſunt Prælati congregationem vniuerſalem facere, in qua erit non vniuerſalis cura Eccleſiæ, ſed tantum depoſitiua poteſtas Papæ, & electio ad ſolos Cardinales (ad quod de iure ſpectat) pertinebit. Probabitur hoc, cum de depoſitione Papæ inferiùs agetur.

Secundus eſt, quando Papa vnus, vel plures in certa electione laborant, vt contigiſſe dicitur in magno ſchiſmate Vrbani Sexti & aliorum. Tunc enim ne perplexa ſit Eccleſia, illa membra Eccleſiæ, quæ inueniuntur, poteſtatem habent iudicandi verum, ſi poteſt ſciri, & ſi ſciri nequit, prouidendi, quòd electores in vnum eorum, vel alium conueniant, & ſi certi electores neſciuntur, cùm electio ad Eccleſiam deuoluta ſit, ex ipſo electorum defectu Concilium ſi imperfectum eliget, vt in Concilio Conſtantienſi factum videtur in electione Martini Quinti. In alijs autem recitatis caſibus nulla neceſſitas apparet talis Concilij, nam ſi non ſanæ eſt mentis perpetuò, & hoc conſtat, alius eligi à Cardinalibus poteſt, quoniam mortuus eſt Papa vita rationali non ſolùm in actu, vt dormiens, aut ebrius, aut phreneticus, ſed in potentia naturali. Conſtat autem, quòd Papa eligitur in Paſtorem Eccleſiæ ſecundùm vitam rationalem, & proptereà non eſt trepidandum timore, vbi non eſt timor. Et ſi dubium eſſet de ſanitate recuperanda, expectandum eſt, ſicut in diuturnis ægritudinibus. Poſſet quoque propter dubios euentus ſtatuto Pontificis obuiari huic caſui, ſi ſtatueretur, quòd Papa, inſanus factus, tanto tempore expectetur, & ſi poſt nullum veſtigium ſanitatis recuperandæ appareat, & à collegio Medicorum iudicatus incurabilis fuerit, cenſeatur mortuus, & Apoſtolicam Sedem vacare. Ex quo namque quilibet, ſub lege Pontificatum acceptaret, & eam non reuocaret, tacito conſenſu renuntiare, aut depoſitionem acceptare ſe profiteretur, adueniente tali caſu, & ſic ſi poſt electum alium Pontificem ſanus fieret, Papatum repetere non poſſet, à quo ſemel ritè cecidiſſet. Ex eo autem, quòd Papa captus eſſet, & non pateret acceſſus ad eum, alter non eſſet creandus. Petrus namque ſeruabatur in carcere nullo patente acceſſu, vt patet ex actibus Apoſtolorum, & tamen non eſt electus alter, ſed oratio facta ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo, ipſum liberauit. Numquid eſt abbreuiata manus Domini, aut ſtatuendus eſt terminus Domino intra quem debeat liberare Papam? vt fecit Ozias cum illis de Bethulia, & reprehenſi à Iudith ſunt dicente: Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei, vt patet Iudith ſeptimo, & octauo. Poſſet tamen in hoc, & in præcedenti caſu, Pontificio ſtatuto prouideri, quòd à Cardinalibus eligeretur vnus, qui vices Pontificis in omnibus, & per omnia illo fatuo, aut iſto incarcerato durante obtineret. Et tunc ille electus poſſet omnia facere in vtroque foro, ſicut modò poteſt Summus Pœnitentiarius in foro conſcientiæ abſoluere auctoritate iuris, mortuo Pontifice, vel fatuo, vel detento.

In caſu autem, quo Papa non hæreticus certus, & indubitatus, renuit requiſitus congregare Concilium, & ſtatutum eſſet Concilij generalis cum omnibus clauſulis derogatorijs, vt Conſtantienſes cœperunt, & Baſilienſes appoſuerunt, neſcio ad quid congregatio iſta fieret, cùm nihil poſſet facere, quòd renitens Papa non poſſet irritare. Pro erronea ergo habenda eſt omnis opinio, dicens Concilium perfectum, ideſt habens auctoritatem diſponendi, & ſtatuendi ſimpliciter de vniuerſali Eccleſia, poſſe abſque Rom. Pontificis auctoritate celebrari, ſeu congregari, quia derogat ſingulari priuilegio poteſtatis Papalis, conceſſo ſibi à Chriſto immediatè, vt patet ex dictis.

Dicentibus autem, quòd quia Concilium Conſtantienſe in ſeſſione 39. Et poſt Baſilien. in ſeſſione 11. Conſtituit cap. frequens, ideò etiam inuito Pontifice de decennio in decennium poteſt celebrari Concilium, etiam perfectum, propter auctoritatem ſtatuti reſpondendum eſt, quòd ſunt in magno errore, & quòd in veritate ſchiſmati operam dant tales, & tamquam ſchiſmatici puniri poſſunt ſi ſic exequerentur, quoniam rebelles ſunt Romano Pontifici, qui eſt ſupra totum ius poſitiuum, & conſtat, quòd determinatio temporis, & loci Concilij de iure eſt poſitiuo. Et ſi Doctores aliqui inueniuntur ſentientes, quòd quia tempus interpellat & auctoritas deuoluitur ad alios, & huiuſmodi, aut ſunt ſectatores illius erroris, quòd Concilium eſt ſupra Papam, aut loquuntur

ſtan-

ſtante ſtatuto in robore, ità quòd Papa non tollat, aut interpretur, aut diſpenſet, aut prohibeat.

Quo ad negationem verò conſenſus requiſiti Papæ ad congregandum Concilium, quia taurùm ponderatur, ſciendum eſt, quòd oportet hic diſcretione vti, nam ſi requiritur à viris probis, quos præterita, & perſeuerans vitæ, ac morum integritas commendat, & ſubeſt cauſa Concilij (puta hæreſis, vel ſchiſma) debet Papa annuere, & numquam credo, quòd fuerit Papa, qui negauerit, ſic rebus ſe habentibus. Si autem requiritur à viris, qui volunt alligare onera alijs, & digito ſuo nolunt mouere ea, qui Priſcorum Conciliorum ſtatuta non ſeruant ambitioſis, inſatiabilius ſuarum paſſionum ſectatoribus, & huiuſmodi pro reformatione Eccleſiæ, nonnè reſponſio Chriſti conuenit? Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui, præſertim, quòd melius poteſt Papa ſolus reformare Eccleſiam inchoando ſponte à ſeipſo, & ſuis, quàm per Concilium: oportet enim primò ſeruare, quæ ſcripta ſunt, & deindè alia ſcribere ſtatuta. Sufficiens quoque eſt cauſa negandi conſenſum Concilio, probabilis timor vſurpandæ auctoritatis à Concilio ſupra Papam, vt Baſileenſes mox oſtenderunt bis, ſcilicet cum primum inchoatum eſt Concilium, ſeſſione 11. Et cum iterum redintegratum fuit ab Eugenio, ſeſſione 18. Finis enim Concilij, eſt pax, quæ per iſtam vſurpationem perturbatur, vt experientia rerum magiſtra teſtatur.

Ex his igitur patet, quòd inter extraneas opiniones de congregatione, & celebratione Concilij abſque Papæ conſenſu, media via ſola vera eſt, quam declarauimus, ſcilicet, quòd Concilium perfectum ſimpliciter, numquam, perfectum verò Concilium ſecundùm præſentem Eccleſiæ ſtatum quandoque ſine Papa, & contra ipſum congregari, & contra ipſum congregari, & celebrari poteſt. Et ſecundùm hanc diſtinctionem potes diuerſa, ſi vis, dicta Doctorum ſaluare.

C A P. XVII.

In quo incipiat comparatio poteſtatis Eccleſiæ, & Papæ in caſu hæreſis. Et primò, de modo, quo Papa propter crimen hæreſis ſubijcitur Concilio, ſecundùm vnam opinionem.

POſt collatam poteſtatem Papæ cum auctoritate Eccleſiæ, & Concilij generalis ſimpliciter, & abſolutè, & manifeſtationem ſuperioritatis Papæ ſupra Eccleſiam vniuerſalem, & Concilium vniuerſale conſequenter comparanda eſt auctoritas Concilij ad Papam in caſibus.

Et primo in caſu hæreſis, deindè in caſu incorrigibilitatis, & alijs caſibus, demùm in euentibus.

Et quoniam innata eſt nobis via ex certioribus nobis in minùs certa, ſupponamus cum Doctoribus, & communi animi conceptione ex cap. Si Papa diſt. 40. quòd Papa propter crimen hæreſis poteſt deponi à Concilio generali, & inueſtigemus modum depoſitionis, & poteſtatem depoſitiuam, vt ſic noſſe poſſimus an Papa in aliquo caſu ſit ſubditus Concilio, ſeu Eccleſiæ vniuerſali.

De modo quo Papa propter crimen hæreſis deponitur varia eſt opinio. Quidam dicunt, quòd hoc fit propter defectum ſubiecti. Subiectum namque Papatus dicunt eſſe hominem fidelem, ac per hoc ſicut deficiente vita corporali per mortem, definit ſubiectum Papatus, ità deficiente fide in illo homine, qui eſt Papa per hæreſim, definit ſubiectum Papatus. Fundatur hæc opinio ſuper hoc, quòd fides conſtituit viatorem in hoc, quòd eſt eſſe membrorum Eccleſiæ Chriſti. Huic enim adiuncta alia propoſitione, ſcilicet, quòd negatio prioris inducit negationem poſterioris in eſſentialiter ordinatis ordine cauſæ formalis, quæ patet inductiuè, ſi enim non eſt animal, non eſt homo, & ſi non eſt color, non eſt albedo, & ſic de alijs, ſubiungunt, ſed eſſe membrum, & eſſe caput, ſunt ſic eſſentialiter ordinata, quòd eſſe membrum eſt priùs, quàm eſſe caput, vt patet, quia caput oportet eſſe membrum, ſed non econuerſo, quod igitur non eſt membrum, non eſt caput. Et ſic homo carens fide, qualis eſt hæreticus, non eſt membrum Eccleſiæ, igitur non eſt caput eiuſdem, ac per hoc cum Papa nihil aliud, ſit quàm caput Eccleſiæ, eo ipſo quo fit ſine fide, fit non Papa. Et hoc eſt, quod ſub alijs verbis ab alijs dicitur, quòd cum Papa fit hæreticus ipſo facto iure diuino, quo fit diſtinctio fidelium ab infidelibus, eſt priuatus Papatu. Et quando per Eccleſiam propterea deponitur, non iudicatur, neque deponitur Papa, ſed qui iam iudicatus eſt (quia non credit, ſecundùm verbum Domini Ioann. 3.) & qui iam depoſitus eſt, dum propria voluntate tranſlatus eſt extra corpus Eccleſiæ factus infidelis, declaratur iudicatus, & depoſitus.

Primam autem propoſitionem radicem huius propoſitionis, quæ ſola negari in hac ratione poteſt) fundant ſuper auctoritatibus plurimis, quibuſdam directè ex ratione fidei Eccleſiæ, quibuſdam ex conſequentibus ad eſſe extra fidem, & Eccleſiam id teſtantibus. Ex ratione fidei quatuor afferuntur auctoritates.

Prima Saluatoris, Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam, ſiue enim per petram intelligatur Chriſtus ſiue Petrus, ſiue confeſſio fidei, in idem redit quo ad fidei rationem, ipſa enim ſemper inuenitur fundare Eccleſiam.

Secunda eſt Abacuc 2. & Apoſtoli ad Roman. 1. Hebræos 10. Iuſtus ex fide viuit. Sicut autem viuere viuentibus eſt eſſe in naturalibus, ità in Eccleſia viuere eſt eſſe in ea, bene viuere autem eſt per charitatem.

Tertia eſt Apoſtoli ad Hebræos 11. Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum. Subſtantia enim primum locum tenet.

Quarta, ità eſt ſancti Thomæ, in 3. ſent. diſtinct. 13. quæſt. 2. artic. 2. expreſſè dicentis, quòd homines infideles non pertinent ad vnionem corporis Eccleſiæ, ſecundùm quod

eſt

Digitized by Google

eſt vnum ſimpliciter, & ideò reſpectu horum Chriſtus non eſt caput niſi in poteotia, ſecundum, quòd ſunt vnibiles corpori.

Ex ratione Eccleſiæ affertur definitio Ecclosiæ, ſcilicet quòd eſt collectio fidelium de conſid. diſtinct. 1. cap. Eccleſia. Ex conſequenribus verò ad eſſe extra fidem, & Eccleſiam multæ afferri poſſunt auctoritates, dicentes, ad ſtatum extra fidem, & Eccleſiam conſequi extra communionem fidelium, ſine clauibus, ſine poteſtate, ſine hoaore, ſine officio paſcendi oues fieri, & eſſe procul à communione fidelium hæreticos faciunt, in primis Dominus num. 16. Recedite, inquit à tabernaculis impiorum Dathan ſcilicet, & Abiron, ſchiſmaticorum. Conſtat enim omnes hæreticos eſſe ſchiſmaticos. Deindè Paulus Apoſtolus ad Galath. 1. Si Angelus de Cœlo euangelizet vobis, præter id quod euangelizauimus vobis, Anathema ſit. Et ſecundæ ad Theſſal. 3. Rogamus vos fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum doctrinam quam acceperunt. Et 2. ad Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Demum Ioannes Euangeliſta 2. Ioann. 2. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue ei dixeritis. Amiſſionem clauium Ambroſ. in Paſtor. (& habetur de pœnit. diſtinct. 1. cap. Verbum) explicat. Dominus par ius, & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, & ſubdit. Certum eſt quod Eccleſiæ verum licet, hæreſis vtrumque ooo habet, honoris verò, & poteſtatis perditionem Cyprianus promulgat, vt habetur diſtinct. 7. quæſt. 1. cap. Nouatianus. Qui nec vnitatem ſpiritus, nec communionem pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ vinculo, atque Sacerdotum collegio ſeparat, nec Epiſcopi poteſtatem poteſt habere, nec honorem. Et diſtinct. 24. quæſt. 1. can. didicimus, dicit omnes omninò Hæreticos, & Schiſmaticos nihil habere poteſtatis, & iuris.

Ad idem eſt Gelaſius ibidem in capit. Agathius.

Ad idem eſt expreſsè ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſt. 39. artic. 3. volens, quòd poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis non maneat in Hæreticis, nec quò ad vſum, nec quò ad ſubſtantiam, ita quòd ſi quid fecerint, nihil eſt actum.

Officium paſcendi oues adimit Auguſtinus in ſermone de Paſtor. tractans illud can. 1. Paſce hædos tuos, & dicens: Manenti Petro dicitur, paſce oues meas, exeunti Hæretico, paſce hædos tuos. Et hanc ſententiam repetit in epiſtola ad Vincentium.

Ex his omnibus clarè patet radicalis illa propoſitio, quòd fides facit membrum Eccleſiæ.

Si enim ſeculo iure poſitiuo (vt loquimur) cum perditione fidei remanerent membra in locis ſuis, non eſſet eis ſubtracta communio, non honor, non poteſtas, non officium, vt de ſe patet, immò ſubtractio ſola poteſtatis, ſufficit ad propoſitum, quia Papa ſola poteſtate iuriſdictionis conſtituitur.

Confirmaturque hæc poſitio, ex eo quòd Papa hæreticus eſt excommunicatus, vt patet ex gloſſa in cap. Agathius quæſt. 24. dicente: Hic eſt caſus, in quo Papa Papam ligare poteſt, in quo Papa in canonem latæ ſententiæ incidit. Nec huic obuiat illa regula, quòd par parem ſoluere, vel ligare non poteſt, quia ſi Papa eſt Hæreticus, eſt minor quolibet Catholico, vt habetur diſt. 12. qu. 1. can. Audiuimus. Hoc idem Hugo dicit in cap. inferior diſt. 21.

Eſt etiam accuſandus, adeò (vt gloſſa in ca. Si Papa diſt. 40.) dicit, quòd Papa non poteſt ſtatuere, quòd non poſſit Papa accuſari de hæreſi, eſt etiam iudicandus, vt in dicto ca. Si Papa habetur. Quæ omnia arguunt hæreticum non eſſe Papam, ſed minorem.

Et ad hoc eſt ſanctus Thomas in 4. diſtinct. 19. quæſt. 2. artic. 2. quæſt. 3. ad 1. tractans illud ad Galatas 2. quomodò Paulus reſtitit in faciem Petro, dicit, quòd non debent Prælati à ſubditis coram multitudine corripi, niſi immineret periculum fidei; tunc enim Prælatus minor fieret, ſi in infidelitatem laberetur, & ſubditus fidelis maior. Conſtat enim, quòd non de maioritate, & minoritate charitatis loquitur, quia hoc eſt commune omni peccato mortali, ſed poteſtatis, quia Prælatus præeſt ſubdito. Ergo vt priùs.

Ex his autem infertur, quòd in vtroque modo, quò certus Papa viuens deſinit eſſe Papa, eadem eſt cauſa deſitionis, ſcilicèt propria voluntas illius, qui eſt Papa; nàm renunciando propria voluntate abdicat à ſe, eſſe caput Eccleſiæ, hæreſim autem amplectendo, propria voluntate aufert à ſe eſſe membrum Eccleſiæ, & conſequenter eſſe caput, Et ſic ex nullo certo modo deſitionis Papæ viuentis habetur, quòd Papa inuitus deponitur, propter quod remanere dicunt inconcuſſum, quòd Papa manens Papa, non habet ſuperiorem in terris poteſtatem.

CAP. XVIII.

De modo, quo Papa Hæreticus ſubijcitur Concilio, ſecundum aliam opinionem.

QVamvis autem dicta poſitio illuſtrium ſit virorum, & communis videatur eſſe, non placet tamen omnibus; contradicunt namque duobus ponentes duas propoſitiones.

Prima eſt, quòd Papa Hæreticus non eſt ipſo facto depoſitus, ſed deponendus.

Secunda eſt, quòd Papa Hæreticus manens Papa, habet ſuperiorem Iudicem in terris, Concilium vniuerſale.

Primam propoſitionem licèt multipliciter probent, quatuor tamen ſolùm afferentur, quia in his conſiſtit vis.

Primò, ex facto Marcellini, & gloſſa diſtinct. 21. can. nunc autem, qui idololatra non fuit depoſitus, & fuit Sanctus. Et gloſſa affert Hug. dicentem: Quia paratus erat corrigi,

rigi,

rigi, non deponitur, vt diſtinct. 14. quæſt. 3. Dicit Apoſt.

Secundò, ex ca. audiuimus diſt. 24. qu. 1. vbi dicitur de Epiſcopo Hæretico: Si autem in corde ſuo nouam hæreſim confinxit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit. Antè depoſitus ipſo facto.

Tertiò, quia alij Prælati non ſunt ipſo facto priuati, ſed perſeuerant in prælationibus ſuis, redeuntes ad pœnitentiam; ergo nec Papa, cùm non ſit deterioris conditionis. Aſſumptum patet diſtinct. 1. quæſt. 7. Maximum quæſt. 2. cauſa cuiuslibet, & can. Quotquot.

Quartò, quia (vt patet extrà, de hæret. cum ex iniuncto) ad eumdem pertinent inſtitutio, & deſtitutio: ſed inſtitutio Papæ pertinet ad Electores, ergo & deſtitutio, abſque ergo iudicio Electorum non deſtituitur Papa.

Secundam autem propoſitionem, quòd Papa Hæreticus, manens Papa, habet Iudicem in terris vniuerſalem Eccleſiam, probant quò ad primam partem ſic; Papa Hæreticus eſt accuſandus, & iudicandus ſecundùm omnes, vt habetur diſtinct. 40. Si Papa, & non eſt ipſo facto depoſitus, vt probatum eſt; ergo habet Iudicem, coram quo accuſetur, & à quo iudicetur. Quò ad ſecundam ex eo, quòd Eccleſia vniuerſalis, ſeu vniuerſale Concilium eſt ſupra Papam in hoc caſu, vt communiter tenetur.

CAP. XIX.

Examen illius propoſitionis, Papa Hæreticus eſt ipſo facto priuatus Papatu.

PRæmiſſis duobus modis dicendi contrarijs, quomodò Papa hæreticus, deſinit eſſe Papa, examinanda primò occurrit illa propoſitio, quæ eſt fundamentum primi modi. An ſit vera.

Et breuiter facilè oſtenditur, quòd eſt falſa ſimpliciter, quamvis fortè tracta ad aliquem ſenſum, ſit vera. Monſtratur igitur, quòd nec iure Diuino, nec humano Papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus, tali ratione. Alij Epiſcopi ſi ſint hæretici, non ſunt ipſo facto priuati iure Diuino, aut humano; ergo nec Papa.

Sequela patet, quia Papa non eſt deterioris conditionis, quàm alij Epiſcopi.

Aſſumptum probatur ſic: Epiſcopus diſcredens contra fidem, ſolo actu interiori eſt verè, propriè, & perfectè hæreticus, & non eſt priuatus poteſtate iuriſdictionis ipſo facto; ergo perfectè hæreticus Epiſcopus non eſt priuatus ipſo facto.

In hoc proceſſu ſunt duæ propoſitiones. Prima, quòd ſolo actu interiori conſtituatur perfectè hæreticus. Et hæc eſt manifeſta per ſe, quia hæreſis eſt peccatum mortale oppoſitum fidei, quæ perfectè conſiſtit in ſolo actu interiori, cuius effectus eſt confeſſio exterior, iuxtà illud ad Roman. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

Secunda autem probatur, quia poteſtas iuriſdictionis ineſt huic homini, qui eſt Epiſcopus ex ſimplici commiſſione hominis, vt ſanctus Thomas expreſsè dicit in ſecunda ſecundæ, quæſt. 39. artic. 5. Et hoc enim deducitur intentum ſic: Epiſcopus hæreticus ſolo actu interiori, nulli hominis iudicio ſubditus, ex hoc eſt, quia ſolius Dei eſt iudicare de interioribus puris, iuxtà illud 1. Reg. 16. Homo videt, quæ foris ſunt, Deus autem intuetur cor. Et 1. ad Corinth. 4. Apoſtolus dicit: Nolite autem tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiũ: Propter quod talis hæreticus non eſt excommunicatus, non enim poteſt Eccleſia excommunicare, quòd non poteſt iudicare. Ergo multò minùs eſt priuatus iuriſdictionis poteſtate, quæ ab hominis commiſſione, vtrumque enim eſt humani iudicij, committere ſcilicet, & auferre illam; & dixi, multò minùs, quia plùs exigitur ad incurrendam excommunicationem, quoniam incurſus cenſurarum non requirit declarationem, ſicut incurſus priuationis apud Iuriſtas.

Ad hanc rationem non video reſponſionem, niſi dicatur, quod poteſtas iuriſdictionis non eſt ab homine: quod eſt primò contra S. Thomam; & ſecundò contra ſententiam omnium Doctorum Catholicorum, ſentientium, quòd à Petro omni iuriſdictio in totum reſiduum Eccleſiæ corpus manauit, & manat, iuxtà illud Leonis Papæ cap. ità Dominus diſ. 19. Ità Dominus huius muneris Sacramentum ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet.

Ad hoc idem ſunt tot auctoritates, & rationes, quot ſunt ad oſtendendum vnitatem capitis, & principis in Eccleſia militante, propterea nolo immorari, ſed pro conſtanti ſupponere. Et ſi dicatur, quòd non eſt par ratio de Papa, & alijs Epiſcopis in hoc caſu, quia poteſtas iuriſdictionis in alijs Epiſcopis eſt ab homine, in Papa verò eſt à Deo immediatè, & propterea meritò accidit, vt Epiſcopi, quorum poteſtas eſt ab homine, non ſint ipſo facto priuati, quia homo videt, quæ foris ſunt, & Papa, cuius poteſtas eſt à ſolo Deo, ſit in ipſo facto priuatus, quia Deus intuetur cor. Hæc obiectio facilè excluditur, diſcernendo inter opus Dei, & opus hominis.

Quòd enim in Papa ſit poteſtas iuriſdictionis, à Deo eſt immediatè, iuxtà illud Matthæi 16. Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. Quod autem Papatus ipſe habens hanc poteſtatem, ſit in hoc homine, ab homine, eſt (ſola Petri perſona excepta, quem Deus ipſe Papam fecit Ioann. vlt. Paſce oues meas (nam ab homine eligitur hic homo, vt in eo ſit Papatus.

Et quoniam cùm deponitur Papa, non aufertur poteſtas iuriſdictionis à Papatu, quod eſſet auferre opus Dei, quoniam, vt dicitur ad Rom. 11. Sine pœnitentia ſunt dona Dei, ſed aufertur poteſtas iuriſdictionis ab hoc homine, in quo non fuit poſita à Deo immediatè, ſed mediante iudicio humano,

ideò eadem ratio eſt de Papa, & alijs Epiſcopis, quo ad perditionem poteſtatis iuriſdictionis à Deo, ſeu iure diuino. In vtriuſque enim à Deo cùm ſit mediante iudicio humano, conſequens eſt, quòd non auferatur à Deo immediatè, ſed mediante humano iudicio, ac per hoc non aufertur per id, quòd humano iudicio ſecundùm ſe non ſubiacet, ſcilicet occultam in ſolo corde hæreſim.

Si quis autem hæſitaret de illa altera propoſitione, ſcilicet quòd de hæreſi interiori, Eccleſia non ſe poteſt impedire, proptereà quia Doctores dicunt, quòd hæretici etiam occulti, ſunt excommunicati, & quia in Clem. de hæret. cap. Multorum, excommunicantur inquiſitores, qui odio, vel amore omiſerint procedere. Vbi de interiori amore, & odio Eccleſia iudicat. Facillimè certior fieri poteſt, quòd hæretici, vt ſit de foro Eccleſiaſtico ſubditi, quantumcumque occulti, ſunt excommunicati, & non hæretici ſolo actu interiori.

Vnde ſi quis incidit in hæreſim interius, & ſolus ſecum loquendo verbo exteriori profert ſubmiſſiſſimè illam hæreſim, eſt excommunicatus, quamuis ſit omninò occultus, quia actus exterioris loquutionis ſubiacet humano iudicio ſecundùm ſe, quamuis careat teſtibus.

In Clem. autem illa, & ſimilibus non iudicantur actus interiores ſecundùm ſe, in ſua puritate manentes, ſed vt ſunt cauſæ exteriorum commiſſionum, aut omiſſionum, ad idem namque genus pertinet commiſſio, omiſſio, ſicut affirmatio, & negatio, ſermo autem noſter eſt de hæretico interiori puro. Et ex inaduertenda huius diſtinctionis, ſcilicet de occulto per ſe, & occulto per accidens multi in hac re errauerunt.

Nec mirum, quia contingit in his, quæ ſunt per accidens etiam ſapientes falli, vt Ariſt. dicit. Actus enim interiores puri ſunt in genere occultorum per ſe, quia ea propria natura habent, quòd ſint iudicio humano ignoti. Actus autem exteriores ſunt de genere occultorum per accidens, quia ea propria natura ſubſunt cognitioni humanæ. Poſſunt namque ſenſibus percipi, ſed ex hoc, quòd fiunt ſine teſte occulta ſunt, propter quod numquam, vt dictum eſt, ab Eccleſia actus interior purus, ſed exteriori iunctus dicatur. Vnde, quia præſens ratio conuincit intellectum meum, Ideò concludo, quòd illa propoſitio, Papa cùm ſit hæreticus ipſo facto eſt iure diuino, ſeu humano depoſitus, eſt falſa.

Confirmatur autem ſic eſſe, vt dicimus, etiam ex ipſis contrarium ſentientibus, quoniam dicunt, quòd Papa quamuis hæreticus, ſi eſt paratus corrigi, non deponitur, vt gloſſ. in diſtinct. 21. Nunc autem, adducit Hugo. Si enim hæreticus eſt ipſo facto depoſitus iure diuino à Papatu, quomodò iterùm ſit Papa? immò quomodò ex ſola non depoſitione perſeuerat Papa? immò quomodò non deponitur? Hæc enim contradicunt poſitione anteriori, ſcilicet quòd ſit ipſo facto iure diuino depoſitus, vt patet.

Nec ſufficienter dicitur, quòd non dum Eccleſia non deponit, reeligit, tùm quia falſum eſt, quòd depoſitio ſit reelectio, vt patet, tùm quia electores, ad quos ſpectat, ſi peterentur, an velint ipſum reeligere, dicerent quòd non, aut quòd vellent meditari ſuper hoc, ſed non deponunt, quia ius videtur habere, quòd ſi eſt paratus corrigi, non deponatur. Vnde nihil ei tribuunt non deponendo, ſed ſuſtinent quod habet, & ſi nihil habet, vt poſitio illa dixit, nihil ſuſtinent decepti. Et ſi quis hoc eorum dictum ſuſcipiat vt verum, quòd Papa factus hæreticus, paratus poſtmodum corrigi, non deponitur, ſequitur manifeſtè, quòd Papa manifeſtus hæreticus non eſt ipſo facto depoſitus, quia enim paratus corrigi non deponitur, ſequitur quòd non erat priùs depoſitus.

CAP. XX.

Rationabilis ſententia, quòd Papa factus hæreticus, ſubeſt poteſtati miniſteriali Eccleſiæ, & non auctoritatiuæ ſuper Papam

PRæmiſſa certitudine trium, ſcilicet quòd Papa ex hoc, quòd factus eſt hæreticus non eſt ipſo facto diuino, aut humano iure depoſitus, & quòd Papa manens Papa, non habet ſuperiorem in terris, & quòd Papa ſi à fide deuiat, deponendus eſt, vt in cap. Si Papa 40. diſt. Magna reſtat ambiguitas, quomodo & à quo iudicabitur Papa deponendus, quòd ſi depoſitus, cùm iudex inquantum iudex, ſit ſuperior eo, qui iudicatur. Vnde Apoſtolus ad Rom. 14. Tu, inquit, quis es qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit; & S. Thom. in 2. 2. q. 67. determinat, quòd iudex non poteſt niſi ſubditum iudicare, & in Decret. diſ. 21. cap. Inferior; idem dicitur.

Si namque à Concilio vniuerſali iudicandus, deponenduſque eſt, ſtatim ſequitur, quòd Papa manens Papa, habet Concilium vniuerſale ſupra ſe, ſaltem in caſu hæreſis. Si autem, nec Concilium, nec Eccleſia eſt ſupra ipſum, ſtatim ſequitur, quòd Papa deuius à fide, ſit iudicandus, & deponendus, & tamen à nullo eſt iudicandus, & deponendus, quod eſt ridiculum. Quid ergo dicemus, vt euitemus vtrumque extremum? non eſt quo diuertendum ſit, niſi ad medium, quod difficilè attingitur, in cuius attinctione conſiſtit virtus, quod multas conſueuit ſoluere quæſtiones.

Dicamus igitur, quòd hic ſunt, quæ viæ extremæ, & ambæ falſæ; altera eſt, quòd Papa factus hæreticus eſt ipſo facto diuino iure, abſque humano iudice depoſitus; altera eſt, quòd Papa manens Papa, habet ſupra ſe in terris ſuperiorem poteſtatem, à qua poteſt deponi.

Media autem via eſt adhùc duplex, altera dicens, quòd Papa licèt abſolutè non habeat ſuperiorem in terris Eccleſiam, ipſe tamen in caſu hæreſis habet ſuperiorem in terris Eccleſiam vniuerſalem.

Altera dicens, quòd Papa, nec ſimpliciter, nec in caſu habeat ſuperiorem in terris,

ris,

ris, ſed ſubeſt poteſtati miniſteriali vniuerſalis Eccleſiæ, quò ad ſolam depoſitionem.

Prima via fundatur in virtute coactiua, & iudicatiua Eccleſiæ ſuper Petrum Papam in caſu hæreſis, oportet enim ſubditum eſſe, qui iudicatur, & cogi poſſe, & hæc eſt via communis quantum vidi hactenus.

Contra tamen hanc viam eſt, quia cum Papa diuino iure ſit ſupra Concilium, & Eccleſiam, vt oſtenſum eſt, oportet ſi in aliquo caſu eſt illi ſubditus, quòd ex diuino iure ſit facta exceptio iſta, nullum enim aliud inferius ius poſt exceptionem hanc facere, vt patet. In diuino autem iure non exprimitur ſubiectio, ſed ſeparatio, cum caſus hæreſis excipitur, vt patet in ſingulis textibus ſacræ Scripturæ inductis. Num. enim 16. dicuntur, Recedite.

Ad Galat. 1. Anathema, ideſt ſeparatum ſit. Secundæ ad Theſſ. 3. Subtrahatis vos. Secundæ ad Corinth. 6. Nolite iugum ducere, 2. Ioan. 2. Nolite recipere, nec Aue ei dixeritis. Ad Tit. 3. Deuita. Et breuiter nullibi inuenio ſuperioritatem, & inferioritatem in caſu hæreſis ex diuino iure, ſed ſeparationem; conſtat autem, quòd ſeparare ſe poteſt Eccleſia à Papa ſola miniſteriali poteſtate, quia poteſt ipſum eligere.

Non igitur ex hoc, quòd diuino iure ſancitum eſt, vt habeatur hæreticus, videtur, & procul ſit ab Eccleſia, maiori poteſtate opus eſt, quàm miniſteriali, ex quo ipſa ſufficit, & eam conſtat eſſe in Eccleſia. Et confirmatur hoc, quia non eſt iuri diuino tribuendum, quod nec expreſſum eſt in eo, nec ex expræſſis neceſſariò ſequitur. Poteſtas autem ſupra Papam in caſu hæreſis, propriè loquendo, non habetur in diuino iure, nec ex ipſo neceſſariò ſequitur, ergo. Probatur minor, quòd enim non habeatur, puto patere legenti.

Dico autem, puto quoniam imminens ſchiſma Opuſculum hoc intra duos menſes fieri impulit ex improuiſo. Quòd verò non ſequatur, patet ex eo, quòd quia non oportet multiplicare entia ſine neceſſitate, meliùs eſt vnum principium, quàm plura facere, ex quo igitur poteſtas miniſterialis ſufficit, alia opus non eſt.

Erit ergo media, & vera via, quòd factus hæreticus, non perſeuerans, habet in terris poteſtatem non ſuperiorem ſe, ſed miniſterialem ad ſui depoſitionem.

Ad cuius euidentiam altius ordiendo, tria præmittenda ſunt.

Primò, quòd in Papa inueniuntur tria, ſcilicet Papatus, perſona, quæ eſt Papa, puta Petrus, & coniunctio vtriuſque, ſcilicet Papatus in Petro, ex qua coniunctione reſultat Petrus Papa.

Secundò, quòd diſcernendo, & applicando proprias cauſas ſuis proprijs effectibus, inuenimus, quòd Papatus eſt à Deo immediatè, Petrus eſt à patre ſuo, &c. coniunctio autem Papatus in Petro, poſt Petrum primum à Chriſto immediatè, inſtitutum, non eſt à Deo, ſed ab homine, vt patet, quia hoc fit per electionem hominum. Concurrit autem duplex conſenſus humanus ad cauſandum hunc effectum, ſcilicet eligentium, & electi; oportet enim electores voluntariè eligere, & perſonam electam acceptare electionem, alioquin nihil fit. Eſt ergo coniunctio Papatus in Petro non à Deo immediatè, ſed mediante miniſterio humano. tàm ex parte electorum, quàm ex parte electi, nec ſe habet huiuſmodi miniſterium humanum in cauſando hanc coniunctionem, vt applicans actiuum paſſiuo, (vt applicans ignem ſtipulæ) vel applicans virtutem paſſionis Chriſti ſubiecto, vt facit baptizans, & Sacramenta miniſtrans, quoniam nullum eſt hic applicatum actiuum, ſed ſola voluntas humana electorum, & electi: non facilè enim eſſet fingere aliquod aliud actiuum. Ex hoc autem, quòd coniunctio Papatus cum Petro eſt effectus voluntatis humanæ, cum ipſa conſtituat Petrum Papam, ſequitur quòd licèt Papa à ſolo Deo dependeat in eſſe & fieri, Petrus tamen Papa dependet etiam ab homine in fieri; fit enim Petrus Papa ab homine dum ab hominibus electus ipſe homo acceptat, & ſic iungitur Petro Papatus.

Tertiò, quòd quia iam nihil, tam naturale eſt, vt vnaquæque res per quaſcumque cauſas fit, per eaſdem contrario modo diſſoluatur (vt dicitur in capitulo Omnis; de regulis iuris;) idcireò Petrus Papa, qui ex conſenſu ſuo, & electorum ad contrarium diſſolui poteſt. Et hoc iam determinatum eſt facto Cœleſtini, & decretalis Boniſacij VIII. in 6. de Renunc. cap. 1.

Ex his tribus præmiſſis habetur primò, abſque omni hæſitatione certum quòd Petrus Papa, & in fieri, & in corrumpi dependet à poteſtate humana, non ſuperiori, nec æquali poteſtati Papæ, ſed minore, quia nec ad faciendum de Petro, non Papa Petrum Papam, nec ad faciendum de Petro Papa Petrum non Papam, exigitur alia facultas, quàm voluntatis humanæ, ſcilicet electi, & electorum. Nec ſit curæ in propoſito, vtrùm bona, vel mala conſcientia ex bona, vel mala intentione, vel cauſa moueantur, ſat eſt in propoſito, quòd facta tenent, ità quòd in veritate Petrus ſit, aut non ſit Papa.

Quòd etiam iſta poteſtas ſit minor poteſtate Papæ, abſque alia probatione ex eo liquet, quòd mortuo Papa nullo etiam præſuppoſito ſtatuto iuris poſitiui, iſta poteſtas eſt in Eccleſia, & non ſe extendit ad ea, quæ ſe extendit ſummi Pontificis auctoritas, alioquin eſſent duæ ſupremæ poteſtates in Eccleſia, & Chriſtus non inſtituiſſet Eccleſiaſticum regimen Monarchicum.

Et cùm par in parem non habeat imperium, non potuiſſent Pontifices huic poteſtati executionis modum imponere, per quos, quot, ſcilicet, & quomodò debeat electio celebrari, cum irritatione actus, ſi ſecùs factum fuerit. Hæc enim oſtendunt poteſtatem hanc, nec maiorem, nec parem, ſed inferiorem poteſtate Papæ, ſuperioris namque virtutis eſt diſponere de actu inferioris auctoritatiuè, ità quòd ſi ſecùs fiat, nihil valeat, vt in propoſito inuenitur.

Habetur ſecundò certò certiùs, quòd aliud eſt poſſe ſupra coniunctionem Petri, & papatus conſtruendam, ſeu deſtruendam, & aliud eſt poſſe ſupra Papam, ex eo namque. quòd poteſtas minor papatu, ſcilicet ſimplex voluntas electi, & electorum poteſt conſtruere,

Digitized by Google

te, & deſtruere hanc çoninnctionem, & huiuſmodi poteſtas, cum ſit minor papatu, non poteſt ſupra Papam, manifeſtè conuincitur, quòd eſt aliud poſſe ſupra illam coniunctionem, & aliud eſt poſſe ſupra Papam. Vnde poteſtas ſopra Papam non inuenitur niſi in Domino Ieſu Chriſto, poteſtas autem ſupra coniunctionem paparus, & Petri, inuenitur io terris. Et meritò, quia papatus opus Dei immediatè eſt, coniunctio autem papatus & Petri, opus noſtrum eſt.

Nec miteris tu, qui Phyloſophiam profiteris, quòd inueniatur poteſtas ſuper coniunctionem formæ cum materia, quæ non eſt ſuper formam, quia coniunctio formæ cum materia formam conſequitur. Ceſſabit admiratio tua, ſi contemplatus fueris, quòd coniunctio formæ, & materiæ vtrinque attingi poteſt, ſcilicet ex parte materiæ, & ex parte formæ, & quòd potens ſuper coninnctionem formæ, & materiæ ex parte vtriuſque, ſeu ex parte formæ, poteſt etiam ſupra formam, ſed potens ſuper coninnctionem illam ex parte materiæ, non oportet quòd poſſit ſuper formam, vt patet in generatione hominis.

Sol enim, & homo generant hominem, qui conſiſtit in cnniunctione corporis, & animæ iotellectiuæ, aut reſultat ex illa coniunctione, & conſtat Solem, & hominem non poſſe ſupra animam intellectiuam, quæ venit de foris, ſed ſupra coniunctionem illam ex parte corporis, quæ eſt materia.

Sic enim accidit in proposito, nam papatus, & Petrus ſe habent, vt materia, & forma, & ſolus Dominus Ieſus Chtiſtus poteſt ſuper coniunctionem eorũ ex patte papatus, & conſequenter vtriuſque, & propterea ſolus poteſt limitare, & ordinare poteſtatem Papæ. Eccleſia autem poteſt ſuper coniunctionem eorum ex parte Petri ſolum, & proptereà nihil poteſt ſuper Papam, ſed ſuper coniunctinnem tantùm.

Et quoniam amorio Papæ, ſiue per renuntiationem, ſiue per depoſitionem, ſiue per eiectionem non eſt corruptio papatus, nec Petri; ſed coniunctionis papatus & Petri, idcircò diligeutiſſimè, & cautiſſimè oportet pro regula habere antè mentis oculos cum de amorione Papæ tractatur, quòd non requiritur poteſtas ſuperior Papa, ſed ſuperior coniunctione inter Petrum, & papatum.

Quod vt clariùs pateat, ſcito, quòd certum eſt, quòd tribus modis poteſt Petrus Papa viuens amoueri à papatu; primò, per eiectionem à Domino Ieſu Chriſto, ſecundò, per renunriationem ſpontaneam à ſeipſo, tertiò, per diſpoſitionem inuitam propter incorrigibilem hæreſim ab Eccleſia. In omnibus autem his modis nondeſinit papatus, nec Petrus, ſed ſola coniunctio vtriuſque, differenter tamen, quia in primo modo, ſcilicet per eiectionem à Domino Ieſu Chriſto coniunctio illa corrumpitur à poteſtate ſuperiori, non ſolum reſpectu coniunctionis, ſed reſpectu papatus: eſt enim auctoritas Domini ſupra coniunctionem illam etiam ex parte formæ.

Et quia vt dictum eſt, nulla alia poteſtas eſt ſupra Papam, ac per hoc nulla alia poteſtas poteſt cooiunctionem illam attingere ex parte formę, conſequens eſt, vt nulla alia poteſtas poſſit amouere Papã, vt poteſtas ſuperior Papa, ſed hoc eſt proprium Saluatoris noſtri. Et hoc modo intelligendum eſt dictum Anacleti Papæ diſt. 79. Can. eiectionem, dicentis eiectionem Summorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit, Differentia oamque inter Papam, & alios Pontifices in hoc coоſiſtit, quòd alij Pontifices poſſunt eijci tamquam à poteſtate ſuperiori ipſis poteſtatibus Pontificum, Papa autem oon, quia in Eccleſia terreſtri inuenitur poteſtas, ſupra poteſtatem iuriſdictionalem Epiſcopi, non autem ſupra poteſtatem Papæ. Ex hoc enim habetur, quòd illorum eiectionem Dominus conceſſit Papæ, concedendo poteſtatem ſuperiorem, Papæ verò eiectionem ſibi reſeruauit, nulli concedendo poteſtatem ſuperiorem papatu, Vnde ſi Papa Ioannes Epiſcopum de plenitudine poteſtatis eijceret, eiectus eſſet, oec haberet ampliùs poteſtatem iuriſdictionis. Nulla autem poteſtas in Eccleſia relicta eſt à Domino, quæ poſſit hoc facere in Petrum Papam.

In ſecundo autem modo (ſcilicet per renunciationem) & tertio ſcilicet per depoſitionem, coniunctio illa corrumpitur, non à poteſtate ſupra papatum, ſed à poteſtate ſupra coniunctionem ſolam, quia nec voluntas Petri, nec voluntas Eccleſia eſt ſupra papatum, & ex ipſis cauſatur coniunctio illa, & corrumpitur, vt patet. Quia ergo certum eſt Papam hæreticum incorrigibilem factum nec eſſe ipſo facto depoſitum, & eſſe deponendum ab Eccleſia, & Eccleſiam non habere poteſtatem ſupra Papatum, & Eccleſiam habere poteſtatem ſupra coninnctionem inter Petrum, & Papatum, vtpotè opus ſuum, oportet dicere, quòd cùm Petrus Papa factus hæreticus, incorrigibilis, deponitur ab Eccleſia, indicatur & deponitur à poteſtate ſuperiori, non papatu, ſed coniunctinne inter Papatum, & Pettum.

CAP. XXI.

Diſcuſsio prædictæ poteſtatis miniſterialis depoſitiuæ Papæ hæretici.

QVamuis autem ex certificatis habeantur in Eccleſia reſpectu coniunctionis inter Petrum, & Papatum duo poſſe (ſcilicet poſſe coniunctionem talem conſtruere, & deſtruere pari conſenſu, & poſſe coniunctionem eandem ipſo hæretico incorrigibili, inuito deſtruere) non tamen liquet, quòd hæc duo poſſe ſint vnius, & eiuſdem poteſtatis. Quod tamen coneluſum eſt in præcedenti capite, per viam diuiſionis, propter identitatem obiecti, quia vtrumque eſt circa ipſam coniunctiooem Papatus, & Petri.

Nec ſolùm obſcurum eſt, ſed falſum multipliciter apparet. Primò, ex ipſius poteſtatis natura, nam, quando vna cauſa totalis ex duabus partialibus conſtans, exigitur ad aliquem effectum, neutra illarum partialium ſine altera ſufficit ad talem effectum, vt patet in vinculo matrimonij. Quia enim ad vinculum matrimonij concurrunt duo, conſen-

Digitized by Google

ſenſus. ſcilicet viri & mulietis, & cauſa totalis eius conſtat ex vtroque conſenſu, neuter ſine altero ſufficit ad cauſandum vinculum matrimooij in altero.

In propoſito autem, ad coniunctionem Petri, & Papatus conſtruendam, vel deſtruendam concurrunt duo conſenſus, ſcilicet electorum ex vna, & Petri electi ex alia patte, tamquam cauſæ partiales, & vterque ſimul tamquam cauſa totalis; ergo conſenſus alter tantùm oon poteſt in taiem effectum, ſcilicet dictam coniunctionem conſtruendam, vel diſſoluendam,

Et quia poreſtas depoſitiua Papæ inniti proptee hæreſim iocotrigibiliter, includie alterum conſenſum tantùm, ſequitur quòd & ipſa non eſt idem quod illa potentia totalis, & quòd ſi eit pars eius, non poteſt deponere, quòd repugnat potentiæ depoſitiuæ. Malè ergo dictum eſt, quòd poteotia depoſitiua Papæ eſt illa potentia, quæ euidentet eſt io Eccleſia ſuper coniunctione dicta.

Et confitmatue hæc ratio, quia de quo magis videtur ineſſe, & non ioeſt, ergo nec de quo minns, magis videtur, quòd ſolus conſenſus Petri Papæ poſſit ſe ſacere noo Papam, quàm ſolus conſeoſus aliorum, quia poteſt renuotiare, ſed hoc non poteſt Petrus ſolus, quia quantumcumque Petrus ipſe tenuntiet, ſemper eſt Papa, douec tenuotiatio ſua acceptetur, ſicut èconttario, quantumcumque Petrus, ſit electus nunquam eſt Papa, quouſque electioni de ſe conſentiat. Hæc enim oſtendunt, quod cauſa totalis tam conſtructiua, quàm deſtructiua coniunctionis Petri, & paparus, quæ eſt in Eccleſia minor papatu, non eſt Eccleſiæ ſolius, aut Petri ſolius, ſed vtriuſque ſimul cooſenſus, ac per hoc per hanc non poteſt inuitus Papa deponi quacumque ex cauſa, quia implicat contradictionem,

Secundò apparet falſum ex modo eundi in actum talis poteſtatis, quoniam Papa hæreticus, iudicaudus eſt, iuxta cap. ſic Papa, diſtinct. 40. & Doctotes. Poteſt autem iſta minor papatu non poteſt citare, compellere, & breuiter non habet vim coactiuam ſupra Petrum Papam, repugnat ergo, quòd ſic poteſtas minor, & quòd ſit iudex, ex ipſo modo, quia ſcilicet vi coactiua procedere poſſe debet.

Tertiò appatet falſum ex ſubiecto, etiam iſtius partialis conſenſus, quia cum conſeoſus iſte partialis ex parte Eccleſiæ ſit in electoribus Papæ, qui modò ſunt ſoli Cardinales, ad quos ſpectat eligere, & renuntiationem acceptare, vt patet in facto Cœleſtini, ſequeretur quòd apud eoſdem ſolos reſideret poteſtas depoſitiua Petri Papæ facti hæretici, cuius oppoſitum communiter tenetur.

Sed horum ſolutio magis propoſitum confirmauit. Si namque conſenſus electi, & electorum in hac cauſanda coniunctione concurrerent, vt conſenſus viri, & mulieris ad cauſandum vinculum matrimonij ratio procederet, quoniam vterque conſenſus habet ſe & partialis cauſa quaſi efficiens vinculum matrimonij.

In propoſito autem iſti duo conſeoſus diuerſimodè concurrunt, nam conſenſus electorum ſe habet, vt cauſa faciens illam coniunctionem, conſenſus autem electi ſe habet, vt reddeus ſubiectum capax illius coniunctionis, non enim eſt capax niſi Chriſtianus voluntarius. Sicut enim eſſe fidelem non eſt cauſa illius coniunctionis factiua, ita nec eſſe voluntarium ad illam. Et hoc patet in acquiſitione aliarum iuriſdictionum, cum enim alicui imponitur aliqua prælatio, certum eſt, quòd quoſque ipſe illam acceptet, non eſt Prælatus, acceptatio tamen ſua non facit in ſe prælationem, ſed ſubiectum reddit capax prælationis, & ſic actio imponentis ſortitur effectum in ſubiecto capaci faciens iuriſdictionem, quæ propter diſpoſitionem ſubiecti non poterat intentum facere in eo.

Actus enim actiuorum ſunt in patiente diſpoſito, vt dicitur in ſecundo de Anima. Conſenſu igitur electi concurrente, vt reddente ſubiectum capax coniunctionis cum papatu, reſtat vt conſenſus eligentium ſit faciens coniunctionem illam, Oſtenſum eſt enim, quòd non eſt à Deo immediatè, ſed mediante humano opere, quod eſt electio in ſubiecto ſufficienter diſpoſito. Et ſic ex hoc relinquitur, quòd poteſtas faciens, vel quaſi faciens hanc coniunctionem, eſt in electoribus, & non in electo, vt ſic, nemo enim ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo vt Aaron, vt dicitur ad Hebræos 5.

Ad confirmationem dicitur, quòd ſi Papa ſola ſua renuntiatione abſque acceptatione Eccleſiæ non poteſt à ſe abdicare papatum, hoc magis confirmat propoſitum, quod eius conſenſus non fuit inter cauſas facientes,

Ratio autem quare acceptatio requiratur, eſt, quia nemo poteſt renuntiare iuri alterius, quod habet in ſe, nullus enim qui ex pacto tenetur alicui ſoluere centum, poteſt renuntiare huic vinculo abſque voluntate eius, cui tenetur, quamuis ab initio voluntariè ſe obligauerit. Papa autem acceptando papatum, obligat ſe Eccleſiæ ad regimen ipſius; vnde iuri Eccleſiæ, quod habet in Petrum Papam, non poteſt ipſe renuntiare inuita Eccleſia, cui tenetur. Et confirmatur, quia papatus non coniungitur ſibi ratione ſui, ſed ratione Eccleſiæ, dicente Domino in creatione Petri primi Papæ, non aliud, quàm paſce oues meas. Vnde non eſt verum, quòd magis videatur de conſenſu ſolo electi, quòd poſſit diſſoluere, quoniam ipſe non eſt cauſa efficiens, etiam partialis illius coniunctionis, ſed diſpoſitio tantùm ſubiecti.

Ad ſecundum in quo pendet tota vis huius rei, dicitur quòd poteſtas iſta minor papatu habet vim coactiuam, non ſuper Petrum Papam, ſed ſuper coniunctionem papatus, & Petri: non ſimpliciter, ſed in caſu hæreſis, ita quod poteſtas iſta relata ad Papam, eſt miniſterialis, relata ad coniunctionem Petri, & papatus in fieri, vel diſſolui, ſubiecto exiſtente diſpoſito, eſt auctoritatiua, ita quod ſententia diffinitiua ex hac auctoritate procedens ſuper coniunctione talis materiæ Petri hæretici cum papatu, diſſoluit auctoritatiuè coniunctionem illam, Sicut enim electio Eccleſiæ auctoritatiuè ſuper coniunctionem non ſuper Papam coniungit Petrum diſpoſitum, ideſt fidelem, & voluntarium cum papatu, ita talis ſententia diſſoluit, agit enim in materiam diſpoſitam per hæreſim.

Exem-

Exemplum hotum habemus in naturalibus, cum homo generatur, & corrumpitur ab agente non potente ſuper animam hominis, ſed ſuper coniunctionem animæ, & corporis ex parie materiæ. Et ſi quæratur quomodo præcedentia per ſentẽtiam depoſitiuam fiant, cum vſque ad illam Petrus duret ſuperior, poſſet dici, quòd quia nec Deus, nec natura deficit in neceſſarijs, quòd eadem auctoritas extendit ſe ad omnia præambula.

Quorum nullum video oportere eſſe coactiuum Petri Papæ, ſed ſufficit, quòd ſint incimatiua, reprehenſiua, & huiuſmodi: iudicium enim hoc non ex confeſſione ſua extorta præceptis, cenſuris, aut tormento, ſed ex euidenti facto, vel verbo hæreſis incorrigibiliter expectatur, quòd ſine eius coactione fit. Si quis autem diceret, quòd non eſt inconueniens hanc minorem poteſtatem indirectè poſſe cogere Petrum ad præambula neceſſaria ad ſententiam, non video quare erraret, cum Petrus Papa hæreticus incorrigibilis iam ſit in corruptionis via, & Deus, cuius perfecta ſunt opera, poteſtatem depoſitiuam in caſu hæreſis abſque neceſſarijs præambulis non dederit Eccleſiæ, quæ numquam deficit in neceſſarijs.

Et hoc dico, ſi aliqua præambula coactiua ex neceſſitate iudicij eſſent neceſſaria, quòd iuriſtis diſcutiendum relinquo. Benè tamen aduertant, quòd non loquor de neceſſarijs ex occaſionibus euentuum, & aliorum extraneorum à ratione iudicij.

Ad tertium dicitur quòd poteſtas iſta depoſitiua non eſt in Cardinalibus, quia in eis non eſt poteſtas ſuper coniunctione Petri, & papatus, niſi limitatè, ſcilicet tempore quo papatus vacat. In Eccleſia autem vniuerſali eſt poteſtas ſuper coniunctione iſta, abſque limitatione, ſi ſecluſo iure poſitiuo loquimur, & ideo Cardinales non poſſunt deponere Papam hæreticum, ſed hoc ſpectat ad vniuerſalem Eccleſiam. Poſſet tamen hæc poteſtas commitri Dominis Cardinalibus à iure ſtatuto Pontificis, ſicut commiſſa eſt eis poteſtas eligendi, ſcilicet per viam determinationis, quod ipſi repræſentarent vniuerſalem Eccleſiam, ſicut in eligendo, ità & in deponendo quando deponendus eſt.

Manifeſtum autem exemplo fieri poteſt, quod dictum eſt, ſi quis namque Epiſcopus iturus in regionem longinquam inſtituat ſuũ generalem Vicarium cum pleniſſima auctoritate, ordinans, quod ſi inſtitutus Vicarius moriatur, aut publicus blaſphemus fiat, Canonici poſſint illum amouere, & alium nominare in Vicarium, abſque alia confirmatiõne, &c. conſtat, quod Canonici nullam auctoritatem ſuper Vicarium haberent, neque ſimpliciter, neque in hoc caſu, ſed ſuper amonitione eius in illo caſu, quod eſt habere poteſtatem ſuper coniunctione Vicariatus cum perſona in caſu, &c.

Eodem enim eſt in propoſito: nam Paſtor, & Epiſcopus animarum noſtrarum Dominus Ieſus Chriſtus abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti, inſtituit Petrum Apoſtolum in ſuum generalem Vicarium cum pleniſſima auctoritate, ante Aſcenſionem, dicens ei: Paſce oues meas, & cum effectu exhibens promiſſam ſibi peius poteſtatem ampliſſimam: Tibi dabo claues, & quodcumque ligaueris, &c. Et ordinauit, vt ſi vmquam aliquis Petri ſucceſſor hæreticus fiat, Eccleſia eum poſſit amouere, & loco eius alium nominare, diſt. 40. cap. ſi Papa.

Ex hac igitur conceſſa poteſtate patet, quòd Eccleſia nihil poteſt ſuper Papam abſolutè, nec in caſu hæreſis propriè loquendo, poteſt ſupra Papam, ſed ſuper coniunctionem papatus cum Petro, quam diſſoluit amotio. Et ſic clarè liquet, quòd poteſtas Eccleſiæ eſt ſuper coniunctione papatus & Petri in fieri, & in corrumpi, ſubiecto exiſtente diſpoſito ad fieri, per fidem, & voluntatem: ad corrumpi verò per hæreſim, vel voluntatem, & cum hoc poteſtas iſta eſt minor papatu, & ideo non poteſt limitare eius poteſtatem. Et ſic patet, quòd Papa nullam etiam in caſu hæreſis habet ſupra ſe poteſtatem, quod erat intentum.

CAP. XXII.

In quo reſpondetur rationibus, & auctoritatibus allatis in Cap. 17. ad probandum, quod Papa hæreticus; ſit ipſo facto depoſitus iure Diuino.

QVamuis autem ex determinatis manifeſta ſit rationabilis ſententia, quòd ſcilicet certus, & indubitatus Papa, nec ſimpliciter, nec in caſu hæreſis eſt ſubditus, propriè loquendo Concilio, aut Eccleſiæ vniuerſali, quia eſt adhuc Papa, ſed in caſu hæreſis connexio papatus cum perſona ipſa ſubdita eſt determinationi Eccleſiæ, & Concilij vniuerſalis, ità quód poteſt deponi, oportet tamen ſatisfacere rationibus, & auctoritatibus tot illuſtrium virorum tenentium, Papam ipſo facto depoſitum, & propterea ſubditum Concilio.

Et quoniam vis principalis conſiſtit in hoc, quòd fides, ſaltem informis exigitur ad membrum Ieſu Chriſti, Ideò ſciendum eſt, quòd Baptiſmus, quo primum regeneramur, & pertinemus ad Ieſu Chriſti Corpus myſticum, quod eſt Eccleſia, tres quantum ad propoſitum ſpectat, facit in anima noſtra effectus; primò, imprimit characterem indelebilem; ſecundò, fidem; tertiò, charitatem. Et de tertio quidem effectu, ſcilicet charitate, manifeſtum eſt, quòd licèt conſtituat membrum viuum Chriſti, non tamen exigitur ad habendam iuriſdictionis, vel ordinis poteſtatem; oppoſitum enim ſpectat ad hæreſim pauperum de Lugduno.

De ſecundo autem, (de quo tota eſt quæſtio,) quòd non exigatur ad poteſtatem ordinis, etiam clarum eſt, quoniam hæretici conſecrant verum Corpus Chriſti, & faciunt veros Sacerdotes, ſi ſeruata forma, & intentione Eccleſiæ hoc faciant; & ex hoc ipſo inchoat ſplendor veritatis, quòd, ſcilicet licèt fides informis conſtituat membrum Chriſti ſecundùm quid, vt dixit in tertia parte ſanctus Thomas quæſt. 8. art. 1. ad 2. quia tamen

lati-

Digitized by Google

latitudo datur in membris Chriſti ſecundùm quid, etiam ſine fide informi, ex ſolo charactere Sacramenti fidei conſtituitur membrum Chriſti ſecundùm quid, remotius à Chriſto, hæreticus enim niſi membrum ſecundùm quid, Chriſti eſſet, nec Corpus Chriſti, nec Miniſtros conſecraret, nec Sacramentum confirmationis daret.

Hæc enim à ſolis Chriſti membris non quibuſcumque, ſed in Magno Sacerdotij, ſcilicet, vel Epiſcopatus gradu conſtitutis ſacta cenent, &c. Altius quoque contemplando videbimus, & quòd tanta eſt vis characteris baptiſmalis, vt etiam fides formata eius vices non ſuppleat, vt pateat ex hoc, quòd Presbyter non baptizatus reordinatur, vt patet ex Presbytero non baptizato, cap. ſi quis Presbyter. Et quòd ipſe character conſtituit membrum Chriſti dicente Innocent. eodem tit. in cap. veniens. Non ſolùm per Sacramentum fidei, ſed per fidem Sacramenti efficitur quis proculdubio membrum Chriſti.

Conſtat enim, quòd proprius & inſeparabilis effectus Sacramenti fidei, (quod conſtat eſſe baptiſma) eſt ſolus character, vt patet, cum aliquis hæreticus baptizatur ſecundùm formam, & intentionem Eccleſiæ, nihil enim aliud recipit, quàm characterem.

Et ſi altiùs adhuc mentis oculos eleuauerimus, intuebimur, quòd habens ſolum fidei characterem, eſt ſimul & fidelis, & infidelis membrum Chriſti, & Eccleſiæ, & extra membra Chriſti, & Eccleſiæ, diuerſis reſpectibus: & propterea à Doctoribus diuerſa, & contraria de eo dicuntur. Habens namque ſolum characterem fidei, quantum eſt ex parte ſua infidelis eſt, & extra membra Chriſti, & Eccleſiæ, quoniam voluntariè diſcredit, ex parte autem Ieſu Chriſti, qui characterem fidei ſemel datum indelebilem conſeruat, eſt fidelis inuitus, & eſt membrum Chriſti, & Eccleſiæ velit nolit ipſe, vtpotè non valens abdicare, aut abijcere à ſe ſuſceptum ſemel fidei characterem.

Propter quòd à diuo Thoma in 2. 2. quæſtione 10. artic. 3. ad 3. computatur talis inter fideles cum dicitur, quòd pro adulterio grauius punitur fidelis, quàm infidelis propter Sacramenta fidei, quibus eſt imbutus, quibus peccando contumeliam facit, & in eiuſdem quæſt. artic. 5. numeratur inter infideles, dum ponit hæreſim ſpeciem infidelitatis.

Differt autem habens ſolum characterem ab habente etiam fidem informem, quo ad officium membri Chriſti, quia habens characterem, & fidem, ſuſcipit influxum interiorem à Ieſu Chriſto Capite, quo ad hunc actum vitalem, qui eſt credere, vt ſanctus Thomas dicit in 3. par. quæſt. 8. art. 3. ad 2.

Habens autem characterem ſolum, non ſuſcipit influxum alicuius actus vitalis interius, ſed tantùm quo ad exteriorem operationem, ſicut brachio arido poteſt quis vti ad alios percutiendo, vel mouendo aliquid extra. Quia ergo character fidei eſt primum in compoſitione membri Chriſti, quod patet ex hoc, quod ipſe à ſolo Baptiſmo cum ſit ſolus, eſt inſeparabilis ab eo, ac per hoc proprius effectus Baptiſmi, quo efficitur primo membrum Chriſti, & Eccleſiæ, oportet quod ſit vltimum in reſolutione membri Chriſti, & Eccleſiæ, & conſequenter quamdiù character manet, non deſinit eſſe totaliter membrum Chriſti.

Et quia numquam deſinit character, ideò ſemper erit intra latitudinem membrorum Chriſti, etiam cum abſciſſum totaliter eſt per damnationem in inferno, & per hoc differt à purè infidelibus damnatis, & magis cruciabitur, iuxta ſententiam Apoſtoli ad Hebr. 10. Et hæc ratio vltra tot allata teſtimonia, ex propria efficacia ſufficit, quia ſecundùm veram Theologiam diuinam, & humanam, attributum alicui cauſæ vt proprius effectus, intelligitur attribui ei ſecundùm id, quod illi cauſæ proprium eſt, vt patet in cauſis naturalibus, moralibus, & Eccleſiaſticis inductiuè; periret enim aliter omnis certitudo moralis.

Ex quo ergo attribuitur Baptiſmo, vt proprius effectus, quod faciat membrum Chriſti, oportet quod intelligatur attributum ei ſecundùm id, quod huic ſacramentali cauſæ, quæ eſt Baptiſmus, eſt proprium, quo differt à cæteris; hoc autem eſt pro quanto eſt cauſatiuus characteris fidei, hoc enim ſolus habet hoc ſolum primo infallibiliter cauſat ſolis eſſentialibus requiſitis ad Sacramentum concurrentibus.

Quia ergo Papa factus hæreticus licèt amiſerit fidem etiam informem, quia tamen retinet Sacramentum fidei etiam inuitus, quo conſtituitur primò, quis in hoc, quod eſt eſſe membrum Chriſti, ideo rationes, & auctoritates, quæ fundantur ſuper hoc, quod fides ſaltem informis requiritur ad eſſe membrum Chriſti, ac per hoc ipſo facto iure diuino depoſitum, quamuis defectu fidei informis optimè inferatur, quod ipſe quantum eſt ex ſe, eſt extra latitudinem membrorum Chriſti, ac per hoc à membris Chriſti ſegregandus per depoſitionem ab officio capitis, & poſt per alias pœnas ab Eccleſia puniendus, & demum curiæ ſeculari tradendus.

Sigillatim ergo reſpondendo, auctoritas in primis Domini Ioann. 3. non eſt ad propoſitum, quia loquitur de iudicio æternæ damnationis, in quo qui non credit, iam iudicatus eſt, & ex parte Dei, quia nouit Dominus, qui ſunt eius, vt gloſſa ex Auguſtino ſumpta exponit, & ex hac parte meritorium, quia habet in ſe cauſam æternæ damnationis, vt Chryſoſtomus dicit, & ex parte claræ condemnationis in vltimo iudicio abſque examine, vt Gregorius explicat.

Ad illud verò, ſuper hanc petram, ideſt fidem, dicitur, quod Sacramentum fidei, quod remanet in hæretico, non eſt extra fidem, ſed primus lapis fidei ædificandæ in quolibet, & propterea illo ſolo remanente lapide, ſuper petram fidei remanet Eccleſiaſtica poteſtas in via ad ruinam, quo ad illud ſuppoſitum.

Ad id autem, quòd iuſtus ex fide viuit, ſi de fide informi admittatur, dicitur quòd ſumitur viuere pro operatione vitali, & non pro eſſe, ſicut ſumitur cum dicitur, viuere viuentibus eſt eſſe.

Ad definitionem fidei. Fides eſt ſubſtantia, ac per hoc primum, dicitur, quòd fides habet rationem primi ſuſtentantis inter virtutes pertinentes ad fideles, & ideo dicitur ſubſtantia. Cum quo ſtat, quòd ipſius fidei

Sacra-

Sacramentum prios ſit ipſo ordine generationis.

Ad auctoritatem illatam ex 3. ſent. ſancti Thomæ dicitur, quòd doctrina S. Thom. ibidem eſt male intellecta, & eſt contra iſtos in propoſito, nam ibidem appellatione infidelium non veniunt, niſi hi, qui numquam actu fuerunt de Eccleſia, vt patet ex hoc quod dicit, ideſt reſpectu horum Chriſtus non eſt caput niſi in potentia, ſecundum ſcilicet quòd ſunt vnibiles corpori. Conſtat namque, quòd reſpectu baptizatorum hæreticorum Chriſtus eſt Caput, aliter quàm in potentia, quia eſt actu Caput eorum ſecundùm Sacramenta fidei, non ergo appellatione infidelium ibi veniunt hæretici.

Appellatione quoque fidelium peccatorum ibi veniunt hæretici, qui per fidei Sacramentum in vno numero obiecto, fidei vnionem illam (quam vnionem ſimpliciter auctor nominat,) retinent vt cumque velint nolint. Et hoc inſinuatur ex hoc, quod dicit, quòd velut membra arida poſſunt non in ſe, ſed alijs Sacramenta miniſtrando, & docendo: hæc enim omnia per hæreticos non in quantum tales, ſed in quantum aliquid ipſius capitis participant, Chriſtus facit.

Ad definitionem Eccleſiæ dicitur, quod quia hæreticus ex ſeipſo eſt infidelis, ideo ſimpliciter eſt infidelis, & extra Eccleſiam. Cum hoc tamen ſtat, quod ſecundùm quid ſit in Eccleſia ad tempus, vt abijciendus: ſic enim manet Papa hæreticus.

Auctoritates omnes Teſtamenti noui, & veteris prohibentes communionem cum hæreticis, non probant, quòd ſit depoſitus ipſo facto, ſed deponendus, vt non communicemus cum eo; ſic enim ſufficienter ſatis ſit præcepto huiuſmodi. Si enim ipſo facto vitandus præciperetur à Deo hæreticus, non dixiſſet Apoſtolus ad Titum 3. cap. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem, deuita. Amiſſio clauium apud hæreticos intelligitur quatenus hæretici ſunt, & quo ad licitum vſum.

Honoris, & poteſtatis iuriſdictionalis perditio ipſo facto intelligitur quantum eſt ex eorum parte, & iuris diſpoſitione in his, qui ſubſunt iuri humano, & ſunt in Eccleſiæ foro hæretici; ſic enim interpretanda ſunt ſancti Thomæ, & aliorum in communi loquentium dicta. Tales enim ſoli ſunt excommunicati, & conſequenter priuari ipſo facto, ſaltem per ſuſpenſionem poteſtatis iuriſdictionis; ſi eſt crimen occultum, & declarandi priuati. Papa autem ex diuini, & humani iuris diſpoſitione, & hæreſis propriæ exactione, eſt priuandus humano iudicio à quo coniunctus eſt papatus huic perſonæ, dictum eſt. Officium quoque Paſtorale ab hæreticis, inquantum hæretici ſunt, Auguſtinus adimit ipſo facto, quia impoſſibile eſt, vt hæreticus, inquantum hæretici officium exercet, paſcat oues Chriſti. Poſſibile tamen eſt, vt ille, qui eſt hæreticus, in ſeipſo ſit hæreticus, & oues Chriſti paſcat, officium Petri non hæretici exercens. Sed quia periculoſum hoc eſt valde, ideo abijciendus eſt ab officio paſcendi oues Chriſti.

Illud demùm, quòd ex gloſſa decreti aſſertur, quòd Papa cadens in hæreſim damnatam, incidit in excommunicationem, falſum eſt; nam, cùm omnis excommunicatio, quæ eſt eccleſiaſtica cenſura: (de hac enim loquimur) ſit à iure poſitiuo, & ius poſitiuum non habeat vim coactiuam in Foro Eccleſiaſtico ſupra Papam, & excommunicatio coactionem importet in Foro Eccleſiaſtico: oportet dicere, quòd Papa in nullam incidere cenſuram poteſt. Et vſque adeò docent hoc Doctores, vt dicat ſanctus Thomas, in 4. ſentent. diſt. 16. qu. 2. art. 3. ad tertium, quòd Papa non poteſt committere alicui, quòd excommunicet ipſum. Et in eadem ſententia ſunt Albertus Magnus, & S. Bonauentura, vt Dominus Ioannes de Turrecrem. de iſtis refert. Vnde audiendi non ſunt illi, qui omnia hæreticorum iura ad Papam hæreticum extendunt: dum Papa enim eſt, ſoli depoſitioni ſubijcitur: depoſitus autem ſubijcitur iuri ſicut alij.

Ad probationem autem, ſcilicet quòd ſi Papa fiat hæreticus, eſt minor quolibet Catholico ſumptam ex can. audiuimus, 24. q. 1. & ſanct. Thom. dicendum eſt, quòd cùm hoc non poſſit intelligi de maioritate, & minoritate meritorum, ſeu charitatis: quia extra propoſitum eſſet, & Prælatus non ſolùm per infidelitatem; ſed quodcunque mortale crimen ſit minor, ſic omni exiſtente in charitate, nec de minore, & maiore ſecundùm iuriſdictionem de facto perditam, quia ſecundùm illud Prælatus cadens in hæreſim ſit minor, ſecundùm quod quilibet Catholicus eſt maior, cùm iſta ſint correlatiua; ſed quilibet Catholicus non eſt maior ſecundùm iuriſdictionem: non enim ex hoc quòd Papa, vel Prælatus meus, ſit hæreticus, ego vnus Catholicus, qui nihil habeam iuriſdictionis, iuriſdictionem acquiro ſuper me, aut alios, oportet ſanè verba hæc intelligere, & exponere tantò diligentiùs, quantò ſuper his verbis S. Thomæ magna fabrica erigitur, & dicitur quòd Papa eſt depoſitus ipſo facto, dicendum eſt igitur aliter.

Ad cuius euidentiam ſcito primò, quòd cùm maior, & minor ſint correlatiua, conſequens eſt, quòd oportet proportionaliter minorem maiori referre, vt & in quo Prælatus ſit minor, ſubditus quilibet Catholicus fiat maior.

Scito ſecundò, quòd cùm ſermo ſit intelligendus ſecundùm ſubiectam materiam, & ibidem ſit ſermo de correctione Prælatorum à ſubditis, manifeſtè ſit comparatio inter Prælatum, & ſubditum: non quoad perſonas totas, ſed conſiderato prælationis officio. Poteſt igitur tripliciter dictum hoc verificari.

Primò, vt intelligatur de maiore, & minore ſimpliciter, & eſt ſenſus, quòd Prælatus ſi labitur in infidelitatem ſit minor ſimpliciter, & abſolutè, & quilibet ſubditus fidelis maior ſimpliciter, & abſolutè.

Et hoc eſt verum: quia quilibet Catholicus, abſolutè, & ſine limitatione aliqua loquendo, eſt in Eccleſia Dei maior infideli, cum quo tamen ſtat, quòd Prælatus donec deponatur, aut declaretur, ſit maior ſecundùm quid, ſcilicet ſecundùm poteſtatem iuriſdictionis iam propè mortem.

Secundò, & ſequitur ex hoc iam dicto,

po-

Digitized by Google

poteſt intelligi, quòd etiam quoad poteſtatem iuriſdictionis Prælatus infidelis eſt minor, & ſubditus fidelis maior, quantum eſt ex ſe, quia infidelis quantum eſt ex ſe, extra membra Chriſti eſt, ac per hoc quantum ex ipſo pendet, inhabilis ad poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualis; fidelis autem quilibet ex ipſa ſpontanea fide diſpoſitus, eſt habilis ad poteſtatem ſpiritualis iuriſdictionis in Eccleſia Chriſti. Et ſic Prælatus ob infidelitatem ſit minor ſecundùm poteſtatem iuriſdictionis, quantum eſt ex ſe, & Catholicus ſubditus maior.

Tertiò, & ſequitur ex dicta expoſitione, poteſt intelligi de maiore, & minore in officio defendendi fidem, ex eo namque quòd Prælatus à fide deuiat, & ſubditus permanet in fide minor ſit ille in officio executiuè defendendi fidem, & ſubditus fidelis contra maior ſit in officio fidei defendendæ. Et hoc totum ſimul iunctum ſatisfacit literæ decreti, & intentioni S. Thomæ, & concordat cum dictis ſuis alibi.

Accuſandum denique eſſe, & iudicandum Petrum Papam hæreticum, nihil aliud concludit, niſi quòd iudicem habet ſuperiorem, non Papa, vt iſti putant; ſed coniunctione papatus, & Petri in caſu hæreſis, & conceditur Concilium eſſe iudicem in tali caſu. Et per hoc patet ſolutio allatorum etiam in c. 18. pro quanto contra determinationem præſentem militant.

Vnum tantùm ſupereſt declarandum, an ſcilicet ſola hæreſis ſufficiat, an exigatur etiam incorrigibilitas, ſeu perſeuerantia obſtinata in hæreſi, ad hoc vt deponatur Papa, quod ſequens cap. declarabit.

CAP. XXIII.

Quomodo cum Papa in hæreſim lapſo parato corrigi, agendum ſit.

AD abſoluendum demùm totam hanc difficultatem de poteſtate Concilij ad depoſitionem Papæ in caſu hæreſis, ſcire conuenit, quòd duæ ſunt hic extremæ opiniones. Altera, quòd Papa propter crimen hæreſis, etiam confeſſum, non poteſt deponi.

Fundatur hæc opinio primò ſupra facto Marcellini, & reſponſione Epiſcoporum, vt patet in vigeſimaſecunda diſtinctione, Cao. nunc autem, & ſunt verba Nicolai Papæ. Cùm enim idolatriæ crimen incurriſſet Papa, congregatum Concilium videns eum compunctum corde, dixit, Tu teipſum iudices: prima Sedes non iudicabitur à quoquam, & ſic non depoſitus martyr effectus eſt poſtmodùm.

Secundò ſuper gloſſa in dicto capitulo, & in capitulo ſi Papa, diſt. 40. & multis Doctoribus.

Tertiò ſuper ratione: quia cùm hæreticus nomen ſit vitij, & Papa hæreticus ſit deponendus, tamdiù deponendus venit quamdiù hæreticus, ſeu à fide deuius eſt: ac per hoc ſi pœnitet eum ſui delicti, non eſt ampliùs hæreticus, aut à fide deuius, & conſequenter non ſubiacet ampliùs pœnæ depoſitionis. Et firmatur hæc ratio ſuper dictis Gratiani in Decretis trigeſimaſextæ diſt. qu. prima, de Matrimonio inter raptorem, & captam, vt patet in Can. nullus.

Quartò, ſuper auctoritate Apoſtoli ad Titum 3. hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita. Si enim deuitatio non ſequitur crimen hæreſis, ſed ſecundam correctionem, à fortiori nec depoſitio.

Altera opinio eſt, quòd Papa propter crimen hæreſis poteſt deponi. Et hæc fundatur ſuper hoc, quòd reus eſt, & obnoxius pœnæ criminis quicumque crimen illud admiſit, etiam ſi non perſeueret in illo, vt patet inductiuè. Qui enim ſemel homicidium commiſit, reus eſt pœnæ homicidij: & ſimile eſt de adulterio, ſimonia, furto, blaſphemia, periurio: & ſic de alijs, ſed Papa propter hæreſis crimen pœnæ depoſitionis reus eſt, vt communiter Doctores ex cap. ſi Papa 40. diſt. moti dicunt.

Non ergo exigitur perſeuerantia in hæreſi, ſed ſicut ſi pro adulterio deponendus foret, ſufficeret ipſum adulterium commiſiſſe: ita quia pro deuiatione à fide deponendus dicitur, ſufficit quòd hæreſim incurrit. Et confirmatur, quia alij Prælati, puta Epiſcopi ex ſolo, quòd damnatam incurrunt hæreſim, in Foro Eccleſiæ ſunt ipſo facto excommunicati, & poſſunt declarari priuati, conſtito de crimine. Et confirmatur iterum, quia ſi Papa paratus corrigi non poteſt deponi, cùm centies in veritate poſſit relabi, & reſugere: ſequeretur quòd centies relapſus, paratus tamen corrigi, non poſſet deponi: quod eſt fatuum.

Licèt autem hæ duæ opiniones contrariæ videantur, ad medium tamen expoſitæ diſcordes non inueniuntur. Vnde media, rationabiliſque ſententia eſt, quòd Papa hæreticus poſt duas monitiones deponendus eſt, ipſo Paulo Apoſtolo hoc definiente ad Tit. 3. Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita. Et rationem quare non ampliùs ſuſtinendus eſt, aſſignans ſubdit, Sciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt. Vbi gloſ. interlinearis in verbo, Subuerſus exponit, Perditus, & in verbo, eiuſmodi, exponit, Incorrigibilis.

Et eſt intentio literæ, quòd quia iudicium humanum datur ſecundùm id, quod vt in pluribus inuenitur, & ſecundùm communem curſum, qui ab ea, quam vera ſponte profeſſus eſt, fide declinat primò, & poſt vnam correctionem ſecundò, & poſt ſecundam correctionem tertiò, abijciendus tamquam incorrigibilis cenſetur, idcircò Papa hæreticus poſt primam, & ſecundam monitionem delinquens in fide, deuitandus eſt depoſitione.

Non enim poſſunt fideles euitare Papam manentem, cum ex eo poſt Dominum Ieſum omnium ſalus dependeat: vt dicitur 40. diſt. ſi Papa. Quia ergo Apoſtolus hæreticum hominem poſt duas correctiones delinquentem in fide, non ſuſtinendum, ſed deuitandum præcepit, conſequens eſt primò, quòd quantumcumque Papa hæreticus poſt duas correctiones relapſus, paratus ſit corrigi, non ſolùm poteſt, ſed debet deponi. Et meritò, ne in

in infinitum protrahatur humanum iudicium, ſed limite aliquo terminetur.

Rationabilis autem terminus eſt ſtatutus trinus error cum trina monitione, prima, in profeſſione fidei, & duabus poſt deuiationem ſubiunctis, ita quòd tertius error tres monitiones contempſit, ſicut hæretici relapſi poſt profeſſionem, excommunicationem, & adiurationem, non ampliùs admittuntur ab Eccleſia.

Conſequens ſecundo eſt, quòd ante correctiones non eſt deponendus Papa hæreticus, qui propter hæreſim non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus depoſitione. Et propterea in eo ad literam ſeruandum eſt præceptum Apoſtoli de publica correctione: quod in alijs inferioribus propter adiunctam excommunicationem latæ ſententiæ, quam tulit Eccleſia contra hæreticos, non ſeruatur. alij enim, quia excommunicati ſunt poſt, ab Eccleſia ſtatim euitantur. Papa autem, quia excommunicatus non eſt, ſicut nec excommunicati erant homines hæretici tempore Pauli Apoſtoli, ſed excommunicandi, poſt duas correctiones deuitandus eſt.

Duplex enim correctio à Paulo conceſſa non abſtulit poteſtatem ab humano iure rigoroſius procedendi contra hæreticos ſubiectos humano iuri, ſicut concedendo ius diuinum matrimonium cum ſorore conſobrina, non ademit poteſtatem Eccleſiæ inhibendi tale coniugium, ſed oſtendit quid ſecluſo humano iure ſeruandum eſt: propter quod, quia Papa vt patebit, ſolo diuino iure iudicandus, deponendusque venit, quia ſoli ſubiectus eſt, ideò in eo ſolo Apoſtolica regula ſeruanda remanſit, cæteris propter hæreſim ab Eccleſia excommunicatis.

Nec obſtat dictis, ſi dicatur, quòd hęretici etiam tempore Pauli erant excommunicati ab ipſo, ad Gal. primo. Cùm enim ſententia illa ſe extendat ad ſuperiores, ſcilicet Angelos de Cœlo, & conſtet, quòd nullus ſuperiorem ſub quacumque conditione excommunicare poteſt: conſequens eſt, quòd non fuit excommunicatio, ſed denunciatio, quòd à Deo anathema fieret quicumque etiam Angelus de Cœlo, ſi contra Euangelium Chriſti prædicaret.

Et hoc eſt denunciare ſeparatum eſſe à Deo, & dignum excommunicatione Eccleſiæ quoad homines. Et confirmatur ex S. Thom. ibidem dicente, quòd ſententia illa ab Apoſtolo data eſt auctoritate Euangelicæ doctrinæ promulgata Ioan. 10. cap. Sermo, quem ſum locutus, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Conſtat namque, quòd excommunicandos ab Eccleſia non excommunicatos ab eadem, conſtituit ſermo diuinus contradicent ſibi.

Ad rationes igitur primæ opinionis, vnico verbo dicitur, quòd Papa poſt ſecundam correctionem deuius à fide, non admittitur vt paratus corrigi apud humanum iudicium, ſed tamquam incorrigibilis hæreticus cenſetur. Quamquam apud Deum ſemper poſſit corrigi, & fortè in veritate ſit correctus.

Ad rationes autem alterius opinionis dicitur, quòd vbi eſt ſpeciale ius, non oportet ex communi procedere iure. In hac autem cauſa eſt ſpeciale ius Apoſtoli, & ſatis rationi conſonum, & ſtylo Eccleſiæ in excommunicandis perſonis, præſertim in perſona tam excellentis dignitatis.

De alijs autem Epiſcopis iam reddita eſt ratio diſſimilitudinis, quia ſcilicet non ſunt in illo ſtatu, in quo erant tempore Apoſtoli propter ſuperuenientem Eccleſiæ excommunicationem, quàm redditi ſunt ſtatim vitandi, & propterea poſſunt declarari priuati: propter tamen dignitatem eorum, & fragilitatem humanam vnica correctio declarationem ſi præcederet, miſericordia æquitatis eſſet. Faciunt ad prædicta, quæ ſcripſit diuus Thomas in Secunda ſecundæ quæſt. 11. art. 3. & quatto de receptione hæreticorum ab Eccleſia.

CAP. XXIV.

Opinio, quòd Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine ſcandalizante Eccleſiam, ſubijciatur Concilij poteſtati; ità quòd poſſit ab eo deponi.

Expedita relatione Papæ in caſu hæreſis ad Concilium, oportet in alijs extrà hæreſim caſibus decernere, ſi Papa ſubeſt poteſtati depoſitiuæ Concilij in alio caſu, quàm in caſu hæreſis. Et nunc quidem verè caſus, qui peccata ſunt, tractandi ſunt poſtmodùm de euentuum caſibus ſermo erit. Eſt igitur nonnullorum opinio, quòd Papa extrà caſum hæreſis deponi à generali Concilio poteſt. Probaturque hoc ex ſeptem capitibus.

Primò, ex ratione criminis Papa poteſt deponi pro hæreſis crimine: ergo, & pro aliquo alio. Probatur ſequela, tamen primò, quia aut hoc eſt ſingulare in hæreſi ratione grauitatis: & hoc non, quia odium Dei eſt grauius peccatum hęreſi: vt patet in Secunda ſecundæ S. Thomæ qu. 3. artic. 2. Aut ratione damni Eccleſiæ: & hoc non quia plus nocet Eccleſiæ Papa omnia beneficia vendens, prauos extollens, bonos deprimens, tyrannidem exercens, vitiorum lux, blaſphemiæ, auaritiæ, &c. notoriè plenus, quàm ſi pertinaciter ſentiens, quòd Spiritus ſanctus non procedat à Filio, rectè alius viuat, & hanc hæreſim ſolus teneat.

Tum ſecundò, quia in ſacra Scriptura non inuenitur ſpecificè expreſſum, quòd Papa poſſit deponi magis pro hæreſi, quàm alio crimine: relictum eſt ergo interpretationi Doctorum, & Canonum. Et ſicut Bonifacius Papa, & martyr expreſſit caſu hæreſis, diſtinct. 40. ſi Papa: ita poteſt caſus incorrigibilis notorij, & ſcandalizantis Eccleſiam criminis, excipi: vt Gloſs. ibidem ſentit.

Tum tertiò, quia qui poteſt in maius, poteſt in minus: vt dicitur in cap. ex parte, extrà de decimis; ſed Concilium poteſt iudicare Papam de maiori crimine, puta hæreſis: ergo de minore, ſcilicet ſimonia notoria, &c.

Se-

Digitized by Google

Secundò, ex parte abuſus poteſtatis, conſtat namque, quòd gladius de manu furioſi poteſt, & debet auferri: innaſor & occiſor corporum detineri, & pertinax in propoſito in cuſtodiam poni, quantò magis ſęuiens in perditionem animarum Papa gladio papalis poteſtatis abutens, illo priuandus eſt tamquam phreneticus, & ebrius, ſuarum paſſionum commotione actus, Cogit enim alios malefacere ſuo exemplo, & Apoſtolus teſtatur ad Gal. 2. dicens ad Pettum, Cogis Gentes iudaizare: Gloſ. conuerſationis exemplo. Et confirmatur, quia ſi Papa vellet mulierem opprimere, vel occidere, poſſet & repelli, & percuti, & occidi, cum moderamine inculpatæ tutelæ: à fortiori ſi opprimit Eccleſiam, ſi occidit animas, reſiſtendum primò, & ſi opus eſt, occidendus depoſitione eſt. Et confirmatur hoc ex ratione finis poteſtatis acceptæ: quia ſcilicet ad ædificationem eſt, & non in deſtructionem.

Tertiò, ex parte obligationis ipſius Papæ, tenetur enim Papa ad purgationem ſui cùm infamia eſt de crimine ſcandaloſo, vt patet de Damaſo accuſato de adulterio: teſte Hier. de viris Ill. & de Sixto, Leone, & Symmacho, ſecunda, quæſtione ſeptima. Et probatur ratione, quia tenetur paſcere oues ſuas, & conſtat, quòd ſcandalum depaſcit oues. Purgationi autem ſubiectus ſi deficit, iudicandus eſt, igitur Papa poteſt ab Eccleſia de alio crimine, quàm de hæreſi iudicari. Et confirmatur auctoritate Gregor. in cap. ſi quis, ſecunda, quæſtione ſeptima, dicentis, Si quis ſuper hoc nos redarguere voluerit, vel extrà auctoritatem facere nos contenderit, veniat ad Sedem Apoſtolicam, vt ibi ante confeſſionem beati Petri mecum iuſtè diſceptet, quatenus vnus ibi ex nobis ſuſcipiat ſen. tentiam ſuam. Nec hoc inquit, Gerſon ex humilitate, ſed ex debito Gregor. fecit.

Quartò, ex parte Eccleſiæ: quia ſicut Papa ſponſus poteſt dare libellum repudij Eccleſiæ ſuæ ſponſæ, renunciando Papatui, ita èconuerſo, cùm non debeant quoad hoc impari iure cenſeri, & potior adducitur ratio pro ipſa contra ſponſum, vel quia proſtituere eam quærit quantum in ſe eſt, vel tyrannide ſæua laniando eam, vel placitando, bona ſua diſſipando, vel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. Et confirmatur hoc: quia ad Communitatem totam ſpectant Principis correctio, vel deſtitutio, apud Ariſtotel. in 5. Politic. ſi inemendabilia perſeueret. Et hæc poteſtas inauferibilis, vel inabdicabilis eſt à Communitate libera, quantò magis hoc habebit Eccleſia?

Quintò, ex parte diuinæ prouidentiæ. Cùm enim Dei perfecta ſint opera, & Eccleſia opus ipſius immediatè ſit (multò magis quàm ſynagoga, cui tamen dicit, Quid vltra tibi debui facere, & non feci? Eſa. 5. oportet Eccleſiæ regimini, & corpori perfectè prouiſum eſſe.

Conſtat autem, quòd perfectum non eſt corpus, quod non poteſt putrida à ſe membra abijcere, vel ſanare, ſed cum totius damno euidenter emergente oportet ſuſtinere. Et ſimiliter non eſt perfectè diſpoſitum regimen, quod non poteſt commune bonum neceſſarium conſeruare, abijciendo manifeſtè, & notoriè commune bonum vſurpantes, diripientes, &c. Hæc enim omnia Papa notoriè ſcandalizans, ſimonia, luxuria, blaſphemijs, tyrannide, promotione indignorum, &c. manifeſtè facit contra bonum charitatis commune Eccleſiæ Militantis, & Triumphantis bonum.

Sextò, ex parte decretorum, & geſtorum Concilij Conſtantien. & Baſileen. In Concilio namq; Conſtantien. depoſitus fuit. Ioan. II. quem ipſi tenebant vt verum Papam, & Benedictus XIII. de conſenſu ſuæ obedientiæ. In Concilio quoque Baſileen. depoſitus fuit Eugen. IV. & creatus Fęlix, Stephanus, Chriſtophorus, Benedictus, Gregor. VI. Ioann. XII. Et confirmatur locus iſte auctoritate multorum Doctorum ſentientium idem quod Concilia iſta, vt patet de Gloſ. in can. ſi Papa diſt. 40. & ſequacibus.

Septimò, ex parte naturæ iudicij humani, ſcilicet ſecundùm allegata, & probata, vel præſumpta iudicantis. Quo fit ratione præſumptæ hæreſis Papa non hæreticus propter contumaciam, iuxtà cap. cum contumacia, de hæreſ. lib. 6. Vel per manſionem excommunicatione per annum, deficiente purgatione, iuxtà cap. excommunicamus, extrà de hæreſ. Vel dum timore mortis actus hæreticales exterius tantùm facit, vt de Marcellino dicitur, vel ſimili timore verba hæreticalia abſque intentione protulit, vel ſi per falſos teſtes conuincitur hæreticus relapſus, vel dum ſuam excuſationem in cauſa fidei probare non potuit. Ex his, & ſimilibus creditur, Papam in caſibus pluribus incorrigibilibus ſubeſſe iudicio Concilij generalis, ſic vt poſſit ab ipſo deponi.

CAP. XXV.

Diſcuſsio, & determinatio, ad quam legem ſpectet determinare caſus, in quibus iudicio Concilij ſubeſt Papa.

Dictæ autem opinioni communis ſententia Doctorum, Theologorum, & Canoniſtarum antiquorum obuiat, tenens quòd ſi ſit Catholicus Papa non iudicatur à quocunque iudice in terris, iuxtà cap. ſi Papa, 40. diſt. cap. oues, 2. qu. 7.

Et quoniam hinc inde multùm diſputatur, oportet primò videre, in quo conſiſtit hæc difficultas, vnde ſcilicet quæſtionis veritas pendet, quo ignorato veritas huius latet, & quo cognito veritas liquet. Niſi enim hoc ſciatur, continget quidem aliquem verum aſſequi, ſed neſcire ſe verum aſſecutum.

Sciendum eſt igitur, quòd tota difficultas pendet ex hoc. An iure diuino, vel humano Papa in caſu criminis, quodcumque ſit illud deponendus ſit poteſtate Eccleſiæ, ſeu Concilij. Si enim lex diuina exigitur ad faciendam exceptionem hanc ſcilicet, quòd in caſu criminis hæreſis poſſit ab Eccleſia deponi, lex quoque diuina exigitur, ſtatuens quòd propter tale crimen, puta notorium ſcanda-

lizaus, & pertinax deponi poſſit. Et ſi ſolum ius humauum ſufficit ad ſtatuendum, qnód Papa in caſu hæreſis eſt deponendus, ſolum quoque ius humanum ſat eſt ad ſtatnendum, quòd Papa propter notorium erimen deponatur.

Dicentes, quòd ius diuinnm exigitur, fundant ſe ſuper hoc, quod licèt Petrus poteſtate miniſteriali Eccleſiæ ſit iunctus papatui, factus iam Papa diuina lege eſt ſupra Eccleſiam, & Concilium, ac per hoc nulla inferiori lege poteſt ſubijci, nec ſimplieiter, nec in caſu, Concilio, aut Eeeleſiæ, ſed ſula diuina lege. Et quia lex diuina in ſolo caſu hæreſis ſubdir illum poteſtati Eccleſię miniſteriali, vel vt alijs placet auctoritatiuè: ideò in ſolo boc eaſu iudicari, depooique poteſt. Quòd enim caſus hæreſis Inueniatur exceptus in lege diuina, patet ex multis inductis textibus Sacræ Scripturæ, expreſsè ſeparationem ab hæretico quocumque indicentibus. Quod autem ſolus ſir exeeptus: patet ex ſententia Saluatoris, Matth. 23. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: ergo quæcumque dixerint facite, ſecundùm autem opera eotum nolite facere, vbi Dominus apertè ſtatuit ſubditos debere audire Prçlatos malæ vitæ, & bonæ Doctrinæ. Conſtat autem, quòd doctrina ad fidem ſpectat; vita autem, & opera ad malos mores aliorum criminum: ſecundùm Igitur ſententiam Domini ſunt fideles Prælati, quamuis mali, Confirmatne quoqne eadem ſententia à Petro Apoſtolo in prima Epiſtola 2. cap. Obedite præpoſitis veſtris, non tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

Dicentes autem, quòd ius diuinum non exigitur, ſed Deus relinquit hoc in manu Cõſilij humani: ſicut, & multa alia, fundant ſe ſupee hoc, quòd opus purè humauum, ſecundùm ſe nee bonũ nec malum moraliter, ſubiacet plenariæ legi humanæ: coniunctio autem inter Petrum, & Papatum eſt opus purè humanum quandoque bonum, quandoque malum, ergo ſubiacet plenariæ legi humanæ, ac per hoc lex humana diſponere poteſt de illa coniunctione, quòd quando eſt bona, perſeueret, quando mala, diſſoluatur. Dixi Opus purè humauum, ad differentiam operationum ſacramentalium, quæ non ſunt purè humanæ. In coniunctione autem Petri cum Papatu ſola humana actio interuenit, coninngens electionis actum verumque ſupponendo materiam formæ, vt patet ex hoc, quòd ſi ceſſat à Papatu, vt Cœleſtinus fecit, nihil diuini operis in ſe reſtat, ſicut reſtat in Epiſcopo renunciante, & in ſacerdote degradato poteſtas ordinis à Deo data, ſine pœnitentia namque ſunt dona Dei, vt dicitur ad Rom. 11. Dixi, Secundùm ſe, nee bonum, nee malum moraliter, ad differentiam actuum ſecundùm ſe bonorum, vt credere, amareque Deum, &c. & ſecundùm ſe malorum, vt blaſphemia Dei, mendacium, & ſimilia, hæc enim naturali, diuinoque iure regulantur. Coniunctio autem Petri eum Papatu, quandoque bona eſt, vt patet in tot Sanctis Romanis Pontificibus: & quandoque mala, vt patet in multis eiſdem ſceleratis, quos vtinam neſcire licuiſſet. Et confirmatur: quia poteſtas miniſterialis exiſtens in Eccleſia ad coniunctionem Petri, & Papatus, regulatur humana lege, vt patet de Actu electionis Papæ, qui irritus, & nullus ab humana lege ſi non ſeruatur, redditur. Vndè ſicut Bonifacius Papa, & Martyr promulgauit, quòd in caſu hæreſis poteſt Papa iudieari, & deponi, poteſt alia lege humana promnlgari, quòd pro ſimonia in beneficio poſſit deponi, & ſic de alijs maxioris exceſſibus, obſeruata conſonantia legis humanæ ad naturalem, & diuinam, Et etiam ſine noua lege, quia in defectu manifeſto humanæ legis locum habent gnome, & *epiceia*, poſſet Papa ex notorio exceſſu ſcandaloſo, & incorrigibili deponi, ſicut pro hæreſi.

Si quis autem diligentius perſpiciat, videbit, quòd diuina lege opus eſt ſtatuente caſus depoſitionis Papæ, nec vlla lege humana poteſt, aut potuit hoc fieri. Quod probatur ex ratione humanæ legis breuiſſimè, & elariſſimè, ſic, Omnis lex Eceleſiaſtica poteſt tolli, & mutari à Papa: ergo nulla lege humana poteſt contra Papam inuitum procedi. Antecedens conſtat ex eo, quod eſt Dominus iuris poſitiui. Conſequentia eſt euidens, quia ex quo poteſt tollere legem, & non non vult ſubire ipſam, tollet eam, & ſic nihil contra eum fiet.

Et licèt hæc ratio ſufficiat: quia Papa diuina auctoritate hoc poteſt, & nulla deuolutione, interceptione, inchoatione, appellatione, ſuſpenſione, aut quouis alio termino poteſtas ſua minuitur, aut impeditur In his quæ ſunt poſitiui iuris, attamen ex proprijs rationibus poteſtatis Eceleſiaſticæ concurrentis ad propoſitum, idem oſtenditur. Quadruplex namque poteſtas hic nominatur.

Primò, poteſtas Papalis, de qua eum par in parem non habeat imperium, non oportet ſolicitari.

Secundò, poteſtas Eccleſiæ, ſeu Concilij vniuerſalis, ſupra Papam ſimpliciter, & abſolutè. Et hæc nihil eſt, ſed chimera: vnde nullum effectum in mille quingentis annis in Eccleſia Dei habuit: omnia enim iura poſitiua ſubiecta ſunt, & fuerunt ſemper Papæ, velit nolit Concilium, teſtante hoc vniuerſalis Eccleſiæ per Orbem diffuſæ obſeruantia.

Tertiò, poteſtas auctoritatiua Concilij ſupra Papam in caſu eriminis puta hæreſis. Et hęc poteſtas licèt minus rationabiliter poni videatur, verumtamen atteſtatur propoſito, quia ponentes eam in ſolo caſu, à diuina lege ſtatuto dicunt eam poſſe exire in actum.

Quartò, eſt poteſtas miniſterialis Eccleſiæ, quæ habet pro obiecto coniunctionem perſonæ cum papatu. Et hæc etiam atteſtatur propoſito, quia cum ipſa non ſe directè extendat ſupra coniunctionem Petri, & papatus in facto eſſe, ſed in fieri (quia nihil poteſt ſupra coniunctum ſcilicet Petrum Papam, vt potè ſuperiorem iam nominatum, ac per hoc miniſterialiter conſtitutum) conſequens eſt, quòd ad ipſam non ſpectat determinare diſpoſitiones coniuncti, ſcilicet Petri Papæ diſponentes ad diſſolutionem coniunctionis, nam diſpoſitiones tales adueniunt coniuncto iam facto, ad id quod non ſe extendit poteſtas iſta. Et propterea niſi diuino, aut naturali iure diſpoſitio Petri Papæ ad diſſolutionem determinata ſit, poteſtas iſta non

poteſt

poteſt exire in actum diſſoluendi, vt pote non habens patiens diſpoſitum, nec potens per ſe ipſam illud diſponere determinando, quæ eſt diſpoſitio ſubijciens ſubiectum, ſcilicet Petrum Papam tali poteſtati. Et ex hac concluſione, ſcilicet, quòd lex diuina exigitur ſtatuens caſum depoſitionis Papæ, patet quàm ignoranter procedant, quotquot ex vi canonici iuris procedunt ad oſtendendum, quòd Papa ex crimine notorio ſcandaloſo, & incorrigibili deponi poteſt, vt gloſſa ſuper Canone, ſi Papa, diſtinctione quadrageſima, & ſuper canone Agathius, & vigeſimaquarta diſt. quæſt. prima, neſciens quid dicat, errauit cum tota multitudine ſequacium Oportet namque ex iure diuino caſus inuenire ſubiectionis Papæ ad Concilium, ex quo iure diuino ipſe abſolutè eſt ſupra Concilium, & vniuerſam Eccleſiæ communitatem. Et hìc iacet lepus, non eſt hac illacque ampliùs vagandum. Vnde ipſamet gloſſa veritate inducta, dicit quòd Papa non poteſt ſtatuere, quòd non poſſit iudicari de hæreſi, hoc enim ideò verùm eſt, quia diuino non humano iure iudicium hoc in caſu hæreſis ſtatutum eſt, nam iuris humani Papa eſt Dominus.

Ratio autem in oppoſitum allata, non concludit oppoſitum, quoniam opus humanum indifferens ſubijci humanæ legi, poteſt intelligi dupliciter.

Primò, quo ad modum fiendi, & ſic eſt verum.

Secundò, quo ad ipſum fieri ſecundùm ſuam ſubſtantiam. Et ſic eſt falſa, vt patet de abſciſſione ligni, vel ferri, præcidi ſiquidem poteſt, benè, & malè moraliter, & lege humana determinari poteſt poteſt, quando benè, & malè: ſed non ſpectat ad humanam legem, ſi poteſt, vel non præcidi, ſed ad naturalem potentiam præciſoris, & diſpoſitionem ſubiecti cædendi. Vnde in propoſito humanæ legi ſubijcitur modus actionis, quo coniunctio Petri, & & Papatus fit, aut diſſoluitur: ſed ſi poteſtas iſta poteſt exire in actum ex altiori pendet principio. Nam non poteſt exire in actum coniunctionis, niſi vacante ſede, & tunc in ſubiectum diſpoſitum, ſcilicet Chriſtianum voluntarium. Depoſitionis verò, niſi diſpoſito ſubiecto, aut per receſſum à Chriſtianitate; aut per receſſum à voluntario, vt patet de Papa hæretico, vel renuntiante, propter quòd non poteſt lex humana ſtatuere, quod coniunctio papatus, & Petri quando eſt mala propter alia crimina ab hæreſi, diſſoluatur, non poteſt, dico efficaciter ſtatuere coactiuè, quia Papa criminoſus poſſet illam legem tollere, cùm par in parem non habeat imperium.

CAP. XXVI.

Quot caſus criminum ſint Diuina Lege ſtatuti, vt poſsit Concilium Papam deponere.

QVia igitur ad ſolam diuinam legem ſpectat determinare caſus depoſitionis Papæ, in ipſa, & ex ipſa ſcrutari oportet, quot ſint caſus depoſitionis Papæ. Et vt probabitur, ſolus caſus hæreſis eſt à lege Diuina, in quo Papa poteſt deponi ab Eccleſia, ſiue auctoritatiua, ſiue miniſteriali poteſtate, non curando in propoſito.

Probatur hoc tripliciter, ſcilicet ratione ex principijs theologicis certis, & auctoritate Sacrorum Doctorum, & definitione Sacræ Scripturæ. Ratio eſt iſta, Conſtat, quòd ſecluſo Papa, in Eccleſia eſt poteſtas electiua Papæ, ſeu applicatiua papatus ad Petrum, quæ quomodocumque vocetur habet pro obiecto coniunctionem perſonæ, & papatus in fieri, & in diſſolui, vt patet de actu electionis quo Petrus fit Papa, & de actu depoſitionis, quo Petrus Papa hæreticus incorrigibilis deponitur. Conſtat etiam, quòd ad hoc quòd Petrus fiat Papa efficaciter, ità quòd ſit Papa, & conſequenter ad hoc, quòd poteſtas illa Eccleſiæ exerceat actū conſtructiuum coniunctionis efficaciter inter Petrum, & papatum, aliquæ diſpoſitiones requiruntur in Petro de neceſſitate ſimpliciter, aliquæ ad benè eſſe. Requiſitæ de neceſſitate ſimpliciter ſunt duæ, ſimpliciter eſſe voluntarium, & eſſe Chriſtianum, numquam enim aliquis quantumcumque electus, eſt Papa, niſi ſit membrum Chriſti.

Secunda diſpoſitio exigitur de iure diuino, & quia ordo gratiæ præſupponit ordinem, prima diſpoſitio exigitur de iure naturæ. Requiſitæ autem diſpoſitiones ad benè eſſe, ſunt boni mores, ſcientia eccleſiaſtica, charitas, experientia regiminis, & huiuſmodi: ſine his enim Petrus ſi eſt electus, & acceptat eſt Papa: quamuis Ineptus, & malus. Conſtat etiam; quòd quia faciliùs eſt deſtruere, quàm conſtruere duabus ſimul requiſitis neceſſariò conditionibus ad conſtructionem, quæcumque earum deficiat diſſolui poteſt coniunctio iſta.

Namque ſi Petrus non vult ampliùs eſſe Papa, poteſt renuntiatione diſſolui coniunctione iſta: & diſſoluitur dum acceptatur renuntiatio, vt patet de Cœleſtino. Et rurſus ſi Petrus Papa labitur in hæreſim incorrigibiliter, poteſt deponi inuitus, ex quo deſijt quantum eſt ex ſe eſſe membrum Chriſti: ſicut in primo caſu deſijt eſſe voluntarius. Hæc omnia certa ſunt, ex quibus neceſſariò ſequitur, vt deficientibus in Petro conditionibus, quæ non ſunt neceſſariæ ſimpliciter, ſed ad benè eſſe, non propterea ſit diſpoſitus, vt poſſit diſſolui coniunctio iſta, vt poſſit attingi Petrus à poteſtate depoſitiua. Nam diſpoſitiones illæ, quæ non requiruntur in ſubiecto ad hoc quòd vniantur efficaciter formæ, ſed tam cum eis, quàm cum ſuis contrarijs vniri poteſt formæ, & conſtituere compoſitum, non ſunt tales, vt earum contrariæ pertineant ad diſſolutionem cōpoſiti. Quod eſt dicere, quòd ſi Petrus ſceleratiſſimus, & criminoſiſſimus, & ſcandaloſus, & incorrigibilis, Chriſtianus tamen, & conſentiens, fit & eſt Papa, ſi eligatur oportet, quòd huiuſmodi crimina ſuperuenientia Petro iam Papæ, aut perſeuerantia, & ſi reddant ipſum malum Papam, & non ſolum malum hominem vt prius, non tamen reddunt ipſum deponibilem. Ex quo enim ad benè eſſe Papæ requiritur bonitas, & non ad eſſe Papam, conſe-

ſequtus eſt, quòd malitia ad malè eſſe Papæ, & non ad non eſſe Papæ ſpectet: ac per hoc ſicut non ſpectat bonitas ad eſſe, quòd eſt effectus electionis, ità malitia non ſpectat ad non eſſe, quod eſt effectus depoſitionis.

Ex bis patet ratio.& poteſt formari breuiter ſic. Sola contraria conditionibus neceſſariò requiſitis ad eſſe Papæ teddunt Papam deponibilem: ſed inter crimina ſola infidelitas contrariatur conditionibus neceſſariò requiſitis eſſe Papæ: ergo ſola infidelitas inter crimina reddit Papam deponibilem:

Prima propoſitio patet ex hoc, quòd depoſitio eſt non eſſe Papæ, & vnumquodque in ſuo eſſe perſeuerat contrarium non superuenit. Numquam enim homo deſineret eſſe, ſi non ſuperueniret aliquod contrarium illi eſſe: & ſimile eſt in alijs.

Secunda autem propoſitio probata eſt: quia cætera vitia contrariantur conditionibus requiſitis ad benè eſſe Papæ. Hanc rationem velle in ſtatera poni, & non friuolas, & apparentes per accidentia vacantes. Hæc de primo.

Auctoritates Sanctorum ſunt in primis Anacleti Papæ, & Martiris, & habetur 79.diſtinction,cap.Eiectionem ſi namquePapa poſſet propter crimina deponi, ſicut alij Epiſcopi: fruſtra dixiſſet, quòd eiectionem ſummorum Pontificum ſibi Dominus reſernauit.Deindè Bonifacij Papæ, & Martyris, & habetur 40. diſt.cap.ſi Papa. Niſi ſit inquit, à fide deuiauerit Papa, redarguere eius culpas mortalium nullus præſumit. Vbi ſolum infidelitatis crimen ſubijcit iudici, à quo Papa poteſt iudicari: quem conſtat eſſe vniuerſalem Eccleſiam, ſeu Concilium generale, ab eodem enim excipit, à quo negat redarguendum id ſore.

Sanctus quoque Euſebius Papa, & habetur 2.quæſtione 7.in cap.oues, dicit, Oues quæ ſuo Paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere niſi à fide exorbitaurrit, nec vllatenus accuſare poſſunt:

Sanctus Anterios Papa, & Martyr, & habetur 9.quæſt.3. in cap.facta, inquit, ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra verò iudicantur à Domino. Et quòd loquatur de factis peccatorum, patet ex eo quod ſubdit, Deteriores ſunt, qui vitam,moreſque bonorum corrumpunt,his qui ſubſtantiam aliorum prediaque diripiunt.

Sanctus Beda, & habeeur 9. quæſtione 3. Canon.Epiſcopo; tractans de iudicio peccatorum, ait, Sola enim Romana Eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicari permittitur.

Sanctus Bernardus Innoc.II.ſcribens, inquit, Quis facit mihi iuſtitiam de vobis, ſi haberem iudicem, ad quem vos trahere poſſem, iam nunc oſtenderem vobis, vt parturiens loquor, quid mihi imminet, extat quidem tribunal Chriſti, ſed abſit, vt ad illud appellem vos.

Sanctus Thomas in quarto Sentent. diſtinctione decimanona, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, quæſtione tertia ad ſecundum, dicit, Quamuis Prælati ſint corripiendi à ſubditis, non tamen eſt pœna infligenda, ſed recurrendum eſt ad ſuperiorem denunciando,vel ſi non habet ſuperiorem ad Deum, vt eum emendet, aut de medio tollat: Et ibidem ad primum excepetat crimen infidelitatis, eùm dicit. Prælatus minor fieret, ſi in infidelitatem laberetur, & ſubditus fidelis maior.

Et licèt hæ auctoritates deberent ſufficere ad promulgationem diuini iuris, quia tot Sanctorum ſunt, & Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines, vt dicitur, ſecundæ Petri 1. cap.ad maiorem tamen firmitatem debilium adſunt Symachus Papa in cap.aliorum 9.quæſt.3. dicens, Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare: ſed ſedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeuauit arbitrio. Et quod loquatur de cauſis peccatorum, patet ex eo quod ſubdit, dicens, Voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores Cœlo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſsimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiam. Et excludens obiectionem ſubdit, Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas Deus præ ceteris ſuo reſeruanit examini, & cæt. Innoc.III. in ſermone Conſecrationis Papæ dicit,Intantum mihi fides eſt neceſſaria: vt cum de cæteris peccatis Deum iudicem habeam, propter ſolum peccatum quod in fide committitur, poſſem ab Eccleſia iudicari.

Bonifacius quoqueVIII.in Extrauaganti, vnam ſanctam, dicit, Si deuiat ſuprema poteſtas, à ſolo Deo iudicatur; vt ſuperius allegatum eſt. Albertus MagnusPetrus de Palud.Herueus Vlricus, Auguſtinus de Anch. & alij quos refert Dominus Ioann.de Turrecremata in lib. de Eccleſia, hanc viam ſecuti ſunt: quibus magis credendum eſt; quàm Canoniſtis multis: ad quos non ſpectat, niſi ſecundario de iuris diuini rebus tractare, ſicut de vſura, ſacramentis Eccleſiæ, hæreſibus, & huiuſmodi. Hæc de ſecundo.

Diuina ſcriptura ſolum caſum hæreſis apertè excipit, dum vt ſupra allatum eſt, hæreticos ſeparandos ab Eccleſia inſtituit, & ſanæ Doctrinæ Prælatos, malorum autem morum tolerandos conſtituit. Hoc enim nihil aliud eſt, quàm dicere, Pro ſolo hæreſis crimine deponendum inſtituimus quantum eſt ex diuina lege: Prælatum: ac per hoc iuri humano reliquas depoſitionis cauſas dimittimus, quo ad ſubditos iuri humano, de non ſubditis enim nullus ſtatuit. Et de hæretici quidem ſeparatione extant textus Pauli Apoſtoli, & Ioannis Euageliſtæ iam dicti.

De tolleratione verò, immò obedientia & audientia malorum Prælatorum fidelium, extat ſententia Domini, Matt.23. Super Cathedram Moyſi, & cæt.& Petri Apoſtoli.Obedite Præpoſitis diſcolis, qui iam inducti ſunt. Et nunc adiungitur ſententia Domini, Luc. 12. manifeſtans iudicium Papæ mali in ſeipſum, & in proximum, agendum per ipſum Dominum, dum reſpondens Petro ait, Quia putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens,quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?&c. Et ſubdit de eodem, Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo,Moram facit Dominus meus venire, & cepit percutere Seruos, & Ancillas, & edere, & bibere & inebriari, veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora

quam

Digitized by Google

quam neſcit, & diuidet eum partemque illius cum infidelibus ponet. Vbi notandum eſt primò, quò ad literam loquitur de ſeruo conſtituto ſuper familiam, ideſt Eccleſiam, vt Gloſ. interlinearis exponit. Quod patet ex officio, ſcilicet vt det illi in tempore tritici menſuram: & ex præmio, Beatus ille ſeruus, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In quo apparet differentia, vt gloſſa dicit, inter ſubditum, & Prælatum benè facientem: quia ſubdito promittitur, quòd præcinget ſe Dominus, & tranſiens miniſtrabit illi, Prælato verò quòd ſuper omnia bona ſua eſt conſtituendus.

Notandum eſt ſecundò, quòd diſtinguit manifeſtè crimina tria, in ſeipſum, in proximum, & Deum: ac per hoc comprehendit omnia. In ſeipſum per gulam, & ebrietatem: ſcriptum eſt enim, propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Eccleſiaſtici 37. In proximum, per percuſſionem ſuæ curę commiſſorum vtriuſq; ſexus. In Deum per infidelitatem, ſed in ſeipſum, & in proximum, & dicit ſeruum talem confidentem in mora Domini iudicandum à Domino per mortem, qua diuidetur à familia per damnationem æternam cum infidelibus. Hæc manifeſta ſunt in litera, & clarè oſtenditur quod diximus, ſcilicet quòd quantum eſt ex lege diuina, Prælati de criminibus cæteris à Domino iudicandi ſtatuuntur de infidelitate autem Eccleſiæ iudicio dimiſſi intelliguntur, ac per hoc ſi alij Prælati non ſubeſſent iuri humano, quòd ſuperappoſuit ſubditis alias cauſas criminum iudicandas, ab Eccleſia non eſſent iudicandi, & deponendi, niſi pro infidelitate, ſicut Papa, qui quia ſoli diuino iuri ſubeſt, in caſibus à diuino iure toleratis, nulli ſubijcitur. Quia enim ſola negatio ſtatuti caſus à iure diuino, quo ad Papam ſoli diuino iuri ſubiectum, ſufficit ad conſtituendam legem, quòd non poteſt iudicari, aut deponi multò magis expreſſa toleratio caſuum in iure diuino conſtituit ipſum tolerandum, alios autem tolerabiles: ſi à ſuperueniente iure poſitiuo, cui ſubiecti ex diuina lege ſunt, permittantur. Vnde inter Papam, & alios, quo ad caſum criminis iudicandi, & puniendi ab Eccleſia, tantum intereſt, quod in Papa locus ab auctoritate diuini iuris negatiuè efficaciſſimus eſt: quia ſoli illi viri ſubiectus eſt.

In alijs autem nec toleratio, nec negatio diuinæ legis efficax eſt: quia quod ſuperius ius non ſtatuit, aut tolerat, inferius ius poteſt, & ſtatuere, & punire: vt manifeſtè patet in contrahendis matrimonijs, & adminiſtratione Sacramentorum in quibus multa permiſſa ex diuino iure prohibita ſunt ab Eccleſia in ſibi ſubditis. Et ſi abſque velamine aliquo obumbrante, ſententia Domini perſpiciatur, apparebit, quòd propter Prælatum qui nullum habet ſupra ſe niſi Dominum, vt porè conſtitutum ſuper reliqua familia Domini abſentis, promulgata eſt hæc ſententia. Quod etiam ex eo habetur, quod conſtitutos ſuper familiam abſentis Domini, neminem timere deſcribitur, niſi Domini aduentum: in cuius mora confiſus, tanquam neminem habens ſupra ſe peccare cæpit.

De Prælatis namque habentibus ſuperiorem præſentem in hac vita, non conſonat, quòd in ſola mora Domini confidant: quia habent ſtatim ſuperiorem iudicem, quem timeant vltorem. Nonnihil quoque ad hoc confert, quòd Petro futuro Papæ hæc Dominus dicit.

Ex his auctoritatibus perſpicaciter intellectis habetur, quod pro reliquis criminibus manifeſtis non eſt Papa deponendus. Docens enim Dominus ſecundùm opera malorum Prælatorum nolite facere, proculdubio de notis operibus loquebatur, de quibus dixit, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Ne autem propter adiunctam ſcandali rationem deponendum putares, docuit Matth. 18. quòd pes, manus, vel oculus, non tamen caput ſcandalizans amputaretur: inſtruens ad literam, quòd ſi aliquod nobis opportunum, vt manus, pes, vel oculus, ſcandalizans occurreret, præſcindendum eſſet: ſecùs autem de organo habente officium capitis ſentiebat, nunquam dicens: Si caput tuum ſcandalizat te, abſcinde illud, & proijce abs te. Hanc auctoritatem, qui credit, Ieſum Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam omnia præuidentem, & cunctis prouidentem non ſpernet, ſed reuerenter conſiderabit, non caſu nominaſſe Dominum manum, pedem, & oculum, membra ſummè neceſſaria, & tacuiſſe caput: ſed ideò non eſſe mandatam præciſionem capitis ſcandalizantis, quia nec propter ſcandalum caput ſimpliciter præcidendum eſt. Dico autem ſimpliciter, ad differentiam capitis in hac, vel illa Eccleſia: quia quantumcumque caput huius, vel illius Eccleſiæ præcidatur, ſemper reſtat caput Eccleſiæ in terris, Papa ſcilicet. Patet igitur, quòd nullum extrà infidelitatem crimen notorium, ac ſcandalizans, depoſitionem Papæ inducit. Hæc de tertio.

CAP. XXVII.

In quo reſpondetur rationibus factis in cap. 24. ad probandum, quod Papa ex alio crimine, quàm hæreſis, poteſt deponi ab Eccleſia.

MAnifeſtata ſufficienter veritate, quòd ſcilicet, ſi Papa eſt fidelis, nec iudicari, nec deponi poteſt ab Eccleſia pro quocumque notorio, & ſcandaloſo, ſupereſt allatis in oppoſitum ſatisfacere.

Ad primum ergo motiuum ex parte criminis, neganda eſt ſequela, quia nec maior, nec par ratio eſt de hæreſi, & alijs criminibus. Et ratio iàm tacta eſt, quia ſcilicet infidelitas ſpectat ad non eſſe, alia autem crimina ad male eſſe Papæ. Cùm ergo dicitur, aut hoc eſt ratione grauitatis, aut nocumenti, dico quòd diuiſio non eſt ſufficiens: quia datur tertium, ſcilicet quòd eſt ratione ſtatus. Infidelitas enim mutat ſtatum hominis: quia facit quantum eſt ex parte hominis, de Chriſtiano non Chriſtianum. Odium autem Dei

licèt

licèt ſit grauiùs peccatum, ac per hoc faciat hominem peiorem, quàm infidelitas faciat, non tamen facit de Chriſtiano non Chriſtianum. Nec obſtat, quòd Hæreticus reſtat Chriſtianus inuitus ex charactere, quia quod non voluntariè habetur, non eſt ab homine, inquantum homo: vt in principio primæ ſecundæ Sancti Thomæ dicitur. Propter quod fides informis ſaltem, & character non ſunt duo conſtituentia diſtinctos ſtatus humanos eccleſiaſticos, ſed vnum, & eundem ſtatum Chriſtianitatis conſtituunt completè, concurrente vtroque altero vt humano, ſcilicet fide, quæ non eſt, ſi non eſt voluntaria: & altero, vt hominis, ſcilicet charactere, qui & ſine voluntate acquiritur, vt patet in pueris, & inuitè conſeruatur, vt patet in Hæreticis. Propter quod ſublata fide, mutatur ſtatus Chriſtianitatis, inquantum erat humanus: quod eſt mutari ipſum eo modo, quo per hominem mutari poteſt. Mutatio autem ſtatus Chriſtianitatis, extrà Chriſtianos hominem ponit ex propria natura, & propterea crimen hæreſis non ratione maioris grauitatis, ſed mutationis ſtatus deponendum conſtituit Papam, alia autem crimina non. Et licèt hæc reſponſio ſufficiat etiam ad alterum membrum de nocumento: ſciendum tamen eſt, quòd aliud eſt loqui de nocumento annexo per accidens: quia ſcilicet eſt in iſto homine ſic diſpoſito.

Si enim loquimur de nocumento per ſe, maius nocumentum eſt annexum hereſi ipſius Papæ, quàm cuicumque alteri crimini, quia hæreſi quantum eſt ex ſe, adhæret doctrina hæretica, quæ in capite quantum ex ſe eſt, induceret hæreſim in Eccleſiam vniuerſalem, quo maius nocumentum inferri nequit. Si verò loquimur in iſto, qui non docet hæreſim, & benè gubernat, & diſpenſat, hoc eſt per accidens, & ideò deſpiciendum. Ad aliam probationem, ſcilicet quòd non inuenitur in Scriptura Sacra expreſſum, quòd magis ſit pro hæreſi Papa deponendus, quàm pro alio crimine: iàm patet reſponſio, quod non inuenitur, quod magis pro hoc quàm pro alio, ſed inuenitur in Sacra Scriptura, quòd pro ſola hæreſi eſt deuitandus, & declinandus, vt patet ex textibus inductis. Vndè non eſt verum, quòd ſit hoc relictum interpretationi Doctorum, & Canonum, niſi ſicut explanantibus, quo modo etiam articuli fidei ſunt relicti Doctoribus, & Canonibus ſacris. Sed ſicut articulos fidei declarare non mutare poſſunt Doctores, & Canones, ità legem hanc diuinam declarare non mutare, addendo, aut ſubtrahendo poſſunt. Ad tertiam probationem dicitur, quòd illa maxima: Qui poteſt in maius, poteſt in minus, ſi philoſophicè diſcutienda eſt inuenitur falſa tam de actu, quàm de obiecto, quàm de effectu. Intellectus enim, qui poteſt in actum maiorem, ſcilicet intelligere, non poteſt in actum minorem puta adorare. Similiter viſus, qui poteſt in obiectum maius, puta lucidum, non poteſt in obiectum minus, puta ſonum. Virtus quoque generatiua hominis poteſt in effectū maiorem ſcilicet hominem (homo enim generat hominem) & tamen non poteſt in effectum minorum, puta Leonem.

Si autem politicè diſcutienda eſt, vt Innoc. III. in dicto capitulo ex parte, elect. 3. inducit ſub alijs verbis: ſcilicet cui conceſſum eſt maius, minus quoque conceſſum eſſe videtur, dicitur quòd intelligenda eſt cæteris paribus, modò autem cætera non ſunt paria, quia in crimine hæreſis (quod eſt maius crimen) ſubiectum mutauit Chriſtianitatis ſtatum, in alijs verò criminibus minoribus ſubiectum permanet in eodem Chriſtianitatis ſtatu. Et hæc eſt vera reſponſio ex parte criminis maioris, & minoris. Ex parte autem maioris, vel minoris effectus iudicij, negatur minor: quia maius eſſet iudicare Papam in ſtatu Chriſtianitatis de adulterio, quàm iudicare ipſum à Chriſtianitate ruente de hæreſi, quia in primo attingitur ſuperior ſtatus gradus, quàm in ſecundo, vt patet.

Ad ſecundam rationem (ex parte, ſcilicet actus) dicitur, quòd fallacia conſiſtit in hoc, quòd aliud eſt auferre gladium, reſiſtere, impedire, & huiuſmodi, & aliud eſt facere ipſamet auctoritatiuè. Auferre namque gladium de manu furioſi, reſiſtere tyranno, impedire oppreſſorem, & huiuſmodi, cuilibet licet, & debitum eſt, vt actus virtutis, ſed facere iſta auctoritatiuè, ſoli ſuperiori licitum eſt.

Vndè licèt cuilibet liceat vim in ſe, & in proximum vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non tamen cuilibet licet punire eum, qui vim infert. Et ſimiliter quamuis quilibet licitè poſſit Papam inuaſorem, ſe defendendo occidere: nulli tamen licet Papam propter homicidium punire pœna mortis. Vndè huiuſmodi argumenta, & ſimilia non concludunt auctoritatem Iudicis ad puniendum, ſeu cuiuslibet priuati debitum ad reſiſtendum, impediendum, defendendumque, niſi quis adeò deſipiat, vt dicat quemlibet eſſe Iudicem cuiuslibet. Reſiſtendum eſt ergo etiam in faciem Papæ publicè dilanianti Eccleſiam: Verbi gratia, quia non vult dare Beneficia eccleſiaſtica, niſi pro pecunia, aut commutatione officij, & cum omni reuerentia, & obedientia neganda eſt poſſeſſio talium beneficiorum his, qui emerunt, & alleganda eſt cauſa ſimoniæ, etiam cum Papa commiſſæ, & ſine dubio Principes ſeculi, & Clerus gladium de manu furioſi, ſic cum modeſtia tollerent. Multæ quoque ſunt viæ, quibus abſque rebellione Principes Mundi, & Prælati Eccleſiæ, ſi vellet vti, reſiſtentiam, impedimentumque abuſus poteſtatis afferrent. Sed quando Principes, & Prælati non curant niſi quaſi ſomniando, cur conqueruntur quòd non poteſt deponi? cur opponunt, quòd poteſtas data eſt in ædificationem, & non in deſtructionem? Abuſui namque poteſtatis, qui deſtruit, obuiam irent congruis remedijs, non obediendo, in malis non adulando, non tacendo, arguendo, aduocando, illuſtres ad increpandum exemplo Pauli, & Præcepto eiuſdem. (dicite Archippo, vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas, ad Col. vult, &c.) & parum, aut nihil abuteretur poteſtate.

In reſponſione tamen ad quintum habebis vltimam ſatisfactionem huius argumenti.

Ad tertiam rationem ex parte ipſius Papæ, dicitur, quòd etiam eſt falſa, nam aliud eſt purgatio ad remouendum ſcandalum, &

aliud

Digitized by Google

aliud eſt purgatio ipſa coram Iudice. Ad primam tenetur Papa de iure Diuino, ad ſecundam non, vndè Damaſus non coram generali Concilio, ſed coram quadraginta duobus Epiſcopis ſe purgauit, vt patet ſecunda quæſtione ſeptima, nos ſi competenter. Et Gregorius ipſe teſtatur, quòd ex humilitate exibuit ſe ad iudicium, vt patet ſecunda, quæſtione ſeptima, capitulo Petrus; vbi ipſe Gregorius dicit, Petrus poteſtatem regendi acceperat, & tamen idem Apoſtolorum primus quærimoniæ contra eum à fidelibus factæ cur ad Gentes intraſſet, non ex poteſtate officij, qua poſſet dicere: oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant, ſed ex auctoritate diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum Sanctum, reſpondit; vbi apparet, quòd ipſe imitatus eſt, Petrum Apoſtolum, non vtendo poteſtate ſua, & quòd potuiſſet illa vti.

Ad quartam ex parte Eccleſiæ vt ſponſæ, breuiter dicitur: primò, quòd Papa non poteſt inuitam Eccleſiam deferre: quia non poteſt iuri Eccleſiæ renuntiare: Prælatus enim eſt propter Eccleſiam, & non econuerſo: vt ſuper Epiſtolam ad Coloſs. in fine Diuus Thom. dicit.

Secundò, quòd non eſt par ratio ex vtraque parte, quia Eccleſia eſt ſubdita Papæ, & non econuerſo. Nec etiam in lege Moyſi vxor poterat dare libellum repudij viro. Nec eſt periculum de ipſius dilaniatione, quia ſcriptum eſt, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ex parte verò Eccleſiæ vt communitatis liberæ, breuiter dicitur, quòd licèt ſit libera libertate gratiæ, eſt ſubdita tamen ſecundùm iuriſdictionem Papæ. Vndè ipſa Eccleſia non abdicauit à ſe poteſtatem ſupra Principem, ſed Ieſus Chriſtus Dominus Eccleſiæ non ſubiecit eam ipſius communitati Eccleſiæ, ſed ſuo Vicario, & propterea nihil poteſt ſupra ſuum Principem. Non ſic eſt de alijs communitatibus, de quibus affertur Ariſto.

Ad quintam, ex parte diuinæ prouidentiæ, & operationis immediatè, & perfecti operis, dicitur, quòd Deus perfectè Eccleſiæ corpus fecit, diſpoſuit, ac ordinauit, ità vt ordinatiſſimum optimè extet, & nihil opportunum deſit illi. Et cùm dicitur: Ergo eſt relictum Eccleſiæ remedium contra Papam fidelem criminoſum, &c. concedendum eſt. Sed cùm infertur. Ergo Eccleſia poteſt illum incorrigibilem deponere, membrum illud abſcindere, & huiuſmodi, reſpondetur, quòd eſt ſophiſma conſequentis à ſuperiori ad ſuum inferiùs affirmatiuè: à prouiſione, & remedio communi ad hanc prouiſionem, ſeu hoc remedium, ac ſi non eſſet alia prouiſio, & aliud remedium. Dicendum eſt enim, quòd Ieſus Chriſtus altioris ordinis remedium reliquit in Eccleſia ad repellendum ſui proprij Vicarij incorrigibile, ſcandaloſumq; regimen. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd ſicut in naturalibus diuina ſapientia inferiora per media, & media per ſupremas cauſas ſecundas gubernat: ità in ſupernaturalibus, inter quæ eſt ordo gratiæ fidei, & Eccleſiæ ſuper illam fundatæ, inferiora per media, & media per ſupremas cauſas ſecundas ſupernaturales gubernat.

Ruſsùs cum cauſæ effectibus proportionales ſint, vt ſuperioribus effectibus ſuperiores cauſæ reſpondeant, & inter cauſas ſecundas prouidentia humana Eccleſiaſtica auctoritate fulta, inferioris ordinis cauſa ſit, quàm oratio, quę in ſupremo ordine ſecundarum cauſarum locata eſt à Deo, quod ex eo patet, quod tota creatura corporea, & incorporea ſubiecta eſt illi, & prouiſio ſupra Papam fidelem ſit inter ſupremos effectus in Eccleſia: conſequens eſt, quod ſapientiſſimè Deus diſpoſuit remedium in Eccleſia ſupra fidelem Papam, non prouidentiam humanam, cui ſubiecit reliquum Eccleſiæ, ſed orationem. Nec eſt minus efficax cauſa ſecunda oratio Eccleſiæ pro ſe petens neceſſaria ad ſalutem perſeueranter, quàm prouidentia humana, cùm conſtet, quòd cuiuslibet particularis perſonę oratio pia perſeuerans, petens neceſſaria ad ſalutem pro ſe eſt cauſa efficaciſſima, & infallibilis, vt diffuſè habes in Tertio contra Gen. à Beato Tho. cap. 95. & 96. Vndè ſi neceſſarium eſt ad ſalutem Eccleſiæ, quòd Papa talis auferatur, ſine dubio oratio ſic conditionata, auferret illum de medio. Et ſi non eſt neceſſarium, quòd auferatur, quid cauſamur bonum Dominum, qui negat, quod volumus, & tribuit quod nollemus? Si eſt neceſſaria eius ablatio, non poteſt, non auferri ab eo rogato, qui promiſit, quod nihil deeſſet timentibus eum. Si non eſt neceſſaria diuino iudicio, tamen iudicio humano vtilis, & neceſſaria creditur, cur præponis te Deo volens illum deponere? Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit Ieſu Chriſti Vicarius. Non dico hoc ego, ſed Dominus, qui Lucæ 18. docet, quòd Deus multò magis, quàm homo faciet citò vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe. Conſtat enim Eccleſiam electos claudere, & vindictam hanc, quia ipſi ſoli Domino reſeruata eſt, ab ipſo præ cæteris faciendam. Non dormitat, neque dormiet, cuſtodiens Iſrael, qui naiculæ fluctuanti quarta vigilia noctis ex oratione ſurgens ſubuenit: quia à Sennacherib exercitu Ezechiam liberauit, Aſſueri cor mutauit, Nabuchodonoſor prædicatorem ſuum fecit: Anaſtaſium ſecunda oratione Eccleſiæ percuſſit. Leonem etiam Papam, ſeu Liberium apud alios, Hilarij orationi ſubiecit, qui etiam omnia temporalia bona ſuperadijcenda promiſit: qui demùm dedit nobis Filium, & omnia donauit cum illo. Sed heu, impletum quaſi eſt illud: Putas ne Filius hominis veniens, inueniet fidem in terra? Nam prouiſio iſtius tam Eccleſiæ, & tam efficacis cauſæ ſecundæ pro nihilo habetur. Oportet, inquiunt, prouidentia noſtra puniri Papam, non diuinæ prouidentiæ ſoli, & orationibus relinqui.

Quare hoc dicunt, niſi quia prouidentiam humanam præferunt orationum efficaciæ? quare hoc dicunt, niſi quia animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt? quare hoc dicunt, niſi quia didicerunt confidere in homine, & non in Domino, & ponere carnem brachium ſuum? Quo ſit, vt ſi incorrigibilis exiſtimetur quandoque Papa in proprijs vitijs, manentes ſubditi quotidie murmurent de malo regimine, nullum orationis remedium

dium adhiberi procurantes, niſi fortè, vt ſomniantes abſque fide, & facto ſuo adimpleant Scripturas, quòd ſcilicet propter peccata populi regnat hypocrita, officio ſanctus animo diabolus, & detur, ac conſeruetur Rex in furore Domini. Iram enim, & clementiam Dei in manibus orationum noſtrarum eſſe, Spiritus Sanctus in Pſalmo teſtatur, Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam à me: gl. Quia non eſt amota oratio: ſecurus eſto, quia non auferetur miſericordia. Verùm ità ſtolidi ſumus, vt nolimus orare, vt debemus: & tamen velimus orationis fructum, nolimus ſeminare, & velimus metere. Aut Chriſtiani non nominemur, aut Chriſti prouiſionem amplectamur: & ſic phreneticum, furioſum, tyrannum, dilaniatorem, dilapidatorem, corruptoremque Eccleſiæ, cùm contingeret talem præeſſe, ſuperabimus. Sed qui noſmet non ſuperamus noſtris orationibus, quia eas non vt decet agimus, quomodo conqueri poſſumus, quòd aliorum malorum vitam non ſuperamus orationibus, quæ non ſolùm tectum non tranſeunt, ſed nec orantium capita propria penetrant? Et quod peius eſt, olim conquerebatur Deus, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Tempore reuelatæ gratię, nec labijs honoratur, quoniam nihil dicitur minùs intelligibiliter, quàm diuinum officium, nihil tam celeriter perſoluitur, quàm Miſſa. Tempus diuini Officij, & Miſſæ, oneroſum eſt valdè: loci autem, & negotia, ac commoda ſecularia diſtinctè dicuntur, & repetuntur, & abſque temporis menſura delectant. Vndè concluditur, quòd aut abſciſſio Papæ fidelis, & incorrigibilis poſt humana remedia eſt in veritate neceſſaria ad ſalutem Eccleſiæ, & oratio fit ſine intermiſſione ab Eccleſia, & ſic habetur certa, & multò celſior, ac efficacior prouiſio, quàm ſi auctoritas deponendi humanę eſſet prouidentiæ delegata. Aut non eſt neceſſaria, vel non fit oratio vt debet, & tunc nullus eſt querelæ locus, ſi in non neceſſarijs abeſt prouiſio eſterminatiua: quoniam nec humana prouidentia extra veram neceſſitatem deberet illa vti auctoritate, ſi eam haberet, vel ſi non ipſi conceſſo remedio efficaci nolumus vti. Quamuis etiam non ſit abbreuiata manus Domini, vt non poſſit ſaluare citrà omnem odam neceſſitatem: nec aggrauatæ ſint aures eius, vt non exaudiat citrà neceſſitatem, ſed iniquitates noſtræ ſunt, quæ diuidunt inter nos, & Deum noſtrum, & multas malas actiones in Rectoribus noſtris procurant, vt Hieronymus in cap. audacter, 8. quæſt. 1. & Græg. 7. qu. 1. cap. ex merito, dicunt. Et ſi contrà hæc inſtetur: Quia oratio commune eſt remedium omnibus occurrentibus malis: in hac autem re proprium quæritur remedium, ſicut in cæteris rebus vltra communem cauſam propria aſſignanda eſt: reſpondetur, quòd ſupremæ cauſæ quamuis ſint cauſæ communes reſpectu inferiorum, ſunt tamen propriæ reſpectu ſuperiorum effectuum; & proptetea oratio, quia eſt inter ſupremas cauſas ſecundas ſupernaturales reſpectu inferiorum eſt cauſa communis: reſpectu autem ſummorum effectuum, qualis eſt exterminatio Papæ fidelis, vtpotè effectus reſeruatus Deo, eſt cauſa propria, & remedium proprium, vltra quod ſunt multa alia humana adminicula, quæ ſcripſit Dominus Ioann. de Turr. Crem. in lib. 2. de Eccleſia, cap. 106. Cum his tamen omnibus memento, quod peſſimus Papa fidelis toleratus à Deo non poteſt totum corpus Eccleſiæ inficere, aut in perniciem ducere, & huiuſmodi, vt argumenta autumant in ſimilitudinibus corporum, & huiuſmodi. Nam Deus non poteſt ſeipſum negare, de quo ſcriptum eſt. Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum.

Ad ſextam, quantum ad geſta Concilij Conſtantien. iàm dictum eſt, quòd Concilium perfectum ſecundùm præſentem ſtatum Eccleſiæ, poteſt deponere incertum Papam, nullus enim fuit illo tempore certus Papa. Quantum ad geſta Concilij Baſileen. reſpondet vniuerſalis Eccleſia, quæ Eugenium à Concilio depoſitum adorauit, & adorat vt Papam, olim in perſona ſua, & poſt in ſucceſſore Nicolao, quem ipſe eodem anno creauerat Cardinalem, & ſic deinceps. Et hæc reſponſio facti teſtatur quantum delirent, qui Papam Concilio ſubmittunt. Ad priſcorum temporum geſta dicitur, quòd licèt multi legantur depoſiti Pontifices Summi, aut non erant indubitati Pontifices Summi, aut de facto non legitimè depoſiti ſunt, vt in c. 103. ſecundi libri de Eccleſia; Dominus Ioan. de Turr. Crem. manifeſtat diffusè. Ad auctoritatem gloſę, & plurium Canoniſtarum ſequentium illam, dicitur, quòd Gloſſa eſt contra textum, quia textus excipit ſolam hæreſim, & ipſa leui ratione mota, extendit ad omne crimen notorium ſcandalizans incorrigibile: quia ſcilicet contumacia eſt hæreſis. Conſtat enim quòd lato vocabulo contumacia hæreſis dicitur, ſicut & ſimonia: nec æquiparanda eſt veræ hæreſi, quæ mutat ſtatum Chriſtianitatis. Et quamuis gloſſ. quia ſobriè loquitur dicens, Credo, & cætera, mereatur veniam: aſſertores tamen illius documenti ſuper illam ſe fundantes, quia contra antiquam fidei doctrinam tam leuiter mouentur, neſcio excuſare. Canoniſtarum autem auctoritas in hac, quia principaliter eſt theologica, parua eſt, nec maior ratione ſuper qua ſe fundant, non ſic eſt de auctoritate Sanctorum, qui Spiritu ſancto inſpirati loquuti creduntur.

Rursùs ſecundùm ipſoſmet Canoniſtas, in materia fidei magis ſtandum eſt antiquorum, quàm modernorum auctoritati, licèt in his quæ iuris ſunt, quanto iuniores, tanto perſpicaciores.

Cùm igitur hæc ſit materia fidei, quia immediatum opus Dei non ratione naturali, ſed ſola diuina reuelatione ſcibile, in quæſtione eſt, conſequens eſt, vt Sanctorum auctoritas ſacræ Scripturæ innixa omnibus Concilijs, & Theologorum vniuerſitatibus, ac Canoniſtis poſterioribus, immò quaſi modernis ponenda ſit.

Ad ſeptimam ex parte iudicij humani, dicitur, quòd conditiones iudicij humani ſunt duplices: quædam ex naturali iure, vel diuino determinatæ, quædam à iure poſitiuo. Inter quas hæc eſt differentia, quia illæ quæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt ex iure poſitiuo, non poſſunt in inuitum Papam exerceri, quia non ſubeſt poſitiuo iuri illæ verò, quæ ſunt à naturali, vel diuino iure, habent etiam locum in Papa.

Ex iure autem diuino ſtatuta eſt forma iudicij humani circa hæreticum, vt poſt primam, & ſecundam monitionem euitetur: ac per hoc, vt dictum eſt, poteſt contingere vt Papa fidelis nunc: ſed his relapſus deponi poſſit & debeat.

Ex iure etiam naturæ eſt, vt homo videat, quæ foris ſunt, ac per hoc propter actus manifeſtè hæreticales, & verba manifeſtè ſciò hæretica cognita, &c. ſic facta, & dicta, vt humano iudicio corde conſentiente facta ſint, & dicta iudicetur quis hæreticus.

Ex ipſo quoque diuino iure eſt, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, vt patet Matth. 18.

Et ex iure naturæ vnicuique contra ſe creditur ſi eſt ſani capitis, & cætera. Vnde ex non ſuſpectis, & cætera, teſtibus conuictus quis de damnata, & nota, & cætera, hæreſi, hæreticus iudicabitur, & ſimiliter ſi ſua ſponte ſe confitetur hæreticum, quamuis coram Deo mentiatur, iudicabitur hæreticus.

Ex iure autem poſitiuo contumax, & perſeuerans per annum, ſi quis alius eſt eiuſmodi, præſumitur hæreticus. Vnde primi duo caſus non habent locum in Papa, qui non poteſt excommunicari, nec iure poſitiuo ſubijcitur, ſed ſeruanda eſt lex ab Apoſtolo Paulo in ſacra Scriptura tradita. Similiter ſi timore mortis certo, vel probabili ſecundùm humanum iudicium abſque interiori conſenſu geſta, vel verba hæreticalia habuit, non deponitur Papa.

Vnde Petrus Apoſtolus, qui ſolo verbo negauit Chriſtum, quia fides eius non defecit, ſed charitas, teſte Ieſu Chriſto dicente, Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, conuerſus à peccato negationis cum periurio quo perdidit charitatem, confirmaturus inſtituit fratres ſuos, non deponendus. Et hoc imitari Patres Marcellinum, qui etiam ſolo exteriori actu peccaſſe videtur, deponendum non cenſuerunt, diſt. 21. Nunc autem. Ex caſibus autem in quibus propter conditiones humani iudicij iure diuino, vel naturali determinatas Papa in corde fidelis, coram Eccleſia verò infidelis deponitur, non conſtituitur alius caſus, quàm caſus infidelitatis. Nam nihil refert eſſe, & apparere ſufficienter, quòd ità ſit ſecundùm humanum iudicium coram Eccleſia, quæ non videt niſi, quæ foris ſunt: nec verius iudicium ab Eccleſia exigit Deus, qui naturam hominis iuſque diuinum condidit.

Vndè ex his nulla alia ſubiectio Papę ad Concilium habetur, ſed illa ſola quæ dicta eſt, ſcilicet in caſu hæreſis propriè ſumptæ. Et ſic, Si ſit Catholicus, Papam non iudicat vllus.

CAP. XXVIII.

Sex caſuum ſolutio, quòd in nullo euentu Papa abſque ſua culpa ſubeſt Eccleſiæ, ità quòd deponi poſſit.

VT promiſſa perficiantur, ſupereſt diſcutere, an in aliquo euentu, ſine culpa Papæ, ſubſit Papa Eccleſiæ, ſeu conſilio vniuerſo, ità quòd poſſit deponi. Inuenio ſiquidem notatos ſex caſus, in quibus Eccleſia ſine culpa quidem Papæ, ſed non ſine cauſa deponere poteſt Papam.

Primus eſt cùm coram vniuerſali Eccleſia teſtibus comprobatur, quòd Papa, qui diù detentus erat à Saracenis, iam obijt, & Concilium determinat noui Papę electionem; & ſic fit, decernendo quòd pro bono Eccleſiæ etiam ſi viueret, iſte nouus ſit Papa, poteſt enim ipſum captiuum ſine ſpe reditus deponere.

Secundus eſt, cùm propter indiſpoſitionem corporalem, puta dementiam, eſſet inutilis, & Concilium per eum congregatum, dum ſanæ mentis eſſet, decerneret alterum Papam creandum.

Tertius eſt, quando Cardinales omnes ſtatim poſt canonicam electionem Petri in Papam morirentur; ità quòd non poſſent publicare electionem, tunc Eccleſia cùm non teneatur iſtum acceptare, alium eliget, & ſic iſtum deponet, quia duo ſimul eſſe non poſſunt.

Quartus eſt, quando Cardinales etiam viuentes non poſſunt facere fidem de electione ſua canonica in vnum, vt videtur accidiſſe in ſchiſmate quo magno ab Vrbano VI. vſque ad Martin. V. tunc Eccleſia deponit nolentes denuntiare, vt in Concilio Conſtan. factum eſt.

Quintus eſt, quando propter communem errorem, aut æſtimationem ſubditorum aut ipſorum malitiam generalem, præſumitur quòd numquam pręſtabunt obedientiam tali qui fuit ritè electus in Papam, alteri tamen nouiter eligendo parati ſunt obedire, vt ſi fortè Græci vellent ad vnitatem Eccleſiæ redire, dummodo tolleretur Papa iam exiſtens, & nouus ritè canonicè crearetur. Et confertur hoc ex auctoritate Iuriſtarum dicentium religioſum profeſſum poſſe vxorem ducere pro ſalute magnæ gentis, aut conuerſione ad fidem.

Sextus eſt, quando Papa verus iuramento, vel voto ſeipſum ad ceſſionem obligaſſet, ſed differret adimplere in ſcandalum populorum putantium ex tali facto Papæ, quòd nec ipſi votis, aut iuramentis proprijs obligantur, vt in Ioan. XXIII. contigiſſe videtur in principio Concilij Conſtantienſis.

Sed ex nullo euentu Concilium poſſe deponere Papam, quamuis ex hoc haberi poſſit, quod ſupra dictum eſt, ſcilicet quòd euentus locum habent in his, quæ humani iuris determinationi ſubſunt, non in bis, quæ ſolius diuini ſunt iuris, (qualis eſt auctoritas imme-

diatè à Chriſto tradita, quæ ad depoſitionem fidelis Pontificis exigitur,) examinando tamen ſingulos, idem apparebit inconcuſſum permanere.

In primo itàque euentu de Papa captiuo, duo tanguntur, primùm, retrogrado ordine eſt, quod nulla exiſtente ſpe reditus, & nullo patente acceſſu, poteſt per Concilium deponi. Quod primitiuæ Eccleſię geſtis non conſonat; quia Petro ſeruato in carcere, & ſine humana ſpe reditus, ac acceſſus ad eum (quia inter tot milites vinctus catenis, poſt tot cuſtodias erat) non depoſitio tractabatur, ſed oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo, & ſic per Eccleſiæ orationem liberatus eſt.

Secundùm, quòd conſtito per teſtes de morte, licèt non ità fuerit, poteſt eligi alter.

Et hoc non aliter verum eſt, quàm quòd conſtituto per teſtes, quòd maritus Marthæ mortuus eſt, licitè ipſa Martha nubit alteri, filioſque generat, & tamen adueniente primo marito, qui reuera non erat mortuus, ad primum maritum (qui ſolus eſt verè maritus) redire eam oportet, alioquin adultera eſſet. Sic namque eſſet in caſu hoc, redderetur quippè Papæ viuo ſponſa ſua, etiam non venienti (quia vbiquè præſens eſt) & ex humano errore electus Papa ceſſaret.

In ſecundo euentu de dementia perpetua dicitur, quòd Papa non poteſt deponi, ſed ſi conſtat de dementia perpetua, cùm ſit mortuus vita rationali, ſecundùm quam homo eſt ſubiectum papatus, ſine Concilio Generali poſſunt Cardinales procedere ad alterius electionem, vtpotè ſede vacante in veritate non minus, quàm cum ſedes vacat per renuntiationem.

In tertio euentu de morte omnium Cardinalium dicitur, quòd cum Eccleſia videat ſolum, quæ ſotis ſunt, ſi electio Papæ non conſtat Eccleſiæ ſufficienter, tunc nullus eſt Papa certus Eccleſiæ, & propterea Eccleſia non deponit Papam in foro ſuo, licèt deponat Papam in foro conſcientiæ.

Hoc autem non ſolùm poſſe, ſed debere Eccleſiam facere, ex eo patet, quòd ille poſſet eam decipere dicendo ſe electum, & tamen non eſſet. Vnde euentus iſte, & quartus de defectu probationis, nihil aliud inferunt niſi quòd Papa incertus Eccleſiæ poteſt deponi, quòd gratis conceditur. Sed non eſt quæſtio de hoc, ſed de Papa certo: paria enim apud Eccleſiam ſunt non eſſe, & non apparere.

In quinto euentu rebellionis communis, dicitur quòd quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona: nec periculis humanis ſubueniendum eſt vſurpatione diuinæ auctoritatis, nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cum iniuria innocentis, non poteſt Papa deponi.

Si enim boni faciant, quod in ſe eſt, & orationi vacent ſine intermiſſione, omnem ſollicitudinem ſuam in eum proijcientes, cui eſt cura de Eccleſia impoſſibile eſt, vt deſit diuinum adiutorium, ſcriptum eſt enim, Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum.

In ſexto euentu dilatæ ceſſionis poſt votum, & iuramentum, breuiter dicitur, quòd licèt ipſe teneatur ex voto, & iuramento cedere: Eccleſia tamen non poteſt ipſum ad hoc cogere inuitum, quia poteſtatem coactiuam ſuper fidelem Papam non habet. Et benè hic caue: quia non valet argumentum, Papa tenetur ad hoc, ergo poteſt ad illud per Eccleſiam cogi, patet namque quòd tenetur ad ſolicitè vigilandum, ad fornicandum, & infinita alia, & tamen non poteſt cogi ab Eccleſia, vt in canone, ſi Papa, diſtinctione, quadrageſima patet.

Quibus autem ſcandalum præbetur de ſuo periurio & voto facto, & alijs huiuſmodi, præueniens Dominus dixit, Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæ dicunt facite, ſecundùm verò opera eorum nolite facere.

Et ſic patet quod Papa ordinaria poteſtate à Ieſu Chriſto tanta natus eſt cum ipſius eſt inſtitutus Vicarius, vt ei Apoſtoli, Eccleſię ſingula membra, & communitas ſubiecta ſit ipſe verò ſoli ipſi Ieſu Chriſto ſubiectus viuat, ſic vt in nullo euentu, nulloque caſu niſi hæreſis propriè ſumptæ iudicari, aut deponi poſſit, niſi ab ipſo Domino Ieſu Chriſto. Pro cuius fide, Eccleſia, & Apoſtolica Sede, hæc ipſo donante, ſcripſi, Romæ die duodecimo Octobris, anno ſalutis milleſimoquingenteſimo vndecimo, ætatis verò meæ quadrageſimotertio.

Rogoque lectores omnes, vt ſoli veritati intenti, paſſiones, ſectas, paternaſque traditiones, caſus, voluntarias gloſs. omnemque nebulam à mentis acie abijciant, & ſic cenſores ſe exhibeant rectos. Ad Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ, & Apoſtolorum Petri, & Pauli laudem, & honorem. Amen.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE COMPARATA AVCTORITATE PAPÆ, & Concilij Apologiæ, Pars prima ad Eumdem in ſex Capita diuiſa.

P R O L O G V S,

In quo ratio, intentio, ordoque operis eſt.

CHaritas Ieſu Chriſti, ſanctæque eius Eccleſiæ. Reuerend. in Chriſto Pater, protector, & Domine, cogit me virum periculoſum, eneruatorem Eccleſiaſticæ poteſtatis, falſarium, adulatorem, atque blaſphemum ad hęc quidem exemplum illius ſequi, cum malediceretur non maledicebat: ad obiecta autem contra doctrinam in opuſculo de Comparatione auctoritatis Papæ, & Concilij per me ædito, tuæque Reuerendiſſimæ dominationi dicato contentam pro veritate reſpondere.

Et licèt plura obiecta ſint, quæ à viris doctis, pro quibus ſolis opus illud ſcripſiſſe me ibi ſum conteſtatus, facilè ſoluerentur; quia tamen ſapientibus & minus ſapientibus debitores ſumus, qui parati eſſe debemus omni poſcenti nos rationem reddere de ea, quæ in nobis eſt fide, ideo reſponſiones iuxtà obiectorum amplitudinem extendendę ſunt. Viſus eſt autem conueniens ordo, ſi obiectiones iuxtà ordinem capitulorum illius libelli afferantur, atque ſoluantur, erunt ſiquidem hæc velut commentaria illius.

Rogo igitur in primis omnes, vt meminerint ſermonis formalis, & ſubiectæ materiæ, mediteturque diutiùs, antequam ſententiam proferant, ne multiplicatis argumentis pro gloria ingenij, res tanta de qua agitur, in diſputationem dialecticam, aut etiam ſophiſticam deducatur.

Et quoniam communia ſingulis, & radices ramis præponi debent, ideo & latiùs & altiùs ſecundùm vires repetenda ſunt rei huiuſmodi fundamenta.

Sciendum itàque eſt, quòd cùm iura poſitiua ab Eccleſiaſtica ſint condita poteſtate, & in quæſtionem verſetur ipſius auctoritatis Eccleſiaſticæ ſubiectum, non ex iure poſitiuo, ſed naturali vel diuino, aut vtroque veritas pendet, vt ex cauſa, à poſitiuo autem iure vt à teſte.

Et ſecundùm luminis mihi conceſſi facultatem, duo ſola ſunt fundamenta, alterum iuris naturalis, alterum iuris diuini; in quibus vniuerſa moles doctrinæ extollentis communitatem Eccleſiæ ſupra Papam in poteſtate, ſic quòd Papa ſit illi ſubditus, ſuſtinetur: quæ ſi euulſa fuerint, ruent omnia.

Primò igitur hæc tractanda ſunt ſex capitulis, deindè ſigillatim ſingulis iuxtà propoſitum ordinem reſpondendum.

CAPVT PRIMVM.

In quo fundamentum iuris naturæ examinatur.

EX naturali igitur iure ſtabilitur auctoritas communitatis Eccleſiæ ſupra Papam in hoc, quòd de iure naturæ eſt, quòd communitas perfecta, & libera eſt, ad quam ſpectat prouidere ſibi de Principe: & tueri ſe contra eum quando in deſtructionem vtitur poteſtate, & cogere, punire ac amouere illum quando demeretur.

Huic enim principio ſi adiungatur, quòd Eccleſia vniuerſalis eſt communitas perfecta, & libera, & quòd ordo gratiæ inſtitutus à Ieſu Chriſto non tollit, ſed perficit naturam: manifeſtè concluditur, quòd ad Eccleſiam vniuerſalem ſpectat prouidere ſibi de Papa, & tueri ſe contra eum, & punire, ac etiam deponere illum, & vniuerſaliter eſſe ſupra illum.

Hæc ratio quamuis in cap. 27. ſoluta ſit, ex eo quòd Dominus Ieſus Eccleſiam non reliquit in hoc liberam: altius tamen eadem tractando dicimus, quòd natura regiminis cùm ſit multiplex ex ipſo naturæ fonte, nam quoddam naturaliter in vno, qui eſt naturale caput communicationis illius, reſidet: vt patet in regimine domus: cuius auctoritas, natu-

Digitized by Google

turaliter in patrefamilias eſt, quoddam verò naturaliter in ipſa communitate multitudinis manet, vt patet in regimine ciuitatis, ſecluſo omni ſuperaddito Domino, Eccleſiaſticum regimen cum domeſticum, & ciuile complectatur, iuxtà illud Apoſtoli ad Epheſios quarto, Eſtis ciues Sanctorum & domeſtici Dei, ac per hoc altius quid ſit, non ex diuinæ potentiæ immenſitate, nec ex diuinæ ſapientiæ, iuſtitiæ, aut bonitatis decentia, quoniam non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum, nec dedecere Deum poteſt quicquid vult, qualis naturæ ſit, ſed ex ipſa natura facti contemplandum eſt. Sicut enim domeſticum regimen & politicum ex ipſis definimus, ità oportet Eccleſiaſtici regiminis naturam ex ſeipſo ſpeculari. Et quoniam naturalis propagatio regiminis ſicut & aliarum rerum, ortæ rei naturam oſtendit, libet intueri quòd Eccleſia non à ſingularibus, aut à communitate, ſed à capite homogeneo Ieſu Chriſto, initium ſumpſit originis, perfectionis & poteſtatis: propter quod Eccleſiæ ſuæ dixit Ioann. 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.

Natura igitur Eccleſiaſtici regiminis ab ipſa ſua natiuitate eſt: non vt in communitate ad vnum, vel plures deriuetur, quemadmodum accidit in regimine ciuili humano, ſed vt in vno certo Principe ſuaptè natura ſit.

Et cum Princeps iſte vnus, atque idem Dominus Ieſus heri, hodie, & in ſecula viuat & regnet, ſecundùm naturalis iuris conſequentiam oportet, vt ad ipſum Principem non ad communitatem Eccleſiæ ſpectet in ſua abſentia ordinare de Vicario: non communitatis Eccleſiæ, quæ vtpotè ſerua nata, principandi iure caret, ſed ipſius Principis naturalis Domini communitatis Eccleſiæ. Et hoc ipſum Saluator noſter per ſemetipſum exequi dignatus eſt, dum Petrum Apoſtolum ſolum inſtituit ſuum Vicarium poſt reſurrectionem, antequàm Cœlos aſcenderet, vt patet Ioan. vlt.

Relinquitur igitur, quòd ſicut Princeps Eccleſiæ non à communitate Eccleſiæ naturaliter auctoritatem habet, ità illius Vicarius non ab Eccleſiæ communitate, ſed à Ieſu Chriſto auctoritatem naturaliter habet.

Patet ergo primò, quòd Eccleſiæ communitas ſecundùm propriam naturam conſiderata, non eſt talis naturæ, vt ad ipſam ſpectet prouidere ſibi de Principe, ac per hoc nec ad ipſam ſpectat ſuaptè natura punire, deponere, & alia huiuſmodi contra Principem ſuum: quia ſerua, vt dictum eſt, nata eſt.

Patet ſecundò, quòd Eccleſiæ communitas ſecundùm propriam naturam ſumpta, non eſt talis naturæ, vt ad ipſam ſpectet inſtituere, aut deſtituere Vicarium ſui Principis, qui vocatur Papa. Et ſi Eccleſiæ communitas poteſtatem aliquam habet in diſponendo de Vicario Principis, quæcumque ſit illa, non habet illam ex ſua natura, ſed aliundè.

Ex his autem facilè patet euulſum eſſe fundamentum iuris naturalis pro poteſtate Eccleſiæ ſupra Papam, quoniam falſum aſſumit dicendo Eccleſiam eſſe communitatem liberam quo ad ius principandi, licèt ſit ſumma libera libertate gratiæ, quin potiùs ex ipſo naturæ iure ſuppoſita Eccleſiæ natura, quàm Deus illi ſtatuit, oppoſitum ſequi monſtratum eſt. Vnde ordo gratiæ non tollit in Eccleſia naturæ ordinem, qui ibi natus eſt eſſe.

Non enim in Eccleſia natus eſt eſſe ordo talis, vt eius ſit ius principatus, & à gratiæ ordine tollitur, ſed in Eccleſia ex ſua natura natus eſt ordo talis, vt ius principatus ſit non in ſe, ſed in Domino ſuo naturali. Et hunc naturæ ordinem in Eccleſia, conſequens eſt quòd gratia non tollat, ſed perficiat: & Ieſu Chriſti ſapientia diſponens omnia ſuauiter complectatur.

Facilè quoque patet ex hac radice prouenire, quòd omnia quæ inducuntur, conuenire alicui corpori myſtico ad ius principatus ſpectantia, non ſpectant ad communitatem Eccleſiæ ex ſua natura.

Dico autem ad ius principatus ſpectãtia, propter ea, quæ ad priuatas perſonas ſpectant, vt vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & auferre gladium de manu furioſi, & ſi quid eiuſmodi eſt, hæc ſiquidem diſcernendo non fallemur. Signum autem infallibile ſeruituris Eccleſiæ communitatis, quo ad ius Principatus eſt, quòd non poteſt ſibi ipſi regimen retinere, nec duobus, aut tribus committere, hæc enim poſſe communitatem liberam, manifeſtum eſt. Poteſt enim, & per ſeipſam regere, poteſt, & triumuiratum inſtituere, & alia huiuſmodi, etiam ſupra Regem, quem eligunt, quod Eccleſiam non poſſe manifeſtè liquet, alioquin poſſet, aut in pluribus ſimul locare poteſtatem iuriſdictionis Papæ, aut officium aliquod ſupra Papam quo ad iuriſdictionem, & regimen Eccleſiæ inſtituere in vno, vel pluribus ſuppoſitis, ſic & à talibus nominandis, quod loco ipſius communitatis Eccleſiæ Eccleſiam, & Papam rrgeret. Quia igitur naturale ius fundatum ſupra ipſam Eccleſiæ naturam, non inſtituit Eccleſiam ſupra Ieſu Chriſti Vicarium, perſcrutandum eſt, an aliunde ex iure ſcilicet diuino, Eccleſiæ communitas hoc habeat ius.

CAP. II.

In quo fundamentum iuris diuini examinatur, & pro qua Eccleſia ſumitur, cùm dicitur: Dic Eccleſiæ.

ET licèt hoc à multis aſſirmetur, & in Conſtantienſi, atque Baſileenſi Concilijs definitum ſit, quòd ab ipſo Principe Ieſu Chriſto Eccleſiæ communitas habet immediatè poteſtatem ſupra Papam ipſius Principis Vicarium, nullibi tamen in ſacra Scriptura, in qua ius Diuinum promulgatur, hoc haberi aſſeritur, niſi Matthæi decimooctauo, vbi Dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Et ſubdit: Dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſia non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis, quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in

Cœlo,

Digitized by Google

Cœlo, & quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cœlo. In his enim verbis patet, quòd Eccleſiæ non alicui eius membro (Eccleſia enim non aliquod membrum, ſed collectionem eorum ſignificat) datum eſt vt audiat, excommunicet, liget, ſoluat omnem fratrem, & quæcumque ſuper terram pluraliter quippè ſubiectum eſt: Quæcumque ſolueritis, ad oſtendendam Eccleſiæ auctoritatem.

Ex hoc textu apparet primò, quòd Eccleſia habet immediatè auctoritatem à Domino Ieſu Chriſto. Per ſeipſum quippè hoc dixit Eccleſiæ, non minùs, quàm Petro, cùm dicit: Paſce oues meas, & quicquid ſolueris ſuper terram, &c.

Apparet ſecundò, quòd cum Vicarius Principis huius ſit frater, cuiuſque fidelis (iuxta illud Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis,) quòd ſi peccauerit in me, poteſt denuntiari Eccleſiæ, & procedit ſecundùm ſubſequentia.

Apparet tertiò, quòd quia eiuſdem poteſtatis eſt eſſe ordinarium iudicem Vicarij Principis, & aliorum ſingulorum membrorum Eccleſiæ, & ordinare de illis, quòd ex hoc eodem textu Eccleſiæ communitas inſtituta eſt ſimpliciter ſuperiori ad ordinandum de Vicario Domini, & alijs Eccleſiæ membris.

Hæc ratio quamuis in cap. 9. illius libelli multipliciter tractata, ac ſoluta ſit, altius tamen, & latius (ſi fieri à me poteſt) repetenda eſt, quia hinc omnia pendent. Et quoniam principia cognoſcimus ex terminis, examinemus primò, quomodo oportet hic ſumi Eccleſiam, cùm dicitur: Dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſiam non audierit, &c. Oportet namque ſermonem hunc verificari de Eccleſia aut vniuerſaliter, ideſt de omni Eccleſia, aut ſingulariter de Eccleſia vniuerſali, ſeu de Eccleſia ſimpliciter, aut de aliqua determinata Eccleſia, aut de Eccleſia, indiſtinctè, non determinando hanc vel illam. Cùm enim ſermo ſit de Eccleſia in actu audiendi, & iudicandi, alius modus eſſe non poteſt, quo de Eccleſia hoc verificetur. Oportet enim, aut omnibus, aut alicui Eccleſiæ, aut toto vniuerſali Eccleſiæ competere iudicium hoc à Domino traditum. Et quidem, quòd non ſingulariter de ſola vniuerſali Eccleſia ſermo ſit, ex hoc conuincitur, quòd præceptum hoc Domini de denuntiatione peccatis proximi in me, non me obligat ad recurrendum ad vniuerſalem Eccleſiam. Non enim oportet vt peccante in me fratre meo, & poſt adhibitos teſtes incorrigibiliter pernicioſo. Dicam Concilio vniuerſalis Eccleſiæ, vt patet. Et tamen ſi ſermo iſte eſſet de ſola vniuerſali Eccleſia, præceptum Domini ad hoc obligaret, quia obligat ad dicendum Eccleſiæ vniuerſali iuxta hunc ſenſum. Eſſet enim ſenſus: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Dic Eccleſiæ vniuerſali.

Amplius: Si in hoc textu data eſt poteſtas Eccleſiæ vniuerſali, cùm non ſit ei data maior intenſiuè poteſtas, quàm Petro, vtique enim eadem poteſtas data eſt, dum vtrique dicitur: Quodcumque ligaueris, vel ſolueris ſuper terram, &c. Quomodo Eccleſiæ communitas maiorem ſibi, quàm Petro poteſtatem iuriſdictionis vſurpat? Quomodo rurſùs Chriſtus æterna ſapientia duas æquales intenſiuè poteſtates in Eccleſia abſque tertia ſupra ambas inſtituit? mutuo enim ſe impedient, cùm par in parem non habeat Imperium. Quomodo perplexas reliquit oues, vel liberas, vt aut obediant, cui volunt, aut neutri, aut vtrique præcipiendi contraria ſimul? Non igitur eſt ſermo præſentis textus de ſola Eccleſia vniuerſali.

Et per idem patet, quòd non eſt ſermo de Eccleſia ſimpliciter, vt diſtinguitur contra Eccleſiam talem (vtputa Mediolanenſem, Bononienſem, &c.) Hoc enim nihil aliud eſt dicere, quàm quòd eſt ſermo de Eccleſia vniuerſali, quod excluſum eſt. Et quia non eſt maior ratio de vna Eccleſia, quàm de alia, ideò patet, quòd non eſt ſermo de aliqua Eccleſia determinatè, nec de omni collectiuè, aut diſtributiuè propter prædictam rationem, quia non teneor denuntiare omnibus Eccleſijs peccantem in me fratrem, ſed ſermo eſt de Eccleſia indiſtinctè, ſeu indefinitè, ità quòd Eccleſiæ datum eſt iudicium fratris peccantis, non determinando hanc, vel illam. Et quoniam actiones ſunt ſingulatium, & actor ſequitur forum rei, determinatur in qualibet Eccleſia à fratre peccante ad Eccleſiam, ſcilicet fratris peccantis, ità quòd ſenſus literalis illius textus eſt: Si peccauerit in te frater tuus dic Eccleſiæ illius, & ſi illam non audierit; &c. Et ad hoc proculdubio obligat præceptum abſque vllo inconuenienti, & communi animi conceptione, ac conſuetudine Eccleſiæ roboratur, diſponit namque ſic intellecta doctrina Domini omnia ſuauiter. Nec fallaris malè intelligendo Eccleſiam peccantis fratris, quoniam Eccleſia illius eſt non ſua propria, ſed quæcumque alia iuriſdictionem habens ſuper illam, vt patet.

CAP. III.

In quo diſcutitur quid ſignificet Eccleſia cùm dicitur: Dic Eccleſiæ.

DE hoc rurſùs vocabulo Eccleſiæ videndum eſt quid ſignificet in hoc textu, cùm dicitur: Dic Eccleſiæ. Et ne in multitudine expoſitionum vagi æſtimemur, admittatur Eccleſiam propriè ſumi pro conuocatione, ſeu collectione fidelium. Aiunt autem iſti, quòd Eccleſia hoc in loco ſignificat communitatem fidelium non in ſeipſis, ſed in Prælatis eorum, ſiue Papa interſit, ſiue non.

Sed quòd hic non ſit ſenſus literalis, ex eo patet, quòd in vna ex eadem ſignificatione oportet intelligere in hoc textu Eccleſiæ nomen reſpectu cuiuſcumque peccantis Eccleſia ſit. Cùm enim, vt ex dictis patet, indiſtinctè dictum ſit: Dic Eccleſiæ peccantis fratris (quam ille tenetur audire,) & non magis de vniuerſali, quàm particulari, aut econtra, oportet vniuocè ſignificare Eccleſiam, cùm applicatur, ad vniuerſalem, &

cùm

cùm applicatur ad particularem, vt patet.

Conſtat autem, quòd cùm denunciandus eſt frater Eccleſiæ Mediolanenſis, ſuæ Eccleſiæ, non præcipitur à Domino, quòd dicat Eccleſiæ illius, ideſt communitati, ſiue Epiſcopus intcuſio, ſiue non.

Ergo cùm præcipitur dicendum Eccleſiæ indiſtinctè, non intelligitur communitas, ſiue caput velit eſſe, ſiue non.

Vnde ſciendum eſt, quòd licèt ex vi vocabuli: Dic Eccleſiæ, ſignificet: Dic conuocationi, proculdubio fidelium, ex contextu tamen literæ, (quia ſubditur, Amen dico vobis, quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c.) ſumitur, quòd non de quacumque conuocatione fidelium, ſed de auctoritatiua intelligitur, alioquin conuocatio fidelium Mediolanenſium, ſine eius Prælato haberet à Domino poteſtatem iudicandi, &c. Conſtat autem inductiuè in ſingulis Eccleſijs, quòd auctoritatiua conuocatio non eſt, vbi Prælatus illius conuocationis deeſt, igitur nec auctoritatiua conuocatio omnium fidelium eſt, vbi omnium fidelium Paſtor, & Rector, qui eſt Papa deeſt omninò, ſcilicet tam per ſe, quàm per alium. Et eſt ſermo de auctoritatiua conuocatione, ſeu Eccleſia ſimpliciter, & abſolutè, & non ſecundùm quid, ſeu reſpectu huius, puta Papæ hæretici deponendi, vel electionis futuræ, &c. inquirimus ſiquidem nunc ſuperioritatem, & ſimpliciter, & abſolutè.

Explanatur autem ampliùs, quod dicimus, ſcilicet, quòd in nomine Eccleſiæ in hoc textu clauditur illius Eccleſiæ Prælatus. Quia ſi non includitur Prælatus illius, oportet alterum duorum dicere, aut quòd communitas fidelium in Eccleſia aliqua particulari habet etiam inuito Epiſcopo à Domino iuriſdictionis poteſtatem excommunicandi, &c. aut, quòd non de communitate ſit dictum: Dic Eccleſiæ, & ſimiliter, quòd non eſt ei dictum: Quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c. Sequela patet, quia Eccleſiæ data eſt auctoritas, etſi nomine Eccleſiæ intelligitur communitas, ipſa communitas velit nolit, Epiſcopi auctoritatem habet, & ſi non habet, relinquitur, quòd ipſa non ſignificatur Eccleſiæ nomine, hoc in loco.

Primum, autem horum affirmari non poteſt, ſecundum igitur eſt verum. In cuius ſignum, ſacrorum Doctorum ei conſonat gloſſa: Dic Eccleſiæ, ideſt, Prælato vt capiti conuocationis. Iuxta hunc etenim ſenſum etiam ipſe, qui eſt Papa, dicere poteſt etiam eo alterius Eccleſiæ, ideſt auctoritatiuæ conuocationi, vt Nicolaus Papa 11. quæſtione tertia, cap. Præcipuè, Lothario Regi comminando ſcribit. Nec obſtat, quòd ipſemet ſit illius caput, quia hoc eſt per accidens, ſcilicet, quòd denuntians, & Prælatus conuocationis coincidant in vnam, & eandem perſonam. Et ſi benè contextus Euangelij notetur, vbi vult Dominus auctoritatiuam conuocationem adhiberi in qua ex pluralitate conuocatorum Concilij vigor, ex auctoritate autem Prælati auctoritas iudicij inueniretur.

Propter quod etiam conuertit ſermonem ab Eccleſia ad Prælatos, cùm enim priùs de Eccleſia dixiſſet: Dic Eccleſiæ, & ſi illam non audierit, &c. Non ſubdit: Amen dico vobis, quicquid ſoluerit Eccleſia ſuper terram. Sed ſubdidit: Amen dico vobis, quicquid ſolueritis, inſinuas per hoc communi quidem conuocationis Concilio correctionem tractandam, Prælatorum autem auctoritate ſoluendum ligandumque, iuxta concluſa, per Eccleſiam eſſe. Pluraliter autem dixit: Solueritis, vel propter pluralitatem conuocatorum ad tractandum, & concludendum, vel propter pluralitatem capitum in pluribus Eccleſijs, de quibus indiſtinctè dixerat: Dic Eccleſiæ.

CAP. IV.

In quo diſcutitur an Dominus per illa verba Matth. 18. Dederit immediatè poteſtatem Eccleſiæ; & quantum ei dederit.

QVamuis autem ex Eccleſiæ in hoc textu ſuppoſitione, & ſignificatione manifeſtum ſit, quòd ad Eccleſiam vniuerſalem non reſtringitur præſens litera, ſed quòd indiſtinctè de Eccleſia eſt ſermo, adhuc tamen obſcurum remanet, & propterea declarandum, an Dominus immediatè dederit poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiæ indiſtinctæ, & quantum auctoritatem eidem dederit. Eſt autem ratio obſcuritatis in primo, quia ſi Dominus dedit immediatè poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiæ fratris peccantis in me, cùm quælibet Eccleſia ſit talis, ſequitur, quòd quælibet Eccleſia habeat immediatè poteſtatem iuriſdictionis à Domino, quod non benè ſonat, ſi autem non dedit omni Eccleſiæ fratris peccantis in me, cùm non ſit maior ratio de vna, quàm de reliqua, nulli dedit in hoc textu, quod non admittitur.

Ratio autem obſcuritatis in ſecundo eſt, quia æqualem poteſtatem continent verba dicta in hoc textu Eccleſiæ, & verba dicta Petro, ſcilicet: Quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata, & in Cœlo, & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cœlo.

Non conſonat autem æquales eſſe in Eccleſia Dei poteſtates iuriſdictionis non habentes in eadem aliquam tertiam ſupra ſe: Principatuum enim pluralitas mala eſt.

Principium autem huius claritatis ſumendum puto à deſtructione ſenſus opinati, vt vel ſic veritas eluceſcat.

Dicendum eſt ergo primò, quòd ipſum Dominum dare immediatè poteſtatem illam: Quæcumque ſolueritis, communitati vniuerſalis Eccleſiæ repugnat ordini inter Papam, & Eccleſiam, quia vt dictum eſt, ponit duas æquales intenſiuè poteſtates iuriſdictionis in Eccleſia, non habentes tertiam ſupra ſe in eadem Eccleſia, à Domino immediatè ordinatas, ſcilicet communitatis Eccleſiæ vniuerſalis, & Papæ.

Patet ſequela ex textu Matth. 16. & Matth. 18. vbi vt dictum eſt eadem verba

vtri-

vtrique dicta leguntur. Et licèt hoc ſit ſecundùm ſe inconueniens, maius tamen oſtenditur, ſi attendamus quomodo Chriſtus æterna ſapientia, Principatuum pluralitatem in Eccleſia inſtituit, quomòdo mutuo ſeſe impedirent duæ poteſtates, quomodo perplexæ eſſent oues Chriſti, vt vel liberæ contraria præcipientibus, vt aut obedirent alteri ad libitum, aut neutri, aut vtrique ad contraria, quod eſt impoſſibile. Et quod amplius eſt, ſi hæc etiam poneretur data immediatè poteſtas vniuerſali Eccleſiæ, vnde ſibi immediatè poteſtatem ſupra Papam habentem æqualem poteſtatem communitas Eccleſiæ vendicaret, cum par in parem non habeat Imperium, Cùm enim poteſtas intenſiuè æqua ſit, qua ratione Eccleſia ſupra Papam, quia membrum eius iuriſdictionem haberet, quia dictum eſt: Si peccauerit, &c. Dic Eccleſiæ, eadem ratione, quia Eccleſia eſt ouile Papæ, quia dictum eſt: Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor, Papa ſupra Eccleſiæ communitatem iuriſdictionem haberet, aut neuter ſuper alterum.

Dicendum eſt ſecundò, quòd ipſum dare immediatè poteſtatem illam: Quæcumque ſolueritis, &c. communitati cuinſcumque Eccleſiæ repugnat conſuetudini Eccleſiæ, & eſt ſemper ſermo de communitate Eccleſiæ, vt aduerſarij intelligunt, ſcilicet ſiue Prælatus adſit, ſiue non omninò.

Patet hoc ex communi Eccleſiæ conſuetudine, qua talis communitas inuito ſuo Epiſcopo, & Papa non poteſt abſoluere, & ligare, quæ tamen poſſet ſi à Domino immediatè haberet poteſtatem communitatis cuiuſque Eccleſiæ.

Dicendum eſt tertiò, quòd ipſum dare immediatè illam poteſtatem: Quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt, &c. in ſua amplitudine, vt ſonat cuicumque Eccleſiæ auctorizatæ proprio capite, niſi cuius proprium caput eſt Papa, repugnat Eccleſiarum ordini eſſentiali, & earum profeſſioni. Ordini quidem, quia ſi ex hoc loco ſumma auctoritas cuicumque Eccleſiæ auctorizatæ proprio capite (vt Dominus loquitur) indiſtinctè data aſſeritur à Domino imediatè, oportet dicere duo.

Primò, quòd quælibet Eccleſia immediatè habet auctoritatem à Domino.

Secundò, quòd quælibet Eccleſia habet æqualem intenſiuè à Domino poteſtatem iuriſdictionis, quamuis extenſiuè vna excedat alteram, & vniuerſalis Eccleſia omnes. Et conuincitur ſequela vtriuſque, quia Eccleſiæ indiſtinctè, immediatè, & æqualiter datum eſt, (vt patet in litera, & ex dictis,) & non magis vni, quàm alteri, vt patet ibidem. Et ex hoc ſequitur vlteriùs vtraque pars contradictionis, ſcilicet quòd vna Eccleſia eſt ſuperior ſimpliciter, non eſt ſuperior ſimpliciter altera.

Nam ex eo, quòd quælibet Eccleſia habet à Domino in ſuos poteſtatem, ſequitur, quòd Eccleſia vna, puta vniuerſalis, eſt ſuperior ſimpliciter qualibet Eccleſia particulari, (vtpotè eius membro,) ac per hoc poteſt diſponere, & ordinare de illa, & ordinare aliquid de illius poteſtate irritando ſi ſecus factum fuerit.

Ex eo verò, quòd quælibet Eccleſia habet à Domino immediatè poteſtatem æqualem intenſiuè, requiritur, quòd Eccleſia vniuerſalis non poteſt aliquid ſubtrahere poteſtati iuriſdictionis Eccleſiæ particularis, poteſtas enim data alicui à Principe, non poteſt ab inferiori auferri.

Et conſequenter ſequitur, quòd Eccleſia vniuerſalis non eſt ſimpliciter ſuperior ſecundùm poteſtatem iuriſdictionis reſpectu Eccleſiæ particularis ſuperioris enim poteſtatis iuriſdictionis ſimpliciter eſt poſſe irritare inferioris actum, ſi hoc faciat.

Reliqua inconuenientia, quæ ſequuntur ex æqualitate intenſiua poteſtatis iuriſdictionis in qualibet Eccleſia, (vt puta, quòd ſubditus non tenetur magis vniuerſali, quàm particulari obedire; quòd par in parem habet Imperium, quòd quicquid ab vna fit, à reliqua poteſt impediri, & reliqua) viris mediocriter doctis relinquo deducenda. Profeſſioni autem Eccleſiarum hoc repugnat, quia Papa reſeruante, vel prohibente, &c. Eccleſiæ reliquæ poteſtatem iuriſdictionis in reſeruatis prohibitis, &c. Se non habere confitentur, quod non verè dicerent, ſi illam poteſtatem à Domino immediatè accepiſſent. Et eſt ſermo ſemper in huiuſmodi de dare ordinario iure poteſtatem.

Ex quibus omnibus collige, cùm hæc poteſtas tam ampla ſoli Petro Eccleſiæ conueniat, & hæc verba non ſoli Petri Eccleſiæ dicta ſint, quod per hæc verba, aut nulla ordinaria poteſtas iuriſdictionis data eſt, aut non tam ampla, vt eſt illa data Petro. Et verè ſic eſt, verba ſiquidem Domini manifeſtè continent poteſtatem iuriſdictionis in Eccleſia, nec hoc vertendum eſt in dubium, ſed non continet, quòd per ipſa data ſit à Domino talis poteſtas, vt diſcurrendo per ſingula, & ratione manifeſtatur. Diſcurrendo quidem per ſingula, nam per illud verbum: Dic Eccleſiæ, nulla datur poteſtas, ſed præcipitur denunciatio, perinde enim eſt: Dic Eccleſiæ, ac Dic iudici, vbi patet non dari iuriſdictionem, ſed præcipi denunciationem. Per illud verò, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, cùm perinde ſit, ac ſi iudicem non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, manifeſtè patet nullam dari poteſtatem, ſed in caſu pertinaciæ euitationem illius à Domino indici. Per illud demum: Amen dico vobis, quæcumque ſolueritis, &c. Nullam etiam dari tunc poteſtatem ex eo patet, quòd nec Petro ex eiſdem verbis ſcilicet: Quicquid ſolueris, &c. Vlla data eſt tunc poteſtas, ſed poſt Reſurrectionem Domini, cùm dictum ei eſt: Paſce oues meas. Ratione autem, nam poteſtas iuriſdictionis contenta in his Domini verbis, aut eſt data tunc Eccleſiæ, cui Dominus loquitur aut non eſt data tunc, inter hæc enim cùm contradictoriè opponantur, non datur medium. Si non habetur intentum. Si eſt data tunc Eccleſiæ, ergo cuilibet collationi; ſeu conuocationi fidelium, cui Eccleſiæ nomen verè conuenit, data eſt à Domino immediatè poteſtas illa iuriſdictionis, hoc autem ſpectat ad hæreſim pauperum de Lugduno, dicentium, quòd vbi ſunt fideles congregati in nomine Domini, ibi eſt poteſtas, eo quòd pote-

Digitized by Google

poteſtas ſequitur ſanctitatem perſonæ, ſolùm enim differt ab ea ſecundùm vnum, & multa. Sequela autem patet, quia Dominus indiſtinctè de Eccleſia loqoens, ad quamcumque Eccleſiam peccantis fratris præceptum, ſententiamque extendit.

Conſtar autem collectionem, ſeu conuocationem fidelium ſine Prælato aliquo inter eos Eccleſiæ nomen verè habere. Et confirmatur, quòd de ſalium collectione oporteat iſtos concedere Eccleſiam ibi dici, quia quod eſt, non fit, & habenti non datur, quod habet: ſi ergo Eccleſia per hæc fit habens poteſtatem, ipſa non habet illam, ergo illa collectio in ſermone eſt, quæ non habet auctoritatem, ſed hinc accipit. Et cùm non ſit maior ratio de vna, quàm de alia, ſequitur idem, quòd priùs, ſcilicet, quòd quælibet fidelium collectio à Domino hinc habuerit auctoritatem iuriſdictionis. Si dicatur, quòd Eccleſiæ nomine intelligitur hic collectio fidelium auctorizata, tunc currit ratio priùs dicta de ordine eſſentiali Eccleſiarum. Et obſtat ipſum dare, quia habenti non datur, & quòd eſt poteſtatem habens, non fit poteſtatem habens.

Quia igitur ex prædictis patet, quòd auctoritas iuriſdictionis in verbis Domini continetur, & non eſt per hæc verba data, dicendum eſt, quòd per hæc verba, Dominus vltra præceptum de correctione fraterna, denunciatione, illiuſque ordine, efficaciam Eccleſiaſticæ poteſtatis iuriſdictionis ad literam expreſſit per illa verba: Si Eccleſiam non audierit, &c. Et quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c. Oſtendit enim tantæ efficaciæ Eccleſiæ eſſe ſententiam, vt indubiè à nobis ſeruanda, & in Cœlo rata ſit. Et hoc ſolùm per illa verba Dominus fecit, poteſtatem enim Eccleſiæ aliàs ſupponebat. Et poteſt admitti, quòd promiſit illam per illa verba: Quæcumque ſolueritis, ſed vtrumque horum ſcilicet, quòd poteſtas ſuppoſita eſt, & promiſſa ſat eſt, ſi quandoque data eſt, & ſimiliter quoad modum, ſi mediatè, vel immediatè data eſt. Petro ſiquidem, ac per hoc eius Eccleſiæ immediatè poteſtatem dedit poſt reſurrectionem dicens: Paſce oues meas, reliquis verò Eccleſijs mediante Petro ſecundùm curſum ordinarium, quamuis diſpenſatiuè mediantibus alijs Apoſtolis, quibus poteſt concedi hoc eſſe permiſſum. Eſt ergo ſenſus literalis verborum Domini, quod tanta eſſet futura Eccleſiæ cuiuſque auctorizatæ poteſtas in ſibi ſubditis, vt ſic ſententia eius, & coram hominibus, & in Cœlo eſſet valida. Et hic ſenſus eſt amplectendus, vtpotè cui omnia conſonant, & ſeries textus, & ſenſus verborum, vt auctoritates Sanctorum, & conſuetudo Eccleſiæ, & euitatio omnium inconuenientium, quæ omnia propter iam dicta hic, & in libello illo proſequenda omitto.

Satis enim patere puto hæc, & quòd promiſſioni Domini ſufficiat exhibitio, quam mediante Petro ordinariè, & mediantibus alijs Apoſtolis per viam legationis omnibus Eccleſijs fecit.

CAP. V.

Quomodo Eccleſia habeat poteſtatem iuriſdictionis, quæ in verbis Domini continetur, an ſcilicet ratione ſuæ totalitatis, an ratione partis.

QVia autem conſtat Eccleſiam, de qua Dominus loquitur, habere poteſtatem iuriſdictionis, quantumcumque per illa verba non ſit ei data, & varijs modis intelligi hoc poteſt, oportunum videtur diſcutere modum, quo poteſtas iuriſdictionis eſt in Eccleſia.

Sciendum igitur eſt, quòd dupliciter poteſt intelligi Eccleſia ad literam, cui peccatum fratris peccantis dicendum, mandat Dominus habere poteſtatem iuriſdictionis in foro exteriori (de quo eſt ſermo.) Iuxtà duos modos, quibus de Eccleſia, quæ quoddam totum ſignificat, aliquid verificatur. Primò, ratione partis; ſecundò, ratione ipſius totalitatis, ſeu totius. Sicut de homine, qui etiam quoddam totum eſt, dicimus, quòd videt, quòd audit, &c. & verificatur ratione partis, quia videt per oculum, audit per aurem, &c. Et rursùs dicimus de eodem, quòd perfectiſſimum eſt animalium, quòd eſt animal politicum, & huiuſmodi, & verificatur ratione ipſius totius, vt patet.

Et quidem, quòd de Eccleſia ratione partis, (puta capitis,) verificatur, quòd habet poteſtatem iuriſdictionis ſoluendi, & ligandi in foro exteriori, dubium non eſt, & ſic ſolum, (vt probabitur ampliùs,) ad literam verificari poteſt ſermo Euangelij, quòd Eccleſia habeat poteſtatem.

Quòd autem de Eccleſia ratione ipſius totius hoc verificetur, multipliciter imaginari poteſt.

Primò accipiendo Eccleſiam quaſi totum homogeneum, ideſt, ſimilis naturæ per totum, prout Eccleſia eſt collectio Fidelium: omnes enim Fideles in quantum Fideles, vnius ſunt naturæ. Et ſic eſset ſenſus, quòd Eccleſia, ideſt, collectio Fidelium, habet poteſtatem iuriſdictionis, &c.

Et ſi in hoc ſenſu intelligatur, *Dic Eccleſiæ*, ſequitur, quòd cùm in fide non ſit differentia ſexus, & ſtatus, quòd Eccleſia laicorum, & fœminarum haberet iuriſdictionem in foro exteriori.

Et tenet ſequela, tùm quia omnes Fideles ſunt eiuſdem naturæ, tùm quia ſi contingat in alia Eccleſia mori Clericos omnes, remanet ibi verè Eccleſia in hoc ſenſu, ideſt, collectio Fidelium; & conſequenter ſecundùm iſtam phantaſiam illa haberet poteſtatem excommunicandi.

Immò ſi benè conſideretur ſumendo Eccleſiam, vt totum homogeneum, quoniam fides ſola eſt eius natura, accidit illi toti, quod aliqua eius pars ſit ſtatus Clericalis, quia in illo toto, vt ſic poteſtas ponitur.

Secun-

Digitized by Google

Secundò ergo poteſt intelligi, ſumendo Eccleſiam, vt totum heterogeneum, ideſt, diſſimilis naturæ, prout Eccleſia conſtat ex omnibus membris officialibus, (puta Epiſcopo, Sacerdote, Diacono, vel alijs quomodolibet aſſignandis membris,) hoc enim totum eſt quaſi corpus conſtans ex oculis, manibus, &c. Et ſic eſſet ſenſus, Dic Eccleſiæ, ideſt, conuocationi integræ membrorum Eccleſiæ. Et ſi in hoc ſenſu intelligatur, quòd ipſum totum ratione ſuæ totalitatis habet poteſtatem iuriſdictionis, obſtant tria:

Primò, quòd æqualis poteſtas intenſiuè poneretur in qualibet Eccleſia, quoniam vna tantùm poteſtas à Domino nominata eſt, & non magis de vna, quàm de alia Eccleſia, vt patet in litera, & ex antèdictis.

Secundò, quòd eſſet maior intenſiuè poteſtas in Eccleſia, quàm illa: Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. Et tenet ſequela, quòd poteſtas totius Eccleſiæ ratione ſuæ totalitatis ponitur ſuperior, etiam reſpectu Papatus.

Falſitas autem conſequentis patet etiam ex verbis Domini, eadem verba replicantis, quæ Petro dixerat, ſcilicet: Quæcumque ſolueritis ſuper terram.

Tertiò, quòd non eſſet data à Chriſto immediatè, Matth. 18. quòd tamen eſt totum fundamentum illorum. Et tenet ſequela, quia tunc non erat inſtitutum Sacramentum Ordinis, quòd conſtat eſſe inſtitutum ſimul cum Euchariſtiæ Sacramento, pridiè quàm Dominus pateretur.

Non igitur dedit Dominus tunc Eccleſiæ, ideſt communitati Sacerdotum, Diaconorum, & Epiſcoporum, (qui integrant generale Concilium) poteſtatem iuriſdictionis, quia non erant Sacerdotes, nec Diaconi, nec Epiſcopi, nec Clerici, nolenti autem nil datur.

Et ſi dicatur, quòd Dominus tunc non dedit, ſed promiſit ſe daturum in illis verbis: Quæcumque ligaueritis, &c. habeo intentum, quòd nullibi in ſacra Scriptura habetur, quòd Dominus per ſemetipſum immediatè Eccleſiæ communitati poteſtatem iuriſdictionis dedit.

Et ſi inſtetur, quia quòd promiſit ſeruauit, patet reſponſio, quòd non promiſit per ſemetipſum immediatè ſe daturum, (vt patet in litera,) & ideò non oportet, quòd hoc obſeruauerit, ſatis namque feciſſet promiſſioni ſuæ, ſicut in veritate de ſacto verificauit illa verba ſua mediante Petro in vniuerſis Eccleſijs. Quia igitur de Eccleſię communitate quomodolibet ſumatur, non verificantur ratione ſuæ totalitatis verba Domini Matth. 18. in quibus totum ſit fundamentum ex auctoritate Scripturæ, tota aduerſariorum opinio ſtat in hoc, quòd communitas Eccleſiæ ratione ſuæ totalitatis habet poteſtatem immediatè à Domino, conſequens eſt, vt verba Domini verificentur de Eccleſia ratione partis, (puta capitis) vt prædictum eſt.

Et propterea communis animi conceptio Fidelium eſt, Dic Eccleſiæ, ideſt, Prælato Eccleſiaſtico, ratione cuius Eccleſia ipſam poteſtatem habet.

CAP. VI.

Quomodo poteſt, (condeſcendendo multorum ſenſui,) intelligi, quod Eccleſia ratione ſuæ totalitatis habere poteſt, & habet quandoque poteſtatem aliquam iuriſdictionis.

OBſeruandum quoque eſt, ne fallamur, videntes quandoque auctoritatem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in Eccleſia ratione ſuæ totalitatis, & propterea falſa iudicemus prædicta.

Non enim docuimus, aut docemus non conuenire Eccleſiæ poteſtatem, quandoque ratione ſuæ totalitatis, ſed ſic non eſſe datam ei, à Domino Ieſu Chriſto immediatè per illa verba Matthæi 18.

Non nego enim, quòd Epiſcopi Orientales conuenientes, poſſint ſimul quaſi vnum corpus, & vnam auctoritatem ex ſuis conficere, ſe etiam ſingulos ſubijciendo illi, & ſic illa poteſtas in toto illo corpore ratione ſuæ totalitatis exiſtens, ſtatuet ſupra illas Eccleſias, actuſque iuriſdictionis exercebit.

Sed tamen nihil poterit illa poteſtas, niſi quod ex poteſtatibus ſingulis, & illarum ſubiectis conſurgere poteſt.

Propter quòd ſi eſſet aliquid reſeruatum Romano Pontifici, non poſſet poteſtas illa abſoluere ab illo.

Et ſimiliter omnes vniuerſi Orbis Prælati, mortuo Summo Pontifice, vel ſine illo, ſi conuenirent communicando in vnum corpus, & vnanimes in conſtituendo, conſtituerent in tota Synodo illa poteſtatem vnam ſuper omnes Eccleſias, his tamen exceptis, quæ Summi Pontificis ſunt propria.

Simili quoque modo, cùm Papa, cum reliquis Prælatis Orbis Concilium celebrando, ſimul cum eis conſtituit, abſoluit, damnat, &c. communicando cum alijs, quaſi vnus ex eis facere videtur. In his enim omnibus, & ſimilibus non eſt aliqua poteſtas immediatè data à Domino Ieſu Chriſto ipſi communicati primò, nec eſt aliqua extranea poteſtas à poteſtatibus partialibus, ſed velut poteſtas totalis conſurgens ex partialibus.

Quemadmodùm enim in naturalibus inuenitur differre forma à forma dupliciter, ſcilicèt, vt vna forma ſeparat alia, vt forma Solis à formis mixtorum, & vt forma totius à forma partis, vt humanitas ab anima hominis, ità poteſtas Papæ differt ab alijs primo modo; & poteſtas Synodi differt ab his, ex quibus accumulatur, ſecundo modo. Et eſt iſta poteſtas in tota Synodo per viam communionis, ſeu accumulationis in communi à ſingulis partibus liberaliùs, vel minùs liberaliter, prout partibus, & præcipuè Principi videtur, qui numquam totam ſuam auctoritatem accumulare in communi intelligitur, ſed quantum ad illa tractanda expedit. In cuius ſignum non intelligitur ſe ſubijcere Synodi poteſtati coactiuè, quantumcumque ſtatutis Synodi conſentiat, communibus omnibus Eccleſiæ perſonis.

Google

Et ex hoc patet, quòd ſi tota Eccleſia, ſecluſo Papa, aliquem præficeret curæ Eccleſiæ, ille eſſet ſubditus Papæ, nec poſſet à caſu Papali abſoluere, quod non eſſet, ſi Eccleſia haberet vniuerſalem, & plenam poteſtatem immediatè à Chriſto ratione ſuæ totalitatis, ſecluſo Papa. Et ſimiliter Papa poteſt quantum eſt ex poteſtatis auctoritate, tollere ſtatuta Concilij generalis, etiam de conſenſu, & auctoritate ſua facta, quòd non eſſet ſi Eccleſia integra ratione ſuæ totalitatis haberet poteſtatem vniuerſalem, & plenam à Domino Jeſu Chriſto.

Ex omnibus autem dictis euulſam iàm eſse radicem ex iure Diuino opinatam poteſtatis Eccleſiæ ſupra Papam, liquido apparet.

TRACTATVS SECVNDI

Apologiæ Secunda Pars,

In nouem & viginti capita diuiſa.

De comparata Auctoritate Papæ, & Concilij.

Et ſic cum vtriuſque iuris, naturalis ſcilicet, & Diuini fundamentum ademptum ſit, ad ſingula obiecta deſcendendum eſt.

CAPVT PRIMVM.

Reſponſio ad obiectionem contra illud, quòd Dominus Eccleſiæ regimen ſic ordinauit, Petrum, vt Summum Pontificem inſtituerit, à quo via ordinaria in reliquum Eccleſiæ poteſtas deriuaret, & quòd Apoſtolis alijs via præuentionis gratuitæ poteſtatem dedit.

DIXI in capite tertio illius libelli, Dominum ordinaſſe ſic Eccleſiæ regimen, vt Petrum Summum Pontificem inſtitueret, à quo via ordinaria in reliquum Eccleſiæ poteſtas deriuaret, & quòd ipſe Dominus via præuentionis gratuitæ Apoſtolis alijs poteſtatem dédit.

Obijcitur contra. In Eccleſia fuit poteſtas electiua Papæ, antequam Petrus fuerit Papa, ergo cum maiori apparentia diceretur, Chriſtum cùm fecit Petrum Summum Pontificem, præueniſſe Eccleſiam, & id ex gratia Petro contuliſſe, quòd Eccleſia potuiſset ordinare ex Chriſti inſtitutione, quàm quòd præuenerit Petrum, dando Apoſtolis poteſtatem. Antecedens probatur, quia poteſtas electiua eſt in Eccleſia à Chriſto, Matth. 18. &c.

Reſpondeo. Quòd aſſumptum eſt falſum, nàm cùm electio Papæ ſit Vicarij Principis electio, & ordinariè electio Vicarij vniuſcuiuſque Principis viui, & præſentis ſpectet ad ipſum Principem, conſequens eſt, vt cùm Dominus vſque in diem Aſcenſionis, vt Princeps præſens fuerit in Eccleſia, ad ipſum ordinariè ſpectabat, tunc electio ſui Vicarij. Nec vnquam inuenitur, quòd in Matth. cap. 18. nec alibi Dominus dederit Eccleſiæ ius eligendi ſuum Vicarium ipſo præſente. Vndè Dominus non præueniendo, ſed inſtituendo, & exequendo, quod promiſerat, Matthæi 16. Tibi dabo claues Regni Cœlorum, &c. & Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor. Petrum Papa, & Papatum ſimul inſtituit. Rurſùs, (vt per antedicta patet,) Matth. 18. poteſtas electiua Papæ non eſt data Eccleſiæ. Quomodò autem, & vndè poteſtas electiua Papæ ſit in Eccleſia, inferiùs in cap. 22. dicetur.

Et aduerte hìc, quòd præuentio, quam ego dixi, ſuper ipſius Eccleſiæ, & Sanctorum determinatione fundatur. Quòd enim à Petro ordinariè poteſtas in reliquum Eccleſiæ corpus deriuanda ſit, Leo in can. ita Dominus, diſtinct. 19. manifeſtat. Quòd etiam Dominus ipſum ordinaria via inſtituerit, ex hoc, quòd non ipſum ſolùm, ſed in ipſo omnes ſucceſſores ſuos inſtituit, habetur, hoc enim ſtatuentis, non præuenientis eſt, ſicut per oppoſitum, quia reliquos Apoſtolos in proprijs tantùm perſonis, & non in ſucceſſoribus ſuis Legatos vniuerſales fecit, ad præuentionem gratuitam ſpectat. Hæc enim in Eccleſia fatetur, Petri ſolius ſucceſſorum vniuerſali poteſtate cognoſcens. Et per hoc etiam patet non fuiſſe in Eccleſia antè inſtitutum Petrum Papam, poteſtatem electiuam Papæ. Nàm tantam poteſtatem habet nunc, quantam tunc, cùm Papa non poſſit illam auferre, & Dominus, qui inſtituendo dederat, eam ſtatim non diminuerit præueniendo ſecundùm illos in inſtitutione Petri. Quemadmodùm igitur poterat tunc quemlibet alium Epiſcopum in Papam eligere, ità mortuo Petro, qui ex gratia factus fuerat à Principe, poteſt alium Epiſcopum, quàm Romanum Papam inſtituere. Et ſic Romanus Pontifex recognoſcere debet ſe prælatum cæteris ab Eccleſia, hoc illi concedente, non auferendo ſaltem, cuius tamen oppoſitum docet Pelagius in can. quamvis, diſt. 21. ſancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica, nullis ſynodochis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt; ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris Primatum obtinuit.

Ampliùs. Si Dominus immediatè dedit hanc poteſtatem electiuam Papæ vniuerſali Eccleſiæ, qua præſumptione Clerus Romanus, & populus eius, &c. vſurpauerunt ſibi hanc poteſtatem electiuam Papæ tanto tempore antequàm inſtitutum, aut approbatum fuerit per generale Concilium de Electoribus? Qua conſcientia tot ſancti viri electionem toti Eccleſiæ à Chriſto commiſſam irrequiſitis alijs à pauciſſimis tractauerunt, fecerunt, acceptauerunt, & exercuerunt?

Sed de his latior erit ſermo: hæc autem dicta ſunt ad oſtendendam falſitatem aſſumpti in hac obiectione.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Papa eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, & non ſolùm ſingulorum membrorum.

DIxi capit. quarto eiuſdem, quòd præualuiſſet ſententia Ioann. &c. Sed obiectio contradictionis propriè in cap. 13. tractabitur.

Dixi in cap. 6. Eiuſdem, Papam eſſe capue Eccleſiæ vniuerſalis, non ſolùm ſingulorum membrorum, vt inimici veritatis gloſſant.

Obijcitur: Contra hoc dupliciter:

Primò, quia falſum eſt Papam eſſe caput Eccleſiæ vniuerſalis collectiuè ſumptæ. Tamen quoniam Eccleſia nou eſt Petri, ſed Chriſti, iuxtà illud Matth. 16. ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, noo tuam. Tùm quia Papa eſt miuiſter Eccleſiæ, non Dominus, Eccleſia autem eſt cui miniſtratur, ac per hoc maior, iuxtà dictum Saluatoris, Maior eſt qui recumbit, quàm qui miniſtrat. Tùm quia omnes auctoritates dicentes Papam eſſe caput Eccleſiæ, intelliguntur de Eccleſia pro ſingulis Eccleſijs particularibus, reſpectu quorum eſt caput miniſteriale, & noo pro tota Eccleſia collectiuè.

Secundò. Quia licèt concedatur Petrum eſſe caput miniſteriale etiam totius Eccleſiæ vniuerſalis, non tameu oportet omnem proprietatem capitis in eo ſaluari, & ſpecialiter ſuperioritatem in auctoritate reſpectu totius reſidui. Et hoc præcipuè, quia tota Eccleſia non dicitur corpus Petri, ſed corpus Chriſti, vt patet ad Rom. 12. Et confirmatur hoc, quia Rex dicitur caput Regni, non tamen propterea eſt Regno congregato ſuperior, ſed qualibet eius parte.

Reſpondeo. Et ad primi quidem probationem primam, quòd Eccleſiam non eſſe Petri, ſed Chriſti, non arguit Petrum non eſſe caput eius, ſed Petrum non eſſe caput illius ex ſe, ſed loco Chriſti; vt patet.

Ad ſecundam verò probationem, quòd Petrum eſſe miniſtrum Eccleſiæ, vt cui miniſtrat, non eſt eſſe inferiorem poteſtate, ſed exercitio, vnde ipſe Dominus de ſeipſo dicit, quòd venit miniſtrare, & Papa vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei, & ſic eſt in veritate. Eccleſiam autem eſſe maiorem Papa, vt finis, eſt maior eo, quod eſt ad finem, verificatur quòd eſt eſſe meliùs, in his enim, quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius quod melius, ſecundùm Auguſt. Papatus ſiquidem eſt propter Eccleſiam, & non è contrario. Vnde ex hoc, quòd Papa noo eſt Dominus, ſed miniſter, & Eccleſia maior bonitate, & nobilitate, nihil habetur contra poteſtatem capitis, contra quam tenditur. Ad gloſſam demùm communem, dicitur quòd licèt multæ auctoritates poſſent ſic gloſſari, non omnes tamen ſunt illius capaces, vt in libro oſtenſum eſt,

Ad ſecundum autem, dicitur quòd Eccleſiam non eſſe corpus Petri, ſed Chriſti, verum eſt, quia Chriſtus non ſolùm caput myſticum eius, ſed myſticum ſuppoſitum ipſius eſt, vt patet ad Epheſ. 1. Vbi de Chriſto duo dicuntur, quòd eſt caput Eccleſiæ, & quòd Eccleſia eſt corpus eius. Et primæ ad Corinth. 12. expreſsè dicitur. Sicut enim vnum corpus eſt, & multa membra habet, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, ità & Chriſtus. Ex hoc autem, quòd Eccleſia eſt corpus Chriſti, & non Petri, non ſequitur, quòd Petrus non ſit caput loco Chriſti, ſed quòd Petrus non ſit ille, qui operatur per membra huius corporis, ſed Chriſtus, qui per Petrum, & cæteros operatur. Et ſimiliter non ſequitur, quòd illud caput loco Chriſti non ſit ſuperius auctoritate reſiduo corporis Chriſti, vt manifeſtè liquet.

Ad confirmationem dicitur dupliciter.

Primò, quòd nullus dicit, quòd ex eſſe qualitercumque caput alicuius multitudinis, ſequatur poteſtas iuriſdictionis ſuper illa multitudine, cùm multipliciter aliquid poſſit dici caput alterius metaphoricè. Papa autem eſt ſicut caput, quod eſt paſtor, Epiſcopus, & Rector totius Eccleſiæ, & non ſolùm ſingularum, vt auctoritatibus, & ratione ibi probatum eſt,

Dicitur ſecundò, quòd ſicut Rex eſt caput Regni, ità ſuperior eo, & propterea Rex, qui dependet à Regno collectiuè, non eſt caput illius, & ideò non eſt ſuperior eo, ſed ſingulis partibus. Rex autem, qui etiam à Regno collectiuè nou dependet (vt eſt Rex regum) eſt caput etiam totius congregati, & ſuperior eo. Vnde arguere ab eſſe caput in Rege dependente à Regno ad eſſe caput in Papa, non eſt rectum, eo quòd Papa non dependet à Regno Eccleſiæ, nec vices Eccleſiæ gerit ſicut Rex talis vices Regni, ſed ſolius Ieſu Chriſti Vicarius eſt,

CAP. III.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Concilium auctorizatum à Papa, non eſt maioris auctoritatis, quàm ipſe Papa.

DIxi in eodem capitulo ſexto, quòd poteſtas electiua ipſius Papæ, in Papæ poteſtate eſt. Sed quia in capitulo vigeſimo ſecundo, latiùs tractatur, ibidem obiecta ſoluentur.

Dixi in eodem capitulo ſexto, quòd non eſt maioris auctoritatis Concilium auctorizatum à Papa, quàm ipſe Papa.

Obijcitur contra. Primò ex gloſſa in cap. Legimus 93. diſtinct. Statuta Concilij generalis præiudicant ſtatutis Papæ, ſi contradicant.

Se-

Digitized by Google

Secundò, quia conſtitutio Chalcedonenſis Concilij præualuit reclamationi Leonis de Conſtantinopolitana Sede, vt patet in cap. Antiqua. de priuilegijs, & 22. diſt. Renouantes.

Tertiò, quia conſuetudo generalis Eccleſiæ pontificale ſtatutum abrogat.

Reſpondeo. Et de gloſſa primò dico, quòd ipſamet non aſſertiuè dicit illam ſententiam, ſed argumentum ad illam dicit, vt patet etiam ex ſe ipſa in cap. Nemo q. 9. ad quam ſe remittit.

Secundò dicitur, quòd verificatur de ſtatuto Concilijs ſuperuenientis ſtatuto Papæ, quoniam quemadmodùm ipſemet Papa ius condendo priori contrarium, illud tollit (vt patet in cap. licet in ſexto) ità etiam Concilij auctorizati à Papa conſtitutio Papæ, conſtitutionem priorem contrariam tollit.

De vigore autem Concilij circà Sedem Conſtantinopolitanam, dicitur, quòd non concludit ſuperioritatem Concilij ſupra Papam, ſed tollerantiam Papæ. Videmus enim continuè Prælatos cedere multitudini magnarum, quamuis ſi poteſtate vti vellent, compeſcere poſſent. Quamuis de reclamatione Leonis nihil in capitulis illis habeatur, immò ibi humilis eſt loquutio dicentium, Petimus, &c.

De vi autem conſuetudinis vniuerſalis dicitur, quòd ſi hoc concluderet Eccleſiam ſupra Papam, concluderet etiam Eccleſiam ſupra ſeipſam Eccleſiam, quoniam etiam ſtatutum vniuerſalis Eccleſiæ generalis conſuetudo abrogat, vnde abrogatio iſtiuſmodi non fit poteſtatiuè, ſed executiuè ex parte Eccleſiæ, & negatiuè ex parte Principis, quia ſcilicet non cogit.

CAP. IV.

Reſponsio ad obiectiones contra illud, Si communitas Eccleſiæ ſecluſo Papa haberet poteſtatem ſupra Papam, Eccleſiæ regimen eſſet populare.

Dixi in eodem ſexto capitulo, quòd ſi Eccleſia, hoc eſt communitas Eccleſiæ, ſecluſo Papa, haberet poteſtatem ſupra Papam, quòd Eccleſiæ regimen eſſet democraticum, ſeu populare, in quo tota auctoritas apud nullum reſidet, ſed in tota communitate.

Obijcitur contra ſequelam, quia non dicitur regimen regale, in quo ſit vnicus toto reſiduo ſuperior, quia tunc non eſſet in ciuilibus aliquod regimen regale, ſed quia eſt vnicus, qui totius populi vices gerit quolibet particulari ſuperior.

Reſpondeo. Quòd ſequela eſt optima formaliter intellectis terminis, quia ſi in tota communitate ſola eſt auctoritas, ergo vt ſic conſtituit regimen populare, quamuis in quantum aliquem vnum præficit conſtituat aliam ſpeciem regiminis.

Rursùs ſequela eſt optima de ſupremo regimine Eccleſiæ, de quo eſt quæſtio, quoniam ſi in tota communitate, & ſola eſt vniuerſalis Eccleſiæ poteſtas, ſummum regimen, ſummumque tribunal eiuſdem, ad quod omnia reſoluenda ſunt, eſſet populare, vt patet, quicquid eſſet de regimine medio per vnum. Vnde ſi in regno aliquo populus eſt ſupra Regem, manifeſtè ſequitur, & quòd communitas populi, vt ſic regimen eſt populare, & quòd ſummum tribunal eſt populare, quamuis exerceat per aliam regiminis ſpeciem, puta per regale, ſupra alios iuriſdictionem ſuam communiter. Nihil igitur obſtat obiecta dictis, quoniam cum regimine regali medio, ſtat ſupremum populare, de quo eſt quæſtio, & formalis ſermo.

CAP. V.

Reſponſio ab obiectiones contra illud, quòd Papa eſt ſupra communitatem totius Eccleſiæ ex illa auctoritate, Paſce oues meas, *& quòd Papa eſt Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & non ſolùm ſingularum ouium.*

Dixit in capitulo ſeptimo, probando quòd Papa eſſet ſupra communitatem totius reliquæ Eccleſiæ, ex illa auctoritate, Paſce oues meas, &c. quòd Papa eſt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & non ſolùm ſingularum ouium.

Obijcitur. Reſpondendo dupliciter.

Primò per interemptionem negando hoc.

Secundò per limitationem, quòd Papa eſt paſtor totius Eccleſiæ quantum ad adminiſtrationem pabuli ſpiritualis Verbi Dei, & Sacramentorum. Hæc enim non exercentur per communitatem, ſicut actus iuridici.

Reſpondeo. Et negatio quidem irrationabilis inferiùs in ſeptuageſimo cap. ratione monſtrabitur, nunc auctoritate inducta oſtenditur. Cùm Dominus dicit: Paſce oues meas, illimitatè admittitur, ergo non eſt limitandum ad ſingulas, & non omnes, vt negatio iſta limitat, nam ſingulæ, & omnes ſuæ oues ſunt.

Secunda autem reſponſio, aut nihil dicit, aut ſeipſam interimit. Nàm dupliciter poteſt intelligi conceſſum, quòd Papa eſt paſtor totius Eccleſiæ, quantum ad miniſtrandum Verbum Dei, & Sacramenta.

Primò auctoritatiuè: ſecundò miniſterialiter, reſpectu totius Eccleſiæ. Si auctoritatiuè, ergo ipſe verè ſuperior tota Eccleſiæ communitate eſt, nam auctoritatiuè paſcere Verbo Dei, & Sacramentis, eſt actus ſuperioris abſolutè reſpectu illius, qui ſic paſcitur, vt patet inductiuè, & ſic reſponſio interimit ſeipſam. Si autem miniſterialiter, ergo non habet Papa ex ſe in paſcendo plus, quàm in actibus iuridicis, poteſt ſiquidem, & actus iuridicos omnes, vt miniſter Eccleſiæ com-

mu-

munitatis apud iſtos, & ſic reſponſio nihil dicit. Eſt ergo Papa verè paſtor auctoritatiuè vniuerſalis Eccleſiæ, & ſingularum perſonarum eius in iudicio, & iuſtitia, & Verbo Dei, &c. vice illius, qui paſcit omnes in innocentia cordis ſui.

CAP. VI.

Reſponsio ad obiectiones contra illud, ex illa auctoritate, Fiet vnum Ouile, & vnus Paſtor, *quòd Papa eſt Paſtor illius Ouilis, & non è conuerſo.*

Dixi in eodem ſeptimo cap. ex illa auctoritate, Fiet vnum ouile, & vnus paſtor, quòd Papa eſt paſtor illius ouilis, & non è conuerſo.

Obijcitur. Quòd Chriſtus dixit Petro, paſce oues meas, non tuas, & quòd Chriſtus dedit poteſtatem ouili ſupra paſtorem.

Reſpondeo. Quòd Petrum eſſe paſtorem ouium, non ſuarum, ſed Chriſti, concludit ipſum eſſe paſtorem non ex ſe, neque loco Eccleſiæ communitatis, vt obijcientes dicunt, quoniam oues, nec ſunt Petri, nec ſunt communitatis Eccleſiæ, ſed loco Ieſu Chriſti, cuius ſolius ſunt oues propriæ. Vnde ex hoc nihil aliud habetur, niſi quòd Petrus præeſt ouili non ſuo, ſed Chriſti, non ex ſe, ſed loco Chriſti. Quod autem additur, Chriſtum dediſſe auctoritatem ouili ſupra paſtorem, voluntariè dicitur, & ipſis Verbis Domini diſſonat, & repugnat. Diſſonat quidem, quia ouile illius paſtoris Eccleſiam conſtituit, regulare eſt autem, vt paſtor præſit ouili, & non è contra. Repugnat autem, vt ibidem deductum eſt, quia non fieret vnus paſtor iuxtà Verbum Domini, ſed duo, ſcilicet Petrus, & ipſum ouile. Et quia de Petro voce Domini conſtat dicentis, paſce oues meas, & quòd vnus tantùm ſit, eiuſdem auctoritate Domini patet, conſequens eſt, vt alter paſtor fictus ſit contra Domini ſententiam.

CAP. VII.

Reſponsio ad obiectiones contra illud, Non minus Papa eſt Paſtor Eccleſiæ Catholicæ, quàm quilibet Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ, inferendo ex hoc ſuperioritatem Papæ ad Eccleſiam.

Dixi in eodem ſeptimo cap. quòd non minùs Papa eſt Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, quàm quilibet Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ, ex hac ſuppoſitione inferendo ſuperioritatem eius ſuper Eccleſiam Catholicam, & non ſolùm ſuper ſingula membra, ſicut eſt in alijs Epiſcopis reſpectu ſuarum Eccleſiarum.

Obijcitur contra ſimilitudinem. Tùm quia Epiſcopus particularis gerit vices vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt ſupra ſuam communitatem. Tùm quia Eccleſia particularis, cui præficitur Epiſcopus, habet ſuperiorem in terris, qui præficit illum Epiſcopum.

Reſpondeo. Et primò, quòd ratio non fundatur ſuper ſimilitudine, ſed ſuper proprietate huius ſententiæ, Papa eſt Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, quamuis declaretur ex ſimili, immò eadem ratione in alijs Epiſcopis. Ambroſius eſt Epiſcopus Eccleſiæ Mediolanen. &c. Vnde, cùm ex iſta propoſitione formaliter intellecta, Papa eſt Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, ſequitur ipſum eſſe Epiſcopum communitatis Eccleſiæ, ſatis habetur intentum.

Obiecta autem afferunt diſſimilitudinem, in non cauſa, vt cauſa, nam in eo, quòd eſt eſſe Epiſcopum Catholicæ, vel talis Eccleſiæ, poteſt conſiderari, quid importet eſſe Epiſcopum, & poteſt conſiderari à quo fiat, vel fieri debeat Epiſcopus, ratio autem procedit conſiderando, quid eſt eſſe Epiſcopum.

Conſtat autem, quòd ad iudicandum de naturis rerum, cauſa formalis, & quòd quid eſt concludit efficaciter vndecumque fiant affectiuè, ſiue enim homo fiat à Deo, vt Adam, ſiue ab alio homine, vt nos, vnius naturæ ſumus. Et ſimiliter, ſiue Epiſcopus ſit à Papa, ſiue ab Vniuerſali Eccleſia, ſiue habeat ſuperiorem, ſiue non, vnius naturæ eſt, inquantum Epiſcopus, quamuis alterius naturæ ſit, inquantum ſubditus. Vnde vt vnico verbo dicatur, ratio de Epiſcopo, ſic loquitur, obiectiones autem de Epiſcopo, inquantum ſubditus alteri, & alterius, & ab altero. Propter quod cùm Papa ſit verè Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, ſequitur, vt ibidem dixit, quòd eſt primò Epiſcopus ipſius Eccleſiæ Catholicæ, & ſecundario ſingularum.

Tùm quia non minùs eſt ipſe Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, quàm Ambroſius Epiſcopus Eccleſiæ Mediolanen. eſſet enim longè minòs, ſi non eſſet Epiſcopus totius, ſed ſingulorum membrorum tantùm.

Tùm quia actus proprius Epiſcopi, qui eſt ſuperintendere, primò fertur ſuper bono ipſius Catholicæ Eccleſiæ, & ſecundariò ſuper bono ſingulorum, vt patet ex hoc, quòd Papa ad hoc tenetur ſub peccato mortali ex hoc quòd eſt Papa, conſtat autem poteſtates per actus proprios cognoſci.

Nec ad hoc video reſponſionem, niſi diceretur, quòd Papa habet hunc actum, inquantum gerit vices vniuerſalis Eccleſiæ, cui primò conuenit iſte actus, & ex eius commiſſione conuenit Papæ. Sed hæc reſponſio poteſt dupliciter intelligi.

Primò, quòd Papa habeat hunc actum dependenter ab Eccleſia, ſicut Rex creatus à Regno, & in hoc ſenſu falſa eſt, quia ſic Papa eſſet Vicarius Eccleſiæ, & non immediatè ipſius Ieſu Chriſti, quod demonſtratum eſt eſſe falſum, & ampliùs monſtrabitur.

Secundò, poteſt intelligi, quòd Papa habet hunc actum ex ſuo officio, ſupplendo id, quod Eccleſiæ conueniret, ſi non eſſet ſubdita. Et in hoc ſenſu eſt vera reſponſio, ſed nihil obſtat rationi, vt patet.

CAP. VIII.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia, ergo eſt ſuper vniuerſalem Eccleſiam.

Dixi in eodem ſeptimo cap. quòd Papa habet ſupremam,poteſtatem in Eccleſia Dei, & ex hoc deduxi ipſum eſſe ſupra vniuerſalem Eccleſiam.

Obijcitur Gloſſando primò, quòd poteſtasPapæ dicitur ſuprema reſpectu poteſtatum particulatium, non autem reſpectu poteſtatis communitaris rorius Eccleſiæ.

Dico ſecundò, quòd ex hoc, quod ponitur ſuprema poteſtas in Papa, & ſuprema poteſtas in Eccleſia, non ſequitur, quòd ſine duæ ſupremæ poteſtates in Eccleſia Dei,quia poteſtas Papæ eſt propter Eccleſiam, iuxtà illud, poſuit vos Deus regere Eccleſiam, vbi autem vnum propter alterum, ibi vnum tantùm, vt patet in Topicis.

Reſpondeo. Et gloſſa quidem allata repellitur ex magna differentia inter ſecundùm quid & ſimpliciter: De Papa aſſeritur ſimpliciter, quòd habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, vt patet in tex. allegato ibi: Gloſſa autem ponit Papam habere poteſtatem ſupremam ſecundùm quid, quia in reſpectu ad aliquas, & non ad omnes poteſtates in Eccleſia Dei. Repellitur quoque ex literali expoſitione illius ſuperlatiui ſupremam, poteſt enim exponi negatiuè, & poſitiuè, ideſt non babens ſuperiorem, & omnia alia ſuperior, & vtroque modo repugnat gloſſæ illi. Quod autem obijcitur ſequelæ, nihil eſt, quoniam ſi communitas Eccleſiæ eſt tantæ poteſtatis, quòd Papa ſubeſt ei, oportet quòd obiectum proprium poteſtatis Papæ ſe habeant ſecundum ſupra, & ſub proportionaliter ſicut ipſæ poteſtates.

Et hoc etiam eſt manifeſtum,ex eo quòd commune bonum Eccleſiæ totius eſt proprium obiectum poteſtatis communitatis Eccleſiæ, bonum autem ſingulorum eſt proprium obiectum poteſtatis Papæ,conſequenter loquendo, quia poteſtas ſua propria ſecundùm illos eſt primo reſpectu ſingulorum, & reſpectu boni communis totius, Papa non intromittit ſe, niſi vt vtens poteſtates Eccleſiæ, vt inſtrumentum illius, eſſent ergo veriſſimæ duæ poteſtatea ſupremæ, & ſubordinatæ ſimul, quod eſt ridiculum.

Ad id verò quod dicitur, poteſtas Papæ eſt propter Eccleſiam,dicitur quòd ſecundùm veritatem eſt verum, & nihil iuuat, ſed ſecundum hypotheſim eorum non eſſet propter Eccleſiam eodem modo formaliter ſumptam propter quam eſſet poteſtas illa Eccleſiæ,quia iſta propter Eccleſiam collectiuè, illa verò propter Eccleſiam diſtributiuè. Vnde cum regula ex vnitate obiecti non obſtet, & poteſtas non ſit propter poteſtatem, ſed ſub poteſtate, non video quomodo obſtet regula Topica.

CAP. IX.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa eſt proximus, & immediatus Vicarius Chriſti, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe, &c.

Dixi in eodem ſeptimo capitulo, quòd Papa eſt proximus, & immediatus Vicarius Chriſti, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe, & indè intuli, Eccleſiam non habere immediatè ordinatiam auctoritatem à Chriſto, & Papam non mediante Eccleſia habere auctoritatem, &c.

Obijcitur. Gloſſando, quòd Papa dicitur immediatus Vicarius Chriſti, quia poteſtas Vicariatus ſui eſt immediatè inſtituta à Chriſto, & Eccleſiæ collata, & non propterea,quòd habeat à Chriſto non mediante Eccleſia, ità quòd Papa eſt mediatus Vicarius Chriſti, ſicut apud Apoſtolum, Reges ſunt miniſtri Dei in vindictam maleſactorum, qui tamen mediante populo ſiunt.

Reſpondeo. Et gloſſa quidem repellitur ex differentia inter medium in inſtituendo principatum, & medium in principando, differunt enim hæc ſicut Cœlum, & terra. Et eſſe immediatum, vel mediatum Vicarium, non attenditur ſecundum inſtitutionem ſolam, ſed ſecundum ipſum principaliter. Declaro ſingula breuitatis cauſa in exemplis, Chriſtus inſtituit abſque medio poteſtatem Epiſcopalem, & Sacerdotalem, inſtituit mediante Eccleſia poteſtatem ordinum minorum, & Subdiaconatus ſecundum aliquos, in iſtis eſt medium in inſtituendo, in illis non. Papa inſtituit Legatum, qui committit vices ſuas alteri, Legatus principatur ſub Papa abſque medio, Vicarius autem Legati cum medio in principando, dependet enim principari huius à principatu Legati, & non ſola electio ipſius.

Ex his autem liquet quale medium negatur, cùm abſolutè dicitur aliquis immediatus Vicarius alicuius Principis, quòd ſcilicet negatur medium in principando, vt patet inductiuè. Vnde Papa abſolutè, & abſque limitatione aliqua aſſeratur proximus, & immediatus Chriſti Vicarius, negatur medius principatus inter Chriſtum, & Papam inferior Chriſto, & ſuperior Papa, cuius vices gerit Papa.

Si enim medius principatus talis eſt, vt iſti concedunt,ponentes Eccleſiæ totius communitatem eſſe talem principatum,licèt Papa poſſet dici Vicarius Chriſti, non tamen poteſt verè dici ſimpliciter. & abſolutè immediatus Vicarius Chriſti,ſed immediatè Vicarius Eccleſiæ, & mediatè ipſius Chiſti. Immediatio autem inſtitutionis poteſtatis Papæ à Chriſto, non facit ipſum Papam Chriſti Vicarium immediatum, niſi ſecundùm quid, ſcilicet ſecundùm poteſtatis ſuæ inſtitutionem: ſic enim quilibet Epiſcopus poteſt

dici

Digitized by Google

dici immediatus Vicarius Chriſti, quia cuiuſlibet poteſtas immediatè eſt inſtituta à Chriſto. Conſtat autem, quòd aliud intendit determinatio Eccleſiæ, & ſancti Patres, cùm aſſeritur Papam immediatum eſſe Vicarium Chriſti: Vnde ratio ſtat in ſuo robore.

Ad id verò, quod additur de ſimili in Regibus, dicitur, quòd non dicuntur proximi, & immediatè miniſtri Dei, ſed vices multitudinis gerendo, Dei miniſtri proculdubio ſunt. Longè autem aliter eſt de Papa, qui non gerit vices multitudinis, ſed Ieſu Chriſti. Et ſcito, quòd inter Regem creatum à populo, vt Saul (vt ſtando in naturali iure fit) & Regem datũ à Deo, vt Dauid, & Papam factum à Chriſto, ve Petrus, & Papam electum ab Eccleſia, vt reliqui, tanta eſt in præſentando populum differentia, quòd Rex tam creatus à populo, quàm datus à Deo, populum & eius poteſtatem repræſentat, licèt namque in fieri differant inter ſe, quia alter à populo, alter à Deo præficitur: in natura tamen officij, & poteſtatis non diſtinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale (puta manus) ſi ſit à Deo miraculosè, perindè eſt, ac ſi eſtet à natura, ita organum politicum puta Rex, cum eſt à Deo perinde eſt, ac ſi eſſet à populo, & propterea eius poteſtatem vtroque modo factus, repræſentat, & exercet, illiuſque vices gerere dicitur, & non Dei immediatè. Papa autem, ſiue à Chriſto immediatè, ſiue miniſterio Eccleſiæ mediante factus, eiuſdem etiam eſt naturæ, & poteſtatis, & non repræſentat poteſtatem populi Eccleſiaſtici, nec ipſum: ſed Dominum Ieſum Chriſtum immediatè, & illius ſolius vices gerit immediatè.

Et ratio diuerſitatis in Rege, & Papa eſt, quia poteſtas regia naturali iure eſt in populo primo, & ex populo deriuatur ad Regem: poteſtas autem Papalis ſupra naturam eſt, & diuino iure in perſona vnica, non in communitate primo eſt, ſtatuente Chriſto, Ioann. 10. formam ſupremi Eccleſiaſtici regiminis in vnica perſona, cùm dixit: Alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor, determinante eodem talem formam ad perſonam Petri in ſua perpetua ſucceſſione, Ioannis vlt. cum dixit illi: Paſce oues meas. Vnde Papa ſolius Chriſti Vicarius eſt, & non Eccleſiæ, & propterea definitum eſt per Eccleſiam, quòd Papa in beato Petro officium ſuum vniuerſale ſuſcepit, vt patet ex allatis in libello, &c.

CAP. X.

Reſponſio ad obiectiones ſeptem contra illud, Papæ poteſtas eſt ſupra Eccleſiam vniuerſalem, & Concilium generale, vt diſtinguitur contra Papam.

Dixi in eodem ſeptimo capitulo, concluſionem hanc, Papæ poteſtas eſt ſupra Eccleſiam vniuerſalem, & Concilium generale, vt diſtinguitur contra Papam.

Objicitur primò, auctoritate Auguſtini in epiſtola ad Glorium, Eleutium, Felicem Grammaticum, &c. quæ inter epiſt. eſt 162. vbi loquens de depoſitione Cæciliani Carthaginenſis Epiſcopi, dicit: Ecce putemus illos Epiſcopos, qui Romæ iudicarunt non bonos iudices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ vniuerſale Concilium, vbi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari, vt ſi malè iudicaſſe conuicti eſſent, eorum ſententiæ ſoluerentur, &c. Et inter Epiſcopos Romæ iudicantes, comprehendit Melchiadem Papam, vt patet ex epiſtola illa. Ex quibus verbis manifeſtè ſequitur, quòd à Papa, & Concilio ſimul particulari, poteſt appellari ad Concilium vniuerſale, & ſententia eiuſdem ſolui.

Secundò, auctoritate octauæ Synodi, can. 21. cuius pars habetur 22. diſtinct. in cap. definimus, vbi dicitur, vniuerſalis Synodus cum conuenienti reuerentia quamliber quæſtionem de Romana Sede exortam audire tenetur, & in ea proficere, non tamen audacter ſententiam in Romanum Pontificem dicere. Ex quo patet, quòd licèt omnem quæſtionem de Romana Sede definire habeat Synodus, id tamen cum reuerentia propter illius eminentiam facere debet.

Tertiò, auctoritate Damaſi Papæ, quam ponitur inter epiſtolas Ambroſij, epiſtola 72. vbi Damaſus dicit reſpondendo: Cùm huiuſmodi fuerit Concilij Capuenſis iudicium, vt finitimi Bonoſo, atque eius accuſatoribus iudices tribuerint, aduertimus quod nobis iudicandi forma competere non poſſet: nam ſi integra eſſet hodie Synodus, rectè de his, quæ veſtrorum Scriptorum comprehendit ſeries, decerneremus. Veſtrum eſt igitur, qui hoc recepiſtis iudicium, ſententiam ferre, vicem enim Synodi recepiſtis, quos ad examinandum Synodus elegit.

Et infra, Vos enim, vt ſcripſimus, totius Synodi vice Dei decernitis, nos quaſi ex Synodi auctoritate iudicare non conuenit. Ex quibus manifeſtè patet primò, quòd Papa dicit ſe non poſſe de illa cauſa cognoſcere, de qua poſſet, ſi Synodus adhuc eſſet integra, ideſt nihil commiſiſſet. Secundò, quòd Papa confitetur non ſolùm Concilium eſſe in eo in iudicando ſuperiùs, ſed etiam deputatos per Concilium, in ea cauſa in qua deputati ſunt.

Quartò, auctoritate Canonis in cap. ſi duo, diſt. 70. vbi dicitur: quòd ſi duo contendunt de Papatu, Concilium eſt iudex, ergo habet ſuperioritatem in vtrumque: nullus enim eſt alterius iudex ordinarius, quin ſit iuriſdictionis ſuperior.

Quintò, ratione Papa, & reliqui Prælati quicquid iudicant, &c. faciunt vt miniſtri Eccleſiæ, non ſolùm finaliter (ideſt, propter Eccleſiam) ſed effectiuè auctoritate Eccleſiæ, ergo in Eccleſia eſt primò auctoritas.

Antecedens probatur, quia agere dicuntur ſecundùm intentionem Eccleſiæ. Sequela autem eſt manifeſta, & confirmatur, quia ſuffragia quibus priuatur excommunicatus, & indulgentiæ non ſunt Prælatorum, ſed Eccleſiæ. Et confirmatur iterum, quia ſicut Deus condens humanum genus dedit poteſtatem regiminis ciuilis ad finem naturalem, non vni, ſed communitati, &c. ita

regenerans idem ad finem ſupernaturalem, dedir poteſtatem ſpiritualis regimiois ad illum finem communoitati Eccleſiæ, &c. Et ſicuc quandoque prouidir populo, dando Principem, vt Moyſem, ita pronidit Eccleſiæ, dando Petrum.

Et confirmatur tertiò, quia aliter politia Eccleſiaſtica non eſſet ità benè ordinata, ſicut ciuilis, nam iſta poteſt prouidere ſibi Principe poteſtate abutente in deſtructionem, Eccleſia autem non poſſet, ſi non eſſet ſuperior Papa.

Er cnnfirmatut quartò, quia ipſe Papa eſſet miſerabilior cæteris, ſi à malo compeſci non poſſet.

Et confirmatur quintò, quia Papa eſt Eccleſiæ filius, ac per hoc ſubditus. Antecedens pater ex Ambroſio in libro de Symbolo, Non habebir ibi Deum patrem, qui noluit habere Eccleſiam matrem. Sequela patet, Prouerb. 10. Stultus deſpicit matrem ſuam.

Sextò, etiam ratione, Si Papa haber poteſtatem ſuper totum reſiduum Eccleſiæ collectiuè, ergo poteſt aliquem actum iuriſdictionis in illud totum etiam inuitum exercere: ſed hoc eſt falſum, quia non poteſt illud totum excommunicare, aut interdicere, nec ad aliquid ipſo retiuente obligare, vt patet per illud Auguſt. Leges ioſtituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium comprobantur, diſt. 4. can. in iſtis.

Septimò, quia poteſtas Eccleſiaſtica prius tempore eſt in Eccleſia, quàm in aliquo Summo Pontifice, quia illa fuit inſtituta, & Eccleſiæ collata Matth. 8. iſta autem Ioann. vlt. Petro data eſt. Et ideò ſi Chriſtus Petrum Papam non inſtituiſſet, potuiſſet hoc Eccleſia facere, committendo ei ſuam poteſtatem, nec potuiſſet illam ab eo auferre, niſi ex cauſa rationabili, ſicut populus poteſt reſpectu Regis.

Reſpondeo. Ex auctoritate illa Auguſtini non ſequitur Concilium eſſe ſupra Papam, ſed dupliciter argumentum ex illa deficit.

Primò, qnia æquiuocat de Concilio, nam quæſtio noſtra eſt de cocilio diſtincto contra Papam, ſeu ſecluſo Papa, quod eſt Concilium Acephalum. Auguſtinus autem loquitur de vniuerſali Concilio cum Papa, vt patet ex hoc, quòd ponit præſentiam iudicum, ideſt Epiſcoporum, qni iudicauerant. Conſtar autem, quòd non licèt arguere à Concilio, ad Concilium Acephalum.

Secundò deficit, qnia ex hoc, quòd reſtabat refugium Concilij vniuerſalis, infertur ſuperioritas, eſt enim hic ſophiſma conſequentis: poteſt enim recurſus iſte haberi propter multas cauſas, ſcilicet excluſionem ſuſpitionis, pleniorem diſcuſſionem, maiorem ſapientiam, perſonalem tractatum, & quicquid huiuſmodi eſt, vt parer ex continua conſuetudine appellantium ad eumdem iudicem, (puta Papam) pleniùs informandum, & cauſam per alios tractatutum iudices, &c.

Et hoc conſonat literali ſenſui Auguſtini, vbi propter præſentiam omnium Prælatorum potuiſſet cauſa ita diſcuti, vt etiam iudices, qni primò in partibus, & qni ſecundò Romæ iudicarunt, perſonaliter præſentes rationes iudicij conferre potuiſſent, & vniuerſali omnium iudicio decerni, & etiam diſſolui prius malè iudicatum: ad nihil enim horum exigitur maior auctoritas intenſiuè, quàm Papæ, ſed ſua ſufficit cum maiori diſcuſſione, ſapientia, &c. vt quotidie videmus. Eſt etiam cum his omnibus in Concilio vniuerſali, maior auctoritas extenſiue, & maior ſolemnitas iudicij, quæ omnia ſententia eius omni exceptione maiorem reddere videntur.

Ad ſecundam ex auctoritate octauæ Synodi, dicitur, quòd malè exponuntur verba Synodi, dicendo, quòd Synodus negat modum iudicandi Papam (ſcilicet audacter) & non iudicium ipſum. Et quòd hæc expoſitio ſit mala, probatur, quia ly *Audacter*, aut importat vitium audaciæ, aut importat auctoritatem.

Si primum cùm illud ſit vitandum reſpectu cuiuſcumque, & non ſolùm reſpectu Papę, ridicula eſſet deciſio Synodi, quòd ipſa non debet vitiosè, vel ex paſſione iudicare Papam, &c. ſi ſecundùm haberetur contrarium expoſitionis allatæ. Vnde literalis ſenſus eſt, quòd dicere ſententiam in Romanum Pontificem eſt audaciæ vitium, illa ſiquidem negatio præpoſita non modum ſolùm, ſed totum negat.

Dicendo igitur: Non tamen audacter dicere ſententiam in Romanum Pontificem ſignificat, quòd non niſi audacter dicere poteſt ſententiam in Romanum Pontificem. Sicut cùm dicimus, quòd de manifeſtis licet nobis iudicare, de cordis autem occultis non licet nobis temerè definire, non intendimus negare modum definiendi tantùm, (puta temerè,) ſed intendimus determinare, quòd ipſa definitio de occultis cordis eſt temeraria.

Determinat ergo ly *Audacter*, naturam iudicij in Papam ſicut ly *Temerè*, in exemplo dato, natura iudicij in cor. Et proptereà ex hac auctoritate habet oppoſitum ei, quod arguentes intendunt. In cuius ſignum, Synodus dicit ſibi competere audientia, & progreſſum in quæſtione de Papa cum reuerentia, & de ſententia ſubdidit illam negatiuam, quam non ſubiunxiſſet, ſi etiam ſententia cum reuerentia ſibi competeret, ipſa quippè diſtinctio expoſitionis confutatæ defectum oſtendit.

Cùm autem legeris hæc, memento quòd ſermones morales de ijs ſunt, qui regulariter accidunt. In caſu quippè hæreſis pertinacis in Papa, Synodi iudicium depoſitiuum Papæ abſque audacia eſſet.

Ad tertiam ex auctoritate Damaſi, dicitur, quòd neutrum deductorum ex illa auctoritate ſequitur. Nam in illis verbis non negat potentiam, ſed formam iudicandi ſibi competere poſſe. Et huius negationis cauſam reddit, non impotentiam, aut ſubiectionem ſuam, ſed indecentiam, vt patet in illis verbis; hoc autem familiare eſt principibus. Quin etiamſi dixiſſet ſe non poſſe iudicare, verum dixiſſet, & à conſuetudine principum non receſſiſſet, qui ea ſe negant poſſe facere, quæ indecenter facerent ſi exaudirent.

Conſtat autem, quòd indecens eſt determinationes Concilij, etiam Prouincialis, ſoluere, quantò magis Concilij generalis, quo-

tum

Digitized by Google

rum decreta, etiam Papam in foro conſcientiæ ligant, non minus, quàm propria? vnde & ſecundùm ſacros Canones ad Romanum Pontificem præcipuè ſpectat ſeruare ſtatuta Patrum. Et ſi notaueris eandem auctoritatem, contra arguentes facit, pro quanto inſinuat excellentiam ſuam tantam, quòd cum quaſi ex Synodi auctoritate iudicare non conuenit.

Ad quartum ex auctoritate Canonis, dicitur, quòd gratis conceſſum eſt, quòd Papa incertus ſubditur Concilio. Duobus enim contendentibus incertis, iudicat Eccleſia: ſed ſi aliter eſſet certus, & indubitatus, Eccleſia non iudicaret, ſed adiuuaret certum, obediendo, condemnando Antipapam, &c.

Ad quintum, ex ratione, quia Prælati ſunt miniſtri Eccleſiæ, dicitur, quòd Prælati dicuntur miniſtri Chriſti & Eccleſiæ. Chriſti quidem, & effectiuè (quia ab illo habent ſuam poteſtatem effectiuè) & ſuppoſitaliter, myſticè tamen, quia omnes Prælati ſunt velut membra Chriſti, iuxtà illud Auguſt. ſuper Ioann. Si Præpoſiti Eccleſiæ Paſtores ſunt, quomodo vnus paſtor eſt, niſi quia ſunt illi omnes vnius membra paſtoris? Eccleſiæ autem integræ, id eſt cum capite ſuo, quod Chriſtus eſt, miniſtri etiam dupliciter dici poſſunt, ſcilicet effectiuè ratione partis, ſcilicet capitis, à quo habent Prælati auctoritatem, & integraliter, quia ſunt membra Eccleſię reliquæ à capite, non vt ſuppoſiti, ſed vt corporis myſtici partes integrales.

Et hæc dicimus loquendo de Prælatis Eccleſiæ abſolutè, non de iſto ordinato, & inſtituto ab illo: ſic enim eſſet quæſtio de illo alio, & ſic de alijs. Ex quibus patet, quod Prælati Eccleſiæ propriè loquendo, non ſunt miniſtri Eccleſiæ effectiuè, niſi ratione capitis, ſcilicet Chriſti, & conſequenter non ſunt miniſtri Eccleſiæ vt dominæ, niſi ratione capitis, propter quod Paulus dicit: Si quid ego donaui in perſona Chriſti; & rurſùs. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti.

Ex hoc autem, quòd miniſtri Eccleſiæ dicuntur agere ſecundùm intentionem Eccleſiæ, non plus habetur, quàm dictum eſt, quia ſcilicet agunt ſecundùm intentionem Eccleſiæ in capite, & in corpore ab ipſo capite diffuſam. Quamuis hoc poſſit etiam intelligi ſecundùm intentionem Eccleſiæ, id eſt ſecundùm intentionem Eccleſiaſtico officio debitam, hac enim intentione confici, & conferri dicuntur Sacramenta, &c.

Ad primam confirmationem, quia ſuffragia ſunt non Prælatorum, ſed Eccleſiæ: dicitur, quòd falſum eſt ſuffragia non eſſe Prælatorum, vt diſpenſatorum, quamuis ſint Eccleſiæ integræ vt proprietariæ, ſed hoc nihil aliud concludit, niſi Prælatos ab Eccleſia integra ratione capitis poteſtatem habere. Vnde omnia deficiunt ob æquiuocationem ad propoſitum ab Eccleſia integra ad Eccleſiam, vt diſtinctam contra caput.

Ad ſecundam confirmationem de ſimilitudine conditionis, & regenerationis generis humani, dicitur, quòd apertiſſimè conſtat falſum aſſumi, & diſſimiliter Deum inſtituiſſe. Nam in ordine ad finem naturalem poteſtatem communitati indidit, & non vni, in ordine autem ad finem ſupernaturalem, poteſtatem dedit vni, & non communitati præfecit enim Ieſum Chriſtum, ſecundùm quod homo eſt, in Principem, & Caput omnis Eccleſiæ, vt patet, & hoc non præueniendo ſicut in ciuilibus, ſed inſtituendo, vt patet.

Et ſcito, quod argumentum deficit ex eo, quòd non attendit ordinem primarium regenerationis humanæ, ſicut attendit primarium ordinem conditionis humanæ, ſed declinat ad ordinem ſecundarium Eccleſiæ, qui eſt in tempore abſentiæ Principis, qui abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Quæ declinatio manifeſtè defectiua eſt, quia primario in vno, primarium in altero reddendum proportionaliter eſt.

Hic autem ſecundarius ordo in Eccleſia naturam ſi ſequitur principalis, abſque omni contradictione optimus videtur. Sic autem poteſtas in vno Principis Vicario nõ in communitate locanda eſt, & locata ab ipſo Principe in Petro. Vnde patet, quòd non præuenit Princeps Eccleſiam, ſed ſuapte natura ordinem regiminis ſpiritualis proſecutus, in Petro & eius Succeſſoribus Vicariatum ſuum locauit.

Ad tertiam confirmationem iam patet, quòd optimè prouiſum eſt politiæ ſpirituali in ſuo naturali Principe, qui peccare non poteſt, in ordinatione autem Vicarij illius optimè quoque prouiſum eſt, dum ſuauis diſpoſitio ſeruata eſt. Supernaturale namque regimen, quale eſt papatus, ſuaptè natura ſupernaturalem defenſionem, & remedium ſibi vendicat, quale Dominus Ieſus Chriſtus ſibi auctoritatiuè reſeruando electionem, & Eccleſiæ reliquæ miniſterio orationum inſtituit. Hoc enim ſuaue, & efficax eſt remedium, vt in loco ſuo inferius ampliùs monſtrabitur.

Vnde falſum eſt Dominum Ieſum Chriſtum minùs benè ordinaſſe politiam Eccleſiæ etiam ſub ſuo Vicario, quàm politiam ciuilem in humanis, quoniam vtrobique non idem, ſed proportionale remedium contra malum Principem datum eſt. Ità quod Eccleſia poteſt ſe, & contra illum tueri, & deponere votis, & operibus Eccleſiæ proportionatis, ſcilicet orationibus, ieiunijs, eleemoſynis, hæc enim efficaciora ſunt cæteris cauſis ſecundis, quia ſuperiores ſunt reliquis, & propriè vniuerſali ſaluti Eccleſiæ, ſed non omnes capiunt verbum illud.

Ad quartam confirmationem, dicitur, quòd immediatè ſuſceptus ſub cura Chriſti viuentis, & ſpecialiter de ipſo curam habentis, non eſt miſerabilior cunctis, niſi ratione ſeruitutis vniuerſalis, & periculi maximi, & huiuſmodi, talis autem eſt Papa, qui non poteſt coactiua pœna puniri, ſed tenetur ex amore liberè operari. Fœlicitatis enim quædam inchoatio eſt non miſeriæ, eſſe in ſtatu in quo non ſicut ſeruus ſub lege, ſed ſicut liber in gratia conſtitutus homo adhuc mortalis eſt poſitus, vt in papatu contingit.

Ad quintum dicitur, quòd Papa inquantum ſingularis perſona eſt filius Eccleſiæ, quia regeneratus, nutritus, & inſtructus ab Eccleſia ſicut cæteri, inquantum autem Papa, eſt filius Eccleſiæ integræ, hoc eſt cum ſuo capite, & Pater non filius reliquæ Eccleſiæ: ſed

In his & ſimilibus aduerte tu, cui hæc & ſimilia obijciuntur, ne æquiuocatio de Eccleſiæ vocabulo te fallat, vt ea, quæ dicuntur de Eccleſia integra (ſiue cum capite, ſiue cum vices capitis habente) ad Eccleſiæ communitatem ſecluſo capite applicata ſuſcipias, hæc enim te deciperent.

Ad ſextum argumentum principale dicitur cum Apoſtolo: Quòd omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, & rurſus: Omnia poſſum, ſed non omnia ædificant. Conceditur igitur, quòd Papa poteſt quantum ex poteſtatia ſuæ auctoritate eſt actum iuriſdictionis etiam in inuitam Eccleſiam reliquam exercere, ſed non expediret, ſi non ædificaret, nec valet argumentum. Non poteſt illam excommunicare, ergo non poteſt aliquem actum iuriſdictionis in inuitam exercere, vt patet.

Ad probationem autem ex auctoritate Auguſtini dicitur, quòd potius probat oppoſitum. Si enim leges inſtituuntur cum promulgantur, Papa promulgando legem in totam Eccleſiam inſtituit abſque Eccleſiæ conſenſu, poteſt igitur ipſe ſolus inſtituere legem in illam.

Firmitas autem ex conſenſu vtentium, non ex parte auctoritatis, ſed exequutionis ſe tenet. Quod conuincitur ex eo, quòd ſtatutum vniuerſalis Concilij integri, etiam conſenſu vtentium firmatur, Ita quòd non ligat quando eſt à diſſenſu vtentium infirmatum, & tamen nullus dubitat vniuerſale Concilium integrum firmitatem auctoritatis legibus ſuis dare.

Prouocat autem hæc legum infirmitas ex diſſenſu vtentium etiam ab ipſis Legiſlatoribus negatiuè, pro quanto tolerando diſſimulant, & implicitè reuocant, quod fecerunt. Et meritò, quia lex, vt dicitur diſtinct. 4. cap. erit, debet eſſe patriæ, loco, temporique conueniens.

Ad ſeptimum dicitur, quòd falſum aſſumitur, nam poteſtas Eccleſiaſtica primò fuit in primo Summo Pontifice Domino Ieſu Chriſto, qui Pontifex aſſiſtens futurorum bonorum, æternam redemptionem inuenit.

Falſum quoque monſtratum eſt eſſe, quòd Dominus per illa verba, quæ habentur Matth. 18. poteſtatem Eccleſiaſticam dederit Eccleſiæ, quamuis promiſerit ei ſuper ſuos ſubditos, vt ſuperius diffusè diſcuſſum eſt. Æquiuocatio demùm incidit iam dicta, ab Eccleſia ad Eccleſiam ſecluſo capite declinando.

Reliqua autem, quæ arguendo afferuntur (ſcilicet, quod Eccleſia potuiſſet inſtituere Petrum Papam) quàm falſa ſint, ex ſupradictis patet, quia ſi potuit Eccleſia vnquam inſtituere papatum in vno, & eius Succeſſore, vt Chriſtus fecit, poſſet quoque illum inſtituere in triumuiratu, vel aliquo huiuſmodi, quia eiuſdem eſt inſtituere, & inſtituta mutare pro loco, & tempore.

CAP. XI.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Conſtantienſe Concilium pro tempore, quo fecit decreta de poteſtate Synodi, non erat verum Concilium vniuerſalis Eccleſiæ, & quod Baſileenſe Concilium errauit illud ſequendo.

DIxi in octauo capitulo, quòd Concilium Conſtantien. pro illo tempore primò, quo fecit illa decreta de poteſtate Synodi, non erat verum Concilium vniuerſalis Eccleſiæ. Et quòd Baſileenſ. errauit illud ſequendo.

Obijcitur dupliciter. Primò, quòd blaſphemaui.

Secundò, quia Concilium Conſtantien. ſub obedientia Ioann. XXIII. erat verum Concilium vniuerſale, quia ſuccedebat Concilio Piſano, in quo fuerat vnio Eccleſiæ, depoſito vtroque Papa, ſcilicet Gregor. XII. & Benedictus XIII. & electus Alexander V. cui ſucceſſit Ioannes XXIII. qui congregauit illud Conſtantien. Concilium.

Reſpondeo. Et primò, quo ad Conſtantienſe Concilium. Si ego blaſphemo, quare Gregorius XII. qui expreſsè recuſauit in actu vnionis Eccleſiæ recognoſcere Concilium illud pro tunc, vt Concilium illud, non blaſphemus, ſed vir pacis, & Eccleſiæ amator habitus eſt? vt patet in geſtis eiuſdem Concilij, ſeſſione 14. Quare obedientia Benedicti XIII. inter fœdera vnionis, & in actu vnionis Eccleſię recuſationem talis pro tunc Concilij volens, & faciens, non blaſphema, ſed Catholicæ vnitatis ſtudioſa eſt habita? vt patet in ſeſſione 20. & 22. Quare Sigiſmundus Imperator, qui præſedit illi Concilio, vt ſatisfieret recuſationi illius Concilij, non blaſphemus, ſed defenſor Eccleſiæ habetur? Quare demùm ipſummet, tunc Conſtantienſe Concilium, cùm negauit facto ſeipſum eſſe Concilium non ſemel, ſed bis? (primò in acceptando præſidentiam Imperatoris, & auctorizari ſe in Concilium à Gregorio XII. ſecundò in acceptando ſe conuocari ab obedientia Benedicti XIII. & conuocare illam) non blaſphemauit?

Et ſi potiùs ſcandalum permitti debet à qualibet ſingulari perſona, quàm veritas deſeratur, quomodo Concilium vniuerſale à Spiritu ſancto rectum, potius veritatem deſeruit ſeipſum facto negans, quàm ſcandalum permittere voluit iam natum? Ex his autem rectè conſideratis patet, quòd Concilium illud non reputauit ſeipſum certum, & indubitatum Concilium illo tempore, & proptereà huiuſmodi negationes admittebat, dans operam vt vnum certum, & indubitatum Concilium fieret cum indubitato capite, vt tandem fuit. In quo igitur ego erro, ſi dubia & incerta pro dubijs incertiſque habui? nihil enim dixi aliud in ſententia. Nam dubia & incerta pro vera auctoritate refutari conſtat, veritatiſq; auctoritatẽ eis tribuere nephas eſt.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundam obiectionem de ſucceſſione ad Concilium Piſanum, dicitur, quòd nec illud Concilium conſtat fuiſſe certum, & indubitatum, vt cæteris omiſſis patet ex duobus.

Primò, quia aſſertio iſta reuocaret antiquum ſchiſma, quid enim aliud eſt dicere, Concilium illud Piſanum cum Alexand. V. certum, & indubitatum, quàm certè, indubiè damnare Gregor. XII. & Benedic. XIII. cum ſuis obedientijs? Hoc autem eſt redire ad illud ſchiſma.

Secundò, quia ipſum Conſtantinenſe Concilium ſub obedientia Ioan. XXIII. licet crediderit ſe eſſe vniuerſale Concilium ſuccedens Piſano, non tamen hoc pro certo, & indubitato tenere ſe conteſtatum eſt facto ſuo, vt potet ex dictis.

Accedit ad hæc, quòd ſine Papa definiuit, & propterea ſi fuiſſet etiam tota reliqua Eccleſia repræſentatiuè potuiſſet errare, nec fuiſſet Concilium generale perfectum ſimpliciter, vt patet in libello.

Quo ad Concilium verò Baſileen. vniuerſalis Eccleſiæ reſponſionem replico, quæ Eugenium adorauit, Concilium Florentiæ vniuerſale ex Orientali etiam Eccleſia celebrauit in materia fidei, &c. Si ego blaſphemaui, quis excuſat Eccleſiam à blaſphemia?

CAP. XII.

Reſponſio ad obiectiones contra gloſſam datam ad illa verba Auguſtini. Quando Petrus claues accepit, Eccleſiam ſignificauit, quod per hoc intelligitur claues officio capitis in Petro, & Succeſſoribus datas eſſe.

Dixi in cap. 9. gloſſando verba Auguſtini Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſignificauit, & ſimilia, quod in hoc ſenſu dicta ſunt, quia officio capitis perpetuo, in Petro, & ſucceſſoribus data hæc ſunt, & propterea in perſona Eccleſiæ dicitur Petrus ſuſcepiſſe hæc.

Obijcitur, Quòd non ſit iſte ſenſus intentus ab Auguſtino, quia ſequeretur, claues datas eſſe Eccleſiæ finaliter, & non formaliter, cuius oppoſitum vult ibi Auguſt.

Reſpondeo, quòd ſequela non tenet, immò ſequitur ex illo ſenſu claues eſſe datas Eccleſiæ formaliter, tum quia quod datur capiti formaliter, verè etiam datur corpori, cuius eſt illud caput formaliter, tum quia datum capiti, & corpori formaliter, quamuis corpori mediante capite, conſtat datum eſſe toti formaliter, ſic autem eſt in propoſito, vt patet. Sed argumentum præter hoc fallitur in æquiuoco de Eccleſia, ab integra Eccleſia in terris, capite ſcilicet, & corpore, (de qua loquitur Auguſtinus) ad Eccleſiam pro corpore tantùm, vt quoddam vnum integrum, cuius Papa ſit Vicarius, quòd eſt ficticium. Firmatur autem ſenſus à me aſſignatus, ex eoquòd expoſui Auguſtin. ex ipſomet, Auguſtinus, inquit, enim in lib. de Agone Chriſtiano, Non ſine cauſa inter Apoſtolos, Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus, huic enim Eccleſiæ claues datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt, & cum ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me, Paſce oues meas. Hæc ille. Conſtat enim quòd Petro, vt diſtinctio ab alijs, & per ſe ſucceſſoribus datus eſt papatus, per illa verba, Paſce oues meas, Ioann. vlt. Et Auguſtinus idem iudicat de hoc actu, & de acceptione clauium, ratione igitur officij capitalis, & perpetui in Eccleſia diffuſi Auguſt. dicebat quod perſonam Eccleſiæ gerebat.

CAP. XIII.

Reſponſio ad nouem obiectiones contra illud, quòd Papa non poteſt errare errore iudiciali in fide, quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide.

Dixi in eodem cap. 9. quòd Papa non poteſt errare perſonaliter, quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide, vt decret. 1. & Sanctus Thomas poſt dicit, & probat ratione, & auctoritate Cyrilli, & Maximi.

Obijcitur primò, quia Summi Pontifices determinauerunt contraria in his, quæ fidem tangunt, ergo alter eorum errauit errore iudiciali in fide. Aſſumptum patet de Ioann. XXII. & Nicolao V. quorum vnus determinauit iudicialiter Chriſtum, & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi, nec in particulari, alter oppoſitum, vt eſt videre in in eorum extrauagantibus.

Secundò, Quia Innocentius III. & Cœleſtinus determinauerunt contraria ſuper illa propoſitione, Vno coniugum ad hæreſim tranſeunte, alter, qui remanet in fide, poteſt ad ſecunda vota tranſire, vt patet in capitulo quanto, de diuortijs, & gloſſa ibidem.

Tertiò, quia aliqui ſtatuerunt contrà Euangelium, vt Pelagius, qui conſtituit, vt Subdiaconi Siciliæ à ſuis vxoribus abſtinerent, quas in minoribus duxerant, aut ab officio ceſſarent, quã conſtitutionem, quia erat impia, & contra Euangelium retractauit beatus Gregorius, Primus eius Succeſſor, vt patet in diſt. 31. cap. ante triennium, in textu, & gloſ. ſicut enim potuit iudicialiter ſtatuere contrà Euangelium, ità, & definire.

Quartò, quia ſequeretur quòd Summus Pontifex non poſſet fieri hæreticus circa propoſitiones nondum determinatas, vt erat articulus de proceſſione Spiritus Sanct. à Filio. Et tenet conſequentia, quia non poſſet eſſe pertinax contra ſui ipſius determinationem. Sequeretur etiam quod determinatio etiam ſolius Summi Pontificis ligaret ſuum ſucceſſorem. Sequeretur etiam, quòd Papa verè hæreticus malè iudicari poſſet, quia decideret obiecta contra eum eſſe intelligenda in aliquo ſenſu ſuæ aſſertioni conſono.

Quintò, arguitur ad hominem, quia

ego

ego contradico mihimet in hoc eodem libello, nam in fine quarti capituli dictum eſt, quòd ſententia Ioannis Euangeliſtæ præualuiſſet ſententiæ Clementis Papæ in doctrina fidei, & nunc dicitur, quod Papa non poteſt errare in iudicio fidei, & nunc dicitur, quòd Papa non poteſt errare in iudicio fidei, hæc enim contradicunt, quia non præualuiſſet ſententia Ioannis, ſed tantum fuiſſet ſtandum ſententiæ Ioannis, in modò, & plus, quia apud Clementem fuiſſet vltima deciſio fidei iuxtà hìc dicta, ſicut apud Petrum ſi adhuc ſuperuixiſſet.

Sextò, Quia fruſtra fuiſſent congregata quatuor Concilia generalia principalia contra quatuor Hæreſiarcas, puta Nicœnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calcedonen. Et tenet conſequentia, quia ſuffeciſſet ſolius Papæ deciſio, immò apud aduerſarium tantæ eſt poteſtatis ſolus Papa in definiendo, ſicut aggregatum ex ipſo, & reſiduo.

Septimò, ex Occam, quia Innocentius Tertius (vt habetur extrà, qui filij ſint legitimi in cap. per venerabilem) dicit, Cum Deuteronomium ſecunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo teſtamento debeat obſeruari. Quæ verba ſi vniuerſaliter ſecundùm literalem ſenſum intelligantur, hæreſim ſapiunt, quia ceremonialia ibidem in cap. 13. 15. non ſunt ſeruanda. Si verò myſticè intelligantur, nihil ſpeciale de Deuteronomio dicunt, quia omnia myſticè ſeruanda ſunt, vt legitur diſtinct. 6. can. his itaque.

Octauò, ex eodem, Quia nonnulli Summi Pontifices inueniuntur definiuiſſe ſe in temporalibus habere ſupremam poteſtatem, cæteri verò oppoſitum.

Nonò, Quia non eſt veriſimile, quòd homini potenti in ijs, quæ ſunt fidei errare, commiſerit Deus vltimam fidei deciſionem.

Reſpondeo, & ad primum quidem dicitur quòd falſum aſſumitur, ſcilicet quòd vnus Papa, ſcilicet Nicolaus determinauit iudicialiter Chriſtum, & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi. Nam manifeſtè Nicolaus (vt patet in 6. de verborum ſignificatione, exijt, qui ſeminat) dicit, Egit namque Chriſtus, & docuit perfectionis opera, egit etiam & infirma, ſicut interdum in fuga patet, & loculis, vtrumque perfectè perfectus exiſtens, vt perfectis, & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet. Hæc ille. Vbi manifeſtè patet, quòd Nicolaus aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid, valet etiam ſequela, Nicolaus aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid, vt imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, ergo aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid. Ioannes ergo XXII. qui determinauit hæreticum eſſe, tenere quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in communi, quia contradicit Sacræ Scripturæ, veritatem fidei determinauit cuius contrarium non determinauerat Nicolaus.

Ad ſecundum dicitur, quòd neuter illorum Pontificũ definitiuè determinauit. Nam de Cœleſtino in cap. quanto de diuortijs, Innocentius dicit. Licèt, quidam prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur, & de ſe ipſo ſubiungit, reſpondendo oppoſitum, non credimus, quòd in hoc caſu is qui relinquitur, viuente altero, poſſit ad ſecundas nuptias conuolare. Vbi verba ipſa (videlicet, videtur aliter ſenſiſſe, & non credimus) oſtendunt, quòd non definiendo in materia fidei loquuti ſunt.

Ad tertium dicitur, quod Pelagius, ſi ſtatuit illud, nihil contra, ſed ſupra Euangelium ſtatuit. Quod manifeſtè patet ex hoc, quod ſtatutum illud ſuos obſeruatores, aut in bono ſupererogationis locabat ſi continerent, aut in nullo malo, ſi non continentes ſe ſuſpendebant ab officio, vt quidam ſubdiaconus fecit.

Eſt autem hìc aduertendum, quantum creſcat infamia, per diuerſa ora paulatim, nam Sanctus Gregorius de hoc ſtatuto loquens dicit, & quod Diaconus auctoritate tamen Papæ hanc prohibitionem fecit (vt patet 27. qu. 2. cap. multorum,) & quod ſibi durum, ac incompetens videtur, vt patet in cap. ante triennium diſtinct. 31. Gloſſa verò ibidem auget dicens, quod Pelagius hoc fecit, & quod illa conſtitutio fuit in qua arguens autem amplius auget, dicens, quod Romanus Pontifex ſtatuit contra Euangelium.

Ad quartum dicitur, Negando primam ſequelam, ſcilicet, quòd Papa non poſſit eſſe in non deciſis hæreticus. Nam ſi ille, qui eſt Papa tenuiſſet pertinaciter, Spiritum Sanctum non procedere à Filio, & ſi ab Eccleſia ſic determinaretur, fuiſſet hæreticus. Per accidens autem eſt quod ab ipſo, vel alio determinatio Eccleſiæ fieret, ſtandum eſt enim in formalibus, & per ſe, & non declinandum ad ea quæ ſunt per accidens in quacumque ſcientia. Et ex hoc patet reſponſio ad ſecundam ſequelam, Nam determinatio vnius Papæ in materia fidei ligat per ſe omnes perſonas Eccleſiæ, quarum ſunt actus credendi, & ſic perſona propria, & ſucceſſores ligatur ad tenendam determinationem ſemel factam de fide. Ad tertiam autem ſequelam dicitur, quòd cum id, quod imputaretur Papæ pro hæreſi, non eſſet deciſum adhuc per Eccleſiam, & ipſe non teneret hoc pertinaciter, ſed diſcenderet eſſe conſonum ſacræ Scripturæ, & fidei Eccleſiæ, non eſſet hereticus formaliter, etiam ſi materialiter erraret in his quæ ſunt fidei. Et propterea non ſequitur, quod Papa malè poſſet iudicari de hæreſi formaliter in his enim non habet locum interpretatio ad iſtum, vel illum ſenſum.

Ad quintum dicitur, quod nulla eſt contradictio in dictis meis allatis. Nam benè ſimul ſtat, tam Ioannem, quàm Clementem non poſſe errare, & tamen alterum eſſe ſupra alterum: poſſunt enim eſſe duo omninò recta ſubordinata, vt patet apud omnes de Eccleſia vniuerſali præſenti, & de Sacra Scriptura. Dicendo autem, quod ſententia Ioannis præualuiſſet ſententię Clementis Papæ, nihil aliud dixi, niſi quod Clementis ſententia ſubordinata erat ſententię Ioannis.

Ad id verò, quod adiungitur, quod ſequeretur oppoſitum huius, negatur ſequela. Nam cùm dicitur, quod ad Papam ſpectat finalis determinatio de fide, intelligitur in ordine, & gradu ſuo ſcilicet ſub ſacra Scriptura, cuius auctor eſt Spiritus Sanctus. Et quia Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Euangeliſta in doctrina fidei locum Sacræ Seripturæ tenebat, (ſicut Euangelium ſuum hodie tenet) ideo non ſequltur quod magis clementis quàm Ioannis eſſet ſtandum ſententiæ, ſed è contrario. Et ex hoc patet reſponſio ad ſimile allatum arguendo de Clemente, & Pétro, quod ſcilicet non eſt eadem de vtroque ratio, quia Petrus non ratione papatus, ſed Apoſtolatus locum etiam Sacræ Scripturæ tenebat, ſicut nunc tenent Epiſtolæ eius, & hunc ſenſum expreſsè aperuit in libelli illius loco allegato dicens, Præualuiſſet ſententia Ioannis ſententiæ Clementis Papæ, in doctrina fidei ſicut modò præualet Euangelium ſententiæ cuiuſcumq; Papæ & totius Eccleſiæ.

Ad ſextum negatur ſequela, quod ſcilicet fruſtra fuiſſent cõcilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia enim non propter poteſtatem intenſiuam, ſed extenſiuam, & propter diſcuſſionem, & collationem cum multitudine vniuerſali ſapientum in fide, & propter indubitabiles, & acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores, congregantur in materia fidei. Probatio autem ſequelæ procedit, ac ſi propter habendam ſolam auctoritatem intenſiuam Concilium congregandum eſſet, quod falſum eſt.

Nam licèt Papa ſolus tantæ intenſiuæ ſit auctoritatis, quantæ ipſe cum reſiduo, non tamen tantæ extenſiuè, non tamen tantæ ſapientiæ, non tamen tantæ acceptationis indubitatæ ab omnibus (vt patet de ipſis oppoſitum ſentientibus) non tamen tantæ ſolemnitatis (quæ animos humanos communiter multum afficit) non Demum tantæ bonitatis, & gratiæ coram Deo, quæ apud multitudinem hominum multum valet ad perſuadendum quòd à Spiritu Sancto regitur, errare non poteſt. Ocortet enim ea, quæ totam Eccleſiam tangunt in ſingulis ſic fieri, vt acceptabilia faciliimè omnibus ſint, & ad hoc multum valent vniuerſalia Concilia à probis præcipuè Prælatis celebrata.

Ad ſeprimum dicitur, quod quia duæ ſunt leges diuinæ, (Scilicet vetus, & noua) & noua eſt ſecunda ordine generationis, ideò vocabulum illud, ſcilicet ſecunda lex, nouę legi conuenire ex vi vocabuli dicitur, & argumentum ex conuenientia vocabuli ſumpſit Innocentius. Et hoc expreſſit, ne intelligeretur, quod abſolutè concluderet, ſed quantum eſt vi vocabuli. Et hoc diminuit argumentum, non auget (vt patet) quoniam in voce vna latent multa. Vnde ex hac conuenientia quandam perſuaſionem intendebat, qua mandata in Deuteronomio, non ad literam, ſed proportionaliter ſecundùm conuenientiam ad tempus gratiæ ſeruanda erant, quando, vbi, &c. expediret. Vnde ipſe mandatum vnum iudiciale ex Deuteronomio aſſumens, & tractans, non ad literam, ſed iuxta conuenientiam ad Sacerdotium Petri expoſuit. Nec obſtat quod omnia veteris teſtamenti hoc modo ſeruari poſſunt: conceditur enim quod nihil ſpeciale de Deuteronomio intendebat, niſi perſuaſionem ex conuenientia oominis.

Ad octauum dicitur, quod quia poteſtas Papæ directè eſt reſpectu ſpiritualium ad ſupremum ſimpliciter finem humani generis, ideò ſuæ poteſtati duo conueniunt, primò, quod non eſt directè reſpectu temporalium in ordine ad ſpiritualia: hoc enim habet ex eo, quod ad ſupremum finem omnia ordinari debent, etiam temporalia, ab eo proculdubio, cuius intereſt ad illum finem omnes dirigere, vt eſt Chriſti Vicarius, primum autem ex natura ſuæ poteſtatis conſequitur. Ex his autem ſequitur, quod vtrumque verè poteſt determinari de Papa, & quod habet ſupremam poteſtatem in temporalibus, & quod non habet ſupremam poteſtatem in temporalibus, quoniam vtrumq; verum eſt ad ſanum intellectum.

Affirmatio namque eſt vera in ordine ad ſpiritualia, negatio verò eſt vera directè, ſeu ſecundùm ſeipſa temporalia. Vndè nihil ex vtraque deciſione erroris accidit. Aduertè tamen, quod quia aliud eſt determinare de fide formaliter, & aliud de eo, quod eſt fidei materialiter (nam primum importat determinare quid credendum, vel non credendum eſt, ſecundum autem determinare de quæſtionibus, quæ in rebus credicis accidunt,) & conſtat, quòd cum determinatur quæſtio aliqua ſecundo modo non determinari dicitur de fide, ſed de tali, vel tali materia, ideò cùm dicitur, quòd Papa non poteſt errare in iudicio fidei, non accipio dictum eſſe niſi de iudicio fidei, formaliter, quando, ſcilicet determinatur quid credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedebat, niſi prima apparenter, ne tamen fugere videar, ſigillatim ſolutæ ſunt omnes.

Ad nonum dicitur, quod non veriſimile, ſed verum, & humanæ diuinæque rationi, & auctoritati conſentaneum eſt, vt homini potenti errare ſecundùm ſeipſum, non autem, vt directo à Spiritu Sancto, Deus vltimam fidei deciſionem ſub ſacra Scriptura commiſerit. Cùm enim non ſit differentia apud Deum in vno, & in multis ſaluare, & omnes in Concilio præſentes ſecundùm ſe, & proprias vires conſiderati, poſſint errare, malè determinando de fide, ob ignorantiam, vel aliquem alium defectum, ac per hoc ad aſſiſtentiam Spiritus Sancti recurratur, magis atteſtatur aſſiſtentiæ Spiritus Sancti, & eius virtuti, ſalus fidei per vnum quàm per totum Concilium: hoc enim humanæ ſapientiæ opus eſſe videtur (propter omnium Patrum concurſum) illud autem ſolius Dei opus eſt, & apparet. Vnitas quoque fidei vnitatem quoque iudicis qui præeſt toti Eccleſiæ expoſcit, vt in ſecunda ſecundæ, quæſt. 1. artic. vltim. Diuus Thomas aſſert.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Reſponſio ad obiectiones contra illam rationem, quare Papa non poteſt errare in fide, qui ſcilicet eſſet error vniuerſalis Eccleſiæ, quia tenetur ſequi definitionem Papæ in fide.

DIxi in eodem 9. cap. rationem, quare .Papa nonpoteſt errare in iudicio fidei, quia hic error eſſet error vniuerſalis Eccleſiæ, quia scnetur ſequi definitionem Papæ in fide, afferens ad hoc auctoriratem S.Thnmæ, & poſt Deeretalis in cap.Maiores : & Ieſu Chriſti, Ego rogaui pro te Petre.

Obijcitur negãdo, quòd Eccleſia de neceſſitate tenstur credere ſententiæ difinitiuæ Papę in materia fidei, & dicendo, quod ſicut Papæ præcipienti contra Euangelium non eſt obediendum, ità nec ſententiæ erroneæ in fide. De auctoritate S.Thnm.non eſt cura.

Ad capitulum, maiores, dicitur dupliciret, primò, quòd non pro vltima, & neceſſariò credenda determinatione habenda, ſed regolariret non eſt Eccleſia congregata. Secundò, & in idem redit, quod referendæ ſunt Summo Pontifici cauſę fidei, vt conuocet Concilium: quia ad ipſum ſpectat congregare illud.

Ad verbum Domini, Egn rogaui pro te, Petre dicitur, quòd non pro ſola perſona Petri, ant ſucceſſoribus orauit Chriſtus ne deficeret fides eius, ſed pro vniuerſali Eccleſia per Petrum repæſenrata.

Reſpondeo, Negotionem illam conſuetudo Eccleſiæ, auctoritateſq; Sanctorum confurant, & ignis experientia comprobsret, ſi quis non teneret, quod à ſola Romaua Eccleſia determinsretur, hæreticum eſſe, vt patet, extrs de hæreticis, ad abolendam in rex. & gloſſa Et hæc reſpouſio manifeſtat, ad quid fateantur ipſemet ſe decliuare oportere, defendendo ſubiectionem Pspæ reliquo corpori Eccleſiæ, vel Concilij.

Quod autem additur, quòd ſententiæ erroneæ, ſicut nec præcepto diabolico adhærendum eſſet, veriſſimum eſt, ſed nihil obſtst: quoniam ex his nihil aliud quàm conditionalis veritas habetur, ſcilicet ſi determinaret erroneæ, ſi præciperet contra Enangelium, non audiretur. Hoc enim non ſolùm de Papa, ſed de Angelis ſanctis veriſſimum eſt, iuxtà illud, Si Angelus de Cœlo Euangelizet aliud, &c. anathema ſit. Ex his enim conſequitur, quòd antecedens, aut conſequens poſſit eſſe verum, vt patet.

Quod anctoritas S. Thomæ parui fiat, nonnihil eſt, quoniam Eecleſia non paruifacit. Sed eſto, quod S.Thnmas paruifiat, Cyrillus, & Maximus ibidem allegati etiam paruificur. Hieronymus, quoque dicens ad Damaſum (vr hsbetur 24.quæſtione 1.canone, hæc eſt fides) ſi hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quiſquis me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit, manifeſteque in his verbis conteſtans, quod ex approbata fidei confeſſione à Papa aliquis obſtans non carbolicus fit, paruipendendus erit.

Ad expoſitionem verò dictam de cap. maiores, dicitur, quòd literæ contradicit. Nam textus cauſam quare ad Perri ſedem ſit recurrendum, aſſignat veritarem Petri in confitendo fidem, & indefectibilitatem eius in eadem propter orarionem Chriſti. Ex hac enim cauſa manifeſtè ſequitur, quod ideo ad Papam referendas eſſe maiores cauſas dicitur, quia ipſe conſtitutus eſt indefectibilis index in fide. Et quia eum, qui certus eſt, amplius certificari non oporter, ſequitur, quòd ſententia Papæ in fide eſt finalis determinatio, & neceſſariò credenda, ſecundùm illam Decretalem, & ſic vtraque expoſitio ruit. Quod autem de oratione Chriſti, pro Perro dicitur, poteſt benè, & malè intelligi. Malè quidem, ſi intelligatur, quòd Chriſtus pro Eccleſia, ſiue cum Papa, ſiue ſine Papa oraſſe ſe dixerit: quoniam expræſsè Chriſtus dixit hæc verba Perro, vt diſtincto ab alijs, vt patet ex contextu, inquit enim Lucæ 22. Simon, ecce Sathan expetiuit vos vt cribrarer ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vbi manifeſtè patet, quòd diſtinguit tentationis actum ab oratione quo ad hoc, quòd communiter expetiri erant, & tamen ipſe ſingulariter pro Petro rogauerat, dicens, Expetiuit vos, ego autem pro te rogaui. Apparet quoque idem ex eo, quòd Petro commiſit; vt confirmaret alios tamquam diceret, Ego tui tu autem aliorum curam habeas. Benè autem ſi intelligatur Dominum oraſſe pro Petro, & alijs diuerſimodè ramen. Pro Petro quidem immediatè, pro alijs autem mediante Petro: pro Petro in ſeipſo Petro, pro alijs autem in Petro ipſorum capite. Et in hoc ſenſu magis confirmatur intentum noſtrum, vt patet. Et vt vnico verbo dicam, ſi hæc anctoritas de Petro, & Succeſſoribus verificatur (vt dictum cap. maiores affert) ſatis habetur intentum quòd Petri Sedes non poteſt errare in fide propter Chriſti orationem. Et cum hoc non ſit verum de errore perſonali, ſequitur, quod verificatur de errore iudiciali.

CAP. XV.

Reſponſio ad obiectiones contra expoſitionem illius verbi Hieronym. Si auctoritas quæritur, Orbis eſt maior Vrbe.

DIxi in eodem 9. capit. exponendo illud Hieron. Si auctoritas quæritur, Orbis maior eſt Vrbe, quod verum eſt quo ad multa: puta merita, virtutem, ſcientiam, & in propoſito vigorem conſuetudinis, &c.

Obijcitur, Tu gloſſas de maioritate meritorum, & Hieron. non dicit, ſi merita quærantur, ſed ſi auctoritas quæritur: & ſic de-

main-

maioritate poteſtatis, non meritorum loquitur.

Reſpondeo, Satis diminutè gloſſa mea adducitur, nam, (vt patet in libello) ego dixi quòd dictum Hieron. verum erat quo ad multa: puta, meritum, ſcientiam, &c. & quòd in propoſito, & ad literam Hieronym. loquitur de vigore conſuetudinis, & obiectio in ſolis meritis ſe ponit.

Propter quod etiam addo, quòd merita ad auctoritatem conſuetudinis plurimum valent, quoniam conſuetudo non virorum malorum, ſed virorum ſanctorum, maximæ eſt in Eccleſia Dei auctoritatis, & proponitur imitanda.

Et propterea ſtando etiam in meritis, Hieron. textus optimè intelligitur, vt quia Orbis maior eſt Vrbe in auctoritate conſuetudinis, propter maiora merita Orbis, quàm Vrbis, ideò conſuetudo Orbis, qua Diaconi ſubeſſe, non præeſſe conſueuerunt, imitanda eſt.

Et ſic dicendo, ſi auctoritas quæreretur ratione materiæ de qua erat ſermo, ſcilicet de loco Diaconorum maioritatem meritorum non poteſtatis in cauſam auctoritatis afferebat. Facilè tamen contendentibus in verbis dici poteſt, quòd Orbis auctoritas maior eſt extenſiuè, non intenſiuè auctoritate Vrbis, & ſimiliter poteſtas.

CAP. XVI.

Reſponſio ad obiectionem contra multas auctoritates ex libro Decretorum, quibus probatur, Papam non habere ſuperiorem in terris.

Dixi in eodem cap. 9. multas auctoritates ex lib. Decretorum, quòd Papa non habet ſuperiorem in terris.

Obijcitur duabus gloſſis.

Prima eſt, quòd intelligitur hoc in criminibus non ſcandaloſis Eccleſiæ.

Secunda eſt, quòd intelligitur hoc regulariter, quis regulariter ad ſuperiorem ſummi Pontificis, Concilium ſcilicet, recurſus haberi non poteſt.

Reſpondeo, Quòd prima gloſſa eſt voluntaria, & falſa. Voluntaria quidem, quia Eccleſiæ Canonum, aut Sanctorum auctoritate non roboratur: falſa autem, quia ſit exceptio de ſolo crimine fidei: Conſtat enim quòd ab vniuerſali cum vna exceptione facta non niſi falſo alia exceptio ſit. Cum ergo ſolum fidelitatis crimen exceptum ab vniuerſali ſit, reſtat vt alia crimina omnia incluſa ſint.

Secunda autem gloſſ. manifeſtè falſa conuincitur ex eo quòd etiam de crimine hæreſis Papa diceretur non habere ſuperiorem, quoniam regulariter Concilium non eſt congregatum.

Tertia autem gloſſ. quòd auctoritates iſtæ ſunt ſummorum Pont. qui vt in pluribus fimbrias ſuas nimis extendentes, ſibimet tribuerunt, quòd Eccleſiæ eſt proprium, quia non procedit de Theologiæ, aut ſacrorum Canonum, &c. auctoritate, quàm benè ſonet, aduertat qui notat in quanta veneratione Decretales ſummorum Pont. in Eccleſia ſunt.

Et tantò plus, quantò multorum ſanctorum Pontificum auctoritates refutandæ ſic eſſent, vt patet de Bonifacio, Antherio, Euſebio, & aliorum ſanctorum in libello allatorum. Taceo de tot Doctoribus in Theologia, & in iure illuſtribus ibi allatis.

CAP. XVII.

Reſponſio ad ſeptem obiectiones contra illud, quòd Eccleſiæ Dei, ſecluſo Papa, non eſt data poteſtas Papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Matthæi 18. *& quòd in Eccleſia huiuſmodi non eſt talis poteſtas.*

Dixi in cap. 11. quòd Eccleſiæ Dei, ſecluſo Papa, non eſt data poteſtas Papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Matth. 18. & quòd in Eccleſia huiuſmodi non eſt talis poteſtas.

Obijcitur, Quòd Dominus ibidem dixit, Si Eccleſiam non audierit, &c. per hoc enim Eccleſiæ iuriſdictionem oſtendit in effectu, ſcilicet in pœna excommunicationis, & ſubdidit in plurali numero, Quæcumque ſolueritis, & cætera, per hoc enim oſtendit, quòd pluribus in Eccleſia nomine conuentis, dabat illam poteſtatem.

Affertur etiam ad hoc vſus primitiuæ Eccleſiæ, quando Act. 15. deffinitum eſt. Eccleſia, Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis nihil amplius oneris vobis imponere, &c.

Affertur tertiò auctoritas Gregorij, quæ ponitur in cap. Sicut ſancti. Vbi Gregorius fatetur ſe quatuor Concilia illa, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonen. tenere ſicut Euangelium, & ſubdit cauſam, quia dum vniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa deſtruit quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt. Ecce, quòd non dicit, quòd ſummi Pontif. ſed vniuerſali conſenſu nec quos Pontifex ligat, ſed quos illa ligant.

Quartò, ad hoc eſt canon, Decreuit 80. diſt. vbi dicitur. Decreuit ſancta Synod. & non dicit, decreuit ſummus Pontifex.

Quintò, capitulum, nimis, de iureiurando: vbi auctoritate ſacri Concilij non propria ſummus Pontifex præcipit.

Sextò, Eccleſia poteſt elargiri indulgentias, ergo habet claues iuriſdictionis. Probatur antecedens, quia dantur indulgentiæ de Theſauro Eccleſiæ, & non Papæ: ergo à fortiori Eccleſia poteſt diſpenſare.

Septimò, Eccleſia poteſt condere canones latæ ſententiæ, depoſitionis, excommunicationis: ergo. Antecedens patet de Concilio Carthaginen. in cap. Placuit. 8. quæſt. 1. & ha-

& habetur extrà de clericis non reſidentibus, in cap. Ex geſtis.

Reſpondto, Et vt his, & ſimilibus reſpondendi via detur, quatuor puncta præ oculis ſemper habenda in hac mateтia, & huiuſmodi auctoritatibus aſſigno.

Ptimum eſt, aliud eſt Eccleſiam ſen ſynodum habere poteſtatem plenariam ratione partis (puta capitis, ſicut homo videt, audit &c.) & aliud eſt Eeceſiam, ſeu Synodum habere eandem ratione ſuæ totalitatis.

Et propterea cauendum eſt, ne à primo in ſecundum oratio declinet.

Secundum eſt, Aliud eſt Eccleſiam, ſeu Synodum habere poteſtatem plenariam, & aliud eſt eam habere immediatè à Domino Ieſu Chriſto.

Et propterea cauendum eſt, ne à primo in ſecundum oratio declinet.

Tertium eſt, Aliud eſt Eccleſiam, ſeu Synodum habere plenatiam poteſtatem, & aliud eſt eandem habere poteſtatem talem, ſcilicet cnactionem teſpectu talis, ſcilicet Vicarij Principis ſui: potentia enim actiua, cùm dicatur non abſolutè, ſed reſpectu paſſiuæ, (vt patet 5. & 9. Meta:) plenaria poteſtas pleniſſimè eſt, quando teſpectu ſubiectorum omnia poteſt. Cauendum eſt propterea, ne à primo in ſecundum oratio declinet.

Quartum eſt, Aliud eſt Eccleſiam, ſeu Synodum habere poteſtatem plenariam, & aliud eſt Eccleſiam, ſeu Synodum acephalam, ſeu ttuncam habere eandem. Et propterea cauendum eſt, ne à primo in ſecundum oratio declinet.

Ex his ſiquidem quatuor ſapienter diſpenſatis, vniuerſa quæſtionis iſtius argumenta facilè eluceſcent: ſic, vt nullum ſortè obſcurum relinquatur. Ad ſingula tamen deſcendendo reſpondetur. Et ad verba Domini, Matth. 18. dicitur (vt iam probatum eſt) quòd Dominus non dat ibi Eccleſiæ auctoritatem, ſed ſignificat eam habituram poteſtatem, non explicando ibi quomodo habitura ſit, & an ſecundum ſe totam primo, an ratione partis, hoc enim non negamus, ſed docemus. Verba quoque illa in numeto plurali non cngunt ad auctoritatem Eccleſiæ ratione ſuæ totalitatis, immò abſque determinatione ad hunc vel illum modum poteſtatis Eccleſiæ, ſcilicet ratione totius, vel partis oporteтe intelligi, ex hoc conuincitur, quòd vtroque modo verificari poſſunt, vt patet ex dictis, conſtat enim euidenter quod commune duobus abſtrahit ab vtroque.

Poteſt igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem Eccleſiarum ſuturam, & ad pluralitatem conuenientium in Eccleſia ad conſerendum, diſcutiendum, probandum, &c. & ad pluralitatem accumulantium ſuas auctoritates in communi, propter quod ex illa litera nihil habetur obſtans dictis.

Ad ſecundum ex primitiua Eccleſia, dicitur, quòd gratis conceditur Eccleſiam ſtatuiſſe, ſed an poteſtate partium (puta trium Apoſtolorum) an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio modo (puta à Chriſto immediatè, vt iſti falsò putant) nihil ibi exprimitur.

Et propterea ex iſta auctoritate, & cæteris ſub iunctis, & ſimilibus, nec habetur iſta affirmatiua; ſcilicet Eccleſia, ſeu Synodus habet immediatè à Chriſto poteſtatem, nec habetur iſta negatiua, Synodus non habet poteſtatem à Domino mediante Papa. Et de affirmatiua quidem ex eo conſtat, quia cum multipliciter poſſit verificari Synodum habere poteſtatem, (vt patet ex dictis) & ex his nihil aliud habeatur, niſi quòd Synodus habet poteſtatem, oportet hoc ſic communiter intelligi, vt à ſingulis huiuſmodi ſenſibus determinate abſtrahat.

De negatiua autem ex eadem radice conſtat, quia ſcilicet Synodum habere poteſtatem, non oportet quòd intelligatur determinatè ad illum modum, quo excludatur habere poteſtatem à Domino mediante Papa, (vt contingit quando per accumulationem Eccleſia habet poteſtatem) quia omnes partiales poteſtates ſunt à Petro, & communicatio poteſtatis ſuæ cum alijs ab eodem eſt, qui ſolus à Domino, vtpotè eius Vicarius immediatè poteſtatem habet, & ratione eius ſolius Synodus integra poteſt verè dici, quòd habet immediatè poteſtatem à Chriſto Domino.

Ad auctoritatem Gregor. dicitur, quòd cauſa reddita à Gregorio manifeſtè fauet intento noſtro, quoniam non reddit pro cauſa auctoritatem immediatè datam à Chriſto, ſed vniuerſalem conſenſum, ac per hoc etiam ipſius ſummi Pontificis, qui caput eſt & propterea ſeipſum negaret Papa illa negans, vt ibi dicitur.

Ex hac quoque Gregorij ratione habetur quod diximus, quòd auctoritas Synodi includit caput, alioquin non ſaceret vniuerſali conſenſu, quæ facit. Et innuitur quòd poteſtatem habet à ſuis partibus, ad quartum negationem deducitur negans illam.

Et rurſùs ex hac auctoritate nihil aliud habet, niſi quòd Synodus habet poteſtatem definiendi, &c. Et per hoc patet reſponſio ad quartum.

Ad quintum verò dicitur, quòd cùm Synodus integra habeat poteſtatem vniuerſalem, quocumque id modo contingat, & auctoritas, quæ eſt ipſius Papæ abſolutè, & vt propria ſit ipſius Synodi pro tunc, & vt communicata, quemadmodum quilibet alius poſſet verè dicere auctoritate ſacri Concilij, ſtatuto, &c. ità ipſe Papa, cùm non ſit deterioris conditionis alijs. Neque enim per hoc, quòd affirmat ſe Synodi auctoritate facere, negatiua ſe auctoritate facere, immò potiùs affirmat hoc, quia auctoritas Synodi de neceſſitate claudit in ſe auctoritatem capitis.

Neque rurſùs per hoc, quod affirmat ſynodi auctoritate ſe facere, affirmat ſe aliena auctoritate ſacere, licèt enim Synodus ſit aliud à Papa, ſicut Eccleſia alicuius Epiſcopi differt ab Epiſcopo, non tamen oportet quòd poteſtas Eccleſiæ ſit aliud à poteſtate Epiſcopi, ſed vna & eadem poteſt eſſe vtriuſque diuerſimodè, Epiſcopi vt propria, Eccleſiæ vt communicata. Et per hoc etiam patet, quòd per hoc, quòd affirmat ſe ſacri Concilij auctoritate ſacere, non propterea affirmat ſe minorem in auctoritate.

Et quamuis hæc ſatisſaciant, verumtamen condeſcendendo multorum ſenſui, ſcito quòd dupliciter Papa poteſt dici minor Syno-

Digitized by Google

nodo ſecundùm poteſtatem, ſcilicet extenſiuè, & quaſi intenſiuè, ſecundùm quid, extenſiuè quidem, quia Synodus integratur ex tot poteſtatibus tantæ multitudinis, intenſiuè verò ſecundùm quid, hoc eſt ſecundùm illam partem poteſtatis, quam communicat Papa Concilio, quaſi proportione ſua. Papa enim præſens Synodo non intelligitur (vt prędictū eſt) totam ſuam poteſtatem totaliter Synodo communicare, ſed tantum ſuæ poteſtatis quantum ad decernendum, &c. oportet, & ſic ex eo poteſtatis Papæ, & reliquis poteſtatum aliorum fit vna poteſtas, quaſi intenſiuè maior, quàm id poteſtatis papalis ſolum eſſet. Et hæc maior poteſtas intelligitur eſſe in tota Synodo tamquam in ſubiecto,

Dixi autem quaſi intenſiuè: quia poteſtas illa papalis, eo quòd communicatur, vt limitata ſit, vt cum alijs poteſtatibus poſſit velut quædam ſingularis poteſtas accumulari, intelligitur & ſuperari à tota pro quanto tota poteſt vniuerſale ſtatutum condere, deffinire, &c. quod illa, vt ſic non poteſt per ſeipſam ſolam.

Sed quoniam tota poteſtas Synodi non plus poteſt, quàm ex ſingulis huiuſmodi poteſtatibus habeat, ideò non ſimpliciter, ſed quaſi intenſiuè maiorem appellaui. Et ne putes me hanc portionem papalem fingere, contemplare poteſtatem Legatorum Papæ in Synodo, quando per Legatum Papa Synodum celebrat, & videbis clarè, quòd quia Papa tunc non eligit legatum illum in Papam, ſed poteſtatem committit quantam oportet pro Synodo haberi, ex ſola præſentia Papæ in Synodo, non habetur quòd plus ſuæ poteſtatis Synodo impartiatur, quàm oporteat, quamuis maior dignitas, & infallibilis aſſiſtentia Spiritus ſancti in Synodo quo ad ea, quæ ſunt fidei, præſentiam Papæ per ſeipſum conſequantur,

Vnde quamuis non cogamur, poſſumus tamen dicere, quòd Papa tamquam minor extenſiuè, & ſecundùm quid intenſiuè Synodo, auctoritate ſacri Concilij dicitur facere, quod tamen de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſet, & facere, & tollere.

Et quoniam verba prædicta (ſcilicet facere auctoritate Synodi, vel Concilij) in Papa habent ſpeciem minorationis, ideò à ſacris Canonibus non ſunt extenſa: ſed more ſimilium locutionum ſunt piæ interpretationi relicta, & quaſi correcta, dum Papa in Concilio dicit, Statuimus ſacro approbante Concilio, approbare enim commune eſt poteſtati, ſapientiæ, conſenſui, nec ſuperioritatem nec æqualitatem poteſtatis in approbantibus exigit, vt patet.

Ad ſextum dicitur, quòd licèt Eccleſia integra poſſit dare indulgentias, &c. & eius ſit theſaurus meritorum, vnde fiunt indulgentiæ, vt propter cuius vtilitatem eſt, non tamen eius ſunt, vt Dominæ quoniam ipſa eſt ſerua Domini Ieſu, & quicquid acquirit ſeruus, acquirit Domino ſuo, & ipſi dictum eſt, Cùm feceritis quæcumque mandauero vobis, dicite, Quod debuimus fecimus, ſerui inutiles ſumus. Vnde non magis ad Eccleſiam, ſed ad Vicarium Domini ſpectat diſpenſatio theſauri in vtilitatem Eccleſiæ, pro qua eſt.

Ad vltimum iam patet, quòd gratis concedimus, Synodum quæ verè Synodus eſt, ſcilicet integram poteſtatem habere deponendi, excommunicandi, &c. De hoc enim non eſt quæſtio, ſed de modo habendi, vt patet ex dictis. Et hæc ſufficiant ad ſimilia.

CAP. XVIII.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Ex miſſum eſſe, non ſequitur eſſe ſubditum.

Dixi In eodem 11. cap. quòd ex hoc, quòd Apoſtoli miſerunt Petrum, & Ioannem ad Samaritanos, non poteſt inferri eos ſubditos eſſe Apoſtolis, quia ex Miſſum eſſe, non ſequitur, Subditum eſſe, vt patet de Spiritu ſancto.

Obijcitur, Iſta conſequentia eſt optima, Spiritus ſanctus mittitur à Filio, ergo eſt ab eo, vel eo inferior, & ſic oportet fateri, quòd Petrus eſt ab Eccleſia, ex quo non eſt inferior.

Reſpondeo, Quòd conſequentia illa, quę vocatur optima, cùm non ſit bona gratia materiæ, quoniam Spiritus ſanctus mittitur à ſeipſo, (vt patet in primo Sent. diſt. 16.) & tamen non eſt à ſeipſo nec inferior ſeipſo. Et ſimiliter Filius mittit à ſeipſo, immò etiam Filius mittitur à Spiritu ſancto, qui eſt à Filio, vt patet in eodem libro diſtin. 15. Et quia conſequentia non eſt bona de forma, ideo non infert, Ergo Petrus eſt inferior Eccleſia, vel eſt ab Eccleſia.

CAP. XIX.

Reſponſio ad obiectiones contra illud; quòd ex 36. queſt. 2. capit. Placuit, iuncto, cap. tria, habetur, quòd Hieronym. auctoritas innixa ſacræ Scripturæ, præualuit Concilio.

Dixi In eodem cap. 11. quòd ex 36. q. 2. cap. Placuit, iuncto cap. tria habetur, quòd Hieronymi auctoritas innixa ſacrę Scripturæ præualuit Concilio.

Obijcitur, Quòd Hieronymus, & dictum Concilij intelliguntur pro diuerſis temporibus, & quòd verba Gratiani ibidem inter paleas computanda ſunt.

Reſpondeo, Quòd licèt certum ſit, quòd Hieronymus abſolutè, & non ſecundùm hoc, vel illud Concilium futurum loquatur, & quòd Concilium Generale poſſet prohibere, quòd non eſt abſolutè prohibitum, verba tamen Concilij non tamquam conſtituentia, ſed declarantia ius ſumpta Hieronymi auctoritati non præiudicant, & hoc intendit Gratianus, & non quòd non poſſet ſtatuere, Verumtamen quicquid de hoc ſit, ſatis habeo intentum meum ibidem, dum ex illo loco habetur, ſiue auctoritate Gratiani, ſiue quacumque alia, quòd Hieronymi auctoritas prę-

naluit Concilio. & ità hodie iuxtà Hieronymi, non iuxtà Concilij auctoritatem ſernat Eccleſia.

Quòd autem computentur verba Gratiani inter paleas ab arguentibus nihil obſtat: quia oportet quòd ab alijs & non ab ipſis ſolis inter paleas computentur.

CAP. XX.

Reſponſio ad obiectionem contra hoc, quòd ex auctoritate Decretal. de Elect. in cap. Significaſti, dicitur quod Concilia à Papa habent auctoritatem.

Dixi in eodem cap. 11. ex auctoritate Decretalis de electione in cap. Significaſti, quòd Concilia à Papa auctoritatem habent.

Obijcitur, Dicendo, quòd illud eſt intelligendum de Concilio quantum ad ſuum congregari, quia regulariter auctoritate Romani Pontificis congregatur, ſed ex quo congregatum eſt, ſiue auctoritate Romani Pontificis, ſiue alias habet immediatè auctoritatem à Chriſto.

Reſpondeo, Quòd expoſitio iſta repugnat textui, Nam ibi duo dicuntur habere Concilia à Romanæ Eccleſiæ auctoritate, quę facta ſunt, & quòd robur acceperunt, & primum, vt patet, refertur ad ipſum Congregari, ſecundum autem niſi ſuperfluat, ad auctoritatem congregari. Et conuincitur hanc eſſe abſque omni ambiguitate intentionem literæ illius, quia reddit rationem quare Conciliorum legibus Apoſtolica Sedes non ſubeſt.

Si enim dependerent Concilia tantùm in congregari à Papa, ex quo leges faciunt poſtquam congregata ſunt, nihil valeret ratio aſſignata ad intentum inferendum. Patet namque manifeſtè quod ex hoc, quòd Concilia regulariter non congregantur niſi per Papam, non ſequitur, Ergo non præfigunt legem Papæ, quia ſtat, quòd congregata præfigant legem, ſi congregata non pendent ab ipſo.

CAP. XXI.

Reſponſio ad obiectiones multas contra illud, quòd Concilium Generale legitimè congregatum poteſt errare definiendo, Papa abſente, vel non conſentiente.

Dixi in eodem 11. cap. quòd Concilium vniuerſale legitimè congregatum errare poteſt deffiniendo Papa abſente; aut non conſentiente, & quaſi dixi quòd poteſt errare eodem modo in his, quæ ſunt fidei.

Obijcitur, Quia ad Concilium Generale ſpectat determinatio eorum, quæ ſunt fidei, & ipſi promittitur, Quòd docebit vos Spiritus ſanctus omnem veritatem.

In cuius ſignum Act. 14. ponitur Spiritus ſanctus præſidens Concilio Apoſtolorum, cùm dicitur. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, & non dixerunt. Viſum eſt Petro, & nobis.

Hoc ſatis innuere videtur Augu. Euangelio non crederem, niſi me auctoritas Eccleſiæ admoneret.

Et in ſexta Synodo (vt patet diſt. 16. c. Placuit) dicitur, Placuit huic ſanctæ Synodo, vt ammodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſt. 83. capitula. Hoc quoque deduci poteſt ex illo. Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, hoc enim ſucceſſoribus Apoſtolorum dicitur, Concilium enim Generale repræſentat Concilium Apoſtolorum, & Seniorum.

Hoc idem patet ex eo, quòd quilibet fatetur ſe credere in vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam, ex hoc enim ſequitur, quòd ad eam vltima deciſio eorum, quæ ſunt fidei, ſpectat, Cùm enim Papa fatetur ſe credere in vnam ſanctam Eccleſiam, non dicit ſe credere in ſemetipſum.

Præterea, Eccleſia vniuerſalis non poteſt errare in fide, & Concilium gaudet eodem priuilegio, quo Eccleſia repræſentata ſicut eadem poteſtate, immò cum Eccleſia, vt diſperſa non nullum actum iuriſdictionis exercere poſſit, nec aliquid ſententialiter deffinire, infallibilitas in deffiniendo ei competere debet, vt congregatæ in Concilio.

Etſi dicatur, quòd Papa repræſentat Eccleſiam ſicut Concilium, diceretur quòd Papa repræſentat Eccleſiam remotè, Concilium autem propinquiſſimè, quia in eo eſt aliquis de qualibet Eccleſia, ſaltem ſufficienter vocatus & priuilegium Eccleſiæ tranſit in Concilium immediatè, eam repræſentans, non autem in ſummum Pontificem.

Reſpondeo, Hæc obiecta dupliciter deficiunt, & primus defectus communis eſt omnibus, ſecundus autem quibuſdam obiectionibus. Communis defectus omnium obiectionum eſt, quia à Concilio declinant ad Concilium, ſecluſo Papa. Ex cuius proprio priuilegio (Concilium quippè generale ſine Papæ conſenſu non definit,) conſtat, quòd non vniuerſali conſenſu definitio illa facta eſt, cùm Papa ſupremum in Eccleſia Dei teneat locum, officium, & regimen etiam vniuerſale. Quòd autem vniuerſali conſenſu definitum non eſt, proculdubio à Concilio, vt Eccleſiam vniuerſalem repręſentat, definitum non eſt.

Dico igitur, quòd propoſitio, dicens, quòd Concilium generale non poteſt errare in iudicio fidei, eſt vera ſimpliciter, & abſolutè de Concilio iudicante in fide cum Papa, & non eſt vera de Concilio acephalo.

Et hæc reſponſio ſufficit ad omnia obiecta quantum ad intentam concluſionem, ſed quantum ad vim ipſarum obiectionum, in ſpeciali dicitur.

Et ad primam quidem, quòd ad Concilium

Digitized by Google

lium generale ſpectat vltima deciſio fidei, dicitur, quòd hoc verificatur de Concilio ratione capitis, ſicut de homine, quòd videt ratione oculi.

Et quòd hoc ſit verum, patet de Concilio Ariminenſi, & Epheſino ſecundo, quorum primum errauit in fide cum Ario, ſecundum autem etiam errauit in fide cum Euthychete.

Et quòd ampliùs eſt notandum, iſtud ſecundum fuit etiam auctoritate Apoſtolica congregatum, & in neutro conſenſit erroneæ definitioni Romanus Pontifex.

Et de Epheſino quidem ſecundo clarè patet ex multis epiſtolis Leonis, & geſtis Chalcedonen. Synodi.

De Ariminen. verò patet ex Ruffino in Eccleſiaſtica hiſtoria, & in hiſtoria tripartita lib. 5. cap. 39. Ex effectu igitur manifeſtum eſt, quòd verbum Domini: Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem, non dictum eſt Concilio diſſentienti à Papa, quamvis legitimè congregato.

Hæc rectè examinent omnes, qui hæc de re decertant, vt caueant, & à ſenſatis non recedat iudicium.

Ad ſecundum dicitur, quòd etiamſi Concilium illud Apoſtolorum, &c. fuiſſet Concilium generale, nihil aliud haberetur, niſi quòd Concilio integro cum Petro præſente, & primò Spiritus ſanctus præſideret, quòd gratis conceditur. Sed quare ibi in communi definitum ſit, & quòd non fuerit generale Concilium illud, in libello illo diximus.

Ad tertium patet etiam, quòd Auguſtinus dixit: Niſi auctoritas me admoneret Eccleſiæ; & non dixit, Eccleſiæ acephalæ.

Ad quartum fateor me non videre quid probet, niſi contra aſſerentes, quia Canones Apoſtolorum, quamvis à Synodo confirmati euanuerunt, hoc enim non facit ad celſitudinem poteſtatis Synodi, quam illi intendunt.

Ad quintum dicitur, quòd ad literam loquitur de Eccleſia vniuerſali, quæ nunquàm deficiet, hæc enim eſt, quæ ſuccedit Apoſtolis, & alijs, quibus Dominus loquebatur. Ab Eccleſia autem, vel & Concilio eam repræſentante, ad Concilium acephalum, non valet argumentum.

Ad ſextum dicitur, quòd antecedens aſſumptum de articulo fidei, de vna ſancta Eccleſia poteſt dupliciter legi, ſcilicet cum præpoſitione *in* (dicendo, credo in vnam ſanctam Eccleſiam Chatolicam,) & ſine illa præpoſitione: quòd meliùs iudicat diuus Thomas, dicendo, credo vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam. Et ſiquidem dicatur, credo in vnam, &c. ſumitur Eccleſia pro Eccleſia integra, corpore ſcilicet, & capite, quòd eſt Chriſtus Dominus, ratione cuius in Eccleſia dicimur credere.

Et tunc optimè valet conſequentia, ergo ad huiuſmodi Eccleſiam pertinet vltima deciſio fidei, & quòd Papa non dicitur credere in ſemetipſum. Sumi quoque poteſt pro Eccleſia in terris, vt iungitur Spiritui ſancto, ratione cuius dicimur credere in Eccleſiam, vt diuo Thomæ placet.

Et ſic etiam patet, quòd optimè valet conſequentia, quòd ad Eccleſiam Catholicam iunctam Spiritui ſancto, vt ſic ſpectat vltima deciſio fidei, & quod Papa non dicitur propterea credere in ſeipſum, ſed in Spiritum ſanctum, vt eſt Eccleſiæ Rector; ſed non valet vlterior conſequentia, ergo Eccleſiæ acephalæ.

Si autem legatur ſine præpoſitione, tunc dicitur, vt ſupra, quod creditur vna ſancta Catholica Eccleſia; ſed non valet; ergo Eccleſia acephala. Et conceditur, quod ad vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam ſpectat vltima deciſio fidei, ſicut & poteſtas iuriſdictionis, quę conuenit ei ratione partis. Nec Papa credendo Eccleſiam dicitur credere ſeipſum, ſed dicitur credere officium ſuum, & aliorum, in cuius ſignum à fide deuiaret, ſi non crederet officium ſuum.

Ad ſeptimum dicitur primò, quod Concilium etiam integrum non admitto gaudere de neceſſitate priuilegio perſonali Eccleſiæ, (quale eſt eſſe ſemper in Eccleſia fidem formatam) quoniam de Eccleſia hoc conſtat; de Concilio autem nullibi inueniſſe me fateor autheorica auctoritate firmatum, quamvis rationabile ſit de facto ita eſſe, quod ſcilicet in aliqua perſona Concilij ſit fides formata.

Dicitur ſecundò, quòd non poſſe errare in fide iudicialiter eſt priuilegium Eccleſiæ ratione capitis, ad quod ſpectat iudicium. Et ideo non eſt priuilegium Eccleſiæ acephalæ, nec Eccleſiæ, ideſt, collectionis Fidelium, ad quam non ſpectat poteſtas iuriſdictionis, quam tamen Eccleſiam pro collectione Fidelium omnium tamen, Concilium repræſentat, & cui promiſit Dominus, quod ſecùm eſſet.

Et ex hoc patet quantum deficit argumentum illud, nàm procedit, ac ſi Eccleſiæ ratione communitatis conueniat, priuilegium illud non poſſe errare iudicialiter, cùm conſtat, quod ſicut iuriſdictio conuenit Eccleſiæ ratione capitum, ita actus iuriſdictionis. Et quia actus iſte, ſcilicet iudicialiter definire de fide, concernit vniuerſalem Eccleſiam, ideo conuenit Eccleſiæ ratione capitis, cui commiſſa eſt cura vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter.

Dicitur ergo tertiò formaliter, quod Concilium integrum gaudet eodem priuilegio officij non perſonæ, quo gaudet Eccleſia, & eodem modo, ſcilicet ratione partis, puta capitis; & ſimiliter gaudet eadem poteſtate, & eodem modo; ſed ex hoc magis habetur intentum. Et concedo gratis, quòd infallibilitas in definiendo de fide conuenit Concilio integro ratione capitis, & non ab Eccleſia, cui etiam hoc non conuenit, niſi ratione capitis; ſed à Domino Ieſu, cuius caput vices gerit,

Quod autem dicitur de repræſentatione immediata, & remota, duo importat, ſcilicet repræſentationem Eccleſiæ per Papam, & Concilium, & modum repræſentandi.

Et quò ad repræſentationem dicitur, quòd inter Papam, & Concilium tanta eſt in hoc differentia, quòd Concilium repræſentat vniuerſalem Eccleſiam integram (hoc eſt corpus cum capite) proportionaliter, ſic quòd

caput

caput Concilij repræſentat Chriſtum caput Eccleſiæ, & corpus Concilij corpus Eccleſiæ.

Et hic eſt verus, & indubitatus ſenſus, quo Concilium vniuerſalem Eccleſiam repræſentare dicitur, & à Domioo immediatè poteſtatem habere.

Eccleſiam autem in terris poſitam Concilium integrum quò ad poteſtatem repræſentare dicitur, pro quanto omnis Eccleſiæ poteſtas in eo inuenitur per ſeipſam, vel in ſua Vicaria: quò ad vota verò, quia intelligitur in ipſum conſentire omnium perſonarum Eccleſiæ vota, vt patet ex auctoritate Gregorij ſupra inducta.

Papa autem vniuerſalem Eccleſiam integram, & in terris Eccleſiæ poteſtatem, & vota difformiter repræſentare inuenitur, nàm caput Dominum, ſcilicet Ieſum Chriſtum participatiuè, Papatum in ſeipſo formaliter, reliquæ Eccleſiæ poteſtatem, & vota eminente repræſentat.

De differentia autem obijciendo tacta, totum oppoſitum eſt, quia dùm ratione prælaturæ Concilium Eccleſiam repræſentare dicitur, & ſolus Papa immediatè à Chriſto prælatus eſt, reliquum autem Eccleſiæ corpus à Domino, mediante Petro munus hoc habet, oportet dicere, quod Papa immediatiùs repræſentat Eccleſiam, quàm Concilium, quia Papa, mediante ſolo Chriſto, Concilium autem mediante Chriſto, & Papa.

CAP. XXII.

Reſponſio ad plures obiectiones contra illud, quod poteſtas applicatiua Papatus, ad perſonam, ſeu poteſtas electiua Papæ, eſt regulariter, & principaliter in Papa, & non niſi in caſu in Concilio.

Dixi in cap. 13. quod poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam regulariter, & priocipaliter eſt in Papa, & nouniſi in caſu in Concilio, ſeu Eccleſia, & in cap. 6. idem ſub alijs verbis, ſcilicet, quod poteſtas electiua Papæ in Papæ poteſtatem eſt.

Et attuli ad hoc vtrobique duo argumenta.

Primum ex facto Petri 8. quæſt. 1. can. Si Petrus.

Secundum ex eo, quod Papa determinat de actu electionis, ita quod contrario modo factus ſit irritus.

Obijcitur contra quatuor, ſcilicet contra hoc, quod talia poteſtas eſt in Papa, & contra hoc, in caſu tantùm eſt in Eccleſia, ſeu Concilio, & contra vtrumque argumentum.

Primò ergo arguitur contra primum ex Occham. Si poteſtas electiua Papæ eſſet in poteſtate Papæ, ſequeretur, quod Papa poſſet relinquere Eccleſiam abſque poteſtate electiua, quod eſt impoſſibile, ergo. Et tenet ſequela, ponendo, quod mortuis, vel priuatis Electoribus Papa non ordinaret Electores. Et ſi dicatur, quod in tali caſu deuoluitur ad Eccleſiam, contra, quia tunc ſequeretur, quod Eccleſia eſſet ſuperior Papa, quod tu negas. Et tenet ſequela, quia nunquàm poteſtas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur ad alterum, niſi ſit ſimpliciter, & abſolutè ſuperior, poteſtas enim Papalis non deuoluitur ad Epiſcopum ex negligentia Papæ non prouidentis alicui beneficio, ſed econuerſo. Præterea, ſi Eccleſia in illo caſu habet poteſtatem electiuam, quæritur à quo habet immediatè, cum à ſeipſo non habeat. Si dicatur à Chriſto, difficile erit reperire in ſacris literis fundamentum, in quo poſſit ſtabiliri, quòd in illo caſu habeat, & non regulariter.

Secundò, principaliter arguitur ex Armachano. Non eſt veriſimile, quòd Dominus voluntati vnius hominis commiſiſſet poteſtatem electiuam Summi Pontificis, quia poſſet euenire, quòd vna progenies diceret, Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, dum quilibet in fine vitæ ſuum conſanguineum ſubrogaret.

Tertiò, quia ſequeretur, quòd etiam poteſtas deſtitutiua Papæ in caſu hæreſis, quo deponi poteſt, eſſet in Papa, & ſic par in parem haberet imperium. Et rursùs, quòd Papa poſſet conſtituere, quod Papa hæreticus à duobus, vel tribus deponi poſſet. Et tenet ſequela, quia per eaſdem cauſas habent generari, & deſtrui poteſtates iſtæ.

Quartò, ſi in Papa eſſet poteſtas electiua Papæ, vel ergo eſt in eo poteſtas illa ſic, quòd per ſemetipſum poteſt ſucceſſorem eligere, vel ſolùm, quia aliquibus poteſt illam poteſtatem communicare. Hoc ſecundum nihil habet apparentiæ. Ex primo autem ſi concedatur, ſequitur hoc inconueniens, quòd eſſet in poteſtate duorum facere, quod alternatis vicibus quilibet per annum in ordine ſuo eſſet Summus Pontifex, more Annæ, & Caiphæ. Et patet conſequentia, quia vnus Papa pro ſua voluntate poteſt eligere alterum in Papam, & in fine anni ille alter reeliget eumdem, & ſic deinceps.

Quintò, Chriſtus non contulit Papæ aliquam poteſtatem pernicioſam Eccleſiæ; ſed, vt habet gloſſa in ca. ſi Petrus, hoc eſt pernicioſum, quòd aliquis eligeret ſibi ſucceſſorem; ergo Chriſtus non contulit illam poteſtatem.

Contra rationem ex facto Petri allatam, dicitur primò, quòd Petrus non inſtituit Clementem, ſed inſtituendum ordinauit. Dicitur ſecundò, quòd hoc fecit inſtinctu Spiritus ſancti, quo etiam præuidit mortem. Dicitur tertiò, quod Papa in caſu neceſſitatis, quo Electores non poſſent congregari, & pro occurrenti periculo opus ſit Paſtore, poteſt Papa moriens inſtituere ſucceſſorem.

Contra rationem autem, ex hoc, quod Papa ſtatuit circa actum electionis etiam Electores determinando, &c. dicitur, quòd Papa non dedit poteſtatem electiuam Cardinalibus, ſed Eccleſia vniuerſalis in ſexta Synodo in can. In nomine Domini, vbi Nicolaus Papa non propria auctoritate, ſed ſanctorum Patrum ſtatuit. Et propterea, vbi Cardinales poteſtate ſibi tradita abuterentur manifeſtè, vniuerſitas Fidelium poſſet eos priuare poteſtate

ſtate electina, Papæ, & alijs eam committere.

Reſpondeo. Et primò declaro ſenſum verborum meorum iu libello illo; ſecundò quid in hae materia mihi videtur; tertiò, ſatisſacere curabo obiectis.

Quo ad primum numquam dixi, qnod Papa poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, nec quod poteſtas electina Papæ ſit in Papa formaliter, nec quod poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam ſit in Papa formaliter; ſed dixi, quòd huinſmodi poteſtas eſt in Papa regulariter, & principaliter.

Conſtat uamque apud viros doctos, quod multa ſunt in poteſtare ſuperioris, quæ noh ſunt in illo, & eius poteſtare formaliter, & quæ etiam non poteſt per ſeipſum immediatè facere.

Sunt eoim in intelligentis, quas Angelos dicimus, formæ inſeriorum, & eorum poteſtates, non tamen formaliter, nec ſic quod poſſiut earum actus per ſeipſas exercere, ſunt in corporum cœleſtium poteſtate formæ elementorum, & eorum poteſtates, non tamen formaliter, nec ſic, quod eorum opera poſſint per ſeipſa exercere.

Srat igitur, quod huiuſmodi electiua poteſlas ſit in Papa regulariter, & principaliter, & ooo ſit in eo formaliter, nec poſſit per ſeipſum huiuſmodi poteſtatis actum exercere.

Sumantur ergo verba mea in hoc ſenſu, qnod poteſtas electiua eſt in poteſtare Papæ virtualiter, ſed eminenter, & hoc quo ad modum eſſendi, & quod eſt in poteſtate Papæ regulariter, ideſt, ordinario iure, ad differentiam Eccleſiæ viduæ, in qua eſr eiuſmodi poteſtas in eaſu, & principaliter ad differenriam einſdem Eccleſiæ, in qua eſt ſecundario, pro quanto in eaſu poteſt non ſolùm eligere, ſed ſacere Electores, & ordinare de modo electionis. Hæc de primo.

Quo ad ſecundum, quia eius eſt putentia, cuius eſt actus, (vt dicirur de ſomno, & vigilia,) & electionis Papæ actus ſimpliciter, & abſolntè noo eſt Papæ, ideo poteſtas electiua Papæ non conuenit formaliter Papæ. Probatnr minor. Electio Papæ eſt actus factiuus, qnantum ex ſe eſt tunc Papæ, ergo repugnat ei, quod præſupponat pro tunc Papam. Et tenet conſequenria, quia, quod fit, non eſt, ſi, enim eſſet, iam non fieret.

Tunc vltrà: Ergo Elector Papæ non eſt Papa, & tenet ſeqnela, quia Elector præſupponitur ſecnndùm naturam electioni, & eſt ſimul tempore cum electioni.

Tunc vltrà: Ergo actus electionis Papæ non eſt Papæ, & tenet ſequela, quia electio Papæ eſt actus Electoris Papæ. Ex hoc igitur patet, quod poteſtas electiua Papæ, cuius actus ſimpliciter, & abſolutè eſt electio ſactina ex natura ſua, tunc Papæ non eſt in Papæ poteſtate formaliter. Et confirmatur auctoritare conſuetudinis Eccleſiaſticæ, qua fit, vt electiones Paſtorum non fiant, niſi vacationls tempore, nec non Diuiuæ Sapientiæ ſuauiter omnia diſponentis, quæ dixit: Sufficit dici malitia ſua, craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi.

In ſubiecto igitur opportuni temporis, qno poteſtas electiua eligere debet locata eſt formaliter, & non in Papa, qui ſolnm prænenieodo ſollicitudinem craſtini diei eligere poſſet, vt patet.

Subiectum autem huiuſmodi electiuæ poteſtatis formaliter (iuxtà Peripatericam, & Apoſtolicam ſimul auctoritatem, qua inuiſibilia ex viſibilibus cognoſceoda à nobis ſunt) ex ipſius electionis actus exercitatione inueſtigandnm eſt.

Apparet autem abſque omni ambiguitate, quod electio Papæ ad Romanam Eecleſiam ſpectat, computando iurra Romanam Eccleſiam Epiſcopos, & Cardinales, qui velnt ſuffraganei Romani Archiepiſcopi introducti videntur.

Et propter eà ceſſante omni humano ſtatuto, certiſque exiſtentibus Eecleſiæ Romanæ membris in eadem regulariter eſt poteſtas electiua Papæ, non minus quàm in cæteris Eccleſijs poteſtas electiua ſuorum Epiſcoporum. Ex eo enim, quod Chriſtus Dominus Romanam Eecleſiam elegit in Petri Eccleſiam propriam, dùm ipſi ne ex Roma, ſicut ex Antiochia Paparum transferret, inhibuit, dicens: Venio Romam iterum crucifigi, Eccleſia Romanæ poteſtarem electiuam Papæ non poſitiuè, ſed negatiuè hoc eſt oppoſitum non ordinando coocesſiſſe dicitur. In caſu autem incertorum electorum, Eccleſiæ vniuerſali eandem poteſtarem eadem ratione, quia ſcilicet eſt Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ, & eodem modo, ſcilicet negatiuè dediſſe intelligitur. Ex ſtatuto autem humano, Apoſtolica anctoritare contractum per viam determinationis poſitiuè eſt ſubiectum poteſtatis electiuæ ad Cardinales Romanæ Eccleſiæ ſolos. Papa enim ex eminentia poteſtatis, curæ ac regiminis vniuerſalis, poteſt de electiua poteſtate decernere, ipſamque ſic dirigere, & ordinare, vt contrario modo faciendo, irrita ſit in ſuo opere, & ſubiecto, vt patet in geſtis ipſorum Pontificum, & obſeruatione Eccleſiæ. Hæc de ſecundo.

Quò ad tertium, reſpondendo obiectis pro quanto militaot aduersùs hæc dicitur ad primum, quòd impoſſibile eſt Eccleſiam relinqui abſque Papa, & poteſtate electiua Papæ, quoniam decedente Papa abſque vllo decreto de hoc, negatiuè relinquit poteſtatem electinam Eccleſiæ Romanæ, ſicut Linns ſucceſſor Petri immediatus electus creditur.

Reſponſio quoque data, quòd per viam deuolutionis poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam eſſet in Eccleſia vniuerſali in eaſu, pro quanto ex meo libello aſſumitur, non intelligitur de deuolutione propter negligentiam, contra quam obijcitur, ſed communiter, & propterea non ſic arctatur deuolutionis vocabulum, quin ſiue deuolutionis, ſiue ſucceſſionis, ſiue ſuppletionis, ſiue cuiuſcunque alterius modi in hac ſententia viam includat. Vnde non ſuper negligentia electorum, ſed ſuper defectu ordinariorum electorum fundaui, & in tali non in alio caſu ibi dicta intelligo. Exiſtentibus ſiquidem certis electoribus, qui hodie ſunt Cardinales, non ſuccedit Romana Eccleſia neque Eccleſia vniuerſalis: defunctis autem omnibus Cardinalibus Romana Eccleſia, à qua Linus eſt electus ante humana iura nobis nota, immediatè

ſucce-

ſuccedit. Quia tamen pars clauditur Eccleſia Romana, ſi Concilium generale cum pace Romanæ Eccleſiæ eligeret in tali caſu Papam verus Papa eſſet ille qui electus ſic eſſet. A quo autem Eccleſia Romana, aut Eccleſia vniuerſalis haberet in caſu poteſtatem electiuam Papæ, & non regulariter, faci è patet. Nam conſtat, quòd haberet à Chriſto, & eius Vicario negatiuè: quia, ſcilicet neuter ordinauit oppoſitum, & Chriſtus Dominus ſtatuit Petrum in ſucceſſoribus perpetuum.

Stante ſiquidem hoc ſecundo, cum ſucceſſio carnalis in nouo Teſtamento concilio, caſtitatis, maximè conuenienti perfectiſſimo ſtatui (qualis Papæ eſt) diſſonet, voluntaria quoque quaſi adoptio, vel inſtitutio ſucceſſoris ſuaui Eccleſiæ diſpoſitioni aduerſetur, via electionis perpetuandus, relinquitur ſucceſſor Petri, proculdubio ab Eccleſia ſua, quæ quia eſt, & Romana, & vniuerſalis, niſi ipſe Papa determinet, qui Romanam, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentent in eligendo determinationi ipſius Petri, & Domini, quo facto, morte, ſcilicet Petri in Epiſcopatu Romano, determinatum eſt, quòd Eccleſia repræſentet Eccleſiam vniuerſalem in electiua poteſtate (vt patet ſi ſecludamus omne ius poſitiuum per intellectum, & aſpiciamus ad Eccleſiæ antiquæ conſuetudinem) ſtandum eſt. Vndè non oportet ſollicitari de auctore poteſtatis electiuæ in caſu, & non regulariter in Eccleſia.

Ad ſecundum dicitur, quòd non eſt contra ſenſum declaratum. Argumentum tamen non eſt oſtenſiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura poteſtatis, ſed ex abuſu, ex quo ſi liceret arguere, neſcio quæ poteſtas vniuerſalis rectè committi poſſet vni homini.

Ad tertium dicitur, quòd quia quælibet poteſtas Eccleſiæ eſt inferior poteſtate Papæ, cui reliquæ ſubiacent poteſtates, nullum inconueniens video concedere, quòd in Papæ poteſtate eminenter continetur poteſtas etiam depoſitiua Papæ hæretici, & quòd poſſet conſtituere, & quod à Collegio Cardinalium poſſet deponi in caſu, quo deponendus eſt. Nec ſequitur, quòd par in parem habeat imperium, quia non ſupra Papam, ſed ſupra coniunctionem Papatus cum perſona, exerceret imperium in ſtatu, in quo coniunctio illa eſt in corrumpi ex Diuino iure.

Ad quartum dicitur, quòd propriè loquendo, neutro modo eſt poteſtas electiua in Papa; ſed quia poteſt determinare Electores, & modum eligendi. Vndè non oportet ad inconueniens deductum reſpondere, quod tamen ex abuſu poteſtatis ſequeretur.

Ad quintum dicitur, quòd non poteſtas, ſed abuſus poteſtatis ſi data eſſet à Chriſto, eſſet pernicioſus.

Ad obiecta verò contra rationem ex facto Petri, dicitur, quòd prima gloſſa videtur contra textum dicentem, tradente ſibi Petro, & non dicit ordinante, quòd ſibi traderetur.

Secunda verò gloſſa acceptari poteſt, quamvis non ſit authentica, præſertim quia mortem non inſtinctu Spiritus ſancti, ſed Domini voce agnouit, dicentis: Venio Romam iterùm crucifigi.

Tertia autem gloſſa ſi acceptatur, eminentiæ poteſtati Papæ fauet, vt patet; ſed quomodò tunc fuerit talis neceſſitatis, deberet aperiri.

Videtur tamen mihi, quòd vel iuxtà ſecundam gloſſ. inſtinctu Spiritus ſancti Petrus hoc fecerit, vel de eminentia poteſtatis (propter quod diſſolutum à Spiritu ſancto dicitur factum Petri, non ſemper erunt Petrus, & Clemens,) vel potiùs, quòd tanquàm incertum factum, auctoritatem firmam non faciat. Dico autem incertum, quia Eccleſia Linum, & Cletum reputans Summos Pontifices, computatis annis, quibus quilibet eorum rexit Eccleſiam Romanam ante Clementem, teſtari videtur, quòd verba illa Ioannis Papæ Tertij tanquam narratiua crediti facti accipienda ſint, & non vt auctorizantia factum, quod narratur, propter quod auctoritate illa vtimur. Vt valeat quantum valere poteſt. Accedit ad hoc verſus in gloſſa ibidem de Clemente dicens.

Diſputat hoc Mundus quartus, fuerit ne ſecundus.

Ad obiecta demum contra rationem ex hoc, quòd Papa ſtatuit de electoribus Papæ, dicitur, quòd manifeſtè conſtat ex illo can. In nomine Domini, quòd propria auctoritate Papa illud ſtatuit in Synodo, vt patet ex illis verbis: Venerabilis Pontifex decernens auctoritate Apoſtolica, inquit, mirum eſt autem, quòd arguentes non aduerterint grammaticam conſtructionem in ſequentibus, (vbi dicitur, quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque ſanctorum Patrum auctoritate decernimus, vt obeunte, &c.) & dixerint propter hæc verba, quòd Papa non propria, ſed ſanctorum Patrum auctoritate ſtatuit, cum ly *auctoritate*, determinet ly *Inſtructi*, & non ly *Decernimus*, vnde ſolidum ſtat, quòd Papa auctoritate propria ſtatutum illud fecit. Quamuis etiam omia ſtatuta de electione Papæ, quæ Summus Pontifex etiam in Synodo fecit, propria auctoritate fecerit, & ſancti Patres in Synodo congregati nihil poſſint ſine auctoritate Romani Pontificis ſtatuere. Hæc quoque ex auctoritate Papæ fieri comprobantur, dum ſtatutum Gregorij Decimi cum Concilio Lugdunenſi, (quod habetur in ſexto de elect. vbi periculum diſponens de electione Papæ reuocatum per Hadrianum, & Ioann. XXIX. ac deinde reaſſumptum per Cœleſtinum V. & Bonifacium VIII.) robur auctoritatis habet, vt gloſs. in eodem capitulo dicit. Clementinam quoque ne Romani, de electione Papæ à Papa non à Concilio generali factam eſſe patet, in Clementinis de electione. Multa quoque circa electionem Papæ ſtatuta in diſtinct. 79. patet à Gratiano referri. Et nouiſſimè Iulius II. qui viuit, & regnat, ſtatutum nouum edidit de electione Papæ abſque Concilio generali. Vnde negare huiuſmodi poteſtatem in Papa, eſt negare ſenſum.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXIII.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd in Eccleſia, eſt poteſtas auctoritatiua ſuper coniunctione Petri, & Papatus, non autem ſuper Papa.

Dixi in cap. 20. 21. & 22. quòd in Eccleſia Dei eſt poteſtas auctoritatiua ſuper coniunctionem Petri, & papatus non autem ſuper Papam.

Objjcitur contra tripliciter.

Primò, quia contrariantur dictis in libello illo.

Secundò, quia contrariantur hæc duo inter ſe.

Tertiò, quia falſum eſt, quòd poteſtas depoſitiua Papæ, quæ eſt in Eccleſia non ſit auctoritatiua ſupra Papam.

Primùm oſtenditur ſic, in cap. 6. & 13. dictum eſt, quòd poteſtas applicatiua Eccleſiaſticæ poteſtatis ad hanc, vel illam perſonam eſt in ſolo Papa, nunc dicitur, quòd potes auctoritatiua ſuper coniunctionem eſt in Eccleſia contradictio.

Secundum autem oſtenditur exemplo, quo vtor retorquendo in me. Habere enim poteſtatem ſuper hominem, non eſt habere poteſtatem ſuper animam, nec ſuper corpus, ſed ſuper ſeparationem animæ à corpore, cùm nihil aliud faciat occidens hominem. Quid ergo aliud eſt habere poteſtatem auctoritatiuam ſuper Papam, quàm poſſe paratum, ab ipſo auctoritatiuè ſeparare?

Tertium autem, quòd ſcilicet Eccleſia auctoritatiuè ſuper Papam ipſum deponit) probatur tripliciter.

Primò, quia alter Papa hæreticus citatus non tenebitur comparere, nec erit contumax non comparens: iudicabunt ergo inauditum, aut non obligatum reſpondere?

Secundò: Omnis actus punitiuus perſonæ ratione proprij peccati eſt ab habente iuriſdictionem ſuper eum, qui punitur.

Tertiò arguitur ad hominem, me ipſum ſcilicet, Eccleſia poteſt excommunicare Papam hæreticum antequam deponat: ergo habet auctoritatem iuriſdictionis ſuper Papam. Patet ſequela, & antecedens ex te eſt, quia cùm tu dicas hanc conſequentiam eſſe bonam, non eſt excommunicatus ipſo facto, ergo non eſt depoſitus, & iſta erit bona: Non poteſt excommunicare, ergo non poteſt deponere, & iſta poteſt deponere, ergo poteſt excommunicare.

Reſpondeo. Et ad primum dicitur, quòd nulla eſt in dictis meis contrarietas, quoniam ſuperiùs de auctoritate eminentiæ erat ſermo, vbi Eccleſiæ poteſtas Papæ poteſtati comparabatur. Vnde dictum eſt ibi, quòd Papa eſt moderator, & director poteſtatis Eccleſiæ, & non econuerſo, hoc enim ad eminentiam, & non eminentiam poteſtatis ſpectat. Hic autem ſermo eſt de auctoritate efficaciæ, dùm dicimus, quòd poteſtas Eccleſiæ auctoritatiuè poteſt ſuper coniunctionem, &c. Hoc enim nihil aliud ſonat, niſi quòd talis poteſtas tamquam ſuperior coniunctione illa, poteſt efficere illam: agens enim vt ſic, præſtat eo quod ſit vt ſic. Cùm hoc namque patet benè ſtare, quòd poteſtas applicatiua poteſtatis Eccleſiaſticæ, ſecundùm eminentiam eſt in ſolo Papa.

Ad ſecundum verò dicitur, quòd hæc duo, ſcilicet poteſtas eſt ſuper coniunctionem, & non ſuper Papam, nullo repugnant inter ſe, quia diuerſa ſunt. Et Papa ſignificat aliquid maius coniunctione, quoniam ſignificat formam Papatus, ſicut Dominus formam dominij. Propter, quod retorſio exempli de homine nihil valet, nam non conuenit Papæ ſignificatum æquiparare ſignificato hominis, & ſimile de vtroque ferre iudicium, quia homo ſignificat formaliter compoſitum ex anima, & corpore, Papa verò ſignificat formaliter purum Papatum, quamuis in concreto, vt patet. Sed hoc totum, Petrus Papa ſe habet vt ly *homo*, & conceditur, quòd poteſtas illa poteſt ſuper Petrum Papam ratione ſubiecti (vt in libello dicitur) non autem ſuper Papam, quia non poteſt ex parte formæ. Vnde patet nullam eſſe repugnantiam, & quod aliud eſt poſſe ſuper Papam & aliud ſuper Petrum Papam, ſicut aliud eſt poſſe ſuper compoſitum, & aliud ſuper formam.

Ad primum autem contra tertium hoc, ſcilicet, quòd poteſtas Eccleſiæ non eſt ſupra Papam, reſpondetur, quòd Petrus Papa hæreticus tenetur ad omnia, quæ ſunt neceſſaria ad iudicium depoſitionis ipſius, vt in libello cap. 21. expreſsè dictum eſt, vnde mirandum videtur, de obiectionibus.

Dico igitur, quòd Petrus Papa hæreticus ratione ſubiecti ſic diſpoſiti, ſubditur poteſtati depoſitiuæ Eccleſiæ, & in omnibus neceſſariò præambulis, & conſequentibus. Nec ex hoc ſequitur, quòd poteſtas Eccleſiæ ſit ſupra Papam, ſed ſupra Petrum Papam, ſic depoſitum in hoc tantùm. Et per hoc patet ſolutio primi, & ſecundi.

Ad tertium verò dicitur, quòd (vt patet in cap. 19. libelli, vnde impoſitum eſt mihi, quòd dicam illam conſequentiam bonam) numquam ego dixi hoc, numquam ſomniaui connexionem inter excommunicationem, & depoſitionem, immò oppoſitum expreſsè ſenſi. Ego enim ex illa communi radice, id quod infligitur à iudicio humano, non incurritur ipſo facto ex ſolo peccato interiori purè intuli duo, ſcilicet negationem excommunicationis, & negationem priuationis, & dixi, quòd ſi ex radice ſequitur non eſſe excommunicatum, multò magis ſequitur non eſſe priuatum, quia ibi non requiritur declaratio apud iuriſtas, ſicut hìc.

Argumentum autem procedit contra dicentem illationem formalem à negatione excommunicationis ad negationem depoſitionis, & ideò non eſt ad propoſitum.

Digitized by Google

CAP. XXIV.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quod Papa poſſet committere poteſtatem depoſitiuam Papæ hæretici, Collegio Cardinalium.

Dixi in capit. 21. quòd Papa poſſet committere poteſtatem depoſitiuam Papæ hæretici Collegio Cardinalium.

Obijcitur, quòd non poſſim ſic dicendo ſuſtinere, quin par in parem habeat Imperium.

Reſpondeo, quòd facilimè patet ex hoc non ſequi parem in parem habere Imperium, quia poteſtas depoſitiua non eſt ſupra Papam ſed ſupra coniunctionem Petri cum Papatu, quæ coniunctio non eſt par Papæ. Quare autem huiuſmodi poteſtas depoſitiua Papæ, quamquam minor Papatu, non ſit auferibilis ab Eccleſia à Papa, in promptu cauſa eſt, quia Diuino iure illi conuenit contra Papam hæreticum, vt patet ex dictis in libello.

CAP. XXV.

Reſponſio ad obiectiones contra rationem datam, quare pro infidelitate ſola poteſt Papa deponi, quia ſcilicet ſola infidelitas crimina contrariatur ad eſſe Papæ.

Dixi in cap. 26. rationem, quare Papa infidelitate ſola poteſt deponi, quia ſola infidelitas inter crimina contrariatur ad eſſe Papæ.

Obijcitur dupliciter contra hanc rationem.

Primò, quia falſum eſt, quòd fides requiratur ad eſſe Papæ, cùm Papa ſi fiat hæreticus adhuc ſit Papa, apud me: ſufficit enim character baptiſmalis.

Secundò, quia hæc ratio æquè fortiter probaret, quòd pro hæreſi deponi non poſſet, quia hæreſis non opponitur ad eſſe Papæ.

Reſpondeo, quòd ratio mea non eſt intellecta vt eſt, ſtudioſè namque non poſui inter conditiones requiſitas ad eſſe Papæ fidem, ſed Chriſtianitatem, vt excluderem hanc obiectionem.

Nec aſſumpſi, quòd infidelitas ſola inter vitia contrariatur fidei, ſed Chriſtianitati, ſeu conditioni requiſitæ ad eſſe Papæ, vt patet in libello. Conſtat enim Chriſtianitatis ſtatui (qui membrum Chriſti conſtituit) ſolam infidelitatem inter vitia opponi, & quòd Chriſtianitas requiritur neceſſariò ad eſſe Papæ.

Et in libello eodem, capit. 27. clarè manifeſtaui differentiam inter Chriſtianitatem, & fidem, & quòd Chriſtianitas eſt ſtatus quidam Eccleſiaſticus ex charactere, & fide conſtitutus. Sed vt meliùs vis rationis perſpiciatur, ex concluſione intenta, & directa oppoſitione infidelitatis, conſiderandum eſt, quòd non eſt intenta, aut deducta concluſio ex illa ratione, quòd Papa habet non eſſe propter infidelitatem, ſed quòd eſt diſpoſitus propinquiſſimè ad non eſſe, quod ſignificat concluſio dicens, quòd eſt deponendus. Et proptereà non oportet, quòd infidelitas ſic opponatur Chriſtianitati, quòd auferat totaliter eſſe Chriſtianum, ſi enim hoc tolleret, non deponendum, ſed depoſitum Papam inferret, ſed ſat eſt, quòd opponatur Chriſtianitati, ſic quòd conſtituat Chriſtianum hominem, quantum eſt ex parte hominis in non eſſe Chriſtianitatis. Per hoc ſiquidem non eſſe Chriſtianitatis in Petro Papa, conſtituitur Petrus Papa in eſſe deponibili, quia per tale non eſſe diſpoſitus ſic vt deponi poſſit, vt patet ex dictis in libello. Et manifeſtatur ex officio Papæ, cùm enim Papæ officium ſit paſcere doctrina, & opere, cùm habet fidem formatam velut ſanus viuit in Papatu, cùm autem habet fidem informem ob perditam charitatem, non paſcit amplius exemplo, ſed doctrina tantùm, ac per hoc velut æger in Papatu eſt. Si demum etiam fidem omninò amiſerit, iam nec doctrina paſcere potens eſt, & quaſi mortuus ſicut in extremis vitæ conſtitutus, ad omne opus inualidus diſpoſitus eſt vt morte depoſitionis auferatur à vita Papali. Vnde patet reſponſio ad primum, quia non obſtat rationi, quod infidelitas ſtat cum eſſe Papæ, vt patet ex dictis.

Et potes eandem ſententiam vnico verbo dicere, quod fides eſt neceſſaria ad eſſe Papæ ſimpliciter, quamuis non ſit neceſſaria ad eſſe Papæ ſic, ſcilicet quaſi mortui, immo ex hoc, quod conſtituit Papam in eſſe Papæ ſimpliciter, & eius oppoſitum conſtituit in eſſe Papæ, quaſi mortui, manifeſtè ſequitur, quod conſtituit Papam in eſſe deponibili.

Et per hoc patet ſolutio ſecundi, hæreſis enim non ſtat cum eſſe Chriſtianum ſimpliciter, nec cum eſſe Papam ſimpliciter, quamuis non auferat totaliter vtriuſque eſſe. Sed quia conſtituit non eſſe Chriſtianum quantum ex parte hominis, ideo conſtituit diſpoſitum ad non eſſe Papæ, quoniam eſſe Papam ſimpliciter ſupponit eſſe Chriſtianum ſimpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur quia accepit hanc rationem ac ſi inferret non eſſe Papæ ſic, quod eſſet depoſitus, cuius tamen contrarium patet in litera. Manet ergo ratio illa non inuenta adhuc minùs habens, quamuis in ſtatera poſita, vt deſiderare me dixi.

CAP.

CAP. XXVI.

Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex ſacra Scriptura ſolus caſus hæreſis excipitur ab impunibilitate Papæ reſpectu Eccleſiæ.

DIxi in eodem 26. cap. iuncto 25. quòd ex ſacra Scriptura ſolus caſus hęreſis excipitur ab impunibilitate Papæ reſpectu Eccleſiæ.

Objicitur, quia in ſacra Scriptura inuenitur etiam, aliàs criminoſum eſſe ſeparandum, vt patet primæ ad Corinthios ſeptimo. Si is qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi, nec cibum ſumere. Et Dominus Matthæi 18. innuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa eſt contumacia, eſſe excommunicandum. Et ſi gloſſati fuerunt hi textus de ſubditis in terra, ſimiliter gloſſabuntur textus allegati per te de hæretico. Et ad dicta Saluatoris, & Petri conceditur, quòd quamdiu benè docent, & remanent Pręlati, ſunt audiendi.

Reſpondeo: Quòd cùm ſacra Scriptura tota ſit ab vno Auctore, (qui eſt Spiritus ſanctus,) & velut vna integra doctrina legis diuinæ, non eſt gloſſis, ſed textui attribuendum, cùm ex coniunctione diuerſorum locorum Scripturæ, ſenſus vnus colligitur, ſic autem eſt in Propoſito. Cùm enim propter hęreſim maximè, & propter alia etiam crimina ſine Diuino iure vitioſi multi ſeparandi ab Eccleſia, & exceptio fiat de ſolis Prælatis ab ipſo Diuino iure in criminibus alijs ab infidelitate, manifeſtè colligitur abſque noſtris gloſſis, quòd reliqui pro multis criminibus, Prælatus autem pro ſola infidelitate Diuino iure ſeparandus ordinatur. Scriptura igitur loquens de hæretico, communis eſt Prælatis, & Subditis, quia nulla fit exceptio in ea de Prælato, loquens autem de alijs criminibus, Prælatum ſimpliciter non comprehendit, quia excipit eum.

Ad reſponſionem verò datam exceptioni Domini, & Petri, (quando exceptus eſt Prælatus Matth. 23. Super Cathedram Moyſi & 1. Petr. 2. Obedire Præpoſitis diſcolis,) dicitur, quòd reſponſio illa, ſcilicet quamdiu benè docent, & ſunt Prælati, poteſt benè & malè intelligi. Benè quidem, ſi ſit ſenſus, quòd quamdiù per ſe bene docent, & ſunt Prælati. Et ſic nihil obſtat propoſito, quoniam fides Chriſti eſt qua ſit doctrina, & quæ ſuſtinet Prælatum in eſſe ſimpliciter, ac per hoc quamdiù habent fidem, habent vnde per ſe rectè doceant, & ſint Prælati, quantum eſt ex iure Diuino, vt patet in libello. Malè autem ſi ſit ſenſus, quòd non dicitur Prælatus tolerandus, ſed ſi tolleretur, audiendus, quoniam cùm in maiori includatur minùs, & plus ſit malos Prælatos audire cum effectu, & obedire eiſdem, quàm tolerare, vt patet, conſequens eſt, quòd mandatum Domini, & Petri de obedientia Pręlati malæ vitæ, & bonæ doctrinæ, claudat in ſe mandatum de toleratione ab eiſdem, quibus obedientiam indidit. Et ſic auctoritas iuris Diuini allata efficax ad propoſitum reſtat ſupra firmam petram fundata.

CAP. XXVII.

Reſponſio ad obiectiones contra hoc, quòd in ſolo caſu hæreſis, Papa ſubijcitur Eccleſiæ, ità quod poſsit deponi.

DIxi in eodem 26. cap. concluſiuè, quòd in ſolo caſu hæreſis Papa ſubijcitur Eccleſiæ, ità quòd poſſit deponi.

Objicitur primò, quia in epiſtola Clementis ad Iacobum ex ore Petri Apoſtoli ordinatur, quòd Clemens Papa deponatur propter negligentiam, Eccleſia ſiquidem non ſpernit illam epiſtolam, quòd ſufficit.

Secundò, quia cum Eccleſia in caſu hæreſis ſit iudex Papæ, & talem poteſtatem non habeat niſi Matth. 18. & ibi non commemoretur magis peccatum hæreſis, quàm quodcumque aliud cum contumacia, ſequitur, quòd non ſolùm in caſu hæreſis Eccleſia ſit iudex Papæ.

Tertiò, quia ſi Vicarius Regis abſentis tyrannicè regeret, communitas poſſet illum deponere, ergo Eccleſia poteſt deponere Vicarium Chriſti Domini, ſi tyrannicè regat.

Reſpondeo: Quòd epiſtola illa eadem facilitate reijcitur, qua recipitur, immo maiori reijcitur, vt patet ex oppoſito decreto 40. diſtinct. Si Papa, vbi manifeſtè propter negligentiam Papa non iudicandus dicitur, quamuis pernitioſam, vnde non ſufficit illius auctoritas.

Auctoritas autem Domini ſecundo loco allata, poteſtate Eccleſiæ ſupra ſubditos ſibi, vt ſic manifeſtat. Et propterea cum Papa ex alijs locis ſacræ Scripturæ non ſit ſubditus Eccleſiæ niſi in caſu hæreſis, conſequens eſt vt ex illa ſententia Domini non habeat Eccleſia poteſtatem ſuper eum, quia eſt Papa, niſi in caſu hæreſis, quod enim ibi non eſt expreſſum, ſufficit alibi inueniri declaratum.

Ad tertium dicitur, quod ſimilitudo illa deficit dupliciter.

Primò, quia communitas libera habet poteſtatem deponendi Principem, & Regem, ſcilicet, ſi tyrannicè regat, & ideo non eſt mirum, ſi poteſt deponere etiam Vicarium illius. Eccleſia autem ſerua eſt Principis ſui Ieſu Chriſti.

Secundò, quia Rex purus homo abſens ſupponitur, & ſolum per Vicarium gubernare, Rex autem noſter ſic abſens eſt corpore, vt per ſeipſum audiat querelas contra Vicarium ſuum ab Eccleſia, & membris ſingulis, & propterea non eſt ab Eccleſia eius Vicarius deponendus, ſed recurrendum eſt ad Principem audientem, & optimum, vt deponat.

Digitized by Google

CAP. XXVIII.

Reſponsio ad obiectiones contra illud, quòd propter ſcandalum non eſt præſcindendum caput iuxta Domini ſententiam, Matth. 18.

Dixi in eodem 26. cap. quod propter ſcandalum non eſt præſcindendum caput, iuxta Domini ſententiam Matth. 18.

Obijcitur, quod licèt non ſit auferendum caput totaliter ſic, quod numquam ſit futurum aliquod caput, tamen auferendum eſt: iſtud caput, ſine quo in corpore remanet vita, immo quod corpus inficit quantum eſt ex ſe.

Reſpondeo, quod ex verbis Domini, negatiuè tamen (vt in libello dictum eſt) ſumitur, quod nec totaliter, nec hoc caput præſcindendum eſt, quoniam expreſsè dicitur, ſi manus tua, oculus tuus, pes tuus. Pronomen ſiquidem adiunctum oſtendit, quod de membro hoc loquitur, & conſequenter de capite iſto negatum accipimus, quod præſcindatur.

Falſum quoque eſt, quod ſine iſto capite ſit vita, cùm ipſum loco Domini ſaluificet Eccleſiam, vt in cap. ſi Papa diſtinct. 40. dicitur. Nec inficit in hoc caput, ſed rectè docet, quamuis abuſus poteſtatis capitalis in iſto inficiat, quantum eſt ex ſe, Eccleſiam, non hoc caput, ſed abuſus illius in culpa eſt, & non præſcindentium caput, ſed illius abuſui congruis remedijs obuiandum.

CAP. XXIX.

Reſponsio ad obiectiones contra illud, quòd Deus optimè prouidit Eccleſiæ, diſponens, quòd orationis remedio contra malum Papam vteretur, non autem depoſitionis poteſtate.

Dixi in cap. 27. quod Deus optimè prouidit Eccleſiæ, diſponens, quod orationis remedio contra Papam malum vteretur, non autem depoſitionis poteſtate.

Obijcitur tripliciter. Primò, quia minus bene inſtituta eſſet politia Eccleſiaſtica, quàm ciuilis. Et tenet ſequela, quia ciuilis poteſt Principem tyrannicè regentem pertinaciter deponere, Eccleſiaſtica autem non poſſet.

Secundò, quia Deus ademiſſet communitati Eccleſiæ poteſtatem ſibi naturaliter conuenientem, & neceſſariam ad pacificam conuerſationem, qualis eſt poteſtas depoſitiua Principis in caſu tyrannidis. Et tenet ſequela, quia talis poteſtas naturaliter conuenit communitati perfectæ, & liberæ.

Tertiò, quia cùm Deus opportunius remedium, quàm oratione Eccleſiæ poterit inſtituere, ſcilicet poteſtatem depoſitiuam, dicere non aliud remedium, quàm orationes reliquiſſe, eſt dicere politiam Eccleſiaſticam non benè inſtitutam, & effectam ſeruam ſtrictiſſima ſeruitute.

Reſpondeo, quod Deus longè melius, & eminentius inſtituit Eccleſiaſticam Rempublicam, quàm ciuilem, quoniam illam inſtituit cum proximo, & homogeneo capite viuo in perpetuum ſine potentia errandi, præſente ſpiritualiter votis omnium, & ſingulorum vbique hæc enim eſt inſtitutio Reipublicæ Chriſtianæ ſimpliciter. De inſtitutione autem ad tempus ſcilicet corporalis abſentiæ Principis noſtri, dicitur etiam, quòd optima eſt, quando conſonat primariæ inſtitutioni.

Et quoniam Reſpublica Chriſtiana ſecundùm ſuam primariam inſtitutionem ſerua eſſe nata, & tota poteſtas eſt in ſuo Principe naturali, ideò optimè conſona inſtitutio ad tempus eſt vt non communitati, ſed Vicario Principis poteſtas plena committatur, vt prædictum eſt, & quòd Reſpublica quamdiù Vicarius Principis ſub Principe eſt ſimpliciter, quòd ſit per eſſe Chriſtianum, ſimpliciter recognoſcat Principem viuum, & recurrat ad eum audientem & paratum exaudire. Et ſcito quòd contingit homines in hac re falli, quaſi à negatione modi ad negationem rei.

Cùm enim deponere Papam contingat multis modis, ſcilicet per prouidentiam humanam, & per orationem Eccleſiæ perſeuerantem, & neutro modo opus ſit niſi in caſu veræ neceſſitatis, ex hoc quòd Eccleſiæ non eſt conceſſum, quòd poſſit deponere per viam prouidentiæ humanæ, non ſequitur Eccleſiæ non eſſe conceſſum, quòd poſſit deponere Papam, quoniam alia via, ſcilicet orationis perſeuerantis, infallibiliter poteſt: quæ enim per amicos poſſumus, per nos aliqualiter poſſe teſtatur Philoſophus, quantò magis quæ per patrem poſſumus.

Ad primum ergo negatur ſequela, & ad probationem dicitur, quod vtraque politia (ſcilicet tam ciuilis, quàm Eccleſiaſtica) poteſt deponere tyrannicè regentem ipſam, ſed diuerſimodè, quia ciuilis perfecta, & libera poteſtatiuè, & per prouidentiam humanam: Eccleſiaſtica autem per poteſtatem ſui patris, per orationis perſeuerantiam quando verè oportet. Et hic modus quidem excellentior, & non potens errare, ſicut primus eſt melior, & propterea non minus benè, ſed melius prouiſum eſt Eccleſiaſticæ Reipublicæ, de modo abijciendi à ſe malum miniſtrum, quàm ciuili.

Ad ſecundum negatur etiam ſequela; quia Communitas Chriſtiana nata eſt ſerua, ac per hoc naturali iure ſibi non competit poteſtas ſuper Principem ſuum, & conſequenter nec ſuper Principis Vicarium, niſi à Principe ſibi concedatur.

Vnde licèt verum ſit, quòd Eccleſiaſtica Communitas diſtincta contra principem non habeat ſuper principem, & eius Vicarium tyrannizantem auctoritatiuam poteſtatem, non tamen adempta eſt ſibi à Chriſto, aut quocumque alio modo, ſed ex natura ſua, quia ſerua nata eſt, contraxit hanc negationem. Ad tertium autem dicitur, quòd non fuiſſet oppor-

Digitized by Google

opportunius remedium prouidentia humana, quàm oratio Eccleſiæ perſeuerans.

Tum quia prouidentia humana falli poteſt (cogitationes ſiquidem mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ) oratio autem Eccleſiæ perſeuerans falli non poteſt. Deponeremus fortè, quando non oportet, non præuidentes futura, nec occulta ſcrutantes. Oratio autem Eccleſiæ perſeuerans non deponet, quando non oportet, quia bonus Dominus negat quod volumus, vt tribuat quod mallemus.

Tum quia facilior, minùs impedibilis, & efficacior cauſa eſt oratio Eccleſiæ perſeuerans pro ſe in neceſſarijs ad ſalutem Eccleſiæ, quàm tota omnium hominum prouidentia, hæc enim difficile conſonat: potentia impediri poteſt, & omnia ſubiecta non habet, deſcripta autem oratio facilè conſonat, non poteſt potentia aliqua humana impediri, & omnia ſub Deo ſubiecta habet.

Mirum eſt autem de ſubiunctis, ſcilicet quòd dicere Deum ſolum orationis remedium reliquiſſe, &c. ſolum enim hoc remedium tamquam ſupremum, & efficax ſimpliciter relictum dicimus exiſtentibus multis alijs remedijs per viam admonitionis, &c.

Mirum autem dico, quia cùm naturaliter ex eiſdem tuemamur, ex quibus ſumus, & conſeruamur, & Chriſtiana Reſpublica ex oratione fit adaucta, & in vno ouili conſtituta (dicente Patre ad Chriſtum, Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam) & ex ratione conſeruetur (dicente Chriſto ad Petrum, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua) naturali quoque ordine oratione defendenda eſt, contra tyrannice regentem.

Mirum dico, niſi quis putet orationem Eccleſiæ perſeuerantem pro ſe in vera ſui neceſſitate poſſe deficere, quod propè infidelitatem eſſe, ſi infidelitas non eſt, paruulo meo iudicio videtur, diuinæ ſiquidem prouidentiæ, qua in ſpecie de Eccleſia ſua habet, derogare videtur. Si enim natura non deficit in neceſſarijs, quomodo Deus, qui dedit ſemetipſum Eccleſiæ, deficiet illi in neceſſarijs, ſeruatis ex parte Eccleſiæ ſeruandis? vt patet ex deſcriptis conditionibus orationis.

Mirum demùm, dico, quoniam ſi efficax hoc orationis Eccleſiæ, &c. remedium indubiè creditur, cur inſufficienter prouiſum Eccleſiæ dicitur de remedio opportuno? Et per hunc modum excludendi Papam tyrannum ab Eccleſia ſatisfit omnibus, quæ obijciuntur de corpore reſpectu membri contagioſi, & ſimilibus; ad omnia ſiquidem ſat eſt oratio perſeuerans Eccleſiæ. Pro cuius zelo hanc reſpondendi curam ſuſcepi, arbitratus quibuſdam, licèt non omnibus friuolis obiectis reſpondiſſe, vituperandum non eſſe hac vice.

Rogo igitur Lectores, vt æquos ſe præbeant interpretes aut cenſores, nihil enim hic, aut alibi mihi, ſed rationi, vel auctoritati allatæ tribui volo, hoc etiam vbique, & ſemper ſub ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ correctione. Romæ die 26. Nouembris 1512. Ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Digitized by Google

TRACTATVS TERTIVS.

DE ROMANI PONTIFICIS INSTITVTIONE, & auctoritate, in quatuordecim Capita diuiſus.

CAPVT PRIMVM.

Quid, quomodo, & quo ordine de Romani Pontificis inſtitutione tractandum eſt.

PRincipatus Romani Pontificis ſuper vniuerſas Chriſti Eccleſias, quamuis quæſtionibus multis pulſatus fuerit, noſtro tamen propoſito vnica inueſtigatione abſoluendus occurrit. Non enim vertitur hic in dubium, an Romanus Pontifex ſit de facto caput Eccleſiæ, nec an idem poteſtatem habeat à Deo eo modo, quo iuxtà Apoſtolum Rom. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo, & quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Et ſicut poteſtas Regia in veteri Teſtamento erat à Deo, iuxtà illud primi Reg. 8. Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos Regem: eiuſmodi enim omnia aduerſariorum multi affirmant, ſed vertitur in quæſtionem, an à Chriſto inſtitutus fuerit Romani Pontificis ſuper omnes Eccleſias principatus in beato Petro: ita quòd inſtituerit Chriſtus Petrum cum eius ſucceſſoribus ſuum Vicarium ad gubernandum omnes Chriſti Eccleſias. Quo fit, vt loca à rationibus, & auctoritatibus affirmantibus Petrum, ſeu Romanum Pontificem fuiſſe, ſeu eſſe caput omnium Eccleſiarum, à præſenti ſecreta ſint intentione, & ea dumtaxàt afferenda ſint, ex quibus Chriſtum Dominum contuliſſe huiuſmodi principatum Petro ſoli habetur.

Quia verò ex ſacris literis pendet omnis quæſtionis huius veritas, & duo ſunt præcipui textus, ſcilicet Matth. 16. & Ioann. vlt. expreſsè de hoc myſterio loquentes.

Ideò primò iuxtà vtrumque textum inueſtigandum eſt, an ſoli Petro verba Chriſti dicta ſint.

Secundò, an per hæc ſoli Petro Pontificatus totius Eccleſiæ à Chriſto commiſſus ſit.

Tertiò, an hic totius Eccleſiæ pontificatus Petro à Deo commiſſus, ſit ab eodem Domino datus ſucceſſori Petri.

Quartò, an ſit à Chriſto hic pontificatus datus Romano Pontifici, vt Petri ſucceſſori. Vt autem primi clara ſit abſolutio, Matthæi textus priùs diſcutiendus ſic eſt, vt in primis tractetur opinio dicentium verba Chriſti non Petro, ſed perſonæ qualificatæ, deindè dicentium non Petro, ſed Eccleſiæ, poſteà dicentium Petro, & Apoſtolis alijs, demùm negantium ſoli Petro, quia Eccleſiæ, dicta eſſe. Multifariam ſiquidem obnubilare conati ſunt Dominicam promiſſionem Matthęi 16. relatum. Tibi dabo claues, &c. Quidam namque adeò reſtrinxerunt verba hæc, vt perſonam etiam Petri ab illis eximerent, & ad ſolum diuinum donum in Petro directa intelligerent. Alij etiam reſtringentes, & eximentes Petri perſonam, ad ſolam Eccleſiam in Petro ſignificatam Chriſti verba dirigunt.

Multi autem extenderunt Domini promiſſionem ad alios Apoſtolos, ita quòd Petro in perſona omnium Apoſtolorum dicta accipiunt. Sed & nonnulli ſunt admittentes ſoli Petro hæc dicta, principatus tamen ſingularitatem collatam Petro negant, eò quòd ſimilis poteſtas alijs Apoſtolis à Chriſto collata alibi legitur, puta Matth. 18. Quæcumque alligaueritis ſuper terram, & alibi.

Hæſitant denique aliqui, quo pacto ſoli Petro claues datas eſſe verificatur, & tamen datas quoque Eccleſię eſſe claues omnes affirmamus. Quo circa ordine quo numerata ſunt quinque hæc, ſigillatim tractanda ſunt, præponendo vbique rationes dubitandi, vt oppoſita iuxtà ſe magis eluceſcant.

CAP. II.

Petri perſonæ, & non dono reuelationis, aut beatitudinis promiſſæ ſunt claues, & cætera.

NOn deſunt dogmatizantes pontificiam poteſtatem homini non immediatè collatam, ſed dono virtutis mediante, ita quòd perdito virtutis dono, perire ſimul pontificiam poteſtatem neceſſe ſit, tamquam virtus glutinum quoddam ſit iungens homini pontificatum. Quo fit, vt horum indicio claues non Petri perſonæ, ſed eius dono collatæ ſint in aliquo ſingulari miniſtro, puta ſacerdote, ſeu iuſto quocumque.

Argumentantur autem hi ex huius Euangelij textu multipliciter.

Primò, quia ante omnia Dominus beatitudinem Petri affirmat dicens, Beatus es, proculdubio in ſpe veræ fidei: non inchoaſſet enim à Simonis beatitudine, niſi ad ſubſequentem pontificatum ſpectatet huiuſmodi beatitudo, nihil enim impertinens dixiſſe Chriſtum decet.

Secundò, ex eo, quòd Dominus adiungit, Simon Bariona, hoc eſt filius columbæ, vt Hieronymus exponit. Quorſum enim Petrus accepturus pontificatum, filius columbæ prænominatur, niſi vel eius ſimplicitas columba ſignificata, iuxtà illud, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, vel Spiritus ſanctus, qui columba deſignatur, eo quòd in columbæ ſpecie apparuit in Chriſti baptiſmo, ad Eccleſiaſticum principatum pertineret?

Tertiò, ex ratione ſubiuncta, quia Caro, & Sanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. Monſtrant enim hæc non à carne, & ſanguine, ſed diuina reuelatione inſtruendum eſſe, qui alijs præficitur in Chriſtiana fide erudiendis.

Quartò, ex eo quòd Dominus addidit, Tu es Petrus, & non dixit, Tu vocaris Petrus, vt gloſ. ibi notat, ob fortitudinem fidei, & confeſſionis conſtantiam. Hæc enim cum omnibus præcedentibus ad virtutum munera ſpectant, quæ vt dictum eſt, aut impertinenter præpoſita ſunt, aut principatum ad tunc ſubſequentet promiſſum opportuna media ſunt.

Vnde & quintò arguunt ex ſubiuncta prima promiſſione, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Cùm enim iſta ſit prima promiſſio Petro facta, quoniam vt Cyprianus, Hieronymus, & Auguſtinus exponunt, per hanc petram demonſtratur ipſe Petrus, inquit enim Hieronymus ſuper Matth. ædificabo Eccleſiam meam ſuper te, & Auguſtinus in lib. Retract. refert ſeipſum dixiſſe, quòd in Apoſtolo Petro tamquam in petra ædificata eſt Eccleſia: nec retractat hanc ſententiam: Cyprianus quoque vbi ſupra dicit, Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat Eccleſiam, &c.

Cùm inquam, hæc ſit prima promiſſio facta Petro, & hæc promiſſio non immediatè, ſed mediante dono firmitatis, & ſoliditatis ad perſonam Petri pertineat, vt ipſa Domini verba teſtantur, dum non dicit, Super te, ſed ſuper hanc petram, hoc eſt, ſuper te petram ædificabo Eccleſiam meam: conſequens eſt, vt ſubſequentes quoque promiſſiones intelligantur factæ perſonæ Simonis, quatenus erat Petrus, & filius columbæ, & beatus, &c. Et confirmatur, quia iſta promiſſio non ſolùm eſt prima, ſed principalis, nam præcipuum donum Petro collatum eſt eſſe fundamentum Eccleſiæ. Ex hoc autem, quòd hæc promiſſio eſt prima, & principalis, conſequens eſt, vt alię promiſſiones conſequentes ſequantur naturam principalis, ac per hoc nulla promiſſio eſt facta perſonæ humanæ, niſi mediante dono virtutis, quod erat intentum manifeſtandum.

Non eſt difficile Catholico Doctori monſtrare falſam eſſe relatam ſententiam, ducendo ad damnata inconuenientia. Nihil enim aliud eſt huiuſmodi dogma, quàm hæreſis quorumcumque dicentium in malis miniſtris non inueniri Eccleſiaſticam poteſtatem, clauesque Eccleſiæ in ſolis, & omnibus iuſtis haberi, Eccleſiamque ex ſolis iuſtis conſtare, quæ omnia reprobata, & damnata eſſe conſtat.

Verùm ne hæretici cauſentur ſe opprimi auctoritate Prælatorum, & non Euangelij, ex ipſo Euangelij textu Catholicæ doctrinæ reddenda eſt ratio. Ad cuius euidentiam aduerte duas eſſe in hoc Domini ſermone ad Petrum partes, quarum prima ſecundùm planum Euangelij contextum, ac ſenſum ad confeſſionem, quam Petrus fecerat pertinet.

Nam nihil aliud continet, niſi reuelatæ confeſſionis actorem, fructum ſeu præmium, & perſonam, ſeu perſonæ conditionem, cui reuelatio facta eſt. Dicendo, Beatus es, fructum, ſeu præmium pronunciat, dicendo, Simon Bariona, perſonam ad literam, ſeu conditionem perſonæ myſticè, puta ſimplicitatem, ſeu ſpiritualitatem aperit, & dicendo, Quia Caro, & Sanguis non reuelauit, ſed Pater meus, actorem reuelationis monſtrat: tota ergo prima pars ſermonis ad reuelatam confeſſionem, ſpectat, & non ad futurum principatum. Quod vt pleniùs intelligas, vide ſingula.

Meritò ex accepta reuelatione Simon beatus dicitur, quoniam, ſi ſecundùm Philoſophiam beatus in hac vita eſt, qui ad cognitionem ſupernarum ſubſtantiarum peruenit, & ſecundùm Euangelicam veritatem beatitudo viatorum in ſpe veræ fidei conſiſtit (iuxtà illud Beati, qui non viderunt, & crediderunt) longè magis Simon beatus fuit, cùm ad cognoſcendum Trinitatis myſterium peruenit, non innixus reuelationi alijs factæ (vt nobis contigit) ſed reuelationi ſibi ipſi interius factæ.

Ad hanc enim cognitionem Petrum perueniſſe teſtantur verba Petri, teſtatus eſt Dominus, confeſſus eſt enim Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei viui, confeſſus fuerat olim Nathanael, Tu es filius Dei, Ioannnis primo, confeſſi fuerant qui erant in nauicula, Vere filius Dei es, Matth. decimoquarto, confeſſus fuerat, & Petrus in perſona omnium, Et nos credi-

dimus, & cognoſcimus, quia tu es Chriſtus filius Dei, Inanuis ſexto.

Numquam tamen Dominus beatitudinis præmium appoſuit, niſi nunc, quia numquamconſeſſio facta fuerat, quòd eſſet filius Dei naturalis, qualem modò Petrus explicauit, adiungendo illud adiectiuum, Viui: hoc enim dupliciter poteſt intelligi.

Primò, vt ſit adiectiuum determinans ſuum ſubſtantiuum abſoluè, vt ita dictum ſit Dei viui, tamquam dictum fuiſſet, Dei veri, aut Dei omnipotentis, & ſic per accidens adiungeretur Petri confeſſioni ad maiorem expreſſionem, Veri Dei ad differentiam deorum lapideorum, ſeu mortuorum, vt Saturni, Iouis, & reliquorum.

Alio modo, vt determinet ſuum ſubſtantiuum, ſcilicet Dei in ordine ad filium, cuius enunciatur Pater, dum dicitur. Filius Dei viui, & ſic per ſe, & eſſentialiter apponitur confeſſioni Petri, & conſtituit Petri confeſſionem eſſe per ſe eſſentialiter, ac formaliter veram, & altiſſimi ſenſus: ſignificatur ſiquidem hinc pleniſſimè, & formaliter modus quo Chriſtus eſt filius Dei, ſcilicet quod eſt naturalis filius Dei. Et ne altitudo ſenſus ſententiam claram obumbret, manifeſtatur, quòd dicimus ex differenti filiatione noſtra, & Chriſti, commune namque eſt Chriſto, & nobis, quòd ſumus filij Dei, (ſecundùm quod de nobis ſcriptum eſt Ioannis primo: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri) ſed nos ſumus filij Dei, quia vult, iuxtà illud Iacob. 1. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, Chriſtus autem eſt filius Dei, non quia vult, ſed quia eſt. Ratio ſiquidem quare Deus nos genuit filios, eſt ſua voluntas, qua elegit nos: ratio autem quare Deus genuit Chriſtum, eſt ſua eſſentia, qua genuit Vnigenitum Deum, quia & ipſe Deus eſt.

Hoc autem vocando Ancillas ad Theologicam arcem (quia viuere viuentibus eſt eſſe, vt dicitur ſecundo de Anima) ſignificatum eſt per Deum viuum, ex eo namque, quòd viuere viuentibus eſt eſſe, idem eſt, Filius Dei viui inquantum viuit, & Filius Dei, inquantum eſt. Meminit tamen Petrus non Dei eſſe, neque Dei naturæ, ſed Dei vitæ, quoniam cuicumque eſt Filius, conuenit generate filium, non ea ratione, qua eſt, nec ea ratione qua res naturalis eſt, ſed ea ratione qua viuit. Quod ſi altius perſpicere cupis, iunge hæc ſimul, ſcilicet Filius Dei viui: cùm enim conſtet ex vna parte filium ſonare genitum talem qualis eius parens eſt, & ex altera parte parentem ſignificari Deum viuum, ſi cointellecta fuerit Philoſophica traditio, ſcilicet naturaliſſimum operum eſſe omnibus viuentibus facere tale quale ipſum eſt, vt habetur ſecundo de Anima, manifeſtè videbis, quòd dicendo Filius Dei viui, ſignificatur naturalis Filius Dei, ex eo enim, quòd filius Dei ponitur, genitus à Deo dicitur, ex eo autem quòd Filius Dei inquantum eſt vnius, ponitur, quia naturaliſſimum opus viuenti quatenus viuens eſt, genitus ſignificatur. Acutiſſimè ergo, & formaliſſimè, Petri confeſſio Chriſtum non adoptiuum Dei Filium, ſed naturalem Dei Filium manifeſtat, dicendo Chriſtum Filium Dei viui. Etſi altiùs adhuc intuiti fuerimus, percipiemus in hac reſpóſione claudi, non ſolũ duas Trinitatis perſonas. Filium, ſcilicet, & Patrem, & rationem, ac modum generationis, ſcilicet, quòd ille naturalis Pater, & iſte naturalis Filius (vt declaratum eſt) ſed conſubſtantialitatem, coæternitatem, ac coæqualitatem vtriuſque, nam ex eo quòd naturalis Filius eſt talis qualis eſt Pater, & Chriſtus dicitur Filius Dei viui, ſignificatur quoque quòd ipſe eſt Deus viuus, & cùm non ſint multi dij, conſignificatur, quod eſt vnus Deus cùm Patre, ac per hoc conſubſtantialis, coæternus, & coæqualis. Nec Spiritus ſancti perſona omiſſa eſt, Chriſtus enim ſonat vnctum Spiritu ſancto, vt ipſemet Petrus declarauit Actor. 10. Quo fit vt hac confeſſione Petrus, non minùs diuinæ Trinitatis, ac generationis myſterium docuerit, quàm Ioannes dicendo: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c. immò licèt Ioannes ſpiritualius, dum ad immaterialem, intelligibilemque gradum penetrauit, Petrus tamen perſonas nominibus proprijs Filij, ac per hoc Patris, & generationem naturalem cum ratione generandi clariùs ſignificauit, dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. & ideò iure à Saluatore Mundi beatus affirmatur. Ad hunc tam altum huius confeſſionis ſenſum intendiſſe inuenies Origenem, Chryſoſt. atque Hilar. hunc tam altum iſtius confeſſionis ſenſum teſtatur Eccleſia quotidiana veneratione repetens prima diei hora, Chriſti Filij Dei viui, &c. Meritò quoque ad eandem tenlationem ſpectat Bariona, dupliciter ſiquidem, vt Hieronymus dicit: poteſt intelligi, vel legendo, Bariona, ideſt filius Ionæ (Bar enim, idem ſonat, quod filius) vel quod vitio ſcriptorum detracta ſit media Syllaba, cum deberet legi Barioanna, Ideſt filius Ioannis, Simon ſiquidem creditur à multis filius Ioannis, ſecundùm tamen veritatem filius fuit Ionæ, vt patet Ioan. 1. Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, licèt vitio ſcriptorum Latinorum Latini codices ſint corrupti. Eſt ergo primus ſenſus myſticus tamen; Tu es filius Iona, ideſt columbæ, ſecundus autem literalis: Tu es Filius Iona, ſeu Ioanna. Vterque autem ſenſus propoſitum fouet, nam filius exponitur columbæ, ſimplicitatem, ac ſpiritualitatem perſonæ ipſius Petri tamquam habilis ad reuelationem ſuſcipiendam indicat, ad reuelationem namque diuinam ſuſcipiendam ſimplicitas, & ſpiritualitas maximè præparant: Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum (vt dicitur Sapientiæ primo.) Et animalis homo non præcipit, quæ ſunt Spiritus Dei, primæ Corinth 2. Si aut filius Iona, vel Ioanna intelligitur, ad confirmationem confeſſæ veritatis valdè ſpectat, quoniam pertinet ad hoc, quòd ideò Dominus naturalis patris ipſius non Petri, ſed Simonis meminit, vt ſubiungendo. Quia caro & ſanguis non reuelauit, ſed Pater meus, ex hoc ipſo quòd patrem ſuum, & naturalem Patrem Simonis è regione ponit, tamquam diceret; Beatus es Simon filius Ionæ, ſeu Ioannis, quia non pater tuus ſecundùm carnem, & ſanguinem reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt, ex hoc inquam ipſo eruditus quiſque intelligat Patrem, qui in Cœlis eſt, ità eſſe naturaliter Patrem

trem

trem meum, ſicut Ionas eſt naturaliter pater tuus. Et hoc iam notauit Chryſoſt. dicens; Vanum eſt dicere: Tu es filius Ionæ, vel Ioanna, niſi vt oſtendat, quoniam ità naturaliter Chriſtus eſt filius Dei, ſicut Petrus filius Ionæ, eiuſdem ſubſtantiæ cum eo, qui genuit. Oportuit autem Saluatorem noſtrum commendare Petri confeſſionem, manifeſtando illius actorem, & præmium, &c. vt Petri confeſſio vera habeatur, & ſic ipſe verus, ac naturalis filius Dei credatur ex Petri confeſſione, non à carne, & ſanguine, ſed à cœleſti Patre deriuata: niſi enim hoc manifeſtaſſet, confeſſionem Petri, vt humanum verbum acciperemus, nunc autem vt à Deo prolatam ſententiam habemus. Ex quibus omnibus clarè patere poteſt, quod hucuſque nihil ad principatum Petri pertinens dictum eſt.

Tota igitur prima pars Dominici ad Petrum ſermonis, circà illius confeſſionem verſatur, & ad probationem fidei de ſeipſo Chriſto filio Dei viui pertinet, ſecunda autem ad Petro promittendum conuertitur, vnde & inchoat à reddendo vices ipſi Simoni Petro; Et ego dico tibi, tamquam diceret, vt Hieronym. notauit, Tu mihi dixiſti, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi, Tu es Petrus, & ſuper, &c. Vbi aduerte non solùm diuerſas, verùm non vnius, ſed diuerſorum generum promiſſiones Petro factas eſſe, nam prima promiſſio conſtructionem reſpicit Eccleſiæ, Æ..ificabo Eccleſiam meam: ſecunda autem auctoritatem, Dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque ſolueris, &c. illa ad Eccleſię ſubſtantiam, iſta ad officium reſpicit, tantumque inter ſe differunt, quantum inter ſubſtantiam, officium diſtantia. Et licèt prima promiſſione triplex inueniatur intellectus, exponendo per hanc petram, vel Chriſtum, vel Petrum, vel confeſſionem Petri, vt Chryſoſtom. exponit, ſi tamen ſubtilius perſpexerimus, vnicus eſt ſenſus literalis, hoc eſt, quòd per hanc petram demonſtratur Petrus. Auguſtinus enim in libro primo Retractationum cap. 21. lectoris iudicio relinquit, quæ duarum ſententiarum ſit probabili. Petruſue, an Chriſtos demonſtrrtur per hanc petram. Vnde hac libertate fieri, ex ſeipſo Euangelij textu dicimus, per hanc petram Petrum demonſtrari, vt patet ex eo, quòd Dominus dixit, ſuper hanc petram ædificabo. Si enim ſeipſum demonſtraſſet, non dixiſſet, Ædificabo, ſed ædifico, quoniam tunc verè ſuper ſeipſum ædificabat faciendo de Simone Petrum ſuper Petrum autem non tunc, ſed poſt Reſurrectionem ædificare cœpit, & proptereà dixit in futuro ædificabo, ac ſi apertè diceret. Te quem nunc facio Petrum, poſteà faciam fundamentum Eccleſiæ meæ.

Confirmaturque hic ſenſus, quia aliter impertinenter præmiſiſſet, Tu es Petrus, cùm tamen pro maxima re hoc Petro dictum Euangelium inſinuet, cùm Dominus quaſi reddens vices Petro (vt prædictum eſt) dixerit, Tu es Petrus: quid enim, tàm magnum ſonaret eſſe Petrum, aut quorſum, Tu es Petrus, niſi ſubſequenter demonſtraretur, Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã? Vnde Hieronym. exponens hunc locum ait; ſecundùm autem metaphoram petræ, rectè dicitur ei, ædificabo Eccleſiam meam ſuper te. Expoſitio autem Chryſoſtom. de confeſſione Petri, in idem redit: quoniam confeſſio fidei in idem redit cum ſoliditate, ſeu firmitate fidei, quam denotat Petrus, non enim differt ab ea niſi tamquam actus ab habitu; rurſùs conſtat, quòd Eccleſia magis habet pro fundamento fidem, quàm fidei confeſſionem.

Vnde relinquitur, quòd ad literam per hanc petram, demonſtraretur Petrus. Exactius autem loquendo, dic hanc petram, ideſt, in te petram, in te ſoliditatem fidei, in te Chriſtum creditum, in te Chriſtum confeſſum, vt complectaris omnes Sanctorum expoſitiones, nam ſingulæ veræ quidem ſunt, ſed partem tantùm veritatis explicarunt, fidem ſeu fidei confeſſionem, aut Petrum, vel Chriſtum exponentes. Cùm autem vtrumque ſimul iungitur, ità quòd, & Petri perſonam, & Chriſti, ſeu fidem ſimul ſignificari exponitur, integra veritas, integer ſenſus habetur literæ dicentis non ſuper petram, ſed ſuper hanc petram. Indiuiduatur ſiquidem metaphorica petra, & ſit hæc, quia eſt in hoc demonſtrato ſuppoſito, ſicut quodlibet aliud in Petro exiſtens indiuiduatur, & ſit hoc quia eſt in ipſa Petri perſona.

Hoc igitur integro ſenſu literali patefacto, & admiſſo, & ampliùs aperiendo, ſcito ex Euangelio omnes promiſſiones Petro factas conuenire in hoc, quòd omnes ſunt factæ vnicæ perſonæ ipſius Simonis; qui dicitur Petrus, cui dictum eſt, Tu es Petrus. Manifeſtaturque ſic eſſe primo de prima promiſſione, & deindè de ſecunda.

In prima promiſſione tria reſpice.

Primò. Tu. ſecundò. es Petrus, tertiò, ſuper hanc petram. Et pronomine, Tu, demonſtratur perſona illa cui Chriſtus loquebatur, perſona, dico, non qualitas aliqua, nam conſtat pronomen, Tu, demonſtrare ſubſtantiam ſine qualitate, etiam apud grammaticos.

Rursùs ex pronomine, Tu, monſtratur vnica perſona, vt patet.

Ex coniunctione proptereà huius, quod eſt eſſe Petrum ad ly, *tu*, cum dicit, Tu es Petrus, ſignificatur apertè affirmari à Domino illam vnicam perſonam eſſe Petrum, & quia per hanc petram demonſtrat illam eandem petram, quam tunc pronomine demonſtratiuo monſtrabat, Tu es Petrus. Significantiſſimè ſiquidem illle articulus, haec exprimit eandem monſtrari petram, de qua tunc erat ſermo, quæ & per pronomen, Tu es Petrus, monſtrabatur, & hoc tantò clariùs, quantò nulla alia petra tunc monſtrata, aut nominata inuenitur in Euangelio, Eſſe igitur futurum Chriſti Eccleſiæ fundamentum, iungitur huic petræ, quæ quia iungitur perſonæ monſtratæ pronomine, Tu, oportet intelligere, quòd eſſe Chriſti Eccleſiæ fundamentum, promittitur vnicæ perſonæ demonſtratæ per, Tu, cui tunc datum eſt, quòd eſſet Petrus. Et vt hoc magis, ac magis notares, inchoauit Dominus, Et ego dico tibi, non beatitudini tuæ, non filio columbæ, non filio reuelationis, ſed tibi.

De ſecunda autem promiſſione clariſſimè patet, quia exprimitur pronomen demonſtratiuum ſubſtantiæ, dicendo, Et tibi da-

dabo claues. Oportet namque hæc valdè notare, quoniam hinc commenta hæreticorum ſchiſmaticorum ſpecie tenus ſancta, ſed re venenoſa confutantur: aiunt enim, Super petram, ideſt fidei firmitatem Eccleſiæ fundatam. Verum dicunt, ſed diminutum, quoniam Dominus dixit quidem, ſuper petram, ſed non hoc ſolum dixit, ſed addidit articulum, hanc, dicens, ſuper hanc petram, quam proculdubio tunc monſtrabat, dicens, Tu es Petrus: ſi enim ſuper fidei ſolidum abſolutè ædificaturus eſſet, non dearticulaſſet ſoliditatem ad perſonam illam. Sed ſchiſmatici perſonalis fundamenti vnitatem à Chriſti Eccleſia tollere, per hæc commenta nituntur. Dominus autem hos omnes præueniens, ſermonem ad Simonem Petrum ſub pronomine dixerit, inchoans, Et ego tibi dico, & ſubdens, Tu es Petrus, tu, non beatitudo tua, aut aliquid eiuſmodi, tu, non vos, vt vnitas fundamenti Eccleſiæ, vnitas quoque perſonalis à Chriſto affirmata intelligatur, dum dicitur, Tu es Petrus, tu vnus es Petrus futurus poſteà fundamentum, quando ſuper hanc Petram, ideſt, te Petrum ædificabo Eccleſiam meam.

Duplex autem aduertenda eſt inter has promiſſiones differentia prima eſt, quòd eſſe fundamentum Eccleſiæ non promittitur perſonæ Petri abſolutè, ſed quatenùs eſt Petrus, ſeu petra, claues autem Regni Cœlorum promittuntur perſonæ Petri abſolutè. Et habes hanc differentiam ex Euangelio, dùm de primo dicitur, Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam non dixit, Super te ædificabo Eccleſiam meam, per hanc enim petram demonſtrauit totum, quod dixerat, Tu es Petrus: nam petram reddidit ad ly *Petrus*, & articulum hanc, reddidit ad pronomen, tu, tamquam ſi diceret, Tu es Petrus, & ſuper te Petrum ædificabo Eccleſiam meam. De clauibus autem Regni Cœlorum non dicitur, Et tibi Petro, neque huic petræ, ſed ſimpliciter, & abſolutè, Tibi dabo claues, monſtrans per hoc, quod dixit tibi, quòd perſonæ non qualitati, per petram ſignificatæ, puta fidei promittebat claues, perſonæ ergo qualificatæ promiſſum eſt fore Chriſti Eccleſiæ fundamentum, perſonæ verò nudæ, promiſſæ ſunt claues Regni Cœlorum.

Altera differentia eſt, quòd in prima promiſſione Petro promittitur Eccleſiam ſuſtinendi officium, non ſe Petro, ſed Chriſto actore, nam non dixit, Et ſuper hanc petram ædificabis Eccleſiam meam, ſed dixit, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, tamquam ſi diceret, Tu ſuſtinebis tamquam petra, me ædificante, Eccleſiam meam ſuper te petra. In promiſſione verò clauium aperiendi officium, & claudendi non ſibi reſeruauit Dominus, ſed ſe daturum claues promiſit, vt ille cui dantur agat aperiendo, vel claudendo Regnum Cœlorum. Hæ ex Euangelij plano ſenſu differentiæ conſtant.

Ex quibus euidenter colligitur differentia inter officium Petri, quò ad poteſtatem vtendi clauibus, & ſoluendi, atque ligandi, & officium eiuſdem ad ſuſtinendã Eccleſiam in fide, dum officium clauium homini committitur, officium verò ſuſtinendi Eccleſiam in fide ad Chriſtum, vt actorem, ad petram, vt rationem ſuſtinendi, ad hominem verò Petrum, vt fundamentum ſuppoſitumque ſpectare dicitur.

Oportet ſiquidem hæc diligentiùs contemplari, vt ſciamus hinc rationem reddere poſcentibus nos de ea, quæ in nobis eſt fide: ex his enim facilè eſt perſpicere, quòd claues Regni Cœlorum non ſunt datæ ſanctitati, ſeu iuſtitiæ hominis, ſed promiſſæ ſunt homini futuro paſtori ouium Chriſti.

Si quis autem contra huiuſmodi exactam expoſitionem verborum Euangelij obijciat, eo quòd Petrus non fuit ex tunc re, & nomine Petrus, quoniam non perſeuerauit ſolidus, ac firmus in fide, ter ſiquidem poſteà Dominum negauit, ac per hoc verba Domini ſonantia in præſenti, Tu es Petrus, non ſunt ſic exactè intelligenda, aduertat ſic obijciens ſe falli, confundendo firmitatem fidei, & firmitatem charitatis, Petrus quidem ex tunc factus eſt firmus in fide, dicente Chriſto, Tu es Petrus, vt Hieronym. teſtatur, exponens, Et ego tibi dico, non ſermone caſſo, & nullum opus habente, ſed, dico tibi, quia meum dixiſſe feciſſe eſt, quia tu es Petrus. Nec defecit negando Dominum in fide, quæ in corde eſt, quamuis defecerit in confeſſione fidei, horum enim diſtinctio à Paulo Apoſtolo manifeſtata eſt ad Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem. Teſtatur ſiquidem Dominus Petrum non defeciſſe in fide, Luc. 22. dicens, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: conſtat enim Chriſtum in omnibus exauditum fuiſſe pro ſua reuerentia, vt dicitur Hebr. cap. 5. Defeciſſe autem ipſum in charitate: & periurium manifeſtat, & Dominus teſtatur ſubiungens, Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos, auerſus enim fuit à charitate Chriſti, non à fide, perſeuerat ergo ſemper Petrus.

His præmiſſis. Ad obiectiones in oppoſitum dicendum eſt.

Et circà tres primas non oportet inſiſtere, quia iam declaratum eſt, quòd impertinentes ſunt, nam ad confeſſionem Petri ſpectant omnia, quæ in eis afferuntur.

Ad alias verò obiectiones, ex illis verbis, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, dicitur quòd hæc quidem ſpectant ad pontificalem gradum, non ſecundùm officium clauium, ſed ſecundùm officium fundamenti. Et ex propoſito Dominus dixit, Non tu vocaberis Petrus, ſed tu es Petrus, vt affirmaret, tu es Petrus re, & nomine, hoc eſt ſolidus, firmus, conſtans, &c. in fide tamquam petra: vt Leo, Greg. Bedaque exponunt. Nec ex his aliud poteſt inferri, niſi quòd ſoli habenti fidem conuenit eſſe fundamentum ſuſtinendi Eccleſiam in fide, quod gratis concedimus: nam ex hoc non habetur, quòd eſſe fundamentum mediante charitate, ſeu iuſtitia conueniat Petro, ſed mediante fide.

Et rursùs hinc non habetur, quòd eſſe fundamentum promiſſum ſit fidei ſimpliciter & abſolutè: ac per hoc promiſſum ſit cuicumque in quo inuenitur fides, quoniam Chriſtus non dixit, Et ſuper de petra, ſed articulauit eam ad perſonam, adiungens ly *hanc* dicendo, ſuper hanc petram: proculdubio enim

pe-

petra tunc demonſtrata per præmiſſa verba, Tu es Petrus, reperitur, vt qui modò eſt Petrus futurum ſit fundamentum. Quocirca clarè patet, quòd ſicut ſolus Simon demonſtratus eſt dicendo, Tu es Petrus, ſolus quoque repetitus eſt dicendo, Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Nulla ergo promiſſio facta eſt dono virtutis abſolutè: ſed ſola prima inter eas, ſcilicet ædificatio Eccleſiæ facta eſt dono fidei, non in quocumque, ſed in perſona futuri paſtoris ouium Chriſti.

Ad confirmationem autem inferentem ſimile eſſe iudicium de officio clauium, & officio fundamenti, reſpondetur, quòd ex differentibus verbis Domini manifeſtè declaratum eſt non eſſe ſimile de vtroque iudicium. Et licèt acceſſorium ſequatur naturam principalis cæteris paribus, vbi tamen, vt in propoſito, maxima eſt in cæteris diſparitas, non oportet ſecundarium aſſimilari principali. Manifeſtatur autem maxima diſparitas in hoc, quòd in officio fundamenti homo ſe habet quaſi totaliter paſſiuè, dicente Chriſto, Ego ædificabo ſuper te Petro: in officio autem clauium non dixit, Ego aperiam, aut claudam, ſed abſolutè, Tibi dabo claues Regni Cœlorum.

Non eſt propterea mirum, ſi aliter promiſſum eſt fundamenti officium, & aliter officium clauium, illud mediante firmitate fidei, iſtud homini abſolutè. Conſentanea eſt autem huiuſmodi differentia à Chriſto inſtituta humanæ etiam rationi, nam vſus clauium, ſiue rectus, ſiue abuſus fuerit, non in vniuerſalem redundat Eccleſiam, officium autem ſuſtinendi finem, ſi aberraret Eccleſia vniuerſalis rueret: de qua tamen Dominus dicit, Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Promiſſæ ſunt ergo claues Regni Cœlorum non dono virtutis, vt hæretici fingunt, ſed perſonæ Simonis Petri, futuri paſtoris ouium, & agnorum Chriſti.

CAP. III.

Perſona Petri in ſe, & non ſolùm in perſona Eccleſiæ promiſſas eſſe claues.

NOn longè à prioribus recedunt affirmantes claues Regni Cœlorum non Petro, ſed Eccleſiæ à Chriſto promiſſas, dicente, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, eamquam dixerit tibi, hoc eſt Eccleſiæ ſignificatæ per te, non tibi dabo claues Regni Cœlorum. Nam iſtis cum prioribus commune eſt, & eximere Petrum ab hac Domini promiſſione, & nulli ſingulari hominj datas eſſe claues, ſed dono Dei promiſſas eſſe claues, ſolùm in hoc differunt, quòd priores dono Dei in quolibet iuſto, aut ſaltem in quolibet ſacerdote, iſti dono Dei in Eccleſia inuento claues datas aſſeuerant, eo quòd Petro non vt vni homini, ſed vt perſonam gerebat Eccleſiæ Chriſtum dixiſſe contendunt, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, nituntur que hoc multis argumentis aſtruere.

Vnde primò arguunt, Chriſtus exponit ſeipſum in Euangelio, cui loquatur, & cui tradat claues dicens. Beatus es Simon Bariona, & Caro, & Sanguis non reuelauit, ſed Pater meus qui eſt in Cœlis. Vbi apertè Petrus in hac perſona non eſt Petrus, non eſt Caro, neque Sanguis, non Simon Bariona, omninò Petrus extrà hominem ponitur, & iam non eſt vlla perſona per ſe, ſed reuelanti Patris auditor, cui dantur claues. Nulli ergo priuato homini datæ ſunt claues, ſed ſoli Eccleſiæ, quia de nullo priuato homine certi ſumus habeat necne reuelationem Patris: Eccleſia autem ipſa eſt, de qua dubitare non licet: ipſa eſt ergo ille Petrus auditor reuelationis, & acceptator clauium.

Secundò, ex cohærentibus. Chriſtus enim poſt glorioſam iſtam Petri commendationem, cùm ei Petrus prohibuit ne moreretur, reprehendit Petrum: Vade poſt me Satana, non enim ſapis ea, quæ Dei ſunt. Vt ex ſubſecuta poſt commendationem vituperatione clarum fiat illum ſuperiorem Petrum, qui claues accepit, non fuiſſe Petrum filium Bariona, ſed Eccleſiam filiam Dei, quæ verbo Dei genita, verbum Dei audit, & confitetur perſeueranter in finem, non aliquando non ſapiens, quæ Dei ſunt, nec vnquam retro abire iuſſa, ſicut Petrus.

Tertiò, ex eo quòd Chriſtus dixit: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, hoc eſt, ſuper fidem à Petro totius Eccleſiæ perſonam conceſſam, ac per hoc in qualibet Eccleſia, vbi eſt fidei petra, illic, & claues. Firmatur autem hoc, quia nec ipſe Petrus petra fuit in eadem perſeuerans confeſſione, quoniam mox poſt acceptas claues errauit, & tamen non ſunt ei claues rurſùm allatæ, quare non in ſua, ſed Eccleſiæ perſona eas accepit.

Quartò. Quando Papa eligitur, an ſecum affert claues, vel non? ſi affert ergo erat Papa antequam eligeretur, ſi non affert, à quo accepit? numquid ab Angelo de Cœlo? nonne ab Eccleſia? Item quando Papa moritur cui relinquit claues, niſi Eccleſiæ à qua accepit? quod igitur poteſt dici contra hanc euidentiſſimam experientiam, optimam Euangelij interpretem claues, nec Petro, nec ſucceſſori, ſed ſoli Eccleſiæ datas? à qua tamquam Miniſter accepit vtutus ei Sacerdos in qualibet Eccleſia.

Quintò. Formatur argumentum ſimilis formæ argumento, quo Paulus Rom. 4. Gal. 4. vtitur dicens, quod ſicut Abrahæ ex fide reputata eſt iuſtitia, ità & omnibus, qui credunt reputabitur ad iuſtitiam. Quare etiam hic ſimiliter, ſi Petro habenti reuelationem Patris, & Chriſtum confitenti claues dantur, ità neceſsè eſt homini ſimiliter confitenti, & reuelationem habenti, claues donatas eſſe, quod nulli niſi Eccleſiæ conuenire poteſt, cùm nullus ſingularis fidelis conſtanter certò, ac perſeueranter habere poſſit hanc confeſſionem, vt etiam de ipſo Petro patet.

Sextò. Quia non ſolùm (vt Auguſt. 1. lib. de Doct. Chriſtiana cap. 17. teſtatur) has claues Chriſtus dedit Eccleſiæ ſuæ, vt quæcumque ſolueret in terra, ſoluta eſſent & in Cœlis, ſed etiam, vt ipſe teſtatur ſuper Io. Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui pri-

primatum Eccleſiæ gerebat figurata generalitate perſonam, in perſona ergo non ſua, ſed Eccleſiæ claues accepit. Quod ex Aug. verbis ibidem ampliùs firmatur cùm dicit: Quod enim ad ipſum Petrum propriè pertinet, (natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus) abundantiæ gratia vnus, idemque primus Apoſtolus, ſed quando ei dictum eſt: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, vniuerſam ſignificabat Eccleſiam. Coofirmaturque eadem ſententia ex verbis eiuſdem Auguſt. Pſal. 103. Sicut quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum pertinere videntur, neque tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cùm referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam propter primatum, quem in diſcipulis habuit, ſicut eſt: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, ità Iudas perſonam ſuſtinet inimicorum Chriſti. Ex his enim verbis apparet Petrum non in ſua, ſed Eccleſiæ figurata perſona claues ſuſcepiſſe, dum hic dicitur non haberi illuſtrem intellectum, niſi ad Eccleſiam referatur, & ibi contra perſonales conditiones Petri aduerſatiua coniunctione ſubditur, ſed quando ei dictum eſt: Tibi dabo. Eccleſiam ſignificauit. Et confirmatur rursùs auctoritate Euangeliſtæ deſcribentis interroganti Chriſto. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? nullum certum diſcipulum reſpondiſſe opiniones, quæ de eo erant, interrogati verò de ſe Apoſtolos, vnum certum Petrum reſpondere, & conſtanter abſoluere, ac pronunciare fidei confeſſionem, vt veram Chriſti cognitionem in vnitate, & firmitate conſiſtere, non multorum opinionibus, velut arundine agitari doceret. Tenet ergo Petrus Eccleſiæ vnitatis figuram.

Accedit ad hæc Cyprianus auctoritas habita 24. quæſt. 1. loquitur Dominus, dicentis: Quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem tribuat poteſtatem, tamen vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem auctoritate ſua diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtraretur. Vndè non vnus; ſed vnitas claues accepit: vt atteſtantur etiam capit. omnibus, & quodcumque diſt. 24. q. 1. ex Hieron. & Auguſt.

Ad euidentiam horum conſiderandum eſt, vnum dici à Sanctis, ſcilicet Petrum ſignificaſſe Eccleſiam, cùm claues accepit.

Duo autem exponi, ſeu deduci, primum eſt, Eccleſia accepit claues, cùm Petrus claues accepit; ſecundum eſt, quòd perſona Petri non accepit claues. Vndè dupliciter contingit hìc errare, vel negando primum, vel affirmando ſecundum. Et negare quidem Petrum Eccleſiam ſignificaſſe, eſt contradicere expoſitioni Sanctorum. Affirmare autem Eccleſiam ſic accepiſſe claues, quòd perſona Petri non acceperit, error eſt pluſquàm hæreticus, quoniam Euangelica per hoc negatur hiſtoria, & hiſtoria in parabolam vertitur. Parum dixi, quoniam omnis etiam veteris Teſtamenti hiſtoria in parabolam verteretur.

Declaro ſingula, ſi enim Petro non in perſona propria, ſed ſolummodò in perſona ſignificatæ per eum Eccleſiæ promiſſæ ſunt claues, cum dictum eſt ei: Et tibi dabo claues, &c. parabolicus Petrus inducitur, & non narratur hiſtoria, ſed parabola, cùm dicitur: Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogauit Diſcipulos ſuos, cum reliquis, quæ ſequuntur. Et eadem licentia, qua hæc hiſtoria vertitur in parabolam, omnis alia hiſtoria non ſolùm noui, ſed etiam veteris Teſtamenti in parabolam verti poteſt, ſcriptum eſt enim: Omnia in figuram contingebant illis. Si enim, quia Petrus figuram gerebat Eccleſiæ, parabolicus ponitur, & non in propria perſona circa claues, parabolam quoque neceſsè eſt fateri de Martha, & Maria, quæ figuram gerebant vitæ actiuæ, & contemplatiuæ, parabolæ quoque erunt reſuſcitationes trium mortuorum à Chriſto, quia figuram gerebant trium generum peccatorum ſpiritualiter reſurgentium, quinimmò & mors Chriſti, & reſurrectio parabola erit, quia illa nos mortuos peccato, iſta nos in nouitate vitæ ſignificat, & breuiter vniuerſa ruit rerum geſtarum fides in ſacra Scriptura ex hac licentia.

Vera autem probata ſententia eſt dupliciter aliquid ſignificari, vno modo per modum parabolæ (ſicut filius prodigus ſignificat peccatorem, & operarij conducti ad vineam, ſignificant cultores Dei in Chriſti Eccleſia, & ſic de alijs) alio modo per modum rei geſtæ, ità quòd res verè geſta ſignificat rem aliam, ſicut tranſitus Hebræorum per Mare rubrum ſignificat tranſitum noſtrum de vitijs ad virtutem, & aduentus Magorum adorantium Chriſtum, ſignificat viatorum progreſſum ad Cœleſtem patriam. Inter hos autem ſignificandi modos hæc eſt ad propoſitum diſpartitas, quòd in parabolica ſignificatione nulla eſt cura de ſignificantibus perſonis ſecundùm ſeipſas, quoniam, ad ſignificandum tantùm deſcribuntur, quemadmodum apud Poetas fit in comædijs, & tragedijs.

Cùm autem res geſta ſignificat, oportet primò omnem curam adhibere ad rem, quæ geritur, & perſonas ſecundùm ſeipſas, quia ſenſus literalis in hoc conſiſtit, ex quo ſolo ſecundùm Dionyſium, & Auguſtinum efficax trahitur argumentum.

Vnde oportet primò verificare in hiſtorijs res geſtas, & dictas de perſonis ſecundùm ſeipſas ad veritatem fidei. & deindè poteſt ſuperaddi ſenſus ſpiritualis, quo res geſta ſignificat aliam, quo perſona iſtorica figurat aliquid aliud, & hoc ad ædificationem Chriſti fidelium, non ad comprobandum ea fidei, quæ in controuerſiam veniunt.

Quocircà oportet primò, ad veritatem fidei ſaluandam ſenſum hiſtoricum tenere, & perſonam Petri nō vertere in perſonam parabolicam, cùm de fidei agitur hiſtoria, & ſenſus literalis inueſtigatur Euangelicæ hiſtoriæ, quando venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogauit primò, ac ſecundò, audiuit reſponſiones primò Diſcipulorum; deindè Petri, reſpondit Petro, dixit, promiſitque claues Regni Cœlorum. Et firmata veritate ſenſus literalis, quòd perſonæ Petri dictum,

Digitized by Google

dictum, promiſſumque eſt, ſuperaddere licet ſenſum myſticum, quo Pettus figurat Eccleſiam, ſicut apparet in ſimilibus, puta in ſignificatione vitæ actiuæ per Martham (cui dictum eſt, Sollicita es, & turbaris ergo plurima) & contemplatiuæ per Mariam, de qua dictum eſt Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, & ſic de alijs, Patet ergo, quòd Petro in perſona Eccleſiæ promiſſas eſſe claues, verum eſt ſic, vt perſonæ ipſius Petri primò, & ad literam promiſſæ ſunt, quia illud verificatur ſecundùm ſenſum myſticum, hoc autem ſecundùm ſenſum literalem.

Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, clarum ex ante dictis eſſe verba illa Domini (Bratus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non teuelauit, ſed Pater meus) non ad Petri primatum, ſed ad ipſius confeſſionem, & confeſſionis fructum ſpectare, & propterea tamquam impertinentia longè ſunt à propoſito ſecundùm literalem ſenſum.

Has autem Petri conditiones trahere myſtica interpretatione ad Eccleſiam, quamuis ſuſtineri poſſit, Intolerabile tamen eſt, vt ſenſus myſticus, excludat literalem, & Petrus excludat ſeipſum, auditor excludat eum, qui audit, & Simon Ioannis vertatur in parabolicam peſonam.

Ad ſecundum verò dicitur, falsò interpretari finem, cur poſt rantam commendationem Petrus repreheoſus fuerit, nam ſecundùm planum literæ ſenſum commendatur primò perſona Petri ratione diuini doni, deindè reprehenditur ratione proprij ſenſus, neutrum autem ſecundùm hiſtoriæ fidem ſpectat ad alium, quàm ad Petrum, quoniam, tàm commendatio, quàm reprehenſio perſonalis fuit.

Secùs autem eſt ſecundùm ſenſum myſticum, quo quilibet proprij ſenſus, & affectus in Petro reprehendirur, & quilibet diuinæ reuelationis ſectator in Petro commendatur.

Ad tertium dicitur, per hanc petram demonſtrari ad literam fidem in hoc, ideſt Petro, vt ex dictis patet. Et propterea non ſequitur, quòd quilibet partiali Eccleſiæ; vbi eſt fides, æqualiter datæ ſint claues, ſed ſufficie cuilibet fidei Eccleſiæ daras eſſe in totius Eccleſiæ capite, quod eſt hæc petra, ſuper quam Chriſtus ædificat Eccleſiam ſuam.

Et ad confirmationem dicitur, quòd licèt Petrus errauerit, non tamen deſijt eſſe petra, tùm quia per illa verba, quæ obijciuntur, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc, Petrus nec fidem, nec charitatem perdidit. Vnde & Dominus non dixit ei, Vade Sathana, vt tentatori dixerat, ſed modificauit dicens, Vade poſt me Sathana, tamquam diceret, Sequi tu me debes, non ego affectum tuum. Tùm quia, vt prædictum eſt, cùm poſteà Chriſtum negauit, fidem non perdidit, ſed petra fidei perſeuerauit in corde. Et tamen, vt Theoph. Luc. 22. notauit, Chriſtus iterùm ipſum in Apoſtolico gradu reſtituit dicens, Confirma fratres tuos.

Ad quartum dicitur, quòd cùm Papa eligitur, neque ſecum claues affert, neque ab Eccleſia illas accipit, ſed à Chriſto, non nona traditione, ſed antiqua, illam et qua tradidir Petro. Eccleſia ſiquidem miniſterio electionis perſonam deputat, quæ Petro ſuccedat, Chriſtus autem ipſe in beato Petro cuilibet ſucceſſori claues tradit, & propterea vana eſt quæſtio à quo accipit, aut cui relinquit moriens, Verbum enim Chriſti ſemper viuum dat claues cuilibet ſuccedenti, & non vnus alteri relinquit.

Ad quintum dicitur, argumentum eſſe ſimilis formæ, ſed diſſimilis materiæ, & propterea non tenere. Iuſtitia ſiquidem, & fides bona ſunt animæ, ad vtilitatem ipſius credentis, & iuſti, claues autem poteſtatem ſignificant, ad aliorum regimen ordinatam, & ideò licèt cuilibet credenti imitanti Abraham, reputetur fides ad iuſtitiam, ſicut Abrahæ, non tamen cuilibet credenti, & confitenti Chriſtum, immò nec cuilibet petræ imitanti Petrum in fide dari oportet claues, ideſt poteſtatem aperiendi, & claudendi alijs, ſicut nec cuilibet imitanti fidem Abrahæ datur, quòd ſit pater multarum gentium, quòd in ſemine ſuo benedicantur omnes gentes, quæ tamen Abrahæ credenti data ſunt.

Quod autem additur, nulli niſi Eccleſiæ conuenire poſſe conſtanter, certò ac perſeuetanter habere Petri confeſſionem, ſi ad ſingulares perſonas refertur, Paulus Apoſtolus ad Romanos octauo confutat, dicens, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, &c. & ſubdit, Certus ſum enim, &c. loquens ad literam de electis. Quòd ſi non contra rem, ſed contra notitiam noſtram arguitur, quia nos neſcimus, quis perſeuerabit, facilè ſatisfit per hoc, quòd Deus ſuauiter diſponens omnia, non exigit ab homine maiorem certificationem, ea quæ eſt fidei, & humani moris, à fructibus ſcilicet eorum cognoſcendo homines.

Ad ſextum dicitur, verum eſſe, & quòd Eccleſiæ datæ ſunt claues, & quòd Petrus perſonam Eccleſiæ figurate gerebat, & quòd vnitas Petri vnitatem Eccleſiæ ſignificauit. Sed in hoc falluntur argumenta, quòd ex his veritatibus in aliam veritatem inſurgunt, hæ ſiquidem veritates non contrariantur huic alij veritati, quòd Petrus in propria perſona accepit claues, ſunt hæc enim omnia ſimul vera.

Et primùm quidem, & vltimum, vt ſexto patebit cap. ad veritatem ſenſus literalis ſpectant, quoniam ad literam Petrus in propria perſona ſic accepit claues, quòd etiam Eccleſia accepit eaſdem.

Reliqua autem ad myſtici ſenſus veritatem ſpectant, ſecundùm ſpiritualem ſiquidem ſenſum, vnus Petrus vnitatem Eccleſiæ ſignificat, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentat. Vnde Cypriani, Hieronymi, & Auguſtini dicta, quæ obijciendo allata ſunt, veriſſima ſunt, ſed iuxtà ſenſum myſticum. Sed non aduerſantur ſenſui literali, quo (vt Euangelica teſtatur hiſtoria) ipſe Petrus in propria perſona, cui reuelatio facta eſt, reſpondit, clauiumque promiſſionem accepit. Ad clariorem tamen notitiam habendam verborum Aug. ſcito duplicem Euangelij ſenſum, hoc eſt, literalem (quo verificatur, Tibi, ideſt, Petro, dabo claues Regni Cœlorum.) Et myſticum, quo verificatur tibi, ideſt, Eccle-

ſiæ ſignificatæ per te dabo claues Regni Cœlorum, eſſe ab Auguſtino comparatum non penès verum, vel falſum, ſed penès clarum, vel minùs clarum.

Ad ſenſum ſiquidem myſticum ſpectar, quòd Petrus gerat in figura perſonam Eccleſiæ, ſicut ad ſenſum myſticum pertinet, quòd Iudas gerat perſonam inimicorum Chriſti, ad literam autem ipſe Iudas erat Chriſti inimicus, & ipſe Petrus eſt cui promiſſæ ſunt claues.

Vnde Auguſtinus, quia ſenſus myſticus clarior eſt, quàm ſenſus literalis, in propoſito (vt teſtantur tot quæſtiones, quæ circa ſenſum literalem emergunt) & ſenſus myſticus, ità eſt omnibus manifeſtus, vt etiam vulgares ſciant claues eſſe Eccleſiæ, comparauit ſenſum literalem (iuxtà quem claues promiſſæ ſunt perſonæ Petri futuri paſtoris totius Eccleſiæ) ad ſenſum myſticum, iuxtà quem claues promiſſæ ſunt Petro in figura Eccleſiæ, & dixit, quòd myſticus ſenſus eſt clarior, hoc enim ſonant illa verba, Non habent illuſtrem intellectum, niſi ad Eccleſiam referantur cuius ille geſſit in figura perſonam.

Negauit ſiquidem illuſtrem, & non negauit verum intellectum niſi ad Eccleſiam referantur, conſtat enim illuſtre ad claritatem pertinere. Et hoc intendere Auguſtinum patet ex contextu, volens enim exponere Pſalmum illum, Deus laudem meam, partim de Iuda, partim de populo Iudęorum inimico Chriſti, præmittit. Si autem de tali genere malorum, ideſt inimicorum Chriſti ingratorum Iudæorum, omnia mihi videtur poſſe clariùs aperiri, & ſtatim ſubdit verba allata, vbi clarè videre quilibet poteſt non derogari veritati ſenſus literalis (quo perſonæ Petri ſunt claues promiſſę) ex hoc quòd ſenſus iſte non eſt, ità clarus ſicut myſticus, neque enim ſolus eſt textus iſte talis, ſed innumeros habet in Sacra Scriptura conſodales, quorum ſenſus illuſtris non niſi myſticum eſt. Allata quoque verba Aug. ſuper Ioann. non negant Petro ſecundùm propriam perſonam dictum eſſe, Tibi dabo claues, ſed affirmant Petro in perſonam Eccleſiæ ſignificatæ dictum eſſe, Tibi dabo claues.

Ex hac autem vera affirmatione non ſequi negationem illius alterius veritatis ſatis patet. Ad vim autem, quæ fit in coniunctione aduerſatiua, reſpondetur quòd coniunctio illa augmentatiua eſt iuxtà frequentiſſimum loquendi vſum, quo dicimus aliquem virtute bonum virum, ſed officio bonum ciuem, & ſimilia. Tamquam enumeratis Auguſtini quibuſdam perſonalibus Petri, tranſeundo ad extenſionem eius in vniuerſam Eccleſiam ſignificatiuè, cum qua figuratiuè conditione ſtat, quòd per proprietatem paſtoralis officij, idem Petrus ad vniuerſalem ſe extendat Eccleſiam, quamuis hoc non ſit ibi ab Auguſtino explicatum, qui de Petro, & Ioanne myſticè tractabat, vt ille actiuæ, iſte contemplatiuæ vitæ perſonam gerebat. Vnde cùm infertur, quòd non vnus, ſed vnitas claues accepit, pro quanto affirmatur vnitatem claues accepiſſe, verum dicitur, ſicut verum eſt Eccleſiam accepiſſe claues, quatenùs verò negatur vnum Petrum accepiſſe claues, aut falſum dicitur, aut piè exponendum eſt.

Nàm ſi ideò negatur vnus, vt negetur Petrus, falſum dicitur contra Euangelicam hiſtoriam, ſi autem ideò negatur vnus, vt negetur ſolitudo perſonalis, hoc eſt, vt Petrus non acceperit claues ſecum ſepeliendas, ſed vt in ipſo Eccleſia, vſque ad finem ſeculi duratura claues acceperit, verum dicitur, ſic enim non vnus ideſt pro ſe tantùm, ſed vnitas Eccleſiæ in illo vno claues accepit. In nullo tamen citatorum locorum habetur negatiua iſta, non vnus claues accepit. Et ex ijs, quæ diximus ſoluendas ſimiles obiectiones relinquimus, vt non ſit opus omnia, quæ obijci poſſunt, afferre. Reliqua ex Cyprian. allata de paritate Apoſtolorum, inferiùs loco ſuo patebunt.

CAP. IV.

Verba Chriſti, Tibi dabo claues, *Petro non in perſona omnium Apoſtolorum dicta eſſe.*

EXcluſis prioribus erroribus, tractanda eſt eorum opinio, qui Petro intelligunt in perſona omnium Apoſtolorum dictum à Chriſto, Tibi dabo claues, &c. Afferunt autem ad hoc argumenta quatuor:

Primum ex interrogatione Domini, nam non Petrum ſolùm, ſed communiter omnes interrogauit, Vos autem quem me eſſe dicitis?

Secundum ex perſona Petri, quia Petrus primus omnium erat Apoſtolorum, & perſonam omnium induit, pro omnibus reſpondendo, Vnde Chryſoſt. dicit omnibus Diſcipulis interrogatis Petrus tamquam os Apoſtolorum, & caput pro omnibus reſpondet. Et confirmatur, quia niſi in perſona omnium Petrus reſpondiſſet, fuiſſet expectanda aliorum reſponſio, aut rei fuiſſent alij Apoſtoli omiſſæ reſponſionis ad interrogationem Domini, Vos autem quem me eſſe dicitis?

Tertium ex fructu, quia claues Regni Cœlorum datæ ſunt omnibus Apoſtolis.

Quartum ex communibus, quia Chriſtus dixit, Quod vni dico, omnibus dico.

Antequam autem ad hæc reſpondeatur, ex plano ſenſu tex. Euang. monſtrandum eſt directa eſſe hæc Domini verba ad Petrum ſolum.

Patet ſiquidem hoc primò ex principio ſermonis Dominici ad Petrum, cùm dixit, Beatus es Simon Bariona, hoc enim non poteſt referri verè ad omnes. Tum quia exprimitur proprium nomen Simonis, & explicatur cuius ſit ſecundùm carnem filius dicendo Bariona, ideſt filius Ionæ. Tum quia falſum hoc fuiſſet de Iuda, quoniam non credidit in Chriſtum, vt teſtatur Ioan. 6. cap. refert Dominum dixiſſe. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt, & ſtatim ſubdit rationem dicti, Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eum. Et rursùs in calce eiuſdem cap. dicente Petro pro 12. Apoſt. Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei, reſpondit

ei Ieſus, Nonne ego vos 12. elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt: non poteſt ergo verificari, quòd ad omnes Apoſtolos dictum ſit, Beatus es, cùm vnus eorum non crederet, & diabolus eſſet.

Secundò ea ſubiuncta ratione, quia Caro, & Sanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in Cœlis. Nam ex his Domini verbis conſtat, Petro reuelationem factam eſſe à cœleſti Patre, ita quòd hoc negare eſſet contrarium fidei, ſed non propterea hinc conſtat alijs Apoſtolis huiuſmodi reuelationem eſſe factam, Scriptura enim hoc non tradit, & propterea eadem facilitate contemnitur, qua affirmatur. Conſtat igitur hinc, quòd ad Petrum verba diriguntur, & non conſtat, quòd ad alios extenduntur.

Tertiò, ex ſubiuncta affirmatione, Tu es Petrus, conſtat enim & pronomen, tu, & nomen ſibi priùs impoſitum à Chriſto Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, quòd ad ſolum Petrum ſermo dirigitur, nam ſi per pronomen demonſtratiuum ad ſenſum, adiunctis & nomine proprio à natiuitate, ſcilicet Simon, & nomine patris carnalis, & nomine, quo ſolus cognominatus eſt à Chriſto à principio diſcipulatus, ſcilicet Petrus, & interiori dono reuelationis (quod non conſtat alijs fuiſſe conceſſum) non ſufficienter ſignatum eſt, quòd ad ipſum ſolum eſt ſermo, quibus quæſo verbis deſcribendum fuit ab Euangeliſta, quòd ad ſolum Petrum erat ſermo? Et confirmatur, quia eodem pronomine demonſtratiuo ad ſenſum vſus eſt Dominus ſubiungens, Et tibi dabo, &c. Et confirmatur ex eo, quòd non pluribus, nec maioribus circumſtantijs deſcribuntur, & nominantur à Notarijs perſonæ hæredes, aut legatariæ, quàm perſona Petri in hoc textu deſcripta, ac nominata eſt, vt patet colligendo, Simonem filium Ionæ Petrum ex interna reuelatione commendatum. Ex verbis igitur, & ex ſenſu verborum clara luce patet ſoli Petro dictum eſſe, Tibi dabo claues, &c.

Ad primam autem obiectionẽ in oppoſitum dicitur, ex hoc quòd Dominus interrogauit omnes, non cogi reliquũ ſermonẽ dirigi ad omnes, frequèter enim diuertitur ſermo à pluribus ad vnum, aut è conuersò. Mater ſiquidem filiorũ Zebedæi petijt, vt ſederent duo filij ſui, vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtrã Dominus autem ad filios reſpondendo ſermonem dirigit. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et ſi diligenter perſpectus fuerit Euangelicus tex. ipſa conuerſio ſermonis atteſtatur, quòd non omnem ſermonem ad omnes dirigebat, inquit enim Matthæus, quod primò, & ſecundò interrogauit diſcipulos communiter, deindè ad Petrum ſermonem vertit, & rurſus ad Diſcipulos ſermonem conuertit, nam ſubditur, Tunc præcepit Diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus, &c. Si enim totus iſte ſermo ad omnes fuiſſet directus, non narraſſet Euangeliſta huiuſmodi variam conuerſionem ſermonis. Nec efficit quòd communis Petro, & alijs cauſa effecta Domini interrogatione ſit, cum hac enim communitate ſtat, quòd appropriata ſit Petro, nam in maiori cauſa communis, ſcilicet tentationis, ſolius Petri ratio habita eſt, vt ipſe Dominus teſtatur Lucæ 22. dicens, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vbi patet omnes expetitos à Sathana, & tamen Dominum pro ſolo Petro oraſſe. Oraui, inquit, pro te, non pro vobis, immò alios Petro commendauit.

Ad ſecundam obiectionem ex perſona Petri dicitur, quod gerere perſonam communem, ſeu reſpondere pro omnibus Apoſtolis, poteſt intelligi tripliciter. Vel ex officio, puta quia habet curam eorum. Vel per viam commiſſionis, puta quia Apoſtoli commiſerunt Petro, vt in perſona omnium pro omnibus reſponderet. Vel per viam ratificationis, vt quia reſponſio data à Petro, grata fuit communiter Apoſtolis, vtpotè congrua, ac eximia. Et quidem quòd Petrus non gereret perſonam communem ex officio, ex eo patet, quò nondum erat conſtitutus Paſtor eorum, neque propriè erat caput eorum, niſi ſicut primus inter canonicos poteſt dici caput canonicorum, Similiter quòd non ex commiſſione Apoſtolorum reſponderet, non ſolùm ex eo patet quòd huiuſmodi commiſſio voluntariè affirmaretur (quam ex Scriptura non habetur) ſed ex eo conuincitur, quod Dominus expreſsè teſtatur, Quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus. Vbi excludit non ſolùm omne humanum conſilium, ſed etiam diſciplinam ex ſenſibili auditu doctrinæ ipſius Chriſti, dum interiori ſpirituali reuelationi Patris, qui in Cœlis eſt, Petri notitiam, qua Chriſtum filium Dei viui confeſſus eſt, attribuit. Si enim ex conſultatione cum alijs Apoſtolis reſponſum dediſſet, non ſibi dictum fuiſſet, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, cùm inter eos eſſet conſanguinitas, & carnalis propinquitas, & ſimiliter non fuiſſet recurſum ad actorem omninò ſpiritualem, & deſignatum tam à remotis, ſcilicet in cœlis. Hæc enim omnia manifeſtè teſtantur Petri confeſſionem non ex Apoſtolorum commiſſione, ſed ex interiori ipſi Petro facta reuelatione proceſſiſſe. Et confirmatur hoc ex contextu Euangelij, nam præpoſita Domini interrogatione prima diſcipulorum (Quem dicunt homines eſſe filium hominis) quia reſponſio fuit communis, Euangeliſta dicit, At illi dixerunt, in ſecunda verò interrogatione eorumdem (Vos autem, quem me eſſe dicitis) quia reſponſio propria, fuit Petro, Euangeliſta dicit, Reſpondens Simon Petrus dixit, Et confirmatur rurſus ex Ioan. 6. cap. Vbi differentiam apertè notare poſſumus inter Petrum in perſona omnium loquentem, vel in perſona propria, nam ibidem loquens Petrus in perſona omnium Chriſto Domino dicenti, Numquid, & vos vultis abire? reſpondit ei Simon Petrus in perſona omnium, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei. Et ſubdit Euangeliſta, Reſpondit ei Ieſus, Nonne ego vos 12. elegi, & vous ex vobis Diabolus eſt? Vbi conferendo textum Ioannis textui Matthæi, apertè apparet, quod tunc, cùm apud Ioannem in perſona omnium Petrus reſpondit, loquutus eſt in numero plurali

Digitized by Google

rali primæ perſonæ, dicens, ad quem ibimus? & nos credimus, & cognouimus: & ſimiliter Dominus reſpondit non Petro, ſed eis, hæc verò apud Matth. omnia ſunt in numero ſingulari cum pronominibus demonſtratiuis ſolius Petri, tam in reſponſione Petri, quàm in replicatione Domini, & promiſſionibus, ac aſſertionibus. Tibi inquit, dabo, non vobis, quodcumque ligaueris, non quodcumq; ligaueritis: tu es Petus, non vos eſtis Petrus vt patet in litera. Huiuſmodi enim differentia manifeſtat quòd Petrus ex proprijs intus à Cœleſti Patre habitis ſolus reſpondet, ſoluſque à Chriſto monſtratur. Nec putes propterea hanc eandem eſſe lectionem apud Matthæum, & Ioannem, quoniam iſta Matthæi ſuit poſtea, quæ referuntur à Ioanne. Quod ex multis patet: illa enim Ioannis fuit poſt miraculum de quinque panibus, & in Capharnaum, vt ibidem apparet, quod autem refert Matthæus, ſuit non ſolùm poſt miraculum de quinque panibus, ſed etiam poſt aliud miraculum de ſeptem panibus, vt patet Matth. 16. & ſuit in partibus Cæſareæ Philippi, Dicendum eſt ergo, quòd reſponſio Petri tamquam grata, & rata pro omnibus, dicitur, fuiſſe in perſona omnium, ſicut frequenter contigit, quod collegis pluribus interrogatis, primò benè reſpondente, ab omnibus, vt rata habetur reſponſio, & pro omnibus reſpondiſſe primum frequentiſſimo vſu dicimus.

Et ſic intelligenda ſunt vèrba Chryſoſtomi, & gloſ. interlinearis, & quorumcumq; aliorum dicentium, quòd Petrus reſpondet pro pro omnibus, erat enim os omnium tamquam ratificatum ab omnibus. Vndè Chryſoſtomus Hom. 55. ſuper Matth. ſubdit. Solus Petrus reſpondet, & confeſtim præſiliuit, ac præueniens ait, Tu es Chriſtus, &c. Vbi vides non cōſilio aut commiſſione aliorum reſpondiſſe, ſed præueniſſe. Et Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſermone 31. air, reſpondit Petrus vnus pro omnibus, quia vnitas in omnibus. Vbi videre potes quare dicitur Petrum reſpondiſſe pro omnibus, non ex commiſſione omnium non ex officio, ſed ex voluntate omnium, quia ſcilicet omnes erant fratres, & quod primum eorum optimè reſpondit, omnibus placere fecit. Sicut inter fratres vnitos, ac vnanimes quod ab vno benè dicitur, ab omnibus ratum habetur, & vt ab omnibus dictum ſumitur. Et hinc patet reſponſio ad confirmationem ſubiunctam, ex eo enim quòd Chriſtus Petri reſponſionem abbrobauit, & commendauit, Petrumque beauit, ac illi tot promiſit, vanum apparet expectationem ingerere, vt audiantur alij, quis enim aliud dicturus eſſet, quam quod diuinitus reuelatum, & ſic remuneratum videt? Vndè nec remanſerunt, non reſpondentes alij, quia gratam eis eſſe Petri reſponſionem ſuffecit. Inſinuatur autem Petri reſponſionem alijs Apoſtolis gratam fuiſſe non ſolùm ex hoc, quòd eſt rationi conſentaneum iuxta humanum morem, ſed ex ſubiunctis ſtatim Euangeliſtæ verbis, Tunc præcepit Diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus. Hoc ſiquidem præcepto monſtratur Diſcipulos Petri confeſſionem tenuiſſe, ideo enim ne alijs dicant inhibentur.

Ad tertiam autem dicitur, quod ſi intendit argumentum promiſſas per verba hæc omnibus Apoſtolis claues, principium petit, hoc enim eſt quod probandum erat. Si verò intendit, quòd per alia verba Dominus Apoſtolis alijs claues Regni Cœlorum tradiderit, ad ſequens ſpectat capitulum, vbi hoc tractabitur.

Ad quartam obiectionem dicitur, quod quod auctoritatem illam, quod vni dico, nullibi inuenio in Euanglio, Verumtamen vbicumque inueniatur, dicitur, quod ad literam intelligitur de dicere doctinali, vt Marcus teſtatur in ſimili cap. 13. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Poteſt nihilominus ad proteruos dici, quod in hac auctoritate non habetur, quòd vni do, omnibus do: aliud eſt enim dicere, & aliud dare, præſens autem ſermo non de dicere ſed de dare eſt, inquit enim Dominus, Tibi dabo claues regni Cœlorum, & propterea auctoritas non eſt ad propoſitum. Ex quibus omnibus parere poteſt, quod ex his Domini verbis Matth. 18. ſolus Petrus promiſſionem accepit clauium Regni Cœlorum.

CAP. V.

Apoſtolis alijs non eſſe aliàs collatum quod Petro.

QVamuis fateatur multi præmiſſum textum Euangelij ad ſolum Petrum pertinere, affirmant tamen nonnulli totum id quod Petro promiſſum eſt, datum eſſe à Chriſto aliàs reliquis Apoſtolis, idque verum eſſe multis argumentis ex Sacra Scriptura.

Primò, Matth. 23. Apoſtolis communiter dicitur. Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta, & in cœlo. Vbique apparet poteſtatem prius Petro promiſſam, ad omnes extenſam eſſe.

Secundò Ioann. 20. Apoſtolis communiter exhibentur claues Petro promiſſæ, diceodo. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Tertiò, Ioann. 20. Apoſtolis communiter exhibentur claues Petro promiſſæ, dicendo. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Tertiò, Ioann. quoque 20. Apoſtolis communiter dicit Chriſtus, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et ſimiliter, Marc. vltim. & Matt. vltim. Omnes communiter miſit ad docendum, prædicandum, &c. Deindè manifeſtatur idem ex facto, nam Act. 8. Petrus miſſus cum Ioan. legitur in Samariam ab Apoſtolis, qui erant Hieroſolymis. Et act. 15. in ſynodo de legalium obſeruatione præſente Petro, Iacobus dedit ſententiam, dum dixit. Ego iudico non inquietari eos, &c. Ad Gal. quoque 1. Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt Paulo, & Barnabæ ſocietatis. Ex quibus geſtis æqualitas comprobatur Petri, & aliorum Apoſtolorum.

Aſſe-

Digitized by Google

Afferuntur demum mille auctoritates Sanctorum, ſonantes æqualitatem Petri, & aliorum Apoſtolorum, vt eſt illa Cypriani, & habetur 24. quæſt. 1. loquitur Dominus, dicentis, quod parem poteſtatem omnibus Apoſtolis tribuit, & hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis. Et illa Hieronym. contra Iouinianum lib. 1. cap. 14. At ſi tu dicis, ſuper Petrum fundatur Eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & claues Regni Cęlorum cuncti accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur. Et quæcumque aliæ ſimiles. Ad euidentiam Horum ſcito, ex Euangelico textu duo inueniri ſingulariter promiſſa Petro, quibus Origenes addidit tertium, primum eſt, ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam, hoc enim ſoli Petro promiſſum legimus.

Secundum eſt, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, quod nulli alij inuenitur promiſſum.

Tertium ab Origene notandum eſt, quod Petro dicitur, Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlis, in numero plurali, & ſimiliter, Quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis, Apoſtolis autem communiter dicitur, quod erunt ligata, aut ſoluta in Cœlo, & numero ſingulari. Et rationem ſubdit, quia non ſunt tantæ perfectionis ſicut Petrus.

Inter quatuor ergo promiſſiones Petro factas, primæ ab alijs differentia clara eſt, nam conſtat aliud ſignificari per fore Eccleſiæ fundamentum (quod explicat, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam) & aliud per habiturum claues, & ſoluere, & ligare. Sed differentia inter ſecundam (ideſt inter claues Regni Cœlorum,) & tertiam, ac quartam, hoc eſt ligare, & ſoluere, non eſt vſquequaque nota; apparet ſi quidem iuxta literæ ſuperficiem, per claues poteſtatem, per ligare autem, & ſoluere explicatos eſſe actus poteſtatis, vt efficacia clauium declararetur, quo pacto ſcilicet ad Cœlorum Regnum pertingerent.

Huiuſmodi enim efficacia manifeſtatur dicendo, Quodcumque ſuper terram ſolueris erit ſolutum, & in Cęlis, & quia pluraliter Cęlorum Regnum præmiſerat, ideò pluraliter dixit, in cęlis. Et iuxtà hunc ſenſum promiſſio clauium à promiſſione ſoluendi, & ligandi differt, ſicut promiſſio poteſtatis à promiſſione actuum illius explicatiua.

Sed veram quidem, ſed non totam continent Euangelij ſententiam. Quod vt plenius intelligas, ſcito duplicis generis inueniri actus clauium, quidam enim ſunt actus adæquati ipſis clauibus, quidam verò minores ipſis. Illi ſunt velut actus totales, iſti actus partiales. Adequati autem clauibus actus ſunt, aperire, & claudere: partiales autem ſunt, ligare: & ſoluere. Declaro ſingula. Quòd aperire, & claudere ſint actus adæquantes claues, & voces ſonant, & officium clauium clariſsimè teſtatur, claues enim ſolummodo ad aperiendum, & claudendum ſunt. Nec deſunt Scripturarum teſtimonia tam ex veteri quàm ex nouo Teſtamento. Eſaia enim 22. cùm dictum eſſet: Et dabo clauem domus Dauid, ſubditur, & aperiet, & claudet, & ſimiliter Apoc. 3. idem reperitur. Quòd verò ſoluere, & ligare ſint actus clauium Doctores omnes teſtantur. Quòd autem ſint actus partiales, & non adæquati clauibus, ex hoc patet, quòd ſoluere, & ligare ſe habent ad aperire, & claudere, vt partes ad totum: omnis enim, qui ſoluit aliquem, aperit illi Regnum Cęlorum: ſed omnis qui aperit alicui Regnum Cœlorum, ſoluit illum, & ſimiliter omnis qui ligat claudit, ſed non omnis, qui claudit ligat.

Et ne per multa diutiùs vagemur, ſed ſolida ratio ſimul cum veritate pateat, ſoluere, & ligare actus ſunt iudiciales, ſiue in ſacramento pęnitentiæ, ſiue in foro eccleſiaſtico, aperire, & claudere actus, ſunt ſuperiorea, comprehendentes ſub ſe, & actus iudiciales, & actus non iudiciales, vtriuſque enim clauditur, & aperitur regnum Cęlorum. Et quidem, quòd Cœlorum Regnum multi claudant alijs abſque vinculo iudiciali, teſtatur Dominus Lucæ 11. dicens. Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

Quòd verò Regnum Cœlorum aperiant abſq; actu iudicij, magiſtra rerum experientia monſtrat, dum paſtoris prouidentia, gubernatione, ordinatione, doctrina, diſpenſatione, communione, &c. continuè aperitur Eccleſiæ Regnum Cœlorum. Differt ergo promiſſio clauium, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, à ſubiunctis duabus reliquis. Et quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris: ſecundùm rem promiſſam, non ſolùm ſicut poteſtas ab actibus, ità quòd cum promiſſæ ſunt claues Petro, promiſſa eſt poteſtas aperiendi, & claudendi Regnum Cœlorum: cùm autem promiſſum eſt eidem, Et quodcumque ligaueris, Et quodcumque ſolueris, explicata eſt clauium efficacia in actibus minoribus, vt perciperemus, quòd ſi partialium actuū tanta efficacia, multò magis adæquatorum actuum efficacia pertinget ad Cœlos. Quocirca promittendo claues, promittitur totum, ſed promittuntur actus partiales. Et propterea ex hoc quod ſoli Petro promiſſæ ſunt claues Regni Cœlorum, fateri oportet ſoli Petro promiſſam eſſe poteſtatem aperiendi, & claudendi Regni Cœlorum, non quod ſolus aperire, & claudere poſſit Cœlorum Regnum; nam vt prædictum eſt, quicumque ſoluit aliquem aperit illi Regnum Cœlorum, ſed quia ſolus poteſt quicquid pertinet ad aperiendum, & claudendum Regnum Cœlorum, non iſtis, vel illis ſed Eccleſiæ ædificatæ ſuper eum à Chriſto. Hunc ſenſum, hancq; differentiam ad literam verificari ex tribus vltra prædicta declaratur, primò ex interpoſita ſemper coniunctione copulatiua in textu Euangelico, ait enim. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, & tibi dabo claues, & quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris, diuerſitatem enim promiſſarum rerum coniunctio copulatiua inſinuat.

Secundò, quia Dominus non dixit, & cuicumque aperueris, & cuicumque clauſeris, ſed dixit, quodcumque ſolueris, & quodcumque ligaueris. Si enim claues exponere voluiſſet per adæquatos pro-

proculdubio actus, qui ſunt aperire, & claudere, exponendæ erant, ſed vbi ad ligandum, & ſoluendum deſcendit, manifeſtauit ſe non exponere claues, ſed ad minores actus clauium tranſire.

Tertiò, ex eo quòd numquàm Apoſtolis promiſit, aut dedit claues Regni Cœlorum, ſed de partialibus actibus clauium locutus legitur cum Apoſtolis, & dicendo, quorum remiſeritis peccata, &c. Et ſi inferatur, quòd nec etiam Petro Dominus actus adæquatos clauibus dedit, aut promiſit, quia claues quidem illi promiſit, quia claues quidem illi promiſit, ſed numquam promiſit, quòd aperiret, & clauderet. Abſit à diuina ſapientia, vt ſilentio inuoluerit actus adæquatos clauium, cùm enim explicauit cuius eſſent claues, vt aperiendi, & claudendi, explicauit cuius eſſent claues, vt aperiendi, & claudendi, explanauit proculdubio actus adæquatos clauium, qui ſunt aperire, & claudere. Conſtat autem ideò appoſuiſſe Regni Cœlorum, vt exponeretur: quòd claues ſunt Regni Cœlorum, vt aperiendi, & claudendi. Eo ipſo igitur, quod promiſit ſoli Petro adæquatos actus clauium, ſeu quod idē eſt, claues ſecundū actus adæquatos clauibus, & poſt hanc promiſſionem deſcendit ad actus iudiciarios, & quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris, vt prædictum eſt. Ex Euangelico igitur textu duæ euidenter reſtant ſoli Petro promiſſiones hoc eſt fore fundamentum Eccleſiæ (Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,) & dandas ei claues Regni Cœlorum, Et tibi dabo claues Regni Cęlorum.

Nec carent hæc obiectionibus. Nam contra primam promiſſionem opponitur, aut ſolum Chriſtum eſſe fundamentum Eccleſiæ (iuxtà illud primæ ad Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter illud, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus,) aut ſi multiplex fundamentum admittitur, non ſolus Petrus eſt Eccleſiæ fundamentum, ſed etiam alij Apoſtoli, iuxtà illud ad Epheſ. 2. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Apocalip. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum.

Contrà ſecundum verò opponitur primò, Si promiſſione clauium promittitur tota poteſtas, cur poſt totum, promittuntur partes, Quodcumque ligaueris, & Quodcumque ſolueris? fuiſſet enim hæc promiſſa in toto.

Secundò, Si ſoluere, & ligare ſunt partiales actus clauium, cur Theologi in 18. & 19. diſt. 4. Sen. de clauibus tractando, definiunt eas per actus iudiciales, qui ſunt ligare, & ſoluere? definitio enim per propios, & adæquatos actus dari debet.

Tertiò, Cur claues Apoſtolicæ in ordinatione presbyterorum dari affirmantur, ſi illis non conferuntur niſi minores actus clauium? Quartò, Cur claues dicuntur claues Eccleſiæ, & non dicuntur claues Petri, ſi ſoli Petro primò datæ ſunt?

Non eſt autem difficile his ſatisfacere. Et obiectis quidem cōtra primam promiſſionem Petro factam, vt foret fundamentum Eccleſiæ, reſpondetur, quòd eſſe Eccleſiæ fundamentum ſimpliciter, ideſt totaliter proprium eſt Chriſto, eſſe autem fundamentum Eccleſiæ, ſecundùm aliquod tempus, vel ſecundùm aliquam rationem particularem, communicatum eſt alijs. Et Sanctis quidem quibus reuelata eſt doctrina fidei pro Eccleſia communicatum eſt eſſe fundamentum ſub rationibus Apoſtolorum, & Prophetarum, Petro autem vltrà prædictam rationem promiſſum eſt fore fundamentum ſecundùm rationem paſtoris totius Eccleſiæ Chriſti, ſecundùm quam rationem non conuenit alijs Apoſtolis eſſe fundamentum.

Et proptereà diuerſimodè dicitur fundamentum de hoc triplici modo, de Chriſto enim dicitur cum excluſione aliorum (Fundamentum aliud nemo poteſt ponere &c.) de Apoſtolis verò, & Prophetis dicitur cum additione fundamenti totalis, ideſt Chriſti, dum ad Epheſ. 2. adiungitur, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, vbi Auguſtinus dicit, Ne Apoſtoli, vel Prophetæ, in quibus fundata eſt ciuitas, ſe tenerent in ſe, in Chriſto totum innititur primo fundamento, quod fundamentum in ſummo eſt non in imo, vt in corporali fabrica. Et Apoc. 21. ſubiungitur. Et Agni, ideſt Chriſti, De Petro verò adiungit ipſe Chriſtus, ædificabo Eccleſiam meam, vt oſtendatur ex Chriſto principaliter pendere Eccleſiæ ædificium.

Ad quæſita verò circa promiſſas claues reſpondendo, dicitur immò poſt promiſſum totum per claues, promiſſas quoque eſſe partes per, Quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris, vt monſtraretur diuerſitas rerum promiſſarum. Si enim ſub vnica promiſſione omnia comprehenſa eſſent abſque coniunctionibus copulatiuis, aut ſolæ claues promiſſæ fuiſſent, adæquatas putaſſes, & exhauſtas claues per hæc duo, Quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris. Nunc autem, quia tam apertè promiſſarum rerum diuerſitas monſtrata eſt, exprimendo ſingula cum coniunctionibus copulatiuis, clarè intelligimus non totum quod promiſſum eſt Petro, promitti aut exhiberi cuicumque alteri per hoc, quòd promittitur, aut datur, Quodcumque ſolueris &c. ſed per hoc promitti, aut dari tantùm, quod tertio, & quarto loco promiſſum eſt, & Petro. Et inde videres remanere primas promiſſiones apud Petrum ſolum.

Ad ſecundum verò quæſitum reſpondetur, ideò claues à Theologis per actus iudicis deffinitas, quia de clauibus ordinis tractabant, vt patet in tex. Magiſtri ſeo. tam in principio diſt. 18. (vbi affertur Amb. dicens, Ius enim hoc ſolis permiſſū eſt Sacerdotibus) quàm in principio diſt. 19. vbi dicitur. Dantur hæ claues per miniſterium Epiſcopi in promotione Sacerdotij, cum enim ſacerdotalem recipit ordinem ſimul, & has claues recipit. Et per hoc ſoluitur tertium quæſitum.

Ad quartum autem, quòd non de re, ſed de nomine eſt, & proptereà extraneum quodammodo eſt, reſpondetur quòd claues dicuntur & Eccleſiæ, & Petri, ſolus enim Petrus clauiger dicitur Regni Cœlorum. Et Petri quidem ſunt, vt capitis vtentis, vt per quē ad Eccleſiam deriuantur, Eccleſiæ autem ſunt,

ſunt & vt finis(quia propter Eccleſiam Petrus habet claues) & vt vtentis in ſuis Epiſcopis, & ſacerdotibus, ità tamen quòd ſecundùm earum totalitatem Eccleſia vtitur illis in ſuo capite, ſecundùm autem partiales vſus vtitur in Epiſcopis & alijs miniſtris. Remanet ergo ſolida ſententia dicta.

Ad primum autem argumentorum in principio allatorum, dicitur Dominum per illa verba, Quæcumque alligaueritis ſuper terram &c. non adæquaſſe promiſſiones quatuor factas Petro, ſed ſolas duas vltimas, vt litera ipſa teſtatur.

Et propterea non dixit Dominus, Dabo vobis, aut Eccleſiæ claues Regni Cœlorum, cùm tamen dixiſſet Petro coram eiſdem Tibi dabo claues Regni Cœlorum. Vnde ex hoc ipſo, quòd alijs Apoſtolis Dominus dixit, Quæcumque alligaueritis, &c. non facta mentione de clauibus, manifeſtè habetur, quòd non totum quod promiſerat Petro repetijt in poteſtate aliorum, tamquam Petro totum, alijs verò partes commiſſurus.

Ad ſecundum verò dicitur, quòd poſt reſurrectionem dicendo. Quorum remiſeritis peccata &c. datæ ſunt quidem Apoſtolis claues, ſed non in ſua totalitate, quoniam datæ ſunt tantùm claues ordinis, vt communiter Doct. dicunt, & bene. Vnde ad literam cùm dicitur, Quorum remiſeritis, conſtituitur iudex Eccleſiaſticus in Sacramento pœnitentiæ, quantum eſt ea parte ordinis, cùm verò Matth. 18. dictum fuit eiſdem, Quæcumque alligaueritis ſuper terram, ſermo erat de iudicio Eccleſiaſtico in foro iudiciali. Vnde & communiter dicitur & bene, quòd tunc ſermo fuit de actibus clauium iuriſdictionis, poſtea autem de actibus clauium ordinis.

Et quoniam(vt declaratum eſt)neutrum iudicium etiam ſimul ſumptum adequat claues Petro promiſſas, ſed ſoluere & ligare in vtroque foro partiales ſunt actus clauium Petro promiſſarum, ideo per vtramque poteſtatem ſimul non adæquatur poteſtas Petro promiſſa.

Vnde diſputationibus vacantes, caueant à ſophiſtis, opponentibus claues iuriſdictionis adæquare claues Eccleſiæ. Venenum latet hìc, quoniam, propriè & formaliter loquendo, claues Petro promiſſæ, ſuperiores ſunt & clauibus ordinis, & clauibus iuriſdictionis, & propterea Dominus non per actus ordinis, aut iuriſdictionis eas expoſuit, ſed per Regnum Cœlorum, proculdubio aperiendum, vel claudendum.

Ità quòd perſpicacius intuendo(vt prædictum eſt) Domini verba, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, per illam particulam, Regni Cœlorum, expoſuit claues per actum adæquatum ſcilicet aperire, vel claudere, Regnum enim Cœlorum aperiendum, vel claudendum, actum aperiendi vel claudendi ſecum fert, conſtat autem, quòd aperire, & claudere Regnum Cœlorum, actus ſunt longè ſuperiores omnibus actibus iudicialibus, tam clauium iuriſdictionis, quàm clauium ordinis.

Importunè denique inſtantibus nouas nunc inferri Eccleſiæ claues, hactenus enim non ſunt auditæ niſi claues ordinis; & claues iuriſdictionis. Vnde nunc tertiæ claues in Chriſti Eccleſia?

Reſpondetur, me non inueniſſe, aut fingere nouas claues re, aut nomine, ſed ſi æqua lance librare fas eſt, hæc cum obiectis, inuenientur obijcientes ſeipſos arguere, nam neque claues ordinis, neque claues iuriſdictionis tradidit ſacra Scriptura, ſed Doctores explicauerunt, claues autem Regni Cœlorum Chriſtus Dominus ore proprio conſecrauit. Ego de clauibus Regni Cœlorum loquor, non nouitates introduco, ex ipſis Domini verbis iuxtà ſenſum literalem perſpicacius intellectum manifeſto quæ dico.

Oportet autem arguentes conſiderare ſubtilius Doctorum ſenſum, & vel ex hoc ipſo, quòd Doctores diſtinguunt Regni Cœlorum claues in claues ordinis, & claues iuriſdictionis, intelligere ſuperiores eſſe claues Regni Cœlorum, vtriſque, & vtraſque ſignificare partes clauium Regni Cœlorum, ac per hoc claues Regni Cælorum ſignificare totum maius, & ſuperius ſuis partibus, cùm ſimpliciter, & abſolutè dicuntur, vt Petro promiſſæ ſunt, quando verò ad partes applicantur, ſignificare tam claues ordinis, quàm claues iuriſdictionis, vtræque enim claues Regni Cœlorum appellantur. Vnde acuti lectoris officium erit diſcernere, quando Doctores de clauibus Regni Cœlorum abſolutè, & quando de clauibus Regni Cœlorum applicatis ad ordinem, vel iuriſdictionem loquuntur.

Ad tertium dicitur, quòd ipſa Domini verba teſtantur, quòd de Apoſtolatus auctoritate ſermo eſt, cùm dicitur, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, mittere enim & mitti ad Apoſtolatum ſpectat, iuxtà illud Ioannis 13. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque Apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum & propterea hinc non habetur niſi paritas Apoſtolatus.

Et ſimiliter per alios textus, quibus miſſi ſunt pariter ad docendum, & prædicandum, & cætera non habetur niſi paritas quo ad huiuſmodi commiſſiones, Petro autem ſupra hæc omnia promiſſum eſt, & quòd foret Eccleſiæ fundamentum, & quòd ſibi darentur claues Regni Cœlorum.

His autem, quæ ex geſtis Apoſtolorum adducuntur, facillimè ſatisfit. Docent ſiquidem concorditer Theologi in primo ſententiarũ, non oportere miſſum minorem eſſe mittente, neque etiam eſſe ab illo nam Filius miſſus eſt à Spiritu ſancto, quo non eſt minor, & à quo non eſt.

Ad litteram tamen dicitur, quòd Petrus erat tantæ humilitatis, vt inter Apoſtolos ſe gereret, vt vnus ex illis, & non volebat vti poteſtate, quam habebat, & propterea tamquam vnus ex Apoſtolis ab eiſdem cum Ioanne miſſus eſt.

Patet autem manifeſtè huiuſmodi Petri humilitas Act. 11. cum aduersùs illum diſceptabant alij fideles ex circumciſione, quod & Gregorius, & habetur 2. quæſt. 7. cap. Petrus notauit dicens, Petrus poteſtatem Regni acceperat, & tamen idem Apoſtolorum primus quærimoniæ contra eum à fidelibus factę. cur ad gentes intraſſet, non ea poteſtate officij qua poſſet dicere, Oues paſtorem ſuum non ac-

Digitized by Google

accuſent, nec reprehendant, ſed ex auctoritate diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum ſanctum reſpondit.

Et per hæc poſſet ſimiliter dici in Synodo de obſeruatione legalium, Petrum ſe habuiſſe, vt vnum Apoſtolum. Verumtamen ſi res geſta rectè notetur, non fuit Petrus conſultatus, nec ſoli Apoſtoli, ſed Apoſtoli, & Presbyteri in Hieruſalem, & propterea concluſio nec à Petro, nec à Iacobo facta eſt, ſed ab Apoſtolis, & Senioribus cum omni Eccleſia ſcribentibus tamen nomine Apoſtolorum, & ſeniorum.

Vnde falſum eſt, quòd Iacobus ſententiam protulerit, quoniam ſententia concluſio eſt, quam conſtat ab omnibus factam, ſed dum Iacobus dixit, Ego iudico, perindè eſt ac ſi dixiſſet. Hoc eſt iudicium meum. Vnde non introducitur Iacobus iudicans, ſed reſpondens, ſic enim legimus.

Et poſtquam tacuerunt reſpondit Iacobus, immò Petrus paſtoris perſonam in principio geſſiſſe videtur quoniam ipſe primus ſurgens allegans diuinam gratiam reprehendit eos, qui libertatem à legalibus vertebant in dubium.

Legimus enim ſic, Cùm autem conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit, &c. vbi monſtratur Petri auctoritas. Quòd dexteras demùm ſocietatis Petrus cum alijs dederit, hoc facit quòd quotidiè Pontifex facit, omnes Epiſcopos non ſolùm, vt ſocios, ſed vt fratres habens.

Ad auctoritates denique Doctorum ſanctorum, ſonantes æqualitatem Petri, & aliorum Apoſtolorum, dicitur verificari de paritate eorum ſecundùm Apoſtolatum: fuerunt enim æquales omnes in auctoritate Apoſtolica. Etſi inſtetur, ſub poteſtate Apoſtolica comprehendi poſſe omnia, quæ Petrus poterat, in promptu reſponſio eſt ſatisfactiua, quòd dato, quòd vera eſſet huiuſmodi comprehenſio, ex ea tamen non ſequeretur omnimoda æqualitas ad Petrum, eſſent enim eorum poteſtates æquales quo ad res, quas facere poſſent, ſed non eſſent æquales extenſiuè, neque quo ad modum. Apoſtoli ſiquidem poteſtatem à Chriſto acceperunt, vt Apoſtoli, hoc eſt vt Legati, Petro autem, ſupra Apoſtolatum promiſſa eſt (vt infrà manifeſtabitur) poteſtas, vt ordinario paſtori Eccleſiæ. Et hinc patet, tam ſuperior gradus, atque vnitas poteſtatis Petri, quàm maior extenſio, quoniam extendebat ſe ad ipſos etiam Apoſtolos vtporè Chriſti oues. Nec paruifacias differentiam penes modum habendi, magni ſiquidem lapſus periculum eſt, ſi confundantur.

Aliud quippè eſt habere claues, vt Apoſtolos, & aliud habere claues vt caput, & paſtorem etiam ipſorum Apoſtolorum, illud non derogat Petro ſingulari excellentiæ, hoc autem ipſum Petrum ſuper omne ſtatuit, omnibuſque præficit Apoſtolis, ac toti Eccleſiæ. Ad horum differentiam modorum ſpectat, quòd Dominus ſoli Petro claues promittit alijs autem non dat claues, ſed ea quæ ſunt clauium, legat aut tribuit, ſiue Matth. 18. ſiue Ioan. 20. ſiue Matth. & Marc. vltimo ſiue Lucæ 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, Et vt allatæ primùm auctoritates manifeſtentur, patet Cyprianum, ità pares fateri Apoſtolos vt tamen ſuper vnum Petrum ædificari dicat Eccleſiam (ex verbis Domini, Super hanc petram) & auctoritate ſua Dominum diſpoſuiſſe dicat vnitatem Eccleſiaſticam ab vno Petro originem habere. Hieron. quoque verba Chriſti apud Matth. Tu es Petrus, &c. ſoli Petro relinquens, ad alium ſe transfert locum, vbi ſimilia Apoſtolis data narrantur, tria numerans.

Primò fundari Eccleſiam ſuper Apoſtolos omnes hoc enim fieri promulgatum eſt ad Epheſ. 2. Super ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum: ſecundum vero quòd ſcilicet cuncti Apoſtoli claues Regni Cœlorum accipiant, Matth. 18. Quæcumque alligaueritis, & Ioann. 20. Quorum remiſeritis, habetur: tertium autem, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, & ex relatis textibus, ſcilicet Matth. & Marc. vlt. & Luc. 22. Ioan. 20. aut etiam ex alijs ſimilibus textibus ſumptum eſt, vnde patet ex iam dictis, æqualitatem Apoſtolorum quatenus Apoſtoli ſunt, & in fundando Eccleſiam, & in clauibus iuriſdictionis, & ordinis & in robore doctrinæ, miraculorum & vitæ, Eccleſiæ fortitudinem ſolidantium (quam Hieron. affirmat) nihil officere Petri ſingulari auctoritati, qua ſolus cunctæ præponitur Eccleſiæ. Vnde & Hier. ibi ſubiungit ſtatim.

Propterea tamen vnus inter 12. eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. Vbi manifeſtè vides, ità ex æquo Apoſtolatus pares dixiſſe Apoſtolos, vt tamen Petrus electus, conſtitutus à Chriſto ſit Caput omnium, hoc ſiquidem eſt quod tuemur. Hoc ad differentiam modi habendi ſpectat, quoniam hinc habes omnes hæc habuiſſe, vt Apoſtolos, præter hunc autem modum, Petrum ſingulariter habuiſſe, vt caput omnium. Ex duabus autem his auctoritatibus declararis, facile eſſe putamus reliquas rectè interpretandas iuxta ſenſum prædictatum. Manifeſtatur autem hunc eſſe verum ſenſum doctrinæ Sanctorum tripliciter.

Primò, ex ea quòd pares dicunt Apoſtolos, non ſolùm poteſtate, ſed honore, quod niſi ad Apoſtolatum referatur, conſtet eſſe falſum, cùm Petrus primatum honoris manifeſtè habuerit ſecundùm omnes.

Secundò ex teſtibus Euangelicis, quos Sancti afferunt ad probandam huiuſmodi æqualitatem, afferunt enim iſtos quos nunc diſcuſſimus, ex quibus conſtat non plus haberi, quàm æqualitatem ſecundùm Apoſtolatum.

Tertiò ex ratione, qua vtuntur, quia ſcilicet Petrus in perſona Eccleſiæ vnus accepit claues &c. vt vnitas Eccleſiæ hinc probaretur. Vbi propter ſchiſmaticos ſiſte pedem, & ſcito ſimiliter poſſe intelligi vnitatem Eccleſiæ per Petri vnitatem commendatum, primò, vt ſignificata ſit Eccleſiæ vnitas in Chriſto capite vno, vnitateque articulorum fidei, Sacramentorum Eccleſiæ, & ſpei ac charitatis: ſecundò, vt ſignificata ſit Eccleſiæ vnitas ſimpliciter, & abſolutè vnitæ in capite vno Chriſti in terris Vicario, Petro ſcilicet.

Primum ſeorſum eligunt ſchiſmatici ex Sanctorum vera, ac ſancta doctrina, ſæpe

vni-

Digitized by Google

vnitatem Eccleſię per ea quæ in primo numerantur, ſenſu explicante, verè quidem, ſed non totaliter, niſi ſub vnitate capitis, ſcilicet Chriſti intelligatur ipſe Chriſtus in ſe, & in ſuo terris Vicario, ipſe Chriſtus vt Caput, Petrus autem, vt vice caput. Quod propterea quandoque tacitum eſt, quia acceptato capite, intelligi conſuetum eſt acceptari ipſum in ſe, & in ſuo Vicario, dum abſens fuerit.

Secundus autem ſenſus, (in quo clauditur primus adiuncta vnitate capitis in terra) Catholicis omnibus communis eſt, comprobaturque quadrupliciter.

Primò, quia ad deſignandam vnitatem Eccleſiæ in ſuo capite cœleſti Ieſu Chriſto, non congruit vnitas Petri, ſed & ſufficiebat, & decentiſſime cógruebat vnitas ipſius Chriſti, quam Dominus hìc non tacuit, ſed expreſſit dicens. Ego dico tibi, & rursùs, Ædific. Eccleſiam, & iterùm, Dabo claues. Diuinam autem ſapientiam (quæ eſt Chriſtus) diſponentem omnia ſuauiter, conuenientiſſimè per vnitatem Petri, vnitatem Eccleſiæ in capite terreſtri loco Chriſti ſignificare nullã habet difficultatem.

Secunda, ex eo quòd hiſtoriæ fides periclitaretur, nam quaſi ſimilis eſſet Petrus in his paruulo, quem Matth. 24. aduocans ad ſe Dominus ſtatuit in medio Diſcipulorum dicens. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus &c. ſicut enim paruulus ille aſſumptus eſt ad exemplum, ſeu ſimilitudinem humilitatis, ità Petrus nominatus eſſet ad exemplum, ſeu ſimilitudinem vnitatis, ac per hoc ſicut ad fidem hiſtoriæ curæ non eſt, quis fuerit paruulus ille, ità nihil aut parum curandum Eccleſiæ eſſet, an fuerit Simòn Petrus, cui dictum eſt. Tibi dabo claues Regni Cœlorum &c. quod tamen Doctorum omnium, & totius Eccleſiæ aures offendit. Sanctorum propterea ſenſus eſt, quòd ſecundùm hiſtoriæ fidem res ità geſta eſt, quòd vni Simoni Petro claues ſunt promiſſæ, vt res rem ſignificaret, vt vnus Petrus primo accepturus claues vnitatem ſignificaret Eccleſiæ.

Tertiò, ex eo quòd oportet ſaluare non ſolùm ſignificationem, ſed etiam deriuationem, hoc eſt, non ſolùm vt vnitas Eccleſiæ ſignificetur per vnitatem Petri, ſed etiam vt vnitas Eccleſię proficiſcatur ab vnitate Petri, vt Cypr. in auctoritate allata dicit, Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper vnum ædificat Eccleſiam. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, dicens, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, Accipite Spiritum ſanctum, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem auctoritate ſua diſpoſuit. Vbi manifeſtè vides ex hoc, quòd Dominus auctoritate ſua diſpoſuit originem vnitatis Eccleſiaſticæ ab vno incipientem, non ſolam ſignificationem vnitatis ab vno, ſed deriuationem vnitatis ab vno aſſertam. Nam ad ſignificandam auctoritatem non erat opus, ſed ad hoc quòd initium habeat Eccleſiæ vnitas ab vno Petro, auctoritate Chriſti opus fuit, poterat enim ſi voluiſſet inſtituere vnitatem Eccleſiæ à multitudine Apoſtolorum proficiſci.

Quartò, quia vnitas Eccleſiæ Catholicæ non ſolùm opponitur hæreſi, ſed ſchiſmati. Si verò vnitas Eccleſiæ attenderetur ſolum penes vnitatem cœleſtis capitis, illiuſque Sacramentorum, ac rei ſperatæ, creditæ & amatæ, vnitas Eccleſiæ, non opponeretur ſchiſmati, nam cum huiuſmodi vnitate ſtat ſchiſma, vt patet ex eo, quòd ſchiſmatici habentur, qui ab vnitate Apoſtolicæ Sedis ſeparati ſunt,

Ex hoc igitur, quòd vnitas Eccleſiæ per Petrum vnum ſignificatur, non excluditur, immò magis ex modo quo per Petrum ſignificatur, includitur, quòd Petrus vnus claues accepit, vt Eccleſiæ vnitatem non ſolùm ſignificaret, ſed etiam inchoaret, ac conſeruaret. Etſi perſpectum acutius fuerit hoc, quòd eſt Eccleſiæ vnitatem accipere claues, verius perfectiuſque & fit, & ſignificatur accipiendo claues in ſuo vno capite Petro, quàm ſi non in Petro, ſed abſolutè Eccleſia illas acciperet, quoniam vnitas capitis claues accipiens, vnitatem Eccleſiæ non ſolùm ſignificat, ſed conſtruit, ſicut & conſeruat, quibus omnibus careret Eccleſia, ſi de vno non fuiſſet illi capite prouiſum à Chriſto Domino. Et hinc habes vnde innumeras Sanctorum auctoritates rectè intelligere queas.

CAP. VI.

Solum Petrum accepiſſe claues, conſonat ei, quod eſt Eccleſiam accepiſſe claues.

OCcurrit poſt præmiſſa ſatisfaciendum his, qui quærunt, quonam pacto ſtant hæc duo ſimul, Solus Petrus accepit claues, & Eccleſia accepit claues. Apparet enim, quòd ſi ſolus Petrus, ergo non Eccleſia, & ſi Eccleſia, ergo non ſolus Petrus. Augetur quæſtio ex Aug. verbis ſuper Ioan. recitatis, 24. quæſtione prima, Quodcumque. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: ſi hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit Eccleſia, ſi autem & in Eccleſia fit, Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit.

Huic enim quęſtioni ſatisfieri facilè poteſt ab exercitatis in ſacris Literis, ac ſcientibus has duas veritates ſic connexas, quòd ſecunda non ſolùm conſentit primæ, ſed præſupponit, & dependet à prima, ſecundùm Sanctorum doctrinam. Conſiderandum ſiquidem eſt Eccleſiam Catholicam dupliciter referri ad Petrum, ſcilicet vt ſignificatam, & vt inchoatam, Petrus enim & ſignificauit Eccleſiam vniuerſalem, & inchoauit eandem, quemadmodum caput principium eſt corporis.

Inter has autem duas relationes duplex ad propoſitum eſt differentia, prima eſt, quòd ſignificatio pertinet ad ſenſum myſticum, quo Petrus ſignificat Eccleſiam, inchoatio autem pertinet ad ſenſum literalem, quo inſtitutus eſt Petrus paſtor totius Eccleſiæ.

Secunda eſt, quòd penes ſignificationem non attenditur dependentia rei à re, ſed dependentia ſignificationis à ſignificante: penes in-

inchoationem autem attenditur dependentia rei à re, hoc eſt corporis à capite.

Vnde Eccleſia dupliciter accepit claues in Petro, nam & accepit eas, vt ſignificata in Petro, & accepit eas, vt inchoata in Petro, & ſecundùm vtrumque accipiendi modum oportet præſupponere hanc primam veritatem ad literam, ſolus Petrus accepit claues. Ad ſignificationem ſiquidem ſpectando, cùm ſignificatio iſta non ſit per modum parabolę, ſed per modum rei geſtæ (quia non Petrus parabolicus, ſeu parabolicè accipiens claues, ſed Petrus ſecundum rem geſtam ſignificat vniuerſalem Eccleſiam) oportet fateri vnum ſolum Petrum ſecundùm hiſtoriam accepiſſe claues, vt ex re geſta ſignificetur vnam ſolam Eccleſiam Catholicam habere claues, iuxtà illud Ambroſ. Certum eſt, quòd Eccleſiæ vtrumque ius, ſcilicet ſoluendi, & ligandi licet, hæreſis vtrumque non habet. Si enim ſolus Petrus ſecundum hiſtoriam non accepiſſet claues, nequaquam per modum rei geſtæ figuram gereret vnius, ac ſolius Eccleſiæ vniuerſalis.

Dependet ergo Catholicę Eccleſię ſignificatio figurata in Petro ex veritate rei geſtę, quòd ſolus Petrus acceperit claues, & non contrariatur illi. Si ad inchoationem quoque ſpectetur, nulla eſt opus declaratione, quoniam manifeſtum valdè eſt corpus dependere à capite, & quod conuenit capiti, conuenire quoque corpori in ſuo capite, & ideo ſolum Petrum accepiſſe claues, eſt ſolam Eccleſiam, cuius Petrus eſt caput, accepiſſe claues in ſuo capite. Quo circa ſolum Petrum accepiſſe claues, non excludit, ſed infert vniuerſalem Eccleſiam illas accepiſſe, vt ſignificatam, & inchoatam in Petro. Eſſe autem hanc Sanctorum doctrinam, perſpicere potes ex Cypriani verbis in præcedenti capitulo declaratis, vbi vtrumque modum ſcilicet ſignificationis per modum rei geſtæ, & originis Eccleſiæ à Petro docuit, dum dixit, Super vnum ædificat Eccleſiam, & ſubdit. Et vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem auctoritate ſua diſpoſuit.

Et rursùs exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtretur, vt prædeclaratum eſt: Auguſtini autem verba inducta eumdem confirmare ſenſum patet ex duobus, primò ex eo quòd aduerbio tantùm vtitur, ad excludendam extenſionem Petri ad Eccleſiam, dixit enim, Si Petro tantùm, perindè ac ſi dixiſſet. Si Petro ſecundum ſeipſum tantum, & non ſecundum, quòd ſe extendit ad Eccleſiam ſignificandam, vel figuratè, vel connotatiuè, vt caput ſignificat corpus cuius eſt caput.

Vnde non intulit Aug. ex ſecunda veritate, ſcilicet Eccleſia habet claues, negationem primæ, ſcilicet ſolus Petrus accepit claues, ſed expoſitionem ipſius, ſcilicet quòd Petrus accipiens claues ſignificauit Eccleſiã, perindè ac ſi dixiſſet, quòd non accepit ſecundùm ſeipſum tantum, ſed vt extenditur ad Eccleſiam vniuerſam ſignificando illam, hic enim planus eſt ſenſus verborum Auguſtini.

Secundò, ex eo quod ſubiungit, Si ergo in perſona Petri ſignificati ſunt in Eccleſia boni, & in Iudæ perſona ſignificati ſunt mali in Eccleſia.

Hinc enim patet, quòd ſignificatione per modum rei geſtæ loquitur, nam Iudam inter Apoſtolos ſignificare per modum rei geſtæ malos in Eccleſia, dubium non eſt.

Intendit ergo Auguſtinus Petrum ſecundùm rem geſtam accipientem claues, inferre Eccleſiam quoque per ipſum ſignificatam accipere claues. Modus autem quo Eccleſia per Petrum vſque ad conſummationem ſeculi accipit claues, eſt ſuauiſſimè diſpoſitus à Diuina ſapientia, nam vniuerſalis Eccleſia ſicut diſtribuitur in caput ad membra, ita diſtribuitur in ſuaui acceptione clauium, vt in capite quidem accipiat per ſucceſſionem, in membris autem per participationem, In capite namque habet claues Regni Cœlorum ſecundùm actus clauibus adæquatos, in membris autem, hoc eſt partialibus Eccleſijs, claues habet ſecundùm actus ordinis, & partialis iuriſdictionis.

Vnde patet oppoſitum eſſe eius, quod apparebat proponendo quęſtionem, cùm enim dicimus: Solus Petrus accepit claues Regni Cœlorum, ſocij compares excluduntur, non illius corpus Eccleſia, non illius ſucceſſor excluditur, immò tam Eccleſia, quàm ſucceſſor in ſolo Petro includitur, quia ex hoc, quòd ſolus Petrus accepit claues Regni Cœlorum, infertur eaſdem accepiſſe Eccleſiam inchoatam, ac ſignificatam in ſuo capite, ac propterea eandem ſemper claues habere, in capite quidem per ſucceſſionem, in membris autem per participationem, vt ſic verè vnum ſit corpus tota Eccleſia ſub vno capite. Nec fallaris antiqua ſchiſmaticorum inuectione in Catholicos, tamquam monſtra fingentes, dum Eccleſiæ caput Petrum dicimus, quandoquidem Chriſtus eſt caput corporis Eccleſiæ, vt dicitur ad Coloſs. 1., & ſi Petrus quoque caput Eccleſiæ ponitur, duo capita vni corpori non ſine monſtro iunguntur.

Friuola ſunt hæc, quoniam Petrus alia ratione caput Eccleſiæ dicitur, ab ea ratione, qua Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, Chriſtus enim eſt caput ratione ſuiipſius, Petrus autem ratione Chriſti. Vnde Chriſtus eſt ſimpliciter, & abſolutè caput, Petrus autem ideo caput, quia eſt vice caput, eſt enim loco Chriſti in Cœlis reſidentis, caput in terris. Vnde totius eccleſiaſtici corporis vnum tantùm ponitur caput ſimpliciter, & abſolutè, ideſt Chriſtus, loco cuius in terris Petrus non aliud caput, ſed vice caput conſtitutus eſt. Vnde nulla interuenit monſtruoſitas in Eccleſiaſtico corpore, niſi apud nolentes intelligere eccleſiaſtica nomina in ſenſu, in quo dicuntur omnibus ferè manifeſto.

Libet autem intueri hoc in loco omnibus huiuſmodi obuiationibus commune eſſe vnum errandi iter, inter omnes ſiquidem diſcuſſas poſitiones prima ex affirmata iuſtitiæ qualitate, negauit ſubſtantiæ perſonam: ſecunda ex affirmata Eccleſia ſignificata, negauit perſonam Petri ſignificantem: tertia ex affirmata Petri principalitate, negauit eius ſingularitatem: quarta ex affirmato communi parique Apoſtolatu, negauit vnitatem paſtoralis officij in Petro: quinta ex affirmatis Eccleſiæ clauibus, negauit ſolum Petrum accepiſſe claues: ſexta ex affirmato vnico Eccle-

cleſiæ capite Chriſto, neganie Petrum eſſe caput loco Chriſti.

Et ſimile inuenies inferiùs, cùm ex affirmata charitate Petri Paſtoris, negabitur perſona Paſtoris ſine charitate, & ea affirmato paſcendi opere, negabitur Paſtoris auctoritas. Aperiantur itaque lectorum oculi, & laqueos deprehendant.

CAP. VII.

Promiſſum eſſe Petro totius Eccleſiæ Pontificatum in antedictis promiſſionibus.

QVatuor promiſſa eſſe Petro à Domino Matthæus Euangeliſta in ſupra allatis refert verbis, quorum duo vltima: Quodcumque ligaueris, & quodcumque ſolueris, communicata quoque à Domino alijs Apoſtolis idem teſtatur, prima verò duo: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, Et tibi dabo claues Regni Cœlorum, propria Petro perſeuerarunt. In quibus promitti Petro totius Eccleſiæ Pontificatum, declarandum eſt poſtquam ambæ promiſſiones amplius dilucidatæ fuerint.

Quocirca in prima promiſſione notanda ſunt ſex, ſignificantius enim vide primò, Eccleſiam meam, non Eccleſias meas; ſecundò, Eccleſiam meam, non aliquam Eccleſiam meam; tertiò, Eccleſiam meam, non omnem Eccleſiam meam; quartò, Eccleſiam meam, non indefinitè; quintò, Eccleſiam meam, ſingulariter, ſeu vnicam; ſextò, Eccleſiam meam, ſine additione aliqua. Attende ſigillatim, non dixit Eccleſias meas, ſed Eccleſiam meam, vt vna Eccleſia ſignificaretur, quæ quamuis multas comprehendat partiales Eccleſias, non propterea ſcinditur, diuiditur, aut multiplicatur Eccleſia, ſed vnitate numerali retenta multas habet partes, ſicut vnum corpus multa habet membra, iuxta verbum Apoſtoli ad Coloſs. 1. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, & Cant. 6. Vna eſt columba mea. Dixit non aliquam Eccleſiam meam, ſed Eccleſiam meam, vt non de parte Eccleſiæ, non de particulari aliqua Eccleſia, ſed de integra, ſeu tota Eccleſia intelligeres, neque enim decebat diuinam ſapientiam aliquam Eccleſiam ædificare ſuper vnum Petrum, & aliquam non, Dei ſiquidem perfecta ſunt opera. Non dixit, omnem Eccleſiam meam, tum quia multitudinem Eccleſiarum ſupponeret diſtributiuum ſignum, contra Domini ſententiam Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Tum quia ſingulare diſtribui vniuerſaliter, implicat contradictoria, niſi vniuerſalitas referatur ad partes integrantes ipſum, quod eſt extra propoſitum, & inferius nihilominus declarabitur, quomodò partes Eccleſiæ ædificatæ ſunt ſuper hanc Petram. Dixit, Eccleſiam meam, non indefinitè, vagum relinquendo intellectum ad quærendum, quæ eſſet Eccleſia Chriſti ædificanda ſuper hanc petram: ſicut dubium reliquit intellectum, cùm in Cœna dixit: Vnus veſtrum me traditurus eſt, certificati enim ſumus per hæc verba, quòd vnica tota Chriſti Eccleſia ædificata eſt ſuper hanc Petram, & non ſumus ſuſpenſi relicti. Dixit ergo, Eccleſiam meam, vt ſingularem vnicam ſolamque ſuam Eccleſiam integram (de qua in Symbolo dicitur, quòd eſt vna Eccleſia Catholica) intelligeres.

Vnde per ſolum pronomen, meam, determinauit illam: vt perciperemus, quòd de illa vna Eccleſia loquitur, quæ eſt Chriſti Eccleſia, ſine additione aliqua (quælibet namque partialis Eccleſia vocatur Chriſti Eccleſia cum aliqua additione,) puta Romana, Antiochena, Conſtantinopolitana, &c. Et hoc non ſolùm ſecundùm modernum vſum, ſed ſecundùm ſacras Scripturas, vt patet in principio vtriuſque epiſtolæ ad Corinth. vbi dicitur Eccleſiæ quæ eſt Corinth. & in principio ad Galat. Eccleſijs Galatiæ, & ad Theſſ. Eccleſiæ Theſſalonicenſium, &c.

Habes igitur quid intelligere debeas per Eccleſiam meam, idem ſcilicet, quod intelligis per vnam Eccleſiam Catholicam. Non deſunt tamen ſophiſticæ importunitates, ex eo quod quælibet particularis Eccleſia verè eſt Chriſti Eccleſia, arguentes.

De illa Eccleſia Chriſtus loquitur, de qua verificatur, quòd eſt Eccleſia mea, ideſt Chriſti, ſed de qualibet particulari Eccleſia verificatur, quòd eſt Eccleſia mea, ergo de qualibet particulari Eccleſia Chriſtus loquitur, cùm dixit: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

Poteſt ſiquidem facilè detegi fallacia argumenti, ad eam ſpectando, & dicendo, quòd quælibet particularis Eccleſia eſt quidem Eccleſia Chriſti, ſed non tota, nec ſine additione aliqua, ſed talis, puta Mediolanen. nec ita eſt Eccleſia, quin ſit pars Eccleſiæ, Chriſtus autem loquitur de Eccleſia integra, quæ non eſt Eccleſia talis, nec Eccleſia aliqua, ſed eſt abſolutè ipſius Eccleſia.

Nihilominus dicendum eſt, quòd eo modo quo quælibet Eccleſia eſt Eccleſia mea, ideſt Chriſti, illo eodem modo verificatur de ea, quod eſt ædificata ſuper hanc Petram. Quod vt plenius intelligas, perſpice differentiam in modo, quo Eccleſia Catholica eſt Chriſti, & quo quælibet particularis Eccleſia eſt Chriſti, conueniunt ſiquidem omnes partiales Eccleſię cum Eccleſia Catholica in hoc, quòd ſunt Chriſti (nam quælibet partialis eſt Chriſti Eccleſia, & Eccleſia Catholica eſt Chriſti Eccleſia,) ſed differunt in modo, quia Eccleſia Catholica eſt Chriſti vt totum, quælibet autem Eccleſia eſt Chriſti, vt pars, & propterea Eccleſia Catholica eſt ædificata, vt totum ſuper hanc Petram, quælibet autem Eccleſia particularis eſt ædificata ſuper hanc Petram, vt pars.

Illo igitur modo, quo verificatur de Eccleſia particulari, quòd eſt Eccleſia mea, eodemmet modo verificatur de illa, quòd eſt ædificata ſuper hanc Petram, & propterea quia eſt Eccleſia mea vt pars, eſt quoque ædificata vt pars ſuper hanc Petram, Eccleſia verò Catholica, quia eſt Eccleſia mea vt tota, eſt quoque ædificata vt tota ſuper hanc Petram.

Et quia totum comprehendit quamlibet partem, & ad partes ſe habet, vt perfectiua

ad

Digitized by Google

ad imperfecta, & vnitas, & integritas Eccleſiæ pari paſſu currunt, ideò verbum Chriſti ad literam intelligitur de Eccleſia vna Catholica, ratione cuius intelligitur quælibet particularis Eccleſia, vt pars vnius Eccleſiæ catholicæ ædificata ſuper Petrum, ſicut ratione vnius Eccleſiæ catholicæ quælibet partialis Eccleſia vocari poteſt à Chriſto Eccleſia mea, tamquam pars Eccleſiæ catholicæ, nec aliter verificaretur, quoniam ſi ab vnitate Eccleſiæ diuiſa eſſet, non eſſet Eccleſia Chriſti. Nec putes aduerſari hæc ſacris Canonibus, aut Sanctorum dictis, quæ ſonare videntur Eccleſiam Romanam ædificatam eſſe à Chriſto ſuper hanc Petram.

Appellatione quidem Romanæ Eccleſiæ, vt multi putant, ex verbis Concilij Conſtantienſi in condemnatione articulorum Ioannis Wicleff intelligitur quandoque Eccleſia catholica, & ſecundùm hunc ſenſum nulla eſſet in propoſito quæſtio, niſi de nomine. Sed quoniam ſenſus hic non conſonat intentioni ſcribentium de Romana Eccleſia, intelligentium ipſius nomine quandam particularem Eccleſiam diſtinctam contra alias particulares Eccleſias, ideo aliter dicendum eſt Romanam Eccleſiam ædificatam eſſe à Chriſto ſuper hanc Petram, verificari, non per proprietatem, ſed per appropriationem. Quod ex conuenientia, & differentia inter Eccleſiam Romanam, & alias manifeſtatur, commune ſiquidem eſt cuilibet particulari Eccleſiæ eſſe partem.

Et hinc fit, quòd non per proprietatem verificatur de quacumque particulari Eccleſia, ſed tantummodò de Eccleſia catholica, quòd eſt ædificata ſuper hanc Petram, de ipſa enim ſola ad literam loquitur Chriſtus, dicens: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, in qua tamen omnes partiales Chriſti Eccleſiæ clauduntur, vt partes in toto.

Differt autem Romana Eccleſia ab alijs partialibus Eccleſijs propinquitate ad Caput Eccleſiæ catholicæ, nam Eccleſia Romana in ſuo proprio capite non ſolùm proxima, ſed eadem facta eſt cum capite Eccleſiæ catholicę, ex facto enim Petri vnus, atque idem factus eſt Pontifex Romanus, & Pontifex Eccleſiæ catholicæ, ſecundùm ſeipſam verò immediatè hęret Pontifici Eccleſiæ catholicæ.

Alia autem quæcumque partialis Eccleſia, nec ſecundùm ſeipſam immediatè iungitur Paſtori Eccleſiæ, nec ſecundùm ſuum caput coincidit cum Capite Eccleſiæ catholicæ. Ob hanc igitur proximitatem, & coniunctionem Eccleſiæ Romanæ ad Paſtorem Eccleſiæ catholicæ, appropriantur verba Chriſti ad Romanam Eccleſiam potiùs, quàm ad alias, non quod illi ſint propria, ſed Eccleſiæ catholicæ, vt dictum eſt.

Promiſit igitur Dominus Petro hac prima promiſſione: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, futurum ipſum fundamentum Eccleſiæ catholicæ.

Per ſecundam autem promiſſionem: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ eidem promiſit, quod tripliciter manifeſtatur.

Primò, ex ipſa re ſignificata per claues Regni Cœlorum, poteſtate ſcilicet aperiendi, & claudendi Cœlorum Regnum, non his, vel illis, ſed abſolutè, vt comprehendantur omnes viatores, quibus claudi, vel aperiri Regnum Cœlorum poteſt.

Huiuſmodi ſiquidem poteſtas quadruplex poteſtatis genus ſub ſe comprehendit, hoc eſt, iudiciariam tam in foro pœnitentiæ, quàm in foro Eccleſiæ, quoniam omnis eccleſiaſticus Iudex vtriuſque fori, ſoluendo, vel ligando, aperit, vel claudit Regnum Cœlorum illi, qui ſoluitur, vel ligatur.

Poteſtatem quoque gubernatiuam Eccleſiæ catholicæ, non prouidendo, gubernando, inſtituendo, diſponendo, & cætera eiuſmodi faciendo, nihil aliud fit, quàm aperitur, vel clauditur Regnum Cęlorum.

Poteſtatem etiam ad Purgatorium extenſam comprehendit, vbi nota, quòd licèt Chriſtus non dederit Petro iudiciariam poteſtatem ſuper Purgatorium, dedit tamen illi claues Regni Cœlorum, aperiendi etiam, vel claudendi his, qui ſunt in Purgatorio.

Et proptereà de poteſtate iudiciaria loquens appoſuit locum, ſcilicet ſuper terram dicens: Quodcumque ſolueris ſuper terram, & quodcumque ligaueris ſuper terram, eximens per hoc eos, quæ ſuper terram ampliùs non ſunt, à iudiciali poteſtate Petri: Loquens autem de clauibus Regni Cęlorum, nullum excimit viatorem, cui per Eccleſiam poteſt aperiri, vel claudi Regnum Cęlorum, ſed abſolutè, & illimitatè dixit: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, vt poſſet Petrus cuicumque viatori Regnum Cœlorum aperire poſitiuè, claudere verò ſaltem negatiuè.

Hæc autem dicentes, nequaquam Auguſtinum, ſacroſque Canones poteſtatem Petri ad excommunicandum etiam defunctos, tuentes oppugnamus, immò hinc, quod dicimus confirmamus. Nam eccleſiaſtica cenſura in defunctos quatenus ſoluit, aut ligat, ad id reſpicit, quod ſuper terram eſt, hoc eſt viuos, qui ligantur ne communicent, aut ſoluuntur vt communicent defuncto, quatenus verò aperit, aut claudit Regnum Cęlorum, ad defunctorum animas reſpicit, quibus verè hinc aperitur, aut clauditur Regnum Cęlorum. Terminatur ergo iudiciaria poteſtas ſuper terram, claues autem Regni Cęlorum ad omnes viatores ſe extendunt.

Poteſtatem demùm imperatiuam vniuerſis ad Eccleſiam quomodolibet ſpectantibus in ordine tamen ad Regnum Cęlorum, exigit ſiquidem recta ratio, vt poteſtas quæ ſupremum ſortita eſt finem, reliquis omnibus imperet in ordine ad ſupremum finem, vt facilè manifeſtatur inducendo tam in artibus, quàm in Rectoribus, Ducibus, & Principibus. Quilibet nempè artifex, rector, dux, princeps, ſuperiorem ſortitus finem, ordinat alios artifices, rectores, duces, principes, ad ſuum finem, ac per hoc illis quatenus ad ſuum diriguntur finem, præcipit.

Conſtat autem Regnum Cœlorum ſupremum eſſe finem poteſtatique clauium Petro promiſſarum reſpondere, reliqua verò omnia temporalia ad hunc finem quandoque oportere diſponi. Sub hac igitur Petri poteſtate comprehenditur poſſe imperare regnis, & principibus omnibus in ordine ad Regnum Cęlorum, nec enim huiuſmodi imperium aliud eſt, quàm aperire, & claudere Regnum

Cęlo-

Digitized by Google

Cęlorum, vt de ſe patet. Ex re igitur promiſſa per claues Regni Cęlorum, patet primò, quòd plenitudo poteſtatis eccleſiaſticæ Petro promiſſa eſt à Chriſto, dicente: Tibi dabo claues Regni Cęlorum.

Declaratur deindè idem ex modo loquendi ſacræ Scripturæ, Iſaiæ quidem 22. de Eliachim ſummi Sacerdotis plena poteſtate, dicitur: Et dabo clauem domus Dauid, ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.

In nouo quoque Teſtamento Apoc. 3. de Chriſti poteſtate dicitur: Qui habet clauem Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Nec obſtat ſi obijciat, in textu Euangelij non haberi, quòd ſi Petrus aperiat, nemo claudit, & ſi claudat, nemò aperit, quia etſi non habentur hæc verba, habetur tamen idem ſenſus.

Ex eo quidem, quòd de minoribus actibus clauium in Euangelio habetur: Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cęlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cęlis, manifeſtè habetur, quòd ita Petrus ligat, quòd nemo ſoluit, & ita ſoluit, quòd nemo ligat: quod enim in terra ligatum, in Cęlo quoque ligatum eſt, conſtat ita eſſe ligatum, quòd nemo ſoluit, & ſimiliter quod in terra ſolutum, in Cęlis quoque ſolutum eſt, conſtat ita eſſe ſolutum, quòd nemo ligat.

Ex hoc autem ſufficienter habetur, quòd ita Petrus aperit Regnum Cęlorum, quòd nemo claudit, & ita claudit, quòd nemo aperit, æquum eſt enim, vt non minus, ſed potiori modo poſſint claues Petri adæquatos ſibi actus, quàm actus minores exercere. Et aduerte, quod verba illa Iſaiæ 22. dicta ſunt Eliachim in perſona Chriſti, vt gloſs. ibi dicit. In cuius ſignum Ioannes Euangeliſtã eadem repetit de Chriſto, tamquam monſtrans illum eſſe in Eliachim ſignificatum, & ipſemet Iſaiæ 9. cap. de Chriſto ſcripſerat, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, vt oſtendatur clauis ſuper humerum eius, principatus ſuper humerum eius, ac per hoc vndique percipiamus per claues Regni Cęlorum plenitudinem poteſtatis ſignificatam.

Accedit autem ad hoc teſtimonium à conſuetudine, in ſignum enim ſummæ poteſtatis claues Regni Regi offeruntur. Quocirca iungendo ambas promiſſiones, cùm ex prima Petrus futurus ſit fundamentum Eccleſiæ catholicæ (vbi in Petro officium ſuſtinendi Eccleſiam catholicam in fidei ſoliditate ſtatuitur, & pariter Eccleſiæ catholicæ neceſſitas inhærendi Petro, vt fundamento imponitur, ædificationis enim ratio expoſcit, vt ædificium neceſſitatem habeat inhærendi Petræ, ſuper quam fundatum eſt) ex altera verò Petro Eccleſiæ poteſtatis plenitudo pollicita ſit, manifeſtè liquet promiſſum huiuſmodi verbis Petro Eccleſiæ catholicæ pontificatũ eſſe, hæc enim duo præcipua eſſe in totius Chriſtianæ Eccleſiæ Pontifice conſtat. Ex Matthæi Euangeliſtæ igitur verbis: Tu es Petrus, &c. collatis cum alijs Euangelijs, ac diſcuſſis, manifeſtatum credimus ſoli Petro Pontificatum Eccleſiæ catholicæ eſſe promiſſum à Chriſto.

CAP. VIII.

Perſonæ Petri, quamuis charitate qualificatæ, dictum eſſẽ, Paſce oues meas.

EXpedito tractatu de promiſſionibus ſoli Petro factis à Domino apud Matth. tractanda occurrit commiſſio, quam Saluator Petro fecit apud Ioannem, cum toties ei dixit: Paſce oues meas. Vbi ſicut in antedictis, quatuor dilucidanda occurrunt, hoc eſt, quod perſonæ Petri, quòd ſoli dicta hæc intelliguntur, ita quòd nuſquam aliàs cæteris ſimiliã dicta ſunt, quòd tota Eccleſia paſcenda commiſſa eſt Petro, & quòd per hæc pontificatus Eccleſiæ catholicæ datus eſt Petro.

Quoniam autem ſoluere neſcit, qui nodum ignorat, qui rem dubiam reddere poſſunt, in horum ſingulis afferenda ſunt. Ex duobus in primis apparet, quòd non perſonæ, ſed qualificatæ perſonæ dictum eſt: Paſce oues meas.

Primò, ex cognominatione Petri, dum appellatus eſt Simon Ioannis, hoc eſt obediens gratiæ, neque enim fruſtrà (vt Beda hic dicit) ſic eum Dominus appellauit, ſed ad hoc myſterium inſinuandum.

Deindè ex trina interrogatione: Diligis me? vbi manifeſtè amanti dixit: Paſce oues meas. Ex his enim apparet, quòd non perſonæ, ſed perſonæ qualificatæ obedientia diuinæ gratiæ, & amore ipſius Chriſti dictum eſt: Paſce oues meas.

Hoc in hoc loco obſeruandum eſt, ne in extremos declinemus errores, ſed media incedamus via, cùm enim de qualificatæ perſonæ officio agitur, quatuor occurrunt, ſcilicet perſona, qualitas eius, vſus officij, & rectitudo eius. Quæ omnia licèt diuerſa ſunt, hæretici tamen nolentes diſcernere inter poteſtatis vſum, & rectitudinem vſus, totũ qualitati tribuunt, malos Chriſti miniſtros cognoſcere recuſantes, quia qualificati Chriſti charitate non ſunt, tamquam poteſtas, & rectus poteſtatis vſus idem ſint, vel ſaltẽ vtrumque qualitati, hoc eſt charitati commiſſum ſit, vnde latiùs aberrantes, cuilibet iuſto eccleſiaſticam arrogant poteſtatem. Stulti autem (quorum infinitus eſt numerus) rectitudinem vſus paruipendentes, ſi perſonæ eccleſiaſticam tribuunt poteſtatem, quicquid ſit de charitatis qualitate feciſſe putant ſatis.

Recta verò, ac catholica ratio mediam amplectitur viam perſonæ qualificatæ datam, & dari debere eccleſiaſticam poteſtatem cenſens, ea tamen ratione, vt perſonæ poteſtas, ſeu poteſtatis vſus, qualitati verò rectitudo vſus reſpondeat. Sic enim vterque vitatur error, dum ſapienter qualificatæ perſonæ committitur, vt rectè vtatur Eccleſiaſtico miniſterio, & ſic contingit malos eſſe miniſtros, Eccleſia ambiguitati, aut fallaciæ periculo non ſubſit, ſed per malos etiam bona ſuſcipiat.

Etſi ſapiens quicumque qualificatæ debet perſonæ committere rectum vſum officij, hoc maximè decuit Sapientiam incarnatam;

& propterea tertiò à Petro exigit qualitatem charitatis, committendo ei actum optimum, ita quod exacta charitas bonitatem actus reſpicit, & ipſa rectitudo, ſeu bonitas actus charitati tribuitur, vt omnes communiter Doctores ſonant. Patet autem actum optimum à Saluatore Petro committi, dicendo: Paſce oues meas, ex ſingulis trium dictionum: paſcere enim eſt conferre nutrimentum, quo oues nutriuntur, augentur, multiplicantur, & viuunt. Oues dixit, non hędos, non boues, non lupos, & id genus homines, luxurioſos, ſuperbos, rapaces, inuidos, maledicos, &c. Meas addidit, vt proprio amore ſubtracto, amor Chriſti ratio paſcendi oues ſignificata expliceetur.

Ex quibus tribus ſimùl innctis perſpicuum fit, quòd actum optimum committebat Petro dicens: Paſce oues meas: & quia, vt dictum eſt, actus optimus non poteſt niſi à charitate Chriſti prodire, ideò perſonæ qualificatæ charitate à Domino commiſſus eſt. Ex hoc autem non ſequitur, vt hæretici fingunt, quòd qualitati commiſſum eſt paſtorale officium, ſed charitati quidem commiſſa intelligitur bonitas, ſeu rectitudo vſus officij paſtoralis: ipſe autem vſus perſonæ commiſſus intelligit.

Vnde & Dominus hoc in loco ter exacta charitate non dixit: Charitas tua paſcat oues meas, ſed perſonam ter alloquitur dicens: Paſce tu agnos, ſeu oues meas.

Et ſicut apud Matt. perſona Petri deſcripta eſt nomine proprio, & nomine proprio patris carnalis, quoad corpus, & internę reuelationis gratia, quoad animã, vt ex his ſingulariter Petro conuenientibus perſonam eius intelligeremus: ità quoque hoc in loco non ſemel, ſed ter eodem nomine proprio, & patris carnalis perſona Petri ſecundùm carnem deſcribitur, Simon Ioannis, ſeu Ionæ (vt correctiores codices habent) & ſecundùm animam ex propria humiliatione, qua cor Chriſti ſcientiæ ſubmittit, ter repetens Domine ſcis, quia amo te, & ex propria contriſtatione, contriſtatus eſt Petrus, &c. vt ex his ſibi proprijs, Petri perſonam apertè intelligeremus eſſe illam, cui Chriſtus dixit, paſce oues meas, ac proindè non dono charitatis, ſed perſonę commiſſum officium paſtorale perciperemus: ex exacta autem charitate intelligeremus charitati committi rectitudine vſus officij paſtoralis: nemo enim ſine charitate poteſt officio paſtorali rectem vti. Et hæc ſecundùm literalem Euangelij ſenſum ſunt; ad myſticum verò ſenſum (vnde efficax non poteſt argumentum trahi) ſpectant quòd Simon Ioannis interpretatur, obediens gratiæ. Vnde patet, quòd Chriſtus non qualitati, ſed perſonæ Petri qualificatæ charitate dixit, paſce oues meas, ac proindè ſi, decidiſſet Petrus, à charitate non amiſiſſet paſtorale officium, ſed rectum vſum illius, quoniam à charitate pendet non officium, ſed rectitudo vſus, vt planum eſt apud quemlibet Catholicum Doctorem, & ſolos habet hæreticos contradictores.

CAP. IX.

Soli Petro, ità quòd non alijs Apoſtolis, dictum eſſe, Paſce oues meas.

Qvòd autem ſoli Petro dictum ſit à Chriſto, paſce oues meas, textus ipſe clare manifeſtat, tùm ex nomine proprio ſuo, & patris carnalis tertio repetito, tùm ex comparatione appoſita ad alios, Diligis me plus his? comparatiuum enim diuerſitatem monſtrat ipſius ad alios Apoſtolos præſentes, quibus comparatur, tùm ex propria Petri paſſione, qua contriſtatus deſcribitur ex tertia interrogatione memor negationis Chriſti prædictæ ſibi olim ipſo parato mori, ità vt locus dubitationi non relinquatur.

Et quoniam hæc fuerunt Petro data poſt Reſurrectionem Domini, & alijs Apoſtolis, nec anteà, nec poſteà inuenitur ſimile, quid dictum, teſtat vt omninò ſoli Petro dictum ſit, paſce oues meas. Nec obſtat, quòd Eccleſia Apoſtolos omnes vocat paſtores Dominici gregis in præfatione (quos operis tui Vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores) quando hoc ad Apoſtolatum manifeſtè refertur, & propterea eo modo dicuntur paſtores Dominici gregis, quò ad Apoſtolatum ſpectat paſtoralis cura, vt autem Apoſtoli nomen teſtatur paſtorale exercitium ad Apoſtolos ſpectat, vt ad Legatos Chriſti, & ſic hoc eſt, vt Legati Chriſti dicuntur paſtores Dominici gregis. Petrus autem (vt ex ſupradictis, & dicendis patebit) conſtitutus eſt, vt ordinarius paſtor etiam ipſorum Apoſtolorum, & hoc ſignificant Chriſti verba, paſce oues meas.

CAP. X.

Petro ſoli vniuerſam committi Eccleſiam, per hæc verba Chriſti, Paſce oues meas.

Vniuerſam autem committi Eccleſiam Petro per hęc verba, paſce oues meas, ſophiſticè in dubium vertitur ex ſex.

Primò. Quia non dicitur, paſce oues meas omnes: ſi enim tota Eccleſia, comprehenſa eſſet, dici debuiſſet omnes oues meas, ſicut dictum eſt, Docete omnes gentes, Matthæi vlt.

Secundò. Quia nihil impoſſibile commiſſum eſt à Chriſto, vniuerſam autem per Orbem Eccleſiam paſci, ab vno eſt impoſſibile. Et ſi dicatur, quòd vnus per alios poſſet paſcere rotum Orbem: Contra, quia Dominus dixit, paſce, & non dixit, fac paſcere oues meas, hoc enim etiam ethnicus poſſet facere, committere, ſcilicet alijs, vt paſcerent oues Chriſti.

Tertiò. Quia peccaſſet Petrus ſi non omnes ſolus pauiſſet, ſi omnes ſoli commiſſæ ſunt.

Quartò. Quia Petrus, nullum Apoſtolum

lum miſit, & quilibet Apoſtolus ordinauit Epiſcopos abſque Petri auctoritate.

Quintò. Quia confitemur Apoſtolos in diuerſas Mundi partes tamquam ſuas portiones diſtributos.

Sextò. Quia Petrus circumciſionis tantùm oues ſortitus eſt, vt patet ad Gal. 2. Vbi dicit Paulus, Cùm vidiſſent, quòd creditum eſt, mihi Euangelium præputij, ſicut, & Petro circumciſionis, qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt mihi inter Gentes.

Quod manifeſtè autem exorbitent hæc à verò Euangelij ſenſu, non eſt difficilè aperire, dicendo ſiquidem, paſce oues meas, oportet, aut omnes, aut iſtas, aut nullas, vel vagè oues committi paſcendas. Et quidem, quòd non has, vel illas determinante commiſerit, verba ipſa teſtantur, quòd verò nullas, veritati aduerſatur, quòd autem vagè reliquerit, & Chriſti ſapientiæ derogat, & veritati pronominis adiuncti contrariatur: ſapientis enim gubernatoris, & potentis definitè prouidere, non vagam relinquere prouiſionem ſuam.

Et conſtat, quòd ex hoc ipſo, quòd ſolo pronomine Meas, demonſtrat oues, non vagè, ſeu indefinitè loquitur, ſed ex hoc ipſo, quòd nullas ſuas eximit, omnes ſuas comprehendit dicendo, paſce oues meas. Et obſerua peruerſitatem exponendi, quando apud Matth. dicitur, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, de omni Eccleſia Chriſti intelligendum putant, ne vnam ſolam Eccleſiam ſuper petram ædificatam fateantur: quando verò apud Ioannem Petro dicitur, paſce oues meas, indefinitè exponunt, ne oues Chriſti ſub vno paſtore comprehendant. Ibi rem ſingularem, vnam ſcilicet Eccleſiam Catholicam, contra omnem rationem diſtribuunt vniuerſaliter, hìc res diuerſas, multas ſcilicet oues diſtribuere vniuerſaliter recuſant, vt hinc videas falſos eſſe eorum ſenſus, falſum enim etiam ſeipſo diſſonat.

Et per oppoſitum, quia verò omnia conſonat. Eccleſiaſticus ſenſus ſicut habet, quòd ibi ità vnica intelligitur Eccleſia Catholica, vt comprehendantur omnes Chriſti particulares Eccleſiæ in ea tamquam partes in toto, ità hìc oues Chriſti, intelliguntur explicitè per pronomen meas, vt nulla relinquatur, quæ ſub pronomine, meas comprehenditur.

Et propterea. Non oportuit apponere omnes, quia quæcumque oues, ad quas extenditur pronomen, meas, comprehenduntur, cum dicitur, paſce oues meas, ſicut Ioann. 10. omnes comprehenſæ ſunt Chriſti oues, cùm dixit Dominus, Animam meam pono pro ouibus meis, & rursùs, Oues meæ vocem meam audiunt, &c. Vnde ly *meas*, vniuerſalis ſigni ſupplere effectum altiori ratione neceſſariò appoſitum patet, & propterea non eſſe ſimile iudicium de hoc textu, & illo, Docere omnes gentes: ibi enim, tàm ſuas, quàm non ſuas per electionem gentes docendas mandauit, hìc verò, oues ſuas paſcendas commiſit ſufficienter, per ly *meas*, comprehendens omnes, vt ratione, & teſtimonio Scripturæ monſtratum eſt clariſſimè conſtare ex eodem Euangeliſta.

Et hinc confirmatur ſenſus Catholicus, quoniam quod ibi Chriſtus promiſit, hìc exhibuit, & propterea quia ei totam Eccleſiam promiſit, hìc omnes oues commiſit. Et confirmatur rursùs ex verbis Domini Io: 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor: ſi enim ex ouibus omnibus ouile vnum conſtare debet ſub vno paſtore, conſequens eſt, vt cùm vnus paſtor inſtituitur, & dicitur, paſce oues meas, illius vnius ouilis cura committatur.

Dubitandum enim fortè fuiſſet, ſi plura haberet Chriſtus ouilia, de quibus ſuis ouibus loqueretur, cùm autem vnum tantùm ouile ſe habere teſtetur, dubitari non poteſt, quas ſuas oues committat, niſi quis adeò deſipiat, vt de parte tantùm ouilis curam committat. Et confirmatur rursùs hic ſenſus ex Sanctorum expoſitione, quorum auctoritates latiùs inferius afferentur. Vnde Theophilus hìc dicit, finito prandio commiſſionem ouium Mundi Petro commendat, non alij.

Ad ſecundam verò obiectionem dicitur quòd non eſt impoſſibile, ſed neceſſarium, atque vtile, omnes Chriſti oues paſci ab vno, vt Catholicæ Eccleſiæ cap. In hoc autem paſcendi modo, ſcilicet vt à capite Catholicæ Eccleſiæ, clauditur quòd Chriſti oues diuerſis coadiuuantibus membris paſcuntur à capite, ſicut totum corpus à capite regitur coadiuuantibus alijs membris.

Vnde non eſt dicendum, quòd Petrus paſcit, ideſt facit paſcere, ſed quòd ipſe, vt caput per alia commembra coadiuuantia paſcit omnes Chriſti oues, quod non poſſe per Principem laicum, aut quemcumque alium, qui non eſt caput Eccleſiæ, fieri conſtat. Tantoque poſſibilius eſt à Petro paſci omnes Chriſti oues, quantò Petrus Vicarius eſt Chriſti viuentis, regnantis, & aſſiſtentis ad dirigendum, inſpirandum, atque adiuuandum.

Vnde patet ſolutio tertiæ obiectionis, commiſſum eſt enim Petro ſoli, non vt ſolus omni modo, ſed vt ſolus tamquam caput Catholicæ Eccleſiæ paſcat omnes Chriſti oues, & propterea non peccat ſi per commembra adiuuatur ad paſcendum Chriſti oues, ſed peccaret ſi concaput Eccleſiæ Catholicæ ſuſtineret.

Ad quartum dicitur, Petrum nullum miſiſſe Apoſtolum, quia præuentus eſt à Chriſto Domino, qui miſit Apoſtolos. Ioann. 20. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et propterea poterant auctoritate Apoſtolatus, Epiſcopos ordinare abſque habita à Petro facultate.

Ad quintam dicitur, quòd diſtributio Apoſtolorum ad Apoſtolatus exequutionem ſpectat, & nihil pœnitùs obſtat paſtorali officio Petri, ſicut in nullo eius auctoritas imminuta eſt ex hoc, quòd Chriſtus Apoſtolos miſit, hoc enim ad legationem, illud verò ad exequutionem pertinet.

Et per hoc etiam ſoluitur ſexta obiectio: nam quantum ad exequutionem Apoſtolatus Paulus loquitur, vt ipſa verba clarè teſtantur, Qui operatus eſt in Apoſtolatu. Cum his enim diuerſis exequutionibus euidenter ſtat vnitas paſtoralis curæ apud Petrum.

CAP. XI.

Petro per hæc verba, Paſce oues meas, *commiſſum à Chriſto Pontificatum totius Eccleſiæ eſſe.*

ECceleſiæ Totius pontificatus Petro per hæc verba collatum inficiantur aliqui.

Primò. Quia paſcere non ſignificat principari, aut eſſe primum.

Secundò. Quia Verbum Chriſti eſt, vel exhortatorium, vel præceptorium ad paſcendum, non ad ſubijciendum oues. Et ſi dicatur, paſcere non poteſt niſi ſuperior, quid ad me? quære locum vbi verba ſunt conferentia Petro poteſtatem ſuper Eccleſiam: hic enim ſolummodò paſcere committitur.

Verùm difficilè non eſt pontificatum monſtrare ſub his verbis datum. Paſcere ſiquidem Chriſti oues, actus eſt auctoritatis in paſcente, vtilitatis in ouibus, finis in Chriſto. Eo namque ipſo, quòd Chriſtus ſuos, vt oues paſcendas Petro commiſit, meridiana luce clariùs patet, quòd ipſum præfecit alijs, vt paſtorem omnibus.

Non oportet ergo alium quærere locum, vbi Petro poteſtas data eſt ſuper Eccleſiam: quoniam hic locus eam atteſtatur datam, niſi quis vſque adeò deſipiat, vt Petro dictum putet, paſce oues meas: non officio paſtoris, ſed officio mercenarij. Quæ etiam inſipientia confutatur ex trina exactione charitatis Chriſti à Petro: cui enim amore Chriſti paſcendæ oues committuntur, procul abeſt amor mercenarius. Vnde etſi paſcere non ſignificat principari, ſignificat tamen actum Eccleſiaſtici Principis, & rurſùs ſi non ſignificat principari, præſupponit tamen principatum, quia præſupponit paſtorem.

Vnde & benè reſpondebatur, quòd paſcere non poteſt niſi ſuperior. Et cùm dicitur, Quid ad me? reſpondetur, multum profectò ex ipſa ratione connexorum: habent enim hoc, vt altero collato reliquum tributum intelligatur. Quo fit vt ſi paſcere non poteſt niſi ſuperior cui datum eſt paſcere, datum quoque eſt eſſe ſuperiorem, vnde ex hoc etiam capite liquet, quòd non eſt alius quærendus locus Scripturæ, vbi Petrus factus eſt ſuper Eccleſiam, quoniam hìc clarè habetur.

Affirmamus autem Chriſti verbum præceptorium eſſe: nam ſi Apoſtolo Paulo væ eſt, ſi non euangelizauerit, multò magis Petro væ eſt, ſi non pauerit oues Chriſti. Sed non præceptorium ſolummodo eſt Chriſti verbum, ſed inſtitutorium: nam, ſi in conditione primæ partis Vniuerſi, Verbum Dei inſtituit creaturas præcipuas, & ſimul proprium earum opus præcipit (iuxtà illud, Statuit ea in æternum, & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit, & non præteribit) par eſt, vt in creatione Chriſtianæ Eccleſiæ primum eius membrum eodem verbo perfecerit, præcipiendo ſummum pontificatus opus, & inſtituendo ipſum pontificatum. Eo verò ipſo, quo Petro, vt paſcat Chriſti oues, committitur, Chriſtianus populus, vt oues, iubetur ſe habere ad Petrum, fruſtrà enim committerentur, vt oues paſcendæ à Petro, niſi vt oues exhiberentur eidem à communi Domino.

Vnde neceſſitas non ſolùm paſtus ſed ſubiectionis in Verbis Domini ſignificatur, cùm dicitur, paſce oues meas. Atteſtante etiam hoc Aug. hìc exponente, paſcere non ſolum docere, ſed regere, dùm dicit, oues ipſas paſcendas, hoc eſt docendas regendaſque committit: & Chryſ. paſce oues meas, fratrum curam ſuſcipe, & gloſſa ex Alchui. Paſcere oues eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt, ſubditis prouidere, & exempla virtutis cum verba prædicationis impendere. aduerſarijs obſiſtere, errantes ſubditos corrigere?

Quocircà, etſi paſcere non ſignificat principari, ſignificat tamen Chriſti oues regere, in quo claudit principari, etſi non ſignificat principari, trahit tamen ſecum principari: ſicut trahit ſecum requirere, reducere, alligare, conſolidare, cuſtodire, & ſanare, quorum meminit Dominus Ezechiel. 34. vnde & Petrus Princeps Apoſtolorum, & princeps ſuper plebem Chriſti conſtitutus dicitur, & iuxtà Greg. verba ad Mauri. Cura ei totius Eccleſiæ, & principatus committitur.

Et ſi quæratur, quare Dominus commiſit pontificatum Petro non ſub vocabulo prælationis, ſeu auctoritatis, vel dignitatis, ſed actus paſcendi ſuas oues? In promptu ratio eſt, & ex parte rei, quia prælatio, ſeu auctoritas eſt propter paſcere oues Chriſti, & non contra. Et ex parte appetitus regulandi, quia non locus ſuperior, & dignitas, aut auctoritas ambienda eſt, ſed paſtus ouium Chriſti appetendus in pontificatu, iuxtà quod Apoſtolus poſteà dixit, Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

Et ex parte Scripturæ adimplendæ: dixerat enim ante paſſionem, Lucæ vigeſimo ſecundo, Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem exercent in eos benefici vocantur, vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor. Hinc enim à miniſteriali actu paſcendi Chriſti oues, ſignificauit pontificatum tacitum, tamquam annexum quid, & non æſtimandum niſi propter vtilitatem ouium Chriſti, cuius oppoſitum contigit in Regibus, & Dominis gentium: quia ad hoc vt regnent, & Domini fiant, omnia ordinant.

Porrò commiſſum inter actus pontificios opus præcipuum, Petri monſtrat pontificatum, paſcere ſiquidem electos præcipuus eſt Pontificis actus. Nàm ſicut ad ſupremam diuinæ prouidentiæ partem ſpectat cura electorum (ad quorum fœlicitatem non ſolùm Cœli motum ordinauit, teſtante Ioann. in Apocalyp. cap. 6. Dictum eſt illis, vt requieſcerent adhùc modicum tempus, donec impleatur numerus conſeruorum eorum, ſed etiam ipſemet deſcendit de Cœlis, & homo factus Crucifixus, mortuus, ſepultus, &c. omnia ſuſtinuit propter electos,) ità ad ſummam Eccleſiaſticam curam, quam pontificatum vocamus, ſpectare oportet paſcere electos.

Con-

Digitized by Google

Conſtat autem ſolos electos ſignificari, cùm dicitur, paſce oues meas, teſtaote hoc ipſo Domioo Ioaou. 10. dicente, Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & oon peribunt io æternum, & non rapiee eas quiſquam de manu mea. Nec propterea Petri pooificatus quaſi ad ſolos electos ſe extendat, reſtrictus eſt, ſed ſubordinatus electorum paſtui, hinc eſt omnis circà alios pontificatus actus. Sicut enim ſecuodùm Voiuerſi ordinem vnicus Cœli motus propter implendum numerum eſt electorum, & idem tamen etiam ad propagandos non electos ſe extendit,& ſecundùm ordinem gratiæ ſummæ bonus paſtor Ghriſtus aoimam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, hoc eſt electis, & tameu eadem mors pro totius Mundi vita fuit, ità in ſacris myſterijs ſummus pontificatus, propter paſcendos eſt electos, & idem non electos comprebendit.

Nec immeritò, quoniam eiuſdem eſt cuta finis, & diſpoſirio eorum, quæ ſunt ad finem, vita autem electorom finis eſt gubernationis aliorum. Omnia, ioquit Apoſtolus ſecondæ, Timothæi ſecuodo, ſuſtioeo propter electos, & ad Romanos octauo, Omnia electis dooata reſtatur, & ſuper omnia bona Domini conſtituendi affirmantur electi Matthæi vigeſimoquarto. Nec ſileotio inuoloſos propterea dixerim præſcitos, quoniam ſub agnorum oomine comprebeodi aliquos præſcriptorum non ioconuenit, ſuot enim Chriſtiani multi imperfecti, ſemper dicentes, & numquam ad perfectinuem ouis peruenientes, quos Dominus paſcendos ſimul cum ouibus, hoc eſt electis,commiſit Petro. Vnde bis commiſit agoos, & tertio oues, oon ſolùm, quia imperfecti maiore egent cura, ſed vt ipſo numero diuerſitatem inſinuaret agnorum ſuorum, hoc eſt Chriſtianorum communem vitam ducentium, dùm alij reprobi, alij electi ſunt, oues autem ſemel, & & vltimò committuntur, quia omnes Chriſti oues inter electos ſunt, & creſcens oratio ad ſummum terminatur.

Et cùm omnes paſtorali Petri curæ committantur, ſoli agni, & oues paſcendæ committuotur, Lupi ſiquidem, Leones, & Vrſi commiſſi intelliguntur cauendi, fugandi, aut exterminandi. Vnde nullus à Petri pontificatu exemptus relinquitur, etiam ſi ſolum fuiſſet illi commiſſum, paſce oues meas, propter quas fiunt omnia, vtpotè quibus omnia cooperantur io bonum, vt Apoſtolus ad Roman.8. teſtatur. Fit autem rurſùm huius excellentia commiſſi operis maniſeſtior, diſcorrendo per paſtoralia Pontificiaque opera, nam ſex illos actus paſtorales Ezeth. 34. poſitos (ſcilicet requirere quod perierat, redocere quod abiectum erat, alligare quod confractum fuerat, cooſolidare quod erat infirmum, ſanare quod erat ægrotum, cuſtodire quod pingue, & forte, ad paſtum ouium ordinari teſtatur Dominus, arguens de bis paſtores dicens, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonnè greges à paſtoribus paſcuotur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, &c.

Vbi rationem omiſſionis manifeſtè reddit ex eo; quòd oon oues, ſed ſemetipſos paſtores mali paſcunt, tamquam ouium horum operum ratio ſit vacare ad paſcẽdum ipſas oues. Actus quoque iudiciales, qui in Eccleſia fiuut, tàm in foro pœnitentiæ, quàm in foro conteotioſo, ad paſcendas Chriſti oues ordinari non eſt dubium. Aperire demùm, & claudere Regnum Cœlorum ad paſtum ouium ſic ſpectant, quòd aperire Regnum Cœlorum eſt paſcere oues Chriſti: claudere autem illud, ad paſtum earundem ordioatur, quandoquidem ad booum refertur electorum quibus omnia cooperantur in bonum.

Conſtat igitur, ſi colligantur cuncta ſignificata per hanc promiſſionem, paſce oues meas, commiſſum Petro eſſe totius Eccleſiæ pontificatum. Nec vt noua hæc cudimus, ſed à Patribus, quæ didicimus, proferimus, eorumdem atteſtatione Petri pontificatum firmaotes, vt io vltimo patebit capitulo.

CAP. XII.

Petrum habere ex Chriſti inſtitutione ſucceſſorem in Pontificatu Eccleſiæ Catholicæ.

FIrmato Petri pontificatu Eccleſiæ Catholicæ, oporret de ſucceſſore eius tractare. Et vt intelligatur manifeſtè differentia inter Catholicos, & ſchiſmaticos, prænotandum eſt in quo conuenimus, & in quo diſſentimus. Concorditer ſiquidem fateour Petrum Apoſtolorum principem &c.fuiſſe Romanum Pootificem, ſicut Iacobus Apoſtolus fuit Pontifex Hieroſolymitanus, & propterea quemlibet Romanum Epiſcopum ſucceſſorem eſſe Petri in pontificatu Romanæ Eccleſiæ, ſicut quilibet Hieroſolymitanus Epiſcopus ſucceſſor eſt Iacobi in Poutificatu Hieroſolymitanæ Eccleſiæ. Concorditer quoque affirmamus, Hieroſolymitanum Epiſcopum non ſuccedere Iacobo, niſi in Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatu, non enim ſuccedit Iacobo io auctoritate Apoſtolatus, ſed ſtatim diſſeotimus, cùm inferre conantur Romanum Pontificem non ſuccedere Petro niſi in Epiſcopatu Romanæ Eccleſiæ, fatentur enim Catholici Romanum Pontificem ſuccedere Petro non ſolùm in Epiſcopatu Romanæ Eccleſiæ, ſed etiam io pontificatu Eccleſiæ Catholicæ.

Vbi ſi perſpicaciter ſcrutati fuerimus, videbimus duo ſupereſſe tractanda, an ſcilicet Petrus habebat Diuino iure ſucceſſorem in Pootificatu Eccleſiæ Catholicæ, & an huiuſmodi ſucceſſor ſit Romanus Pontifex. Schiſmatici enim negant Romanum Pontificem Epiſcopum eſſe Eccleſiæ Catholicæ, & pernegant oportere iuſtitutione diuina aliquem vnum ſuccedere Petro io regimine totius Eccleſiæ, & ante omnia negant Petrum inſtitutum à Chriſto Pontificem Eccleſiæ Catholicæ. Cùm autem iam declarauimus huiuſmodi Petri Pontificatum, ſupereſt vt primò, an habeat aliquem ſucceſſorem, & demùm an ille ſit Romanus Pontifex tractemus.

Et iuxta præfixum modum afferenda cen-

cenſui argumenta, quibus contra vnicum Petri ſucceſſorem in Pontificatu Eccleſiæ Catholicæ inſurgitur.

Arguitur ergo primò ex coniunctis: Si hæc verba Chriſti ad Petrum: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, Matth. 16. Et Paſce oues meas, Ioann. vltim. extenduntur ad ſucceſſorem, par eſt vt verba antecedentia, concomitantia, & ſubſequentia dicta Petro à Chriſto intelligantur quoque dicta non ſoli Petro, ſed ſucceſſori, ſed hoc conſtat eſſe falſum, vt patet ſigillatim diſcurrendo. Nam apud Matth. Dominus præmittit: Tu es Petrus, & poſt ſubiungit reprehendendo Petrum: Vade poſt me Sathana, quia non ſapis, quæ Dei ſunt, ſimiliter apud Ioannem præmittitur: Diligis me plus his? & ſimilia concomitanter interponuntur cum Petri reſponſionibus, & poſtea ſubiungitur. Cùm eſſe iunior cingebas te, &c. Nihil autem horum ſpectat ad ſucceſſorem ſecundùm literalem ſenſum, ergo nec illa verba: Tibi dabo, & Paſce oues meas, ſunt ad literam dicta Petro, & ſucceſſori, ſed ſicut reliqua myſticè applicantur ad ſucceſſores, ità & hæc.

Secundò, ex ſimilibus: Verba Chriſti, Luc. 22. Ego rogaui pro te, &c. Non ſunt ad literam dicta Petro, & ſucceſſori, ergo nec iſta: Tibi dabo claues, & Paſce oues meas, &c. Sunt dicta Petro, pro ſe, & ſucceſſore.

Conſequentia tenet à ſimili: præſertim cùm ipſe textus à ſacris Doctoribus afferatur pro ſoliditate ſucceſſionis Petri in fide. Antecedens verò manifeſtatur ex eo, quòd ibi dicitur. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, ſi enim de quolibet ſucceſſore hæc dicta ſint, oporteret ſucceſſorem quemlibet auerſum quandoque eſſe, vel fuiſſe vt de ipſo poſſit verificari, & tu aliquando conuerſus, ſicut Petrus auerſus fuit negando Chriſtum cum periurio, & poſteà conuerſus confirmauit fratres ſuos.

Tertiò, ex alijs eidem Petro à Domino dictis, puta: Antequam gallus cantet, ter me negabis: Matth. 26. Vade ad mare, & mitte hamum, &c. Matth. 17. Cur enim huiuſmodi ſoli perſonæ Petri ita, quòd non ſucceſſori dicta exponuntur, illa autem: Tibi dabo, & paſce ad ſucceſſorem referuntur? voluntariè enim hoc fieri videtur.

Quartò ex omiſſis: Nullibi ſiquidem dixit Chriſtus ſe loqui in illis verbis Petro pro ſe, & ſucceſſore, cùm tamen debuiſſet hoc docere, cùm hoc vt vnum de neceſſariò credibilibus proponatur Eccleſiæ, & ipſe Iſa. 5. dixerit: Quid eſt quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? ſi enim totum, quod debitum erat effecit ſynagogæ Iudæorum, multò magis totum effecit Eccleſiæ Chriſtianæ.

Et augetur hoc argumentum ex hoc, quòd Dominus Matth. vltim. dicit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Vbi quia ſe fore in toto hoc tempore cum Eccleſia nos certificare voluit dicendo: Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, manifeſtauit, quòd ad diſcipulos pro ſe, & ſucceſſoribus eorum loquebatur. Hinc enim arguitur, quòd ſi Petro, & ſucceſſori intendiſset hæc dicere: explicaſset, aut inſinuaſset ſucceſsorem, ſicut inſinuauit ibi ſucceſsores diſcipulorum.

Quintò ex Coapoſtolis. Quænam ratio eſt, vt nullus aliorum Apoſtolorum habeat ſucceſsorem in Apoſtolatu, & ſolus Petrus habeat?

Et rursùs, quæ ratio eſt, vt Apoſtolorum ſucceſsores ſint, & dicantur Epiſcopi, quos conſtat eſse æquales: vnde, & fratres vocantur, vnus tantùm Epiſcopus ſucceſsor ſit Petri ſuper totam Eccleſiam.

Et rursùs prætactum eſt, quæ ratio ſuffert, vt Epiſcopus Hieroſolymitanus ſuccedat Iacobo in Epiſcopatu illius Eccleſiæ, & non in Apoſtolatu: Succeſsor autem Petri ſuccedat ei in Apoſtolatu, ac Pontificatu totius Eccleſiæ? hoc enim non niſi humana ratione, aut voluntate factum videtur, cùm Scripturæ deſit auctoritas.

Deindè arguitur ducendo ad inconuenientia multa.

Et primò: Si ad ſolum Petrum refertur Chriſti verbum: ergo non ad ſucceſsorem, & iterùm, ergo cum Petro claues venerunt, & abierunt. Et probantur ſequelæ, quia non poteſt ad plus pertinere, quod ad vnum tantùm dicitur.

Secundò, quia ſi ad ſucceſsorem extenditur, ergo neceſsaria ratione, & ad alios Apoſtolos, quia tunc erant præſentes, ſucceſsores autem Petri nondum erant.

Tertiò, quia ridiculum eſset, quòd omnium Eccleſiarum idem Baptiſma, eadem Euchariſtia, eadem Confirmatio, idem Verbum Dei, idem Sacerdotium, eadem Pœnitentiæ, Vnctionis, Matrimonij, & reliqua ſacramenta, eadem Fides, Spes, Charitas, Gratia, Mors, Vita, gloria eſset, vna hæc temporalis potentia vni tributa eſset ſucceſsori Petri per Verbum Dei, quod commune eſt omnibus.

Quartò, ſi vnus Epiſcopus iure Diuino cæteris præfertur, manifeſtè Hieronym. in epiſtola ad Euandrum, quæ habetur 93. diſt. cap. Legimus hæreſim docet, non ſolùm ipſe, ſed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles Auctores. Patet enim ibi Epiſcopos æquales eſse.

Quintò, quia idem Hieronymus ſuper epiſtolam ad Timoth. & habetur 95. diſtinct. cap. Olim dicit. Sicut ergo Presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi Præpoſitus fuerit, eſse ſubiectos, ità Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpenſationis Dominicæ veritate Presbyteris eſse maiores, & in communi debere Eccleſiam regere.

Non ergo Diuino iure vnus Petri ſucceſsor Epiſcopus maior eſt alijs.

Ad huius rei euidentiam conſiderandum eſt triplici via manifeſtum fieri hæc Chriſti verba toties reperita Petro, non ſolùm pro ſe, ſed pro ſucceſsore ſuo dicta eſse.

Prima via ex ipſis verbis Domini, quam dixit: Paſce oues meas, procedit. Nam dicendo, paſce oues meas, vnum ouium ſuarum paſtorem inſtituit (vt ipſa verba teſtantur, abſque vlteriori probatione) Paſtor autem ſignificat ordinarium Rectorem ouium, vt patet tum ex ipſis nominibus Paſtoris, & ouium,

Digitized by Google

ouium, tum ex ipſa tatione paſcendi: tum quia oportet eum, qui ordinatiè gerit curam ouium, vel mercenatium, vel Paſtorem eſse, ſed merceoarius eſt: vt dicitur Ioann. 10. Relinquitor ergo, quòd is, qui ordinariè curam ouium gerit, Paſtor eſt.

Conſtat aurem Paſtorem, vtpotè ordinarium officialem, nou fioiti motte illius, qui Paſcorale officium exetcebat, ſed per ſucceſſionem oportere durare. Et hinc fit, vt inſtitutio Paſroris fit, inſtitutio perpetui officij, ac per hoc, quod in prima inſtiturione Paſrori tribuitur, pro quolibet ſucceſsore eidem datur. Vnde ex hoc ipſo, quòd Dominus dicendo: Paſce oues meas, Paſtorem totius Eccleſiæ iuſtituit, paſtorale officium totius Eccleſiæ ſtatuit ex tunc, & io ſeculum ſeculi, & cooſequenter, quòd dedit tunc Petro, ſignificaoit ſe dare cuilibet Petri ſucceſſori in Petro.

Rutsùs dicendo: Paſce oues meas, perpetuitatem Paſtoris intelligendam ex alio capite monſtrauit, nam oues ſuas duraturas ſciebat, & dixit, vſque ad conſummationem ſeculi in præſeotis miſeriæ ouili voo, & proptereà eo ipſo quo ouibus io vno ooili duraruris vſque ad conſummationem ſeculi, prouidit de Paſtore vno, diceodo Petro: Paſce oues meas: ſignificauit ſe prouidere de vno paſtore vſque ad conſomationem ſeculi. Habemus ergo dupliciter ex ipſis Euangelij verbis à Domino inſtirutum eſſe quemlibet Petri ſucceſſorem Paſtorem totius Eccleſiæ io ipſo beato Petro.

Secunda via ex rationibus fundatis ſupra ſacra Scriptura procedir, tum quia deſipientis eſt pueare Chriſtum prouidiſſe de paſtore ſuarum ouium pro parte remporis, & ea minima qua, ſcilicet vixit Petrus, & non pro toto, & tam prolixo tempore, vſque ad conſummationem ſeculi, quo durant ſuæ oues. Tum qoia rationabile eſt, vt vniuerſalitas temporis, & coinrelligatur vniuerſalitati locorum, & pro inde quia diceodo: Paſce oues meas, oues ſuas vbique terrarum compreheodit, conſequens eſt vt eaſdem pro qoocumque futuro tempore comprehendar. Tum quia Chriſtus ſynagogæ dicens: Quid vltra debui ſacere vineæ meæ, & noo feci, ioſufficieoter prouidiſſet Chriſtiaoæ Eccleſiæ conſtitueos eam vnum ouile ſine vno Paſtore cozuo; ooili, conuerſaote cum ouibus ſuauiter, hoc eſt ſenſibiliter ſecundùm modum ipſarum ouium, vtpotè, quæ viount non ſola ſpiritnali, ſed ſenſitiua natura, cùm tamen de ipſo ſcriptum ſit: Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omoia ſuauiter. Sap. 8.

Tertia autem, & eà optima paritet, & certiſſima via procedit ex expreſſa diuina reuelatione ſacta Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Vt enim inferiùs de verbo ad verbuoi afferentur auctoritates, manifeſtè habetur, quòd io hoc ſenſu à ſanctis innumeris, & ſacris Coocilijs vniuerſalibus inrellecta eſt inſtitutio Pontificarus. Petri ſuper totam Eccleſiam à Chriſto facta. Certo autem certius eſt illum eſſe verum Scripturæ ſenſum, quem concorditer tradentibus Sanctis, vniuerſalis Synodi definitione accedente habtmus. Fatemur igitur, abſque omni hæſitatione quemlibet Petri ſucceſſorem inſtitutum in beato Petro eſſe paſtorem totius Eccleſiæ.

Ad primum ergo argumentum in oppoſitum de concomitanribus, dicitur, præcedentia concomirantia, & ſubſequentia inuenire duplicia, vel pertinentia ad paſtorale officium, vel noo pertinenria ad hoc. Et de pertinentibus qoidem ad paſtorale officium, (quale eſt illud: Vade poſt me Sathana, vt patet in ipſo Euangelij textu) non oportet eſſe ſolicirum an ſpectent ad ſuceſſorem, de perrinentibus autem dicitur, quòd eo modo, quo pertinent ad officium paſtorale, eodem modo pertinent ad ſucceſſorem. Vnde, vt ad ſingula deſcendatur, quia verba præmiſſa apod Matthæum, beatus es Simon Bariona, &c. non ſpectat ad Ponrificatum, ſed ad confeſſionem, quam ſecerat Petrus (vt declaratum eſt) nec ad ſucceſſorem pertinent. Quod verò dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc perram, &c. quia ad Pontificatum totius Eccleſiæ neceſſariò pertinent, ad ſucceſſorem quoque pertinere oportet, neteſſe eſt enim ſucceſſorem Petri eſſe Petrum, ideſt in fide ſolidum, vt ſuper hanc perram Chriſtus ædificet Eccleſiam ſuam. Difficultates autem, quæ circa hoc ſunr, in ſequenti tractabuntur cap. Quod autem dicitur apud Ioano. diligis me, & amas me? quodammodo ad paſtorale officium ſpectat, & qoodammodo non. Nam rectitudo paſtoralis officij amorem Chriſti exigit, ipſum autem paſtorale officium ſine Chriſti amore poteſt, & haberi, & exerceri, & proptereà amor Chriſtl ad ſucceſſorem quoque ſpectat, quantom ad rectitudinem vtendi paſtorali officio, non autem quanrum ad habendum, vel exercendum ipſum paſtorale officium. Et ſimiliter, quòd adiungitur: Cùm eſſes iunior, licèt eum Petro fioitum ſit, quantum ad prophetiæ conſummationem, quantum tamen ad inſinuatum præparationem animi paſtoralis ad ponendum animam pro ouibus Chriſti, & frequentem eoentum perſecutionum, aut mortis pro Chriſti ouibus bono Paſtori, ad ſucceſſoris rectitudioem, atque ſortitudinem pertinet.

Ad ſecundum dicitur, quòd verba illa Domini iuxta regulam de pertineuribus, vel impertinenribus ad officium paſtorale (quia ad paſtorale ſpectat officium confirmare fratres) Petro pro ſe, & ſucceſſore dicta intelliguntur.

Vnde Theodoret. hìc dicit: Hoc autem Petro dixit, eo quòd ſuperbire poterat in his quæ promiſsa eraot à Chriſto.

Et rursùs: Poſtquam me negato ploraueris, ac pœnitoeris, corrobora cæteros, cùm te Priocipem Apoſtolorum deputauerim hoc enim decet te, qui mecum robur es, & petra Eccleſiæ.

Cyrillus qooque hìc dicit: Omiſſis cæteris venit ad Perrom cæteris prælatum. Nec proptereà oportet quemlibet Petri ſucceſſorem cadere à Chriſti charitate, hæc enim Domini verba non neceſſitatem, ſed poſſibilitatem auerſionis à charirate cum indeficientia fidei ſignificant, ſic vt ſi auerti contingat, coouerſus confirmet fratres ſuos. Indeficientia, itàque fidei in Petro, & ipſius ſucceſſione impetrata aſseritur, confirmatio fra-

trum

trum imponitur, auerſio poſſibilis ſignificatur, conuerſio prædicitur. Et hoc inſinuat aduerbium: Aliquando, ex hoc enim, quòd non ſemper, ſed aliquando aduersùs prædicitur, auerſio quoque, quòd quandoque futura ſit, inſinnatur.

Ad quod verificandum non oportet quemlibet ſucceſsorem auerti, ſed ſat eſt, & nimis etiam, quòd quandoque ſucceſsor aliquis auertatur à Chriſti charitate.

Ad tertium patere poteſt iam ſolutio, nam ſola ea, quæ dicta ſunt Petro pertinentia ad paſtorale officium, dicta ſunt ſibi pro ſe, & ſucceſsore ad literam, reliqua autem ad literam dicta ſunt ſibi ſoli.

Ad quartum, quod maximè vrgebat, iam patet reſponſio, ſignificauit enim Chriſtus ipſe in Petro, cuilibet eius ſucceſsori ſe loqui, eo ipſo, quòd inſtituit eum paſtorem ouium ſuarum, tum ex parte officij paſtoralis, tum ex perpetuitate ouium ſuarum, vt prædeclaratum eſt.

Vnde non minùs aperuit hic in Petro eius ſucceſsorem, quàm aperuerit apud Matt. in diſcipulis ſuis eorum ſucceſsores, ibi enim ex vno tantùm capite ſcilicet diuturnitate ſucceſſionem ſignificauit, hic verò ex duobus ſcilicet, & ex officio paſtorali, & ex perpetuitate ouium ſuarum, vt prædeclaratum eſt.

Ad quintum dicitur, quòd non eſt eadem ratio de ſucceſſione in Apoſtolatu, & de ſucceſſione in Pontificatu, Apoſtolus enim, vt ipſum nomen teſtatur, ſonat ab alio miſſum, ſeu Legatum, iuxta illud Apoſtoli 2. ad Cor. 5. Legatione pro Chriſto fungimur, & ad Epheſ. 6. Legatione fungor in catena iſta, non eſt autem Legatorum vendicare ſibi ſucceſsores, ſed finitur Legatio cum Legato, niſi à Domino alius mittatur: Paſtor autem ordinarium officium ſonat, cuius eſt habere ſucceſsorem, & propterea Eccleſia non habet Apoſtolos, qui ſucceſſerint in Apoſtolatu, Chriſti Apoſtolis, ſed habet Epiſcopos ſuccedentes Apoſtolis, non quo ad Apoſtolatus auctoritatem, ſed quantum ad Epiſcopalem, eam dignitatem, quàm auctoritatem. Vnde ſi formaliter, & exactiſſimè loquendum eſt, nec Petrus habet ſucceſsorem in Apoſtolatu, tum quia Apoſtolatum communem habebat cum reliquis Apoſtolis pareſque in Apoſtolatu omnes fuerunt, ac per hoc par eſt ratio in Apoſtolatus ſucceſſione de omnibus, tum quia experientia teſtatur nullius Petri ſucceſſoris libellos quantumcumque ſanctos inter ſacras eſſe Scripturas, vſque adeò vt epiſtola Pauli ad Philemonem, quamuis commendatiua vnius ſerunli inter ſacras computetur Scripturas. Verumtamen, quia ſucceſsor Petri ſuccedens ei in paſtorali officio ouium Chriſti (quod eſt Pontificatus Mundi) ex hoc ipſo ſuccedit in præcipuo Apoſtolatus officio, quod vt diuus Thom. dicit: erat gubernare Catholicam Eccleſiam: hoc enim communiter Apoſtolis omnibus à Chriſto delegatum fuit, hoc Petro ſingulariter paſtorali officio datum eſt, hoc ſolus Petri ſucceſsor hæreditati, ex hoc ipſo, quòd ſuccedit Petro in pontificatu Eccleſiæ Catholicæ. Hinc igitur ſola ſucceſsoris Petri Sedes, vocatur, & eſt Sedes Apoſtolica, vtpotè ea, in qua ſola auctoritas gubernandi Eccleſiam Catholicam, quæ inter facultates, legatas Apoſtolis ſummum tenet locum, reſidet, hinc ſucceſſor Petri Apoſtolicus, hinc eius dignitas officium Apoſtolatus, hinc eius auctoritas Apoſtolica vocatur, vtpotè complectens ſupremam omnibus Apoſtolis tributam auctoritatem. Vnde ſolutio patet omnium quæſitorum, & cur ſolus Petrus inter Apoſtolos habet ſucceſsorem in Apoſtolica auctoritate, quia ſcilicet ſolus inſtitutus eſt à Chriſto Paſtor ouium ſuarum.

Et quo pacto cum hoc ſtet, Epiſcopos omnes ſuccedere Apoſtolis in Epiſcopali dignitate, & auctoritate, & quatenus Epiſcopos eſſe omnes pares, hoc enim nihil omninò obſtat veritati declaratæ.

Et quare Epiſcopus Hieroſolymitanus non ſuccedit Iacobo in auctoritate Apoſtolica, Epiſcopus autem Romanus ſuccedit in Petro Apoſtolica auctoritate, quia ſcilicet Petrus auctoritatem Apoſtolicam habuit, etiam vt ordinarius paſtor à Chriſto inſtitutus ſuper vniuerſo ouili ſuo, Iacobus autem eam habuit tantùm, vt Apoſtolus.

Et hoc non ratione, aut voluntate humana factum, ſed Chriſti veri Dei inſtitutione ordinatum eſſe monſtratum eſt, dum Petrum ſolum paſtorem ſuarum ouium inſtituit dicens: Paſce oues meas.

Ad argumenta, deinde allata ducendo ad inconueniens, reſpondendo ad primum dicitur, ſequelas nihil valere.

Ad probationem autem, quia non poteſt ad plures pertinere, quod ad vnum tantùm dicitur, reſpondetur ad innumeros ſucceſſores poſſe pertinere, quod ad vnum tantùm officialem inſtituendo dicitur, quoniam quod ſibi dicitur, cuilibet ſuccedenti in huiuſmodi officio paſtorali dictum eſt.

Et eadem eſe ratio de promiſſionibus eidem factis.

Ad ſecundùm ſimiliter dicitur, ſequelam nihil valere, nec eſſe maiorem, aut parem rationem, quòd extendantur hæc verba ad alios Apoſtolos, qui erant præſentes, quàm ad ſucceſſorem Petri, quoniam quilibet ſucceſſor, licèt in ſeipſo tunc non eſſet, erat tamen in ipſo Petro, ſed eadem officij forma, quo conſtat modo non fuiſſe alios Apoſtolos in Petro, quoniam nullus ſub eadem officij forma fuit, aut futurus fuit.

Ad tertium dicitur, quòd non ridiculum, ſed diuinæ rationi conſentaneum eſt, vt omnium Eccleſiarum communicantium in eiſdem Sacramentis, &c. ſicut eſt vnum numero ouile inſtitutum à verbo Dei communi omnibus, ità ſit vnus numero paſtor illius vnius ouilis, inſtitutus ab eodem verbo de ſpe communi omnibus. Hoc ſiquidem diligenter perfectum, non eſt vni particulari Eccleſiæ, aut perſonæ conſulere, ſed vnitati ouilis prouideret: ac per hoc ſicut vnitas ouilis communis eſt Eccleſijs omnibus particularibus, ità vnitas paſtoris ad omnium eſt vtilitatem Eccleſiarum. Et ſic optimè adimpletur, quod Apoſtolus dicit 1. ad Corint. 3. Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas.

Ad quartum dicitur ſimul, & ad quintum,

tum, conſequentiss nihil valete, vtpotè ex impertineoribus ad propoſitum deductas. Dicta ſiquidem à Hieron. io vtroque loco, imperrinentia ſunt ad propoſitum, vtpotè quæ de Epiſcopis, & Presbyteri ſunt, dicuntur æqualitas namque, ſeu identitas Diuino iute inter Epiſcopos, & Presbyteros, ſiue ſit, ſiue non ſit, nihil refert ad vniratem paſtoris totius Eccleſiæ, non enim ideò vnus eſt paſtor totius Eccleſiæ, quia Epiſcopus maior eſt Presbytero, ſed ideò quia vnus eſt ſoccesſor Petri, ſiue Presbyteratus, ſiue Epiſcoparus ſit maximus in Eccleſia Dei ordo. Æqualitas autem Diuino iure Epiſcoporum inter ſe quatenus Epiſcopi ſunt, non eget probatione, quoniam illam aſſerimus, ſed impertinens eſt propoſito, quooiam non ideò vnus eſt paſtor totius Eccleſiæ, quia vnus Epiſcopus eſt ſacratior altero (omnes enim Epiſcopi ſunt æquales in Epiſcopatus ordine; & non eſt magis, aut plus Epiſcopus ſucceſſor Petri quicunque alius Epiſcopus, ſicut non eſt magis Presbyter, quàm quicunque alius Presbyter) ſed ideò vnus eſt paſtor totios Eccleſiæ, & reliquis Prælatis Epiſcopis, atque Presbyteris, quia vnus eſt ſucceſſor Petri. Vnde patet ex hoc, quòd Diuino iure à Chriſto inſtituto vnus Presbyter, ſiue Epiſopus Petri ſucceſſor cæteris Epiſcopis, & Presbyteris, immò toti Eccleſiæ præfertur, non ſequi Hieronym. ex allatos Hieron. Petrum, Paulum, Ioannem, Lucam, hæreſim docere, vt arguentes audent, inferre, ſed prudens lector intelligit dicta horum impertinenter deducta ad proprium.

CAP. III.

Romanum Pontificem ſuccedere Petro in Pontificatu toti Eccleſiæ.

SVppoſita Petri ſucceſſione, oportet monſtrare quis ſit ille ſucceſſor Petri in paſtorali cura totius Eccleſiæ, habet enim proprias difficultates an is ſit Romanus Epiſcopus.

Obijcitur igitur in primis ex parte temporis, quia Romanus Pont. natus eſt per multos annos poſt Petri Pontificatum. Cùm priùs Petrus ſederit Antiochiæ, & per multos annos ante abſque particulari aliqua Sede fuerit.

Et confirmatur hæc ratio arguendo, ſicut arguit Apoſt. ad Roman. 4. vbi probat ex circunſtantia temporis, & facti, Abraham non ex circunciſione, ſed ex fide iuſtificatum nulla alia ratione vſus, quàm quòd Abraham ante circunciſionem fuerit iuſtus apud Deum per fidem.

Si hoc eius argumentum valet neceſſe eſt valere, & hoc ſcilicet Petrus quando claues accepit à Chriſto, nondum erat Epiſcopus Vrbis Romæ, ſed erat vnus inter Apoſtolos, ergo claues non ſunt ei datæ, ſecundum quod poſteà, vel factus, vel mutatus eſt, vel loco, vel officio (ſicut Abrahæ non eſt iuſtitia reputata qualiſcunque poſt fidem factus fuerit, ſed prout fuit Apoſtolus tantùm.

Secundò, ſi Romanus Pontifex eſſet Petri ſucceſſor in cura totius Eccleſiæ, (de hac tantùm ſucceſſione, ne contingat idem ſæpiùs replicari, ſemper loquimur, niſi quandoque explicemus de ſola ſucceſſione in Epiſcopatu Romano nos loqui,) oporteret de quolibet Romano Pontifice verificari verba Chriſti ſpectantia neceſſariò ad ſucceſſorem Petri; ſed non de quolibet Romano Pontifice hæc verificari oportet, ergo Romanum Pontificem non eſt ſuceeſſor Petri.

Probatur autem deſtructio conſequentis, ex eo quòd Romanus Pontifex poteſt labi in hæreſim, & ſic non verificabuntur de eo verba Chriſti: Tu es Petrus; ideſt, in fide ſolidus; neque: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; quoniam ſoliditas fidei in ipſo, ſuper quam ædificanda eſt Eccleſia, non inueniretur; nec: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; quæ omnia ad ſucceſſorem Petri dicta eſſe monſtratum eſt.

Tertiò, quia non omnis Roman. Pontif. habet Chriſti charitatem, quam tamen tertiò Chriſtus exigit in inſtitutione officij Paſtoralis, non eſt ergo Petri ſucceſſor, qui exactè à Chriſto tunc in Petro charitati non ſuccedit.

Quartò, quia non omnis Romanus Pontiſ. paſcit oues Chriſti; ſed multi eorum paſcunt oues ſuas, dùm ad propriam gloriam, auctoritatem, vtilitatem, & alia huiuſmodi Pontificatum exercent. Dicente autem Domino: Paſce oues meas. ſignificauit Petri ſucceſſores, aut Paſtores eſſe debere ouium Chriſti, ipſom amantes, & illas paſcentes doctrina, iuſtitia, & alijs huiuſmodi, aut ſi non amant, & docent, nihil hoc verbum ad eos pertinere, ac per hoc non eſſe Petri ſucceſſores.

Quintò, quia priſci Romani Pontifices recuſauerunt ſe vniuerſales appellari. Gregorius enim ſenis epiſtolis hoc reprehendit, & narrat prædeceſſores ſuos hoc renuiſſe, Si enim Gregorius, cum alijs noluit vocari Epiſcopus vniuerſalis, conſequens eſt, quòd non erat, aut non ſe credebat vniuerſalem Epiſcopum: idem autem ſonat Pontifex vniuerſalis, & Pontifex totius Eccleſiæ. Non ſuccedit ergo Romanus Pontifex Petro in Pontificatu totius Eccleſiæ.

Sextò, Concilium Nicœnum, (vt ſcribitur lib. 10. cap. 6. hiſtor. Eccleſiaſt.) ſtatuit ſic: Et apud Alexandriam, vel in Vrbe Romana vetuſta conſuetudo ſeruetur, vt vel de Ægypti, vel hìc ſub vrbanarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat. Si enim Roman. Pontif. ſucceſſor eſſet Petri in Pontificatu totius Eccleſiæ non præſumpſiſſet Nicœnum Concilium fines ſuæ ſollicitudini decernere in ſuburbanis Eccleſijs.

Septimò, ſi Romanus Pontif. Chriſti inſtitutione præeſt toti Eccleſiæ, vt Chriſti Vicarius generalis, ſequitur peccaſſe, & peccare omnes, qui non fuerunt, & qui non ſunt ſub Romano Pontifice obedientia.

Et hinc ſequitur primò, primitiuam Eccleſiam totam erraſſe, cùm adhùc non eſſet Romanus Pontifex.

Sequitur deindè tot Sanctos, & Marty-

res, vſque ad 400. annos poſt Chriſtum erraſſe, cùm tunc non recognoſceretur Romanus Pontifex, vt Paſtor totius Eccleſiæ.

Sequitur poſteà Aſiam, Africam, atque Græciam in damnatione fuiſſe, vtpotè non recognoſcentes Romanum Pontificem, vt omnium caput.

Sequitur demùm Chriſtianos, qui hodiè ſunt in Perſide, India, Scythia, totoq; Oriente, damnari, eo quod non ſubſunt Romano Pontifici.

Manifeſtatur autem hos non recognouiſſe Romanm Pontificem, eo quòd non ab ipſo, ſeu eius auctoritate eorum Epiſcopi ſunt inſtituti, nec eorum Concilia ſunt celebrata.

Octanò, Hieronymus de viris illuſtribus ſcribit, quòd Aebatius Epiſcopus Cæſarienſis, diſcipulus Euſebij Pamphili, ſimperante Conſtantio, Liberium Papam depoſuerit, & Fœlicem conſtituerit. Conſtat autem hoc repugnare primatui Romani Poncificis, ſi totius Eccleſiæ Antiſtes eſſet.

Nonò, ſi vlla Eccleſia eſt prima, & Mater omnium Eccleſiarum, & à Chriſto Domino immediatè fundata, non eſt alia, niſi Eccleſia Hieroſolymitana, quæ per multos annos fuit antè Romanam, vnde exierunt omnes Apoſtoli, & Epiſcopi ad vniuerſum Orbem terrarum; in cuius ſignum ab omnibus Eccleſijs etiam Romana collectæ ſoluebantur Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

Ad huius rei euidentiam conſideranda ſunt duo. Primum, vndè eſt. Secundum, vndè ſcitur Romanum Pontificem ſuccedere Petro.

Circa primum autem diſtinguendum eſt de ratione ſuccedendi, & ratione ſuccedentis, nàm ratio ſuccedendi eſt non Euangelica inſtitutione; ſed ſubſequutum factum Petri, quo Eccleſia Romana appropriata eſt Petro appropriatione firmata.

Declaro ſingula, cautum reddendo Lectorem in primis, quòd aliud eſt ſuccedere Petro, & aliud eſt ſuccedere Petro hunc, ſcilicet Romanum Pontificem.

Ratio enim, quòd Petrus habeat ſucceſſorem, inſtitutio eſt Euangelica, qua Dominus in Petro Paſtorale totius Mundi inſtituit officium, vt in præcedentibus manifeſtum eſt.

Ratio verò, quòd Petro ſuccedat hic, hoc eſt Romanus Pontifex, non eſt inſtitutio Euangelica, tùm quia Euangelica voce non eſt Eccleſia Romana appropriata Petro; ſed tota Eccleſia commiſſa ſibi, dùm dicitur: Paſce oues meas; & propterea ſi Petrus perſeueraſſet vſque ad finem, vt incœpit abſque appropriatione alicuius particularis Eccleſiæ, nec Romanus Pontif. nec aliquis alicuius particularis Epiſcopus eſſet Petri ſucceſſor; ſed migrante ad Cœlum Petro fuiſſet vnus electus in Epiſcopum Catholicæ Eccleſiæ, qui ſucceſſor fuiſſet Petri; tùm quia ſi Petrus in Sede Antiochena, quam ſibi priùs appropriauit, perſeueraſſet vſque ad mortem, non Romanus Pontifex, ſed Antiochenus ſucceſſor eſſet Petri; tùm quia ſi Petrus diſceſſiſſet ex Roma, non tantùm loco, ſed Sede, ita quòd alibi Sedem elegiſſet, non ſucceſſiſſet Roman. Pontif. Petro, ſicut nec modò ſuccedit Petro Antiochenus, quia indè diſceſſit, mutando non ſolùm locum, ſed Sedem.

Ex his enim patet, non ex Euangelica inſtitutione ortum habere, quòd Romanus Pontifex ſuccedat Petro, Euangelica ſiquidem inſtitutio de his mutationibus non ſe impedit, ſed ſubſequentibus factis diſponendum hoc reliquit.

Quocirca, ex eo quòd appropriatione firmata, Romana Eccleſia Petri Pontificatui addicta eſt, indè ortum eſt, vt Romanus Pontifex Petro ſuccedat. Appropriationem autem firmatam dicimus, quia Petri morte firmata eſt, & quia Chriſti auctoritate robur firmitatis obtinuit.

Nàm, (vt Eccleſia cantat, & Ambroſius in oratione contra Auxentium, de Baſilicis tradendis, quam habes in lib. 5. epiſtolarum Ambroſ. poſt 32. epiſtolam aſſerit, & antè ipſum in libro 3. de excidio Hieroſolymitano ca. 2. Egeſippus affirmat,) volenti Petro ex Vrbe Romana diſcedere, obuians Chriſtus, iuſſit, vt Romæ mortem pateretur, eidem dicendo: Venio Romam iterùm crucifigi, vt non nuda Petri mors Romæ, ſed mors iuſſa à Chriſto in Vrbe Roma, firmaret Romanam Sedem in Petri ſucceſſione.

Si ad ortum itaque, atque initium ſucceſſionis Romani Pontificis Petro ſpectes, rationem ſuccedendi inuenies fuiſſe Eccleſiæ Romanæ appropriationem ad Pontificatum Petri, firmatam & Petri morte, & Chriſti mandato.

Cùm autem dicimus, Petrum & Romanum Pontificem, & Pontificem Eccleſiæ Catholicæ, non duos intelligas Pontificatus, non enim ſunt duo in actu, ſed in potentia tantùm, hoc eſt, quia potuiſſent eſſe duo, vt patet ex dictis. Vndè non ſe habent ſicut duo Epiſcopatus vniti, non erat ſiquidem in Romana Eccleſia Epiſcopatus antè Petrum; ſed ipſe Petrus Romanam Eccleſiam euexit in Pontificatum, non alium, quàm ſuum, quem ſecum vehebat, ita quòd Pontificatus Petri, quem à Chriſto habuit relatum ad Eccleſiam Catholicam, retulit ipſe Petrus ad Eccleſiam Romanam, appropriando ſibi illam.

Confert autem nonnihil hæc Pontificatus vnitas ad hoc, vt idem ſit Romanus Pontifex, & Pontifex Eccleſiæ Catholicæ, non ſolùm vnitate perſonæ, ſed identitate Pontificatus. In cuius ſignum non dantur Romano Pontifici duo pallia, ſed vnum tantùm, cùm tamen plura dari conſtet habenti plures Pontificatus, quibus debentur pallia.

Si autem de ratione ſuccedentis eſt ſermo, Euangelica inſtitutio ratio inuenitur ſuccedentis, Romanus ſiquidem Pontifex Petro ſuccedens auctoritatem habet Apoſtolicam ab Euangelica Chriſti voce: Paſce oues meas; nàm cuilibet Petri ſucceſſori, in Petro dixit Chriſtus: Paſce oues.

Licèt itaque Apoſtolicam Sedem Roman. eſſe Pontif. initium habuerit ex appropriatione Eccleſiæ Romanæ ad Petrum, ex quo tamen firmatum ſic eſt eo ipſo, quo aliquis verus eſt Romanus Pontif. verus eſt Pontif. Eccleſiæ Catholicæ à Chriſto in beato Petro inſtitutus. Manifeſtum eſt igitur, vndè Romanus Pontif. eſt Petri ſucceſſor, ac totius Eccleſiæ Paſtor. Scitur autem hoc Diuina re-

uela-

uelatione facta, tum vniuerſali Eccleſiæ, tum ſanctis Doctoribus innumeris, tum ſacr. Concilijs. Nullus ſiquidem Chriſtianus dubitare permittitur ex Diuina prodire reuelatione, quicquid ad fidei Chriſtianæ rationem ſpectana, (de quorum numero hoc conſtat per Decret. vnam ſanctam eſſe,) conteſtatum inuenitur à præfatis.

Communis Chriſtianorum & olim, & nunc, & ſemper confeſſio fuit, eſt, & erit, Roman. Pontif. Sede ſolam eſſe Sedem Apoſtolicam, hoc autem nihil aliud eſt, quàm fateri Roman. Pontif. Petri ſucceſſorem eſſe Rectorem Catholicæ Eccleſiæ, nàm in Apoſtolica Sede (niſi quis propriam ignoret vocem) clauditur Apoſtolica auctoritas, in Apoſtolica autem auctoritate facultatem regendi totam Eccleſiam includi, intelligunt exercitati in ſacris literis.

Et hoc vſque adeo eſt clarum, vt concorditer dicatur Apoſtolicæ auctoritati à Chriſto Orbem commiſſum terrarum, ſic vt quilibet Apoſtolus vbicumque contingeret ipſum fore inſtituebat Eccleſias, inſtituebat Epiſcopos, & id genus reliqua faciebat, vt eorum etiam geſta teſtantur. Vndè cùm 1. ad Corinth. 12. dicitur: Poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, dicit gloſſa interlin. omnium ordinatores, & iudices manifeſtans Apoſtolicam auctoritatem eſſe omnium ordinatricem, & iudicem. Confitentes igitur Apoſtolicæ auctoritatis Sedem, confitemur velimus nolimus Sedem ordinatricem, & iudicem omnium.

Hanc autem eſſe intentionem confitentium, ex eo etiam competitur, quòd ſolam ſucceſſoris Petri Sedem Apoſtolicam confitemur.

Extat ſiquidem Hieroſolymitana Sedes, in qua Iacobus Apoſtolus ſedit, cuius ſucceſſor eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus, cur Sedes illa, in qua Iacobus Apoſtolus ſedit, (quæ priùs tempore fuit, quàm quæcumque alia partialis Sedes,) non eſt ipſa quoque Sedes Apoſtolica, niſi quia in illa non eſt auctoritas Apoſtolica, & in iſta eſt? Nàm ſi ex ſola ſucceſſione ad perſonam Apoſtoli affirmaretur, à Chriſti-fidelibus Sedes Apoſtolica, dubium non eſt, quòd multæ eſſent Sedes Apoſtolicæ, & Hieroſolymitana Sedes eſſet Apoſtolica, & Romana Sedes eſſet Apoſtolica, modò autem, quòd vnicam tantùm nouit Chriſtianus populus Sedem Apoſtolicam, eamque Romani Pontificis Sedem eſſe plena voce confitentur, clarum relinquitur per Sedem Apoſtolicam intelligi ſedem auctoritatis Apoſtolicæ. Et confirmatur, quia ſicut in Epiſcopali Sede clauditur Pontificia auctoritas, & in Archiepiſcopali Sede auctoritas Archiepiſcopalis, & in Sede Patriarchali auctoritas Patriarchalis, ita in Sede Apoſt. clauditur auctoritas Apoſtolica, ac per hoc quemadmodũ Chriſtianus populus ad huiuſmodi Sedes recurrens, ad dictas auctoritates recurrere intendit, ita ad Apoſtolicam Sedem recurrens, aut ipſam quomodolibet venerans, auctoritatem Apoſtolicam confitetur.

Porrò in profeſſione Sedis Apoſtolicæ clauditur eius Diuinæ inſtitutionis confeſſio, nàm quia, ſecundùm veritatem, Apoſtolica tam Sedes, quàm auctoritas à ſolo Chriſto eſt, vel eſſe poteſt, à quo ſolo poſſunt Apoſtoli fieri, (neque enim minus eſt Apoſtolicam Sedem, ac auctoritatem, quàm Apoſtolum inſtituere, ſicut non minus eſt Epiſcopalem auctoritatem, ac Sedem facere, quàm Epiſcopum,) neceſsè eſt, vt qui Apoſtolicam confitetur Sedem, ab Ieſu Chriſto immediatè illius eſſe auctoritatem fateantur, Diuinoque proindè iure inſtitutam illam eſſe profiteantur.

Et hinc habes, quòd Doctores confitentes Romani Pontificis Sedem Apoſtolicam, aut Apoſtolatum, aut auctoritatem Apoſtolicam, fatentur Romanum Pontificem eſſe totius Eccleſiæ Rectorem, quòd notandum valdè eſt, & ſecundùm ſe, & ne oporteat ſæpè repeti in auctoritatibus Sanctorum, &c.

Antequam autem auctoritates adferantur, ad obiecta reſpondendum eſt.

Ad primum ergo dicitur, nihil obſtare ſucceſſionem Romani Pontificis, Petrum quatenus Romanus Pontifex fuit, natum eſſe poſt acceptas claues, ſufficit enim ſucceſſori natum eſſe antè mortem eius, cui ſuccedit.

Ad argumentum autem formatum ad ſimilitudinem argumenti Pauli Apoſtoli de iuſtificatione Abrahæ, reſpondetur, militare illud non contra noſtram ſententiam, ſed potius contra arguentes.

Manifeſtatur autem hoc diſtinguendo, ſicut in Abraham reputationem iuſtitiæ à iuſtitia reputata, ita proportionaliter in Petro acceptationem clauium à clauibus acceptis.

Nàm quemadmodùm reputatio ad iuſtitiam Abrahæ conuenit ex fide, & non ex circumciſione poſteà ſubſequuta, ita Petro acceptio clauium conuenit ex Pontificatu Eccleſiæ Catholicæ, (tunc enim datæ ſunt ei claues, quando factus eſt paſtor Chriſtiani ouilis,) & non ex Eccleſia Romana, ſeu Pontif. Roman. poſteà ſubſequuto.

Et ſimiliter quemadmodùm iuſtitia reputata Abrahæ, non eſt reſtricta ad ſtatum præputij, ſed eſt extenſa ad ſubſequutum ſtatum circumciſionis, (dicente Apoſtolo ibidem, ideo ex fide, vt ſecundùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei, qui ex lege eſt ſolùm, &c.) ita acceptæ claues extenſæ ſunt ad ſubſequutum poſtea Petri Pontificatum Romanum.

Rurſus quemadmodum Abrahæ iuſtitia reputata appropriata eſt ſubſequutæ circumciſioni, ſeu ipſi Abrahæ, vt poſtea pater factus eſt circumciſionis, ſic, vt eius ſemen ex circumciſione prælatum ſit omnibus in conſummatione iuſtitiæ promiſſionum, & benedictionum Abrahæ, (dicente Apoſtolo ad Galat. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius, qui eſt Chriſtus, quem conſtat ex circumciſione natum,) ita acceptæ claues appropriatæ ſunt Eccleſiæ Romanæ, ſeu Petro, vt factus poſtea eſt Pontif. Roman. ſic, vt per ipſam aperiatur Regnum Cœlorum omnibus cognationibus terræ. Vndè patet, quòd ex huiuſmodi argumento, etſi habetur, quòd acceptio clauium non pertinet ad Petrum, niſi ſecundùm quod erat tunc cùm accepit claues, (erat autem non ſolùm Apoſtolus, ſed paſtor omnium Chriſti,) non tamen habetur, quòd

acceptæ claues reſtrictæ ſint, & concluſæ ad ſtatum illum præcisè, ſed ſubſequendo ſimilitudinem Abrahæ habetur, quòd claues acceptæ, & extenſæ, & appropriatæ ſunt ad Pontif. Roman. ſecundùm mutationem, qua & loco, & officio appropriata eſt Petro Eccleſia Romaua.

Ad ſecundum dicitur, poſſe dupliciter intelligi ſucceſſorem Petri, ſeu Rom. Pontif. non poſſe eſſe infidelem, ſeu hæreticum. Vel de ipſius perſona in ordine ad Eccleſiam Catholicam, vel de ipſiua perſona ſecundùm ſeipſam. Et vtroque modo verificatur, & vtrumque expreſſit Dominua in Euangelio. Fidem enim ſolidam in Petro, & ſucceſſoribus ſuis ſecundùm proprias perſonas, ſignificauit Dominus, & dicens: Tu ea Petrus, in præſenti; & dicens: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, in futuro. Fidem verò eiuſdem in ordiue ad Eccleſiam ſignificauit Dominus, & dicens: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & dicens: Confirma fratrea tuos.

Nec obſtat perſonæ Romani Pontificia fidei ſecundùm propriam perſonam, quòd illa perſona poteſt eſſe hæretica, quoniàm quamprimum deſinit eſſe fidelis, deſinit etiam eſſe Petri ſucceſſor ſecundùm rei veritatem, & apud Deum, apud cuius tribunal, qui non credit, iam iudicatua eſt, vt dicitur Ioann. 3. quicquid ſit ſecundùm forum Eccleſiaſticum. Ex quo tamen idem habetur, nàm ex hoc ipſo, quòd ille homo, qui vocatur Petri ſucceſſor, ex caſu à fide, iudicio etiam inuitua ſubijcitur Eccleſiæ, manifeſtatur ipſum non eſſe amplius Petri ſucceſſorem ſecundum veritatem, nàm ſi verè eſſet Petri ſucceſſor, iudex eſſet totius Eccleſiæ, & non eſſet illi ſubiectus inuitus. Ex ſoliditate autem in fide perſonæ Rom. Pontif. in ordine ad Eccleſiam, prouenit, vt errare non poſſit ſententialiter definiendo de fide Chriſtiana, quoniam in huiuſmodi definitione conſtruitur fides vniuerſalis Eccleſiæ, & per eam ædificatur Eccleſia Chriſti ab ipſo Chriſto ſuper petram Sedia Apoſtolicæ. Impoſſibile autem eſſe conſtat vniuerſalem Eccleſiam errare in fide.

Libet autem intueri, quàm ſuauiter commendata ſit huiuſmodi fidei definitio voce Euangelica, fide ſiquidem conſtrui Eccleſiam conſtat, cum ſit, (vt ad Hebræos 11, dicitur,) ſperandarum ſubſtantia rerum, & ideò ædificandi, & confirmandi actui reſpondet, vterque enim ſubſtantiam ædificij reſpicit.

Sed quoniam fides donum Dei eſt, idcircò Chriſtus ſibiipſi attribuit ædificationem Eccleſiæ ſuper Sedem Apoſtolicam, dicena: Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: firmare verò Fidelea fluctuantes in ambiguitatibus, & quæſtionibus, quæ circa fidem emergunt, quia miniſteriale opus eſt Petri, & ſucceſſores, ideò dicitur Petro, & ſucceſſori: Confirma fratrea tuos; quicquid enim agit Sedes Apoſtolica definiendo de fide, nihil aliud eſt, quàm declarare, quid ſub fide à Chriſto data continetur, ſic enim confirmat fratres ſuos.

Vndè & in Chalcedonen. Synodo dixerunt Patres, quòd congregati in Conſtantinopolitano Concilio, doctrinam de Spiritu ſancto tradiderunt, non quòd minus eſſet in præcedentibus, qui apud Nicæam congregati ſunt inferentes, ſed intelligendum aduerſus hæreticoa declaratos.

Et hinc oritur, vt definitia de fide ab Apoſtolica Sede ſubſit etiam ipſe Romanua Pontif. ſicut ſubeſt fidei, non enim alicui propterea de nouo ſubijcitur, ſed quòd implicitè credebat, tenetur explicitè credere ex hoc, quòd fides ſufficienter explicata eſt, quò ad hæc, quæ prius explicata non erant fidei veritati ſubeſſe.

At ſi cuiquam mira in hac reſponſione dicta apparebunt, meminerit, ſcriptum eſſe: Mirabilia teſtimonia tua, ſicut enim hæc Ieſu Chriſti teſtimonia.

Sed quid mirari Fidelia debet de tali, tantaque Diuinæ gratiæ aſſiſtentia ſuo in terris Vicario, cum Caiphæ Pontif. Synagogæ minus legitimo, ac perſecutori ipſiua Chriſti aſtiterit ad prophetandum ratione Pontificatua, teſtante Io. Euangeliſta, dum dicit: A ſemetipſo non dixit; ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Ieſua erat moriturus pro gente? Ioannia 11. Cur enim Ioannea hoc docuit, cur hoc reuelauit, niſi vt Diuinam aſſiſtentiam peculiarem Pontifici eſſe reuelaret?

Ad tertium dicitur, quòd exacta trina dilectio à Petro rectitudinem reſpicit paſtoralis officij, & propterea, qui non ſuccedit Petro in dilectione Chriſti, nequaquam ſuccedit eidem in bonitate paſtoralis exercitij, ſed paſtor eſt officio, & nomine, mercenarius autem ſtudio, & exercitatione.

Ad quartum dicitur, quòd amare, & paſcere oues Chriſti ſpectat ad ſucceſſores Petri ſub ratione commiſſi, & debiti, Chriſtus enim commiſit, vt paſceret ouea ſuas, & ad hoc ſucceſſor tenetur, & ad hoc ſe obligauit ſuſcipiendo Pontificatum.

Vnde ſi nec amat, nec paſcit, non propterea, locua iſte ad ipſum non ſpectat, nam multum ad eum ſpectat paſcere Chriſti ouea, ad quem ſpectat, vt præceptum, & ex officio debitum. Exigit quippè locus iſte paſcentem & amantem, quia exigit, vt paſcere debeat. Et quamuis non amana, nec paſcena indignus ſit paſtorali officio, & mereretur illo priuari, non eſſe tamen propterea priuatum, ex vtroque teſtamento dicimus. Ezech. ſiquidem 34. reprehenduntur mali Paſtores, qui non Dei gregem, ſed ſemetipſos paſcebant, appoſitis propheticis minis priuationis paſtoralia officij per ipſum Deum exercendæ, paſtores tamen relinquuntur. Matth. quoque 23. Super Cathedram, inquit Dominus, Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: Quæcumque dixerint vobis ſeruare, & facite ſecundum verò opera eorum nolite facere.

Ad quintum dicitur, Gregor. prædeceſſorum veſtigia imitatum refutaſſe ſe vniuerſalem appellari, ea ratione, vt ipſe millies dicit, quia ſi vnus vniuerſalis Epiſcopus dicit, ſolua ipſe Epiſcopua videtur dici, & ſic cæteria Epiſcopatus tolleretur. Non autem ea ratione, quòd Romani Pontificis auctoritas reſtricta ſit, & ad vniuerſalem non ſe extendat Eccleſiam, ſuperbum enim vocabulum, vtpotè reliquorum Epiſcoporum

iniu-

Digitized by Google

ſniuriam præſeſetens, horruit Gregor. & non rem Apoſtolicæ auctoritatis extendentis ſe ad vniuerſalem Eccleſiam.

Vnde poſt inferius ad Mauricium Imperatorem afferenda verba de Petri anctoritate ſuper totam Eccleſiam, ſubiungit de Petro. Cura ei totius Eccleſiæ, & Principatus committitur, & tumen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur.

Vbi patet Gregor. ſimul affirmare curam totius Eccleſiæ, & negare vniuerſalis vocabulum. Proptet, quod poſteriores Pontifices Romani rem tenentes, nec à Gregor. humilitate diſcedentes: Vniuerſalis nomen à tecto in obliquum tranſtulerunt, & ſubſcribunt ſe in hodiernum diem: Ego enim Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ.

Ad ſextum dicitur, quòd aliud eſt loqui de auctoritate, & aliud de executione, cum auctotitate ſiquidem Roman. Pontiſ. ſuper torum Eccleſiam, mos fuic laudabilis, vt non exequeretur Papa ea, quæ ad particulares aliarum Eccleſiarum curas pertinebat, niſi caſus aliquis id exegiſſet, & hinc mos fuie, vt Epiſcopi ab Archiepiſcopis confirmarentur, Curati ab Epiſcopis dareotut, & innumera ſimilia fiebant.

Et hæc eſt illa vetuſta conſuetudo, cuius meminit Nicænum Concilium, quod annuente Roman. Pontiſ. ibi per ſuos Legatos præſente de obſeruatione huiuſmodi vetuſtæ conſuetudinis ſtatuit. Ex hoc autem non ſequitur ſtatutum eſſe de auctoritate Roman. Pontiſ. aut læſam fuiſſe illius auctoritatem, ſicut, nec hodie minuitur, aut læditur Roman. Pontiſ. auctoritas ex eo, quòd in multis Prouincijs Romano Pontifici obedientibus, huiuſmodi exequutiones per prouinciales fiunt.

Ad ſeptimum dicitur, quòd Romanum Pontificem Chriſti inſtitutione eſſe Prælatum cæteris, poteſt dupliciter intelligi, vel quo ad rationem initij, & ſic falſum eſt, iuxta ſuperius declarata. Vel præſuppoſita appropriatione Eccleſiæ Romanæ ad Petrum, & ſic veriſſimum eſt, & propterea conceditur ſequela, ſcilicet omnes peccare, & peccaſſe, qui eum non cognouerunt, vt prælatum. Et cùm infertur primò, quòd primitiua Eccleſia erraſſet: negatur ſequela, quoniam tunc adhuc non fuerat appropriatio Eccleſiæ Romanæ ad Petrum, quia præſuppoſita Pontiſ. Roman. preeſt omnibus. Sufficiebat ſiquidem tunc quòd tota Eccleſia recognoſceret Petrum, vt totius Eccleſiæ paſtorem, poſt appropriatam autem Romanam Eccleſiam oportet recognoſcere Romanum Pontificem ſucceſſorem Petri paſtorem totius Eccleſiæ, non quatenùs eſt Romanus Pontifex, ſed quatenùs eſt ſucceſſor Petri per ſe, & formaliter loquendo. Cum verò infertur ſecundò, quòd tot Martyres, & Sancti ad quadringentos annos peccaſſent. quia non recognouerunt Romanum Pontificem, reſpondetur falſum eſſe, huiuſmodi Martyres, & Sanctos non recognouiſſe Romanum Pontificem, à principio enim Eccleſiæ Petrus recognitus eſt, & ſucceſſiuè Romanus Pontifex ei ſuccedens, vt ſubſequentes manifeſtant auctoritates Sanctorum. Et ſimiliter cum tertio infertur, Aſiam, Aphricam, & Græciam erraſſe, quia non fuerunt ſubditæ Romanæ Eccleſiæ manifeſtè erratur, & quæ falſiſſima comprobantur inducuntur, plenum ſiquidem regiſtrum Gregor. curis, Aſiæ, Aphricæ, & Græciæ, teſtatur oppoſitum.

Quòd demùm inducitur Chriſtianos hodie Orientales, non ſubeſſe Romanæ Eccleſiæ (niſi de ſchiſmaticis ſit ſermo) falſum eſſe, ex geſtis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. patere poteſt, ibi ſiquidem Iacobitæ, Armeni, atque Græci Romanum Pontificem, vt paſtorem totius Eccleſiæ recognoſcere ſe confeſſi ſunt. Ad probationem autem ſubiunctam, quia nec Epiſcopi ibi à Papa inſtituuntur, nec Concilia eorum Papæ fiunt auctoritate, iam patet quid dicendum eſt, ſcilicet, quòd huiuſmodi exequutionem conſuetudo in quibuſcumque Prouincijs, Papæ nec tollit, nec lædit auctoritatem. Verumtamen pluries noſtra ætate viſum eſt, ab Orientalibus miſſum ad Romanum Pontificem pro ſurrogando Epiſcopo, ſeu confirmando electo, & tempore Alexandri VI. & Iulij II.

Ad octauum dicitur, nos de iure diuino loqui, arguentes autem obijciunt damnatum violentię factum, vt ipſamet verba Hieronym. teſtantur, ait enim Achatius in tantum claruit, vt in locum Liberij, Felicem Arianum ſubſtitueret. Vndè Felix ille in Cathalogo Pontificum non eſt computandus, vt teſtatur Auguſt. in epiſtola ad Generoſum, & eſt epiſtola 165. Ibi ſiquidem Auguſt. à Petro vſque ad tunc temporis Roman. Pontificem Anaſtaſium ſingulos ſucceſſiuè recenſens, Liberio Damaſum ſucceſſorem ponit non Felicem.

Ad nonum dicitur Romanæ Eccleſiæ appellatione intelligi poſſe, vel ipſum corpus Romanæ Eccleſiæ ſecundùm ſe, vel ſecundùm ſuum caput, & quòd licèt Romana Eccleſia ſecundùm reliqua eius membra non ſit prima, nec mater omnium Eccleſiarum, nec immediatè inſtitura à Chriſto, ipſa tamen eadem Eccleſia Romana ſecundùm ſuum caput Petrum, ac Petri ſucceſſorem, prima eſt ac mater, & magiſtra omnium Eccleſiarum, & immediatè à Chriſto Euangelica voce auctoritatem, ac firmitatem habens, vt prædeclaratum eſt. Vndè tam Canonum, quàm Sanctorum ſententiæ Romanam Eccleſiam primam, magiſtram, matremque Eccleſiarum omnium, aut à Chriſto Domino Euangelica voce fundatam, firmatamque ſonantes, veræ ſunt ratione capitis. Et hoc intendunt, qui hæc ſcripſerunt, vt ex eo patet, quòd eorum ſententia fundatur ſuper verbis Domini ad Petrum, qui caput fuit, & in ſuis ſucceſſoribus eſt Eccleſiæ Romanæ. Vndè nihil obſtant huic primatui, quæ de Hieroſolymitana Eccleſia afferuntur, nam illa non fuit prior Petro, ſed ſubdita fuit Petro. Collectæ autem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, non vt prelatæ, ſed vt indigenti ab alijs dabantur, vt patet ad Galat. 2. vndè impertinentes ſunt ad propoſitum.

CAP.

C A P. XIV.

Auctoritates Sanctorum antiquorum, & Conciliorum, affirmantes, in Petro, ac Romano Pontifice ſucceſſore Petri, totius Eccleſiæ Pontificatum inſtitutum.

Reliquum eſt, illis quoque vt fiat ſatis, qui neſciunt à priſcis Eccleſiæ Patribus in Aſia, Africa, & Europa veneratum eſſe Rumanum Poutificem, vt totius Eccleſiæ patrem non humana, ſed diuina ratione, ſcilicet, quia in Petro inſtitutus eſt Rector Eccleſiæ vniuerſalis. Afferendas propterea cenſui Græcorum, ac Latinorum antiquorum Eccleſiæ Patrum, ac Doctorum ſententias, non omnes, nec omnium, ſed tot vt ſufficiant ad claram notitiam, quòd Romanus Pontifex Petri ſucceſſor eſt, & habitus eſt ſemper in Petro inſtitutus Paſtor, & Rector totius Eccleſiæ. Et à Græcis incipiendo, Chryſoſt. homil. 55. ſupee Marth. exponens illud: Super hanc petram, dicit: Petrum Eccleſiæ futuræ Paſtorem conſtituit. Et infrà: Deus concedere ſolus poteſt peccatorum remiſſionem, & vt futura Eccleſia tot tantiſque fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat, cuius Paſtor, & caput piſcator homo, atque ignobilis terrarum Orbe reluctante adamantis naturam firmitate ſuperet, hæc inquam omnia, quæ ſolius Dei ſunt, ſe pollicetur daturum. Et infra: Hunc, ſcilicet Petrum, vniuerſo terrarum Orbi Chiſtus propoſuit. Et licèt ſuperiùs gloſſauerit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ideſt fidem atque confeſſionem, inferiùs tamen ait: Ego dico tibi: Tu es Petrus, & ego ſuper te ædificabo Eccleſiam meam. Et homil. vltim. ſuper Ioann. tractans illud; Simon Ioannis diligis me plus his? &c. dicit: Aliis omiſſis dumtaxat Petrum affatur, fratrum ei curam committit, neque negationis meminit, neque exprobrat, tantùm dicit: Si amas me, fratrum curam ſuſcipias. Et infra, tractans illud: Sequere me, ait: Inquit ei: Sequere me, quibus verbis iterum curam, & familiarem in eum affectum oſtendit. Quòd ſi percontaretur quomodo Iacobus Hieroſolymis ſedem acceperit, reſponderem, hunc totius Orbis magiſtrum præpoſuiſſe. Et infrà tractans illud; Domine hic autem quid? dicit. Nam cum magna Dominus Petro communicaſſet, Orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet, & maiora &c.

Theophilus quoque Luc. 22. tractans illud: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, ait: Poſtquam me negato, plorauetis ac pœnituerjs, corrobora cęteros, cùm ee Principem Apoſtulorum deputauerim, hoc enim decet te, qui mecum robur es, & petra Eccleſiæ. Et infra. Cùm eſſet Apoſtolus, denegauit, ac iterum per pœnitentiam obtinuit prerogatiuam, vt eſſet Antiſtes Mundi. Et ſuper Ioann. vltim. cap. ſuper illud. Cùm ergo prandiſſent, ait; Finito prandio, commiſſionem ouium Mundi Petro commendat, non alij. Et ſuper illud; Sequere me, ait. In hoc quòd dicit Dominus Petro: Sequere me, cunctorum fidelium prælaturam ei inſtituit. Et infra, ſuper illud. Donec veniam, ait: Ideſt, dum hunc ſcilicet Ioann. volens dirigam ad prędicandum, te namque nunc dirigo ad Orbis Pontificatum, & in hoc me ſequere.

Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. Theſ. Sicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium, Dux ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & nulli alij, quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit. Et rursùs: Pedes Chriſti humanitas eſt, ſcilicet ipſe homo cui tota Trinitas pleniſſimam dedit poteſtatem, quem vnus trium aſſumpſit in vnitatem perſonæ, tranſuexit ad Patrem ſuper omnem principatum, & poteſtatem, vt adorent eum omnes Angeli Dei, quem totum dimiſit per ſacramentum, & poteſtatem Petro, & Eccleſiæ eius. Et iterum, Petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates Mundi tamquam ipſi Domino Ieſu obediunt. Et iterum, ipſius Apoſtolici throni Romanorum Pontificum ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificauit.

Maximus in epiſtola Orientalibus directa: Omnes fines Orbis, qui Dominum ſyncere receperunt, & vbique terrarum Catholici veram fidem confitentes, in Eccleſiam Romanorum tamquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei recipiunt.

Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanus, ex perſona Chriſti loquens dicit Petro. Tu cum fine, & ego ſine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, plenè, & perfectè ſacramento auctoritate ero ſicut ſum, & tecum.

Concilium Chalcedonen. (vt in eius geſtis legitur) tempore ſancti Leonis, & Martiani Imperatoris acclamauit Leoni Papæ, Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus, & vniuerſalis. Et priùs tempore Diocletiani, & Maximiani Imperatorum (vt habetur diſt. 21. Nunc autem) cùm Marcellinus Papa, & poſteà Martyr timore ductus thurificaſſet idolis, Synodus Epiſcoporum collecta huius rei gratia dixit: Prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Et longè ante Anacletus Martyr Traiani tempore natione Græcus, patria Athenienſis, ait. Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues &c. vt habetur diſt. 22. Sacroſancta. Et rursùs, vt habetur diſt. 21. in nouo idem dixit. In nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Et iterum: Electionem ſummorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit, 79. diſt, Electionem.

Mar-

Digitized by Google

Marcellus Papa, & Martyr tempore Diocletiani, & Maximiani, ſeu Conſtanrij, & Galeri, qui Imperij gubernacula ſuſcepe-runt, poſt Diocletianum, & Maximianum in can. Rogamus vos, 24.q.1. ait de Petro. Ipſe eſt caput totius Eccleſiæ, cui Dominus ait; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædiſicabo Eccleſiam meam &c.

Cyprianus quoque Martyr in tractat. de Simplicitate Prælatorum dicit ea, quæ referuntur 24. q.1. loquitur Dominus, quæ breuitatis cauſa non duxi repetenda. In illis ſiquidem Petri Pontificatus ſatis patet, vt declaratum ſuperius eſt.

Ambroſ. in Sermone 47. de fide Petri Apoſtoli, & habetur diſt. 50. can. Fidelior: dicit de Petto: Tamquam boous paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi infirmus ante fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipſe intertogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſoliditate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, petra enim dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundameota poſuerit, & tamquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Et idem in hymno Dominicali Pettum petram Eccleſiæ appellar, dicens: Hæc ipſa petra Eccleſiæ canente culpam diluit: Teſtatur ſiquidem Auguſt. in lib. 1. Retract. c.21. hunc hymnum Ambroſ. eſſe. Et in ſerm. 11. de mirabilibus. Hanc igitur ſolam Eccleſiæ nauem aſcendit Dominus in qua Petrus magiſter eſt conſtitutus, dicente Domino: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quæ nauis in altum ſeculi iſtius ità natat, vt pereuote Mundo, omnes, quos ſuſcipit, ſeruet illæſos. Cuius figuram iam in veteri videamus Teſtamento. Sicut enim Noe Arcam, naufragante mundo cunctos, quos ſuſceperat incolumes reſeruauit, ità & Petri Eccleſia conflagrante ſeculo, omnes quos amplectitur, repreſentabir illæſos. Ee ſicut tunc tranſacto diluuio ad Arcam Noe columba ſignum pacis detulit, ità & tranſacto iudicio ad Eccleſiam Petri Chriſtus gaudium pacis referet, quia ipſe columba, vel pax eſt. Et idem ſuper epiſt. 1. ad Timoth. cap.3. tractans illud: Vt ſcias quemadmodum oporreat te in Domino Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, &c. ait. Cùm totus mundus Dei ſit, Eccleſia, tamen Domius eius dicitur, cuius hodie rector eſt Damaſus, mundus enim in præuericatione eſt diuerſo turbatus errore, ideò illis neceſſe eſt dieatur eſſe Domus Dei, & veritas vbi ſecundùm voluntatem ſuam timetur. Et in lib. de exceſſu fratris ſui nomine Satyti, narrat, commendae, ac tuetur cautelam, ac ſapientiam eiuſdem in peregrinis partibus percunctantis, ſi Epiſcopus eſſet Catholicus, hoc eſt cum Romana Eccleſia conueniret, dicens cap.7. Aduocauit ad ſe Epiſcopum, nec vllam putauit veram niſi veræ fidei gratiam, percunctatuſque ex eo eſt; vtrum uam cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt cum Romana Eccleſia conueniret. Cum Romaña dixit, non Hieroſolymitana, non Antiochena, non Conſtantinopolitana, &c. eur hoc niſi quia Romana communis eſt omnibus Catholicis, proculdubio vt caput? Simile ſiquidem apud Hieronym, refugium inuenies, ſcribentem ad Damaſum epiſtola 7. Ego interim clamito. Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.

Hieronymus, ſuper Matth. ait: Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen, ac ſecundum metaphoram petræ rectè dicitur ei, Ædificabo Eccleſiam meam ſuper te.

Rutsùs ad Damaſum, & habetur vigeſimaquarta quæſtioue prima, quoniam vetus. Ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt, Cathedræ Petri communionem conſortio, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſuam inſcio. Et infrà, Quicumque tecum non colligie, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti noo eſt, Antichriſti eſt. Vbi nota Hieton. pro eodem computare Chriſtum, & Papam quantum ad ea, quæ ſuut fidei, de his enim eum loqui clare patet videnti epiſtolam 4. Item quoque illi contra Iouinianum cap.14. ait, Iuter 12. vnus eligitur, vt capite couſtituto ſchiſmaris tollatur oecaſio, & loquitur proculdubio de electione Petri non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto, vt patet ex ſolutione ſubiunctæ mox quæſtionis: ſed cur non Ioannes virgo electus eſt? ſuluit enim, Ne magiſter bonus, qui dixerat, Pacem meam do vobis, &c. io adoleſcentem, quem dilexerat, cauſam præbere videretur inuidiæ,

Idem rursùs epiſtola 2. ad Damaſum, & habetur 24. qu. 1. Hæc eſt fides, aie, Si hæc noſtra confeſſio Apoſtolarus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, ſe impetitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobabit. Vbi quia vides ex Sedis Apoſtolicæ iudicio pendere eſſe, vel non eſſe Catholicum, aut hæreticum, ſummum Chriſti in terris tribunal agnoſcete potes, ad quod de fide iudicium ſpectare conſtat.

Auguſtinus, non ſolùm Petrum Principem Apoſtolorum, affirmat, ſed cùm conſuleretur Sedes Apoſtolica de fide contra Pelagianam hæreſim, à duobus Coocilijs Carthaginenſe, & Mileuitano ſubſcriptus inuenitur. Et reſpondente Innocentio Papa ad Carthaginenſe quidem Concilium. Patrum inſtituta ſacerdotali cuſtodieutes officio, oon cenſetis eſſe calcanda, quòd illi non humana, ſed diuina decreuere ſententia, vt quicquid de diſiunctis, remotiſque Prouincijs ageretur, oon priùs ducerent finiendum, niſi ad huius Sedis notitiam perueniret, vbi tota huius auctoritate iuſta, quæ fuerit pronunciatio firmaretur, indeque ſumerent cęteræ Eccleſiæ, velut de naturali ſuo fonte aquæ cunctæ procederent. Et per diuerſas totius Muodi Regiones puri capitis iocorruptæ manarent, quid præcipere, quos abluere, quos velut in cœno inemundabili ſordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret.

Ad Concilium verò Mileuitanom, quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtros nonniſi ad Petrum, ideſt, ſui oominis, & hooris auctorem referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quòd per totum Mundum poſſit omnibus Eccleſijs in communi prodeſſe. Et idem ad Paulinum epiſt. 106. teferens hæc geſta,

com-

commendat Innocentij literas reſponſiuas, ſubiungens. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem.

Rursùs ſecundo lib. de Baptiſmo, contra Donatiſtas cap. 1. (& habetur 2. qu. 7. puto) Petri Cathedram cuilibet præfert Epiſcopatui, cum comparando Cyprianum Petro ait, Vereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam, quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum? ſed & ſi diſtat Cathedrarum gratia, vna tamen eſt Martyrum gloria.

Idem in 2. lib. de Doctrina Chriſtiana non longè versùs principium, decretales epiſtolas Apoſtolicæ Sedis inter Canonicas habendas ſcripturas cenſet, dicens, In Canonicis ſcripturis Eccleſiarum Catholicarum quàmplurium diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator, auctoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ ſint, quas Apoſtolica Sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere epiſtolas, Quid enim Decretales fidei, quas apud ſe habent, vel alijs miſit Apoſtolica Sedes inter Canonicas eſſe habendas ſcripturas affirmat, ſupponit proculdubio Apoſtolicam Sedem, non ſolùm cunctis prælatam Sedibus, ſed diuinam ſtpore fidei magiſtram.

Gregor. in Regiſtri libro 4. epiſtola 32. ad Mauricium Auguſtum ait. Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum principi Petro Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt, ipſi quippè dicitur, Petre amas me? paſce oues. Ipſi dicitur, Ecce ſathanas expetijt cribrare vos ſicut triticum, & ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſi dicitur, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis. Ecce claues Regni cœleſtis accepit, poteſtas ei ligandi, & ſoluendi tribuitur, cura ei totius Eccleſiæ, & principatus committitur.

Sanctus Leo primus in ſermone 3. de anniuerſario ſuæ aſſumptionis die ait. De toto Mundo vnus Petrus eligitur qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ partibus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit Chriſtus. Magnum & mirabile, dilectiſſimi, huic viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, & ſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe principibus, numquam niſi per ipſum dedit quicquid alijs negauit.

Venerabilis Beda ſuper illud Ioan. 1. Intuitus autem in eum Ieſus, dicit. Vidit cordis eius ſimplicitatem, animi ſublimitatem, cuius merito cunctæ eſſet præferendus Eccleſiæ.

Bernardus non ſolùm pluriès Romanum Pontificem Ieſu Chriſti Vicarium, & totius Eccleſiæ Caput appellat, ſed in epiſtola prima ad Eugenium Papam 237. ordine epiſtolarum ait, Locus, in quo ſtas, Terra ſancta eſt, locus Petri eſt, locus principis Apoſtolorum, vbi ſteterunt pedes eius, locus illius eſt, quem conſtituit Dominus dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, merito tali paſtori, tali nutritio commiſſa eſt Eccleſia, cùm adhuc tenera, adhuc in cunabulis eſſet. Et in epiſt. 242. ad Rom. quando diſceſſerunt à Domino Papa, ait, Cur Regem terræ, cur dominium Cœli furore tam intolerabili, quàm irrationabili in vos pariter prouocatis, dum ſacram, & Apoſtolicam Sedem diuinis, regalibuſque priuilegijs ſingulariter ſublimatam, auſu ſacrilego inceſſere, ſuoque minuere honore contenditis? Et in epiſt. 131. ad Mediolanen. de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ ait, Romana Eccleſia valdè clemens eſt, ſed nihilominùs potens, fidele Concilium & omni acceptione dignum, noli abuti clementia, ne potentia opprimaris.

Sed dicit aliquis, Debitam ei reuerentiam exhibebo, & nihil ampliùs, Eſto. Fac quod dicis, quia ſi exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper vniuerſas Orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt, qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Poteſt ſi vtile iudicauerit nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenùs non fuerunt, poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è conuerſo ſi neceſſe viſum fuerit. Poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcumque perſonas eccleſiaſticas euocare, & cogere ad ſuam præſentiam, non ſemel, aut bis, ſed quotiès expedire videbit. Porrò in promptu eſt ei omnem vlciſci inobedientiam, ſiquis fortè reluctari conatus fuerit.

In Geſtis Concilij Conſtantienſis inter damnatos articulos Ioan. Wiclef. & Ioan. Hus reperiuntur hi duo, ſcilicet, Petrus non eſt, nec fuit caput ſanctę Eccleſiæ Catholicæ. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias. Et ſubditur, Error eſt, pro quanto negaret primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares.

Sanctus Thomas in 4. contra Gen. c. 76. poſtquam multipliciter probauit vnum Epiſcopum prælatum à Chriſto, toti Eccleſiæ, ſubdit, per hoc autem excluditur quorumdam præſumptuoſus error, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia, & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem non recognoſcentes.

In Concilio quoque vniuerſali Florentiæ ſub Eugenio IV. vbi Græcorum, Armenorum, & Iacobitarum cum Romana Eccleſia facta legitur vnio, habentur hæc verba. Definimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum Orbem tenere primatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam

eſſe,

eſſe, quemadmodùm etiam in Geſtis Oecumenicorum Conciliorum,& in ſacris Canonibus continetur, hæc ibi.

Vbi nnn nouiter ab hac Synodo inuentam fuiſſe hanc definitionem, ſed ipſam contineri in aliorum vniuerſalium Conciliorum Geſtis, & propterea hoc vnum Concilium ſufficit pro omnibus ad firmandam fidem huiuſmodi veritatis.

Ptæterco turbam Canonum, & Doctorum (quam dinumerare nemo poteſt) idem ſentientium. Tam euidenter ſiquidem ex his, quæ attulimus, clarum eſt Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem, à Chtiſto in Petro inſtitutum eſſe totius Eeclcſiæ paſtotem, vt locus dubitationi nullus relictus ſit. Si quis autem poſt hæc hæſitare inuenitur, aut rudis, & ineptus, aut cum Hæreticis, ſeu Schiſmaticis ſapit, aut certè Chriſtianus non eſt, Ineruditus quippè valdè, & indocilis eſt quiſque certitudinem mathematicam in omnibus quærit, vt Philoſophi tradunt. Hæreticorum atque Schiſmaticorum proprium eſt ſacta vti Scriptura, ſecundùm ſenſum tamen quo ipſi faciunt illam ſonare.

Chtiſtianorum autem, qui verè Catholici ſunt, ſapientia ſacram Scripturam intelligit ſecundùm ſenſum, quem ſancti Doctores, quem ſacra Concilia, Apoſtolica auctoritate ɹobotata interpretantur. Hunc ſciendi Chriſtianam veritatem modum quiſque tepellit, Chriſtianus non eſt, ab hac via qui recedit, infidelis inuenitur. Nam licentia exorbitandi ab hac via ſi admittitur, Trinitatis vnam ſubſtanciam reuocare in dubium cum Arrio fas eſt, Spiritum quoque ſanctum procedere à Filio, ambiguum adhuc cum priſcis erit, panem in Sacramento Altaris conuerti in Corpus Chriſti dubitatur.

Hæc enim omnia nulla alia via, ant auctoritate ſunt Chriſtianis reddita certa, & indubia fidetenenda, niſi interpretarione ſacræ Scripturæ,iuxtà Sanctorum documenta, & ſacrorum Conciliorum auctoritate Apoſtolica firmatorum definitionem. Quo circa, cùm textus Euangelici ad propoſitum adſint, & Sanctorum doctrina conformis in propoſito pateat, nullo penitùs Sanctotum reluctante, ſacrorumque Conciliotum cum Apoſtolica auctoritate inueniatur definitio, omniſque Chriſtianorum ætas à Petto hucuſque in ſancta Eccleſia Catholica hoc confeſſa inueniatur, reliquorumque Doctorum teſtimonia innumera ſint, certum ita redditur Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem in Petro à Chriſto inſtitutum totius Eccleſiæ Paſtorem, vt certior fides haberi non poſſit. Amen.

Romæ, anno Chtiſtianæ ſalutis 1521. ætatis verò ptopriæ 52. dic 17. Februarij.



Digitized by Google

D. THOMÆ AQVINATIS

DOCTORIS ANGELICI

Ordinis Prædicatorum

OPVSCVLA, ET OPERA.

D. Thomas Aquinas è nobiliſſimo Comitum Aquinorum genere in finibus Campaniæ oriundus, vir, vt de eo ſcripſit Magnus ille Beſſarion Cardinalis Nicænus, & Patriarcha Conſtantinopolitanus inter Sanctos doctiſſimus, & inter Doctos ſanctiſſimus, non minùs præclariſſimi Ordinis S. Dominici, quàm totius Orbis Sol ſplendidiſſimus habuit prima Sapientum capita, qui eius vitam Græcè, & Latinè ſcripſerunt Demetrius Cydonius, Vincentius Bellouacenſis, Thomas Cantipratenſis, Henricus Gandauenſis, Ægidius Columna, S. Antoninus, & innumeri alij; tantis abundat Elogijs, vt libri integri illis repleti inueniantur. Alter Ariſtoteles, quem non minùs incredibili, quàm fęlici auſu Commentarijs lucidiſſimis in Philoſophia illuſtrauit, & penè nouæ vitæ reſtituit; Secundus in Theologia Auguſtinus, quem Solem perfectum veluti parælium ad vnguem expreſſit, in Scholaſticis Theologiæ diſputationibus ſingularis, eius Inſtaurator, & Auctor, quatuor inter ſe implacabiliter pugnantia optimo fœdere iunxit, nempè copiam, breuitatem, facilitatem, & ſecuritatem. In ipſis vmbris, ſi quæ ſunt, lucidiſſimus, quippè ſolus contra tot Principum preces, & Academiarum innumeras ſcriptiones, & Nationum vota, definitionem Eccleſiæ ſiſtit. Inter tot Elogia igitur dicam de Thoma, quod de Alexandro ſolùm poſſe ſculpi à Phidia, pingi ab Apelle, ſeligam laudes Conciliorum, Summorum Pontificum, & ipſius Chriſti, circa toti Mundo proficuam Doctrinam. In Concilio Florentino, quod ineundæ pàci, & concordiæ Occidentalem inter, & Orientalem Eccleſiam coactum fuerat Latinos Græcis admirationi fuiſſe, & præcipuè Ioannem à Monte Nigro, Theologum Ordinis Prædicatorum, quem Concilium Seſs. 17. in fine vocat Hieromonachum Philoſophum Latinorum, & Dialecticæ peritiſſimum certum eſt. Hic vnus contra Græcorum doctiſſimos de Proceſsione Spiritus ſancti à Seſs 18. ad 25. & poſtremam diſputationem inijt, atque ita vi, & pondere argumentorum Græcis negotium faceſsit, eoſque ad anguſtias tales redegit, vt tacerent, non habentes quid reſponderent, vnde Imperator Conſtantinopolitanus, qui tum aderat, vt ſuorum pudori parceret, iuſsit hanc diſputationem omitti, etſi Latini vrgerent ad obiecta reſponderi. Sciſcitati Græci vnde, & ex quo fonte tantos eruditionis latices deriuaſſet, vbi compererunt D. Thomæ Summam defendendæ Religioni inſtructiſsimam eſſe panopliam conati ſunt Latinorum arma in Græciam transferre, & tranſtulere in Græcum Summam D. Thomæ contra Gentes, alteram Summam Theologicam. Nec minor honor habitus eſt Angelico Doctori in Concilio Tridentino, refert enim Didacus de Paiua Luſitanus in

Tom. 2.

Tom.2. Sermonum, teſtis ocularis, iſque grauiſsimus. Cùm de ea re à Patribus in Concilio congregatis ageretur, vtrùm Chriſtus nocte cœnæ Apoſtolos Sacerdotio initiaſſet, & conſecraſſet, impreſſo charactere, eſſetque omnium mens aſſerentium, è medio vnus dixit videri ſibi D. Th. 3. p. q. 75. art. 5. ad 3. secùs ſcripſiſſe. Ea voce Patrum ſuffragia ſuſpenduntur, liber affertur, locus expenditur, & cùm res dubia videretur, differri ſententia definienda in ſequentem diem, vbi cùm conſtaret non alienam eſſe S. Doctoris mentem à Patrum ſententia, res definita eſt; ex quo conſtat totum Concilium ab vnius Thomæ ore pependiſſe. Eumdem honorem præbuit D. Thomæ Tridentinum, quem Florentinum Baſilio Magno, in cuius auctoritate explicanda Seſs. 21. 22. & 23. conſumpſit, quem Chalcedonenſe Cyrilli actione prima teſtimonium expendens, & ſeptima Chryſoſtomi periodum actione tertia expendens. Aliud inſigne teſtimonium honoris Concilium reddidit, coæquans D. Thomam, ſancto Hieronymo, in vtriuſque laude orationem ſolemnem haberi volens, quam facundè ſatis, ac luculenter habuit inſignis Magiſter Fr. Ioannes Gallo Ordinis Prædicatorum Hiſpanus; & extat in libro de Orationibus habitis in Concilio Tridentino, impreſſo Louanij 1567. Et de Tridentino concludit Baronius in notis ad Martyrologium die 7. Martij. Vix quiſquam enarrare ſufficeret, quot vir ſanctiſsimus, atque doctiſſimus Theologorum Præconijs celebratur, quantumque illius illibatæ doctrinæ à ſanctis Patribus in ſacroſancto Oecumenico Concilio Tridentino fuerit acclamatum. A Gregorio X. Romano Pontifice euocatus fuerat, tamquam Eccleſiæ luminare ad Concilium Lugdunenſe II. ſed iter in Galliam meditans in Cœnobio Foſſæ nouæ Ordinis Ciſtercienſis propè Amaſenium Campaniæ Fluuium fæliciter ad Deum emigrauit anno 1274. die 7. Martij, ætatis ſuæ anno 50. relatus in Sanctorum numerum anno 1333. Præcipua autem Summorum Pontificum Elogia referenda, ne tędio ſint tam multa. Ioannes XXII. cùm Diuum Thomam in Diuorum album retulit, dixit doctrinam Diui Thomæ ſpeciali infuſione fuiſſe comparatam. Pius V. cùm Diuum Thomam Doctorum Eccleſiæ albo adſcripſit, iuſſitque illi parem cum cęteris honorem haberi, dixit certiſſimam eſſe Chriſtianæ doctrinæ regulam, qua ſanctus Doctor Apoſtolicam Eccleſiam infinitis confutatis hæreſibus illuſtrauit. Clemens VIII. cùm D. Thomam in Vrbis Neapolitanæ Patronum deſignauit, Feſtumque ſacrum inſtituit, dixit doctrinam D. Thomæ ſingulari ordine, mira perſpicuitate, ſine vllo prorsùs errore conſcriptam, in qua conſcribenda interdùm ſanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum colloquentes, locoſque illi enarrantes Dei iuſſu habuiſſe. Innocentius VI. eum pluſquam Salomonem nuncupauit; & eius doctrinam præ cęteris, excepta Canonica, habere proprietatem ſermonis. Alexander VII. vocat inconcuſſa, tutiſſimaque dogmata, & innumera alia. Vnum tandem Chriſti Domini Elogium omnia optimè concludit, Benè ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo mercedem quæris, nullam aliam reſpondit, niſi te ipſum, quod repetit in Lectionibus eius vitæ Eccleſia. Poſt hoc Elogium pudet referre quamuis magna, Academiarum præcipuarum ſequelam, exterarum Religionum etiam iuratam, & imperatam ſubiectionem, quotidianam ex eius Scriptis Hęreticorum conuerſionem, etiam Romæ viſorum, qui olim inter Caluiniſtas erant Prædicantes; & huic Soli innumeram ſyderum coronam famulari, & excelſa illa Elogia tot ſcripſit miracula, quot articulos. Libri eius vt de ijs Cypriani, inquit Hieronymus, Sole clariores ſunt, tranſlati in Linguam Gręcam, immò & Hebraicam, quos norunt, & Tagus, & Ganges, Indus, & Antipodes. De aliquibus certatur, an eius ſint, vt de regimine Principum vide Bibl. Dominicanam. Infinita eſſent dicenda, ſed cùm pauca ſcripſerit de Papa, ne ſit longior eius vita, quàm doctrina hìc ſiſtimus. Videat Lector apud Ludouicum Bail quæſtiones ſolutas ex doctrina Diui Thomæ initio eius operum.

Quòd Pontifex Romanus eſt primus, & maximus inter omnes Epiſcopos.

SImilis autem error eſt dicentium Chriſti Vicarium Romanæ Eccleſiæ Pontificem non habere vniuerſalis Eccleſiæ Primatum, errori dicentium, Spiritum ſanctum à Filio non procedere. Ipſe enim Chriſtus Dei Filius ſuam Eccleſiam conſecrat, & ſibi conſignat Spiritu ſancto quaſi ſuo charactere, & ſigillo, vt ex ſupra poſitis auctoritatibus manifeſtè habetur. Et ſimiliter, Chriſti Vicarius ſuo primatu, & prouidentia vniuerſam Eccleſiam tamquam fidelis miniſter Chriſto ſubiectam conſeruat.

Oſtendendum eſt ergo ex auctoritatibus Græcorum Doctorum, prædictum Chriſti Vicarium in totam Eccleſiam Chriſti pietatis plenitudinem obtinere. Quod enim Romanus Pontifex ſucceſſor Petri, & Chriſti Vicarius, ſit primus, & maximus omnium Epiſcoporum, Canon Concilij expreſsè oſtendit ſic dicens. Veneramur ſecundùm Scripturas, & Canonum definitionem ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum, primum eſſe, & maximum omnium Epiſcoporum.

Hoc autem auctoritati conſonat ſacræ Scripturæ, quæ inter Apoſtolos Petro attribuit primum locum tam in Euangelijs, quàm in Actibus Apoſtolorum. Vnde dicit Chryſoſt. ſuper Matth. ſuper illud, Acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum dicentes, Quis maior eſt in Regno Cœlorum? Quia quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quod & in ſe occultare iam non poterant, & tumorem cordis non ſuſtinebant, in eò quòd videbant Petrum ſibi præferri, & præhonorari.

Quòd idem Pontifex in totam Eccleſiam Chriſti vniuerſalem prælationem habet.

OStenditur etiam, quòd prædictus Chriſti Vicarius in totam Eccleſiam Chriſti vniuerſalem prælationem obtineat. Legitur enim in Chalcedonenſi Concilio, quòd tota Synodus clamauit Leoni Papæ. Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus, & Ieumeraycos, ideſt, vniuerſalis Patriarcha per multos annos viuat. Et Chryſoſt. ſuper Matth. Filius, quæ Patris eſt & ipſius Filij, poteſtatem Petro vbique terrarum conceſſit, & homini mortali omnium, quæ in Cœlo ſunt, dedit auctoritatem, dando eidem claues ad hoc, vt Eccleſiam vbique terrarum amplificet. Et ſuper Ioan. in Homil. 85. Iacobum localiter in loco terminat, Petrum autem totius Orbis ordinat magiſtrum, & doctorem. Item ſuper Actus Apoſtolorum. Petrus à Filio ſuper omnes qui Filij ſunt, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe. Hoc etiam trahitur ex auctoritate ſacræ Scripturæ. Nam Petro indiſtinctè oues ſuas Chriſtus commiſit dicens, Ioan. vltimo Paſce oues meas. Et Ioan. 10. Vt ſit vnum Ouile, & vnus Paſtor.

Quòd idem habet in Eccleſia poteſtatis plenitudinem.

HAbetur etiam ex prædictorum Doctorum auctoritatibus, quòd Romanus Pontifex habeat in Eccleſia plenitudinem poteſtatis. Dicit Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in libro Theſaurorum. Sicut Chriſtus accepit à Patre dux, & ſceptrum Eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur pleniſſimam poteſtatem, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit. Et etiam: Nulli alij quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit.

Et infrà. Pedes Chriſti humanitas eſt, ſcilicet ipſe homo, cui tota æternitas pleniſſimam dedit poteſtatem, quem vnus trium aſſumpſit in vnitate perſonæ, tranſuexit ad Patrem ſuper omnem principatum, & poteſtatem, vt adorent eum omnes Angeli Dei, quem totum dimiſit per ſacramentum, & poteſtatem Petro, & Eccleſiæ eius. Et Chryſoſt. dicit ad conſulta Bulgarorum, ex perſona Chriſti loquens. Ter te interrogo, an ames an ames, an diligas, quia ter me trepidus, & timidus negaſti. Nunc autem reductus, ne credant te Fratres gratiam, & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum. Hoc etiam trahitur auctoritate Scripturæ. Nam Dominus Matth. 16. vniuerſaliter Petro dixit. Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis.

Quòd in eadem poteſtate, quæ collata eſt Petro à Chriſto.

OStenditur etiam, quòd Petrus ſit Chriſti Vicarius, & Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, in eadem poteſtate ei à Chriſto collata. Dicit enim Canon Concilij Chalcedonenſis. Si quis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeat ſententiam appellandi beatiſſimum Epiſcopum antiquę Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi Epiſcopi criminati infamiam, ſecundùm claues à Domino ſibi datas.

Et infrà. Et omnia ab eo definita ab eo teneantur tamquam à Vicario Apoſtolici throni. Item Cyrillus Hieroſolymitanus Patriarcha, dicit ex perſona Chriſti loquens. Tu cum fine, & ego ſine fine, cum omnibus, quos loco tui ponam, plenè, & perfectè ſacramento, & auctoritate cum eis ero ſicut ſum & tecum. Et Cyrillus in libro Theſaurorum dicit, quòd Apoſtoli in Euangelijs, & Epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco Dei, & eius Eccleſiam, eidem dantes locum in omni capitulo, & ſynagoga in omni electione, & affirmatione.

Et infrà. Cui ſcilicet Petro, omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi

tam-

tamquam ipſi Domino Ieſu obediunt. Et Chryſoſt. dicit ex perſona Filij loquens. Paſce oues meas, ideſt, Loco mei præpoſitus eſto fratrum.

Quòd ad eum pertinet determinare, quæ ſunt fidei.

OStenditur etiam, quòd ad dictum Pontificem pertineat quæ fidei ſunt determinare. Dicit enim Cyrillus in libro Theſaurorum. Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere quid credere, & quid tenere debemus. Item Maximus in epiſtola Orientalibus directa dicit. Omnes fines Orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum Catholici veram fidem confitentes, in Eccleſiam Romanorum tamquam in Solem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei recipient, nec immeritò. Nam Petrus legitur primò perfectam fidem eſſe confeſſus, Domino reuelante cùm dixit Matth. 16. Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Vnde & eidem Dominus dicit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

PAtet etiam, quòd ipſe Patriarchis prælatus exiſtat, ex hoc, quòd Cyrillus dicit, quòd ipſius ſcilicet Apoſtolici throni Romanorum Pontificum ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare qui ipſum ædificauit. Et Chryſoſt. ſuper Act. Apoſtolorum, dicit quòd Petrus eſt vertex ſanctiſſimus beati Apoſtolici throni, paſtor bonus. Item etiam hoc patet ex auctoritate Domini dicentis, Lucæ 22. Tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

OStenditur etiam, quòd ſubeſſe Romano Pontifici, ſit de neceſſitate ſalutis. Dicit enim Cyrillus in libro Theſaurorum. Itaque fratres, ſi Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocem eius audiamus, manentes in Eccleſia Petri, & non inflemur vento ſuperbiæ, ne fortè tortuoſus ſerpens propter noſtram contentionem nos eijciat, vt Euam olim de Paradiſo. Et Maximus in epiſtola Orientalibus directa dicit. Coadunatam, & fundatam ſuper petram confeſſionis Petri dicimus vniuerſalem Eccleſiam, ſecundùm definitionem Saluatoris, in qua neceſſariò ſalutis animarum noſtrarum eſt remanere, & ei eſt obedire, ſuam ſeruantes fidem, & confeſſionem.

EIVS.

Digitized by Google

EIVSDEM AVCTORIS.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

D E F I D E.

ARTICVLVS DECIMVS.

Vtrùm ad Summum Pontificem pertineat fidei ſymbolum ordinare.

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quod non pertineat ad Summum Pontificem fidei ſymbolum ordinare. Noua enim editio ſymboli neceſſaria eſt propter explicationem articulorum fidei, ſicut dictum eſt, ſed in veteri Teſtamento articuli fidei magis, ac magis explicabantur ſecundùm temporum ſucceſſionem propter hoc, quòd veritas fidei magis manifeſtabatur ſecundùm maiorem propinquitatem ad Chriſtum, vt ſupra dictum eſt. Ceſſante ergo tali cauſa in noua lege, non debet fieri maior, ac maior explicatio articulorum fidei, ergo non videtur ad auctoritatem ſummi Pontificis pertinere noua editio ſymboli.

Secundò: Prætereà, illud quod eſt ſub anathemate interdictum ab vniuerſali Eccleſia, non ſubeſt poteſtati hominis alicuius: ſed noua Symboli edictio interdicta eſt ſub anathemate auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ. Dicitur enim in geſtis primæ Epheſinæ ſynodi, quòd perlecto Symbolo Nicœnæ Synodi, decreuit ſancta Synodus aliam fidem nulli licere proferre, vel conſcribere, vel componere præter definitum à Sanctis Patribus, qui in Nicęna congregati ſunt, cum Spiritu Sancto: & ſubditur anathematis pœna, & idem etiam reiteratur in geſtis Chalcedonenſis Synodi, ergo videtur, quòd non pertineat ad auctoritatem Summi Pontificis noua editio Symboli.

Tertiò, Prætereà. Athanaſius non fuit Summus Pontifex, ſed Alexandrinus Patriarcha: & tamen Symbolum conſtituit, quod in Eccleſia cantatur, ergo non magis videtur pertinere editio Symboli ad Summum Pontificem, quàm ad alios.

Sed contra eſt, quòd editio Symboli facta eſt in Synodo generali: ſed huiuſmodi Synodus auctoritate ſolius Summi Pontificis poteſt congregari, vt habetur in Decret. diſtinct. 17. ergo editio Symboli ad auctoritatem Summi Pontificis pertinet.

Reſpondetur Dicendum, quòd ſicut ſuprà dictum eſt noua æditio Symboli neceſſaria eſt ad vitam dum inſurgentes errores. Ad illius ergo auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritate pertinet finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur: hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem maiores, & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referuntur, vt dicitur in Decret. diſtinct. 43. Vndè, & Dominus Luc. 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem conſtituit, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Et huius ratio eſt quia vna fides debet eſſe totius Eccleſiæ, ſecundùm illud 1. ad Corinth. 1. Id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: quod ſeruari non poſſet, niſi quæſtio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt, vt ſic eius ſententia à tota Eccleſia firmiter teneatur, & ideo ad ſolam auctoritatem Summi Pontificis pertinet noua editio Symboli, ſicut, & omnia alia quæ pertinent ad totam Eccleſiam, vt congregare Synodum generalem, & alia huiuſmodi.

Ad primum ergo dicendum, quòd in doctrina Chriſti, & Apoſtolorum veritas fidei eſt ſufficienter explicata: ſed quia peruerſi homines Apoſtolicam doctrinam, & cæteras doctrinas, & ſcripturas peruertunt ad ſui ipſorum perditionem, ſicut dicitur 2. Petri vltim. ideo neceſſaria fuit temporibus præcedentibus explicatio fidei contrà inſurgentes.

Ad ſecundum dicendum, quòd prohibitio, & ſententia Synodi ſe extendit ad priuatas perſonas, quarum non eſt determinare de fide. Non enim per huiuſmodi ſententiam Synodi generalis ablata eſt poteſtas ſequenti Synodo nouam editionem

Sym-

Symboli facete, non quidem aliam fidem contiuentem, ſed eandem magis expoſitam. Sic enim quælibet Synodus obſeruauit, vt ſequens Synodus aliquid exponeret ſupra id quod præcedens Synodus expoſuerat propter neceſſitatem alicuius hæreſis inſurgentis. Vndè pertinet ad Summum Pontificem, cuius auctoritate Synodus congregatur, & eius ſententia confirmatur.

Ad tettium dicendum, quòd Athanaſius non compoſuit manifeſtationem fidei per modum Symboli, ſed magis per modum cuiuſdam doctrinæ, vt ex ipſo modo loquendi apparet, ſed quia integram fidei veritatem eius doctrina breuiter continebat, auctoritate Summi Pontificis eſt recepta, vt quaſi regula fidei habeatut.

THOMÆ

Digitized by Google

THOMÆ CAMPEGII
BONONIENSIS
EPISCOPVS FELTRENSIS.

DE AVCTORITATE, ET POTESTATE
Romani Pontificis in Eccleſia Dei.

Thomas Campegius Frater Laurentij Campegij nobilis Bononienſis Cardinalis, Nuncij in Germania, & Bononienſis Epiſcopi, filius Ioanuis, ex nobilitate clariſſima, & Priſca, quæ ſtemma argenteis anchoris ornatum gerit ab eo tempore, quo maris imperium Ethnicis piraticam exercentibus eiectis ab Vgolino Campegio Piſanæ claſſis Imperatore tranquillitati redditum eſt. Hic enim primus è ſua familia argenteis hiſce anchoris ex hoſtium ſpolijs confectis vſus eſt, & Ciacconius in vita Laurentij Campegij huius Thomæ fratris illa non poſita eleganter depinxit. Thomas ergo amænis literis à pueritia inſtructus, deindè legum immenſa eruditione repletus, eruditiſſimus, & in legibus, & amęniorum literarum peritia apparuit. Nec verò tantùm pacificis artibus operam nauauit, ſed & bellicis, non minùs calamo, quàm enſe formidandus. Refert Paris. quod anni 1512. die Lunæ 26. Iulij Oratores Placentini, ſiue Nuntij quatuor admiſſi fuerunt ad Conſiſtorium præſtituri obedientiam, & fidelitatis Iuramentum Sanctiſſimo Domino noſtro Iulio, qui non ſunt admiſſi in Conſiſtorio conſueto, & quod continuarent obedientiam antiquam, & ſubiectionem, quæ deſijt anno 1272. Anno 1515. facto Pontificio cum Francorum Rege fędere, quod armorum, errore extortum fuit, ex eius formulis Franciſcus Rex Galliarum Parmam, ac Placentiam Romanæ Eccleſiæ ademit, quod ægrè paſſus eſt Leo, condiditque alto animo dolorem, cùm in primo belli ardore publico diplomate profeſſus fuiſſet ſe defenſurum, & armis, & cenſuris, & vt ſibi magis deuinceret, conceſſiſſet ius imprimendæ monetæ cum notis ex vno latere, Leonis X. Pontificis Maximi munus, ex alio proprijs eorum inſignijs. Vt verò Gallorum res in exitium tendere cæperunt, coniuncti Pontificius, & Cæſareus exercitus Parma, & Placentia vi expugnatæ ſunt, & Pontificiæ ditioni iterum reſtitutæ. In hoc bello Thomas præcipuas partes habuit, vnde de eo Vghellus in Feltrenſibus Epiſcopis ait, ſub Leone X. Parmam, Placentiamque frænauit. Ab eodem Leone Feltrenſis Epiſcopus eſt creatus anno 1520. die 27. Maij. Mortuo Leone X. electus eſt Hadrianus VI. quodam fortunæ prodigio, vel cœli ſingulari beneficio, Romæ omnibus ignotus, à tot candidatis longiſſimo interuallo diſtans, inter tot Italos Senatores homo externus. Maximiliano mortuo Carolus in Germaniam contendens Hadrianum totius Hiſpaniæ Gubernatorem conſtituit, qui poſt pacatas populares in Hiſpania ſeditiones, & parta contra Gallos recuperata Pampelone victoriam, ibi ne quidem de Pontificatu cogitans morabatur. Cardinales ſolliciti de celeri aduentu noui Pontificis Romam; vox enim ſparſa fuerat non modò Vrbem Romam, ſed, & Italiam ſpoliandam honore Pontificatus,

cum

Digitized by Google

eum permanſurum in Hiſpania, aut enauigato protinus Oceano permanſurum in Germania, & timentes ex irata plebe aliquid detrimenti elegerunt Thomam Campegium, qui & illi Thiaram Pontificiam ferret, & Italiam versùs iter non tam ſuaderet quàm perſuaderet. Nec Sapientiſſimos Patres ea ſpes fefellit quippe Hadrianus omnes regum preces vni Campegijs orationi poſtpoſuit ad iter mox ſe accinxit, & ſuaſor itineris in itinere eum eſt comitatus. Pridie ergo nonas Auguſti Tarracone prouectus leuiſſimis tempeſtatibus Genuam peruenit, vbi triduò commoratus, admirans illius Vrbis diuitias, & magnificentiam quamnis direptæ, ad Piſanum Liburni portum ſecunda nauigatione aduectus ibi à Cardinale Iulio Medice, & quinque alijs Cardinalibus totiuſque Italiæ Legatis excipitur. Inde ad Centumcellas, Oſtiam, & Tyberi ſubuectus Romam ad S. Pauli templum acceſſit, & ſequenti die 4. Kalendas Septembris Populo Romano, & ſingulis Sacerdotum ordinibus comitantibus ſolemni pompa in Vaticanum deducitur Comitante ſemper Campegio. Ob operam feliciter nauatam nouus Pontifex ipſum Venetiarum Nuncium declarauit. Interfuit Concilio Tridentino tanta exiſtimatione prudentiæ, vt poſt exceſſum Pauli IV. Pontificis parum abfuerit, quin Summus Pontifex eligeretur, vir enim erat, inquit, Vghellus in Vrbibus adminiſtrandis in Legationibus obeundis, in Religione catholica tuenda, in grege cuſtodiendo, & in paſcendo verbo, doctrinaue diligens, & Domini theſauri fidelis diſpenſatur, ac cum priſcis illis Sanctis Epiſcopis meritò comparandus. Et quidem valdè inſignis debuit eſſe Campegius, qui inter tot ſydera effulgeret veluti Sol alter, & priuilegio vix vni, vel alteri conceſſo locum præcipuè faceret, vbi totus Orbis Catholicus in conſpectu eminebat. Auctoritate Apoſtolica reliquit Epiſcopatum Feltrenſem, & eadem auctoritate aſciuit ſibi coadiutorem Philippum Campegium Nepotem cum futura ſpe ſucceſsionis anno 1546. die 15. Martij. Cui poſteà liberè dictam Eccleſiam renunciauit. Deceſsit Romæ anno 1564. die 11. menſis Ianuarij octogenario maior. Illius cadauer in Eccleſiam Araçeli intulerunt cum inſcriptione, indicante nullam laudem ipſi tradi vtpotè notiſsimo, & cum hac ſola apprecatione quod terra ſumat terreum, cęleſte cęlum. In inſcriptione tamen non ponunt niſi annos LXXII. ſed error eſt Librariorum, qui reliquerunt vnicum X. & vice 72. ponere debuerunt 82. credendum enim eſt magis literæ minùs ſubiectæ errori, quàm numero. Reliquit vir iſte eximius multa Sacra Monumenta, & aliqua opera ſed parua, De Poteſtate Romani Pontificis circa Matrimonia hæreticorum, & De eius Auctoritate: Eſt clariſsimus inter monumenta Doctorum, & Tractatus Iuris, & apud Ferdinandum Vghellum inter Epiſcopos Feltrenſes, ſcripſit etiam De officio Principis Chriſtiani, & aliqua alia, ſed minimæ molis.

CAPVT PRIMVM.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſcendens in Cœlum Vicarium in terris dimiſit, qui eius vice Caput, & Rector Eccleſiam regeret, & gubernaret.

CVm de auctoritate Romani Pontificis in Eccleſia Dei, ſit à nobis diſſerendum; erit ſuſcepti laboris exordium exponere, quòd quamuis Chriſtus Ieſus, vt Deus, & Homo, Caput ſit vniuerſæ Eccleſiæ, ad Epheſ. cap. 1. & 4. &, quoad humanitatem, eiuſdem ſit naturæ cum hominibus; conſentaneum tamen fuit, & congruum, vt ex mortali factus immortalis, cùm cęlum conſcendit, aliquem in terris dimitteret, qui eius vice Caput, Rector Eccleſiam regeret, ad quem mortalem mortales, & terrenum terreni homines, quibus cęli aditus ante obitum præcluditur, confugere poſſent, in illis rebus, in quibus pro humani generis imperfectione, iudice egerent, & directorem, ea ratione qua Deuteronomion 16. conſtitutum fuit, iudices ſedere in portis ciuitatis, vt faciliùs ab intrinſecis, & extrinſecis adiri poſsent. Et (ſi licet humanis diuina conferre) ſicut Moſes, conſcenſurus montem ad Dei colloquium, ſui ipſius loco reliquit Aaronem, qui vices ſuas gereret ſuper plebem, cui interdictum erat aſcendere montem: ſic decuit Chriſtum, aſcendentem in cęlum, aliquem conſtituere, qui vices ſuas in terris gereret, quod hac ratione comprobatur. Tandin decuit Chriſtum per ſe ipſum in terris Eccleſiam regere, quandiu eiuſdem conſuetudinis fuit, & diſpoſitionis cum membris ſuis, cum autem poſt reſurrectionem immortalitatem eſt conſecutus, & alterius conſuetudinis factus eſt; æquum fuit, & decuit, aliquem nobis loco ſui dimittere, qui no-

nobiſcum humanam viuens vitam, nos regeret, & gubernaret, vnde ſuper illud Ioan.20. Noli me tangere; dixit Chryſoſtomus, quòd volebat mulier illa adhuc cum eo verſari, vt ſolebat, & præ lætitia nihil de eo magnum cogitabat, ſed longè melius factus erat ſecundùm carnem. Quare hac eam ſenteotia abducens, & vt reuerenter ſe alloquatur, admonens, dixit: Noli me tangere; qui a, etſi eiuſdem naturæ ſim, vt prius, ſum tamen alterius vitæ, & alterius connerſationis. Proindè penut ex ſententia Auguſtini in illud Ioann. 15. Ego ſum vitis, & vos palmites; æquum fuit Dei Filium humanam carnem aſſumere, vt eſſet illa vitis, cuius palmites eſſe poſſemus, ſic æquum fuit, ex mortali factum immortalem, aliò properantem, Cœlos aſcenſurum, quempiam nobis relinquere, qui nobis ſimilis eius vice in terris nos regeret. Hinc dixit Inoocen. in cap. quòd ſuper his, de voto. Non fuiſſet Chriſtus diligens paterfamilias, ſi non dimiſiſſet in terra aliquem, qui vice ſua poſſet ſubuenire neceſſitatibus Eccleſiæ, cuius ſententiæ fuit etiam Sanctus Thomas lib. 7. contra gentil. capitul.74.

Quòd ſi quis obijceret: ſi Chriſtus exiſtens in Cœlis eius oaturæ cuius nos palmites eſſe poſſumus, nos in terris, vt præcipuum capue noſtrum regit, quid opus eſt alio in terris capite? quaſi minus idoneus ſit, exiſtens in cœlis nos in terris viuentes regere, adiutoreque indigeat: is non bene colligit: quoniam eodem modo colligi poſſet, Deus omnipotens prima eſt, & ſufficiens cauſa cunctarum rerum: ſuperuacuę igitur ſunt ſecundæ cauſæ: quid ergo agros colimus? plantamus arbores? domus ędificamus? procreationi filiorum operam damus? aliaq; naturæ, vel artis munia ſubimus, ſi ad hæc omnia ſufficit prima cauſa, Deus omnipotens in Cœlis exiſtens? ordo ipſe rerum ab ipſo ſummo opifice hoc expoſcit, cuius, ſapientiſſimi conſilij non eſt noſtrum exquirere cauſas: nec idooei ſumus ad illarum cognitionem peruenire. Regit Chriſtus exiſtens in Cęlis ſuam in terris Eccleſiam, illius primus moderator, & rector: voluit tamen, & per alios munus ſuum in terris exequi, quos capitis nomine honoramus, quòd ipſius veri capitis vices gerant.

Item quemadmodum Deus omnipotens, quid ab initio creauit Cœlum, & terram, fecitque terram germinare herbam virentem, & lignum pomiferum, creauitque cete grandia, & omnem animam viuentem, quas produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum, & nouiſſimè hominem ex limo terræ plaſmauit; potuiſſet poſteà in dies virentia quæque, & animalia creare, hominesque plaſmare, quinimò ſolo verbo producere: voluit tamen hæc ex proprijs ſeminibus propagari, & ſicut vſque ad Noe perſeipſum Mundum gubernauit, deindè per Sacerdotes, iudices, & reges populum ſuum regi voluit, cùm tamen nec minus idoneus foret, nec adiutore indigeret: ſic, & Chriſtus Ieſus, quamuis nobiſcum in terris conuerſatus per ſe ipſum Eccleſiam gubernauerit, aſcendens tamen in cęlum voluit, oues ſuas Petro paſcendas tradere, atque per eum Eccleſiam regi, & gubernari. Nec propterea colligendum, eum eſſe minus idoneum, & adiutore iudigere.

CAP. II.

Petrus is fuit, quem Chriſtus aſcendens in Cœlum, loco ſui dimiſit in terris.

PEtrum autem eum fuiſſe, quem Chriſtus, aſcendens in cęlum, loco ſui in terris dimiſerit, eidem tradens Eccleſiam ſuam regendam, & gubernandam, deducitur ex illis ipſius verbis, Paſce oues meas: quibus impleuit, quod promiſerat. Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quoniam paſcere in ſacris literis ſignificat regere, & reges paſtores dicebantur, iuxta illud Iſaiæ 43. Quid dico Cyro, paſtor meus es, & Ezech. 34. Suſcitabo ſuper eum paſtorem vnum, qui paſcat ea, ſeruum meam Dauid, cum eo quod poſteà dixit, & ſeruus meus Dauid, princeps in medio eorum. Homerus etiam vocat Agamemnonem paſtorem populorum. Quòd autem verba illa, Paſce oues meas, ſoli Petro, non omnibus dicta ſint, colligitur ex priori interrogatione, Diligis me plus his? quæ ad omnes referri non poteſt, Sic & illa verba, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Quoniam Dominus, cùm omnes alloqueretur, non ad vnum dirigebat ſermonem, vt cum, Matth.19. Petro interrogante, omnibus reſpondit: Amen dico vobis, quòd vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me: Cum Marc.8. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Ioann.15. Quando miſi vos: Lucæ 22. Omnes vos ſcandalum patiemini. Matth.26. Sic ergo orabitis Lucæ 15. Quicumque non receperit vos Matth.10. Vos autem contriſtabimini.

CAP. III.

Sententia aſſerentium Datam Petro poteſtatem, cùm ei à Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

SVnt tamen nonnulli, qui opinantur non ſolùm promiſſam Petro primam in Eccleſia poteſtatem, cùm ei dictum eſt, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum; ſed etiam datam; quoniam ab eo promiſſa, cuius, dixiſſe, feciſſe eſt; & cuius nomen eſt fidelis, & verax; nec ſit Deus quaſi homo, vt mentiatur: Num. 23. Nec refragari verba futuri temporis. Ædificabo Eccleſiam, & tibi dabo claues: Cùm mos admodum familiaris fuerit ſacræ Scripturæ, ponere modum pro modo, & tempus pro tempore: ſicut Ezechiæ 31. quæcumque de rege Aſſyriorum futura prænunciantur,

Digitized by Google

tur, quaſi tranſacta memorantur: & de Cruce, & paſſione Domini ante prænunciatum: Foderunt manus meas, & pedes meos, quaſi ouis ad victimam ductus eſt, liuore eius ſanati ſumus, ab iniquitatibus populi ductus eſt ad mortem.

Quibus facere videtur Auguſt. ſermone 124. De temporibus, his verbis: [Credendæ erant Petro claues Regni Cœlorum, credenda quoque erat ei populorum innumera multitudo; quæ eſſet ſuaptè natura vitijs, paſſionibus, culpis inuoluta, ac peccatis. Denique ſic ad eum ait: Tibi dedi claues Regni Cœlorum] & quæ ſequuntur. Nec enim putandum, Auguſtinum immemorem legi apud Matth. Tibi dabo, & non, Tibi dedi. Sed quia non dubitabat illam Chriſti promiſſionem, quam Euangeliſta explicat verbo futuri temporis, habuiſſe certum, & quaſi præſentem effectum, vſus eſt verbo, Dedi, non, Dabo.

Idem colligunt ex verbis Hilarij in pſalmum 52. cùm dixit. Neganti quidem Petro, claues Regni Cœlorum non ademit.

Si enim non ademit, priùs habuerat. Et in pſalmum 131. dum inquit: [Cùm quædam de paſſione ſua ad Diſcipulos locutus fuiſſet, & Petrus tanquam hoc indignum Dei Filio deteſtaretur, cui ſuperius claues Regni Cœlorum dederat; ſuper quem Eccleſiam ædificaturus eſſet, aduersùs quam portæ inferi nihil valerent, qui quæ in terris vel ſoluiſſet, vel ligaſſet, ea in Cœlis vel ſoluta, vel ligata perſiſterent: hunc inquam detrectantem Sacramentum, tali excepit conuitio, Vade poſt me Sathana.] Super quibus verbis induens Chryſoſtomus Chriſti perſonam, ſic Petrum interrogat, [Quid eſt, ò Petre? tu, qui reuelationem deſuper habuiſti, qui beatificationem conſecutus es, cui claues Regni Cœlorum traditæ ſunt, tam cito, adeoque grauiter lapſus decidiſti?]

Adducunt etiam teſtimonium Anacleti, de quo in cap. In nouo, 21. diſt. cum dixit: [In nouo teſtamento, poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo pontificatus in Eccleſia Dei datus eſt, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.]

[Et idem Anacletus in capit. Sacroſancta, 22. diſt. Sacroſancta, inquit Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit, Tu es Petrus &c.]

His tamen nooobſtantibus, præferenda videtur ſententia eorum, qui aſſeruerunt, per verba illa non fuiſſe Petrum conſtitutum Eccleſiæ paſtorem, nec enim, Chriſto cum hominibus conuerſante, & gregem ſuum paſcente, quem dirigentem ad opima paſcua oues ſuæ adire, & ſequi poterant, opus erat alio paſtore: quod declarauit Gregorius in Homelia Dominicæ reſurrectionis, cum dixit, [Magnum eſſe actum pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet,] & habetur in cap. Conſiderandum, 50. diſt. Si enim futurus erat paſtor tempore paſſionis, non vtique conſtitutus erat, quando ei dictum fuit: Tu es Petrus.

Quæ autem adducuntur teſtimonia Auguſtini, Hilarij, Chryſoſtomi, & Anacleti, interpretanda ſunt, datam illam poteſtatem, quia ab eo promiſſa, qui nec fallit, nec fallitur, & cuius promiſſio pro implemento ſumi poteſt, quemadmodum creditor putat ſe in marſupio habere pecuniam, quam promiſit legalis debitor, qui fidem ſeruare conſueuit. Vel dici poteſt, habitu poteſtatem recepiſſe, dilatam executionem, ſicut in electo in Epiſcopum dicimus, qui in electione iuriſdictionem quidem recipit, iuriſdictionis vſum, non niſi ſuſcepto munere conſecrationis.

CAP. IV.

Petrum, antequam ei dictum fuerit, Paſce oues meas; digniorem habitum, qui alijs præficeretur.

SEd reuertamur, vnde digreſſi ſumus, & declaremus, priuſquam ei dictum fuerit, Paſce oues meas, Petrum alijs digniorem indicatum, & à Domino, & à condiſcipulis dignum habitum, qui alijs præficeretur, inprimis ex eo, quod Dominus dixit Petro, Lucæ 22. Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

Ex eo, quòd ſolus Petrus ſuper aquas matis ad Dominum peruenerit, Matth. 14. quod eſſe ſignum Pontificij dixit Bernardus lib. de conſideratione ad Eugenium.

Ex eo, quòd habetur Lucæ 5. quòd, etſi alijs Diſcipulis imperauit, vt laxarent retia, ſoli tamen Petro dixit, Duc in altum. Quod annotauit Ambroſius, & habetur in c. Non turbatur, 24. qu. 1.

Ex eo, quòd Dominus in ſolutione tributi ſibi Petrum æqualem fecit. Matth. 17. de quo Auguſtinus lib. quæſtionum noui, & veteris Teſtamenti, quæſtione 75. inquit: [Cùm dicunt didrachmatis exactores ad Petrum: Magiſter veſter num ſoluit didrachma? quo dicto magiſtrum interpellarunt, vt pro omnibus ſolueret Diſcipulis. Saluator autem illud pro ſe, & Petro dari iubens, pro omnibus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes magiſterij cauſæ, ità poſt Saluatorem in Petro omnes continentur, quod idem annotauit Hieronymus in Matth. 18. his verbis: Poſt inuentum ſtaterem, poſt tributa reddita, quid ſibi vult Apoſtolorum repentina interrogatio? in illa hora acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum dicentes, Quis putas maior eſt in Regno Cœlorum? quia ſcilicet viderant à Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretij, arbitrati ſunt Petrum omnibus Apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus. ideò interrogant, quis maior ſit in Regno Cœlorum.] Eiuſdem ſententiæ fuerunt, Chryſoſtomus in eum locum, & Origen. Homilia 5.

Prætereà ad Petri dignitatem, & prærogatiuam pertinere videtur, quòd, etſi varie ot Euangeliſtæ in Apoſtolorum enomeratione, omnes tamen Petrum primum ordine ponunt

alios non eodem ordine. Andream enim Simonis fratrem, quem ſecundum nominat Matthæus; Marcus, & Lucas in actibus poſuerunt quartum:Iacobus Zebedei, qui quartus eſt Matthæo, Marco eſt ſecundus, Lucæ verò tertius. Ioannes,eius frater, apud Matthæum quintus eſt, apud Lucam in Euangelio quartus, in actibus ſecundus, apud Marcum eſt tertius, & ſic de cæteris.

Eandem Petri dignitatem, & prærogatiuam agnoſcere poſſumus ex eo, quod Petrus ſæpiùs aliorum nomine reſpondebat. Interroganti enim Domino Apoſtolos,an & ipſi vellent abire,quòd multi Diſcipulorum retro abiiſſent; reſpondit Petrus, Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: Ioan. 6. Interroganti Ieſu, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondit Petrus. Tu es Chriſtus Filius Dei viui: Matth.16. Dicente Domino, Et vos eſtote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet; ait ei Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Lucæ 12. Chriſto dicente, Diuites non facilè Regnum Cælorum ingreſſuros; reſpondet Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Matth. 19. & Lucæ18. Dum impleuiſſent Diſcipuli ambas nauiculas piſcibus, procidens Petrus ad genua Ieſu dixit,Exi à me Domine, quia homo peccator ſum:Luc.5.Diſcipulis in ſnari laborantibus apparente Domino, & dicente. Habete fiduciam,ego ſum, nolite timere; reſpondens Petrus dixit, Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas: Matthæi 14. Transfigurante ſe Domino in monte, dixit Petrus, Domine bonum eſt nos hìc eſſe, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: Matth. 17. De noxa remittenda accedens Petrus ad eum dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? Matth. 17.

CAP. V.

Petri dignitas, & prærogatiua ex his, quæ poſt reſurrectionem Domini dicta, aut facta ſunt.

PEtri dignitatem, & prælationem oſtendunt plura, ab eo, & Apoſtolis acta, & dicta poſt Domini reſurrectionem, & illud in primis, quod habetur Act. 1. dixiſſe Petrum, Viri fratres. oportet impleri Scripturam, quam prędixit Spiritus ſanctus per os Sanctorum. Quod habetur de claudo ſanato ad ſpecioſam portam: Act. 3. cùm Petrus, & Ioannes traditi ſunt in cuſtodiam, & in craſtinum in Concilio conſtituti,dixit Petrus,Principes populi, & ſeniores audite,ſi nos dijudicamur in benefacto hominis infirmi: Act. 4. cùm Petrus ad Ananiam dixit, Cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? Act. 5. cum Simoni magno cupienti pecunia emere Spiritum ſanctum, dixit Petrus, [Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam domum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri: Act. 8. cùm ſurrexiſſent quidam de hæreſi phariſæorum, qui credideruut, dicentes, Quia oportet circumcidi eos: & conueniſſent Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc, Petrus dixit ad eos, Viri fratres,vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere: Act.15.] In quo Concilio, teſte Hieronymo ad Aug. in epiſtola, cuius initium eſt, Tres ſimul epiſtolas, in ſententiam Petri, Iacobus, & omnes Presbyteri ſimul tranſiere.

Ad idem deducitur, quod Petro dictum fuit, Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis: alijs verò, ligarum & in Cœlo, quaſi vberior poteſtas data fuerit Petro, quod annotauit Origenes.

CAP. VI.

Teſtimonia Patrum pro Petri Primatu.

SI Teſtimonia ſanctorum Patrum poſtulentur, habemus Anacletum, ſiue tertius, ſiue quartus fuerit Roman. Pontifex poſt Petrum, qui canone 14. dixit: [In nouo Teſtamento, poſt Chriſtum Dominum, à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum,Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.]

[Conteſtis eſt Cyrillus Alexand. Patriarcha; qui inquit. Sicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum ſuper omnem poteſtatem, & principatum, & ſuper omne quodcumque eſt, & vt ei omnia curuentur, pleniſſimam poteſtatem, ſic, & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, vt etiam nulli alij quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit.]

His aſtipulatur Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,cùm ait: [In ipſis Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ probariſſimum omnium Apoſtolorum, & maximum fidei magnificentia, & virtutis merito, primorum principem Petrum ad Vrbem Romam, velut aduerſùm humani generis communem perniciem repugnaturus. deducit, ducem quemdam, & magiſtrum militiæ ſuæ, ſcientem diuina prælia gerere, & virtutum caſtra ducłare. Iſte adueniens ex Orientis partibus, ve cœleſtis quidem negociator, mercimoniam diuini luminis, ſi quis velit comparare, aduexit, & ſalutaris prædicationis verbo, primus in Vrbe Roma Euangelij ſui clauibus ianuam Regni cœleſtis aperuit.]

Ab his non diſſentit Hieronymus, libro de obitu, ſeu ortu Sanctorum noui Teſtamenti, cùm dixit, Petrus in Chriſto Eccleſiæ fundamentum,Cephas Corporis Chriſti Princeps & Caput eſt.

Auguſtinus autem ſuper illud Pſal. 43. Deus deorum locutus eſt, poſt alia inquit: [Deindè quadrageſimo die ſcilicet Aſcenſionis, commendauit ſancto Petro Eccleſiam, ideſt vocatam terram à Solis ortu vſque ad occaſum, ne haberent excuſationem, qui volunt

Digitized by Google

lunt in ſchiſmate petite. Et ſuper illis verbis, Sic eum volo manere, donec veniam, qnid ad te? inquit, Duas vitas ſibi diuinitùs prædicatas nouit Eccleſia, vnam in fide, alteram in ſpe: vna ſignificara eſt per Apoſtolum Petrum, propter ſui primatum.]

Et in libro de vnico Baptiſmo, dixit, [Puto quòd ſine ſui contumelia Cyprianus Epiſcopus Petro comparetur, quantum attinet ad martytij coronam, cæterùm magis vereri debeo, ne in Pertum contumelioſus exiſtam. Quis enim neſcit primarum cuilibet Epiſcopatui pra ferendum?] Et habetur in capite, puto, 2. qu. 5.

Idem Aug. lib. 11. cnntra Donat. citat Cyprianum his verbis, [Commemorat Cyprianus, quod etiam nos in Scripturis ſanctis didicimus, Apoſtolum Petrum, in quo primatus Apoſtolorum, tàm excellenti gratia præminet, aliter quàm veritas poſtulabat de circumciſione agere ſolitum, à poſteriore Paulo fuiſſe correptum.]

Adducamus, & Ioannem Chryſoſtomum, qui ſuper Act. Apoſtolorum, inquit: [Petrus à filio ſuper omnes, qui filij ſunt, poteſtatem accepit, nou vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo Orbe, dicente Petro, paſce oues meas.]

Audiamus, & magnum illum Leonem, quem tubam Euangelicam appellarunt, ſermonem primo conſecrationis ſuæ, vt tractans illud, Lucæ 22. [Simon, ecce Sathanas exppetiuit vos, inquit: Commune erat omnibus Apoſtolis periculum de tentarione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam Diabolus omnes cupiebat elidere: & tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur, tamquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis victa non fuerit, In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ, ità ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro attribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur. Et in ſermone 3. inquit, Multo dignius eſt ad beatiſſimi Perri gloriam contemplandam aciem mentis attollere, & hunc diē in illius potiſſimùm veneratione celebrare, qui ab ipſo omnium chariſmarum fonte, ita copioſis irrigationibus inundatus, vt cum multa ſolus, nibil in quemquam ſine eius participatione trsnſierit.]

Idem ad Anſtaſium ſcribens, inquit, [Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra; hæc connexio totius quidem corporis vnitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum: quibus tamerſi Sacerdotij ſit dignitas communis, non eſt tamen Ordo æqualis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos, in ſimilitudine honoris, fuit quędam diſcretio poteſtatis: at cum omnium par electio, vni tamen datum eſt, vt cęteris pręmineret.]

Leoni comitem demus Innocentium, libro de officio Miſſæ, cap. de primatu Romani Pontificis, dùm inquit: [Omnibus autem Apoſtolis Chriſtus vnum caput præpoſuit, cui totius Eccleſiæ principatum, & ante paſſionem, & poſt paſſionem commiſit. Ante paſſionem dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Licèt enim vniuerſis Apoſtolis dixerit, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: principaliter tamen Petro commiſit, cùm dixit, Quodcumque ligaueris ſuper terram. Petrus ergo ligare poteſt cœteros, ſed ligari non poteſt à cœteris. Nàm & illud particulariter dictum eſt. Quodcumque ligaueris ſuper terram. Circà paſſionem autem, cùm dixiſſet de omnibus, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ſingulariter tamen Petro ſubiunxit, Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ad Petrum igitur, tamquam ad magiſtrum pertinet cœteros confirmare; cuius fides in nulla tentatione deficit. Fides autem Apoſtolicæ Sedis, ſupra firmam petram ſtabili ſoliditate fundata, nullis vnquam erroris ſordibus potuit inquinari, ſed abſque ruga manens, & macula, pro neceſſitate temporis maculas deterſit errorum. Poſt paſſionem autem, cùm tertiò requiſiſſet à Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? & ille tertiò reſpondiſſet: Tu ſcis Domine, quia amo te: tertiò quoque præcepit: Paſce oues meas: ſtatimque ſubiunxit: Sequere me. Petrus autem ſecutus eſt Chriſtum, non ſolùm in genere martyrij, ſed etiam in ordine magiſterij; & reliqua.

CAP. VII.

Petri auctoritas, & prærogatiua comparata auctoritati datæ Eccleſiæ, & alijs Apoſtolis.

SI quæ dicta ſunt Petro à Chriſto Ieſu, comparentur his, quæ dicta ſunt Apoſtolis, & Eccleſiæ, magis perſpicua erit Petri auctoritas, & prærogatiua.

Et primò conſideremus, quòd etſi Natanahel cùm dixit, Tu es Chriſtus filius Dei, confeſſus fuerit eum Dei filium, Ioann. 1. & qui in nauicula erant, cùm dixere: Verè filius Dei es: Matth. 14. Quin etiam Petrus ipſe omnium nomine confeſſus fuerit, Et nos credimus, & cognoſcimus, quia tu es Chriſtus filius Dei: putantes quòd per adoptionem, iuxtà illud Ioann. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. At Petrus non ſolùm confeſſus eſt Chriſtum filium Dei, ſed filium Dei verum, & naturalem, cùm dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui; quòd viuentis naturale ſit quale eſt ipſe gignere: quapropter promeruit illam recipere promiſſionem, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Et tibi dabo claues Regni Cœlorum; non autem alij. Nec ex eo, quòd Dominus omnes interrogauit, Vos autem quem me eſſe dicitis? ſubſequitur, poſt Petri reſponſum ſermonem ad omnes dirigi: quoniam Chriſtus ſæpiùs diuertit ſermonem à pluribus ad vnum, & ab vno ad plures. Sicut cùm mater filiorum Zebedæi petijt, vt ſederent filij ſui, vnus ad dexteram, alius ad ſiniſtram; Dominus reſpon-

Digitized by Google

ſpondens, ſermonem dirigit ad filios, dicens: Poteſtis bibere calicem? quòd autem ab omnibus ad Petrum conuerſus ſit ſermo, atteſtantur Matthæi verba; ex eo quòd cum primò, & ſecundò interrogans Diſcipulos, præcepit vt nemini dicerent, quòd ipſe eſſet Ieſus; quòd ſi priora verba, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, &c. directa fuiſſent Diſcipulis, non opus fuiſſet dicere: Tunc præcepit Diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quòd ipſe eſſet Ieſus: ſed ſat erat dixiſſe: Tunc præcepit, vt nemini dicerent. Nec his repugnat, quòd Domini interrogatione cauſa reddita videretur communis Petro, & cœteris, quoniam cum hac priori communione ſtat, quòd ipſi Petro facta fuerit poſterior promiſſio: ſicut in communi cauſa tentationis, cùm Lucæ 22. dictum eſt, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum; & quæ ſubſequuntur, Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: ad vniuerſos referri non poſſunt: propterea dixit: Rogaui pro te Petre, non, pro vobis, immò alios Petro commendauit.

Differentiam autem inter Petrum de ſe loquentem, & alieno nomine, annotare poſſumus Ioann. 6. quo loco Petrus pro omnibus reſpondens interroganti Chriſto, Numquid, & vos vultis abire? dixit: Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognoſcimus, quia tu es Chriſtus filius Dei; quæ omnia expreſſa ſunt plurali numero. Nonnè ego 12. elegi, & ex vobis vnus eſt Diabolus? Matth. autem 16. verba omnia à Chriſto dicta, ſingulari numero proferuntur, Tibi dabo, non, vobis, quodcunque ligaueris, non, ligaueritis: tu es Petrus, non, vos eſtis Petrus. Fuit tamen Petri reſponſio plurali numero enunciata, tanquam omnibus grata, & accepta, ne ſingulos oporteret reſpondere; quod etiam ſuperioritatem deſignat.

Quamuis autem, quod Dominus Matthæi 16. ante paſſionem ſoli Petro dixerat: Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. id poſt Reſurrectionem dixerit omnibus Apoſtolis Ioann. 20. non propterea cenſendum, æquam cum Petro cœteris tributam poteſtatem: quoniam cùm ſoli Petro dictum eſt, paſce oues meas, ſoli Petro vt omnium paſtori data eſt auctoritas alios regendi, alijs verò vt ouibus de ouili, expreſſa parendi neceſſitas; qui etſi Sacerdotes forent, & Epiſcopi, valerentque ex Apoſtolatus officio vbique locorum Verbum Dei prædicare, & Dominicum gregem paſcere, mandate eis Domino, vt docerent omnes gentes, Matth. vltimo: Nemo tamen eorum, Petro excepto, in alterum vlla fungebatur poteſtate; pares itàque erant in Apoſtolatus officio, impares dignitate, iuriſdictione, & adminiſtratione.

Ex his colligere poſſumus, quomodò interpretari debeamus, quæ habentur in cap. In nouo 21. diſt. & in cap. Sacroſancta 22. diſt. [quod cœteri Apoſtoli pari conſortio cum Petro honorem acceperint, & poteſtatem; & in cap. Loquitur 24. quæſt. 1. cùm dicitur: Hoc erant vtique cœteri Apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis;] quamuis nonnulli interpretentur de paritate ordinis, non autem iuriſdictionis: & alij, quòd pares erant, dùm Chriſtus cum hominibus conuerſaretur, cui omnes ſubijciebantur, non Petro: eo autem aſcendente in Cœlum, & poſt traditas Petro oues paſcendas, omnes Petrum, vt paſtorem ſuperiorem agnouiſſe.

Quòd verò dixit Hieronymus, super illud, [Quodcunque ligaueris, Habent quidem eandem iudiciariam poteſtatem alij Apoſtoli, quibus poſt Reſurrectionem Domini dixit, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis, &c. habet Eccleſia in Epiſcopis, Presbyteris, & Clericis: ſed ideò Petrus ſpecialiter accipit, vt omnes intelligant, quòd quicunque ab vnitate fidei, & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui, nec Cœlum ingredi poteſt;] interpretandum eſt de iudiciaria poteſtate ligandi in pœnitentiali foro; quod declarant verba illa, quibus poſt Reſurrectionem Dominus ait: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis, &c. Et quod dicit, Vt omnes intelligant, quòd quicunque ab vnitate fidei, & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui, nec Cœlum ingredi poteſt. Et ſic interpretanda eſt gloſſ. ſuper illud Matth. 16. Quodcunque ligaueris: quæ ſecuta Hieronymum, fatetur omnibus Apoſtolis datam iudiciariam poteſtatem, de iudicio ſcilicet diſcernendi inter lepram, & lepram: quæ poteſtas eſt ordinis: non de iudiciaria contentioſi fori.

Tùm quia illa auctoritas, Matth. 16. loquitur de poteſtate ligandi, & ſoluendi à peccatis: tùm quia gloſſ. ſubſequenter ſeipſam declarat, cum dicit: Homo reconciliatur Eccleſiæ per iudicium Sacerdotis. Hinc dixit ſanctus Thomas in 4. Sententiarum, diſtinct. 19. artic. 4. dùm reſpondet ad id, quod habetur Ioann. 20. ad peccatorum ſolutionem duplicem requiri poteſtatem, ordinis, & iuriſdictionis: primam æqualiter habuiſſe omnes Sacerdotes, non autem ſecundam.

Et ideò dictum Ioann. 20. quòd Apoſtolis omnibus data eſt poteſtas dimittendi peccata, intelligendum eſt de poteſtate, quæ ordinem concomitatur; & ea de cauſa, in Sacerdotum ordinatione illa proferuntur verba, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. Et ſiquis dixerit: Quomodò interpretari poteſt de ordinis poteſtate, cùm illam priùs recepiſſent, quando ſcilicet in Cœna Domini facti fuerant Sacerdotes: reſponſum inuenies à ſancto Thoma, in 5. d. 24. quæſt. 2. artic. 3. quòd Dominus dedit Diſcipulis ſuis poteſtatem Sacerdotalem, ante paſſionem, quò ad principalem actionem, cùm dixiſſet: Accipite, & manducate, hoc facite in meam commemorationem: poſt Reſurrectionem verò eam dedit poteſtatem, quæ ad actionem ſecundariam attinet, quæ eſt, ligare, & ſoluere.

Idem ſanctus Thomas contra Gentiles cap. 72. dixit ad iudiciariam poteſtatem duo requiri, ſcilicet auctoritatem cognoſcendi de culpa, & poteſtatem abſoluendi, & condemnandi: & hæc duo nuncupari Eccleſiæ claues, diſcernendi ſcilicet ſcientiam, & poteſtatem ligandi, & ſoluendi, quas Dominus Petro promiſit, Matth. 16. Tibi dabo claues: deindè ſubijciens: Sic ergo patet, quòd mini-

Digitized by Google

niſter Eccleſiæ in vſu clauium iudicium quoddam exercet;nulli autem iudicium committitur, niſi in ſibi ſubditos. Vnde manifeſtum eſt, quòd non quilibet Sacerdos poteſt abſoluere à peccato,ſed is qui recipit poteſtatem, cui ſcilicet cum traditione poteſtatis traditur vſus illius: quod ſit cum præficitur curæ animarum, aut alias huiuſmodi tribuatur poteſtas.

Ex his colligi poteſt interpretatio alterius loci Hieronymi, de ſeptem gradibus Eccleſiæ, cùm dixit Chriſtum dediſſe omnem poteſtatem Diſcipulis: dediſſe ſcilicet eis omnem poteſtatem ligandi in foro conſcientiæ, ſicut Apoſtolis; ſumendo declarationem à ſubiecta materia: & in hoc erit inter eos paritas: ſed quoad alia, Apoſtoli, & ex conſequenti Epiſcopi ſunt maiores, teſte eodem Hieronymo, cùm in eadem epiſtola dicit: [Quoniam quicquid in clericis conſecratum eſſe prædidiciſti, Epiſcopum ſolum habere manifeſtum eſt. In illis eſſe partes, & membra virtutum, in Epiſcopo plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare: atque ita vt in Epiſcopis Deum, in Presbyteris Apoſtolos recognoſcas. Non tamen ſubſequitur, Data eſt omnis poteſtas Epiſcopis, ergo Epiſcopi maiores ſunt Papa: Sicut non infertur, Data eſt omnis poteſtas Diſcipulis, qui presbyteros referunt, ergo ſunt maiores Epiſcopis, quos conſtat maiores eſſe presbyteris: cùm Chriſtus Apoſtolos inſtituerit, tamquam maiores ſacerdotes, Diſcipulos verò minores, cap, decretis, 21. diſt. Proindè Matthias ex ordine Diſcipulorum aſſumptus eſt in ordinem Apoſtolatus, tamquam ex minori ordine ad maiorem, & digniorem. Et ſi dicatur, Qui omnia dicit, nihil excludit, iuxtà illud Apoſtoli ad Heb. 2. In hoc quòd omnia ei ſubiecit, nihil omiſit non ſubiectum illi: reſpondetur, regulam illam interpretandam, ſecundùm ſubiectam materiam, de ligandi, & ſoluendi poteſtate in Foro pœnitentiali, in qua, vt diximus, Apoſtoli ſunt pares.

Nondum recedendo ab iſta paritate poteſtatis, diſcutiamus locum Matth. 19. cùm Petro interrogauti Dominum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? dixit: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, tunc & vos ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael; ex quo loco colligi videtur non ſolùm paritas auctoritatis, & poteſtatis ordinis, ſed etiam iuriſdictionis, cùm dicatur: Sedebitis indicantes duodecim tribus Iſrael. Sed dicimus, quòd ſi interpretari volumus de regeneratione ſpiritus, quæ fit per gratiam in baptiſmo, de qua primæ Petri cap. 1. Regenerauit nos in ſpem viuam: non ſubſequitur, Sedebitis omnes iudicantes, &c. Ergo eritis omnes iuriſdictione pares: cùm poſſint omnes iudices eſſe, non tamen pari iuriſdictione: ac etiam ſi pari; vnus tamen principaliter, alij verò per ipſum: quemadmodum capitis operationes toti corpori tribuuntur, vt aliàs diximus. Si verò interpretari volumus de reſurrectione corporis, de qua Apoſtolus ad Philippenſ. ſic ſcribit: Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ; nihil conducit cauſæ noſtræ, cùm nobis ſit ſermo de auctoritate Petri, & Apoſtolorum, in terris, non autem in Cęlo.

Similiter ex eo, quod habetur Matth. 23. Nolite vocari rabi: vnus eſt enim magiſter veſter, & vos omnes fratres eſtis: & patres nolite vocari ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in Cęlis eſt; nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus; non excluditur vnius præſidentia; quoniam voluit Dominus humilitatem docere, & nequis ſuperioritate extollatur, & ſuperbiat: non autem, quòd vnus non ſit altero maior: quinimo, quòd vnus ſit alio maior, declarant quæ ſubſequuntur verba: Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

Idem dicitur de eo, quod habetur Matthæi 20. [Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos: non ita erit inter vos; & de eo,quod habetur Lucæ 22. Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior, quibus dixit Dominus: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic, ſed ſiquis maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſter.]

CAP. VIII.

Quæ ſint claues Eccleſiæ.

CVm de clauibus Eccleſiæ inciderit ſermo, antequam videamus cui,aut quibus datæ ſunt, diſſerendum videtur, quæ ſint iſtæ claues. Et dicimus has duas eſſe, ordinis vnam, iuriſdictionis alteram ſeu ſcientiæ, & poteſtatis. De clauibus ſcientiæ, habemus Dominum illarum vſum exprobrantem Scribis & Phariſæis, Lucæ 11. Væ vobis legis peritis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. [De claue poteſtatis, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite.]

Hieronymus in Matth. cap. 16. aſſerit [eos, qui iudicij clauem à poteſtate ſeparant, aliquid ſibi de Phariſæorum ſupercilio aſſumere, vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur: cùm apud Deum non ſcientia Sacerdotis, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe Sacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc à Sacerdote immundi fiant: non quòd Sacerdotes leproſos faciant, & immundos, ſed quo habeant notitiam leproſi, & non leproſi, & poſſint diſcernere, qui mundus, quiſue immundus ſit. Quemadmodum igitur leproſum Sacerdos, mundum, vel immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit Epiſcopus, vel Presbyter: non eos inſontes facit, aut noxios, ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit quis ligandus ſit, quiſue ſoluendus.] Hæc Hieronymus.

Quomodo autem ſoluantur peccata claue ſcientiæ, habemus à Chryſoſtomo lib. 3.

de

de Sacerdotio, his verbis: [Intellige quanto Sacerdotes honore, quanta dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, his datum eſt, vt poteſtatem habeant, quam Deus optimus maximus, neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit; neque enim illis dictum eſt: Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo. Habent quidem, & terreſtres Principes vinculi poteſtatem, verum corporum ſolùm. Id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum ipſam etiam animam contingit, vſque adeo vt quæcumque operati fuerint Sacerdotes infernè, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam Dominus confirmet. Iam quid ipſum eſſe dicit, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quorumcumque enim, ait, peccata remiſeritis, remittuntur eis, & quorumcumque retinueritis, retenta ſunt; cedo, quænam poteſtas hac vna eſſe maior queat? Patet omne iudicium dedit Filio: at video à Filio totum Sacerdotibus eſſe commiſſum.]

Et infrà: [Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hunc impartitus fuerit, vt poteſtatem habeat quoſcumque velit in carcerem conijciendi, eoſdemque rurſus relaxandi, is nimirum beatus, & admirandus iudicio omnium erit; at verò qui à Deo tanto maiorem accepit poteſtatem, quanto Cęlum terra pretioſius eſt, quanto etiam animæ corporibus præſtant, num is contemnendum miniſterium accepiſſe putandus eſt? certè inſania maniſeſtaria eſt, tantum deſpicere principatum, ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus; nam & præter Baptiſmum, & ſacroſanctam Euchariſtiam, quæ manibus Sacerdotum perficiuntur, condonandorum etiam peccatorum facultatem habent.]

Idem Chryſoſtomus in illud Matth. 15. Tibi dabo claues Regni Cęlorum, inquit; [Huiuſmodi mortali, Cęli, & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, commiſit poteſtatem Deus, vt Eccleſiam validiorem Cęlo demonſtrauit;] quòd Trapezuntius ſic vertit: Vt quamuis homo eſſet mortalis, cęleſti tamen poteſtate polleret, & claues haberet Regni Cęlorum: ita Petrus Eccleſiam per vniuerſum Orbem amplificatam, Cęlo etiam ipſo validiorem monſtrauit.

CAP. IX.

Cui datæ ſint claues Eccleſiæ.

NVnc autem videamus, cui datæ ſint claues Eccleſiæ, vtrùm Petro ſoli, an omnibus Apoſtolis ex æquo, an verò Petro principaliter, alijs verò per Petrum, vt ex hoc magis perſpicua ſit Petri auctoritas, & dignitas. Et quidem probabilis ſententia videtur, ſoli Petro datas huiuſmodi claues, quoniam ſoli Petro reuelatum fuit, Chriſtum eſſe Filium Dei viui, ex quo ſolus dixerat: Tu es Chriſtus Filius Dei viui: & ei ſoli dictum fuit, Beatus es Simon: non autem alijs, beati vos eſtis, Et licèt omnes interrogati fuerint, Quem vos me eſſe dicitis? & Petrus pro omnibus reſponderit: non tamen omnibus ex æquo, ſed Petro datæ, & alijs per Petrum; & quemadmodum corpus à capite dependet, & quod capiti tribuitur, & corpori in ſuo capite datum cenſetur: itidem quod dicimus Petrum accepiſſe claues, non excludit, quin potiùs infert, Eccleſiam illas accepiſſe, vt à Petro ipſius capite ſignificatam; & ſic interpretandum, quod habetur in capit. quodcumque, 24. quæſt. 1. ex Auguſtin. ſuper Ioann. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cęlis: [Si hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit Eccleſia: ſi autem in Eccleſia fit, Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit;] & quod dixit in Pſalm. 108. [Sicut quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum videntur pertinere, neque tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cùm referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam, propter primatum, quem in Diſcipulos habuit: ſicut eſt, Tibi dabo claues Regni Cęlorum: & ſi qua huiuſmodi: ita Iudas perſonam quodammodo ſuſtinet inimicorum Chriſti.] Illuſtris enim intellectus, Petrum recepiſſe claues: illuſtrior, Eccleſiam per eum ſignificatam recepiſſe, cùm datæ fuerint Petro propter Eccleſiam, principaliter tamen Petro.

Et hoc eſt, quod dixit idem Auguſt. de Agone Chriſtiano: [Non ſine cauſa inter Apoſtolos Eccleſiæ catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim Eccleſiæ claues datæ ſunt, cùm Petro datæ ſunt.] Et, de doctrina Chriſtiana, cap. 18. [Has claues dediſſe Eccleſiæ ſuæ.]

Quamuis autem Petrus ſuſtineat perſonam Eccleſiæ, & eam repreſentando videatur quodammodo illius figura: non tamen ſubſequitur, non pro ſe, ſed tantùm pro Eccleſia ſuſcepiſſe claues; vt res figurato, non figuræ tribuatur; quoniam, etſi cum aliquid ſignificatur per viam parabolæ, ſicut filius prodigus ſignificat peccatorem, operarij ad vineam conducti cultores Dei in Eccleſia, & huiuſmodi; nulla ſit cura de ſignificantibus perſonis, cùm tantùm ad ſignificationem aſſumantur: ſecus tamen, cum res verè geſta aliam ſignificat: ſicut tranſitus Indęorum per mare Rubrum, noſtrum de vitijs ad virtutem tranſitum præfigurat: Magorum aduentus ad Chriſtum adorandum, viatorum progreſſum ad cęleſtem patriam: & aliæ plures figuræ varia præfigurarunt, firma manente hiſtoriæ veritate: quoniam tunc opus eſt primum res geſtas de hiſmet, de quibus in hiſtoria fit mentio, veras eſſe; deinde elici ſpiritualem ſenſum, quo aliud quid præfiguratur. Hoc ſecundo modo Petrus repræſentat, & figurat Eccleſiam; proptereà verba illa: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, referenda primùm ſunt ad Petrum ipſum, & cenſendum ipſi factam promiſſionem clauium: deinde admittendus myſticus ſenſus, promiſſas Eccleſiæ claues in perſona Petri.

Nec his repugnat, quod dixit idem Auguſtinus ſermone de Apoſtolis: [Has claues non homo vnus, ſed vnitas accepit;] quoniam illud intelligendum eſt, quòd non homo vnus claues accepit taliter, quòd nullus alius niſi ipſe: ſicut de Sole dici poteſt, quòd non

ſolus

ſolus lucet, quia lúcem ſuam alijs communicat: tamen ſolus dicitur eſſe, & Solis nomen ſortitur, quia ſolus propria luce lucet. Sic Petrus ſolus recipit claues, quia principaliter, & immediatè; alij verò per ipſum; à quo in alios poteſtas clauium deriuatur.

Propterea Gelaſius, & habetur in cap. Legatur, 24. quæſt. 1 r. de Chriſto ſentiens dixit: [Et qui tantum faciendi ſolus habuit poteſtatem, beato Petro Apoſtolo principaliter mandauit: Quodcumque ligaueris, &c.] Et Alexand. II. & habetur in cap. Audiuimus, diſt. 24. quæſt. 1. [Quòd cum omnibus Diſcipulis parem ligandi, atque ſoluendi poteſtatem Dominus daret, Petro pro omnibus, & præ omnibus claues Regni Cælorum ſe daturum promiſit.] Quibus concordat text. in cap. Decretis in fin. diſtinct. 21. cùm dicit: [Quòd Dominus Petrum quaſi in ſummum Sacerdotem elegit, dum ei pro omnibus, & præ omnibus claues Regni Cælorum ſe daturum promiſit;] & text. in cap. In illis, diſt. 80. iuncta gloſs. dum in fine dicitur: [Quoniam neque inter Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus;] quod gloſator declarat præfuiſſe omnibus adminiſtratione, etſi conſecratione pares extiterint.

His ſe ſubſcribit ſanctus Thom. in 4. ſentent. diſt. 24. qu. 3. art. 2. cum inquit, [Quòd quamuis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi, atque ſoluendi; tamen vt in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primò ſoli Petro data eſt; vt oſtendatur, quòd ab eo in alios debet iſta poteſtas deſcendere.] Et in 4. contra gentil. cap. 76. dicit: [Quòd Dominus ſoli Petro promiſit: Tibi dabo claues Regni Cælorum, vt oſtenderet, quòd poteſtas clauium erat per eum ad alios deriuanda, ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem.]

Quod autem habetur in cap. firmiter, §. vnam ſanctam, de ſumma Trinit. quæ fuit conſtitutio Lateranen. Concilij ſub Innoc. III. quòd Chriſtus conceſſit Eccleſiæ claues, Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, & quod ibi dixit Ioan. And. [quòd non ſoli Petro claues conceſſit, ſed & cæteris Apoſtolis:] non interpretandum datas Eccleſiæ, quòd ſcilicet fideles omnes à Chriſto ſuſceperint, cum teſte Ambroſ. lib. de pœnit. & Magiſtro ſent. in 4. diſt. 19. ius hoc ſoluendi, & ligandi ſolis ſacerdotibus competat, ſed cenſeri datas Eccleſiæ, quia datæ potioribus membris Eccleſiæ, vt inquit Hieron. in Epiſcopis, Presbyteris, & Clericis, quoniam, vt eſt etiam Philoſophi ſententia Ethic. 9. id communitas facere cenſetur, quod faciunt Principes, aut Optimates, & qui Reip. præſunt. Vocantur etiam Eccleſiæ claues, quia poteſtas, quæ in vno perpetua eſſe non poteſt, in pluribus per ſucceſſionem dici conſueuit communitatis poteſtas, etſi non omnibus de communitate tribuatur, quod in ſimili dicimus de priuilegio perpetuo dato vniuerſitati. Dici etiam poſſunt Eccleſiæ claues, quoniam datæ à Chriſto ad bonum, & commodum Eccleſiæ, Petro & eius ſucceſſoribus, quemadmodum Sacramenta, dicuntur Eccleſiæ Sacramenta, quòd ad eius vtilitatem ſint inſtituta: licèt eorum collatio, nec ſingulis, nec vniuerſis, ſed miniſtris Eccleſiæ tributa ſit. Vel quia præcipuè conceſſæ Petro Eccleſiæ Capiti, alijs verò mediante Petro, iuxtà illud Leonis, [Ità Dominus huius muneris fundamentum ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret, & ab ipſo, quaſi à quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet.] Et habetur in cap. Ità Dominus, 19. diſt. & in cap. Fundamenta, de elect. l. 6.

Similiter interpretandum eſt, quod dixit Hoſtienſ. in cap. Nouat. de pœnit. & remiſs. duas eſſe claues, vnam fori pœnitentialis, alteram contentioſi, & vtraſque datas Apoſtolis: datas quidem, ſed ordine ſuo primùm quidem Petro, alijs verò per Petrum.

Inanis autem eſt quæſtio, à quo Papa claues acceperit, vel cui moriens relinquat, quoniam cùm Papa eligitur, neque ſecum claues affert, neque ab Eccleſia accipit, ſed à Chriſto, non noua traditione, ſed antiqua, ea ſcilicet, quam dedit Petro. Eccleſia enim electione perſonam deſignat, quæ ſuccedat Petro, Chriſtus autem in beato Petro, cuilibet ſucceſſori claues tradidit. Quod exemplo declaramus. Princeps peregre profecturus, vices ſuas alteri committit, his verò, qui à Concilio ſunt, poteſtatem tribuit, vt illo decedente, vel malè adminiſtrante, ſucceſſorem, qui vices ſuas gerat, deligant. Conſtat enim, hunc ſucceſſorem non ab eligentibus, ſed ab ipſo Principe poteſtatem ſuſcipere, & illa auctoritate, quam abiens conſiliarijs ſuis reliquit, nec prioris obitu euanuiſſe iuriſdictionem; etſi ante electionem deeſſet, qui eam exerceret.

Si prætereà, quæ diximus, alia deſideramus teſtimonia, legamus Auguſt. in ſermone de Petro, & Paulo, cuius initium eſt, Ecce fortis, & humilis; cùm inquit: [O mira potentia, & inæſtimabilis gratia Saluatoris. Quis plebeium piſcatorem facilè crederet Principem, regibus obſiſtere, reges ſanctificare, regnis omnibus imperare, Mundum frenare legibus, dæmones calcare ſub pedibus, iubere virtutibus, Cœlum hominibus aperire, cum vellet, claudere, cum placeret: immortale Regnum conuerſis donare, negare peruerſis, merita mundi cognoſcere, culpas & crimina hominibus relaxare? ò inæſtimabilis; ò immenſa poteſtas, hominem in terra poſitum, tenere Cœlum. Ecce ad nutum Petri, diuini verbi clauſtra pateſcunt. Accepit enim claues Regni Cœlorum à Chriſto, vt ſolutis vinculis delictorum, aperiret credentibus Cœlum.]

His ſubſcribit Beda Homil. ſuper illud Matthæi 16. Quodcumque ligaueris &c. cum inquit: [Qui enim Regem Cœlorum maiori dilectione præ cæteris confeſſus, merito præ cæteris collatis Regni Cœleſtis clauibus donatus eſt.

Sed non fruſtra vni conceduntur, quod omnibus intimatur. Petra enim ſingulariter creditur, qua cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur.

Pro coronide addamus Bernard. ad Eugenium lib. ſecundo, de conſideratione, cùm dixit: Age indagemus diligentius, quis ſis, quam geras pro tempore perſonam in Eccleſia Dei, qui es ſacerdos magnus, ſummus Pontifex: tu Princeps Epiſcoporum, tu hæ-

Digitized by Google

res Apoſtolorum. Tu primatu, Abel: gubernatu, Noe: patriarchatu, Abraham: ordine, Melchiſedech: dignitate, Aaron, auctoritate, Moyſes, iudicatu, Samuel, poteſtate, Petrus: vnctione, Chriſtus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem, & alij Cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentiùs vtrumque præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus, nec modò ouium, ſed etiam paſtorum tu vnus omnium paſtor.

CAP. X.

Petram eſſe Eccleſiæ fundamentum.

TRanſeamus nunc ad aliam Petri prærogatiuam, qua eum fundamentum Eccleſiæ appellamus.

Quamuis enim verum, & principale Eccleſiæ fundamentum, ſit ipſe Chriſtus Ieſus, iuxtà illud Pauli Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, & alibi, Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus, & Petrus ipſe cap. 2. ſuæ primæ epiſtolæ, appellet Chriſtum lapidem ſummum, & angularem; docens, vt ſupraædificemus in domum ſpiritualem: Petrus tamen pro eximia ſua fide, & ardenti charitate, etiam petra dicitur, rectèque conſortium mereretur nominis, qui conſortium meretur, & operis teſte Ambroſio, ſermone 44. quòd etſi cæteri Apoſtoli fundamenta, etiam nuncupentur Eccleſiæ, iuxtà illud Eph. 2. Super ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Apocal. 21. Murus ciuitatis, habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum; Petrus tamen ſolidioris, & principalioris fundamenti denominationem ſortitus eſt, cùm ei ſoli, non alijs dictum fuit, Tu es Petrus &c.

Quatenus autem ponamus aliud fundamentum, quàm Chriſtum Ieſum, quod videtur contra Apoſtolum, legamus Auguſt. ſuper pſalmo 66. cùm dicit: [Vt noueritis, quòd Chriſtus ſit primum, & maximum, Fundamentum, inquit Apoſtolus, nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, quo vlterius nihil eſt. Quomodo putamus, niſi quemadmodum apertè dicitur ſanctus ſanctorum, ſic figurate fundamentum fundamentorum? Si ergo Sacramenta cogites, Chriſtus ſanctus ſanctorum, ſi gregem ſubditum cogites, Chriſtus paſtor paſtorum, ſi fabricam cogites, Chriſtus fundamentum fundamentorum.]

Comprobantur hæc, quàm plurimis teſtimonijs. Origenes enim in Matth. de canone noui Teſtamenti diſſerens, inquit: Petrus verò, ſuper quem Chriſtus fundauit Eccleſiam, duas tantummodò epiſtolas ſcribit. & in cap. 6. epiſtolæ ad Rom. Petro, inquit, cum ſumma de paſcendis ouibus, & ſuper ipſum, tamquam ſuper petram, fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio virtutis alterius, niſi charitatis exigitur. Idem Homil. 5. in Exod. inquit: Magno illi Eccleſiæ fundamento, petræque ſolidiſſimæ: ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam.]

Idem Cyprianus libro de ſimpl. prælat. Tract. 3. cùm dixit: [Manifeſtum eſt, vbi, & per quos remiſſio peccatorum dari poſſit. Nam Dominus primùm Petro, ſuper quem ædificauit Eccleſiam ſuam, & vnitatis originem inſtituit, & oſtendit; poteſtatem iſtam dedit.]

Et infrà: [Chriſtus Eccleſiam ſuam, quæ vna eſt, fundauit ſuper vnum. Et in epiſtola ad Quintium: Quem primum Dominus elegit; & ſuper quem ædificauit Eccleſiam ſuam. Cum Paulus de circumciſione poſteà diſceptaret, ſe vindicauit. Et ad Cornelium: Petrus, ſuper quem ædificata ab eodem Domino Eccleſia fuerat, vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, ait: Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Baſilius etiam aduersùs Eunomium, de quibuſdam ſignis Petrum exprimentibus loquẽs inquit: [Vocem intelligimus Ionæ filium, qui fuit ex Bethſaida, Andreæ fratrem, qui ex piſcatore in Apoſtolatus miniſterium vocatus eſt, qui quoniam fide præſtabat, Eccleſiæ in ſe ædificationem ſuſcepit.]

Item Hilarius in Matthæo dicta Chriſti verba explicat in hunc modum: [Editis itàque, quæ diuerſæ de eo erant, hominum opinionibus; quid ipſi de ſe ſentiant, quærit. Petrus reſpondet: Tu es Chriſtus, Filius Dei viui. Et dignum quidem confeſſio Petri conſecuta eſt præmium, quia Dei Filium vidiſſet in homine, beatus hic eſt; & vltra humanum modum oculos intendiſſe, & vidiſſe laudatus eſt, non id, quod ex carne, & ſanguine eſt, contuens, ſed Dei filium cœleſtis Patris reuelatione conſpiciens: dignuſque iudicatus, qui, quod in Chriſto Dei eſſet, primus cognoſceret. O in nuncupatione noui hominis, felix Eccleſiæ fundamentum, digna ædificatione illius petra: quæ inferni leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret. O beatus Cœli ianitor; cuius arbitrio claues Regni æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium, præiudicata auctoritas ſit in Cœlo, & quæ in terris ligata ſunt, aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant, & in Cœlo.]

Quid Ambroſius? nonne in natali Petri & Pauli, inquit? [Diximus frequenter ipſum Petrum à Domino petram nuncupatum, ſicut ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & ſermone 47. de Petri fide diſſerens, inquit, Petrus denique pro ſoliditate deuotionis, Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus: Tu es Petrus &c. Petra enim dicitur, quòd primum in nationibus fidei fundamentum poſuerat, & tamquam ſaxum immobile, totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Idem in lib. de vocat. omnium gent. inquit: Quis ignorat hanc firmiſſimam petram, quæ ab illa principali petra communionem, & virtutis ſumpſit, & nominis, hoc deſiderium ſemper habuiſſe, vt ſibi moriendi pro Chriſto daretur conſtantia? & lib. 1. Humil. & habetur in cap. Fidelior, 50. diſt. Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe de-

fle-

flenit, atque ideo maiorem gratiam repetit, quàm amiſit.

Tamquam enim bonus paſtor, tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum, & qui in ſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros veræ fidei ſtabilitate fundaret.

Idem atteſtatur Hieronymus in Matth. qui dicta Chriſti verba exponens, inquit: Dico tibi, quid eſt, quod ait, Et ego dico tibi, quia tu dixiſti, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi, non ſermone caſſo, nec vllo opus habente, ſed dico tibi, quia meum dixiſſe, feciſſe eſt; quia tu es Petrus, &c. Sicut ipſe lumen Apoſtolis donauit, vt Mundi lumen appellarentur, cæteraque ex Domino ſortiti ſunt nomina, ità & Simoni, qui credebat in Chriſtum, largitus eſt nomen, ac ſecundùm metaphoram petræ, rectè dicitur ei, ſuper te ædificabo Eccleſiam meam.] Et contra Iouinian. qui ex eo detrahebat virginitati, quòd non ſuper Ioannem fundata erat Eccleſia; admittit ſuper Petrum fundatam Eccleſiam, addens rationem, [Super Petrum, dicens, fundatur Eccleſia; licèt id ipſum in alio loco ſuper Apoſtolos fiat, vt cuncti claues Regni Cœlorum accipiant; & ex æquo fortitudo Eccleſiæ ſolidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio.

In eandem ſententiam ſcripſit Auguſtin. in ſermone de Cathedra Petri, his verbis [: Inſtitutio ſolemnitatis hodiernæ, à ſenioribus noſtris Cathedræ nomen accepit, ideo quòd primus Apoſtolorum Petrus, hodie epiſcopatus Cathedram ſuſcepiſſe referatur. Rectè igitur natalem ſedis illius colunt, quam Apoſtolus pro Eccleſiarum ſalute recepit, dicente Domino, Tu es Petrus. Petrum itàque Eccleſiæ fundamentum nominauit. Et ideo dignè hoc fundamentum Eccleſia colit, ſuper quod eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. Vnde conuenienter pſalmus, qui lectus eſt, dicit: Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in Cathedra ſeniorum laudent eum. Benè ergo Deus eum in Eccleſia exaltari præcepit: quia dignum eſt, vt fundamentum hoc in Eccleſia honoretur, propter quod in Cœlum aſcenditur.

Accedat Cyrillus lib. 2. in Ioan. qui affirmat, Chriſtum in noui nominis, Petri ſcilicet, impoſitione, ſignificaſſe quòd in hoc, tamquam in petra, lapideque firmiſſimo, ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam: idem confirmans lib. 12. Theſaurorum: & lib. de Spiritu ſancto: & alibi ſæpiùs.

Subſequatur Chryſoſtomus in homil. de diuite. & paupere: qui Petrum vocat Principem Apoſtolorum; ſuper quem Chriſtus fundauerit Eccleſiam ſuam, verè immobilem petram, vtque pro hamo piſcatorio, acciperet claues Regni Cœlorum.

Nec omittamus Maximum, in ſermone Apoſtolorum Petri & Pauli; qui dixit: [Hic eſt Petrus, cui Chriſtus Dominus communionem nòminis libenter indulſit. Vt enim (ſicut Apoſtolus Paulus edocuit) petra autem erat Chriſtus: ita per Chriſtum Petrus factus eſt petra, dicente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Nam ſicut in deſerto iuſſu Dominico ſitienti populo aqua fluxit è petra; ita vniuerſo Mundo perfidiæ ariditate laxauti, de ore Petri fons ſalutiferæ confeſſionis emerſit.

Item Leo III. ſermone de paſſione Dominica, inquit: [Vnus de toto Mundo eligitur Petrus; qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur: vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit, & Chriſtus. Magnum, & mirabile huic Viro, dilectiſſimi, conſortium potentiæ ſuæ diuina tribuit dignatio, vt ſiquid commune cæteris tribuit eſſe Principibus, nuſquam niſi per iſtum dedit, quicquid cæteris non negauit. Omnes denique Apoſtolos, quid de ſe opinentur homines, interrogat, & tandiù reſpondentium communis eſt ſermo, quandiù humanæ intelligentiæ explicatur ambiguitas. At vbi, quid ſenſus habebat diſcipulorum, exigitur, primus eſt in Domini confeſſione, qui eſt primus in Apoſtolica dignitate, & poteſtate, qui cùm dixiſſet: Tu es Chriſtus filius Dei viui; Reſpondit ei Ieſus: Beatus es, Simon Bariona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. Ideò beatus es, quia Pater meus te docuit, nec terrena te fefellit opinio, ſed inſpiratio te Cœleſtis inſtruxit, & non caro, & ſanguis, ſed ille tibi, cui ſum filius vnigenitus, indicauit. Et inquit: Ego dico tibi, hoc eſt, ſicut Pater intus manifeſtauit tibi Diuinitatem meam, ita & ego notam tibi facio excellentiam tuam; Quia tu es Petrus, ideſt, cùm ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum: Ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere, tamen & tu quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris; vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, tibi ſint participatione communia. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Et ſuper hoc, inquit, ſaxum hanc ſoliditatem, & fortitudinem, æternum conſtituam templum; & Eccleſiæ meæ Cœlo inſerenda ſublimitas, in huius firmitate conſurget. Quod idem paucis immutatis verbis repetit in homilia, quæ ſabbato poſt Dominicam Quadrageſimæ legitur.]

His ſubſcribit Gregor. libro 4. epiſtola 32. ad Mauritium, his verbis: [Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Principi, Petro Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippè dicitur: Petre amas me? paſce oues meas. Ipſi dicitur: Ecce Sathanas expetijt cribrare vos, ſicut triticum, & ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.

Et infrà: Ecce claues Regnij Cœleſtis accepit: poteſtas ei ligandi, atque ſoluendi tribuitur: cura ei totius Eccleſia, & Principatus committitur.]

Quòd etſi Auguſtin. variè interpretatus ſit locum illum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. quandoq; petram Petrum, quandoque Petri fidem, & quandoque ipſum

Chriſtum : quem dixerat filium Dei viui , in rettactatinoibus tamen , poſtquam meminit libri à ſe ſcripti aduerſùs Nouatum , adiecit hæc verba : [In hoc libro dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quòd in eo, tamquam in petra, fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur in ore multorum , in verſibus beati Ambroſij , in matutinis laudibus , in quibus de galli cantu loquens , hoc inquit, petra Eccleſia canente culpam diluit. Sed ſcio me poſteà ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe, quòd à Domino , dictum eſt : Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam ; vt ſuper hanc intelligeretur , quam confeſſus eſt Petrus dicens : Tu es Chriſtus filius Dei viui : ac ſi Petrus ab hac petra appellatus , perſonam Eccleſiæ figuraret , quæ ſuper petram ædificatur , & accepit claues Regni Cœlorum. Non enim dictum eſt illi : Tu es petra, ſed : Tu es Pettus . Petra autem erat Chriſtus ; quam confeſſus Simon , ſicut eum tota Eccleſia profitetur, dictus eſt Petrus . Hatum autem ſentcotiarum, quæ ſit probabilior, eligat lector . Hæc Auguſtinus .

Ex quibus verbis colligitur , minimè errare , qui per petram , Petrum ipſum interpretati ſunt .

Et quòd petra illa figura Chriſti non fuerit perſuaderi poſſet ex eo , quòd Chriſti perſonæ minimè conuenit , quòd ſuper eam eſſet ædificaturus , cum iam ædificaret , ſicut & ſuper Eccleſiæ fidem . Item impertinenter præmiſiſſet Dominus : Tu es Petrus ; niſi quod ſubſequitur, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ad Petrum referatur, quod tamen ſubiecit Dominus, quaſi vices referens eius, quod dixerat Petrus : Tu es Chriſtus filius Dei viui .

Sed dicet aliquis : Si Petrus fundamentum eſt Eccleſiæ ; nuſquam igitur erat Eccleſia ante Petrum ; cùm ante fundamentum non ſit ædificium , ſed ſi hoc rectè colligeretur, nec Chriſtus Ieſus , vt Deus , & homo , Eccleſiæ foret fundamentum ; quæ à iuſto Abel initium habuit , & ante Chriſtum fuit . Reſpondemus tamen , quòd Petrus propter fidei ſoliditatem , & illius confeſſionem, fundamentum eſt Eccleſiæ explicitè credentium in Chriſtum: quæ vt habens hanc qualitatem, non fuit ant Petrum , nec ante Chriſtum , licèt eadem ſit Eccleſia , cootinua ſucceſſione , quæ cœpit ab Abel , & fortè ab Adam. quod ſub alijs verbis dicunt nonnulli, quòd eſt fundamentum Eccleſiæ , ideſt, Eccleſiaſticæ poteſtatis , & iuriſdictionis , quæ ab eo habuit exordium .

C A P. XI.

Petrus immediatè poteſtatem accepit à Chriſto .

EX præmiſſis colligitur , Petrum poteſtatem, & auctoritatem immediatè à Chriſto recipiſſe ; alios verò mediante Petro, non quòd à Petro alij Apoſtoli in Epiſcopos ordinati fuerint , ſed quòd ipſe principaliter, vt eorum Paſtor , & Rector, cæteri verò Apoſtoli , vt dignitate proximi , fuerint ordinati . Nec placet illorum ſententia , qui cenſuerunt Petrum à Domino Epiſcopum conſecratum , alios Apoſtolos ab ipſo Petro , ſed magis credimus , quòd ſicut à Domino ſimul facti fuerunt Sacerdotes , ſiue cum eis dictum fuit : Hoc facite in meam commemorationem , Lucæ 22. ſiue cum dictum fuit : Accipite Spiritum ſanctum : quorum remiſeritis peccata , &c. Ioann. 20. ſic & ſimul facti fuerunt Epiſcopi ; ſecuti Auguſtinum lib. Quæſtionum noui , & vet. Teſtam. qui dixit , Chriſtum omnes Apoſtolos ordinaſſe Epiſcopos . Interpretari autem Epiſcopos , ideſt , Sacerdotes , vt plerique interpretantur , eſt Auguſtinum de inſcitia redarguere , quaſi ignorauerit differentiam eſſe inter Epiſcopum , & Sacerdotem : etſi Paulus quandoque vnum pro altero , & pro vtroque nominauerit , prout vtrique id , de quo loquebatur , conueniebat, quod ſecus eſt de verbis Auguſtini . Nec ſolùm in hanc ſenteotiam nos adducit Auguſtini auctoritas , ſed etiam ratio . Quoniam Paulus , qui Epiſcopus fuit , (nec enim Timotheum Epiſcopum ordinaſſet , ſi ipſe Epiſcopus non fuiſſet) nequaquam à Petro factus fuit Epiſcopus , ipſomet profitente ad Gal. 2. ſe nihil à Petro accepiſſe . Quòd ſi Paulus à Petro non fuit ordinatus , multò minus alij , qui Chriſtum in terris cum hominibus conuerſantem ſequebantur . Accedit, quòd Paulus ad Epheſ. 4. atteſtatur , Dominum dediſſe nobis quoſdam quidem Apoſtolos , quoſdam autem Prophetas , alios verò Euangeliſtas , alios autem paſtores , qui autem ſunt paſtores, niſi Epiſcopi ? Ipſi igitur à Domino non à Petro conſtituti Epiſcopi . His aſtipulatur Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia . [Cùm , inquit, quòd Chriſtus Sacerdotalem conſummationem , ducens diſcipulos in ſanctiſſimum Patrem ſuum , retulit Hierarchiæ perfectionem .] Quid autem eſt iſta perfectio, niſi Epiſcopalis ordo , qui in Eccleſia ſupremus eſt ? Igitur Chriſtus ipſe Epiſcopos conſtituit, & ordinauit. Eidem ſententiæ ſubſcribere videtur Canonum aggregator capit. 1. diſtinct. 21. cùm dixit , quòd Chriſtus 12. Apoſtolos, tanquam maiores Sacerdotes conſtituit . Maiores autem Sacerdotes ſunt Epiſcopi .

Nec his repugnat, quod dixit Anacletus, & habetur in cap. In nouo eadem diſtinct. 21. [Quòd in nouo Teſtamento , poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo : quòd ipſi primò pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt .] Quoniam his non repugnat , quòd cæteri Apoſtoli in Epiſcopos à Chriſti ordinati ſint , licèt ipſe Petrus dignitate anterior , & primus fuerit . Quod deſignant, quæ paulò poſt ſequuntur verba, quòd cæteri Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem , & poteſtatem acceperunt , pari ſcilicet , quoad ordinem, & dignitatem Epiſcopalem, impari verò, quoad iuriſdictionem, & Eccleſiæ gubernationem . Nec ex eo, quòd ſoli Petro plenè , & immediatè commiſſa eſt paſtoralis cura totius Dominici gregis ; ſubſequitur : ergo ipſe ſolus ordinatus eſt Epiſcopus à Domino ; alij verò à Petro .

Quod verò dixit idem Anacletus , & habetur in cap. porrò 66 diſtinct. quòd beatus Iacobus , qui Iuſtus dicebatur , etiam ſecun-

eundùm carnem frater Domini nuncupatns, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis fuit ordinatus; interprerandum eſt de viſibili vnctione, & exteriori ceremonia ordinationis; cuius tunc forma data fuit ab Apoſtolis; licèt priùs fuerit interiori vnctione à Domino conſecratus, vel quòd tunc fuerit ordinatus Epiſcopus Hieroſolymorum, & eam haberet Diœceſim; cui præeſſet Epiſcopus, vel tunc dara forma ordinarionis, quòd ſcilicet non niſi à tribus Epiſcopis fieret. Nec proptereà Iacobus bis in Epiſcopum ordinatus fuit: quoniam non eadem vnctione iuunctus fuit. Si quis verò objiceret, Petrum non immediatè à Domino, ſed ab Apoſtolis ipſis accepiſſe ſuæ poteſtatis prærogatiuam, ex eiuſdem Auacleti verbis, de quibus in dicto cap. In nouo, quòd ipſi Apoſtoli Petrum Principem eorum eſſe voluerunt, quaſi eorum, inſtitutione, & non diuina, primatum ſit conſecutus.

Reſpondetur; intelligendum eſt, Apoſtolos voluiſſe, Petrum eorum principem eſſe ideſt, eis placuiſſe, quòd eorum Princeps à Domino fuerit conſtitutus, quam nonnulli vocant voluntatem conſecutiuam, & quòd taliter interpretandum ſit, declarant eiuſdem Anacleti verba; quæ recitantur in cap. Sacroſancta 22. diſtinct. cum inquit: [Inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, & licèt omnes eſſent Apoſtoli; Petro tamen à Domino conceſſum eſt, & ipſi inter ſe voluerunt idipſum: vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis.]

Quòd itaque Petrus alijs præeſſet, ideò fuit, quia à Domino conceſſum fuit, & ipſi inter ſe voluerunt, quia à Domino conceſſum fuerat, non autem ideò præfuit, quod ipſi idipſum voluerint, nec à Deo conceſſum, quòd præeſſet, quòd ipſi præeſſe voluerunt.

Eodem modo interpretandum eſt, quod dixit Iulius, & habetur in c. Dudum 3. q. 6. quòd Apoſtoli, & eorum ſucceſſores ſanctam Romanam Eccleſiam primarum omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt.

Et ſi quandoque legatur Concilia dediſſe Romano Pontifici poteſtatem in Eccleſia Dei, interpretandum eſt non cumulatiuè, ſed priuatiuè ad alios: quia multa ſubtraxerunt ab Epiſcopis, & miniſtris Eccleſiæ, & voluerunt ad ſolum Papam pertinere capit. Dudum 3. quæſtion. 6. & c. Quamuis eadem cauſa & q. Olim enim poterat prouinciale Concilium ex cauſa deponere Epiſcopum capit. Siquis cap. Si autem 15. quæſtione 8. ſed poſteà per Concilia decretum, quòd licèt apud prouinciales Epiſcopos poſſint examinari cauſæ Epiſcoporum definiri autem nequaquam abſque Romani Pontificis auctoritate, vt in capit. Quamuis 3. quæſt. 6.

CAP. XII.

Diſſolutio eorum, quæ objiciuntur primatui Petri.

SVpereſt pro vberiori declaratione poteſtatis, & præemioentiæ Petri in Eccleſia, vt diluamus plura, quæ illi objiciuntur: etſi multa hucuſque ſublata fuerint.

Primò objicitur, ex illo loco, Ioann. vltimo, paſce oues meas; non probari Petri præ alijs Apoſtolis prærogatiuam, cùm idem alijs Apoſtolis demandatum videatur; quoniam trifariam cenſetur, quis Chriſti oues paſcere, doctrina ſalutari, exemplari vita, & diſciplina, ſeu correctione: & hæc omnia demandata videantur omnibus Apoſtolis, non ſoli Petro: quibus etiam omnibus à Domino dictum fuit, Matth. 5. Vos eſtis lux Mundi: ſic luceat lux veſtra coram hominibus; & cap. vltimo Euntes docere omnes gentes. Item Ioan. vltimo: Quorum remiſeritis, &c. His reſpondemus, quòd etſi hæc omnia demandata fuerint etiam cœteris Apoſtolis, ordine tamen quodam commiſſa, principalius ſcilicet, & pleniùs Petro, alijs verò minùs, quòd Petro minores eſſent, velut oues ſub paſtore.

Nec conſequitur: hæc omnia omnibus demandata ſunt: ergo æquali menſura: ergo omnes pari funguntur poteſtate.

Secundò objiciunt, quòd ſiquis maior inter Apoſtolos cenſendus foret, is fuiſſet Iacobus Alphæi, Epiſcopus Hieroſolymorum: vbi Chriſtus Pontifex fuit; & ſuo Sanguine pro humani generis Redemptione, Eccleſiæ illius fundamenta iecit. Sed reſpondetur, Iacobum ſucceſſorem fuiſſe Ieſu Chriſti in regimine Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, Petrum autem in regimine vniuerſalis Eccleſiæ; qui & Hieroſolymis ſua vſus eſt auctoritate, vt in Matthiæ electione, cùm dixit: Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati, &c. cum, loquentibus Apoſtolis varijs linguis, qui vt ebrij irriderentur, Petrus eleuans vocem ſuam, ex Iohelis teſtimonio oſtendit eos non ebrios, ſed Spiritu ſancto repletos; cùm Ananiam, & Saphyram mentientes Spiritui ſancto, damnauit; cùm Simonem Magum reprehendit, & ſententiam condemnationis protulit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri; cùm ſuper obſeruatione legalium, in Concilio Hieroſolymitano exorſus eſt ſermonem; & aliàs ſæpiùs. Quod autem Petrus, non Iacobus, nec alius quiſpiam ſucceſſerit Chriſto in regimine vniuerſalis Eccleſiæ, declaratum eſt ſupra.

Cur autem Chriſtus Ieſus, qui Hieroſolymis ſalutem humani generis operari dignatus eſt: Hieroſolymis legem docuit: Hieroſolymis primum de Crucis myſterio prædicatum; & vbi primum Apoſtoli ſanctiſſimam congregarint Eccleſiam: noluerit in ea primam Petri Sedem ſtatuere: fortè ratio eſt, quia euertenda funditus erat, nec relinquendus in ea lapis ſuper lapidem: vel vt confunderet Iudæorum peruicaciam, expectantium Meſſiam regnaturum in Hieruſalem; in quo forſan errore videntur fuiſſe Apoſtoli poſt Reſurrectionem: quod indicat Matris filiorum Zebedæi poſtulatio, vt ſederent in Regno ſuo, vnus à dextris, alter verò à ſiniſtris: Diſcipulorum in Emaus euntium cum Ieſu ſermo: & interrogatio illa Apoſtolorum omnium, cùm Dominus aſcenſurus eſſet in Cœlum, num in tempore illo eſſet reſtiturus Regoum Iſtael.

Quod

Digitized by Google

Quod autem Socrates lib. 9. capit. 14. Trip.hiſt. vocet Hieroſolymitanam Eccleſiam, matrem omnium Eccleſiarum: & Clemens in ſuis epiſtolis appellet Iacobum fratrem Domini, Epiſcopum Epiſcoporum: fortaſsè ob myſterium paſſionis, & quòd Iacobus frater Domini fuerit: Apoſtolorum tamen ordinatione, non ſolùm inter principales Sedes locum non habuit: ſed ſubiecta fuit Metropolitano Paleſtin. quod indicat [decretum Nicæni Concilij, quo decernitur, Epiſcopo Hieroſolimorum antiquitus tradita honoris prærogatiua ſeruaretur;] manente nihilominùs, & Metropolitani ipſius prouinciæ dignitate. Cur autem diuina diſpenſatione Petrus, & Paulus non in Hieruſalem, ſed in Vrbe Roma martyrium pertulerint; [cauſam dixit ſanctus Ambroſius eſſe, vt vbi erat caput ſuperſtitionis illic, caput quieſceret ſanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morerentur;] & habetur in capitulo Beati 2. quæſtione ſeptima.

Tertiò, impugnatur Petri auctoritas, ex loco Pauli, Gal. 2. cùm dixit, [quòd hi, qui videbantur eſſe aliquid, nihil ſibi contulerunt; quòd ſibi creditum fuit Euangelium præputij, ſicut & Petro circumciſionis: quòd Iacobus, Cephas, & Ioannes dexteras dederunt ſibi, & Barnabæ ſocietatis: quòd, cùm veniſſet Petrus Antiochiam, reſtitit ei, quia reprehenſibilis erat;] quæ omnia arguunt Petrum non fuiſſe Paulo maiorem, immò verò in aliquibus inferiorem.

Sed reſpondemus, ex eo, quòd Petrus, & alij nihil Paulo contulerint; quodque dexteras iunxerint ſocietatis; inferri paritatem in vnitate fidei, & illius defenſione; de qua etiam Matth. 23. cùm dicitur, [Vos omnes fratres eſtis:] quæ non excludit Petri in alios iuriſdictionem, & auctoritatem. Dicitur autem Petrum, & alios nihil Paulo contuliſſe in doctrina fidei, quia ipſe cœlitus edoctus, nihil ab eis diſcrepabat, qui ab ipſo Domino, dum in terris conſeruabatur, doctrinam hauſerant: & in ea re, vt pares, dexteras iunxiſſe ſocietatis.

Reprehenſio autem facta à Paulo ipſi Petro, quia reprehenſibilis erat; officium fuit charitatis: quo etiam minor reprehendere poteſt maiorem: vt de fraterna monitione aliàs dicendum erit.

At quòd Paulus ad Petrum venerit, ſignum fuit reuerentiæ, & venerationis, vt rectè annotauit Hieronymus in epiſtola ad Auguſtin. 22. his verbis: [Denique tantæ auctoritatis Petrus fuit, vt Paulus in epiſtola ſua ſcribat: Deindè poſt tres annos veni Hieroſolymam videre Petrum: & manſi apud eum diebus 15. rursùſque in ſequentibus: Poſt annos 14. aſcendi iterùm Hieroſolymam, aſſumpto etiam Tito; aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & expoſui eis Euangelium, quod prædicaui inter gentes; oſtendens non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prędicandi, niſi Petri, & eorum qui cum Petro erant, fuiſſe ſententia roboratum. Hæc Hieronymus.

At quòd Paulus vocauerit Petrum Apoſtolum circumciſionis, ſe verò gentium; non arguit eorum parem auctoritatem, diuiſumque inter ſe onus prædicandi Euangelium: quoniam vterque, & gentibus, & Iudæis Euangelium prædicauit; Petrus enim (vt habetur Act. 10.) prędicauit Euangelium Cornelio gentili, & domui eius: quod etiam perſpicuum eſt ex his, quæ de Petro habentur Act. 15. cùm dixit: [Vos ſcitis, quòd ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere;] & de Paulo Act. 9. habetur: [Quoniam vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael;] & infrà: [Et continuò ingreſſus Synagogas, prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt Filius Dei.] Vterque igitur, & Iudæis, & gentibus prædicauit Euangelium. Sed ex eo Paulus vocauit Petrum Apoſtolum circumciſionis, ſe verò gentium: quoniam Petrus acceptior fuit Iudæis: quibus oportebat primùm loqui Verbum Dei; at ipſe Paulus licèt priùs Euangelizauerit Verbum Dei Iudæis: eis tamen minùs fuit acceptus; proptereà cum ſibi, & Barnabæ indiuiduo comiti vbique contradiceretur, dixit: [Vobis oportebat loqui Verbum Dei: ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes;] hinc etiam non inſcripſit nomen ſuum epiſtolæ, quam ad Hæbreos ſcripſit.

De reprehenſione tamen Pauli, quòd reſtiterit Petro, quia reprehenſibilis erat; nonnulli euadere conantur, auctore Clemente Alexandrin. Origenis præceptore, non fuiſſe illum Petrum, Apoſtolorum Principem, ſed ex 70. Diſcipulis quempiam alium, nomine Petrum: cuius meminit Euſebius lib. 1. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 14.

Hieronymus autem aduersùs Aug. non dubitauit aſſerere, ſimulatam fuiſſe illam reprehenſionem Pauli, quòd ſcilicet ſicut Petrus, cœterique Apoſtoli, atque etiam ipſe Paulus ob ſcandalum Iudæorum ſimulatè ſeruauerunt legalia: ità eadem ſimulatione, quæ fuerat neceſſaria ad ſeruandos Iudæos à ſcandalo; ne ſcandalizarentur gentes, ei gentium ſcandalo occurrerit Paulus ſimulata reprehenſione. Quod autem etiam Paulus ſimulauerit ſeruare legalia, habetur Act. 15. cùm dicitur: [Paulus peruenit in Derben, & Lyſtram; & ecce Diſcipulus quidam, nomine Timotheus, filius mulieris viduæ fidelis, patre gentili; cui teſtimonium perhibebant, qui in Lyſtris erant, & Ionio fratres: hunc voluit Paulus proficiſci ſecum, & aſſumens circumcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes, quòd pater eius erat gentilis.] Eodem modo totondit ſibi caput in Cenchreis, tamquam perſoluens votum. Et Act. 20. cum aſſumptis illis quatuor viris, de quibus murmurabant Iudæi, purificatus cum illis intrauit in Templum, nuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque illorum oblatio. Hieronymi ſententiam ſecuti ſunt Chryſoſtomus, & Theophilactus.

Nontamen magis placet illorum ſententia, qui cenſuerunt ſeriò, non ſimulatè Petrum à Paulo reprehenſum: cùm liceat, & deceat in ijs, quæ ad fidem attinent, etiam ab inferioribus quemcumque reprehendi, & corripi. Hinc dixit Gregorius, & habetur in

cap.

Digitized by Google

cap. Paulus 2. quæſt. 7. Paulus dicit, [Seniorem ne increpaueris. Sed hæc regula reſeruanda eſt in eo, cum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahi ad interitum corda iuniorum.] Qua ratione dixit ſanctus Thom. ſecunda ſecundæ. Paulus licèt eſſet ſubditus Petri, proptee imminens ſcandali periculum circà fidem Petrum publice arguit: & ſicut gloſs. dicit ad Gal. 2. Petrus exemplum maioribus tribuit, vt ſicubi fortè rectum reliquiſſent, non dedignarentur etiam à poſtetiotibus corrigi.

Quartò obijciuot: verbum ædificari, verbum eſt ſpiritus, ſignificans per fidem incorporari, & creſcere in Chriſto: quod incongruè transfeetur ad poteſtatem regendæ Eccleſiæ; quæ ſine fide, & charitate in Papa malo eſſe poteſt: quare auctoritatem illam, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; nihil facere ad Petri primatum; & interpretari ædificare, ideſt, regere, eſt extorquete literam ad extraneum ſenſum. Sed nos negamus, ædificari eſſe incorporari per fidem, & creſcete in Chriſto: quòd iam ædificatus ſuper petram, incorporatur Chriſto per fidem, ſicut Hierem. cap. 1. dicitur: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna; vt euellas, & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, ædifices, & plantes; & cap. 18. Subdito loquar de gente, & Regno, vt ædificem, & plantem. Nec dicimus, ædificate eſſe regere: nec in myſtico corpore pugnant, quæ in naturali ſunt repugnantia.

Quintò obijciunt primatui Petri, de electione Matthiæ Apoſtoli Act. 1. in qua non opus fuiſſet aliorum auctoritate, & conſenſu, ſi Petrus capus fuiſſet, & Princeps Apoſtolorum; itidem de electione 7. Diaconorum: de qua dicitus Act. 6. quòd elegerunt Stephanum, plenum fide, & Spiritu ſancto, & Philippum, &c. quos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus. Ad quod reſpondetur, non rectè colligi, Petrum non habuiſſe ſupremam in Eccleſia auctoritatem, ex eo quod in electione Matthiæ, & Diaconorum acceſſerit aliorum conſenſus; quoniam ea ratione id actum eſt, vt vitaretur contentio, vt alijs debitus honor daretur, vtque ſeruaret Petrus, quod Dominus præceperat: Qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut miniſter. Quæ ſolutio colligitur ex Chryſoſtomo, in eum locum Act. Apoſtolorum cùm dixit: [Petrus vt inflammatus, & ſicut ille, cui à Chriſto commiſſum erat ouile, & vt Princeps Apoſtolorum, ſemper primus incœpit ſermonem, Vide autem, quia Petrus omnia facit communi omnium voluntate: nihil agit principaliter, aut dominatiuè; & infrà, Oportet ergo ex his, qui nobiſcum ſunt, viris in omni tempore, &c. Quare ita palàm omnibus loquitur, ne contentioſè res fierent, & ad litem deuenirent: & ideò ſcandala vitabat, quapropter incipiens, dixit: Viri fratres, oportet ex vobis, multitudini populi electionem concedit, vt & ipſe à contentione liberaretur, & alijs honor exhiberetur, & infrà: Quid ergo? eum eligere non poterat? vtique poterat; ſed, ne videretur ipſe gratiam dare, ideò non fecit, & deindè, Centum & viginti erant, & vnum quærit ex omni multitudine. Opportunè verò primus Petrus huiuſmodi rei dominatur, quia ipſe omnes in poteſtate acceperat, ad eum enim dixit Chriſtus: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.] Hæc Chryſoſtomus.

Sextò obijciunt, de eo, quo habetur Act. 8. quòd, cùm audiſſent Apoſtoli, quòd recepit Samaria verbum Dei, [miſerunt ad illos Petrum & Ioannem, quòd ſuperioritatem deſignat; iuxtà illud Ioann. 13. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque Apoſtolus maior domino ſuo, neque Apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum,] & Lucæ. 8. cum dixit Centurio: Nam & ego homo ſum, ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, vade; & vadit, non erit itaque Petrus ſuperior his qui miſerunt eum.

Reſpondetur, non ſemper miſſionem ſuperioritatem deſignare, & vt humana omittamus exempla, diuina recenſeamus. Nonne cum æquales, & conſubſtantiales ſint Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; Pater tamen miſit Filium, & Spiritus Sanctus miſſus eſt ab vtroque? habetur enim Ioann. 14. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnem veritatem, & cap. 15. Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me, & paulò poſt: Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, & capit. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos, item act. 3. Petrus ad Iudæos Pœnitemini, & conuertimini; vt deleantur peccata veſtra, vt, cùm venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini, & miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtum &c.] vel dicendum, miſſum conſilio, non auctoritate. At etiam dici poteſt, Petrum legationem ab Apoſtolis ſuſcepiſſe, ſubſecutum monita Domini, vt qui maior erat, fieret aliorum miniſter.

Septimò obijciunt, quòd Petrus non fuerit caput Eccleſiæ, quoniam cum capitis neceſſaria ſit connexio ad corpus, & abſciſſo capite neceſſe ſit, & corpus interire; nuſquam eſſet Eccleſia defuncto Petro, aut ſede vacante per ſui ſucceſſoris obitum, vel priuationem.

Reſpondetur, non poſſe Eccleſiam conſiſtere, vel quoduis aliud corpus, ſine capite quod motū influat, & corpus dirigat interiori influxu; qui eſt Chriſtus, cuius ſolius eſt gratiam inflere; non Petrus, aut ſucceſſor eius, quòd ſolùm exteriori gubernatione corpus myſticum Eccleſiæ dirigit. Eſt igitur Chriſtus caput præcipuum Eccleſiæ, motum, & ſenſum ſpirituales in membra Eccleſiæ influens; per modum meriti, inquantum Deus; & per modum metiri, inquantum homo. Petrus autem, & pro tempore eius ſucceſſor, eſt caput minus principale, quod miniſteriale appellare poſſumus: ſiue quo eſſe poteſt Eccleſia. Non enim omnimoda eſt ſimilitudo corporis veri, & corporis myſtici, vtriuſque capitis.

Quòd ſi quis vlterius vrgeret, ergo ante Chriſtum, vt Deum, & hominem, non erat Eccleſia, aut caruiſſet vtroque capite reſpondetur, quòd licèt careret capite, quod

eam

Digitized by Google

eam dirigeret per modum meriti, Deus tamen eam dirigebat per modum cauſæ efficienris. Et Deum etiam eſſe Caput Eccleſiæ, colligitur ex Paulo, primæ Corinth.11.cùm dixit: Omnis viri caput, Chriſtus eſt: caput autem mulieris, vir: Caput verò Chriſti, Deus; ſic colligendo: Chriſti caput eſt Deus: Chriſtus Eccleſiæ, igitur Deus caput, eſt Eccleſiæ propterea non ſine capite erat Eccleſia ante Chriſtum, vt Deum, & hominem. Plura alia obiiciuntur, quæ conſulto omirtimus: quoniam eorum diſſolutio ex ijs, quæ dicta ſunt, facilè colligi poteſt.

C A P. XIII.

Auctoritatem datam Petro datam etiam ſucceſſoribus Petri.

HÆc autem ſupremaPetri auctoritas,non ſoli Petro à Chriſto Ieſu data fuit, ſed eius etiam ſucceſſoribus, quoniam ſi ſoli Petro tributa fuiſſet; eo vita functo, careret Eccleſia capite, ad quod in terris recurri poſſit. Nec cenſendum poſt Petrum diuerſum fore regimen Eccleſiæ ab eo, quod fuit eo viuente,& ex monarchia factam ariſtocratiam aut oligarchiam: minuſque ad alios, quàm Petri ſucceſſores, tranſiſſe Eccleſiæ regimen. Quod comprobauit Sanctus Thomas, lib.4. contra gentiles, c.76.hac ratione: Satis conſtar, Chriſtum Eccleſiam conſtituiſſe in ſæculum permanſuram, iuxtà illud Eſaiæ 9.Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, à modo vſque in ſempiternum. Igitur ea ratione miniſtros inſtituit, vt eorum auctoritas ad poſteros continua ſucceſſione, vſque in finem ſæculi perueniret, aliter non impleretur, quod pollicitus eſt Dominus, Matth.vltimo: Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi: cùm de his, qui tunc viuebant, & breui erant morituri, dici non poſſit, quòd ſecum foret in perpetuum. Et hoc eſt, quod dixit Auguſt. ſuper Ioann. & habetur in cap. Quodcumque 24. quæſt.1. Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit: quia ſcilicet non tantùm pro ſe, ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus accepit, vſque in finem ſæculi, quouſque duratura eſt Eccleſia:vt etiam aliàs diximus.

Præterea cùm auctoritas Petri, & Eccleſiæ data ſit in ædificationem, vt dixit Paulus ſecundæ Corinth. cap.10. indigeatque Eccleſia ædificatione vſque in finem ſeculi, in quo electorum numerus complebitur: ſubſequitur datam pro ſucceſſoribus. Quòd autem Eccleſia ædificatione indigeat vſque in finem ſæculi, colligitur ex Hieronymo ſuper illud Pſalmi,Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas; in qua (inquit) Adhuc non eſt impletum ædificium, ſed continuè ædificatur ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ab ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Quod etiam teſtatur Chriſoſtomus in illud Matth.24. Cœlum, & terra tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt; cùm dixit, quòd verba illa ad Petrum Matth.16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.in æternum manſura ſunt. Item ſententia fuit eiuſdem Chriſoſt. [quòd ſicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium, & Iſrael, egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſuper quodcumque, vt ei omne genu curuetur: ſic & Petro,& eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit,] & Cyrilli, Hieroſolymitani Patriarchæ, vbi perſonam Chriſti inducens, inquit; [Tu cum fine, & ego ſine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, pleno, & perfecto ſacramento, & auctoritate cum eis ero, ſicut ſum tecum.] Nec mirum, ſi Hadrianus II. (vt in actis ſeptimæ. Synodi habetur) ad Conſtantinum, & Ireneum Imper.ſcribens de veneratione Sanctarum Imaginum, inquit: [Nam ipſe Princeps Apoſtolorum, beatus Petrus, qui Primus Apoſtolicæ Sedi præſedit, ſui Apoſtolatus Principatum, ac Paſtoralis curæ, Succeſſoribus ſuis, qui in ſua ſanctiſſima Sede ſucceſſuri ſunt perenniter,dereliquit: quibus, & auctoritas poteſtatem quemadmodum à Saluatore noſtro, & Domino Deo ei conceſſa eſt ipſeque tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus ſuis: quorum traditione, Chriſti ſacram imaginem, ſanctæque genitricis eius, Apoſtolorumque, & omnium Sanctorum venerantur imagines.] Quod etiam confeſſus eſt Ignatius, Conſtantinopolitanus Patriarcha, ad eundem Hadrianum ſcribens, his verbis: [Tales enim beatas voces non ſecundùm quandam vtique ſortem Apoſtolorum Principi Petro ſolùm circumſcripſit, & definiuit, ſed per eum, & ad omnes, qui poſt illum ſecundùm ipſum efficiendi erant Summi Paſtores, & diuiniſſimi, ſacrique Pontifices Senioris Romæ.

Nec ex eo, quòd aliqui ex Petri ſucceſſoribus gregem Dominicum nec ament, nec paſcant, ſubrahitur eis paſcendi, aut regendi auctoritas, & poteſtas: etſi deceret eum, qui Petri locum tenet, maiori amore Chriſtum proſequi: quoniam cùm diuerſæ res ſint, poteſtas, & amor, alter ab altero ſeiungi poteſt, adeſſeque amor, ſine primatu, vt in Petro, antequam foret aliorum Paſtor; & primatus ſine amore;ſi Petrus poſt ſuſceptam poteſtatem, ante miſſionem Spiritus Sancti à iuſtitia defeciſſet, quod poterat, propterea non ſubſequitur, deſijſſe in Petri ſucceſsore poteſtatem, ſi defuerit in Chriſtum amor. quod ideo eſt,quoniam quod dictum fuit Petro: Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: quia ad Pontificatum totius Eccleſiæ pertinet; oportet, & ad ſucceſſorem pertinere: oportetque Petri ſucceſſorem, eſſe Petrum, ideſt, in fide ſolidum. Quòd verò apud Ioann. dictum eſt Petro. Amas me? diligis me? ad rectitudinem paſtoralis officij ſpectat, etiam ad ſucceſſorem dictum cenſetur, non vt ſit Pontifex, & Paſtor, ſed vt ſit bonus Pontifex, & Paſtor bonus: quemadmodum, & aliàs docuit Dominus, qualis eſſe deberet bonus Paſtor. Ac cætera quæ dicta ſunt Petro, cuiuſmodi ſunt: Vade poſt me Sathana: Non ſapis, quæ Dei ſunt: Cùm eſſes iunior, cingebas te: Tu aliquando conuerſus: Antequam gallus cantet, ter me negabis; Vade, & mitte hamum; nec ad paſtorale officium, nec ad illius rectitudinem

dinem ſpectant, propterea ſoli Petro, non ſuccesſoribus dicta.

At licèt quod dictum eſt ſoli Petro, Tibi dabo claues &c. Paſce oues meas; minimè dictum cenſeatur alijs Apoſtolis non tamen ſubſequitur, ad ſucceſſores non extendendum, quoniam ad innumeros ſucceſsores pertinere poteſt, quod vni ratione officij tribuitur: cuius gratia omnes vnum cenſentur: quod tamen pluribus eodem tempore tribui non poteſt, ſicut vnius ouilis ſucceſſiuo ordine plures Paſtores eſſe poſſunt, quos tamen non decet eſſe poſſunt, quos tamen non decet eſſe plures vno eodemque tempore.

Si canones quærimus, quibus decretum ſit, dicta Petro, cenſeri dicta, & ſucceſsoribus, habemus cap. Solitæ de maior, & obed. cap. Per venerabilem, qui fil. ſint legit. capit. Ad Apoſtolicæ de re iudic. lib. 6. cap. 1. de homil. lib. 6.

Ratio autem, cur Petrus ſucceſsorem habet, non cæteri Apoſtoli, eſt, quoniam paſtoris officium eſt ordinarium, cuius eſt ſucceſſorem habere: Apoſtolatus autem, qui miſſio, ſeu legatio interpretatur, iuxta illud ſecundæ Corinth. cap. 5. Legatione pro Chriſto fungimur, & Epheſ. 6. Legatione fungor in cathena iſta; minimè perpetuum eſt officium: nec ei ſucceſsorem dari oportet: licèt Epiſcopi eis ſucceſserint in epiſcopali auctoritate, & dignitate, de quibus interpretamur illud Pſal. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Quin etiam nec Petrus ſuceſsorem habuit in Apoſtolatus officio: tum quia Apoſtolatum ſuſcepit cum alijs communem, in quo omnes pares fuere, tum quia nullius Petri ſucceſsoris libellos, quantumcumque Sanctos, inter ſacras recipimus Scripturas cum tamen etiam Epiſtola Pauli ad Philemonem, quamuis vnius fugitiui ſerui commendatitia, inter Sacras Scripturas computetur, non autem decreta, aut Epiſtolæ ſucceſsorum Petri. Verumtamen quia Petri ſucceſsor in paſtorali officio ouium Chriſti, ex hoc ipſo ſuccedit in præcipuo Apoſtolatus officio: quod teſte Sancto Thoma, erat Catholicam Eccleſiam gubernare, & quod communiter omnibus Apoſtolis delegatum fuerat, hoc ipſum Petri paſtorali officio datum, cum illi dictum eſt: Paſce oues meas, quòd nulli alteri ſoli dictum fuerat, propterea hoc ſoli Petri ſucceſsori, ſucceſſionis quodam iure tribuitur; non autem poteſtas faciendi miracula, quæ in vniuerſum data fuit omnibus Apoſtolis. Hinc ſolius Petri ſedes, Apoſtolica nuncupata. Et quamuis omnibus Apoſtolis data fuerit poteſtas gubernandi oues Chriſti, eaſque, vndique ad Chriſti ouile cogendi: nulli tamen data eſt poteſtas gubernandi omnes, & quaſcumque oues, quia ſoli Petro in vniuerſum data eſt poteſtas in omnes; & tam lata, vt etiam in cæteros Apoſtolos poteſtatem haberet: non ſic alijs, quorum vnus alteri non ſubijciebatur: ſed omnes cùm eſsent oues ouilis Chriſti, ſubijciebantur Petro paſtori conſtituto.

Nec propterea vnus eſt paſtor totius Eccleſiæ, quia vnus Epiſcopus, maior ſit alio, cum omnes in Epiſcopali ordine pares exiſtant: ſicut nec vnus presbyter, ſi ordinem reſpiciamus, maior eſt alio. Sed ideo vnus eſt paſtor totius Eccleſiæ, alijs prælatus Epiſcopis, & presbyteris, quia vnus eſt Petri ſucceſſor in paſtorali officio, quo modo intelligenda ſunt, quę dixit Hieronym. in epiſt. ad Euagrium, & habetur in c. Legimus 93. diſt. & in c. olim 95. & quæ dixit Cyprianus in c. Loquitur 24. q. 1. vbi non ſolùm Apoſtoli, cum Petro pares conſtituuntur, ſed, & presbyteri cum Epiſcopis. In tantum autem vnus eſt Petri ſucceſsor, & vnus Papa, quòd non poſset Concilium, non tota Eccleſia, non ipſe Papa ſtatuere, quòd eſsent duo Romani Pontifices, quia non poſsunt eſse duo Apoſtolici. gloſ. in cap. Non cap. Non autem 7. quæſt. 1. Ex quo infert Roſellus in ſua monarchia, in diſcuſſione illius quæſiti. Cui fuit data poteſtas illa ſuprema, an Eccleſia, vel Petro? quòd tempore ſchiſmatis non potuiſset Concilium ſtatuere, quòd vterque eorum qui de pontificatu contendebant, vt Pontifex ſummus in ſua obedientia ſederet: licèt ſecus in inferiori epiſcopatu, vt dict. cap. Non autem.

CAP. XIV.

Romanum Pontificem eſſe Petri in Pontificatu ſucceſſorem.

ROmanum autem Pontificem, eum eſſe qui Petri in pontificatu ſucceſſor ſit, ſatis comprobatum erit, ſi recenſebimus teſtimonia ſanctorum Patrum, ſacrorum Conciliorum, & Romanorum Imperatorum; quæ id conſtanter aſſeuerarunt: ſique oſtenderimus eum eſſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, omnes ei ſubeſſe ab exordio Chriſtianæ Eccleſiæ, & ei paruiſſe non minùs Orientalis, quàm Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopos: maiores cauſas ad eius Sedem & delatas, & deferendas: licere cuique ad eum, eiuſque Sedem appellare: ab eo neminem appellare poſſe: conſueuiſſe inſuper iam inde ab initio naſcentis, & adoleſcentis Eccleſiæ, aliorum Epiſcoporum electiones confirmare: aliaque gerere, & mandare, quæ ſuperioritatem, plenam iuriſdictionem, & ſupremam auctoritatem facilè oſtendant.

Quod attinet ad ſanctorum Patrum teſtimonia, habemus Cyprianum epiſtolarum libro 3. ad Antonianum; qui de Cornelio Romano Pontifice ſcribens, poſt alia ſubijcit: [Factus eſt Cornelius Epiſcopus, de Dei & Chriſti eius iudicio, de clericorum penè omnium teſtimonio: de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum Collegio: cùm nemo ante ſe factus eſſet: cùm Fabiani locus, ideſt, cùm locus Petri, & gradus Cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato, & Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis iam Epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt.] & habetur in cap. factus eſt Cornelius, 7. qu. 1.

Conteſtis eſt Cypriano Hieronymus, qui ad Damaſum Romanum Pontificem ſcribens, inquit: [Quoniam vetuſto oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiuiſam Domini tunicam, & deſuper contextam minutatim diſcerpit, & Chriſti vineam exterminant vul-

pes, vt inter lacus contritos, qui non habent aquam: & difficile, vbi fons ſignatus, & hortus concluſus ſit, poſſit intelligi; ideò mihi Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore, laudatam, & poſteà: Nunc in Occidente Sol iuſtitiæ oritur, in Oriente autem lucifer ille, quo ceciderat, ſupra ſydera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux Mundi: vos eſtis ſal terræ: vos vaſa aurea, & argentea. Hic teſtea, vaſa, virga ferrea, & æterno operiuntur incendio. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen inuitat humanitas. A ſacerdote victima ſalutem, à paſtore præſidium, ouis flagito: fatiſcat inuidia, Romani culminis recedat ambitio, cum ſucceſſore Piſcatoris, & Diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullum præmium, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt, Cathedræ ſancti Petri communione conſortior: ſuper illam petram fundatam Eccleſiam ſcio: quicumque extrà hanc domum agnum comederit, prophanus eſt, ſi quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.] & habetur in cap. quoniam vetuſto Oriens, 24. qu. 1. Et alibi ad eumdem, Damaſum ſcripſit: [Hæc eſt fides, Papa beatiſſime, quam in Catholica didicimus Eccleſia, quamque ſemper tenuimus: in qua ſi minùs peritè, aut parùm cautè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri Sedem, & fidem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio, Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, & maleuolum, vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit.] & habetur in capit. hæc eſt fides, eadem cauſa, & quæſtione.

Item Xyſtus epiſtola prima ad Gratum, & habetur in cap. memor, 24. qu. 1. inquit: [Memor enim me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio: & cuius fides nullum, vmquam fallit, ſed omnes quidem hæreſes. deſtruit.]

Et Syricius ad Himerium Tarraconen. dixit: [Pro officij noſtri conſideratione, non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas: quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit, portamus onera omnium, qui grauantur: quinimmò hæc portat in nobis beatus Petrus Apoſtolus: qui nos in omnibus (vt confidimus) adminiſtrationis ſuæ protegit, & tuetur hæredes.]

Concordat Marcellus Pontifex, ad vniuerſos per Antiochiam Prouinciam conſtitutos Epiſcopos, cùm inquit: [Rogamus vos, fratres, vt non aliud doceatis, ac ſentiatis, quàm quod à beato Petro Apoſtolo, & reliquis Apoſtolis, ac Patribus accepiſtis, ab illo enim primùm inſtructi eſtis. Ideò non oportet vos derelinquere primum patrem, & alios ſequi. Ipſe enim eſt caput Eccleſiæ: cui Dominus ait: Tu es Petrus, &c. Eius enim Sedes primùm apud vos fuit: quæ poſteà, iubente Domino, Romam translata eſt: cui adminiculante gratia diuina præſidemus.] & habetur in cap. rogamus, 24. q. 1.

Euſebius etiam, Marcelli immediatus ſucceſſor, epiſtola ad Thuſciæ, & Campaniæ Epiſcopos, inquit: [Benedictus Dominus Deus noſter, qui per miſericordiam ſuam, Romanam Eccleſiam beati Petri, Apoſtolorum principis, Sacerdotio ditauit.]

Quòd ſiquis ſuſpectum habeat teſtimonium Romanorum Pontificum, nec acquieſcat auctoritati Cypriani, & Hieronymi; quòd Latini fuerint: legat etiam Græcos Auctores, Cyrillum ſcilicet lib. Theſaur. cùm inquit: [Vt membra maneamus in noſtro capite, Apoſtolico, Romano Pontifice, in quo noſtrum eſt quærere, quid credere, & quid tenere debeamus; ipſum rogantes, illum venerantes præ omnibus, quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ligare, & ſoluere loco illius, qui eam ædificauit, & nulli alteri quod ſuum eſt, plenum, ſed ipſi ſoli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi tamquam ipſi Domino noſtro Ieſu Chriſto obediunt.] & Euſebium, qui lib. 3. cap. 21. Eccleſiaſt. hiſt. inquit: Qua tempeſtate in Vrbe Roma Clemens quoque III. poſt Paulum, & Petrum, pontificatum tenebat.

Tranſeamus ad Romanorum Imperatorum teſtimonia, & audiamus Valentinianum ad Theodoſium Imperatorem, cùm inquit: [Cùm aduenissem ad Vrbem Romam, ad diuinitatem placandam, ſequenti die ad Baſilicam Apoſtoli Petri acceſſi: & ibi poſt venerabilem noctem diei Apoſtoli, à Romano Præſule, & alijs cum eo ex diuerſis prouincijs congregatis rogatus ſum ſcribere veſtræ conſuetudini de fide, quæ cùm ſit conſeruatrix omnium fidelium animarum, dicitur conturbata; quam nos à noſtris maioribus traditam debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Pétro Apoſtolo intemeratam, & in noſtris temporibus conſeruare, quatenus beatiſſimus Romanę Ciuitatis Epiſcopus, cui principatum ſacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, & facultatem de fide, & ſacerdotibus iudicare.]

Item Valentinianus iunior, & Marcianus ad Leonem Pontificem dixere: [Pro reuerentia, & Catholica religione Chriſtianorum fidei, cuius auxilio virtutem noſtræ potentiæ credimus gubernari, tuam ſanctitatem, principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei poſſidentem, ſacris literis iuſtum credimus alloquendam, & inuitantes, atque rogantes, vt pro firmitate, & ſtatu noſtri imperij æternam diuinitatem tua ſanctitas deprecetur, vt & tale propoſitum, & deſiderium habeamus, quatenus omni impio errore ſublato per venerandam Synodum, te auctore maxima pax circa omnes Epiſcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni ſcelere pura, & intemerata conſiſtens.]

In epiſtola Gallę Placidiæ, matris Theodoſij iunioris, ad Eliam Pulcheriam, Auguſti filiam, habetur: [Cum beato Apoſtolo Petro noſtram præſentiam dediſſemus, illic multitudine ſacerdotum Reuerendiſſ. Leo Papa circumdatus pro dignitate ſui loci nos priùs adijt, qui propter impoſitam gemitus ſui triſtitiam, deſiderium pené ſuum verbis inſinuare non poterat; vicit tamen conſtantia ſapientię ſacerdotis, vt lacrymas paululùm retineret, & cauſam violatæ fidei tamquam vindex manifeſto ſermone proferret:] in quo ſermone cognouimus à noſtris Catho-

licam

licam fidem eſſe turbatam, quam à diuo patre noſtro Conſtantino noſtri generis parentes hactenus ſeruauerunt.

Et infrà: [Igitur tua clementia ſecundùm Catholicam fidem, (quod ſemper nobiſcum fecit) & nunc ſimiliter conſpirare dignetur: vt quicquid in illo tumultuoſo, miſeroque Concilio conſtitutum eſt, omni virtute ſubmoueatur, & omnibus integris permanentibus ad Apoſtolicæ Sedis iudicium, in qua primus beatiſſimus Apoſtolorum Petrus, qui etiam claues Regnorum cœleſtium ſuſcipiens, ſacerdotij principatum tenuit; Epiſcopatus cauſa mittatur.]

In alia epiſtola eiuſdem ad Theodoſium iuniorem filium habetur: [Hac gratia tua manſuetudo tantis turbationibus reſiſtens, veritatem immaculatam Catholicæ fidei, & religionis ſeruare præcipiat: vt ſecundùm formam, & definitionem Apoſtolicæ Sedis, quam & nos præceſſores ſimiliter veneramur in ſtatu ſacerdotij illæſo manente per omnia Flauiano, ad Concilij & Apoſtolicæ Sedis iudicium mittatur; in qua primus ille, qui cœleſtes claues fuit dignus accipere, principatum Epiſcopatus ordinauit.] Hæc ex primo tomo Conciliorum, cùm acta Chalcedonen. Concilij referuntur.

Non minùs piè Iuſtinianus Imperator in authen. de Eccl. rit. in principio, col. 9. dixit: [Sancimus itaque vicem legum obtinere ſanctas regulas, quæ à ſanctis Concilijs quatuor Synodorum, ſicut ſacras Scripturas accepimus, & regulas ſicut leges ſeruamus. Itaque ſancimus, ſecundùm eorum definitiones, ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium ſacerdotum: beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos, nouæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam Sedem ſenioris Romæ.] & in l. inter claras, C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol. Ad Ioannem Romanæ Sedis Præſulem inquit: [Omnes ſacerdotes vniuerſi Orientalis tractus ſubijcere Sedi veſtræ ſanctitatis properauimus, & infrà: Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum, & indubitatum ſit, & non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati; quæ caput eſt omnium Eccleſiarum ſanctarum. Per omnia enim properamus honorem, & auctoritatem creſcere veſtræ ſanctæ Sedi.]

Hoc idem facta approbarunt Concilia, & præcipuè Patres Chalcedonen. Concilij, qui in relatione actorum beato Leoni profeſſi ſunt, eumdem Leonem præfuiſſe Synodo, ſicut membris caput. Patres etiam ſextæ Synodi, in ſermone proſphonetico ad Conſtantinum Imperatorem gratias agentes Deo, quòd per Apoſtolicam Sedem ipſis refulſiſſet Orthodoxa fides, hæc protulere verba: [Nobiſcum concertabat Apoſtolorum Princeps: illius enim imitatorem, & Sedis ſucceſſorem, habuimus fautorem: & diuini Sacramenti myſterij illuſtrante per literas confeſſionem ſibi à Deo inſcriptam illa Romana antiqua ciuitas obtulit.] & quæ ſequuntur. Hoc idem definiuit Florentina Synodus, his verbis: [Definimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum Orbem tenere primatum: & ipſum Romanum Pontificem, ſucceſſorem eſſe beati Petri, principis Apoſtolorum; & verum Vicarium Ieſu Chriſti, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, & Doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam, à Domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.] Et reliqua.

CAP. XV.

Romanum Pontificem eſſe, & rectè appellari vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum.

Romanum autem Pontificem eſſe, & rectè appellari vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, colligitur ex epiſtolis ſanctorum Pontificum primitiuæ Eccleſiæ, & aliorum ad eos, & primò ex epiſtola Xyſti Primi, qui Romanus Pontifex fuit ante annos 1300. ad Epiſcopos: quam ſic inſcripſit: Xyſtus, vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus Epiſcopis in Domino ſalutem.

Item Victor, non vltrà 70. annum poſt eum Pontifex, ad Theophilum Alexandrin. Epiſcopum, his verbis: Victor Romanus, & vniuerſalis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Theophilo Epiſcopo, & cunctis fratribus in Alexandria Deo famulantibus.

Item Pontianus, non multò poſt Pontifex, vniuerſis Chriſtifidelibus ſcribens, exorditur: Pontianus, ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus rectè Dominum colentibus.

Item Stephanus Primus, ad quem extant ſancti Cypriani epiſtolæ, ſe inſcripſit: Stephanus, ſanctæ Apoſtolicæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus per diuerſas prouincias Epiſcopis. Et Marcellinus ſe inſcripſit: Marcellinus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Vrbis Romæ, non quòd cenſuerint Romanam Eccleſiam vniuerſalem eſſe, cùm, tamquam Romana, pars ſit vniuerſalis Eccleſiæ, ſed vt deſignarent eum, qui Romanus foret Epiſcopus, eſſe & vniuerſalis Eccleſiæ. Quo modo etiam ſe inſcripſit Marcellus Epiſcopus, in epiſtola ad Maxentium, cùm dixit: Marcellus, Epiſcopus ſanctæ Apoſtolicæ, & Catholicæ Vrbis Romæ Eccleſiæ, Maxentio. Item Euſebius cùm dixit: Euſebius, Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Silueſter autem ſe in hunc modum inſcripſit: Silueſter, Epiſcopus ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis, Præſul Vrbis Romæ, & Felix II. qui factus eſt Pontifex anno 362. in epiſtola ad Athanaſium, & vniuerſos Ægyptiorum, Thebaidorum, Libyorum Epiſcopos, in Alexandrina Synodo congregatos, ſic exorditur: Felix, almæ Vrbis, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, & in alia epiſtola ad reliquos Domini ſacerdotes, de patienti ſufferentia perſecutionum, & tribulationum, ſe vocauit Fęlicem, vniuerſalis Eccleſiæ Papam, ac propter gratiam Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Vrbis Romæ Epiſcopum.

Item Vigilius, qui Pontifex fuit anno 540. quandoque ſe inſcripſit Epiſcopum ſan-

ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Vrbis Romę;quandoque Epiſcopum Catholicæ Eccleſiæ.

Diuus Gregorius, & poſt eum alij Pontifices ſe inſcripſere: ſetuus ſeruorum Dei. Repetio tamen Damaſum Primum, epiſt. 3. etiam ante Gregorium ſe inſcripſiſſe: Damaſus, ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius, Epiſcopus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Vrbis Romæ, Stephano Archiepiſcopo Concilii Mauritaniæ, & vniuerſis Epiſcopis Africanæ Prouinciæ.

Nec ſolùm ipſi Romani Pontifices; ſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopos nominarunt: ſed etiam ab alijs, & ab ipſis ſacris Concilijs eodem titulo appellati ſunt. A beato enim Athanaſio Alexandrino Epiſcopo, & vniuerſis Ægyptiorum Epiſcopis, inſcribitur epiſtola: Marco Romanæ, & Apoſtolicæ, atque vniuerſalis Eccleſiæ Papæ. Item in alia ipſorum epiſtola ad Liberinm Papam, poſt plura dixere: Huius rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Et in act. quintæ Synodi Conſtantinopolitanæ, habetur epiſtola Mariani preſbyteri, & primatis monaſteriorum Regiæ Ciuitatis, hoc titulo inſcripta: Domino noſtro ſanctiſſimo, & beatiſſimo Archiepiſcopo antiquæ Romæ, & Oecumenico Patriarchæ, Agapito.

Quin etiam in Chalcedonenſi Synodo acclamatum eſt Leoni, Patriarchæ Oecumenico, de quo meminit dinus Gregorius in epiſtolis ad Mauritium Imperatorem ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochen. Epiſcopos. Qui etſi huiuſmodi recuſauerit titulum (vt habetur in c.ecce 99.diſt.) id ex humilitate fecit, declinans dominationis nomen, memor illius Dominici præcepti, Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut miniſter; illique prætulit nomen ſerui ſeruotum.

At etiam dici poteſt Gregorium eo loco ſcribentem ad Eulogium, Patriarcham Alexandrinum, voluiſſe taxare ambitum Ioannis Conſtantinopolit. qui volens imitari Romanum Pontificem, vſurpauit titulum vniuerſalis Epiſcopi, non nominans ſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, ſed vniuerſalem Epiſcopum: inter quæ longa eſt differentia: quoniam, vt dixit Pelagius, & habetur in capit. nullus, 99. diſt. Qui ſe vniuerſalem facit Epiſcopum, omnibus alijs epiſcopatus honorem detrahit, quem ſibi arrogat vniuerſum; ſecùs qui ſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum nominat, & eſt id, quod voluit dicere S. Thomas in tract. contra impug. relig. quòd Papa prohibet ſe nominari vniuerſalem Epiſcopum, non quia non ſit paſtor, & rector, & caput vniuerſalis Eccleſiæ, vniuerſalis paſtor ouium Chriſti, aut quòd non habeat iuriſdictionem in omnes fideles: ſed prohibere, quia non præficitur cuilibet particulari Eccleſiæ, vt proprius, & ſpecialis illius rector, & immediatus adminiſtrator; ſic enim ceſſaret omnium Epiſcoporum poteſtas.

Legimus etiam in actis eiuſdem Chalcedonenſis Concilij in pluribus libellis contra Dioſcorum, ſuper iniurijs à Dioſcoro illatis, hanc inſcriptionem: Sanctiſſimo, & Deo amantiſſimo, & vniuerſali Archiepiſcopo, & Patriarchæ magnæ Romæ, Leoni, & ſanctæ vniuerſali Chalcedonen. Synodo. Et Legati Leonis ſic ſubſcripſere: Item Paſchaſinus Epiſcopus, vice Domini mei, beatiſſimi atque Apoſtolici vniuerſalis Eccleſiæ Papæ Vrbis Romæ, Leonis; Synodo præſideus ſtatui, &c. Lucentius, Epiſcopus Eccleſiæ Eſculan. Vicarius Domini mei, beatiſſimi atque Apoſtolici viri, vniuerſalis Ecccleſiæ Papæ.

Quin etiam Imperatores Romanum Pontificem appellarunt vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum. Conſtantinus enim Sextus in gratulatoria epiſtola ad Occidentis Epiſcopos, qui Romæ cum Agathone Romano Pontifice conuenerant, ex ſententia Synodi, his verbis, vſus eſt: [Interfuiſtis namque & vos cum vniuerſali principe paſtorum ſimul cum ipſo diuinitùs loquente, &c.] Quod idem colligitur ex text. in cap. In nomine Domini, 23. diſt. cùm dicitur: Obeunte Rom. & vniuerſalis Eccleſiæ Antiſtite.

CAP. XVI.

Romano Pontifici deberi ab omnibus Chriſtifidelibus obedientiam.

CVm ſecundùm Apoſtolum, ad Rom. 12. quæ à Deo ſunt, ordinata ſint, nec niſi à Deo ſit poteſtas: & ſecundùm Dionyſ. in lib. de Angel. Hierar. lex diuinitatis ſit, vt infima in ſuprema per media reducantur: ſubſequitur, vt ordo ſit in vniuerſo, temporalem gladium in ſpiritualem reduci: ne inordinatè plura ponantur capita, æquè principalia.

Quòd autem ſpirituale caput id ſit, quod temporali præferatur, deducitur ex eo, quòd ſicut in vniuerſali rerum regimine corpora præſunt corporibus, & vniuerſaliter quod terrenum eſt, & corporeum ſpiritui ſubſit: ſic in hominum regimine temporales Domini ſpiritualibus ſubeſſe debent: & omnes Vicario Chriſti, vt in omnibus dominetur Chriſtus, iuxtà illud Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 4. cùm dixit, quòd quemadmodum corpora craſſiora, & inferiora per ſubtiliora, & ſuperiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per ſpiritum, & vniuerſa creatura per Creatorem.

Confirmantur quæ diximus, quoniam ex quo tota Chriſtiana vita principaliter ad ſpiritualem finem, non autem temporalem ordinatur, ſummus Pontifex, qui Ieſu Chriſti in terris vices gerit, cui huiuſmodi commiſſa eſt ordinatio, plenam habere debet poteſtatem præcipiendi Chriſti fidelibus, pro hoc fine aſſequendo, cùm ad eum, ad quem pertinet cura finis vltimi, pertineat & cura eorum, quæ ad finem ordinantur: Sicut in architectonicis artibus deprehenditur, ſi ad inferiores comparentur. At quia aſſecutio cœleſtis gloriæ, finis eſt digniſſimus, Eccleſiæ ſacerdotium dignius erit, & ſublimius quacumque terrena poteſtate. Qua de re dicitur Eccleſia regale ſacerdotium, cui omnes Reges, omneſque populi ſubijci debent, ſicut ipſi Domino noſtro Ieſu Chriſto, à quo regale hoc ſacerdotium deriuatur.

Idem colligitur ex verbis Chriſti, cùm dixit Petro: Petre, amas me? paſce oues meas;

nec enim Reges, & poteſtates ſeculares excepit. Sunt itaque Reges ſub Petri ſucceſſore, tamquam oues ſub paſtore.

Quòd ſi dixeris, in veteri lege eatenus habitam rationem Sacerdotij, vt Deus Reges eligeret miniſterio Sacerdotum, volueritque, eoſdem à Sacerdotibus inungi; non tamen, quòd pro huiuſmodi rerum ſtatu, Reges Sacerdotibus ſubijcerentur: quin potius in veteri lege Regia maieſtas maior erat Sacerdotali.

Legimus enim, quòd Salomon Rex deiecit Abiatar de Sacerdotio, qui erat Summus Sacerdos: quòd conſtituit, iuxta diſpoſitionem patris ſui, officia Sacerdotum in miniſterijs ſuis. II. Paralip. 28. quòd Ioſaphat in Hieruſalem conſtituit Leuitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium, & cauſam Domini iudicarent habitatoribus terræ. II. Paralip. 19. quòd Ezechias non modò inſtaurauit valuas domus Domini, ſed etiam Sacerdotes corrigere conatus eſt. Paralip. 29. quòd Ioſias, bonus ille Rex, cum Templi oblationes ingurgitari videret à Sacerdotibus, Scribam ſuum exigendis rationibus præfecit.

Sicque hi omnes, in veteri lege, in Sacerdotes vſi ſunt iuriſdictione, & poteſtate: reſpondemus, quòd lex illa carnalis erat, & terrena, ea promittens, quæ ad veterem hominem dumtaxat reſpiciunt; & ideò lex vetus dicta eſt, ſecundùm Auguſt. in quæſt. noui, & veter. Teſtam.

Lex autem noua, ſpiritualis eſt, Cęleſtia præcipuè reſpiciens: propterea tanta eius Pontifici à Chriſto Ieſu data eſt auctoritas, & dignitas, quòd Reges, & Principes non dedignantur capita ei ſubmittere, vt legitur in cap. Valentinianus diſt. 63.

Sunt tamen nonnulli, qui voluere etiam in veteri lege Regiam poteſtatem non fuiſſe maiorem Sacerdotali, idque colligi Deuter. 2. vbi cum de Regis electione ſermo fieret, denunciatur, quòd poſtquam ſederit Rex in ſolio Regni ſui, deſcribet ſcribi Deuteronomium, ideſt, reintegrationem, vel reſcriptionem legis, accipiens exemplar à Sacerdotibus.

Nàm ſi hiſtoriæ ſcholaſticæ credimus, nihil debebat facere Rex ſine conſilio Pontificis, & Seniorum.

In Iudæa enim antè Reges erant Iudices, & à Iudicibus recurrebatur ad Sacerdotium. Quia (vt habetur Deuteronom. 17.) Si difficile, & ambiguum apud te eſſe perſpexeris, veniens ad Sacerdotes Leuitici generis, &c. vbi notant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quòd Iudices ſedentes in portis Ciuitatis, iudicantes intrinſecos, & extrinſecos, ſi contingeret Iudices illos ambigere, quid decernendum, ad ſummum Sacerdotem aſcenderent: & quod iudicaret, exequerentur: propter quod ſubijcitur, quòd qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, & Iudicis decreto, moriatur homo ille; vbi marginalis gloſs. addit, quòd Chriſtus, qui eſt Sacerdos, Vicarios ſibi conſtituit, quibus dixit: Qui vos ſpernit, me ſpernit: iure concludens, damnationis ſuſtinet ſententiam, qui contemnit Diuinitatis potentiam.

Si quis ſecundò obiecerit, dicens: Præcepit Apoſtolus omnem animam ſublimioribus poteſtatibus ſubditam eſſe debere, & debitam eiſdem præſtare obedientiam: igitur & ſummus Sacerdos ſubdi debet ſublimioribus poteſtatibus, reſpondemus, ex hoc minus rectè colligi ſubiectionem Sacerdotij magiſtratibus ſecularibus, ſed id ſolum, quòd quiſque inferior ſubditus eſſe debet ſuperiori ſuo; quoniam non de ciuilibus tantùm Magiſtratibus dixit, ſed in vniuerſum de omnibus, itaut iuxta illam Apoſtoli ſententiam, ſerui dominis, famuli & ancillæ patri-familias, vxor marito, Monachi Abbati ſuo obedire teneantur. Quòd verò generaliùs illam ſententiam in ciuilibus, & huius ſeculi poteſtatibus, velut in exemplo, diligentiùs executus eſt: hoc fecit, vt obſtrueret ora quorumdam loquentium iniqua: propterea quòd apud gentes blaſphemabatur nomen Chriſti, & Chriſtiana religio: quaſi doceret ſubditos rebellare magiſtratibus, ſeruos dominis.

Ex eo autem, quòd Petrus dixit: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum, ſiue Regi, tamquam præcellenti, ſiue Ducibus, tamquam ab eo miſſis, ad vindictam malorum, quia ſic eſt voluntas Dei; perperam colligitur, Sacerdotes, & ipſum ſummum Sacerdotem ſecularibus magiſtratibus ſubditos eſſe. Sed potiùs colligendum eſt, omnes magiſtratus, qui membra ſunt Eccleſiæ, ſummo Sacerdoti, vt ſuperiori, obedientiam debere.

Regi autem obediendum eſt in his, quæ ad Regium munus ſpectant, quòd ſi limites ſui officij tranſgrediatur, non ampliùs obediendum: ſicut filij Iſrael, qui ſub Rege Babylonio viuebant, quibus à Deo præceptum erat, vt Regi obedirent; obediebant Regi externo in his, quæ ad officium Regis pertinebant; ſed cùm ſtatuam adorare iuſſi ſunt, maluerunt in fornacem ardentem conijci, quàm obedire.

Eodem modo, quòd habetur Rom. 13. Omnis poteſtas eſt à Deo; & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: non igitur ei reſiſtendum, quia miniſter Dei eſt; interpretandum eſt, non reſiſtendum ei, ſed parendum, tamquam Dei miniſtro, in his, quæ ad eius officium ſpectant.

Aduertat tamen diligens Lector, ne in errorem incidat, propter extrauag. Clem. V. quæ incipit: Meruit chariſſimi filij, quoniam non decernit Franciæ Regem, cùm ſuæ ditionis hominibus, non teneri credere, ſe eſse ſubiectum Romano Pontifici.

Id enim pugnaret cum conſtitutione Bonifacij VIII. quæ incipit: Vnam ſanctam; ſed hoc decernit ea conſtitutio, nullum Regi, aut Regno præiudicium fieri: nec Regem, nec Regni incolas magis Romano Pontifici poſt eam conſtitutionem ſubijci, quàm antè ſubijcerentur: cùm id ſolum intenderet, nulli patere ſalutis viam, niſi ſubdito Paſtori ouilis Chriſti.

Longè enim differt, dicere eſſe omnibus ad ſalutem neceſſarium, credere omnem humanam creaturam ſubijci Romano Pontifici, quòd falſum eſt: (quoniam ſicut qui extrà Eccleſiam ſunt, minimè illius iuriſdictioni ſubſunt: ſic nec id credere tenentur,

ſubeſ-

Digitized by Google

ſubeſſe,) & dicere, omni humanæ creaturæ eſſe ad ſalutem neceſſarium, vt Romano ſubſit Pontifici; quod verum eſt, & definitum per illam extrauag. Vnam ſanctam.

Quòd habetur in ca. Cùm ad verum, diſtinct.]96. [Cùm ad verum ventum eſt, vltrà ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripiat, nec Pontifex iura Imperatoris vſurpet, quoniam idem mediator Dei, & hominum, Chriſtus Ieſus, actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcernit :] probat quidem imperium, ſicut Sacerdotium, proceſſiſſe à Domino Deo; à quo etiam aliæ inferiores poteſtates procedunt: non tamen probat immediatè à Deo procedere, cum ordine, & intermedio quodam procedat, per debitam ſcilicet, & ſubalternatam emanationem à Vicario Chriſti.

Dici etiam poteſt, quòd quatenùs conſideratur poteſtas temporalis, reſpectu exercitij, eſt ex Dei voluntate penès ſecularem magiſtratum, duoſque fore gladios, alterum altero maiorem, ea ſcilicet ratione, vt vnus ſit ſupremus in militanti Eccleſia, ſicut vnus ſupremus Princeps eſt in triumphanti.

Quòd etſi Papa vtrumque habeat gladium, alterius tamen executionem Cœſari delegauit, habitu retinens temporalium iuriſdictionem. Et ea de cauſa Saluator mandauit Petro, vt gladium reponeret, non vt abijceret.

Quapropter ſcite Bernardus ad Eugen. dixit: [Aggredere ſubditos verbo, ſed non ferro, quid vſurpare gladium tentas, quem iuſſus es mittere in vaginam?]

Et 1. ad Timoth. cap. 3. Epiſcopum oportet non eſſe percuſſorem.

Item: Miniſter noui Teſtamenti, miniſter eſt manſuetudinis, & Sacramenti vnitatis, cùm Altaris Sacramentum vnionem repræſentet Chriſti, & Eccleſiæ, quam ſignificat animæ vnio cum corpore; & ſicut anima corpus viuificat, ſic Chriſtus per huiuſmodi Sacramentum, Eccleſiam. Et ideò materialis gladij vſus, qui animam diuidit à corpore, penès vnitatis miniſtrum eſſe non debet.

Hinc eodem loco dixit Bernardus: [Gladium materialem habet Papa nutu, Imperator iuſſu, miles vſu, vel manu.]

Quòd etiam innuit extrauagan. Vnam ſanctam, cùm dixit: [Vterque, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis, in poteſtate Petri eſt: ſed is pro Eccleſia; ille verò ab Eccleſia exercendus, ille Sacerdotis; is manu Regia, & militum, ſed ad nutum, & patientiam Sacerdotis.] Oportet tamen gladium ſub gladio eſſe, & temporalem poteſtatem ſubijci ſpirituali. Nàm (vt Apoſtolus dicit) Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Sed ſubijcit; Quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt.

Quòd ſi dicatur: ad quid ergo valet iſta maioritas, & prærogatiua ſummi Sacerdotis, ſi perturbare nequit, aut non debet ſecularis Principis iuriſdictionem? vt in ca. Si Imperator, & in ca. Cùm ad verum diſtinct. 96. cap. Nouit, de iudic. & cap. Cauſam, qui filij ſint legitimi, & ipſe Chriſtus vſum interdixerit, cùm mandauit Petro, vt gladium reponeret? reſpondetur, reponendum quidem, ſed non abijciendum, ſed quandoque reſumendum: primò, vt Imperatorem, aut alium quemvis Regem, & Principem, ſi ſe tyrannum, perturbatorem, rebellem, aut hoſtem Eccleſiæ præſtiterit; deponat, alio eius loco ſuffecto: quòd legimus quandoque factum.

Secundò, vtilis eſt, quoniam poteſt Summus Pontifex in arduis negotijs, & maximis difficultatibus, imminente ſcandalo, hac vti poteſtate, & iuriſdictione ſibi à Deo tributa, vt in cap. Pro humani, de homicid. lib. 6. Clement. Paſtoralis, de re iudic. cap. Alius, diſtinct. 15. quæſt. 6. & cap. Venerabilem, de elect. quemadmodùm Chriſtus cùm facto è funiculis flagello, de Templo eiecit ementes, & vendentes, quòd res illa ſcandalo foret, & prohibere ad decorem Eccleſiæ pertineret.

Si modò eorum ſequimur ſententiam, tunc vſum temporali iuriſdictione, non autem Hoſtiarij officio, quibus aſtipulatur Innocen. in cap. Super his, de voto; cùm inquit, quòd vbi deeſt neceſſitas, habent locum iura generaliter loquentia ſummum Pontificem ſpiritualibus, Imperatorem temporalibus præeſſe.

Ex his ſubſequitur recipiendam eſſe illam allegoricam interpretationem de duobus gladijs, vt ſcilicet intelligamus Petro, & ſucceſſoribus vtriuſque gladij datam poteſtatem, ſpiritualis ſcilicet, & terreni, alias verò interpretationes potius laudandas putamus, quàm admittendas. Qualis fuit illa Chryſoſtomi, & Theophilacti: qui myſticè interpretantur gladios, pro animi fortitudine, quòd ſcilicet non agnoſcentes Diſcipuli rùm præcepti Domini, cum mandauit, vt diuendito pallio gladios emerent, duos ferreos gladios attulere, Dominum verò, cùm cerneret Diſcipulos non poſſe a corporeis, & carnalibus diſcedere, dixiſſe, ſatis eſt, quaſi diceret, de his in præſentia ſatis, aliud agamus: & ſtatim in montem Oliueti aſcendiſſe.

Et quod alij pro gladio verbum Dei intellexere, quod penetrabilius ſit omni gladio ancipiti: nec non quod Ambroſius interpretatus eſt, duos gladios ſignificaſſe Diſcipulis, gladiorum vſum etiam pro defenſione vſque ad Euangelium licitum fuiſſe, poſt Euangelium non licere, atque ideo dixiſſe, ſatis eſt, quodque adiungit duos eſſe gladios, congruentes Euangelio, vnum ſpiritualem, eripientem ea, quæ circa nos ſunt; cùm vendere omnia iuberet, & date pauperibus: alium corporeum, vitam hanc etiam ipſam nobis auferentem, quam nos pro Chriſto deponere debemus non inuiti, vt multo beatiorem aſſequamur, quodque alij dixere, duos gladios fore duo Teſtamenta, nouum, & vetus, quibus velut duobus gladijs, armamur aduerſùs diaboli inſidias. Cum his annumeramus interpretationem nunqnam ſatis laudati viri, Iacobi Cardinalis Sadoleti, qui interpretatus eſt, Dominum voluiſſe tempore paſſionis adeſſe gladios, vt cauſam aliquam præberet, qua veluti iure inter iniquos poſſet connumerari; præuidens, ſi ad eos cœtus nocturnos, quos frequentes habebat, gladij in ſuo comitatu reperirentur, Scribas, & Phariſeos probabiliter apud plebem, & præſidem calumniam ei adornaturos. Ridiculum autem exiſtimamus, quod alij dixere ironicè dictum, ſatis eſſe; quaſi diceret: nem-

pè

pè duobus gladijs cohortem armatam deterrebimus ? & quod alij ſomniauert, quæſitos gladios, vt daretut locus miraculo ſanandæ auricolæ, quaſi & priùs quamplura miracula non ediderit, & ſi eo temporis voluiſſet, non defuiſſent aliæ occaſiones, quæ etiam extitere, nam & miracula edidit :, vt cum interroganti quem quætterent, reſpondentes Ieſum Nazarenum, abierunt retrorſum, & ceciderunt io terram.

Quód autem Pilato iactanti ſuam in Chriſtum Dominum poteſtatem reſponderit, nullam io ſe poteſtatem habiturum fuiſſe, oiſi ipſi datum eſſet deſuper; oon indicat Pilati poteſtatem in Chriſtum Ieſum, oec poteſtatem à Deo habuiſſe, ſed ipſum Chriſtum pati, quia voluit, non quia ille huiuſmodi poteſtatem in ſe haberet; quaſi innuens, non haberes, Pilate, quam iactas in me poteſtatem, niſi vellem, niſi à me, & Patre ea tibi permittetetur, niſi deſuper concederetur, vt ea vti poſſes.

Quamuis autem ex prærogatina, quæ à Chriſto data eſt Petro, Romano Pontifici obedientia debeatur: non propterea peccant nec hæretici cenſendi ſunt, qui primarum huoc noo agnoſcunt, ſi id fecerint nec malo, neç pertinaci animo; quoniam ſimplicitas eos excuſabit, quòd non aduerterint, vel obedientiam ab eis non exegerit Romanus Pontifex ſicut non peccarunt Corinthij, quòd victum, Diuino iure Paulo debitum, non præſtiterint, cùm non exegerit Paulus, quem ſi exegiſſet, & præſtare recuſaſſent, aut quiſpiam oon præſtaodum docuiſſet, planè peccaſsent.

Quòd etſi Petrus, & eius ſucceſsores, in vniuerſum Orbem ſua non fungantur auctoritate, & iuriſdictione, quòd plures ſint Prouinciæ, & populi plures, qui Eccleſiæ Romanæ nec obediunt, nec illius agnoſcunt ſuperioritatem, non propterea ſubſequitur, non recipiſse à Domino plenam io omnes auctoritatem, nec impletum, quod à propheta prænunciatum fuerat de Apoſtolis: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in omnes fines terræ verba eorum, quoniam etſi hucuſque impletum non ſit, implebitur tamen, & fiet quandoque vnum ouile, & vnus paſtor, omnia Chriſto ſubijcientur, & ſicubi Euangelium prædicatum hucuſque non fuit, prædicabitur tamen: ſicutque reliquiæ Iſraei ſaluæ, & gentes omnes conuertentur ad Chriſtum.

Qui autem à Romani Pontificis obedientia malo prauoque animo ſe ſubtrahunt, ex ſententia diui Thomæ nihil magis ad Eccleſiam Orthodoxorum pertinent, quàm Arrianorum, aut Donatiſtarum Eccleſiæ, quæ Sathanæ potiùs conciliabula dicendæ ſunt, quàm Eccleſiæ Chriſti. Qui tamen ſimpliciores nunquam de hac re diſceptam audierunt, nec edocti, implicitè crediderunt cuncta, quæ Chriſtus docuit, libenter hanc veritatem ſuſcepturi, ſi fuiſset eis prædicata, non facilè ſunt condemnandi.

CAP. XVII.

Romano Pontifici nedum debitam, ſed etiam præſtitam fuiſſe obedientiam ab Epiſcopis, Principibus, & ſacris Concilijs.

CONſequens eſt, vt doceamus ex antiquorum patrum monimentis, ab exordio naſcentis Eccleſiæ, continuata plurium ſeculorum ſerie, non ſolùm ab Epiſcopis Orientis, & Occidentis, ſed à Principibus, Regibus, & ab ipſis Imperatoribus, ac etiam à ſacris Concilijs Romano Pontifici præſtitam obedientiam, & reuerentiam.

Et in primis citemus Euſebium, & Tripart. hiſtor. ſcriptores, qui de Orientis Epiſcopis ſcribentes, memoriæ prodidere, Athanaſium ad Marcum Romanum Pontificem ſcribentem, conquæſtum fuiſse de violentia Arrianorum, quòd ablatis ei omnibus bonis, etiam libros, & Nicænam Synodum, qua clerus, & populus imbuebatur, eripuiſsent: poſtulaſse, ſibi tranſmitti 70. illius Synodi capitula, per Victorem, & Vincentium preſbyteros Apoſtolicæ Sedis Apocryſarios miſſa, implorantemque in auxilium, Romanæ Sedis auctoritatem, eam vocaſse matrem, & caput omnium Eccleſiarum, quodque cum ab Arrianis Alexandria pulſus, Romam ad Iulium Pontificem confugiſset, Euſebius Nicomedien. eiuſque conſortes legationem miſerunt ad Iulium, calumnias in Athanaſium factas referentes, qui Eccleſiaſticam ſequens regulam (vt eius verbis vtamur) etiam ipſis Romam venire, præcepit: venerabilem Athanaſium etiam ad iudicium regulariter euocauit, quodque ille continuò euocatione ſuſcepta venit: calumniarum verò ſarcinatores Romam non acceſſiſse, ſcientes facilè ſuum poſſe capi mendacium, hæc Tripart. hiſtor. libro 4. cap. 7. capite verò 15. habetur; Athanaſius relinquens Alexandriam, Romam profectus eſt.

Contigit autem eodem tempore etiam Paulum, Conſtantinopolitanum Pontificem, illic vnà concurrere, & Marcellum Anyræ, Aſclepiumque Gazæ, qui dum Arrianis eſset aduerſus, inſcriptionem paſsus ab his, quaſi ſubuertiſset altare, damnatus eſſe: pro quo Gazeorum Eccleſia Quintiniano committitur.

Lucianus autem, Adriapolitis Epiſcopus, ob aliam occaſionem Eccleſia ſua priuatus, degebat in Vrbe Romana. Cognoſcens igitur Romanus Epiſcopus, ſingulorum crimina, & omnes Nicæno Concilio concordare comperiens, eos in communionem ſuſcepit: tamquam omnium curam gerens, propter Sedis propriæ dignitatem, ſinguliſque reddidit ſuas Eccleſias, & Orientalibus ſcripſit Epiſcopis, culpans quia non rectè tractaſsent Viros inculpabiles, de ſuis Eccleſijs eos expellentes, & quòd conſtituta Nicæni Concilij minimè conſeruaſsent, quorum paucos ad certum diem ſibimet adeſse præcepit,

vt

vt coram eis oſtenderet, iuſtum ſe ſuper eis protuliſſe decretum, & de cætero non ſe paſſurum interminatus, niſi ab huiuſmodi turbis, & nouitatibus ceſsaſsent.

Ex comminatione etiam Orientalium Epiſcoporum, quæ habetur in epiſtola, quam ad Iulium ſcripſere; conſtat eos paruiſſe Romano Pontifici, cùm dixere: Si verò aliter egeritis (rogabant enim, vt ratam haberet depoſitionem Athanaſij, & aliorum, & amplius eis, quàm nobis aſſentire iudicaueritis, contraria celebrabimus, & deinceps vobiſcum nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis veſtriſque fauere volumus, ſed per nos, quicquid melius elegerimus, agere conabimur.

Quid Ægyptiorum Epiſcopi? Nonnè in epiſtola ad Felicem dixere? [Nec enim fas eſſe, ſupplicum Apoſtolicæ Sedis ſcripto, aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere, ſed (vt conceder, & priuilegium veſtræ Sedis eſt) & nos, & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus cum omni probitate concertemus: ſicut prædeceſſores noſtri penès veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in dicta ſancta Synodo docent inſtituta.]

Et infrà: [Scimus, vt ſemper veſtræ Sedis Præſules, primò Apoſtoli, deinde ſucceſſores eorum fecerunt, vos vniuerſalis Eccleſiæ, & maximè Epiſcoporum, qui oculi propter contemplationem, & ſpeculationem vocantur, Domini curam gerere.

Item planè colligitur ex eo, quòd conſueuerunt Theſſalonicenſes Epiſcopi eſſe Romanum Pontificum in Oriente Legati, & & quandoque poſt eſſe Conſtantinopolitani, & Alexandrini Epiſcopi. De Theſſalonicen. habemus epiſtolam 82. Leonis ad Anaſtaſium, Theſſalonicen. Epiſcopum, his verbis: [Quanta fraternitati tuæ à beato Petro commiſſa ſunt, & qualia etiam noſtro fauore pondetantes multum poſſemus de iniunctæ tibi ſolicitudinis deuotione gaudere, quoniam ſicut prædeceſſores mei prædeceſſoribus tuis, ità etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſequens exemplum, vices mei moderaminis delegaui: vt curam, quam vniuerſis Eccleſijs principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis adiuuares, & longinquis ab Apoſtolica Sede prouincijs, præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis intenderes; & reliqua.] Quòd autem Conſtantinopolitanis, & Alexandrinis Epiſcopis huiuſmodi data fuerit auctoritas, oſtendunt Simplicij ad Achatium Conſtantinopolitanum, & Bonifacij ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopos, & aliorum ad alios datæ epiſtolæ, ea ſcilicet ratione, ne aut illis eam longè diſtantibus Eccleſijs deeſſet cura, aut illæ è tam longinquo ad Romanam Sedem tam ſæpè venire cogerentur,

Conſentit cum his epiſtola beati Cœleſtini ad Venereum, alioſque Galliarum Epiſcopos, aduersùs Pelagianos, qua atteſtatur: [Plurimos fuiſſe tunc toto Orbe Orthodoxos Epiſcopos, anathematizantes Pelagium, & Cœleſtinum, ſecundùm Apoſtolicæ Sedis in eos iudicium: vehementer tamen improbantes eorum ſtudium, qui aduersùs eorum errores multis voluminibus diſputarunt: re ipſa experti aduersùs hæreticos non inutilem ſolùm, verùm etiam pernicioſam eſſe de Scripturis colluctationem: quin potiùs abſque aliqua diſputatione ſimpliciter omnes ſequi oportere, quæ ſacratiſſimi beati Petri Apoſtolorum Principis, Sedes contra inimicos gratia Dei ſanciuit, & docuit per ſuorum Præſulum miniſterium.]

Eandem auctoritatem oſtendit, quòd legimus Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, duas perſonas in Chriſto ponentem, à Cœleſtino monitum infrà certum temporis ſpacium ſanæ fidei libellum porrigere, ſeque hæreſeos ſuſpicione liberare, non obſequentem, anathematis maledictione irretitum, à domo Eccleſiaſtica eiectum: receptamque, & approbatam hanc ſententiam ab vniuerſa Epheſina Synodo, & ab ea damnatum Neſtorium cum ſuo impio dogmate: idemque eueniſſe Euthyci Archimandritæ, duas perſonas, humanam, & diuinam, confundenti in Domino noſtro Ieſu Chriſto, eius humanitate negata, à Leone damnato, approbatamque Leonis ſententiam à Chalcedonenſi Concilio.

De Conſtantinopolitana Eccleſia, quòd ſubdita ſit Romano Pontifici, habemus textus in cap. De Conſtantinopolitana Eccleſia 22. diſtinct. & in autem de Eccleſ. rit. in priuc.

Conſulto omittimus recitare priorum illorum Romanorum Pontificum teſtimonia ne culpent nos, qui ſe ſubduxere ab obedientia Romani Pontificis, quòd eos in teſtes admittamus, in aſſerenda Romani Pontificis auctoritate, & ſi vitæ ſanctitate, & martyrio planè docuerint, tantùm carere debere omni ſuſpicione, quantùm longè abfuère ab omni ambitione, faſtu, & mendacio. Qui tamen ea legere concupierit, videat tomo primo Conciliorum, epiſtolam primam Victoris Papæ ad Theophilum Epiſcopum: Fabiani epiſtolam ſecundam ad Orientales Epiſcopos: primam Stephani primi, & ſecundam ad Gratum Epiſcopum. Item epiſtolam ſecundam Xyſti, inſcriptam fratribus per Hiſpaniarum prouincias conſtitutis: Dionyſij ſecundam ad Seuerum Epiſcopum; Fœlicis Primi epiſtolam primam, Syritij ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum. Inſuper vt recentiores prætereamus, Damaſi ad Theophilum Alexandrinum, Simplicij epiſtolam ſecundam ad Ioannem Rauennatenſem Epiſcopum, & Theodori Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi à Vigilio Pontifice damnationem.

At Romanorum Imperatorum teſtimonia non præteribimus. Gratianus enim (vt habetur lib. 9. tripar. hiſtor. cap. 2.) cupiens Orthodoxæ fidei ſinceritatem, quæ priorum Imperatorum, & aliquorum Epiſcoporum culpa labefactata erat, reſtituere; edixit, vt quicunque Romano Pontifici Damaſo communione, & fide non ſociarentur, tenere non poſſent Eccleſias, ſed ab eis expellerentur, edictum legitur in lege cunctos populos Cod. de ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Retium autem, Auguſtanenſem Epiſcopum, à Conſtantinopolitano Imperatore, ſub Silueſtro Epiſcopo ob cauſam Monutenſium

ſium

Digitized by Google

ſinm miſſum Romam ſcribit Hietonymus, vbi de Tharſis diſputat, tomo 4. fol. 34.

Item notatu dignum eſt, quod de Aureliano Imperatore refert Euſebius Cæſarienſis lib. 7. cap. 27. Eccleſiaſt. hiſt. his verbis: [Domino igitur io Epiſcopatu ſurrogato; Paulus, & Sacerdotio abſciſſus, & communione, cùm de domo Eccleſiæ nollet exire; exire; interpellatus Imper. Aurelianus religiosè ſaris de hoc, ſaoctèque decernit, his præcipiens Eccleſiæ domum tradi, quibus Italiæ Sacerdotes, & Romanus Epiſcopus ſubſcriberent.

Inſuper Principes parniſſe Romano Pontifici, colligitur ex eo, quòd etiam ante conceſſam auctoritatem principibus Germanis eligendi Imperatorem, Imperatores Roman. præſtabaot Eccleſiæ Romanæ fidelitatis iurameutum: vt de Othone primo habetur in cap. Tibi Domioo 63. diſtinct. quodque cùm inter Heoricum VII. & Robertum Siciliæ Regem graues ortæ forent contenriones, & bella: cupiens Clemens V. pacem inter eos conciliare, vtrique ſcripſit, quòd cùm eſſent Romaoæ Eccleſiæ ſpecialiſſimi filij, ſibique iurameoto fidelitatis, & aliter multipliciter aſtricti, ſua arma ooo in mutuam peroiciem, ſed in communis matris defenſiooem conuerterent. Henricus malo ductus conſilio, ægrè ferens, quòd io literis de fideliraris iurameoto dicebatur, quaſi hoc ad maieſtatis ſuæ derogatiooem pertineret, accitis tabellionibus palam conteſtatus eſt, ſe non oulli fidelitatis iuramento aſtrictum: quo ramen uon obſtaote Clem. V. declarauit, quæ Romano Pontifici ab Imperatore præſtantur, ſore fidelitatis iuramenta. Paruerunt etiam Romano Pootifici Imperij Electores, cum eius mandato abrogatis ob demerita Imperatoribus, alium elegerunt. Exemplum habemus Henrici IV. Ottonis IV. Federici II. Heorici VII. & Ludouici Bauari. Nec Germani ſolùm, ſed Galli etiam paruerunt, & parent Romano Pootifici: vt de Hilderico Rege legimus in cap. Alius 15. quæſt. 2. à Zacharia Romaoo Pontifice abrogato, ſi modò à Pontifice abrogatus fuit: non autem ſolùm à iuramento daram proceribus abſolutionem, ne tenerentur fidelitatis iuramento, eoque oon obſtante poſſent alium Regem eligere. Extat etiam Emanuelis Conſtanrinopolirani Imperatoris exemplum, qui ſummis precibus ab Alexand. III. impetrare cootendit, vt diuiſum redintegraret Imperium, tranſlato in eo Federici ab eo abrogati Occidentali Imperio, quod minimè procuraſſet, ſi auctoritatem Romani Pootificis non agnouiſſet, etſi ſpe fruſtratus fuerit, reſpoodente Alex. ſe oolle in vnum coniungere, quod eius maiores ex induſtria diuiſiſſent. Alter etiam Emanuel Conſtantinopolitan. Imperator, Imperij confirmationem à Gregorio X. in Lugdunen. Concilio recepit.

CAP. XVIII.

Maiores cauſas ad Romanam, & Apoſtolicam Sedem reſcrendas.

QVod autem maiores cauſæ ad Romanam, & Apoſtolicam Sedem referendæ ſint, inductum fuit ex eo, quòd habetur Exod. 18. vbi mandatum ſuit Moyſi, prouideret de omni plebe viros ſapientes, ac Deum timentes, io quibus eſſet veritas, & odiſſent auaritiam, qui iudicarent populum omni tempore, quicquid autem maius foret, referretur ad Moyſem, perinde maiorem, & ipſi tantùm minora iudicarent, & ex eo, quod habetur Deuter. 1. vbi inquit Moyſes: Si difficile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.

Quod etiam plurimorum teſtimonio comprobatur.

Et primò Aoacleti, Petri diſcipuli, & ſucceſſoris, epiſtola prima decernentis, [quòd ſi difficiliores quæſtiooes ortæ fuerint, aut Epiſcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores cauſæ fuerint, ad maiorem Sedem referantur, ſi appellatum fuerit, quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione Saluatoris.]

Item Euariſtus ea epiſtola, qua reſpondet conſultationibus Epiſcoporum Africæ, his verbis: [Conſulentibus vobis, fratres chariſſimi, quid ſuper his, quæ in veſtris continebantur ſcriptis, viſum nobis eſſet, vel quid docibilis ratio perſuaderet, aut quid à beatis Apoſtolis oobis traditum, aut cuſtoditum remaneret; optantes (vt retuliſtis) noſtris ioſtituti documentis, hæc vobis reſcribimus, ſiquidem dilectio veſtra, normam ſecuta prudentium, ad Sedem Apoſtolicam referre maluit, quaſi ad caput, quid deberet de rebus cuſtodire potiùs, quàm vſurpatione præſumere.]

Alexander Primus eius ſucceſſor, epiſtola prima ad omnes Orthodoxos, per diuerſas prouincias Chriſto ſamulantes, inquit: [Relatum eſt ad huius ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omoium oegocia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt; quaſi ad caput ipſo dicente Priocipi Apoſtolorum Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quòd quidam æmuli Chriſti, eiuſque ſanctæ Eccleſiæ inſidiatores, Sacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant; cùm magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat.] Et habetur io cap. Relatum 11. quæſt. 1.

Idem teſtatus eſt Zepherinus, his verbis: [Iudicia Epiſcoporum, maioreſque Eccleſiæ cauſæ à Sede Apoſtolica, & noo ab alia (ſicut Apoſtoli, & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt) cum alijs Epiſcopis ſunt terminandæ, quia licèt io alios traoſferaotur Epiſcopos, beato tamen Apoſtolo Petro dictum eſt, Quęcumque ligaueris ſuper terram, &c.] Et habetur in cap. Ad Romanam Eccleſiam, 2. quæſtione 6.

Deindè Xyſtus II. in epiſtola ad Gratum Epiſcopum, reſtatur diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum iudicia antiquam Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque canonum auctoritatem reſeruaſſe, & habetur in cap. Omnes Epiſcopi, 2. qu. 6. licèt ſub nomine Gregorij.

Poſt eum Felix epiſtola 2. Inquit: [Semper dubia, & maiora negocia terminum ab hac ſancta Sede à tempore Apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt, accipere conſueuerunt.]

Item Marcellus ad Epiſcopos Antiochenſis prouinciæ, teſtatur non oportere à diſpoſitione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ deuiare, ad quam cuncta maiora negocia Eccleſiaſtica, diuina diſponente gratia, iuſſa ſunt referri, vt ab ea canonicè diſponantur,] & habetur in capitulo Rogamus, 24. quæſtione 1.

Si tædet lectorem legere Romanorum Pontificum decreta, vt qui adducantur teſtes in cauſa propria, legat epiſtolam Ægyptiorum Epiſcoporum ad Felicem Papam, tùm inquiunt: [Pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra Apoſtolica ſancta Sede auxilium hauſimus, & noſtri vos curam habere cognouimus, præfatam Apoſtolicam, & ſummam expetimus, iuxtà canonum decreta, ſedem, vt indè auxilium capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes, & dogmata, atque ſubleuationes ceperunt, ad eam quoque, quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur. Quoniam non poteſt mater obliuiſci infantem ſuum, ſic & vos nolite obliuiſci nos vobis commiſſos, quoniam non leuibus nos inimici noſtri implicauerunt, & quotidiè facere moliuntur, afflictionibus, & apprehendere, aut ferris nos conſtringere minantur; niſi nos eorum conſentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, Canonibus quippè iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere Pontifice.]

Legat etiam epiſtolam Stephani Archiepiſcopi, & trium Conciliorum Africæ, ad Damaſum Papam, in qua habetur: [Notum veſtræ facimus beatitudini, quòd quidam fratres, in confinio nobis poſiti, quoſdam fratres noſtros, venerabiles videlicet Epiſcopos, vobis inconſultis à proprio deijciunt gradu, & deijcere moliuntur, cum veſtrę ſedi Epiſcoporum iudicia, & ſummorum finem Eccleſiaſticorum negociorum, in honorem beatiſſimi Petri, Patrum decreta omnium cunctam ſeruare ſententiam inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura, & ſolicitudine oſeruare debemus; maximè verò ab ipſo debent præſulum examinari vertice Apoſtolico; cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quàm releuare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quicquid horum, quamuis in remotis ageretur prouincijs, non priùs tractandum, vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet pronunciatum, firmaretur.]

In reſponſione autem eiuſdem Damaſi, ad eumdem Stephanum Archiepiſcopum, habetur: [Diſcutere Epiſcopos, & ſummas Eccleſiaſticorum negociorum cauſas, Metropolitanis vnà cum omnibus ſuis prouincialibus, ità vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negocijs, licet, ſed definire eorum, atque Eccleſiaſticarum ſummas querelas cauſarum, vel damnare Epiſcopos, abſque huius ſanctæ Sedis auctoritate nemini licet.]

Rectè igitur ab Innocentio decretum eſt, [Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres: Coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, ideſt, ſui nominis & honoris auctoritatem referre debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio, quòd per totum Mundum poſſit Eccleſijs omnibus in commune prodeſſe,] & habetur in cap. Quoties, 24. qu. 1. & Pelagius idem teſtatur, cùm dixit: Maiores verò & difficiliores cauſæ, & quæſtiones (vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad Apoſtolicam Sedem ſunt referendæ, & habetur in c. Multis, diſt. 17.

Propterea etiam Greg. reſcripſit: Nulli dubium eſſe, non ſolum Pontificalem accuſationem, ſed omnem ſanctæ religionis relationem, ad Sedem Apoſtolicam, quaſi ad Caput Eccleſiarum, debere referri, & inde normam accipere, vnde ſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti, cuius auctoritatis ſanctionem tenere debeant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ ſoliditate diuelli,] & habetur in cap. Præceptis, 12. diſtin. cui concordat cap. Maiores, de baptiſm.

CAP. XIX.

Licitum eſt omnibus ad Apoſtolicam Sedem appellare.

QVod deindè polliciti ſumus, pro aſſerenda Romani Pontificis auctoritate, licere omnibus ad Sedem Apoſtolicam appellare; deducitur ex Xyſti primi epiſtola 2. his verbis: [Si quis veſtrum pulſatus fuerit aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam appellet Sedem, & ad eam, quaſi caput, refugium habeat,] & habetur in cap. Si quis veſtrum, 2. qu. 5.

Comprobauit hoc idem Victor primus epiſtola 2. his verbis: [Statutum liquet à tempore Apoſtolorum, & deinceps placuit, vt iudicatus à Comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopis, licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ Sedis Pontificem; qui aut per ſe, aut per Vicarios ſuos eius retractare negocium procuret.]

Zepherinus ſubſequitur epiſtola prima, cùm inquit: [Ad Romanam Eccleſiam ab omnibus, maximè tamen oppreſſis, eſt appellandum, & concurrendum, quaſi ad matrem; vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur, quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum,] & habetur in cap. Ad Romanam, 2. qu. 6.

Item Fabianus epiſtola 3. dixit: [Placuit etiam, ſi Epiſcopus accuſatus appellauerit ad Apoſtolicam Sedem, id ſtatuendum, quod eiuſdem Sedis Pontifex ſtatuerit,] &

Cor-

Digitized by Google

Cornelius epiſtola 2. cum prohibet, vt nullus ſacerdotum caoſam ſuam alieno committat iudicio, niſi ad Sedem Apoſtolicam fuerit appellatum.

Habemus decretum Stephani (incertum an primi, vel ſecundi) quòd vltra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur, ſed omnis accuſatio intrà prouinciam audiatur, & à Comprouincialibus terminetur: niſi ad Apoſtolicam Sedem appelletur. Regiſtratum 3. quæſtione 6. cap. Vltra prouinciæ.

Item Xyſtus ſecundus ad Gratum Epiſcopum reſcripſit: [Dudum à multis Epiſcopis conſtitutum erat; & modò ad veſtrum, & cæterorum fratrum auxilium eſt denuò roboratum; vt omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem, confugiant,] & habetur in capit. Omnes Epiſcopi, 2. qu. 6.

In ſecunda epiſtola Marcelli Papæ ad Maxentium legitur: [Synodum, abſque huius ſanctæ Sedis auctoritate, Epiſcoporum (quamuis quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere: neque vllum Epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam Sedem, damnare, antequam hinc ſententia finitiua procedat,] & habetur in cap. Synodum, 17. diſt.

Qui verò decreta Rom. Pontificum neglexerit, legat decretum Sardicenſis Concilij, capite tertio, his verbis: [Oſius Epiſcopus dixit, quòd ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his, qui examinauerunt, vel etiam ab alijs Epiſcopis, qui in propinquo morantur, Romano Epiſcopo, & ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices, ſi autem probauerit talem cauſam, vt ea non reſricentur, quæ acta ſunt, decreuerit; confirmata erunt,] & habetur in capit. Oſius, 2. quæſtione 4.

Item cap. 5. ſubijcitur: Gaudentius Epiſcopus dixit: [Addendum eſt, ſi placet, hinc ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſtis; vt cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit, eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum ſibi negocium in Vrbe Roma, alter Epiſcopus in eadem Cathedra poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio Rom. Epiſcopi determinata.]

Denique cap. 7. habetur: Oſius Epiſcopus dixit: [Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, vt de gradu ſuo eum deiecerint; ſi appellauerit qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri: ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudicium, reſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua Prouincia ſunt: vt ipſi diligenter omninò requirant, vt iuxtà fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Romanum Epiſcopum, vt è Latere ſuo Presbyterum mittat; erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit, & quid exiſtimet; & ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo iudicio iudicauerit.]

Relatu dignum eſt, quod in ſexta Africani Synodo legitur, miſſos in Africam à Zoſimo Pontifice Romano Philippum, & Aſellum Presbyteros, ob id, quòd quidam Africanus Presbyter, Fauſtinus nomine, inibi damnatus, prouocauerat ad Romanum Pontificem; mandatum hi Zoſimi obtulerunt; in quo habebatur, ſtatutum fuiſſe à Nicæna Synodo, poſſe à ſententia Epiſcopi ſui Presbyterum, & Epiſcopum à ſententia Synodi prouocare ad Romanum Pontificem. Carthaginenſ. Epiſcopus ob eam cauſam ſcripſit Cyrillo, Epiſcopo Alexand. & Attico Conſtantinopolitan. vt ei mitterent integra, & incorrupta decreta Nicænæ Synodi. Miſerunt illi 20. canones, qui extant; in quibus nulla de ea re fit mentio: quibus acceptis noluerunt Carthaginenſ. admittere prouocationem illios Fauſtini Presbyteri ad Romanum Pontificem: quinimò ſtatuerunt, quòd, ſi quiſpiam prouocaret vltrà mare, nec acquieſceret iudicio Conciliorum Africanorum; nullus in Africa ei communicaret; quæ inter Africanam, & Romanam Eccleſiam diſcordia initium ſub Zoſimo Pontif. habuit. Sub Bonifacio deindè, & Cœleſtino decreta fuere, quæ dicta ſunt contra Apoſtolicæ Sedis auctoritatem. Durauit hæc rebellio, vſque ad Bonifacium poſteriorem; ſub quo Carthag. Eccleſia damnans decreta à prædeceſſoribus ſuis facta, Aurelio Epiſcopo Carthag. & Africæ primate; Bonifacio Rom. Pontif. ſe ſubmiſit, & ad vnionem redijt.

His, quæ in Sardicenſ. Concilio decreta ſunt, conſentiunt Ægypti Epiſcopi, epiſtola ad Felicem Papam, referentes [à Nicænæ Synodi Patribus definitum conſonanter, vt ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitan. aut comprouinciales iudices haberet ſuſpectos, ad ſanctam Romanam interpellaret Sedem; cui ab ipſo Domino ligandi, atque ſoluendi poteſtas ſpeciali priuilegio ſuper alios eſt conceſſa; & paulò poſt: Fuit ſemper veſtræ ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedis licentia, iniuſtè damnatos, vel excommunicatos, ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere: & eos, qui illos excommunicauerunt, & condemnauerunt, Apoſtolico punire priuilegio; & infrà: Non enim fas eſt, ſupplicum Apoſtolicæ Sedis ſcripto, aut ſine ſcripto preces oblatas, deſpicere: ſed (vt concedet, & priuilegium veſtræ Sedis eſt) & nos, & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus cum omni probitate concertemus: ſicut prædeceſſores noſtri penès veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in dicta Synodo docent inſtituta.

De hoc inſtituto cofugiendi ad Roman. Sedem, meminit Cyprianus lib. 1. epiſtola 3. contra Nouatianos, cùm dixit: Poſt iſta adhùc inſuper: pſeudo-Epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent ad Petri Ca-

Digitized by Google

Cathedram, atque Eccleſiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis, & prophanis literas ſerre: nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt; ad quos perfidia non poſſit habere acceſſum.

Impiè negligant Rom. Pontifices, qui voluerint; non omittemus decretum Gelaſij, quod habetur in cap. Ipſi ſunt canones 9.q.3. Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſanctæ Sedis examen voluerunt deſerri: ab ipſa verò nuſquam prorsùs appellari ſanxerunt; & aliud in cap. Cuncta per Mundum, eadem cauſa, & q. Cuncta per Mundum nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia ſas habet de omnibus iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet Mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo appellare permiſſus.

CAP. XX.

Nemini licere à Romano Pontifice appellare.

EX his ſubſequitur, quòd ſi omnibus appellare licet ad Apoſtolicam Sedem, ſiue Romanum Pontificem; nemini licebit à Romano Pontifice ad aliquem appellare: cùm appellatio ad maiorem fiat §. Illo 2. quæſt. 6. l. Præfecti ff. de minori l. 1. §. penult. ff. de appell. Et cum ex hoc, quòd omnibus liceat ad Romanum Pontificem appellare, conſtet ipſum omnibus ſuperiorem, ſubinfert Innoc. in cap. Nemo 9. quæſt. 3. quòd nemo iudicabit primam Sedem, iuſtitiam temperare deſiderantem; quæ verba: Iuſtitiam temperare deſiderantem, non conditionem habent; quaſi, ea deficiente, liceret iudicare, ſed cauſam reddunt, non licere iudicare, quia iuſtitiam temperare deſiderat.

Nec admittendus cauillus Panormitani, verbum, nemo, excludere ſingulos, non collectiuè omnes: quoniam decretalis illa prohibet, neque ab omni clero, neque à populo iudicari. Collectiua autem nomina ſunt clerus, & populus, ſignificantia vniuerſum Chriſtianum populum; qui in duo hominum genera partitur, clerum ſcilicet, & populum cap. Duo ſunt 96. diſt.

Nec obſtat, quòd diſtributiua nomina ex propria ſignificatione tribui non poſſunt fidelium congregationi, quæ vnica eſt, & (vt aliorum vtamur vocabulo) implurificabilis: quia dicimus, quòd nomina ſiue ſigna huiuſmodi, adiecta collectiuis nominibus, qualia ſunt, domus, populus, clerus, & ſimilia, non diſtributiuè, ſed collectiuè vniuerſum ſignificant: ſicut in ſimili dicitur: Fidelis fuit in omni domo ſua; quod exponitur, in tota domo, ſcilicet Synagoga: Et quod habetur 3. Reg. 4. Conuertit Rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ; & illud 1. Paral. 29. Præcepit autem vniuerſæ Eccleſiæ, benedicite Deo noſtro: & benedixit omnis Eccleſia Domui Patrum ſuorum; item Matth. 2. Turbata eſt cum illo omnis Hieroſolyma, ideſt, tota. Sic quod dicitur, ab omni clero, exponitur, à toto clero: vt interpretatur gloſs. illum locum; quæ rectè colligit, quòd Concilium non poteſt iudicare Papam.

Idem approbauit Symmachus, & habetur in cap. Aliorum, eadem cauſa, & quæſt. cùm dixit: [Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed Sedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.] Si enim nemo, nec primam Sedem, nec eius Præſulem iudicare poteſt: vtique ab eis non licebit appellare; quod comprobat Gelaſius in his, quæ paulò ante adduximus, locis, videlicet cap. Ipſi ſunt canones, &c. Cuncta per Mundum, eadem cauſa, & quæſtione.

Siquis autem obijceret, hanc eſſe fallaciam petitionis principij, qua quis nititur probare conſequens ex antecedenti, & antecedens ex conſequenti: (præfati enim ſumus, nos probaturos Romani Pontificis ſupremam in Eccleſia auctoritatem ex eo, quòd ab ipſo nemini licet appellare: & modò deducimus, ab eo appellari non licere, ex eo, quòd primam tenet Sedem, & neminem habet ſuperiorem,) reſpondemus, non eſſe principij petitionem, ſed conuerſionem quandam, quæ à dialecticis admittitur, cum quid probatum eſt ex aliquo: deindè digreſſione facta, eodemque alijs adminiculis comprobato, circulo quodam conuertimur ad probandum quod priùs pro antecedenti deſumpſimus: vt in exemplo, ab effectu deducimus cauſam; qua alijs adminiculis comprobata, regredimur ad probandum effectum per cauſam: quæ firmior eſt ratiocinatio ea, qua proceſſimus ab effectu ad cauſam: vt diſſeruit Ariſtoteles libro primo Analyt. poſterior. capit. 5.

CAP. XXI.

Ad Romanum Pontificem ſpectat aliorum Epiſcoporum electiones confirmare.

SVpereſt ex his, quæ polliciti ſumus, vt oſtendamus, Romani Pontificis munus, & officium eſſe, aliorum Epiſcoporum electiones cōfirmare.

Quod primùm colligitur ex epiſtola 31. Leonis Papæ ad Anatolium, Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ſcribit enim ſe nolle Anatolium cōfirmare, niſi priùs ea ſe credere, & tenere profiteretur, quæ in ſua ad beatum Flauianum, & Cyrilli ad Neſtorium epiſtolis continebantur.

Hoc idem colligitur ex eo, quod legitur in breuiario Liberati, Archidiaconi Carthagineſ. quod habetur 2. tomo Conciliorum, poſt quintam Synodum, cùm ſcribit, [quòd poſt Achacium, Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ordinatur Flauianus presbyter, qui fuit à ſancta Tecla: & quòd is non ſuſtinuit ſine Romano Epiſcopo inthronizari: ſed tranſmiſit ſynodicam Papæ Romano Felici; qui modico viuens tempore, moritur, non accipiens epiſtolam ipſius, & factus eſt Euphemius Epiſcopus, genere Alexandrinus, qui

& ſu-

& ſuſcepit à Papa Romano ſcripta.] Hæc Liberatus.

Item cùm Acbacius, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis in Oriente Delegatus, mortud Timotheo, beati Procherij ſucceſſore, cùm Orthodoxus populus Ioannem ſurrogaſſet, reſtitit Achacius, & Zenonis Imperatoris, quem ſibi malis artibus deuinxerat, fauore & auxilio, Petrum per Apoſtolicam Sedem damnatum reſtituere conabatur, Imperatori ſuggerens non rectè damnatum; quo etiam inuito Simplicius Ioannis electionem confirmauit, qui Alexandrinam Eccleſiam obtinuit: etſi Vrbanus ſubadiuua Imperatoris literas Simplicio detuliſſet, vt in Ioannis confirmatione ſuperſederet.

Defuncto deindè Acbatio, cùm illi per electionem ſurrogatus fuiſſet Ioannes; egiſſetque Ioannes, cum Romanis Pontificibus, Gelaſij ſucceſſoribus, & nouiſſimè cum Hormiſda, pro electionis confirmatione: Hormiſda Ioannem & ſcripto, & nuncijs monuit, vt Achatium prædeceſſorem ſuum, ciuſque acta damnaret: aliàs non daturum confirmationem, nec eum inter Catholicos Epiſcopos habiturum: qua in re Imperatoris metu, vel parere noluit, at certè diſtulit. Sed Anaſtaſio Imperatore iuſto Dei iudicio perempto, Iuſtinus ſucceſſor per Legatos Hormiſdæ, & Apoſtolicæ Sedi debitam præſtitit obedientiam, & reuerentiam: ad quem Romanus Pontifex viciſſim Legatis deſtinatis, conditiones pręſcripſit, quibus Conſtantinopolitana Eccleſia, & Ioannes Epiſcopus cum Romana conuenirent: quibus receptis data eſt Ioanni confirmatio, & ſecuta priùs diſſidentium Eccleſiarum reconciliatio.

At beatus Gregorius de Maximo, ſine Apoſtolicæ Sedis auctoritate ordinato Salonitan. Eccleſiæ Epiſcopo, ad Conſtantinum Auguſtum, in hæc verba reſcripſit: [Salonitan. Eccleſiæ Epiſcopus, me ac reſponſali meo neſciente ordinatus eſt: & facta eſt res, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit;] & habetur in cap. Salonitan. diſt. 63.

Quamuis autem olim Romani Pontificis, & aliorum Epiſcoporum electiones, ex Apoſtolicæ Sedis priuilegio ab Imperatore confirmarentur, propter Hæreticorum, & Schiſmaticorum diſſidia, & contentiones; quibus ſæpè periclitabatur Eccleſia: & cùm apud eos parum prodeſſent eccleſiaſticæ cenſuræ; Catholicorum Principum prouidebat auctoritas. Verum cùm Imperatores, & eorum in Italia vices agentes, quos Exarchas vocabant, conceſſo abuterentur priuilegio: & qui opitulari debuiſſent electioni Romani Pontificis, illi erant impedimento: quin etiam quandoque minus idoneos intrudebant; opus fuit eorum auctoritatem præterire. Qua etiam ratione Conſtantinus IV. ſponte priuilegio renunciauit.

Innouato autem deindè priuilegio ab Adriano Pontifice, qui Carolo Imperatori conceſſit ius, & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, vt habetur in cap. Adrianus, diſt. 63. cùm Adrianus II. ſine præſentia, & aſſenſu Oratorum Ludouici Imperatoris in Pontificem foret electus, etſi ægrè tulerint eius Oratores, Ludouicus tamen ſponte priuilegio renunciauit: & ea occaſione ab Adriano decretum, vt deinceps nullus laicorum Principum, vel potentum, ſeſe electionibus ingererent Epiſcoporum, ne inordinata, & incongrua fieret electio, vt habetur in cap. cum Adrianus; & in cap. nullus laicorum, diſt. 63. & idem innouatum in octaua Synodo.

At cum poſteà ſimile priuilegium conceſſum fuiſſet Othoni I. à Leone VIII. & illius ſucceſſores priuilegio abuterentur, eaque occaſione etiam poſtquam Imperatores priuilegio renunciarunt, inter Henricum IV. & Romanos Pontifices Alexandrum II. & Gregorium VII. graues ortæ eſſent diſſenſiones, & plurium annorum pernicioſum ſchiſma ſubſecutum, coactus eſt idem Henricus prætenſo priuilegio renunciare, & ab inueſtituris Epiſcoporum, quas per tranſmiſſionem anuli, & baculi Paſtoralis faciebat, abſtinere. Quod priuilegium cùm Henricus V. eius filius, per dolum Paſchali II. capto, innouari extorſiſſet; idem Paſchalis habito ad Lateranum Concilio, priuilegium illud irritum, & vi extortum declarauit. Nec deſiſtens Henricus priuilegio abuti, & ea occaſione aliud ſchiſma excitaſſet, Gelaſio Paſchalis ſucceſſore pulſo, & Antipapa intruſo; tandem à Germanorum Conuentu Wicemburg habito coactus eſt pacem Eccleſiæ dare; & prætenſo priuilegio renunciare.

Quamuis etiam Imperatores quandoque ex priuilegio Apoſtolicæ Sedis, ius habuerint confirmandi electionem Romani Pontificis: non tamen ea confirmatione, qua datur ius, & poteſtas adminiſtrandi: quæ illa eſt, quæ ſuperioritatem deſignat: cùm eam habeat Romanus Pontifex ex ſola electione, nec alia egeat confirmatione, cap. In nomine Domi- diſt. 23. ſed ea confirmatione, qua robur tribuitur ex aliorum approbatione; quemadmodum dicimus integrum iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur, cap. extra diſt. 64. Imperatores enim ſua approbatione robur, & firmitatem tribuebant electioni; propter quam non auderent Schiſmatici, & Hæretici contradicere, aut turbas, & ſeditiones excitare. Quæ confirmatio nullam vnquam tribuit ſuperioritatem, nec ex ea ſubſequitur, quandoque Imperatores ſuperiores fuiſſe Romanis Pontificibus.

CAP. XXII.

Romanum Pontificem maiorem, & ſuperiorem fore generali Concilio.

QVi minus detrahunt ſupremæ auctoritati Romani Pontificis, fatentur cum præferri ſingulis particularibus Eccleſijs, ſed non vniuerſali Eccleſiæ, & generali Concilio illam repræſentanti; generali Concilio tribuentes iuriſdictionem, & poteſtatem ſupra Romanum Pontificem: inter quos fuit Abbas Panormitanus in tract. de poteſtate Concilij, & Papæ, cuius initium eſt, Quoniam veritas; qui interpretatus eſt, quod dicitur in cap. Conſiderandum, diſt. 50. de Petro, quem Chriſtus cunctæ Eccleſiæ præferre conſtituerat;

rat; ideſt, cunctis Eccleſijs particularibus: & quod habetur in cap.Petrus, diſt.11. qu.7. Petrum poteſtatem Regni accepiſſe; quoad particulares Eccleſias, non autem quoad vniuerſalem Eccleſiam, quæ corpus eſt myſticum, cuius caput eſt Chriſtus; ſimiliter illud, quod habetur in cap.Beati, eadem diſt.11. quæſt.7. quòd meritis Apoſtolorum Petri & Pauli, Romana Eccleſia Principatum & Caput obtinuit nationum; interpretatur, referri ad particulares Eccleſias in toto Orbe conſtitutas, non ad vniuerſalem: & quod habetur in cap. In iſtis, diſt. 80. quòd inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus omnibus præfuit; referri ad miniſterium particularium Eccleſiarum: & quod dicitur, Romanam Eccleſiam eſſe matrem omnium Eccleſiarum, cap. Non decet, diſt. 12. interpretatur ſolùm de particularibus Eccleſijs.

In hoc articulo ſuperioritatis Papæ, aut Concilij, gloſſæ trepidantes plurimum variarunt in cap.In iſtis, diſtinct.4. cap.Sicut, diſtinct.14. cap.Si Papa, diſt.40. cap.Legimus, diſt.93. cap.Ecce, diſt.99. cap.Nemo, diſt.9. quæſt.3. cap.Quodcumque, & cap. A recta, diſt. 24. quæſt. 1. Clement. Ne Romani, de elect. Clement. Ad noſtrum, de hæretic. cap. Significaſti, cap. Licèt, de elect. cap. Propoſuit, de conceſſ. præbend. cap.Ad honorem, de auctor.& vſu pal. cap.Quanto, de tranſlat. Prælat.

Nos autem aſſerimus Romanum Pontificem ſuperiorem nedum ſingulis particularibus Eccleſijs, ſed etiam ipſi vniuerſali Eccleſiæ, ſi de congregatione fidelium ſine Romano Pontifice ſit nobis ſermo; & eadem ratione generali Concilio vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti, ſi contingeret Concilium à Romano Pontifice diſſidere. Sicut enim minus rectè diceretur, ſingulas oues Paſtorem habere, non autem vniuerſas: & ſingulos Regem habere, non autem regnum, aut populum: ſic nec rectè dici poteſt, ſingulas Eccleſias Caput habere, non vniuerſalem Eccleſiam. Cùm itaque Paſtor auctoritate, & poteſtate maior ſit grege, cuius eſt Paſtor, & Petrus, ac eius Succeſſores Paſtores ſint Dominici gregis ex eo, quod dictum eſt Petro, Ioann. vlt. Paſce oues meas: ſubſequitur Romanum Pontificem, Petri ſucceſſorem, fore ſuperiorem Eccleſia vniuerſali, & Concilio generali illam repræſentanti.

Quod etiam deprehenditur ex ordine Scripturæ in inſcriptione, qua dicitur: Leo Epiſcopus, & ſancta Synodus. Idem in epiſtola Athanaſij ad Marcum Romanum Pontificem; in epiſtola Stephani Archiepiſcopi ad Damaſum: in epiſtola Aurelij Carthaginenſis ad Innocentium, cap.Ego Berengarius de conſecrat.diſt.11. cap. Cùm haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam pollu. per adult. cap.Theugualdum, diſt.11. qu.3. Licèt quandoque Romanus Pontifex ex humilitate ſe poſtpoſuerit, cap.Dilectiſſimi, diſt.12. quæſtione 11. cap. Victor, diſt. 77. cap. De decimis, diſt.16.quæſt.1.

Ex eo autem potiſſimum cognoſcitur Romani Pontificis ſupra Concilia auctoritas, quòd abſoluit, & ſuis Eccleſijs reſtituit Epiſcopos, quos Synodus damnauerat, & expulerat, vt habetur in epiſtola Pelagij ad vniuerſos Epiſcopos per Dardaniam conſtitutos, cùm dixit: [Sed nec illa prætermimus, quòd Apoſtolica Sedes more maiorum, etiam ſine vlla Synodo præcedente, abſoluendi quos Synodus iniqua damnauerat; & damnandi, nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuit facultatem; & hoc nimirùm pro ſuo Principatu, quem beatus Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit.

Sanctæ quippè memoriæ Athanaſium Synodus Orientalis abdixerat: quem tamen exceptum Sedes Apoſtolica, quia non conſenſit, abſoluit.

Itaque & ſanctum Flauianum, Pontificem Græcorum, damnatum pari tenore: Quoniam ſola Sedes Apoſtolica non conſenſit, potiùs qui illic receptus fuerat, ſecundæ Sedis Præſulem ſua auctoritate damnauit: & impiam Synodum non conſentiendo ſola ſubmouit: & auctoritatem, vt Synodus fieret Chalcedonen. ſola decreuit.]

Hæc Pelagius in decretali, ex qua ſumptum eſt cap.Cuncta per Mundum, diſtin. 19. quæſt. 3. quem ſecutus Nicolaus Pontifex in epiſtola ad Patriarcham, & totum Clerum Conſtantinopolitanum, inquit: [Necnon & Patrum, & Prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia, qui ſoliti ſunt etiam numeroſorum Concilia nequiter celebrata caſſare Pontificum: quin potiùs non ſolùm hæc, ſed omnia ſcripta, vel aduerſum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum, Ignatium, & iniquè conficta, vel aduerſus nos, cauſam illius canonicè proſequentes, furioſè deprompta ſunt, perenni damnationi mandamus.]

Prætereà cùm exceptio ſit de regula, & illam firmare dicatur in non exceptis caſibus. & in cap.Si Papa, diſt.40. habeatur: [Huiuſmodi culpas, Romani ſcilicet Pontificis, redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius: & quando deuiat, à Concilio iudicetur.] cap. Nunc autem, diſt.21. §.Hinc etiam, diſt.17. gloſs. in cap.Sicut, diſt.3. quæſt.7. ſubſequitur, quòd alijs caſibus à Concilio non iudicabitur: quodque non erit Concilium ſupra Romanum Pontificem.

Nec obſtat, quod dixit Panormitanus, quòd ſicut in generali lege non comprehenduntur Cardinales, vt colligitur ex cap. vnico, de ſchiſmat. & ex cap. Nemo deinceps, de elect. lib.6. ſic nec comprehendetur Concilium; quia reſpondetur, ea interpretari debere ſecundùm ſubiectam materiam, & ex identitate rationis admitti extenſionem ad maiora: vt colligitur ex cap. Pro human., de homi.lib.6. vbi text. de Principe locutus, extenditur ad quemcumque Principem, etiam quoad pœnam, quam delinquenti imponit. Minus etiam obſtat, quòd in generali ſermone non comprehendatur vniuerſitas, Autent. Item quæcumque, C. de Epiſc. & Cler. & ibi Bald. & in cap.Romana, §.Vniuerſitatem, de ſentent.excomm.lib.6. quia reſpondetur, ſæpè etiam ex vi verborum comprehendi vniuerſitatem, vt in caſu l.metum, ff. quod met. cau. vbi edictum, quod metus cauſa, generaliter conceptum, complectitur vniuerſitatem, quod etiam adnotauit Bald. in cap.1. de noua forma fidelit. & in l. Quicumque in 3. col. de

ſer. fugitiu. Et quòd verbum, à nemine, comprehendat vniuerſitatem, & Concilium; colligitur ex Concilio Romæ habito tempore Marcellini Papæ: de quo in cap. Nunc autem, diſt. 21. & alio, coacto tempore Symmachi, de quo in §. Hinc etiam, diſt. 17. cùm Marcellino dictum fuit: [Tuo ore iudica cauſam tuam: prima ſedes non iudicatur à quoquam; & Symmacho; Symmachus Papa, Apoſtolicę Sedis Præſul, ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis, & liber: cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.]

Vtrobique enim Patres Concilij de Romano Pontifice iudicare noluerunt. Nec mirum, ſi Bonifacius VIII. in extrauag. Vnam ſanctam, decreuit: [Si deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed, ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori: ſi verò ſuprema, à ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari,] quod Ezechielis teſtimonio comprobatur, qui cap. 34. inquit: [Dixit Dominus, quòd ſi is, qui præeſt, in officio ſuo fuerit negligens, & per eius negligentiam anima pereat: ſanguinem eius de manu ſpeculatoris requiram; ſubijciens: Non populus terræ, ſed ego,] ex quibus verbis planè colligitur, quòd ſuo iudicio reſeruat Deus punitionem culpæ ſuper ſpeculam præſidentis. Hinc Innoc. in ſermone anniuerſarij conſecrationis ſuæ, cuius initium eſt, Quem putat fidelis ſeruus; dixit: [In tantum enim eſt mihi fides neceſſaria, vt cum de cæteris peccatis ſolùm Deum iudicem habeam; propter ſolum peccatum, quod in fide committitur, poſſum ab Eccleſia iudicari.]

Item, Concilium non eſſe ſupra Papam, comprobatur ex eo, quòd communitas hominum ad ea ſe extendit, quæ ad finem ſibi conuenientem ſpectant; qui, ſecundùm Philoſophum, eſt humana fęlicitas ſtatui huic terreno conueniens, & quam in hac mortali vita conſequi valeamus; propterea poteſt cui placuerit, auctoritatem, & ius tribuere; vt ipſam regat legibus ad hunc ſcopum ſpectantibus, & hinc orta eſt regalis poteſtas. At ſpiritualis, & Eccleſiaſtica poteſtas, ſuis legibus, & præceptis non ſolùm hominem dirigit ad humanam fęlicitatem, quæ eſt viuere ſecundùm virtutem, ſed ad perpetuam etiam, & æternam, quæ à ſolo Deo eſt expectanda: propterea neceſsè eſt talem poteſtatem à Deo, non ab hominibus tribui; & à ſolo Deo, à quo pendet, iudicari.

Præterea quemadmodum terreni Principes illius iudicium ſibi reſeruant, cui vices ſuas commiſerint: ſic rationi congruere videtur, Cœleſtem Dominum, Chriſtum Ieſum, nulli dediſſe ſupra Vicarium ſuum iudicij poteſtatem: pro cuius fide, vt non deficeret, rogauit Patrem: & cui fratrum confirmationem demandauit: non autem, quòd coram eis iudicio ſiſteret.

C A P. XXIII.

Diſſolutio obiectorum.

PRo firmiori Romani Pontificis ſupra Concilium auctoritate ſtabilienda, ſunt à nobis diſſoluenda aduerſariorum obiecta: quorum primum eſt; in omni regno benè inſtituto illud in primis deſiderari, vt plus regnum poſſit, quàm rex; ſi contra reperiatur, id non regnum, ſed tyrannidem eſſe, teſte Philoſophorum Principe Ariſtotele, ſic in Eccleſia eſſe debere, vt plus valeat cœtus fidelium, quàm Papa: ſi eum Eccleſiæ Principem agnoſcere velimus. Sed reſpondemus, quod ſumitur ex ſententia Ariſtotelis, verum eſſe de humano principatu, qui ab hominibus datur: vt cum populus in principem ſuum transfert poteſtatem.

At Papæ poteſtas à Deo eſt, non ab hominibus: vt quæ ad ea ſe extendit, quæ humanam tranſcendunt poteſtatem; & à Deo immediatè proueniat: vt ſupra diſſeruimus; propterea ſicut princeps alium principem habens ſuperiorem, à quo principatum, non autem à populo ſuſceperit; à ſuperiori principe, non à populo iudicatur: ita Papa non à cœtu fidelium, ſeu Eccleſia, aut Concilio illam repræſentante deponi, aut iudicari poteſt, ſed à Deo ſolo, à quo ſuſcepit poteſtatem. Nec officit, quòd ab hominibus fuerit electus, quoniam hi ſolum miniſterium præſtitere, illum deſignando, à Deo poteſtatem ſuſcepturum, quemadmodum & Epiſcopus à Canonicis, & Capitulo eligitur, quem tamen non poſſunt abrogare, quòd non ab ipſis, ſed à lege, aut Eccleſia accipiat poteſtatem.

Secundò obijciunt, penès Eccleſiam ſupremam eſſe poteſtatem, & iuriſdictionem etiam in Romanum Pontificem, quòd ea ſit, aduersùs quam portæ inferi præualere non poſſint.

Ex Hieronymi enim ſententia, portæ inferi peccata deſignantur, quæ ſi nequeunt expugnare Eccleſiam, nec poterunt maligni ſpiritus, qui nullam in humanum genus poteſtatem habent, niſi propter peccata. Quòd ſi maligni ſpiritus, quorum poteſtati, teſte Iob, nulla poteſtas ſuper terram comparatur, non præualent aduersùs Eccleſiam, ſequitur habere Eccleſiam poteſtatem omnibus maiorem. Hinc interpretantur illud: Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua; non de Petro, ſed de Eccleſia; ex eo, quod alibi apud Ioannem ipſe Dominus dicit: Ego pro his rogo, quos mihi dediſti: & volo, vt vbi ego ſum, & iſti ſint mecum, ex quo fit, vt in Petro omnes contineantur: & per Petrum ſæpiùs Eccleſiam intelligamus.

Huic obiectioni reſpondemus, non rectè colligi: portæ inferi, peccata, maligni ſpiritus non præualent aduersùs Eccleſiam: ergo Eccleſiæ auctoritas eſt omnibus maior, quoniam iſta dona, non errare, nec peccare, & alijs præeſſe, diuerſi ſunt ordinis: & vnum ab altero ſeiungi poteſt: cùm poſſit vir bonus eſſe, & in gratia conſtitutus ſine auctoritate: & plures auctoritate fungentes, carentes Dei gra-

gratia, & peecatores: quinimò noo ſeparantes vnum ab altero, incideteot io crrorem aſſerentium eeclesiaſticam auctoritatem penès bonos dumtaxat eſſe; improbatum etiam à pluribus ex his, qui ſupremæ auctoritati Romani Pontificis aduerſantur. Quod verò dixit Iob, nullam poteſtatem comparari poteſtati maligni ſpiritus, nequaquam accipiendum de maioritare, aut iuriſdictione, ſed de violentia quadam, & vi ei permiſſa à Deo, propter præuaricationes noſtras, Proptereà io æquinoco laboraot, qui huiuſmodi vtuntur exemplis.

Tertiò obijciunt illud Hieronymi ad Euagrium, & habetur in cap. Legimus, diſtinct.93. Si auctoritas quæritur, Orbis maior eſt Vrbe; exclamantes, Magnus eſt Papa, quia Romanæ præeſt Eccleſiæ: magna eſt eius auctoritas: maior tamen eſt vniuerſalis Eccleſia, quæ non Vrbem vnam, ſed totum complectitur Orbem, ex quo inferuut: ergo ipſa Eccleſia, & generale Concilium illam repræſentans, maior eſt Romano Pontifice. Et ſicut totum maius eſt ſua parte, ita Eccleſia vniuerſalis maior eſt Romana Eccleſia, & illius præſide, ſed reſpondetur, Hieronymum non loqui de auctoritate iuriſdictionis Orbis, comparata auctoritati Romanæ Eccleſiæ, ſeu Apoſtolicæ Sedi; ſed de auctoritate conſuetudinis; quæ tanto maior eſt, quanto generalior fuerit, & à pluribus recepta; & ideò præferendam Orbis conſuetudinem, qua Presbyteri maiores habentur Diaconis, conſuetudini vnius Vrbis, quia Diaconi ob eorum paucitatem præferuntur Presbyteris: nec inferendum à conſuetudine ad auctoritatem, & iuriſdictionem: quoniam conſuetudo vires ſumit ab obſeruatione, auctoritas, & prærogatiua à dignitate dantis, & obtinentis.

Nec dignor vniuerſalis Eccleſia Romano Pontifice, quòd Romanus Pontifex illius pars ſit: quoniam cùm Romanus Pontifex, vt Eccleſiæ caput, plenitudinem habeat poteſtatis, & ab ipſo omnis aliorum poteſtas, & iuriſdictio pendeat, & deriuetur; non poteſt illius poteſtas, qui non ſolùm Epiſcopus eſt Vrbis, ſed totius Orbis, inferioribus comparari ſicut pars vniuerſi cōparatur alijs partibus; exquibus etiam cum eo totum reſultat: ſed vt totum virtute compreheudens quicquid poteſtatis eſt in alijs; quemadmodùm dicit Boetius, ſuperiorem virtutem in ſe continere inferiores: & ſicut dicunt Geometræ, trigonum eſſe in tetragono.

Proindè omnes Epiſcopi cogregati cum Papa, quò ad iuriſdictionem, & poteſtatem, non maiorem habent iuriſdictionem ipſo Papa. Et eſt ſimile ei, quod dixit Diuus Thomas, quòd omnes creaturæ, & Deus, ſimul conſideratæ non plus habent bonitatis, & perfectionis, quàm Deus ipſe ſolus.

Et ſi ex eo, quòd Papa pars eſt Concilij, colligitur Concilium eſſe maioris auctoritatis Papa: ſimili modo colligi poterit, Eccleſiam maioris eſſe auctoritatis Chriſto Ieſu; quòd Chriſtus illius caput ſit, & caput ſit pars corporis, etiam myſtici.

Quartò obijciunt: Tantò ſuperior eſt Eccleſia Romano Pontifice, quantò maior eſt mater filio: Eccleſia autem mater eſt omnium fidelium: igitur & Romano Pootifice. Quòd autem mater ſit, habetur cap. Non decet 12. diſt. quod eſt ſumptum ex prima decretali Calixti Papæ, cùm dixit: [Sicut Filius venit facere voluntatem Patris, ſic & vos implete voluntatem matris noſtræ, quæ eſt Eccleſia, &c.] Qui abſtulerit 12. quæſt. 2. cùm dixit Anacletus: [Mater noſtra Eccleſia eſt: quæ nos in baptiſmo regenerauit. Quod comprobat Aug. in ſermone de Paulo, cùm dixit: Mater noſtra pariendo non diſcernit ætates: ipſa genuit Petrum, & Paulum pariebat;] & infrà: [Beate Petre, benedic patrem, & ſuſcipe fratrem: & habens quo poſſis defendere matrem.] Igitur Eccleſia maior Petro, & eius ſucceſſoribus.

Reſpondemus, ea veneratione, & honore, quo filius, etiam iure diuino, tenetur honorare matrem, mater ſuperior eſt filio: nil tamen prohibet, quin filius adminiſtratione, & iuriſdictione maior ſit matrem; & à matre filio præſtandam obedientiam: de quo exemplum habemur de rege habente matrem; cui, vt Rex eſt, omnes maiorem obedientiam præſtant, quàm matri; quin etiam ipſa mater. Diuerſa itàque ratione, vicissim & mater maior eſt filio, & filius matre; quod in his myſticis corporibus nequaquam abſonum videtur: ſicut aliàs diximus, idem eſſe caput, & fundamentum.

Quinta obiectio eſt, Chriſtus Eccleſiæ ſponſus eſt, iuxtà illud Apocalyp. 21. [Et venit ad me vnus ex ſeptem Angelis, dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem agni; & ſuſtulit me in ſpiritu, in Montem magnum & altum, & oſtendit mihi Ciuitatem magnam, ſanctam Hieruſalem, deſcendentem de Cœlo, habentem claritatem Dei, &c.] & de eo ſanctus Thomas in tract. contra impugnantes religionem, interpretatus eſt illud Ioann. 3. qui habet ſponſam, ſponſus eſt; ſubijciens: Romanus autem Pontifex, paranymphus, & miniſter eſt Eccleſiæ, quæ & Regina dicitur, iuxtà illud Prophetæ: Aſtitit Regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate: Pſalm. 44. dicitur enim aſſiſtere à dextris Chriſti, ad denotādum eius potentiam: ſicut de Filio dicitur, quòd ſedet ad dexteram Patris; dicitur veſtita veſtitu deaurato, propter eius præ alijs excellentiam; deſcribitur circundata varietate, propter diuerſitatem Prælatorum, & aliorum membrorum Eccleſiæ. Sunt enim in hac Eccleſia militanti, ſicut in triumphanti, diuerſi ordines, inferiores, & ſuperiores: & habetur in cap. Ad hoc 86. diſt. dicitur eſſe Eccleſia, Domina, & Princeps, vt in deploratione Hieremiæ: Domina gentium, facta eſt ſub tributo: & habetur in cap. Non minùs de immuo. Eccleſ. quòd ſi Eccleſia ſponſa eſt Domini ſui, Regina, Domina, & Princeps maior erit, & ſuperior Romano Pontifice.

Huic obiectioni, quæ eſt priori germana, ſimilem damus reſponſionem; nequaquam indecens fore, in his myſticis corporibus, idem fore maius, & minus, alia tamen, & alia ratione; exemplum habemus de eo, qui vices gerit abſentis regis, qui maior cenſetur Regina, & eius mandata præferuntur Reginæ iuſſionibus; Regina tamen, quòd vxor ſit regis, cui omnis viri dignitas communicatur,

& di-

Google

& dignitate, & veneratione maior cenſetur vicerege, cui tamen, & ipſa ratione iuriſdictionis, & officij parere tenetur. His addimus ex ſententia gloſs. in illud Eſa. 41. Dedie me quaſi ſponſum, decoratum corona, & quaſi ſponſam ornaram monilibus ſuis; non dedignari Chriſtum Ieſum Eccleſiæ ſponſum eodem nomine appellare, perfectos in Eccleſia.

Propterea mirandum non eſt, ſi non ſolùm Romanus Pontifex dicitur Eccleſiæ ſponſus, ſed etiam Epiſcopi ſponſi dicantur Eccleſiarum ſuarum cap. Sicut alterius vxor. 7. quæſt. 1. cap. Eccleſiæ meæ 97. diſt. cap. Quoniam, de immunit. Eccleſ. lib. 6. hinc ſanctus Thomas in illud Ioann. 3. quod ſupra citauimus, [qui habet ſponſam ſponſus eſt; ſubijcit: Ipſe enim de Eccleſia nomine ſuo filios generat; alij autem dicuntur ſponſi, ſicut miniſtri ſponſi exterius cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum: quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant: & qui in tantùm ſponſi dicuntur, in quantùm vicem veri ſponſi tenent; & ideò Papa, qui obtinet vicem veri ſponſi in tota Eccleſia, vniuerſalis ſponſus dicitur.]

Hæc ſanctus Thomas; & in 4. ſent. diſtinct. 28. dicit, quòd Epiſcopus, cui cura Eccleſiæ committitur, Virgines deſponſat, non ſibi, ſed Chriſto, quaſi ſponſi paranymphus, & amicus; [ſubijciens, quòd etſi Epiſcopus ſuæ Diœceſis ſponſus ſit, & Presbiter ſuæ Eccleſiæ, vnde Diœceſis ſponſus eſt Papa, & Parochiæ Epiſcopus: non tamen propter hoc ſequitur, quòd ſint plures ſponſi vnius Eccleſiæ: quia Sacerdos ſuo miniſterio cooperatur Epiſcopo, tanquam principali, & Epiſcopus Papæ, & Papa ipſi Chriſto. Vnde Chriſtus, Papa, & Sacerdos non computantur niſi pro vno, cùm vna ſit iuriſdictio, & vnus ſponſus, ſicut vna ſponſa;] propterea minimè inter ſe pugnant, quòd Papa ſponſus ſit, & paranymphus.

Sextò obijciunt: auctoritas conceſſa Romano Pontifici, illi data eſt, non tanquam Domino, ſed tanquam miniſtro ſponſi, & ſponſę, hoc eſt Chriſti, & Eccleſiæ cap. Illud 8. quæſt. 1. cap. Quodcunque cap. omnibus 24. quæſt. 1. iuxtà illud Apoſtoli: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei; ideò cùm eſſet contentio inter Diſcipulos Domini, quis eorum eſſet maior, audierunt à Domino: [Reges gentium dominantur, &c. non ità erit inter vos: ſed qui maior fuerit, ſit tanquam miniſter.] Ex quibus verbis colligit Bernard. ſanctam Romanam Eccleſiam, non Dominam eſſe aliarum Eccleſiarum, ſed matrem; quæ filios ſuos non grauare, nec opprimere, ſed pietatis vberibus nutrire tenetur: vt cap. Ad Romanam, &c. Ideò 2. quæſt. 6. cap. Prędicator 15. quæſt. 1. Si itàque Romanus Pontifex miniſter eſt Eccleſiæ; non vtique erit maior illa, nec generali Concilio illam repræſentanti.

Reſpondetur, non ſemper miniſterium inferiorem denotare; vt cum deſignat auxilium, ſubſidium, aut opem ſalutarem: quo modo Angeli miniſtri dicuntur hominum, teſtante Apoſtolo ad Heb. 11. [eos in miniſterium miſſos, propter illos, qui hæreditatem capiunt ſalutis;] quinimò, & ipſe Chriſtus miniſter eſt, iuxtà illud Matth. 20. [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare;] quo modo etiam, qui maior eſt, dicitur miniſter: licèt miniſter, qui alterius virtute operatur, & alterius, qui principalis ſit, vices gerit; minor ſit eo, cuius eſt miniſter; & eo modo Papa non eſt Eccleſiæ miniſter, ſed Chriſti; cuius auctoritate fungitur, iuxtà illud primæ Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti; propterea non ſequitur: Papa miniſter eſt Eccleſiæ: ergo Papa minor eſt Eccleſia; aliàs implicaret, quod dixit Dominus: Qui maior eſt veſtrum, ſit tanquam miniſter.

Septimò obijciunt, Catholicam Eccleſiam illam eſſe, cuius confeſſio in Symbolo continetur: huius Eccleſiæ tantam eſſe auctoritatem, vt ſola Chriſti Euangelia dicantur, quæ illa recipit, iuxtà illud Aug. Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ auctoritas commoueret; hanc eſſe tanto priuilegio à Chriſto Ieſu donatam, vt eam errare non poſſe credamus: hoc ſolum natura Deo competere, Eccleſiæ vero priuilegio: hoc munus nulli vnquam datum, non Angelis, non hominibus, non Summis Pontificibus, quorum aliqui in hæreſes lapſi ſunt: Eccleſiam ſolam ſine ruga, & macula, illam eſſe, quæ errare non poſſit in his, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt: cùm ea pollicitum Dominum ſe permanſurum, vſque ad finem ſeculi: eidem pollicitum ſe miſſurum Spiritum ſanctum, qui omnem doceret veritatem: in iſta nos omnes regenerari, roborari, nutriri, & viuificari: neminem extrà eam Deo placere, neminem ſaluari poſſe: eſſe Cœli ianuam, per quam ſolam ad Cœlum ſit aditus: ſolam Chriſti ſponſam nuncupari: vnicam pulchram, ſine macula, & ſine ruga, ſororem, amicam, columbam, formoſam, ſpecioſam, perfectam, hortum concluſum, fontem ſignatum, puteum aquarum viuentium, ſuauem, montem terribilem, denique, vt caſtrorum aciem, ordinatam.

Reſpondemus, ex his non rectè colligi, Eccleſiam, quam generale Concilium repræſentat maiorem, & ſuperiorem Vicario Chriſti in terris; quoniam hæc dona, eſſe pulchram, eſſe formoſam, eſſe ſine macula, & ruga, non poſſe errare, adeſſe ei Spiritum promiſſum, & alia, quæ enumerantur, diuerſa ſunt à primatu, & iuriſdictionis auctoritate: vnumque ſine alio ſubſiſtere poteſt, vt aliàs diximus; propterea ex his non rectè colligitur, Eccleſiam ſuperiorem Romano Pontifice, ſuo in terris capite: ſicut etiam non rectè colligeretur, ſi dicatur: Beata virgo, illa eſt, quæ tota pulchra eſt, tota formoſa, ſola ſine peccato, plena gratiæ, repleta Spiritu ſancto, & omni laude digna: & his de cauſis maior, & dignior omnibus in terris: ergo ei data iuriſdictio, & auctoritas in omnes, qui ſunt de Eccleſia filij ſui, & Domini noſtri Ieſu Chriſti; quæ non ipſi, ſed Petro data eſt, cùm ei dictum fuit, paſce oues meas, paſce agnos meos. Omittimus autem, quòd fortè non omnia dona illa terrenæ huic noſtræ Eccleſiæ, ſed ſuper Cœleſti illi data ſunt; non tamen approbamus gloſſam in c. ſponſus 56. diſt. quæ dixit, Eccleſiam vocari Chri-

ſti ſponſam, quia adhùc per delictum ſeparari poteſt ab ipſo, ſicut ſponſa à ſponſo ante conſummatum matrimonium: ſed quòd in futuro ſeculo dicetur: Vxor, quæ modò ſponſa. Nec enim cenſemus Eccleſiam militantem, hanc ſcilicet noſtram tereſtrem, errare poſſe.

Octauò, obijcitur illud, quod dixit Dominus Petro, Matth. 18. Si te non audierit, dic Eccleſiæ; ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. ſubdens poſt pauca: Vbi duo, vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum; ex his colligentes auctoritatem eſſe attributam Eccleſiæ, & vniuerſali Concilio ſupra quemcunque fidelem, cuiuſuis fuerit dignitatis; cùm ad Eccleſiæ iudicium, etiam Petrum, & in eo quemcunque ſucceſſorem iubet recurrere, atque illius acquieſcere iudicio.

Reſpondemus, monitionem illam fraternam, de qua Matth. 18. minimè interpretari poſſe de vniuerſali Eccleſia, nec de generali Concilio; quoniam aut, nunquam, aut rariſſimè fieri poſſet: nunquam, quòd impoſſibile foret, dicere vniuerſali Eccleſiæ, per vniuerſum Orbem diſperſæ: rariſſimè, quoniam rariſſimè generalia Concilia congregantur. Sed dicendum, quòd illius præcepti ſenſus eſt: Dic Eccleſiæ, ideſt, coram congregatione, ſeu multitudine eum obiurga, vt ſic maiorem erubeſcentiam habeat: & (vt dixit ſanctus Thomas in eum locum) vt confundatur; & qui noluit ſine confuſione corrigi, cum confuſione corripiatur.

Poſſumus etiam interpretari, Dic Eccleſiæ, ideſt adhibe diſciplinam, aut cenſuram eccleſiaſticæ Diſciplinæ, vt ſic, quemadmodum dixit Hieronymus in gloſ. multorum deteſtationi habitus, opprobrijs ſaluetur, qui pudore ſaluari non potuit, quomodo intelligere poſſumus, quod dixit Gregorius in regiſtro, epiſtola 265. vbi reprehendens Ioannem, Conſtantinopolitanum Epiſcopum vocauerat, inquit: [Nos quidem, in quibus talis tantaque per auſum temerarium culpa committitur, ſeruamus quod præcepit veritas, dicens: Si peccauerit in te frater, &c. deindè ſubiecit: Ego quidem per reſponſales meos, ſemel, & bis, verbis humilibus hoc, quod in tota Eccleſia peccatur, corripere ſtudui, per me ſcribo: quicquid humiliter facere potui, non omiſi, ſi in mea correptione deſpiciar, reſtat quòd Eccleſiam habeam adhibere; ideſt, Eccleſiaſticam cenſuram,] quod etiam impleuit, cum ſuis reſponſalibus (ſic enim legatos appellabat) quos Conſtantinopolim deſtinabat, mandauit, ne illi in diuinis communicarent.

Nonò, ex modo traditionis poteſtatis Eccleſiæ, colligunt ſupremam auctoritatem Eccleſiæ, non Romano Pontifici attributam; quòd mentio ſemper fiat alicuius ſpecialis gratiæ, vel auxilij, cum de Eccleſia loquutus eſt Dominus, non ſic, cum Petro data eſt auctoritas. Cùm enim Lucæ 10. dicitur: [Ecce ego mitto vos; mox ſubijcitur: Qui vos audit, me audit. Matth. 18. Quæcumque alligaueritis, &c. ſubijcitur: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo; ibi ego ſum in medio eorum. Ioann. 16. Adhuc habeo multa vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo; ſubijcitur: Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, ille docebit vos omnem veritatem, & Ioann. 14. Paracletus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia, & ſuggeret omnia. Item: Rogabo Patrem: & alium Paracletum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt capere: quia non videt eum, nec ſcit eum. Ioann. 20. Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, & cum hoc dixiſſet inſufflauit: & dicit eis. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata &c. Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, & ſtatim ſubiunxit: Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. At in poteſtate data Petro, non ſic fit mentio pacis, ſecuritatis, gratiæ, Spiritus Sancti, & aſſiſtentiæ Chriſti, vt cum Ioann. primo dictum eſt Petro: Tu vocaberis Cephas. Matth. 16. Tibi dabo claues Regni cœlorum, & cum dictum fuit: Rogabo pro te, Petre, vt non deficiat fides tua:] & Ioann. vlt. Paſce oues meas, item cum in figura locutus eſt, Lucæ 5. Duc in altum: de ſolutione ſtateris Matth. 17. & ſimilia. Reſpondemus, quæ dicta ſunt Apoſtolis, cum dicta ſunt, affuiſſe, & Petrum. Nos autem fatemur ſupremam auctoritatem datam Eccleſiæ, cum iuncta eſt capiti ſuo. Dici etiam poteſt, quæ enumerantur gratiæ, eas pro maiori earum parte datas ſingulis Apoſtolis, vt ſingulis, non vt collegio, aut vniuerſitati, quoniam aliàs opus foret in earum executione ſemper eos in vnum conuenire: cùm tamen ſinguli poteſtatem habeant docendi gentes, remittendi peccata, eijciendi dæmonia, & ſimilia.

Decimò, adducunt Hieronymum, in quadam ad Damaſum Epiſtola, in qua de ſupremo Eccleſiæ ordine locutus, inquit, Dominum diſcipulis omnem poteſtatem dediſſe, eamdemque datam Epiſcopis, qui in eorum locum ſucceſſerunt, colligentes, cum illam poteſtatem congregatis Apoſtolis tradiderit, eandem conceſſam Epiſcopis in vnum conuenientibus, & Concilio, neminemq; exceptum: ex conſequenti nec Romanum Pontificem, iuxta illud Apoſtoli ad Heb. 11. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, in eo, quòd omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.

Reſpondemus, prout ſæpius diximus, poteſtatem datam Apoſtolis ſimul cum Petro, & ordine quodam: primum Petro, cui plenè conceſſa fuit, & alijs ſub Petro, qui & vocati ſunt in partem ſolicitudinis, nec Petrus hac Eccleſia inferior dici poteſt, aliàs ſe ipſo inferior foret: ſicut nec Deus ſolus, nec inferior, nec imperfectior eſt ſeipſo cum vniuerſo Orbe, ſicut ſæpius diximus.

Vndecimò obijciunt, Apoſtolos, & Eccleſiam, irritam habuiſſe electionem Clementis, a Petro factam; quòd fieri non potuiſſet. niſi Eccleſia maiorem auctoritatem habuiſſet Romano Pontifice.

Reſpondemus, id actum conſentiente Clemente, Spiritus Sancti inſtinctu, & eo iuri ſuo cedente; ne res in exemplum traheretur. Et fuit ſententia gloſ. in capitul. Si Petrus 8. quæſt. 1.

Duo-

Dundecimò objiciunt illud Num. *16.* [quòd Synagogæ proceres inſurrexerunt contra Moyſem, & cap. 18. eum reprehenderunt dicentes: Cur deduxiſti Eccleſiam Dei in ſolitudinem, vt nos, & iumenta noſtra moriamur?] colligentes id ad ſuperiorem pertinere, ex conſequenti Eccleſiam maiorem Moyſe, Summo Sacerdote.

Reſpondemus id malè colligi; etiam ſi Moyſes Summus Sacerdos fuiſſet, quoniam quod iniquè, & minus rectè factum fuit, in exemplum trahi non debet. Nec enim iuſtè populus, & Eccleſia de Moyſe conquerebantur. Quod etiam ſi rectè, & iuſtè actum fuiſſet, ſuperioritatem minimè deſignat; cùm etiam inferiores de malè actis à ſuperiore, conqueri poſſint, & illum redarguere, exemplo Pauli reprehendentis Petrum, quia reprehenſibilis erat.

Decimo tertiò objiciunt illud Hilarij Papæ, quod habetur in cap. Quod quid 35. quæſt. *9.* cum poſt editum decretum condemnationis quorundam exceſſuum, Synodum allocutus, ſubiecit: [Quod vt poſſit tenacius cuſtodiri ſancta Synodus ſententiam accommodet: & omnes proprias ſubſcriptiones, vt ſynodali iudicio aditus claudatur illicitus;] colligentes ex eo, ſupremam Concilij auctoritatem.

Reſpondemus, requiri Synodi ſubſcriptionem, non quòd Synodus maior ſit Pontifice; ſed vt res conſultius acta, faciliùs recipiatur, & (vt Hilarij vtamur verbis) tenacius, & firmius teneatur.

Similiter reſpondemus ad id, quod decimo quarto loco objici poteſt, de Symachi Papæ verbis, quæ habentur in cap. Bene quidem *96.* diſt. qui ſynodo præſidens, cùm diſceptaretur, robur ne haberet ſcriptura Baſilij, Odoacris Regis locum tenentis, qua decernebatur ſine Imperatoris conſultatione non celebrandam Romani Pontificis electionem; voluit illam in medium adduci, & legi, vt cuius eſſet vigoris, decerneretur, nec inde diſputaretur, vndè poſſit Synodi indicare conſilium, quoniam voluit in medium adduci, vt eorum reciperet conſilium, non vt ipſi, tamquam ſuperiores, decernerent, an ſcriptura illa recipienda foret, ſed vt ſi eorum conſilio reijcienda eſſet, vt de re conſultius acta, omnibus conſtaret reijciendam, quin potius reſponſio Patrum Romani Pontificis aſtruit auctoritatem. Cùm enim omnes reſpondiſſent nullius eſſe roboris, rationem reddentes dixere, quia Apoſtolicæ Sedis, quæ ſtatutis ſynodalibus conſueuit firmitatem tribuere, non erat auctoritate roborata.

Decimoquintò, objiciunt illud Symachi Papæ, de quo in §. Item Symachus. 2. quæſt. 7. Item Symachus Papa, in Romana Synodo dignitate ſua ſpoliatus, prius ſtatui priſtino reſtitui decernitur, & tunc venire ad cauſam, & ſi ità rectè videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet, digna res viſa eſt magno numero Sacerdotum, ac meretur effectū. Et cùm poſteà ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus prædictus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat, ſed ab æmulis impeditus, &c. ex eo colligentes, Papam ſubeſſe concilij iudicio. Sed reſpondemus, vel Symachum ſe ſponte ſubmiſiſſe iudicio Concilij, prout de Leone IV. legitur in cap. Nos ſi incompetenter 2. q. 7. cuius eſt pars §. Item Symachus, & de Damaſo, ex teſtimonio Hieronymi, vel ibi de hæreſi imputabatur, vt interpretatus eſt illum locum Turrecrem. quo caſu non negamus Papam, vel potius eum, qui fuit Papa, ſubeſſe Concilio, cum propter hæreſim ipſo iure cenſeatur priuatus pontificatu.

Decimoſextò, objiciunt de eo, quod habetur in cap. Prouinciæ *99.* diſtinct. vbi Anacletus; & in cap. Vrbes 80. diſtin. vbi Lucius Papa aſſerunt non ſolùm Petrum, ſed Apoſtolos omnes diuiſiſſe prouincias, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos poſuiſſe; ex eo colligentes, Petrum minorem Apoſtolorum collegio, & Romanum Pontificem Epiſcoporum Concilio.

Reſpondemus, nec in his locis haberi, Apoſtolos ſimul congregatos id feciſſe. Quod ſi Apoſtoli diuiſi per Mundum prædicando, & ad fidem populos conuertendo, Eccleſias erexerunt, & conſtituerunt Epiſcopos, id fecere, vel Apoſtolatus auctoritate ſibi à Chriſto Domino commiſſa, vel beati Petri, eorum capitis. Et quoniam, quod per Romanæ Eccleſiæ caput factum fuit, per ipſam Romanam Eccleſiam factum cenſetur, dixit Nicolaus Papa, quòd habetur in cap. Omnes 22. diſtinct. Omnes, ſiue Patriarchæ cuiuslibet apicem, ſiue Metropoleon Primatus, & Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiæ, ſiue cuiuſcumque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia: illam verò ipſe ſolus fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro, æternæ vitæ clauigero, terreni, ſimul, & cœleſtis Imperij iura commiſit.

Decimoſeptimò, objiciunt de eo, quod habetur in cap Quamuis 3. quæſt. *6.* vbi Eleutherius Papa dicit à cœtu Apoſtolorum definitum eſſe, non licere expedire Epiſcoporum cauſas, ſine Sanctæ Romanæ Sedis auctoritate, quòd ſi Apoſtolorum auctoritati, & & non ſolius Petri, id conceſſum fuit, videtur vtique maior auctoritas cœtus Apoſtolorum ipſo Petro.

Reſpondemus, id non fuiſſe auctoritatis traditionem, ſed illius declarationem, quemadmodum aliàs interpretati ſumus illud Anacleti, de quo in cap. In nouo 21. diſt. quòd Apoſtoli ipſum Petrum Principem eorum eſſe voluerunt; qui non ab ipſis, ſed à Chriſto Domino auctoritatem ſuam ſuſceperat, cùm potius alij ab eo, cap. Ità Dominus 19. diſt. & c. loquitur. 24. q. 1.

Decimo octauò, improbant Romani Pontificis auctoritatem ex eo, quòd quandoque in Concilijs examinatæ fuerint Romanorum Pontificum ſententiæ, vt Dioſcori depoſitio per Leonem examinata, & diſcuſſa fuit in Chalcedonenſi Concilio, & quæ à Martino Pyrrhi, & Sergij in Conſtantinopolitana Synodo, nec non Photij per Nicolaum, & Adrianum in octaua Synodo; cum examinatio, rectè quid, vel perperam factum fuiſſe, ad ſuperioritatem ſpectet. Sed reſpondemus, examinationem huiuſmodi ad ſuperioritatem minimè referendam, ſed ad id, vt omnibus reciperetur, quod colligitur ex actione ſeptima, Synodi ſextæ, cùm Gregorius, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, & Syno-

dus dixerunt ad Imperator. Petimus veſtram tranquillitatem, vt ſuggeſtiones directæ ad à Deo inſtructam veſtram fortitudinem, tam ab Agathone, Sanctiſſimo Papa Apoſtolicæ Sedis antiquæ Romæ, quàm ab eius ſynodo relegantur; vt auditum capiamus, quatenùs, & nos cognitionem accipiamus totius virtutis, quæ in ipſis continetur, & actione 4. octauæ Synodi; vbi cum Bahanes magnificentiſſimus patritius, diceret, quòd Photius, & complures ex ſuis ignorarent iudicium factum per Roman. Pontificem contra eos; & ideo deberet coram ipſis condemnationis ſententia recitari: dixere vicarij Nicolai Papæ: [Nobis non licet reſcindere iudicium ſacrorum Romanorum Pontificum. Hoc enim contrarium eſt Canonicis inſtitutis, quoniam præſentes illic per proprios miſſos, & prolatam damnationem in Photium, & in manus impoſitionem eius, & audierunt liquidè, & didicerunt. Veruntamen, vt manifeſtiorem eis iuſtam iudicationem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ faciamus; ingrediantur, & audiant legi ſynodicas definitiones, & iudicia beatiſſimi Nicolai Papæ, vt certificentur magis, & magis. Magnificentiſſimi, & glorioſiſſimi dixere: Hoc probum, & bonum eſt. Et in Actio. 6. habetur, quòd, cum Photius ductus in præſentia Synodi interrogatus, an Apoſtolicæ cathedræ iudicia tam de ſe, quàm de Ignatio promulgata amplecteretur, & ille taceret; vicarij Senioris Romæ dixere, Ecce homo, qui obturat aures, ſicut aſpis ſurda, & non audit vocem, quam ei ſancta ſynodus obijcit, ſed vult per hoc ſilentium effugere condemnationem, quam ſancta Romana Eccleſia ante multos annos promulgauit aduerſùs eum. Verumtamen legantur epiſtolæ, quę de eo miſſæ ſunt à Sancta Romana Eccleſia. Placet ergo omnibus, vt legantur? ſancta ſynodus dixit; placet.]

Ex quibus Synodi verbis iam ſatis conſtat, lectas huiuſmodi epiſtolas, non vt examinarentur, aut de eis diſcuſſio fieret: ſed vt ad omnium notitiam peruenirent. Et quamuis recitatis prioribus literis legatur Papæ Vicarios ad Synodum dixiſſe: Ad hæc quid dicit ſancta Synodus? eſt canonica expoſitione plena hæc epiſtola, vel non? & reſponderit ſancta Synodus: Canonicam legem complet, & Synodicam præceptionem, & legiſlationem: nihilominus nequaquam hæc aut facta, aut dicta per viam examinationis, aut confirmationis, quæ ad ſuperiorem ſpectent, ſed potius approbationis, quomodò canones in Concilijs per Romanum Pontificem promulgati, dicuntur ſanciri ſacro approbante Concilio: nec facta illa interrogatio, quòd dubia forent, quæ legebantur, ſed vt calumniam tollerent aduerſariorum: quemadmodum Ieſus interrogauit de Lazaro, quem ſuſcitaturus eſſet à mortuis, vbi eum poſuiſſent; non quòd id ignoraret, ſed vt oſtendentes ſepulchrum non poſſent negare Lazarum mortuum, propterea non reſuſcitatum.

Et Ioann: Baptiſta cùm Diſcipulis ſuis mandauit, vt interrogent, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11. non id mandauit, quòd ignoraret, quem digito oſtenderet: ſed vt per hanc interrogationem videntes ſigna, atque virtutes, crederent in eum: ſic illa facta eſt interrogatio, vt ex Synodi reſponſo ceſſaret aduerſariorum calumnia: propterea complacitum eſt eis, vt damnati audirentur à Synodo, ad obturandum loquentium ora: quoniam conquerebantur ſe inauditos; dicebant enim: Audiamus depoſitionem noſtram: damnemur nobis audientibus.

Decimononò, contra auctoritatem Romani Pontificis citant epiſtolam Ambroſij, libro 10. epiſtolarum, ad Theophilum, & Aniſium ſcribentis, in qua refert Damaſum Romanum Pontificem dixiſſe, quòd ſi Synodus integra fuiſſet, ideſt, ſi cauſam alteri non delegaſſet, potuiſſet ipſe de cauſa cognoſcere: ſed quia Synodus altori delegando præuenerat, non poſſe ſe iudicandi onus ſuſcipere, cùm delegati Synodi vices tenerent: non conuenire autem, ſe de Synodi auctoritate iudicare: quod conueniret, ſi Synodo foret ſuperior.

Reſpondemus, Papam non neceſſitate, ſed honeſtate quadam permiſiſſe Iudices à Synodo datos iudicare: & ſi ratio illa procederet, cùm illud Capuan. Concilium, de quo Ambroſius, & Damaſus loruti ſunt, Prouinciale fuerit, ſequeretur & Prouinciale Concilium ſuperius eſſe Romano Pontifice, quod nullus vnquam ſomniauit.

Vigeſimò, obijciunt illud eiuſdem Ambroſij, in dedicatione Altaris maioris Mediolanen. Eccleſiæ, cùm dixit: [Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui eminentiam poteſtatis acceptæ Eccleſiæ contulit, quam pro honore ſuſcepto Reginam conſtituit, & Sponſam, cuius ſublimitati omnia ſubiacent.]

Reſpondemus, id non excludere ſuperioritatem ſupremi in terris Eccleſiæ capitis, nec rectè colligi, omnia ei ſubiacent, ergo & caput: ſicut nec rectè colligeretur, omnia Deo ſubiacent, ergo Deus ſibi ipſi ſubditus: vel dici poteſt (vt aliàs ſæpè diximus) hanc Eccleſiæ excellentiam, cuius ſublimitati omnia ſubſunt, eſſe Eccleſiæ, quæ iuncta eſt capiti ſuo, & Cœleſti, & terreno: non illius, quæ diuiſa ab altero eorum foret.

Vigeſimoprimò, obijciunt illud Auguſtini, in epiſtola ad Glorium Eleuſinum, & Felicem Grammaticum, cùm inquit: [Ecce putemus illos Epiſcopos, qui Romæ iudicarunt, (qui ſcilicet Cæcilianum Epiſcopum reſtituerant) non bonos iudices fuiſſe: reſtat adhuc plenarium vniuerſalis Eccleſiæ Concilium: vbi etiam cum ipſis Iudicibus cauſa poſſet agitari: & ſi malè iudicaſſe conuicti fuerint, eorum ſententia ſolueretur: ex quibus verbis ſanè conſtare videtur vniuerſalis Concilij ſuprema poteſtas.

Reſpondemus, nequaquam intentionis Auguſtini fuiſſe, ponere vniuerſale Concilium maioris auctoritatis Apoſtolica Sede: ſed poſſe quidem reuocari ſententiam maturiori Patrum conſilio: cùm (vt aliàs dixerat) particularia Concilia, quale fuit illud Romæ habitum, cedere debeant vniuerſali, quòd ex Epiſcopis totius Orbis fit: nec indecens foret, Romano Pontifice maturiori conſilio ſententiam mutare: cùm & ſolus id poſſit, cap. Sententiam, diſt. 25. quæſt. 9. nec Conſiliarij maiores ſunt Principe, quòd eorum conſi-

conſi-

conſilio Princeps mutet ſententiam, quam vel ſolus vel cum paucis decreuerat.

Simili modo reſpondemus ad id, quòd vigeſimoſecundo loco obijci poteſt de eo, quod habetur in cap. De libellis, quod fuit Leonis IV. &c. De quibus, quòd fuit Innocentius I. diſtioct. 20. vbi inſtruimur, ſi qua otea fuerit controuerſia, recurreodum primùm ad ſacram Scripturam veteris, & noui Teſtamenti: deindè ad Canones Apnſtoloruio, & Conciliorum: poſtremò ad regulas Roioanorũ Pontificum: qno loco, ex ordine Scripturæ, Conciliorum decreta præferri videntur regulis Romanotum Pontificum, quonlam præferuntur tamquam maturiori conſilio conſtituta, vt explicauit idem Innocent. in dicto cap. De quibus, cùm dixlt: Faciliùs namque inuenitut, quòd à pluribus qnæritur; cùm tamen & priora ſint Romanorum Pontificum decreta, vel ab eis confirmata, vel de conſilio Patrum ſancita.

Vigeſimotertiò, inferiorem conſtituunt Romanum Pontificem Coocilio ex eo, quod dixit Gregorius, & habetur in cap. Si quis, diſtinct. 11. quæſt. 7. [Si quis ſuper hoc nos redarguere voluerit, vel extra auctoritatem facere nos contenderit, veniat ad Sedem Apoſtolicam, & ibi antè confeſſionem beati Petri mecum iuſtè diſceptet, quatenùs vnus ibi ex nobis ſuſcipiat ſententiam ſuam; quo loco videtur ſuum Iudicem agnoſcere Coocilium.]

Reſpondemns, id, exemplo Petri, ex humilitate feciſſe, quoniam (vt dixit idem Gregorius) & habetur in cap. Petrus, diſtinct. 2. quæſt. 7. [Petrus poteſtatem regendi acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus, quærimooiæ cootra eum à Fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet; non ex poteſtate officij, qua potuiſſet dicere, oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendaut, ſed ex auctoritate Diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum ſanctum, reſpondit, & ſe porgauit.

Vigeſimoqoartò, obijci poteſt de eo, quòd dixit Hieronymus, & habetur in cap. Omnibus, diſtinct. 24. quæſt. 1. Si quis hanc domum, ſcilicet Eccleſiam, corrigentem, corripientemque contempſerit, fit tibi ſicut ethnicus, &c. Igitur Eccleſia corrigens, & corripiens, eſt etiam Romano Pontifice maior.

Reſpondemns, id referri ad fraternam monitionem, qua, ex charitate, etiam inferior corripere poteſt ſuperiorem, &, vt ſe corrigat, monere: quæ monitio pro correptione ſumitur.

Penè oblitus eram illios obiectionis, quam magni æſtimant: & propterea inter primas annumeranda fuerat; cui, ne prætermittatur, vigeſimnm quintum locum nunc damus.

Obijciuot enim de canone ſexto Nicæni Concilij, & habetur in cap. Mos antiquus, diſtinct. 65. [Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omninm habeat poteſtatem: quoniam quidem, & Epiſcopo Romano parilis mos eſt.] Ex eo colligentes: ſi Alexandrions Epiſcopus æquatur Romano: ſi Romanus Pontifex curam habet circumadiacentium locorum, ſicut Alexandrinum, Ægyptiorum; quonam modo dicendum eſt, Romanum Pontificem omnibus præeſſe, & vniuerſorum curam gerere?

Reſpondemus, hanc Nicæni Concilij ſententiam interpretandam, vt Romana Sedes vna eſt Patriarchalium, Romanus enim Pontifex Epiſcopus eſt Vrbis Romæ, & Epiſcopus eſt vniuerſalis Eccleſiæ; & hanc fuiſſe Nicæni Concilij mentem colligere poſſumus ex canone 17. octauæ Synodi, his verbis; [Primum, quòd Metropolitani ſuper vniuerſos Epiſcopos, qui ab ipſis promouentur, & ſiue per manus impoſitionem, ſiue per pallij dationem, Epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant poteſtatem, videlicet ad conuocandum eos, vrgente neceſſitate, ad Synodalem conuentum, vel etiam ad coercendum illos, & corrigendum, cùm fama eos ſuper quibuſdam delictis forſan accuſauerit: quia in Romana Ciuitate huiuſmodi mos præualuit.]

Ex quo canone deprehenditur, Nicænum Concilium de Romano Pontifice mentionem feciſſe, vt vnus eſt Metropolitanorum.

Et hoc videtur innuere Nicolaus, ad Bituticen. Archiepiſcopum ſcribens; & habetur in cap. Conquæſtus, diſtinct. 9. quæſt. 3. cùm dixit: [Primates, vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit. Definimus itaque, vt ſecundùm Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſijs.]

Noo placet autem interpretatio gloſſa in dicto cap. Mos aotiqnus, diſtinct. 65. id intelligi debere de Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui nouæ Romæ eſt Epiſcopus: quooiam tempore Nicæni Concilij nec Conſtantinopolitana Eccleſia erat Patriarchalis: nec Biſantium, Conſtantinopolis, aut noua Roma appellabatur.

Magis placet, qnod aſſeruit Marcellus ille Ceruinus, Cardinalis Sanctæ-Crucis, qui vnus eſt ex Præſidentibus Concilij Tridentini, Nicænum Canonem noo de Romano Pontifice, ſed de Metropolitano locutum: veriorem que fortè tranſlationem eſſe iuxtà antiquiſſimum codicem, quem ſe habere aſſeuerabat: [Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem: quoniam quidem Metropolitanorum Epiſcoporum hoc idem moris eſt.]

Vigeſimoſextò, ſi Petrus maior, & primus eſt Apoſtolorum, & propterea Romana Eccleſia prima inter Eccleſias: eadem ratione, & Compoſtellana erit ſecunda, propter Iacobum, ſecundum Apoſtolum: & Epheſina tertia, propter Ioannem, qui tertius connumeratur. Cùm itaqoe nec Compoſtellana ſit ſecunda, nec Epheſina tertia: ſequitur nec Romanam fore primam, nec Petrum primum Apoſtolum, aut alijs ſuperiorem.

Reſpondemus, Iacobum non eſſe ſecundum Apoſtolorum, nec Ioannem tertium: ſed Euangeliſtas diuerſo ordine Apoſtolos nominaſſe: nec Iacobum, aut Ioannem, ſucceſſorem habuiſſe in Apoſtolatu: quin etiam nec Petrum: & in Apoſtolatu omnes pares fuiſſe: Petrum tamen in adminiſtratione, & Paſto-

rali

rali officio ſucceſſorem habuiſſe Romanum Pontificem.

Vigeſimoſeptimò, objiciunt: Si Romamana Eccleſia Diuino iure eſt prima ex eo, quòd Petrus Diuino monitu, aut inſtinctu tranſtulit Sedem ſuam ex Antiochia Romam: eodem iure Alexandrina erit ſecunda, & Antiochena tertia. At cùm nec Alexandrina Diuino iure ſecunda ſit, nec Antiochena tertia, quoniam hunc ordinem non immutaſſent duo Conſtantinopolitanum, & Chalcedonen. Concilia: ſubſequitur, nec Romanam Diuino iure primam, nec Petrum Diuino iure eſſe maiorem alijs.

Reſpondemus, quòd etiamſi conceſſerimus Romanam Eccleſiam primam eſse Diuino iure: non tamen cogimur fateri, & ſecundam Diuino iure eſſe ſecundam, & tertiam Diuino iure tertiam: nec vnum ex alio rectè colligi, apertiſſimum eſt.

Vigeſimo octauò, ex eo, quòd habetur Act. 20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quàm acquiſiuit Sanguine ſuo; colligunt: Non ergo Romanus Pontifex, ſed Apoſtolorum Cœtus Eccleſiam regic, ex conſequenti maior illo.

Reſpondemus, intelligendum, Apoſtolos illam regere, ſed ordinare ſuo, quoniam Apoſtolus, qui ad Roman. cap. 13. dixit: Non eſt poteſtas, niſi à Deo; ſubiecit: Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Stat igitur, quòd omnis poteſtas à Deo ſit, & tamen non immediatè, ſed ordine ſuo. Quemadmodùm Ioann. cap. 1. dicitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Et tamen non à Deo omnia immediatè, ſed ſecundis cauſis mediantibus. Sic Apoſtoli Eccleſiam regunt, ſed ordine ſuo, vt ſæpiùs dictum eſt.

Vigeſimo nono, objiciunt plures Romanos Pontifices ab Imperatoribus, & Concilio eiectos fuiſſe Pontificatu: quòd ſuperioritatem, & Concilij, & Imperatoris deſignat.

Reſpondemus, id non iure, ſed iniuria, & perperam factum, ſi de vero Pontifice eſt nobis ſermo; aut cùm incertum foret, quis eſſet verus Pontifex.

Eiecti autem fuere Fœlix II. à Conſtantio: & perperam factum, quòd nollet Arianis conſentire. Conſtantinus II. à Concilio Romæ depoſitus, & in carcerem coniectus, quòd Paulo vita functo, vi tyrannica minùs legitimè Pontificatum inuaſiſſet, anno ſeptingenteſimo decimo. Chriſtophorus, qui Leonis Pontificis Presbyter, fraude & in Leone in carcerem coniecto, Sedem Apoſtolicam inuaſerat, anno noningenteſimo quinto. Ioannes XII. qui ſordidis, & prauis motibus, omnibus ſcandalo exiſtens, Rauennæ depoſitus fuit à Concilio, Leone quodam ſurrogato: cuius tamen depoſitionem irritam fecit ſubſequens Romanum Concilium. Benedictus V. à ſeditioſis Pontifex factus, auctore Othone Imperatore, vt minus legitimus deiectus, Leone IV. ſurrogato. Ioannes XXIII. & Benedictus XIII. quòd incertum foret, quis eorum Pontifex eſſet, quòd iuramentum, & votum emiſſum ſeruare recuſarent, à Conſtantienſi Concilio abrogati.

Trigeſimò, objiciunt, quod habetur in octaua Synodo Conſtantinopolitana: [Si Synodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit, etiam de ſancta Romana Eccleſia, quæuis ambiguitas, & controuerſia oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem acquirere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen ſententiam audacter dare contra Summos Pontifices.] Quaſi non audacter, ſed cum conuenienti reuerentia poſſet Synodum ſententiam proferre.

Reſpondemus, argumentum à contrario ſenſu ceſſare, vbi abſurdum ſubſequatur, ſicut in ſimili dixit Innocent. in cap. Non debet 12. diſtinct. ſuper illis verbis: Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur; vacat hic argumentum à contrario ſenſu, quia non eſſet humilitas, ſed ſuperbia: non diſcretio, ſed indiſcretio, ſi ei reſiſtatur.

Trigeſimo primò, objiciunt illud Ioel 2. [Canite tuba in Spiritu, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos, & ſugentes vbera.] Quibus verbis videtur multum tribui multitudini minùs autem Sacerdotibus; cùm ſubijcitur: [Inter veſtibulum, & altare plorabunt Sacerdotes, miniſtri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium.]

Reſpondemus, nihil ex his detrahi auctoritatem Summi Pontificis, vel quia in ea multitudine connumeratur Summus Sacerdos, vel quia non rectè colligitur, ſanctificanda eſt Eccleſia, plorabunt Sacerdotes, & miniſtri Domini: ergo Sacerdotes, & ipſe Summus Sacerdos iudicandus eſt à multitudine.

Trigeſimo ſecundò, objiciunt: Non opus eſt Concilio, ſi Papa eſt ſupra Concilium. Quid vociferamur, Concilium, Concilium? vociferandum eſt; Papa, Papa.

Reſpondemus, id non rectè colligi: quoniam eadem ratione ſuperuacua foret Pontificis auctoritas, ſi ſupra Papam ſint Concilia. Nec verum fruſtra haberi Concilium, ſi maior, aut æqualis eſt auctoritas Romani Pontificis auctoritati Concilij: quoniam, quæ in Concilio à Romano Pontifice decernuntur, aut à Concilio, auctoritate, & maturius decreta cenſentur, cùm integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententijs roboratur, cap. prudentiam, de offic. delegat. quæ etiam cenſentur inſtinctu Spiritus ſancti decreta, cap. Si quis Diaconis, cap. Si ille 50. diſtinct. & act. 15. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, & iuxta illud: Si duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, in medio illorum ſum, & alia etiam ratione, quoniam ſi fortè in errorem declinaret Pontifex, plurimorum iudicium eum facilè ab errore retrahere poſſet, & in viam veritatis reducere.

Trigeſimo tertiò, objiciunt, quod dixit Ioann. And. inſignis Doctor in cap. 1. de renunc. lib. 6. in nouella, quòd ſi Papa in ſecreto conſiſtorio, Pontificatu ſe abdicaret, nec alij forent teſtes, quàm Cardinales, deindè negaret ſe renunciaſſe; huius controuer-

ſiæ

Digitized by Google

ſiæ Concilium futurus eſt iudex: quod ſuperioritatem etiam in Papam deſignat.

Reſpondemus, eo caſu incertum eſſe, & dubium, illum eſſe Papam; nec mirum; ſi eo caſu iudex ſit Concilium, ſicut in cap. Si duo forte contra fas 79. diſtinct. Si duo fortè contra fas electi fuerint, Concilium iudicem fore, quis eorum ſit Pontifex; non Cardinales, qui eum elegerunt, propterea non rectè colligitur: Concilium iudex eſt, dubio, & incerto Papa, ergo ſuperiùs Papa.

Trigeſimo quartò, obijciunt illud Ambroſij, quod habetur in cap. quæ dignior 24. quæſtione prima, quòd non eſt dignior domus prædicationis ingreſſu, quàm ſancta Romana Eccleſia. Quòd ſi ſancta Romana Eccleſia dignior eſt, eadem ratione vniuerſalis, quæ Romanam complectitur Eccleſiam, & alias.

Reſpondemus, id fore ratione capitis ſui, Petri ſucceſſoris, nec rectè colligi: Eccleſia Romana dignior eſt quacunque alia, ergo multò magis vniuerſalis, quæ Romanam complectitur, & cæteras omnes, eo exemplo, quod aliàs dedimus, Deum cum vniuerſo Orbe nequaquam ſe maiorem, aut perfectiorem fore, quàm ante Mundi creationem.

Dicimus etiam, Ambroſium comparare Romanam Eccleſiam, vt Catholicam, Eccleſiæ hæreticorum, non autem Eccleſiam ſuo capiti, Romano Pontifici. Propterea inanis eſt huiuſmodi ratiocinatio.

Trigeſimo quintò, ad probandum ſupremam auctoritatem penes Eccleſiam fore, aſſumunt illud Ioann. Apocal. 21. [Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem nouam, deſcendentem de Cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam Viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus meus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.] Item de Eccleſia, quæ domus Dei eſt, adducunt ex libro pſalmorum: [Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Qui habitare facis, vnanimes in domo. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Beati qui habitant in domo tua Domine; in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.] Sed ad hæc ſæpius reſponſum eſt alijs ſatisfaciendo obiectis, ab hac Eccleſia nequaquam excludi caput ſuum, Romanum Pontificem: cum quo hæc omnia, & alia plura ei conueniunt. Sine eo (ſi contumaciter, & ſine cauſa ab eo ſeparetur) non erit Hieruſalem illa ſancta, deſcendens de Cœlo: non domus Dei, non alia, quæ hìc, & alibi enumerantur de ea.

Similiter reſpondemus ad id, quod habetur Ioann. 17. [Dominum Ieſum ſubleuatis in Cœlum oculis dixiſſe; Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.]

Et infrà: [Ego dedi eis ſermonem tuum, & Mundus eos odio habuit, quia non ſunt de Mundo, ſicut & ego non ſum de Mundo. Non rogo, vt tollas eos de Mundo; ſed vt ſerues eos, à malo.] Sanctifica eos in veritate, Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in Mundum; ità & ego miſi eos in Mundum, & pro eis rogo. Ego ſanctifico meipſum, vt ſint, & ipſi ſanctificati in veritate, non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui crediturì ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint, & credat Mundus, quia tu me miſiſti, &c. Non enim cenſendum eſt; pro Apoſtolis rogaſſe Dominum, & pro his, qui credituri erant dumtaxat, vt ſimul congregati faciebant Eccleſiam; ſed etiam pro ſingulis, nec pro eis, niſi cum capite eorum in terris, eius ſcilicet Vicario, conſentientibus; & niſi omnes vnanimes eſſent, & vnum in eo, quo deficiente, deficit omnis eorum dignitas, nec ex ea argui poteſt aliqua auctoritas, vel iuriſdictio maior auctoritate ſui capitis. Si tamen eo deficiente (Vacante ſcilicet Sede) vnanimes ſint qui ſuperſunt, non deficit Eccleſiæ hæc dignitas, non auctoritas: non inanes, & vacuæ manent preces Chriſti ad Patrem pro ea; ſed tantùm deeſt, qui ea auctoritate in vniuerſum vtatur, qui illius totius ſit miniſter, & executor.

CAP. XXIII.

Examen, & interpretatio Decreti Conſtantienſis Concilij, de auctoritate Concilij ſupra Papam.

SEd quoniam Conſtantien. Synodi decretum cum his, quæ expoſuimus, pugnare videtur, operæ pretium duximus, de ipſius viribus perquirere, cuius verba ſubſequuntur: [Primò declarat, quòd ipſa in Spiritu ſancto congregata Concilium generale faciens, & Eccleſiam Catholicam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet; cui quilibet cuiuſcumque ſtatus, vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ Eccleſiæ in capite, & in membris. Item declarat, quòd quicumque, cuiuſcumque ſtatus, vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus huius ſacræ Synodi, & cuiuſcumque alterius Concilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis, vel fiendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris remedia (ſi opus fuerit) recurrendo.] Quod decretum ad literam innouauit Baſileenſe Concilium ſeſſ. 2.

Qui tuentur auctoritatem Romani Pontificis, omnes ferè non recipiunt decretum, & illud improbare nituntur pluribus rationibus.

Primò, ex eo, quòd tempore, quo factum fuit decretum, nondùm erat integrum, & plenarium Concilium, vniuerſali conſenſu coactum, ſed vnius tantùm obedientiæ: cùm

tres

tres forent, qui ſe gererent pro Romano Pontifice, cuius ſignum fore, quòd ſeſſ. 21. & 35. dùm & aliæ nationes acceſſerunt, opus fuit denuò Concilium indicere, quæ tacita fuit confeſſio, antè nouam illam indictionem non fuiſſe Concilium.

Secundò, ſi Concilium Conſtantien. poſt acceſſionem aliarum nationum, quæ non agnoſcebant Ioannem XXIII. pro vero Pontifice, exiſtimaſſent ſe priùs conſtituiſſe uerum Concilium, non opus fuiſſet, iàm ſtatutum decernere ſtatuendum, propter quæ ſcilicet, & quo modo poſſit Papa corrigi, & deponi. Seſſione tamen 4a. conſtitutum fuit, Papam teneri obedire Concilio in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei: puniendumque, ſi obedire contempſerit. Ex quibus conſtare videtur, propter quæ, & quomodò corrigi poſſit, & deponi.

Tertiò, idem colligunt ex literis Martini V. approbante ſacro Concilio, ad Germaniæ Epiſcopos, in quibus expoſito priùs tenore articulorum Ioann. Wicleff, & Ioann. Hus, quæ priùs in Concilio damnata fuerant, præcipitur interrogari ſuſpectos de fide, vtrùm credant, quòd beatus Petrus fuerit Vicarius Chriſti, habens poteſtatem ligandi, & ſoluendi. Item, vtrùm credant, quòd Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, ſit ſucceſſor beati Petri, habens ſupremam auctoritatem in Eccleſia Dei. Si enim ratum habuiſſent decretum, hæc pugnarent inuicem, quòd Papa habeat ſupremam auctoritatem in Eccleſia Dei, & quòd teneretur obedire Concilio: cùm non poſſit is, qui minoris auctoritatis eſt, eum, qui maioris eſt poteſtatis, ſuis iudicijs adijcere, aut proprijs definitionibus ſubiugare, cap. Inferior. diſt. 21.

Quartò, idem deducunt ex reprobatione alterius erroris Ioann. Hus, quòd non eſt ſcintilla apparentiæ, quòd oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quòd ſemper cum ipſa Eccleſia militante conuerſetur. Si enim oportet, quòd ſit vnum caput Eccleſiæ, quod ſemper cum ea conuerſetur, quod eſt Papa, non tenebitur is Concilio obedire, minuſque poterit ab eo corrigi, & puniri.

Quintò, idem confirmari videtur ex eo, quòd nullibi conſtat Martinum confirmaſſe, aut ratum habuiſſe decretum: quin potiùs contrarium deprehenditur, quando deſtinauit Præſidentes ad Senenſe Concilium. Quoniam dumtaxat dedit Concilio auctoritatem circa reformationem Eccleſiæ in membris ſuis, nulla de capite facta mentione: & cætera agendi, quæ ſtatui ſuo non derogarent.

Occurrentes autem obiectioni, quæ fieri poteſt: Si decretum viribus non ſubſiſtit, non potuiſſet Ioannes XXIII. à Concilio deponi; iuriſdictionis defectu, quam à decreto conſequebatur: Ioanne autem non ritè abrogato nec Martinus in Pontificem eligi potuiſſet; dicunt valuiſſe Martini electionem, non quia vacaret Sedes ex Ioannis priuatione, ſed ex illius libera renunciatione: quoniam etſi facta fuit ab eo ſub cuſtodia retento, ratam tamen habuit, cùm ſui iuris eſſet, nulla vi aut impreſſione: Florentiæque profeſſus eſt, ſe ſponte, non coactè, nullaque vi, aut impreſſione ceſſiſſe, & renunciaſſe. Addunt etiam Ioanne iure depoſitum, propter hæreſim: quoniam in eius ſuſpenſione ſeſſ. 10. vocatur notorius hæreticus, & incorrigibilis: quod etſi in ſententia non exprimatur, ſat tamen eſſe, ſi dictum fuerit, quòd propter illa crimina tunc expreſſa, & alia in proceſſu deducta, & contenta, tanquam indignum, inutilem, & damnoſum, ſancta Synodus eum priuabat.

Reſpondent etiam alteri obiectioni, quæ fit eo, quòd Martinus V. in condemnatione errorum Ioannis Hus, & aliorum, declarauit, quòd error eſt, non credere, Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias: ſi per Romanam Eccleſiam, intelligimus Eccleſiam vniuerſalem, vel Concilium vniuerſale, aut pro quanto negat primatum Summi Pontificis ſuper particulares Eccleſias. Ex quo videtur colligi: ergo non eſt error, negare primatum Rom. Pont. ſuper vniuerſalem Eccleſiam: & iure decretum, Papam teneri parere mandatis Eccleſiæ, & generalis Concilij illam repræſentantis; dicentes non rectè id colligi per locum à contrario ſenſu; qui quandoque inutilis eſt: ſicut ſi diceremus, fumus eſt, ergo ignis; rectè colligitur: tamen ſi dicamus, ignis eſt, ergo fumus; non ſubſequitur, nec rectè colligitur à contrario ſenſu: ſicut etiam cùm quid exorbitans colligitur, rationibus etiam aliàs per nos deductis. Citant etiam pro aſſertionis ſuæ probatione, Rodericum Epiſcopum Calaguritan. in Dialogo, de auctoritate, & poteſtate Romani Pontificis aſſerentem ſe audiuiſſe à nõ paruæ auctoritatis viris, qui interfuere Concilio, decretum illud præter id, quod factum fuit à ſola obedientia Ioannis XXIII. nec etiam concorditer factum ab omnibus eiuſdem obedientiæ, cum reclamauerint complures ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, complures Prælati, & Doctores, affirmantes decretum minùs iuridicum fore; daturumque quandoque occaſionem ſchiſmatis; contradixiſſe, & ipſum Ioannem XXIII. & ea de cauſa infeliciter fugam arripuiſſe. Citant & Abb. Siculum in tract. cui tit. eſt Sententia finalis; in quo retractauit, quæ ſcripſerat contra auctoritatem Romani Pontificis referentem F. Zabarellam, Cardinalem Florentinum, cum in ſeſſ. 4. recitaret decretum, ſubſtitiſſe, cum ad ea verba deuenit, & ad generalem reformationem, &c. noluiſſeque illa verba legere, tanquam præter communem deliberationem addita.

De innouatione verò decreti, facta per Baſileenſe Concilium: aſſerunt illam minimè obeſſe ſupremæ Romani Pontificis auctoritati: quoniam etſi Baſileenſe Concilium, & Martini, & Eugenij auctoritate legitimè indictum, & inchoatum fuerit: & ex literis Eugenij annullationis, diſſolutionis, ſeu tranſlationis legitimè continuatum: non tamen valuiſſe decretum ex eo, quòd ab Apoſtolicis Legatis, & præſidentibus reclamatum fuerit: quemadmodùm irrita fuerunt decreta ſecundi Epheſini Concilij, etſi legitimè congregati: & irrita ſunt quæcomque decernunt,

nunt, & alia Concilia, ſi ab Apoſtolica Sede confirmata non fuerint, vt aliàs erit differendum.

Quòd ſi iſtos ſequi volumus, miramur Ioannem Gerſon, Cancellarium Pariſinum, virum acerrimi ingenij, & ſummæ eruditionis, exultaſſe de huiuſmodi decreto, & gratias Deo egiſſe, quòd tandem deciſa, & ſublata fuerit controuerſia ſuperioritatis inter Papam, & Concilium; quoniam ſi ante decretum dubium erat, quis eorum foret ſuperior: dubium etiam erat, quis eorum potuiſſet id declarare: ex conſequenti non videmus, quonam modo id cenſeri poteſt declaratum ab eo, de quo dubitabatur, an eſſet ſuperior, maximè in ſuimet fauorem, cùm id decernere ad ſuperioritatem pertineret.

Nos tamen putamus decretum illud robur obtinere, nec eo imminutam auctoritatem Romani Pontificis: quoniam ſi is, quod Deus auertat, in hæreſim lapſus ſit, non in eum habet Concilium poteſtatem, qui ſit Pontifex, ſed in eum, qui fuerit Pontifex: quod hæreſis omni eum auctoritate, & poteſtate ſpoliauerit. In caſu verò ſchiſmatis, cum ſcilicet duo, vel plures de pontificatu contendunt, cum ignoretur, quis eorum ſit Pontifex, Concilium in eos habet poteſtatem, qui pro Pontificibus non habentur. Sicut enim quod neſcitur conſecratum, pro non conſecrato habetur, & conſecratione eget c. Veniens, de Presbyt. non bapt. cap. Solemnitates, de conſec. diſt. 1. ſic qui ignoratur, an verus ſit Pontifex, habendus eſt pro non Pontifice: & in eum habens poteſtatem, non cenſetur habere poteſtatem in Pontificem.

His aſtipulantur verba cap. Si duo fortè contra fas. 79. diſt. & decreti, de quo eſt nobis ſermo. Ex quibus perſpicuè colligi poteſt, illis duobus caſibus Concilio tribui poteſtatem in Romanum Pontificem. Nec te deterreant verba, cui quilibet, cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur; quoniam is Papa præmiſſis caſibus, in quem Concilium poteſtatem obtinet, ſic Papa nuncupatur, vt homo mortuus, aut pictus, homo appellatur, quod ſatis ex præmiſſis colligitur. Præterea illi Patres decretum illud locum habere voluerunt tempore ſchiſmatis; non autem cùm fuerit vnus verus, & indubitatus Pontifex.

Et quod dicitur in ſecunda parte decreti: Item declarat, quòd quicunque, cuiuſcunque conditionis, ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi papalis, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus huius ſacræ Synodi, & cuiuſcunque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, &c. referendum eſt ad ſimilem caſum ſchiſmatis, aut hæreſis Romani Pontificis; quo, rectè Concilio ſubijcitur.

Nec quod dicitur, Ad reformationem dictæ Eccleſiæ in capite, & in membris; referendum eſt niſi ad deformationem ratione ſchiſmatis, aut hæreſis, cùm deſit verus Pontifex, cuius eſt Eccleſiam reformare. Sic quod dicitur: In capite, & in membris; interpretandum de capite dubio, & incerto: cum ſuper eo Concilium habeat iuriſdictionem, non autem ſi certum fuerit, & indubitatum.

Sed quia negare non poſſumus, verba decreti eſſe ambigua, & in vtranque partem interpretari poſſe, & iure timendum, daturum quandoque occaſionem ſchiſmati, prout experientia edocti ſumus in Baſileenſi Concilio: rectè videretur conſultum Reipublicæ Chriſtianæ, ne metu ſimilis inobedientiæ, & ſchiſmatis, Romani Pontifices retrahantur ab indictione Conciliorum: & ne quod voluit Conſtantienſ. Synodus frequentiùs fieri, ex ſuo decreto infrequentiùs fiat: expediret decretum huiuſmodi declarari: quæ fortè mens fuit, & propoſitum Conſtantienſis Concilij, cum ſeſſione 40. decreuit decernendum fore, & ſtatuendum propter quæ, & quomodò Papa poſſit corrigi, & deponi.

Subſequentes igitur, quod decreuit Conſtantienſis Synodus, declarandum videretur decretum, & conceptis verbis finienda controuerſia hæc ſuperioritatis inter Papam, & Concilium: vt omnes intelligerent, cohercionem datam Concilio fore cum, pluribus ſe gerentibus pro Romano Pontifice, iuſtis de cauſis dubitatur, quis eorum ſit Pontifex: & cùm Pontifex in hæreſim damnatam lapſus foret, & monitus in ea perſeueraret. Similiter habere Concilium poteſtatem reformandi Eccleſiam in capite, & in membris; duobus iam dictis caſibus, non autem cum vnus foret Catholicus, & indubitatus Pontifex, niſi eo præſente in Concilio, aut ſuper id ſpeciali data auctoritate.

Et proculdubio hæc fuit mens, & intentio Conſtantienſis Concilij, quam Baſileenſes perperam interpretantes, in errorem lapſi ſunt, prætextu reformationis Eccleſiæ, vſurpantes omnem Pontificiam poteſtatem. Maiores enim cauſas in Concilio tractabant, de cauſis Cathedralium Eccleſiarum iudicium ſibi aſſumentes: prouiſiones per Pontificem factas irritabant, & nullas decernebant: beneficia Eccleſiaſtica conferebant, & commendabant: Legatos de latere ad regendas Prouincias deſtinabant: cauſas à Romana Curia auocabant: decimas imponebant: indulgentias plenarias, & perpetuas elargiebantur: & alia ferè omnia faciebant, quæ ad ſupremam Romani Pontificis ſpectant auctoritatem; quo factum eſt, vt Eugenius, tanta rei indignitate commotus, Concilium iterùm diſſolueret, & Ferrariam transferret: & ſubſecutum horrendum ſchiſma, nedum duorum Pontificum, ſed & duorum, vt ipſi prætendebant, generalium Conciliorum; quorum alter alteri minimè deferebat, viciſſim ſeſe cenſuris, & maledictis impetentes: & quod ioco dixit Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus, Baſileam peperiſſe Baſiliſcum. Quapropter iterùm clara voce denunciamus, opus fore declaratione, quam honeſtiorem exiſtimamus reuocatione; quandoquidem Pariſienſis Schola, & alij plures, non obſtante Concilij Florentini decreto mordicus retinent decretum illud Conſtantienſe, & Baſileenſe.

CAP. XXV.

Romanus Pontifex à Concilio deponi non poteſt.

EX his ſubſequitur, Papam à Concilio, nec deponi, nec iudicari poſſe: quod etſi ex præmiſſis perſpicuum exiſtimemus, alijs tamen rationibus adhùc comprobamus.

Primò, ſi Papa poſſet propter crimina, & exceſſus deponi, ſicut alij Epiſcopi, fruſtrà dixiſſet Anacletus, quod habetur in cap. Eiectionem 79. diſtinctione Eiectionem Summorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit.

Secundò, ex eo, quod dixit Euſebius Papa in cap. Oues 2. quæſt. 7. [Oues, quæ ſuo paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi à fide exorbitauerit, nec vllatenùs accuſare poſſunt.]

Tertiò, ex dicto Anterij Papæ, & Martyris, quod habetur in cap. Facta 9. q. 3. [Facta ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra verò à Domino.]

Quartò, ex ſententia Bedæ, quæ habetur in cap. de Epiſcopo 9. q. 3. [Sola Romana Eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicare permittitur.]

Quintò, citatur ſanctus Thomas in 4. ſententia diſt. 19. q. 2. artic. 2. cùm dixit, [quòd quamuis Prælati ſint corripiendi à ſubditis, non eſt eis tamen pœna inurenda, ſed recurrendum ad ſuperiorem; vel ſi caret ſuperiore, ad Deum, vt eum emendet, vel de medio tollat.]

Et ſic obijciatur: qui ſic orat ad Deum, iudicat actiones eius eſſe peruerſas: aliàs iniuſta eſſet petitio. Quod ſi iudicat actiones ſuas eſſe peruerſas, & ſic cum Deo agendum, tanquam homines audiant: ſubſequitur, non ſolùm ſecretè in oratione, ſed vbi foret opportunum, licere fidelibus verbo exprimere ſententiam, quam de Summo Pontifice iudicant.

Reſpondemus, id rectè colligi non poſſe: quoniam fruſtrà id fieret, & ſine fructu, cum ſuperiore careat: quin potiùs ſeditiones commoueret, & ſcandala, à quibus omninò abſtinendum; propterea licèt hoc à Deo expetere bonum ſit: non tamen fas erit, ad id faciendum alios cohortari, & impellere: quin etiam, nec his licebit, quibus in Eccleſia prædicandi officium eſt demandatum.

Et quod dicitur Ezech. 3. & 33. quòd hi, qui conſtituti ſunt à Deo ſpeculatores domus Iſrael, [tenentur clangere tuba, & intimare Eccleſiæ malum, &c.] de inferiorum malo, pro quibus conſtituti ſunt ſuper ſpeculam, intelligi debet: non quòd inferior teneatur denunciare delicta ſuperiorum, & clangere buccina. Vel dici poteſt, quòd etiam ſi liceret fidelibus verbo exprimere ſententiam, quam de Summo Pontifice iudicant, id liceret, non vt illum coherceant, aut puniat, ſed vt, & ipſi orent ad Deum, vt eum emendet, vel de medio tollat.

Sextò, citant illud Symmachi Papæ, quod habetur in cap. Aliorum 9. q. 3. [Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed Sedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Et quòd loquatur de exceſſibus, & erratis, oſtendunt, quæ ſequuntur verba, cùm dixit: Voluit beati Petri ſucceſſores Cœlo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiam.]

Septimò, citari poteſt gloſs. in cap. Siquis pecunia 79. diſt. cùm dicit Papam dicere poſſe: Dominus eſt, qui me iudicat, & Oſtienſ. in cap. Quantò, de tranſlat prælat. cùm dixit, idem fore conſiſtorium Papæ, & Chriſti, & citrà fidem à nemine poſſe iudicari.

Octauo, citatur Bonifacius Martyr, & habetur in cap. Si Papa 30. diſt. Si Papa ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in ſuis operibus, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus: nihilominùs innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit primo mancipio gehennæ, cùm ipſe plagis multis in æternum vapulaturus, huius culpas iſtic redarguere præſumat mortalium nullus.

Nonò, citatur Lateranenſe Concilium, de quo in cap. Licet; de elect. vbi legitur: in Eccleſia Romana aliquid ſpecialiter conſtituitur; quia non poteſt ad ſuperiorem haberi recurſus; vbi gloſs. Oſtienſ. quia nulla eſt ſuperior ipſa: ſed ipſa ſuper omnes eſt; cui Ioannes Andreas addidit. Ideò iudicio Dei relinquitur capit. Nemo 9. quæſtion. 3.

Decimò, citatur illud Gelaſij Papæ, quod habetur in cap. Ipſi ſunt canones, eadem cauſa, & quæſt. quòd Apoſtolica Sedes de tota Eccleſia habet iudicare: ipſam verò ad nullius commeare iudicium.

Vndecimò, quemadmodum periti medici nunquam abſcindunt caput, quamuis ægrum, vlceroſum, & multis morbis affectum: ſic in myſtico corpore videtur ſemper caput tolerandum, nec amouendum, etiam ſi criminoſum, & malum extiterit.

Quòd ſi dicatur non fore parem rationem: quoniam humano corpori, abſciſſo capite, aliud aptari non poteſt: ſecùs in myſtico, quod ſucceſſiuè plura habere poteſt capita, & cuius interitus non formidatur, amoto capite: conuertimus hoc, quod dicitur, quòd etiam ſi ex amotione capitis à naturali corpore, non ſubſequeretur ipſius ægri interitus, non abſcinderetur, ſed conſeruaretur: quemadmodùm non reſecantur membra paralyſi debilitata, & prorsùs officio ſuo inutilia: quamuis eis reſecatis non ſubſequeretur ægri interitus.

Duodecimò, quamuis Dominus mandauerit, vt ſi nos oculus, aut pes, aut dextera ſcandalizauerit, eruatur, & abſcindatur: nullatenùs mandat caput abſcindi: qui tamen de myſticis membris loquebatur.

Decimotertiò, Synodus auctoritate Symmachi Romanæ coacta, clara voce pronunciauit: [Symmachus Papa, Sedis Apoſtolicæ Præſul, ab huiuſmodi oppoſitionibus im-

impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis, & liber; cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus;] & habetur in 5. Hinc etiam; decimaſeptima diſtinctione. Similiter Synodus Sinueſſæ congregata dixit Marcellino: Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio; & iterùm: Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam; & rursùs: Quoniam ex te, inquiunt, iuſtificaberis; & iterùm dicunt: Prima Sedes non iuſtificabitur à quoquam, & habetur in cap. Nunc autem 21. diſtinctione.

Decimoquartò, citatur canon. 20. Concilij Romani ſub Syluestro Papa, cùm dicitur: Nemo etiam dijudicet primam Sedem: quoniam omnes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari: neque quoque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur; repetitum ab Innocentio, vt habetur in cap. Nemo 9. quæſt. 3.

Decimoquintò, quemadmodùm Metropolitan. qui caput eſt prouincialis Concilij, puniri non poteſt, nec deponi in prouinciali Concilio, cap. Graue, & ibi not. doct. de præben. ſic nec Romanus Pontifex puniri, aut deponi poterit à generali Concilio, etiam ſi grauibus criminibus infectus, incorrigibilis ſit.

Decimoſextò, citatur quod legitur 1. Reg. cap. 24. & cap. 26. quòd licèt Saul ſe Regno reddidiſſet indignum; & propter ſua crimina, & mandatorum Dei tranſgreſſionem, pluries datus fuerit in manus Dauid, quem perſequebatur. nunquam tamen Dauid in eum inſurgere voluit: quinimò vocabat eum Dominum ſuum, & Chriſtum Domini dicens: [Niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut deſcendens in prælium perierit; propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo, Chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum: quia Chriſtus Domini eſt.] Dicant igitur Papæ ſubditi, vt Dauid dixit Saulo: Iudicet Dominus inter me, & te: & liberet me de manu tua, & de omni anguſtia.

Decimoſeptimò, legamus Extrauagantem Bonifacij VIII. cuius initium eſt, Vnam ſanctam; dùm inquit: [Si deuiat terrena poteſtas, iudicatur à ſpirituali: ſi deuiat ſpiritualis, iudicatur minor à ſuperiori: ſi verò ſuprema, à ſolo Deo, non ab homine poteſt iudicari.]

Præmiſſa tamen videntur impugnari poſſe: primò, quoniam ſi odio habere Deum, grauius eſt peccatum hæreſi, vt aſſeruit ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 73. ar. 5. & ſi magis nocet Eccleſiæ Papa omnia vendens beneficia, prauos homines extollens, bonos deprimens, tyrannicè ſæuiens, ſeu alijs inuolutus criminibus, quàm ſi in hæreſim lapſus ſit: per locum à maiori videtur colligi poſſe, quòd ſi propter hæreſim, aut deponendus ſit, aut iure ipſo depoſitus: multò magis propter quæ diximus crimina, potiſſimùm ſi incorrigibilis foret.

Reſpondemus, id non rectè colligi: quoniam hæreſis non ratione grauitatis criminis, ſed ratione mutationis ſtatus, conſtituens de Chriſtiano non Chriſtianum, reddit Papam deponendum, vel ipſo iure depoſitum: licèt amiſſa fide caracterem retineat.

At etiam, dici poſſet, quòd licèt alia crimina maioris ſint effectus quoad alios, non tamen quoad ſe: nec ſemper, quando cætera ſunt paria, ſubſequitur: quis poteſt quod maius eſt: ergo poterit quod eſt minus; ſicut nec ſequitur: intellectus poteſt in actum maiorem, qui eſt intelligere: ergo poterit & olfacere; viſus poteſt in obiectum maius, quod eſt lucidum: ergo poterit in minus, quale eſt ſonus, aut aliud quid ſimile.

Secundò, ſi minus rectè conſuluiſſet Dominus Eccleſiæ ſuæ, ſi neminem loco ſui in terris conſtituiſſet; ad quem pro rerum, & temporum neceſſitate recurri poſſet: nonne minus rectè eidem conſuluiſſet, ſi ad nullum tribunal in terris recurri poſſet, periclitante Eccleſia, Vicarij ſui culpa? Reſpondemus, Eccleſiam illam, quæ errare non poſſit; in vnum conuenire non poſſe, ad Papam iudicandum.

Tertiò, eadem veritas impugnatur ex eo, quòd ſi Papa malus, & incorrigibilis à nemine puniri, aut iudicari poſſet, periclitaretur Eccleſia, læderetur fides, omniaque in deterius laberentur: adeò vt dicerent infideles, Vbi eſt Deus Chriſtianorum? Reſpondemus, id minimè formidandum: quoniam Eccleſiæ regimen à Deo inſtitutum, diuinum cenſendum eſt, non humanum, diuinoque inniti auxilio, iuxtà illud: Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi; proptereà non definiendum de diuina prouidentia, nec præſumendum, quòd ob vnius noxam periclitetur Eccleſia.

Perſuadere etiam nobis poſſumus ex Spiritus ſancti directione, Deum non permiſſurum, Papam ratione humanitatis infirmum, & ſeducibilem; ratione diuinitatis ipſum regentis, inſuperabilem. Quodque etſi quandoque permiſſurus ſit eum tentari: non tamen vt in profundum tentationis præceps cadat, vel non permiſſurum, quòd eo cadente, ſecum trahat Eccleſiam, quæ (teſte Apoſtolo) columna eſt, & firmamentum veritatis; cui conſonat; quod præclarè dixit S. Thomas cap. vlt. octaui Quodlibeti, dum quærit, An in Sanctorum Canonizatione Eccleſia errare poſſit; firmiter credendum, quòd ſi accideret, Papam velle finaliter procedere ad aliquod contra fidem, Deus aliquod ei præſtaret impedimentum, manum à Scriptura retinendo, vel linguam à loquendo; ſicut præſtitit Balaam; quem volentem maledicere populo, coegit benedicere; quod etiam præfiguratum fuit in Petri nauicula, ventis agitata, non tamen naufragium paſſa. Item præfiguratum futuros humanos defectus in Petri ſucceſſoribus, ſubleuandoſque non ab homine, ſed à Chriſto; ſicut Petrum per ſeipſum, ne mergeretur, erexit.

Alia etiam ratione perſuaderi poteſt, non periclitari Eccleſiam ex malis moribus, & grauibus delictis Papæ, etiam ſi deſit emendationis ſpes; quoniam Papæ poteſtas ad ea ſe porrigit, quæ ſupra fundamenta Eccleſiæ ſunt: fundamenta autem ipſa lædere non poteſt; quę tria complectuntur, quid creden-

dum, quid agendum, quo medendum.

Primum articulos fidei concernit; qui non à Papa, ſed à Spiritu ſancto dictari, & editi, vires pontificiæ poteſtatis ſuperant: etſi explicari, & ad compendium, facilioris memoriæ cauſa, redigi poſſunt, quod & ſymbolum appellari poteſt.

Secundum moralia continet præcepta; quæ de iure naturæ ſunt; ſupra quæ Papa auctoritate caret. Et ideò, ſiquid mandaret agendum, quod alicui ex præceptis Decalogi repugnaret, non eſſet ei parendum. Et quia ſæpè contingit, vt homo circa hæc duo fundamenta ſe malè gerat, ſcilicet minus rectè credendo, vel malè agendo: ideò diuinitùs data ſunt Sacramenta, quaſi medicamenta ſanantia illa vulnera; quod erat tertium, ſupra quod nec ipſe Papa poteſtatem habet, ſed remanet, ſicut & cæteri mortales.

Hinc eſt, quòd in his ſe ſubijcit Confeſſori, medicamenta ſuſcepturus. Quibus ſaluis fundamentis, quæ euertere non poteſt Papa, nequaquam timendum eſt, ex illius prauis moribus, & inemendabili vita periclitaturam Eccleſiam; cui pollicitus eſt Dominus, quòd portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Non igitur ea de cauſa dandus Pontifici ſuperior, qui eum corrigat, puniat, aut Pontificatu eijciat.

Quartò, argumentantur nonnulli: Si licet non ſolùm impunè, ſed etiam meritoriè occidere tyrannum, propter Reipub. bonum, vt cenſuit ſanctus Thomas ſecundo ſent. diſt. vlt. quæſt. vlt. à fortiori videtur licere Concilio, ſi non occidere, ſaltem deponere Papam tyrannum, qui in malo perſeuerans, & incorrigibilis, ſcandalo ſit cunctis hominibus, & plus noceat Eccleſiæ, & fidelium ſaluti, quàm quiuis ſæuiſſimus tyrannus ijs, quibus dominatur.

Sed reſpondemus, quòd etiam ſi liceret populo impunè tyrannum occidere (quod non fatemur) non tamen ſubſequitur, ergo ciuili morte, quæ eſt depoſitio, poterit occidere malum Pontificem; quoniam non eſt vtriuſque par ratio: cùm Rex, aut Princeps à populo, Pontifex à Deo ſuſcipiat poteſtatem; in hoc pares, quòd vtrique adimit, qui dedit, Regi aut Principi populus, Pontifici Deus.

Quintò, & hac impugnant ratione: Si licet gladium de manu furioſi auferre; ſi lege naturæ, quæ cuncta animalia docuit, vim vi repellere: liceret Papam inuaſorem, ſe defendendo, occidere: videtur etiam licere auctoritatem à Papa auferre, qua velut gladio furioſus abutitur in Eccleſiæ perniciem, licere ſe ab eo defendere, & defendendo exarmare, ſpoliare, & ſpiritualiter occidere, auferendo ſibi omnem auctoritatem, & nocendi facultatem.

Reſpondemus, quòd ſicut licet gladium è manu furioſi eripere, non tamen licet, vim repellendo, iudicis, aut principis officium vſurpare: ſic etſi Papæ mandanti, quod ſine peccato fieri non poteſt, aut quod iuri diuino, aut naturali repugnat, obediendum non ſit, quin etiam ſit ei reſiſtendum; non propterea licebit, in eum ius dicere, ſuperiorem agere, nec à Sede ſua deijcere.

Sextò inquiunt: Si arbor non faciens fructum excidenda eſt, & in ignem mittenda, Matth. 3. ſi auferendum malum ex nobis, primæ Corinth. 5. ſi palmes abſciſſus à vite areſcens in ignem mittendus eſt, Ioan. 15. ſi ſal qui euanuerit, mittendus foras, & conculcandus ab hominibus: cur non licebit Papam, ſuis criminibus à vera vite abſciſſum, ſal inſipidum, & infatuatum, factum arbori infructuoſæ ſimilem, ab Eccleſia foras mittere, conculcare, & pontificia auctoritate ſpoliare?

Reſpondemus, id non rectè colligi: quoniam etiam ſi quis culpis, & erratis eò deueniret, vt meritò abſciſſo palmiti, infructuoſæ arbori, & ſali infatuato comparari poſſet; non id à Concilio, nec id ab hominibus fieri poſſet: ſed id expectandum ab eo, cui ſubeſt, cui ſoli habet rationem reddere, qui iuſtus iudex eum impunitum minimè permittet.

Similiter reſponderi poteſt ad ſeptimam rationem, qua præmiſſa impugnari poſſent; Si in ſacerdotibus fides cum vita præeligenda eſt, multò fortius in ſummo ſacerdotum, cùm fides ſine operibus mortua ſit, teſtante Iacobo. [Vulnerato namque paſtore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriendum expoſuit? aut qualem fructum de ſe producturus eſt, cui graui peſte radix eſt infecta? Maior ergo metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducunt, qui Dei magis iracundiam prouocant, quàm per ſe ipſos placare debuerant.] Verba fuere Gregorij ad Theodoricum, & Theodebertum Francorum Reges, & referuntur in cap. ſertor, 1. quæſt. 1. Similis inquam reſponſio dari poteſt, non propterea ſequi; ergo ſummus ſacerdos ab hominibus, aut Concilio iudicandus erit; quamuis ſe feriendum hoſtibus expoſuerit; quamuis eius preces exaudiendæ non ſint, & magis ad iracundiam prouocandam, quàm placandam porrectæ. Quæ tamen verba non de ſummo Pontifice, ſed de his Epiſcopis, & ſacerdotibus dicta ſunt, qui per ſimoniacam prauitatem, dignitatis gradum adepti fuerant.

Octauò opponitur, quòd cùm non legatur in ſacra Scriptura, Dominum dediſſe maiorem poteſtatem Apoſtolis in cauſa fidei, quàm alijs, cùm dixit Matth. 18. Quodcumque ligaueritis, &c. quòd ſubſequi videtur, quòd, ſi dedit Eccleſiæ poteſtatem iudicandi Papam; ſi à fide deuius fuerit, & alijs caſibus, ab Eccleſia iudicari poterit, qui videtur locus à maiori ad minus, ſi in maiori cauſa poteſt, poterit & in minori.

Reſpondemus, id minimè ſubſequi; quoniam diuerſa eſt vtriuſque caſus ratio. In cauſa enim hæreſis non iudicatur is, qui eſt, ſed qui fuit Papa; propterea locus eſt à minori ad maius; non è contra, ſcilicet, poteſt Eccleſia iudicare non Papam, ergo poterit iudicare Papam.

Nonò, opponitur ex gloſſ. in capit. ſi Papa, 40. diſt. aſſerente ſe credere, quòd, ſi notorium eſt crimen, per quod ſcandalizetur Eccleſia, & incorrigibilis ſit; quòd inde accuſari poſſit.

Reſpondemus in primis, gloſſam illam,

quæ

Digitized by Google

quæ fuit petra ſcandali Concilij Baſileenſis non fuiſſe receptam, & repugnare ipſius textui, cùm dicitur: Huiuſmodi culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus; & pluribus alijs gloſs. gloſſæ ſcilicet, in cap. mandaſtis 2. quæſt. 5. aſſerenti Papam ab aliquo iudicari non poſſe, nec ab vniuerſali Concilio; & gloſſæ in cap. nemo, 9. qu. 3. ſuper verbo, ab omni Clero; quæ dicit argumentum, quòd Concilium non poteſt Papam iudicare, necnon & gloſſæ in cap. ſiquis pecunia 79. diſtinctione aſſerenti Papam accuſari poſſe de hæreſi, ſi errat circa articulos fidei, non etiam, ſi latiori vocabulo de hæreſi accuſaretur, qualis eſt ſimonia. Alij dicunt gloſs. id pro vero non affirmare, ſed vti verbo credulitatis; quidam quòd interpretanda eſt, quando Papa defenderet crimen, de quo emendari nollet, non eſſe peccatum.

Dici etiam poſſet, Papam accuſari poſſe à Concilio, non vt eum pontificatu eijciat, aut aliàs puniat, ſed vt per ſubtractionem obedientiæ in his, quæ perperàm mandaret, indemnitati Eccleſiæ prouideretur; ne quod ex delicto Papæ Reſpublica Chriſtiana detrimentum patiatur.

Decimò, propter viri auctoritatem, non omittamus rationem inductam per Roman. conſ. 523. quamuis debilis, & infirma videatur. Inquit enim, Papam notorio crimine irretitum, Eccleſiam ſcandalizantem, incidere in hæreſis ſuſpicionem, per capit. nullus, 38. diſtinct. vbi habetur: [Qui enim rebelliter viuit, & ediſcere, atque agere bona recuſat, magis diaboli, quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potiùs infidelis, quàm fidelis eſſe monſtratur.] & per text. in cap. ſi qui ſunt, 81. diſtinct. & in cap. ſciendum, 8. q. 1. vbi dicitur: [Peccatum ariolandi eſt, nolle obedire, & ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere; ac peccatum paganitatis incurrere eum, qui ſe Chriſtianum eſſe aſſerit, & mandatis Eccleſiæ parere contemnit. Addit cap. fin. de pœnit. vbi legitur, quòd qui Eccleſiæ parere pertinaciter renuit, claues illi commiſſas contemnendo, non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis;] ex his colligens, quòd ſi Papa propter notoria ſua crimina ſcandalizaret Eccleſiam, & corrigentem, ac corripientem contemneret, profectò ex præmiſſis hæreſis ſuſpicionem incurreret: propter quam vocari poſſet, reſponſurus de fide.

Sed (ſicut diximus) infirma, & debilis eſt ratiocinatio; quoniam non ob quodcumque delictum, quod latiori vocabulo hæreſis nuncupatur, qualia ſunt excommunicatio, contumacia, ſimonia, & alia pleraque, poteſt Papa Eccleſiæ denunciari, & ab ea iudicari; ſed ob eam, quæ vera eſt hæreſis, circa fidei articulos errorem continens, ex ſententia gloſs. in cap. ſiquis pecunia, 79. diſtinctione.

Non diſplicet ſententia Gemin. in illam gloſs. cap. ſi Papa, ex dictis Oſtien. in cap. magnæ, de voto, & in cap. per tuas, qui diſtinguendo dixit, quòd aut Papa peccando facit contra legem poſitiuam, &, cùm ſupra illam ſit, ea de cauſa nec denunciari poteſt Eccleſiæ, nec iudicari: aut peccat in legem diuinam, & articulos fidei; & tunc ſi crimen notorium ſit, & ſcandaloſum vniuerſali Eccleſiæ, moneri poterit per quemcumque inferiorem, ſecundùm gloſs. ibi, quòd ſi crimen nec notorium, nec ſcandaloſum ſit, pro dubio habet, an Papa moneri poſſit, vt ſe corrigat, & ſe emendet: & fieri poſſe videtur ſecundùm Euangelicam legem, cui Papa ſubditus eſt, ſicut & alij Chriſtiani, 11. qu. 1. cap. ad menſam.

Si autem quæratur, numquid Papa moneri poſſit de occulto crimine ex lege Euangelica; vt ſi monitus non ſe correxerit, dicendum ſit Eccleſiæ, & de eo corrigi, & emendari; & dicit, quòd non: quoniam quando crimen eſt occultum, deeſt iudex, cui denunciari poſſit, vt ſe corrigat, & emendet, non vt eum puniat, ſecundùm veriorem ſententiam: cùm Euangelica monitio, officium ſit charitatis, non iuriſdictionis: quod etiam inferior facere poteſt.

CAP. XXVI.

Romanus Pontifex Concilio ſe ſubmittere non poteſt, ab eo iudicandus.

SEcundò ſubſequitur ex eo, quòd Romanus Pontifex ſuperior ſit Concilio, quòd nec ſponte, Concilij, aut alterius iuriſdictioni ſe ſubmittere poteſt, ab eo iudicandus: quoniam cauſam ſuperiori reſeruatam, nemo poteſt alteri committere. Iudicium autem in ſummum Pontificem fore Deo reſeruatum, ſatis conſtat ex cap. aliorum, 9. qu. 3. & alijs iuribus ſæpiùs citatis; & quemadmodùm clericus non poteſt iuriſdictioni alterius ſe ſubijcere, cap. ſignificaſti, de foro compet. etiam ſi foret iudex eccleſiaſticus; ſine ſui Epiſcopi licentia: nec poteſt conſentire, vt quis eum percutiat, quin ſententiam excommunicationis incurrat; ex eo quòd nemo poteſt iuri publico derogare. cap. ſi diligenti, de foro compet. ſic nec Papa poterit ſe alterius iudicio ſubmittere: quoniam hoc eſſet iuri publico derogare, & Apoſtolicæ Sedis priuilegio, in fauorem Eccleſiæ conceſſo.

Quin potiùs hęc inuicem pugnant, quòd quis ſit Papa, & alteri ſubijciatur: quia ſi Papa nemini ſubijcitur, ſi cui ſubijcitur, non eſt Papa; & aliud incongruum ſequeretur; quòd idem foret ſeipſo inferior: quia ſi ſuperior eſt ei, cui ſubmittitur reſpectu eiuſdem erit ſuperior, & inferior, per regulam, ſi vinco vincentem te.

Propterea dixit ſanctus Thomas in 4. diſt. 19. quòd licèt Papa, vel Epiſcopus in foro conſcientiæ poſſit alteri committere abſolutionem, quam ſibi ipſe impartiri non poteſt, quòd confeſſionis iudicium Dei, non hominum ſit: non tamen poteſt alteri concedere, vt in exteriori foro vtatur in eum clauium poteſtate, cum excommunicationis cenſura innodando.

Quæ confirmantur ex eo, quod dixit idem ſanctus Thomas Quodlib. vit. quòd Vicarius non poteſt vniuerſam ſuam iuriſdictionem transferre, licèt in ſui auxilium poſſit particularem commiſſionem facere; quoniam præſumptio eſt, voluiſſe ſuperiorem

eum vti ſua poteſtate: permittere tamen, ſi onere grauatur, partem oneris alteri demandare, non autem totum; quia aliàs Vicarius Vicarium daret: quod iura inhibent. Sic Papa Epiſcopos in partem ſollicitudinis vocat, nunquam integram poteſtatem committit: quod faceret, ſi alteri ſui ipſius iudicium committeret, ſe illi ſubdendo. Epiſcopos autem vocatos in partem ſollicitudinis, habetur in cap. decr. 2. qu. 6. & in cap. ad honorem, de auct. & vſu pallij.

Deindè alia ratione probatur, Papam ſe alteri ſubmittere non poſſe: quoniam cùm ſententiæ debeatur executio l. minorem 25. annis, ff. de minor. l. ſi prætor, ff. de iudic. eluſorium foret iudicium, ſi à ſubmiſſione reſiliendo, nollet illam executioni mandari.

Nemo enim eum nolentem, & iuriſdictionem ſuam reſumentem cogere poſſet: cum ex ſubmiſſione, ſupremam poteſtatem à ſe non abdicauerit, licèt per renunciationem ſe in ordinem redigendo, alteri ſe ſubijcere poſſit, cap. 1. de renunc. lib. 6. quoniam eo caſu deſineret eſſe Pontifex.

Nec repugnat his, quæ dicta ſont; quòd ſe purgauerint, Paſchalis Primus de imputata cæde, coram 30. Epiſcopis: Damaſus de adulterio coram 42. & Leo IV. coram Concilio, quòd in ſubditis iuſtæ legis tramitem non obſeruauerit, cap. mandaſtis, cap. auditum, 2. qu. 4. cap. nos ſi incompetenter, 2. qu. 7. quia reſpondetur, illis caſibus non ſe ſubmiſiſſe dictos Pontifices, niſi ex quadam modeſtia, & humilitate, non in iudices agnoſcendo, ſed vt teſtes ſuæ innocentiæ inuocando, & adhibendo: quod fit in canonica purgatione; quod denotant verba Leonis ad Concilium, cùm dixit: [Ego Leo Pontifex ſanctę Romanæ Eccleſiæ, purifico me in conſpectu veſtro, coram Deo, & Angelis eius; quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrare iuſſi: hoc autem faciens, non legem præſcribo cęteris, qua id facere cogantur;] & habentur in cap. auditum, 2. q. 4. & verba Xyſti, quæ habentur in cap. mandaſtis, ead. cauſa, & quęſtione, cùm dixit: [Facto Concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, licèt euadere aliter potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui, ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione me liberans; ſed non alijs, qui noluerint, aut ſpontè hoc non elegerint, faciendi formam dans.]

Quæ verò Leo dixit: [Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtræ, ac veſtrorum volumus emendare iudicio;] quæ verba iudicium, non purgationem denotare videntur; ſed interpretanda ſunt, iudicio, ideſt, diſcretioni; quia ſcilicet offerebat ſe ad eorum diſcretiuum iudicium emendari, & non de iudicio contentioſo: quia dixiſſet, volumus emendari, non, emendare: adeò quòd correctio nulli videtur conceſſa: quod denotant verba Leonis ſupra recitata, purgationem, non iudicium.

Minus etiam repugnant, quæ habentur in cap. Adrianus, 63. diſtinct. vbi Adrianus, propter hæreticorum, & tyrannorum vitandos terrores, ſe & vniuerſam Eccleſiam Carolo Imperatori ſubiecit, quoad Apoſtolicæ Sedis ordinationem, & Epiſcoporum inueſtituras: & idem Leo Othoni, vt habetur in cap. in Synodo, eadem cauſa; quoniam ex indultis illis, & priuilegijs non ſubſequitur, Carolum, aut Othonem iuriſdictionem habuiſſe in Romanum Pontificem: etſi ipſius electio non niſi ex eorum approbatione rata haberetur: ſicut nec in præſens Cardinales, ad quos tranſlata eſt auctoritas eligendi Romanum Pontificem, ex eo ſunt illius iudices, aut ſuperiores.

Poſtremò nec obſtat l. Eſt receptum, ff. de iud. diſponens ſuperiorem iudicem prorogare poſſe iuriſdictionem iudicis inferioris; quoniam id intelligi debet, quando inferior capax eſt iuriſdictionis. At nullus capax eſt iuriſdictionis in Romanum Pontificem.

Alij reſpondent, quòd l. Eſt receptum, loquitur in magiſtratibus, qui etſi forent de ſuperioribus, ipſi tamen ſuperiores habent, qui eos cogere poſſent, ſi recuſarent ſtare decreto iudicis, cui ſe ſubmiſiſſent. At nullus compelleret Papam, ſi recuſaret ſtare ſententiæ eius, cui ſe ſubmiſiſſet: propterea nec vlli ſe ſubmittere poteſt.

Si tamen fuerint duo, aut plures de Pontificatu contendentes, fatentur Doct. in cap. Eccleſia, de conſtit. & in cap. cùm ſuper, de cauſ. poſſeſs. & propr. fieri poſſe ſubmiſſionem per cap. ſi duo fortè contra fas, 79. diſtinctione, quoniam ex ſubmiſſione non iudicatur Papa, ſed penès quem ſit papalis dignitas.

CAP. XXVII.

Ad Romanum Pontificem ſpectat, confirmare decreta, & acta ſacrorum Conciliorum.

TErtio ex præmiſſa ſuperioritate ſubſequitur, quòd ad Romanum Pontificem ſpectat, confirmare ſtatuta, & ordinationes ſacrorum Conciliorum: quoniam ſuperior eſt, qui confirmat acta inferiorum, c. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. l. fin. C. de leg. not. tenentiores in c. 1. de tregu. & pace. propterea dixit Oſtien. in c. Qualiter. el 2. de accuſat: Concilium non confirmare conſtitutiones, ſed approbare; ad Papam verò pertinere confirmationes, quoniam confirmatio actus eſt ſuperioritatis: proindè plura Concilia poſtularunt acta ſua confirmari à Romano Pontifice.

Patres enim Niceni Concilij poſtolarunt acta ſua confirmari à beato Siluestro, de quo extat epiſtola his verbis: [Beatiſſimo Epiſcopo vrbis Romæ, cum omni reuerentia colendo, Oſius Epiſcopus prouinciæ Hiſpaniæ Ciuitatis Cordubæ, & Macarius, Epiſcopus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Victor, & Vincentius presbyteri ex directione vrbis Romæ, & cæteri Epiſcopi 318. in Domino ſalutem. Quoniam omnia corroborata de diuinis myſterijs eccleſiaſticæ vtilitatis, quæ ad robur pertinent ſanctæ Eccleſiæ catholicę, & Apoſtolicæ, ad ſedem tuam explanata, &

de

Digitized by Google

de Græco in Latinū redacta ſcribere confitemur: nunc itaque ad veſtræ ſedis augmentum occurrimus roborari, itaque conſtat veſtra Apoſtolica doctrina totius veſtræ Apoſtolicæ Vrbis in vnum conuenire, veſtrumque habere conſilium, ſicut docet myſtica veritas, & deindè quicquid ſtatuimus in Niceno Concilio, precamur, vt veſtri] oris conſortio roboretur]. Confirmationis autem decretum fuit: Silueſter, epiſcopus catholicæ, & Apoſtolicæ ſedis, Præſul vrbis Romæ, quicquid in Nicena lychina conſtitutum eſt ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ, à ſanctis Sacerdotibus 318. noſtro ore conſortes firmamus. Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti magni Concilij, quod apud Nicęam congregatum eſt ſub præſentia pijſſimi, & venerandi Principis Conſtantini Auguſt. Anathematizamus.]

De Epheſino Concilio teſtatur Aymarus lib. de ſynodis, quòd, in eo Legati Apoſtolicæ Sedis, beatiſſimus Cyrillus, & Arcadius Epiſcopus, ex Italia, vice Cœleſtini Papæ, præfuerant, & ipſum Apoſtolica auctoritate roborarunt. Ex geſtis etiam eiuſdem Synodi habetur, quòd Theodoſius iunior, ad perfectionem diuinitus ſtatutorum, petije Apoſtolicæ Cathedræ apponi confirmationem. Sub Euſebio Nicomedien. Epiſcopo Arriano, 90. Epiſcopi Antiochiæ conuenere, qui Iulio ſcripſere vt acta à ſe rata haberet, & loco damnatorum in Epiſcopos ordinatos confirmare dignaretur, quod nequaquam feciſſent, niſi ab omnibus receptum fuiſſet, abſque Romani Pontificis confirmatione factas ordinationes non ſubſiſtere. De quibus etiam refert Amianus Marcellinus lib. 15. de Conſtantio Cæſare, quòd cùm iam cognoſceret, Athanaſium eiectum à ſua Sede per Synodum hanc Epiſcoporum, adhuc ardenti deſiderio nitebatur id fieri per Liberium Vrbis Romæ, credens (inquit Amianus) minus ratumquod fiebat per Synodum, niſi auctoritate, qua potiuntur æternæ Vrbis Epiſcopi, firmaretur.

In Chalcedonen. verò Concilij actione 10. legitur: [Poſtulantibus iudicibus, vt doceret Synodus, quid placeret de Iba Epiſcopo, quia miſſi Apoſtolici ſemper in Synodis prius loqui, & confirmare ſunt ſoliti: Vicarij Apoſtolici per Paſchaſinum dixere &c. Et in relatione eiuſdem Synodi de geſtis in ea, cuius exordium eſt: Repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione; profeſſa eſt ſynodus Leonem Papam præfuiſſe ſynodo, ſicut membris caput, petijtque acta ſynodi confirmari.]

Legitur etiam in actis eiuſdem Chalcedonen. Concilij, Epiſtola Martiani, & Valentiniani Auguſt. ad Leonem Archiepiſcopum Apoſtolicæ Eccleſiæ, his verbis: [Miramur maximè, quòd poſt Synodum Chalcedonenſem, & literas venerabilium Epiſcoporum, quæ ad tuam Deo amicitiam miſſæ ſunt, per quas omnia in ipſa facta vobis renunciarunt, nequaquam à tua ſanctitate literæ miſſæ ſunt] quæ videlicet in ſanctiſſimis Eccleſijs ad omnium notitiam peruenirent. quod quorundam animabus; quæ Euthicis adhuc prauam opinionem ſectantur, ambiguitatem immiſit, vtrum ſcilicet tua beatitudo ea, quæ in ſynodo ſancta edita ſunt, confirmauerit. Quapropter veſtra reuerentia ſuas literas mittere dignetur; per quas omnibus Eccleſijs, & populis notum ſit, vniuerſa quæ in ſancta Synodo geſta ſunt, à tua beatitudine eſſe confirmata, & infrà, Nouerit autem tua Deo amicitia, catholicam, & verè Orthodoxam fidem Chalcedonen. Synodum omnibus Epiſcopis conſentientibus forè ſecutam: propter quod, & tua venerabilitas ſuas proprias, & ſpeciales literas velociſſimè mittere dignetur; per quas confirmare vos ipſam, quæ in Chalcedona eſt, ſynodum manifeſtiſſimè oſtendatis: vt illi, qui eam deſiderant ignominioſam, non poſſint habere ſuſpicionem de iudicio tuæ ſanctitatis.]

Comprobat hoc idem Auguſtinus, qui epiſtola 90. ab Innocentio Pontifice poſtulat ſtatutis in Africano Concilio editis Apoſtolicæ ſedis adhiberi auctoritatem. Quod etiam fecerunt illius ſynodi Patres; qui congregati aduersùs Pelagium, & Cœleſtinum, poſt actorum ſynodi relationem ad eundem Innocentium dixere, [Hæc geſta, domine frater, charitati tuæ duximus intimanda, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis Apoſtolicæ Sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam etiā peruerſitate corrigenda.]

Rationem huius confirmationis dedit ſynodus Romæ coacta ſub Symaco Pontifice cuius verba recitantur in cap. Benè quidem 96. diſt. cùm dicitur, [Si cuiuslibet prouinciæ Sacerdotes, inter ſuos terminos Concilio habito, quicquid ſine Metropolitani ſui auctoritate tractauerint, irritum eſſe debere Sancti Patres ſanxerunt, quantò magis quod in Apoſtolica ſede ſtante Præſule, qui, merito beati Petri Apoſtoli, per vniuerſum Orbem primatum obtinens, ſtatutis Synodalibus conſueuit tribuere poteſtatem.]

Ex geſtis etiam 7. Synodi legitur, quòd Taraſius, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præſul, integrum proceſſum eiuſdem ſynodi Summo Pontifici retulit, vt concilium ſua auctoritate confirmaret, aſſerens ſe id agere, quod mos erat aliorum Conciliorum.

Citemus cum his D. Hieronymum, qui aduersùs Luciferianos, inquit, [Conatus eſt beatus Cyprianus contritos lacus fugere; nec de aliena aqua bibere, & idcircò hæreticorum baptiſma approbans, ad Stephanum vrbis Romæ Epiſcopum, qui à Petro vigeſimus ſextus fuit, ſuper hoc Africanam ſynodum direxit: ſed conatus eius fruſtra fuit, non probante hoc ipſum Apoſtolica Sede.]

His igitur teſtimonijs ſatis conſtat, ad Romanum Pontificem ſpectare acta ſacrorum Conciliorum confirmare. Nec his obſtat, quòd humana non egeant confirmatione, quæ ſuperioris ſunt, non egent inferioris confirmatione, Conciliorum autem canones Spiritus Sancti inſtinctu conditos eſſe, docemur Act. 15. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, &c. Violatores 25. qu. 1. quoniam non omne quod Spiritus Sancti illuſtratione fit, omnes obligat ad ſui obſeruantiam: ſed opus eſt, vt inſtituatur: vel approbetur ab eo qui habet auctoritatem, quemadmodum electiones Spiritus Sancti inſtinctu factæ cenſentur; nec tamen ratæ habentur, niſi à ſuperiore comprobentur. Vel dicatur, opus eſſe confirmatione,

ne,

Digitized by Google

ne, vt ab habente auctoritatem legis condendæ, exhibeatur teſtimonium per confirmationem, quòd inſtinctu Spiritus Sancti ſint decreta, ſicut de Euangelio dixit Auguſtinus, [Non crederem Euangelio, niſi Eccleſia atteſtaretur illud eſſe Euangelium.]

C A P. XXVIII.

Ad Romanum Pontificem ſpectat, perperam celebrata Concilia damnare.

QVarto ex Romani Pontificis ſuprema auctoritate, & ex his, quæ dicta ſunt, ſubſequitur, quòd quemadmodum ad Romanum Pontificem pertinet, acta, & decreta Conciliorum confirmare: ſic ad eumdem pertinere debet, ea Concilia, quæ in fidei perniciem, aut Eccleſiæ perturbationem celebrata fuerint, infirmare, corrigere, reprobare, & caſſare, quemadmodum Damaſus damnauit, & irritum fecit Ariminen. Concilium, & Leo Primus Epheſinum ſecundum.

Idem confirmat, quod legimus in actis octauæ ſynodi de Nicolao Pontifice his verbis, [Tunc cognoſcens quæ fecerat Photius contra Ignatium, & ſcrutans omnia fecit ſynodum, & conuocauit omnes Occidentales Epiſcopos, Archiepiſcopos, Metropolitas, & omnem Clerum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque totum Senatum Principum Romanorum, & damnauerunt Photium, & Concilium malignantium, quod factum eſt aduersùs ſanctum virum Ignatium &c.] De quo idem Nicolaus in Epiſtola ad Archiepiſcopos Metropolitas, & Epiſcopos Conſtantinopolitanæ Sedis dixit, [Nec non, & Patrum, & prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia, qui ſoliti ſunt etiam vniuerſorum Concilia nequiter celebrata caſſare Pontificum.

Nicolao verò vita functo, ſynodus Romæ coacta ad Adrianum II. Nicolai ſucceſſorem dixit, [Quapropter oramus te, angelice Papa, vt eundem habens ſpiritum, eundemque zelum pietatis, quem, & fratres tui feruentiſſimi præſules, conciliabulum cum geſtis ſuis, quod Conſtantinopoli nuper cõtra veritatem ſub tyrannicè imperante Michaele congregatum eſt, ita ſententiæ veſtræ falce reſcindatur, vt nullũ de eo monimentũ, nullum de eo remaneat omninò veſtigium, ſed ad ſui damnationem Ariminen. Synodo, & Epheſino latrocinio ſit omninò comparandum. Cui Adrianus reſpondit, Conciliabulum vanitatis à Photio, & huius fautore, Michaele ſcilicet, tyrannicè imperante, Conſtantinopoli aduersùs Apoſtolicæ Sedis reuerentiam, & priuilegium congregatum, vtpotè veritatis inimicum, & omni falſitate repletum, quod & ſibi conſentientium animas interficiens, Epheſino latrocinio comprobandum eſſe ſtatuimus: & ipſius execranda geſta, quibuſcumque habeantur monimentis inſerta, ſummi iudicis, Ieſu Chriſti, ſanctorumque Principum Apoſtolum, Petri, & Pauli, & noſtrę mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, itá vt igni voranda tradantur, & anathemate perpetuo percellantur.]

His etiam adſtipulatur Gregor. qui (vt in regiſtro habetur) in epiſtola ad Eulogium & Anaſtaſium Epiſcopos inquit, [Ante hos quidem annos octo, ſanctæ memoriæ Pelagij, prædeceſſoris mei, tempore, frater, & Coepiſcopus noſter, Ioannes, in Conſtantinopolitana Vrbe, ex alia cauſa occaſionem quærens, Synodum fecit, in qua ſe vniuerſalem Epiſcopum appellare conatus eſt: quod mox ipſe deceſſor meus vt agnouit, directis epiſtolis, Sancti Petri Apoſtoli auctoritate, eiuſdem ſynodi acta caſſauit.] Quod ipſe Pelagius atteſtatus in epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Dardaniam conſtitutos, quam ſupra citauimus, dum diſſeruimus de ſuperioritate Romani Pontificis.

C A P. XXIX.

Ad Romanum Pontificem ſpectat ambiguitates declarare, quæ ſuper Conciliorum decretis orirentur.

QVinto ex huiuſmodi Romani Pontificis ſuprema auctoritate ſequitur, ad Romani Pontificis officium pertinere, declarare ambiguitates, quæ de Conciliorum decretis orirentur. Ad ſuperiorem enim pertinet, dirimere controuerſias, quæ ſuper geſtis inferiorum oriuntur: quod declarauit Gregorius: & habetur in cap. Nec licuit 18. diſt. his verbis: [Quoties aliqua de vniuerſali Synodo aliquibus dubitatio naſcitur; ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, ad Apoſtolicam Sedem pro recipienda ratione conueniant,]

Idem comprobatur ex eo, quod habetur in cap. Sicut enim, §. Ex his, diſt. 11. quæſt. 1. cùm dicitur: [Sicut enim ſolus ille habet ius interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos: ita ille ſolus ciuilium legum debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatem impartitur.] Et in §. His omnibus, diſtinct. 25. quæſt. 1. habetur, [Sancta Romana Eccleſia, ità Canonibus auctoritatem præſtat, vt ſeipſam non ſubijciat eis, ſed ſicut Chriſtus, qui legem dedit, ipſam legem carnaliter impleuit, octauo die circumciſus, quadrageſimo die in templo cum hoſtijs eſt præſentatus; vt in ſeipſo eam ſanctificaret; poſteà verò, vt ſe Dominum legis oſtenderet, contra legis literam leproſum tangendo mundauit; Apoſtolos quoque contra literam ſabbato per ſata prætergredientes, ſpicas vellentes, & confricantes manibus ſuis, probabili exemplo Dauid, & circumciſionis, & templi, excuſauit dicens: Non legiſtis quid fecerit Abimelech, quando venit ad eum Dauid, & dedit ei panes propoſitionis, de quibus non licebat edere, niſi ſolis Sacerdotibus: & comedit ipſe, & pueri eius?] Fuerunt enim legis interpretationes, quod declarat repetitum verbum contra literam: poterit itaque, & Vicarius ſuus, cui plenam in terris dedit poteſta-

ſta-

ſtatem; dubia legis, ſiue Concilij, ſiue prædeceſſorum ſuorum interpretati.

Prædicta comprobauit ſanctus Thom. in quæſtionibus de potentia, quæſt. 10. artic. 4. cùm dixit: [Quòd ſicut poſterior Synodus poteſtatem habet inrerpretandi Symbolum à priori Synodo editum, aut aliqua addendi ad illius explanationem: ità Romanus Pontifex hoc ſua auctoritate poteſt, & à quo ſententia Synodi confirmatur, & à Synodo appellatur. Quæ omnia patent ex geſtis Chalcedonenſis Synodi, nec eſt neceſſarium, quòd ad eius explanationem faciendam vniuerſale Concilium congreget: cùm quandoque id fieri prohibeant bellorum diſſidia, ſicut in ſexta Synodo legitur, quòd Conſtantinus Auguſt. dixit, quòd propter imminentia bella vniuerſaliter Epiſcopos congregare non potuit, ſed tantùm illi, qui conuenerant, quædam dubia in fide exorta, ſequentes ſententiam Agathonis, determinauerunt, ſcilicet quòd in Chriſto ſint duæ voluntates, & duæ actiones. Similiter Patres in Chalcedonenſi Synodo congregati, ſecuti ſunt ſententiam Leonis Papæ, qui determinauit Chriſtum eſſe in duabus naturis poſt incarnationem.] Hæc ſanctus Thomas.

C A P. XXX.

Romanus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper decretis Conciliorum.

SExto, ex ſuprema Romani Pontificis auctoritate ſubſequitur, ad Romanum Pontificem pertinere diſpenſationem ſuper decreta per ſacra Concilia, quod ex hoc etiam deducitur, quoniam in quacumque Republica, vt rectè gubernetur, opus eſt auctoritate diſpenſandi in legibus eius, quæ cùm inſtitutæ ſint ad regulandum humanas actiones, quę plures recipiunt varietates, & viciſſitudines, non poſſunt in omni caſu obſeruari. Propter quod Ariſtoteles 7. Ethic. dixit: in Principe virtutem *epieiceian* requiri, quam nos æquitatem, & moderationem dicimus; vt, ſi qua eueniunt, in quibus cognouerit non expedire Reipublicæ legem ſeruare; recedendo à verbis legis, quod æquum, & bonum fuerit, decernat: ne quod in vniuerſum iuſtitia foret, fiat particulari caſu iniuria, propter quod dicitur Eccleſiaſt. 7. Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quàm neceſsè eſt, ne ſcilicet plerumque ſub auctoritate iuris perniciosè erremus. Cùm itaque plura ad vtilitatem, & bonum Reipublicæ quandoq; vergerent in eius damnum, & perturbationem, tunc à legibus deflectendum eſt ad facilitatem, & æquitatem.

Hinc Gelaſius dixit, & habetur in cap. Neceſſaria, diſt. 1. quæſt. 7. [Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine conuenimur, ſic Canonum paternorum decreta librare, vt ea quæ præſentium neceſſitas temporum in reſtaurandis Eccleſijs relaxanda depoſcit, diligenti conſideratione, quantum poteſt fieri, temperemus.]

Et Innocentius in eo, quod ſequitur cap. inquit: [Quod pro remedio ac ſta neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe. Quod ergo neceſſitas pro remedio reperit; ceſſante vtique neceſſitate, debet ceſſare pariter, quod vrgebat.]

Hinc etiam Leo III. & habetur in cap. Requiritis, ead. cauſa, & quæſt. dixit: [Se in Patrum ſententias conuenire, niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxaretur ex diſpenſatione miſericordiæ, ſubijciens: Multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen Eccleſia tolerat pro tempore, intuitu perſonæ pietatis, aut vtilitatis.] Et in cap. Sicut, diſtinct. 14. habetur: [Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione conuelli; ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum oporteat temperare.]

C A P. XXXI.

Romanus Pontifex poteſt Conciliorum decreta abolere, & reuocare.

SEptimo, ex ſuprema Romani Pontificis in Eccleſia auctoritate ſubſequitur, quòd non ſolùm poteſt interpretari Canones, quod non eſt tollere obligationem Canonis, ſed declarare præcipientis intentionem; ne dum poteſt in ſacris Canonibus diſpenſare, quod eſt illos tollere in particulari caſu, ſed etiam reuocare, & irritos facere, quod eſt obligationem tollere quoad omnes, ſi ratio temporum ſuaderet, quòd non expediret Reipublicæ illos obſeruare, vt habetur in cap. Non debet, de conſang. & affinit. quemadmodum Ezechias confregit ſerpentem æneum; quem Dominus mandauerat exaltari in deſerto, vt in eum aſpicientes ſanarentur à morſibus ſerpentum; cùm filij Iſrael poſtea adolerent incenſum, 4. Reg. cap. 13. Cùm enim eius ſit deſtruere, amouere, & abrogare, cuius eſt condere l. 1. C. de leg. & cap. Cùm veniſſent, de in integ. reſtit. & ad Romanum Pontificem ſpectet iura condere, & à Concilijs editis conſtitutionibus robur tribuere, ſequitur ad eundem ſpectare, illa tollere, & abrogare.

Et, cum, teſte Ariſtotele primo lib. de anima, & primo Ethicorum, [certitudinis veritas varietur ſecundùm rerum varietatem, & omnis menſura regulatiuè dicatur ad menſuratum; non opus eſt, nec fieri poteſt, vt omnis menſura, aut regula ſit æqualis certitudinis, aut firmitatis, nec omnes poſſunt eſſe infallibiles, ſed quantum poſſibile eſt in ſuo genere.]

Et ideo cùm in regulanda lege humana ſint contingentia ſingularia, multipliciter variabilia, non poſſunt leges humanæ habere illam immutabilitatem, quam habent principia prima in ſpeculabilibus: immò propter huiuſmodi rerum variabilitatem, quibus oportet menſuras, & regulas coaptari, ad ſalutem Reipublicæ eſt neceſſarium ipſas mutabiles fore: cùm lex, quæ tempore vno eſt iuſta, & vtilis, alio tempore ſeruata eſſet iniuſta, & nocua.]

Ideo dixit ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 57. [Quòd rectum in rebus corpora-

poralibus non dicitur abſolutè, ſed in ordine ad vtilitatem communem; cui non ſemper proportionatur vna, & eadem res, & ideo talis rectitudo mutatur.]

Hinc dixit Auguſt. lib. 1. de libero arbit. [Quòd lex temporalis quamuis iuſta ſit, mutari tamen per tempora iuſtè poteſt.]

Nec his obſtat, quod habetur in cap. Sicut, diſtinct. 15. vbi beatus Gregor. loquit: [Sicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor, & deindè, Cunctas verò perſonas, quas prædicta veneranda Concilia reſpuunt, reſpuo: & quæ venerantur, amplector: quia dum vniuerſali conſenſu ſunt conſtituta, conſenſu ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt;] quoniam non ſequitur, Romanum Pontificem mutare, aut abrogare non poſſe ſtatuta vniuerſalium Conciliorum, quia de his intelligenda ſunt, quæ ſancita fuere ad declarationem articulorum fidei.

Similiter quod habetur in cap. Sancta octo vniuerſalia Concilia, diſt. 16. vbi enumeratis octo vniuerſalibus Concilijs, ſubſequitur in profeſſione Rom. Pontificis, [quòd promittit illa vſque ad vnum apicem inuiolata ſeruare, & pari honore, & veneratione habere; & quæ ſtatuerunt, & prædicauerunt, modis omnibus ſequi; & quæcumque damnauerunt, ore & corde damnare;] intelligendum eſt de his, quæ pertinent ad articulos fidei, ad generalem ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, & ad ea, quæ ad æternam ſalutem ſunt neceſſaria.

Et hoc modo interpretandum, quod habetur in §. Hoc autem, diſt. 19. ſecundùm Archid. in eum locum, qui dixit: Aliter non approbo, quod dicit magiſter hic.

Propterea ſanctus Thom. in tract. contra impugnan. relig. capit. reſpondens ad illud Zozimi Papæ, quod habetur diſt. 25. quæſt. 1. Contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel immutare, nec huius quidem Sedis poteſt auctoritas, dicit: [Id verum in his, quæ ſtatuta Patrum declararunt eſſe de iure diuino, ſicut fidei articuli, qui determinati ſunt per Concilia, ſed illa quæ ſancti Patres determinarunt eſſe de iure poſitiuo, relicta ſunt ſub diſpoſitione Papæ, vt poſſit illa commutare, vel in eis diſpenſare ſecundùm opportunitatem temporum, vel negotiorum. Sancti enim Patres in Concilijs congregati, non potuiſſent aliquid ſtatuere, niſi auctoritate Summi Pontificis interueniente: ſine qua etiam congregari non poteſt. Nec tamen Papa quando aliquid facit aliter, quàm ſtatutum eſt; facit contra ſtatuta, quia ſeruatur intentio ſtatuentium, quæ eſt vtilitas Eccleſiæ, ſicut & in omni iure poſitiuo accidit. Derogatur enim prioribus ſtatutis per ſtatuta ſequentia.] Hæc ſanctus Thomas.

Quapropter licèt violatores Canonum reprehendendi ſint, & demandandi cap. Violatores, diſt. 25. quæſt. 1. Romanus tamen Pontifex, ſi illa vtilitate, vel neceſſitate vrgente reuocauerit, nec violator dici poterit; quandoquidem omnis abſit vis, ſi adſit reuocationis cauſa. Quomodo etiam intelligendum eſt, quod dixit Leo Primus in epiſtola ad Martianum Imperatorem, de Nicænis Canonibus, quòd ij nulla poſſunt probabilitate conuelli, nulla nouitate violari; ſubijciens, In [quo] opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſè eſt me perſeuerantem exhibere famulatum, quoniam diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ Spiritu Dei inſpirante ſunt conditæ, me, quod abſit, conueniente violentur.

Nec etiam præmiſſis obſtat, quod habetur in cap. In iſtis diſt. 4. ex Auguſt. lib. de vera relig. cùm dixit: [In iſtis temporalibus legibus, quamquam de eis iudicent homines, cum eas conſtituunt: tamen, cùm fuerint inſtitutæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas;] quoniam non id de legum conditoribus, nec de eorum maioribus intelligitur, ſed de inferioribus, qui parere noſcentur, nec legi aduerſari poſſunt: at legum auctores, & eorum maiores, ſi quod prius vtile fuit, deinceps vergat in detrimentum, & incommodum Reipublicæ, reuocare poſſunt etiam multa ratione ſancitam legem: cùm eius ſit deſtruere, amouere, & derogare, cuius eſt condere, l. 1. C. de leg. & cap. Cùm veniſſet, de in integ. reſtit.

FINIS.

Digitized by Google

REGESTVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh.

Omnes ſunt Duerniones, præter H h h h quod eſt Ternio.
Principium eſt Duernio.

ROMÆ, M.DC.XCIX.
Ex Typographia Ioannis Franciſci Buagni.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google